
12
1 H
15

K. II.21

12. 16. I. 18

Digitized by Google


DOCTI FVLGEBVNT QVASI SPLENDOR FIRMAMENTI. ET QVI ERVDIVNT MVLTOS, IN PERPETVAS ÆTERNITATES.
Thesauri Sapientiæ, et Scientiæ Dei.
Scientia Contemplatrix
Scientia Rationatrix
Tulistis clavem Scientiæ.
Scientia Sermocinatrix
Ara ignoto Deo.
Theologia Mystica
Ibunt de virtute in virtutem.
Theologia Moralis
Fide, et vide.
Theologia Scholastica
STVDIVM SAPIENTIÆ VNIVERSALIS.
CONTEXTVS SCIENTIÆ HVMANÆ, ET DIVINÆ.
1657.
Avec privilege.

F

C

S

S

D.

Digitized by Google

FR. LEONIS

CARMELITÆ RHEDONENSIS.

STVDIVM

SAPIENTIÆ VNIVERSALIS.

CONTEXTVS

SCIENTIÆ HVMANÆ.

DEVS SCIENTIARVM DOMINVS, ET IPSI præparantur cogitationes cordium. 1. Reg. 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud ANTONIVM PADELOVP, viâ Iacobæâ, ſub ſigno Sancti-Scapularis, propè Mathurinenſes.

M. DC. LVII.

Cum licentia Superiorum, Doctorum Approbatione, Regiſque Privilegio.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

PRÆSTRVCTIO
TOTIVS OPERIS
CATHOLICÆ·FIDEI,
Et
SAPIENTIÆ·VNIVERSALIS
CANDIDATIS;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Benè facere, & rectè docere.

V*OBIS nimirum, ſacri* Θεράποντες, *Exterorum, multòque minus Invidorum nemini offeruntur noſtra hæc Studia. Quidni verò facerem? Quando poſtulant dudum complures vtrâque litteraturâ & autoritate conſpicui, mihique tandem libet: & longè facilior ac ſecurior Typographorum, quàm Amanuenſium communicatio eſt. Nova non ſpondeo, qui non alia velim, quàm ex Fidei & Scientiæ ritu vetera. Mea non ingero, qui nulla novi niſi cum meo Paulo* IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum. *Aliena non colligo, qui crambes bis poſitas odi. Vulgaria non tranſcribo, qui inolitum Scripturiendi cacoethes, hujus præſertim ætatis ſtrumam, dudum vel in memet condemno. Imperfecta non produco, qui præter ſequens alterum Theologiæ volumen, totius Encyclopædiæ Claſſes præcipuas Novem vno hoc primo Syntagmate diſtributas, publicæ luci tandem committo. Perſpicua vel lippientibus oculis haud aperio, qui non alijs quàm naris emunctæ Viris: & jam naturâ, arte, aut præceptione limatis ſcribo. Sed nec rurſum obſcura, quia vobis ſcilicet inſcribuntur; quibus*

PRÆFATIO.

Quænam hoc Opere proponuntur.

1. Cor. 2.

PRÆFA-TIO

ductis meliore metallo *patent adyta Veritatis, Diſciplinarumque omnium penetralia.*

Nempe ex Hippocratis principe Aphoriſmo, [Ars longa, vita brevis.] Rarus eam ob rem, hoc præſertim ævo, eſt ex Eruditis, qui Doctrinarum Brevicula *ſummè non habeat in votis. Neque mei ingenij eſt aut inſtituti fumos vendere, novas-ve Scientiarum ſemitas polliceri. Apage! Non is revera ſum qui vel polymathiam, vel omni-ſcientiam aperto velut theatro, mangonum & circulatorum more, velim profiteri. Quid igitur in hoc tantillo Conatu & Opere aut* conſilij, *aut pretij paucis evolvam.*

Conſilium Autoris.

Selegi multâ annorum, librorum, hominumque experientiâ & meditatione; quæ cordatis, ſed ſacris *nominatim Viris, adverti in vſum Fidei per Scientiarum culturas aut explicandæ & ornandæ, aut tuendæ & propagandæ cumprimis neceſſaria. Subitque tandem plurimorum rogatu, ne dicam imperio, poſt ſtabilita quadam Artis hujus principiâ, aperire quâ primum ratione diſpungendi ſunt* Errores *quamplurimi; quibus non aliter, quam infelici remorâ, præclariſſima ſæpè ingenia retardantur. Tum deinde, quoad licuerit, demonſtrare; quâ demùm* methodo *in Fidei, Eccleſiæ, Religionis, etiam & Imperij decus ac commodum non multo tempore, mediocri labore, ingenti verò vtilitate; pleraqueomnia nudè, ſincerè, aptè, eruditè, & eloquenter* poſſint *tum ſciri: tum verbo ſcriptove, linguâ aut calamo efferri.* Autorum *itaque propè omnium, maximè ex Antiquis, collatitio ære per plures annos lentè feſtinans adornavi hanc Spartam adverſus ignorantiam: naſcenteſque ex ea Fidei, Eccleſiæ, Religionis, Imperij corruptelas.*

Apparatus.

Eum in finem vrſino more, SAPIENTEM *formare allaboro. Præter intimam virtutum ſeriamque paraturam, de qua nos alibi;* tribus *illum dotibus ornatum volo, Scientiâ, Eruditione, Eloquentiâ.*

In noſtra Morali Chriſtiana.

Sapiens tribus conſtat.

Nam inſinuatum eſt à me jam non ſemel, Scientiam eſſe mentis humanæ copulam cum rerum veritate: Eloquentiam verò cogitatæ veritatis expreſſionem partim à natura, partim ex Artis induſtria. Inde perfectè quidpiam intelligitur, dum in eo nihil eſt cujus effigies animo non obverſetur. Perfectè etiam edicitur, quoties oris vel calami ſermo animi ſenſa exactè repræſentat. Via *ergo compendioſior æquè & ſecurior tùm ad Scientiam, tùm ad Eloquentiam, ipſa* Naturæ *via eſt. Nobis ſcilicet adnata; vna, ſimplex, facilis, ſi ſemel deſinis errare cum arte Sophiſtica; cujus proles opinio eſt præjudicata, temeraria, pertinax. Qui enim ſemel rerum* ἀλληλουχίαν *intel-*

Vide Rhetoricam Concionatorum.

Digitized by Google

lexit, Veritatem quoque Scientiarum, Eloquentiæ, & Prudentiæ concatenationem, ac velut Encyclopædiam facillimè aſſequetur. GENERALIS.

Inde quiſquis omnes rerum proprietates, illarumque συμπαθείας *&* ἀντιπαθείας *perſpexit, ſcit* Naturam. *Si deinde ejuſmodi notitiam cumulat ſelectis* Autorum *ſententijs in vnaquaque Diſciplina; percipit quid de rebus ab alijs dictum ſit. Quod ſi vtrumque explicat & ornat decenti ad ſuadendum verborum apparatu,* Diſertus *audire poteſt. Si ſuper tandem addit lumina, colores, figuras, robur, &* δεινότητα, Eloquens *habebitur.* Tria *hæc ſimul vnita Scientia, Eruditio, Eloquentia; pariunt Prudentiam illam practicam, quæ negotijs peragendis idonea eſt.* Quid Scientia, Eruditio, Eloquentia, Prudentia?

PRIMVM, *quo Homo* doctus *evadit & ſciens, ingenij ſpecimen eſt. Per quod nimirum facili, ſubtili & certa argumentatione ratiocinari promptus eſt de rebus illis vniverſis. Eas vtiquè omnes complectuntur* Claſſes duæ; *Creator, & Creatura. Differentiæ duæ generales, Spiritus, & Corpus; Status triplex; Naturæ, Gratiæ, Gloriæ. Secundum, quo efficitur* Eruditus, *opus eſt judicij, vt ſeligat, memoriæ vt retineat: vtriuſque quoties citat, explicat, & applicat Autorum ſeu ſacri ſint aut profani, ſeu veteres aut moderni, ſententias æquâ lance trutinans; ex quo Eruditi opinio aut certior fiat & evidentior, aut opulentior & fœcundior. Tertium, à quo* Eloquentia, *opus eſt imaginationis,* παθημάτων, *integri Hominis. Vltimum* quo *Homo ſolers fit & induſtrius, trium quæ præcedunt effectus eſt omnium abſolutiſſimus.*

Sciens igitur, rerum naturam callet. Eruditus, Autorum in varijs Scientijs opiniones ac ſententias tenet. Eloquens, & has & illas explicat ſtylo proprio, puro, eleganti. Prudens dum illis omnibus aptè vtitur, evadit in SAPIENTEM. *Scientia ratiocinans, delibatur in iſto Aditiali Libello. Eruditio ſincera, in textu Scientiarum, qualem ſequens Digeſtum exhibet, & attexa ſubinde Theologia-Chriſtiana. Eloquentia Sapiens, efflorescit in Triplici Rhetorica, quæ Scientiæ ratiocinantis limen exornat.*

NEQVE *interim novum fortè Commentum tam fuit conſilium facere publici juris, quàm* φιλομυσταγώγως *dumtaxat, maximèque Chriſtianæ Fidei propagandæ Studioſis communicare. Quo videlicet illi probè deguſtato, faciliùs in ornamentum æquè & propugnaculum Cæleſtis Sapientiæ vtantur Scientijs jam paratis: vel deinceps, pro ſua quiſque indole & ſorte, in ſeriem & ordinem mittendis. Quot enim vbiquè, alioquin (vt vulgus eſt) doctiſſimi, magno rei Litterariæ, Eccleſiaſticæ, &* Quibuſnam labor iſte præcipuè deſtinatur.

PRÆFATIO *Publicæ detrimento; in omni tùm Scientiâ, tùm Eruditione, tùm Eloquentiâ: & quod pejus eſt, in rebus Fidei & Reipublicæ agendis, haud minùs quàm piſces obmuteſcunt?*

Nempe in veritatis indagine, in ſtudiorum ordine & methodo. In Inventione, in Diſpoſitione, in Elocutione. In fide diſſeminanda, in negotijs quibuſvis prudenter tractandis, vel elingues, certè Harpocrati haud abſimiles, vel confuſi planè & inconditi. Quot è contrà, è Diſertorum plebe, magnâ quidem copiâ fandi verba deblaterant. Sed arida, ſed jeiuna: ſed ſenſu, ratione, methodo, eruditione aut perſpicuitate vacua? Rabulas iſtiuſmodi cenſoriè denotat Eliu Buzites, qui abſque ſcientia verba multiplicant. Iob. 35.

MEDELAM-NE *tot malis repererim, judicent alij. Mihi certè ratio ſuffragatur, & autoritas: magiſque adhuc tam certa, quàm frequens in omni occaſione experientia. Præcepta videlicet Artis hujus magnos habent omni ævo tutores, nec vlli bellum indicunt. Placet Ariſtoteles, non diſplicet Plato. Quidquid ab aliquo dictum reperio ex ore veritatis, vendico vt meum. Vt vt ſit Experientia rerum Magiſtra, quid inde hauriatur vtilitatis, docuit me per annos ſanè plures, negotiaque diverſiſſima.*

Ratio ſuſcepti Operis. *Quoad* modum tradendi *ea quæ diutinâ ſatis meditatione expiſcatus ſum, perſpicuitatem hìc nullus, opinor, deſideret; qualem nimirum materiæ ſubtilitas, ac ſublimitas patiuntur. Certè mens fuit, procul amoliri ambages omnes tum claſſicas, tum cabbaliſticas. Quippe quæ ſenſum & imaginationem quia ſummè divexant, ingeniorum cruces & vincula, equulei & tormenta à me appellantur. Quorſum enim vim imaginativam, aut memoriam non neceſſarijs obruere; vbi opus præcipuè eſt ingenij acumine, maturoque judicio? Quid? quòd ejuſmodi perplexitates barbaræ, agreſtes, & inconditæ rebus ipſis ac veritatibus paſſim comperiuntur obſcuriores. Animuſque ad diverſa intentus & attentus, ad res & terminos, ad veritates & cortices, fit ſeipſo debilior, minorque ad genuinam rerum cognitionem. Et amabo te, quotus quiſque ea in cunctis paſſim Diſciplinis difficillima, ſæpiùs & inaniſſima, non obliviſcitur? An non revera oleum perit & opera, dum maxima cum temporis jactura & ingenti labore addiſcuntur ea, quæ ætas, vſus, oblivio: quodque magè mireris, ipſa rerum ſcientia obliterabit? Studia tralatitia putes nimirum ſimillima ligneis illis contignationibus, primo opere ſtructis ad tempus per architecturam. Lapideo fornice ſemel concamerato, ſuppoſitam illam in ædificando lignorum ſtruem mox ſubducunt Opifices. Non aliter*

præcep-

præceptorum nimia anxietas, anxiaque ſcrupuloſitas vaneſcit acceſſu ſolidæ veritatis. GENERALIS.

Quantò igitur feliciùs, qui opus ſtatim moliretur? An non, per Deum immortalem, promptiùs faciliùſque diſcitur acumine ingenij, retineturque non prorſus infelicis memoriæ beneficio; ſi clarè proponatur nuda ſimplexque veritas, quæ mente humana ſuopte ingenio affinis eſt & propemodum innata; quàm, ſi mole & extraneâ & immensâ robur animi oneretur, infringatur, obruatur? Vtilitas.

*S*I *ergo jam Scientiarum ſacris ritè es initiatus, gratum tibi erit memoriam refricare, & oculos paſcere noſtrâ hâc* Synopſi; *cujus ſaltem ſtylus, ordo & ſeries afferent non parum tum perſpicuitatis, tum vtilitatis.*

Sin autem ita à natura, aut vitæ inſtituto comparatus es vt ſatis videatur Muſas, quod aiunt, à limine ſalutaſſe: & optimas Diſciplinas primoribus duntaxat labris, ac ſolum ſuperficie tenus delibaſſe; proſtat hîc, opinor, quod moderati animi cupidinem exſaturet. Quippe propoſitum a me Syntagma *Generale, proſpectum dat Scientiarum omnium ſequenti methodo.*

PRINCIPIO *quidem per arcana Numerorum myſteria, ſaltem quatenùs ordinem & ſeriem naturæ evolvunt, idoneam, & credo præfacilem, ex ipſiuſmet Hominis compendio Scientiarum* Ideam *mihi effingo.* SAPIENTIA ILLA VNIVERSALIS *ab vnitate per tres Circulos in novem devolvitur, quibus & clauditur. Nam Sapientia, meo calculo,* Proſpectus Syntagmatis hujus Generalis. Scientia proponitur generaliter triplex.

SCIENTIA EST TRIPLEX; { Sermocinatrix, Ratiocinatrix, Contemplatrix.

PRIMA Claſſis verba Grammaticè aptat, res Hiſtoricè recitat, Poëticen & Fabulam memoriæ illigat. Secunda verbis ornatum adjungit, rationes & argumenta; per Rhetoricam, Logicam, & Dialecticam. Tertia Phyſicâ, Mathematicâ, Metaphyſicâ veri notitiam abſolvit.

Icnographiâ totius hujus ædificij ſic eloboratâ; Scientias illas omnes, illiſque incluſas, alias ex aliis derivo propagine *aut nativâ, aut induſtriâ. In quo mens præcipuè fuit amputare, velut ſtolones, tam importunas quam frequentes vbique Diſciplinarum repetitiones; à quibus tenebræ, faſtidium, continuaque impedimenta.* Propagatur.

Mox Scientiæ cujuſque, dum vna ex alia naſcitur, per Novem Tractatus, *definitionem ſtatuo, & diverſas propagines ſeu corrivationes aperio.* Succedunt *principia generaliora, concluſio-*

e

PRÆFATIO

Φιλοσόφημα ἰδίως τὸ χρῆμα τῆς γραφῆς. Orat. 28.

nes ſolemnes: & obſervationes, ſaltem ex Scriptoris alicujus relatu, magis famoſæ. Inſiſto tamen, quoties licet, Sacri Voluminis ſententiis & exemplis; quoniam, vt pulchrè docet Nazianzenus, id maximè Chriſtianum decet Concionatorem. Id vt præſtarem pro mea tenuitate deſudavi, fateor, per annos non minùs triginta. Deſtinati porrò Operis ratio & cura ſic ſe ſe habuit.

Opus quomodo incubratum.

Vidi jam à primoribus ſtudiis, quod multi ante me oculatiores, confuſas admodum Diſciplinas omnes, quia in ſe invicem nimis ſunt implicatæ. Profectò Logica pars magna prævenit, & occupat è Metaphyſicis quàmplurima. Philoſophia vulgaris, abs Theologia furatur non pauca. Ipſaque etiam Theologia patitur ſe à ſuis inferioribus nimiſquàm onerari. Quot enim iterata, quot fruſtranea: quot moleſta & faſtidioſa ab Humanioribus Scientijs, in ſacra ſcamna irruperunt importunè? Sanè veritatem quamlibet ſuo decenter loco ſemel collocatam & inſertam, aliò & aliò transferre mera βαττολογία mihi ſemper viſa eſt.

Scientiæ interſe implicatiſſimæ.

Prima igitur cura fuit implexas, eo quo dixi modo, Scientias explicare, tricaſque in illis confuſas extricare. Dedi deinde, quam potui, operam; vt vnaquæque Diſciplina ab extraneis omnibus expurgata, ſuo nitori reſtitueretur. Nihil ſcilicet vnicuique à me relictum, niſi quod proprium illi à natura eſt. Tertio conatu ſic diſperſæ in varias claſſes Diſciplinæ mox in vnum Corpus ordine naturali vt coirent, allaboravi; per nativos principiorum generalium nexus, fœdera, & commiſſuras. Corpus dico ſuis partibus & membris aptè compactum, & diſtinctum; reciſis ſuperfluis, inconditis, geminatis. Poſtremò Corpus illud Εγκυκλοπαίδικον vnitate Veritatis ſaltem analogicâ, velut formâ, ſpiritu & animâ ſtudui informare.

1. Separatæ.
2. Expurgatæ.
3. In corpus reductæ.
4. Vnitate veritatis informatæ.

Dvæ Partes illius præcipuæ, totidem Tomis à me modò exhibentur. Prior, Syntagma eſt ſeu Contextus Scientiæ-hvmanæ: Poſterior Divina, quæ & Theologia-Christiana eſt.

5. In Tomos duos diſtinctæ.
1. Scientia humana.
11 Theologia Chriſtiana.

Vtrique præmittitur, in modum Apparatus & Προλεγομένων, Libellus quem propterea voco Aditialem. Agnominabitur etiam, ſi lubet, Medvlla Sapientiæ; quoniam ea omnia continet quæ totius Operis intima ſunt, & per illud hinc inde diſperguntur. Noſtri vtiquè hujuſce Commentarij Synopſis eſt, & velut Enchiridion. Nam & doctrinæ, quam profitemur, poſitiones, theſes, ac concluſiones colligit capitibus viginti; quorum Opus deinceps continua explicatio, amplificatio, & probatio eſt. Quamobrem plura hîc collecta in ſpecimen eruditionis, ſuis iterum locis reddere neceſſum fuit.

Libellus Aditialis.

AVTORIS.

GENERALIS. Quid Lectori facto opus.

Ea *igitur ratione per me, vt datum eſt à* Deo *Scientiarum Domino, in hac Lucubratione vtcumque diſpoſita, ſi quis non oſcitanter* perdiſcit; *multa ſciet, pauca ignorabit: nulli Autorum erit extraneus, nec vnquam rudis inter Eruditos. Palmare verò &* præcipuum *Artis totius, iſtud eſt; privato ſtudio veritatem conſectari, de qualibet re ex tempore, quantùm libuerit, ratiocinari ac perorare ſtylo ſaltem ſincero, grato, & emendato. Immò ſi in adyta penetratur, occurret* Prudentia *& rerum agendarum per hanc Artem peritia incredibilis. Si vlteriùs aſpiras & contendis,* addiſce *vel pertinaci ſtudio: vel, quod longè commodius, optimi Ducis ac Præceptoris idonei ope, quotquot è variis Diſciplinis aut juvant, aut placent.*

Aliæ Encyclopædiæ.

Ab aliis *pleriſque deſudatum in eodem pulvere haud ignoro. Verum aliquid-ne à meis quoque ſudoribus expectari debeat, Lectores Iudices ſunto. Prodierunt ſubinde, præſertim è Germania, vaſtæ* Encydopædiarum moles, *ſed indigeſtæ; adeò nihil habent ordinis, ſtructuræ modicum. Aliis farrago eſt incompoſita, arena ſine calce: aut ſi mavis, ſcopæ diſſolutæ. Ab vtriſque offuſciæ ſupra Cimmerias noctes, gravis & moleſta immenſitas, repetitiones ad nauſeam.*

Sunt etiam qui vt modum tradant loquendi de re qualibet, nihil omittunt crepundiorum ac quiſquilliarum; id quod revera & putidum ſimul, & incommodum exiſtit. Ab illa ſi quidem nugaci locutuleitate emergit nihil niſi affectatio puerilis & admodum deridicula, ſpiſſa caligo, ſupina intemperies; omnia demùm probabili & illuſtri ſtylo, qualis Sapientem decet, perquàm indigna.

Quamobrem ſatis ſuperque fuerit callere ea quæ cujuſque ſtatum attinent, & inter Honeſtorum ac Politorum conſortia vigent. Quod reliquum eſt, ludis aniliter, ſi contendis vltra Diſciplinarum præcipua & ſelecta; quibus ſcilicet aut meditationem juvas, aut elocutionem exornas.

Quis Methodi iſtius Vſus.

Is *eſt noſtræ hujus fœturæ ſcopus, ad quem ſemper collimavi. Felici-ne ſucceſſu; judicabunt Periti;* Litteratis *enim ſcribimus, non Abcedariis. Si quem interim eadem ſtudia delectant, in quocumque Diſciplinarum gradu ſit, non multâ illi opus erit vi imaginatrice, ſufficietque modica contentio; quam vtramque maximè atterunt exotica onera.*

Sit igitur dumtaxat probabile ingenium, memoria nonnulla, maturum judicium. His enim à natura dotibus accedente ſtudio tantiſper attento, magiſque continuo, poteſt quivis *qualemcumque hanc Methodum experiri. Poteſt etiam hæc, ſi qua ſunt, penetralia ſeipſo penetrare; pro captu nimirum & mo-*

PRÆFATIO *dulo ingenij, vbiquè enim eſt graduum latitudo. Si* Ducem *adhibuerit, & facilius & felicius veritatem aſſequetur.*

QVI *cum Numinis gratia, familiaris jamque conſummati Myſtagogi facem nactus fuerit; horis tribus intelliget, ſi quæ ſunt in noſtris Digeſtis myſteria, ſed illicò defluet ejuſmodi præcox notitia. Si jam parata ſit vel aliqualis Encyclopædia, quattuor ſaltem aut ſex Scientijs conſtans ſeu Diſciplinis: putà Theologiâ, Grammaticâ, Rhetoricâ, Philoſophiâ, Hiſtoriâ Sacrâ & Profanâ, aut ſimilibus; adhibito Periti in arte conſilio, tribus omninò diebus totam vt-cumque intelliget: ſed opinor, inutiliter.* Tribus *menſibus, cum probabili fructu: ſed grandis adhuc, & grandis reſtabit via. Novem menſibus ita perfectè, quoad* θεωρίαν, *vt deinceps per ſe ſtudens & ad* πρᾶξιν *deveniens, ad Scientiæ faſtigium, ad Eruditionis culmen, ad Eloquentiæ apices, ad Prudentiæ verticem; præſertim (qui mihi ſcopus eſt) in explicandæ, defendendæ, & propagandæ* FIDEI *Chriſtianæ-Catholicæ miniſterium & vtilitatem eluctari queat.*

Probum Magiſtrum, diuque expertum fidelis Diſcipulus jam pluſquam Adoleſcens, auſcultet ſolum per tres menſes, ſi pluribus nequit. Tribus deinde annis *operæ incumbens, ſolus ipſe theoricè ſimul & practicè (ſi naturæ dotes ſuppetunt)* SAPIENTISSIMVS; *id eſt, primò Scientiſſimus, deinde Eruditiſſimus, tandem. Eloquentiſſimus, ac Prudentiſſimus,* σὺν θεῷ, *evadet. Et in lumine Naturæ ac Scientiæ*, videbit lumen *fidei &* Pſal. 35. Pſal. 47. *gloriæ; ſicut enim* audivimus, *ſic credimus, ſic & videbimus.*

Stylus, & Elocutio. STYLVM *deniquè quod attinet, paucis exequar. Placuit mihi ſemper moderatus, Laconicum inter & Aſiaticum. Nempe vterque parens eſt elocutionis ſinceræ, puræ, gravis, perſpicuæ, vividæ, & illuſtris. Vno verbo, quod in picturis caput eſt; Stylus videtur eò juxta artis leges perfectior, quò propius naturæ ipſius vultum imitatur.*

Genus ſanè in hoc Tractatu didaſcalicum, *& congeſta rerum immenſa propemodum varietas, characterem coloris vnius & genij nequaquam permiſit.*

VNDE *etiam eſt, quod deprecer* Lectorum *benignitatem; vt ſi quid perperam reperitur, ſuppleant pro ſuo candore ſuaque humanitate, cujuſque Diſciplinæ & Artis Periti. Si quid verò non prorſus abſonum, & exerrans; cedat, precor, in* DEI *gloriam,* CHRISTI *honorem: Eccleſiæ decus, Fidei augmentum, & Lectoris vtilitatem.*

MEDVLLA

Digitized by Google

MEDVLLA SAPIENTIÆ VNIVERSALIS, SEV LIBELLVS ADITIALIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT I.

HOMO SCIENTIARVM ET CVPIDVS & capax, eas omnes in ſeipſo continet.

INNATVM ſciendi deſiderium, Humani Generis ægritudo ſimul & Medicina eſt. Illâ laborarunt Primi Parentes, dum peccarunt. Ad fuit illicò Numinis vindicta duplici capite tam atrox, quàm ſtupenda. Illi; Adamus ſcilicet & Eva, ex innocentiæ privilegio ad proprium fermè pudorem cœci: poſt veritam pomi eſitationem, apertis oculis nudos ſenſerunt ſe cum verecundia, magis quàm cum pœnitentia. Qui verò ſcientiam boni ac mali non plus ex Dæmonis aſtu, quàm ex naturali inſtinctu ambiebant; ignorantiâ ferali, inque Poſteros hereditariâ mulctati ſunt.

Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. *Ariſt. 1. Metaph.*

Vnde humana ignorantia, & ſciendi cupido.

Geneſ. 3.

Inde nimirum *erramus omnes ab vtero*, vix novimus niſi falſa, loquimur niſi mendacia: actique in furorem, graſſamur per omne nefas. Verbo dixerim; malorum, quæ aut patimur aut agimus, omnium radix vna ignoratio. *Medela* igitur, quod ſuetum in Medicina adnotat poſt Hippocraticos Gregorius Magnus, non aliunde petenda, quàm à contrarijs; quemadmodum videlicet ex ſerpentibus

Pſ. 57.

Remedia ignorantiæ. *Homil. 32.*

LIBELLVS *Initio Scorpiac.*

venenatiſſimis, præſtantiſſima eliciuntur alexiteria. Scientiam propterea non abſimilem credas Scorpioni. ***Magnum de medico malum**, cujus tot venena, quot genera: tot pernicies, quot ſpecies; tot dolores, quot colores* non tam ſcribit, quàm graphicè depingit Tertullianus. Scientia haud ſecus ipſa ſibi venenum, ipſa ſibi remedium; lanceæ inſtar

Lignum Scientiæ boni, & mali, Gen. 2.

Telamoniæ, *vulnus opemque feret.* Vt quæ priùs abuſu, arbor mali extitit: vſu deinceps reformato, arbor boni evadat. Eam ob rem

Sap. 10.

ſcientiam Sanctorum, ſacra paſſim memorant Volumina. Et tota

Clem. Alexandr. 1. Pædagog. Luc. 1.

Chriſtianitas FILIVM DEI adorat, qui verbum & doctrina Patris eſt; noſtræ porro Humanitati attemperatum, *ad dandam ſcientiam ſalutis in remiſſionem peccatorum.*

EA nimirum me cauſa impulit, vt noſtris Meditationibus & Scriptis, hujus nominatim generis, lemma illud adſcriberem è Sacris-Tabulis;

1. Reg. 2.

DEVS SCIENTIARVM DOMINVS EST, ET IPSI PRÆPARANTVR COGITATIONES. DEVS namque cui eſſe intelligere

A Deo Scientia omnis.

eſt, & nomen abs rerum omnium vaſtiſſima cognitione, nullius non ſcientiæ autor revera debet exiſtimari.

Duplex Scientia, Divina & Humana.

Porrò Scientias vniverſas partitur claſſis gemina. Hinc etenim Scientia-Divina, fides eſt à Deo ſupra naturæ vires infuſa. Hinc Scientia Humana, partim nativa Indole, partim Arte & Diſciplinis ſubinde acquiſita. Verùm humanæ Doctrinæ omnes, quid aliud ſunt,

Pſ. 11. Pſ. 61. Proverb. 11.

quàm *diminutæ veritates à filijs hominum*; qui *in ſtateris ſuis doloſiſſimis*, quibus verum & falſum appendunt, comperiuntur, mendaciſſimi?

Humana imbecillis.

Quidquid Porticus, quidquid Academia luminis effuderit; caligant & titubant Scientiæ omnes, quamdiu remanent Humanæ. Socrates, Plato, Ariſtoteles, Zeno, Parmenides, cæteri Sophi; *cæci ſunt pal-*

Iſai. 59. Matth. 15.

pantes ad parietem, & duces cæcorum. Magiſtri ſimul & Diſcipuli *in foveas* erroris *ſi cadunt*, nil mirum. Quippe *per diem* humanæ Scien-

Iob 5. Rom. 1. Pſ. 106.

tiæ *incurrerunt tenebras, & quaſi in nocte ſic palpaverunt in meridie. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt: turbati & moti ſicut ebrij, omni ſapientiâ eorum devoratâ.*

HVMANAS igitur Doctrinas omnes vt ad cæleſtem amuſſim exigeret illarum autor DEVS, *Fides* ſplendorem voluit noſtris tenebris

Fides ſuperaddita.

ſuperlucere. Quamobrem ſicut producto ſole, radius lucis jam quatriduanus illi adhæſit, velut totius deinceps luminis fonti & origini

Geneſ. 1.

primariæ: non aliter Artes quotquot extant & Diſciplinæ, Fidei ſubnectuntur, & ſubmittuntur; *noruntque ſuum ſua Sidera Solem.* Vt non malè dixerit etiam è Scholaſticis nonnemo Euclidem, Platonem, Ariſtotelem, Hippocratem, cæteroſque id genus Doctrinarum Principes ac Coryphæos; à Numinis providentia, quin etiam ex gratia. CHRISTI IESV ad ſummam illam in ſua quemque diſciplina peritiam ſubvectos; in obſequium videlicet, & culturam Evangelij.

Geneſ. 32. Deuter. 21. 3. Reg. 5.

Eo nempe ritu verus Iſraëlita, quò juxta nominis prærogativam, DEVM & videat, & diſcat; captivas ex Alienigenis, legitimo thoro adaptat vnguium & capillitij præſectione. Lignorum ſtrues, auri, argentique pretioſa è profanis advecta Provincijs, cedunt in Templi Hieroſolymitani ſtructuram. Præter legitimam ſponſam, (cujus proxeneta,

ex Oſeæ Vaticinio, Fides eſt qua CHRISTO jungimur) veri iſtius inter nos *ferculum Salomonis, ambiunt ſexaginta* è ſæculi Litteraturâ Concubinæ. Ne multa; Eccleſia Regina illa eſt Numini collateralis, cui veſtis aurea fides eſt pura, puta, obriza. Phrygij verò operis varietas circumlucens, varia ſunt Scientiarum ac Diſciplinarum ornamenta. Et illæ revera Ancillæ ſunt quas mittit cæleſtis Sapientia, vt Eruditos ſæculi [pueros eatenus & inſipientes] ad ſe ſe invitet.

ADITIALIS.
Sponſabo te mihi in fide, Oſeæ 2.
Cant. 6.
Pſal. 44.
Proverb. 9.

ID verò totum verbis ſanè pulcherrimis concludit Eccleſiaſtes ille Alexandrinus, Stromate primo. Quemadmodum, inquit, Liberales Diſciplinæ, quas vocant Εγκυκλίους, *conferunt ad Philoſophiam, quæ eſt ipſarum domina: ſic ipſa etiam Philoſophia, ad parandam conducit ſapientiam.* Paucis poſt interjectis, gratâ, vt ſolet, ἀλληγορίᾳ Sapientem comparat cum Abrahamo: Eruditum cum Iacobo, cui nomen Iſraëlis; Studioſum cum Iuda. Sara igitur, ſola conjux legitima, ſterilis manet; niſi pòſt congreſſum Abrahæ cum Agar, quam ſæculi Philoſophiam interpretatur. Sed ſignanter admonet ex Salomone, *ne multùm ſis apud alienam*: Græcamque Philoſophiam adhibendam ſolummodò, vti in cœna cupedias & bellaria. Hîc videlicet *ſapiendum ad ſobrietatem, nec pluſquam oportet.*

Eccl. 9.
Rom. 12.

Inde quemadmodum ſine fide, quævis ſcientia vanitas eſt vaniſſima: ita fides (ſi abſint miracula) vt firmetur, ornetur, explicetur: vt defendatur, propagetur, amplificetur, eget ſæpiùs Scientiarum cultu & paraturâ. Quare licet in ſacra illa epigraphe, DEVS nuncupetur *Scientiarum Dominus: corda* tamen illi *præparanda*, monet idem cæleſte oraculum. Nempe humanæ induſtriæ eſt animum per ſtudia ſubigere, excolere, præparare: DEI deinde partes, ſcientiarum gratiſſima munera infundere. Iudithis, famoſæ illius Heroinæ exemplo, quidquid in nobis culturæ eſt debemus adhibere. Verumtamen cæleſtis pulchritudo non oritur, niſi à radio illo ſplendoris, quem confert DEVS, & ſuperaddit ſcientiarum Dominus.

Fides & Scientia mutuò ſe juvant.
Proverb. 14.
Cui etiam ſplendorem contulit Dominus, Iudith. 10.

Huic ego ſtudio, tametſi aliàs occupatiſſimus, à triginta fermè annis continuato labore inſudans; tantillum ſucceſſus vidi ab ipſomet DEO O. M. quem ejus primùm conſilij & autorem, & fautorem ſemper agnovi. Quidquid verò ſecundùm eam Numinis clementiam, diutinâ ſatis tum lectione & conſultatione, tum meditatione & experientiâ à me aut collectum, aut inventum, aut digeſtum eſt; hoc brevi Compendio, aliorum cenſuræ examinandum lubens tandem propono. Et ſi minùs reprobatur, juvandis, pro mea tenuitate Fidei, præſertim & Eccleſiæ rebus animo reverenti conſecro. METHODVM itaque ſic exequor, dum ordior.

Methodus hîc obſervata.

QVOD corpori oculus, oculo radij ad videndum: hoc animo mens, menti variæ ad intelligendum notiones. Porro ſpiritalis cognitionis, conſequenter & ſcientiæ capaces ſunt DEVS, Angelus, Homo. DEO radius tribui debet directus, quo dum ſe ſine vllo medio aſpicit, in ſe omnia eminentiſſimè perſpicit. Eapropter in Hie-

Dei, Angeli & Hominis cognitio diverſa.

LIBELLVS

Horus Niliac. in Hieroglyph.
In Cratylo.
Orat. 21.

roglyphicis Ægyptiorum Symbolis, repræſentatur Numen ſub oculi figurâ, ſceptro affixi; quoniam ſicut omnia poteſt, ita nihil non intuetur. Nec aptiorem Divinitatis imaginem reperit poſt Platonem Nazianzenus, quam Solem; qui velut Mundi oculus, cuncta circumluſtrat. Angelis deinde radius convenit reflexus; quippe qui Nazianzeno ſpecula ſunt & terſiſſima, & politiſſima. Homini demum refractus dum ſenſuum, animique miniſterio res omnes per effectus & cauſas aut extra ſe, aut meliùs intra ſe inſpicit. Tunc namque ſcientia abſolvitur, cum animi tuitio ſiſtit in cauſarum, effectuumque exactiſſima notitia. Alludere videtur Theſis iſta ex Mirandulanis vna. *Per ſecretum radij directi, reflexi, & refracti; triplicis naturæ adumbratio eſt Intellectualis, animalis, & corporalis.*

Scientia intra hominem eſt, *In Epiſtol. Paul.*

Docentium, proindeque Diſcipulorum magnam partem videris; vt erudiantur abire foras: quibus longè præſtaret, intra ſemetipſos aciem mentis flectere ac figere. Inde ſcilicet, adnotante D. Thoma, & nomen intelligentis, quaſi *intùs legentis*. Intùs, inquam, non tam res ipſas, quàm teipſum. Inſigniſque Auguſtini querela eſt, nos futiliter in regione diſſimilitudinis poſt Scientiarum larvas & idola divagari. Mentis nempe ſanctuarium debet introire, quiſquis Scientiæ Pontifex vera quærit oracula. Veritatis gemma, ſummi Antiſtitis pectori inſculpta eſt. Applicuerimque, fortaſſis non ineptè, curioſis Hominibus propheticum illud; *vſquequò delicijs diſſolveris filia vaga?* Sanè quidem humanæ mentis delicias quis neget, & quidem lectiſſimas, in Cælorum pratis, per Aſtrologiam: in Naturæ viretis per Phyſicam: per Rhetoricam, in Eloquentiæ floretis; per Theologiam, in rerum divinarum latiſſimis campis liberiùs, jucundiúſque exſpatiari? At, at habet quiſque Deos intra ſe hoſpitantes. Nimirum condita ſunt in mentis humanæ adytis, τῷ Θεῷ σύμβολα. Latent in intimo κοιναὶ ἔννοιαι, primaque cujus vis Diſciplinæ ſemina. Atque vt concludit Picus ille Mirandulanus; *anima habet apud ſe rerum ſpecies*, ſaltem primarias, *& excitatur tantùm ab extrinſecis rebus.*

Levit. 18.
Ierem. 31.
Seneca in Epiſt.
Semina Scientiarum in homine.
Syneſ. Epiſt 92.
In Concluſion.

Ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο ἢ ἀνάμνησις. *In Phæde.* Scientia Reminiſcentia.

QVÆ, opinor, ratio Platonem movit; vt ſcientiam affirmaret aliud eſſe nihil, quàm rerum animo præconceptarum *reminiſcentiam.* Velut ac ſi Homo exul in terram deportatus, eorum quæ olim in patria vidit, ſolummodò recordetur. Eam profectò in nobis agnoſcit ante nativitatem. Congenita ſaltem noſtris mentibus prima ac generaliora principia, non eſt qui neget. Et ξυγγίγνεσθαι πᾶσιν Σοφίαν, apud Hippocratem fatentur Abderitæ. Intellectum propterea, ſeu habitum principiorum vocat paſſim Ariſtoteles; è quibus deinceps exercitatio, ars, & vſus varias inducunt genituras. Vt illo eodem cæleſti præeunte Philoſopho, de facili credas, Præceptores vix aliud, quàm Diſcipulorum ingenijs obſtetricari; quo videlicet conceptos in ſe primos notitiæ fœtus, feliciùs enitantur. Nec diſſimiliter ſcriptum abs Platonis Diſcipulo Ariſtotele, *intellectum intelligendo fieri omnia.* Quod qua ratione intelligi debeat, ſatis non video: niſi mens hominum potentiâ, quod aiunt, omnia complectatur. Eo ſaltem modo, quo rerum ſpectabilis diverſitas in prima illa & confuſa Mundi

In Epiſt. Hippocrat.

Socrates fungi ſe officio obſtetricis materna, fusè docet apud Platon. in Theæteto.

Anima ſeipſam ſemper intelligit, & ſe intelligenda quodammodo omnia entia intelligit. Picus in Concluſ.

congerie latebat, velut in vniverſitatis ſeminario.

Axiomatis illius Philoſophici idonea interpretatio eſſe poteſt, *diſcrimen* illud ſolemne intellectum inter & voluntatem. Animus quippe Hominis eâ duplici facultate potiſſimùm conſtans, vtriuſque miniſterio fit omnia. Quorus enim quiſque non ſentit in dies, quin & in momenta ſuos foràs affectus paſſim erumpere ; dum prothæïcâ velut mutabilitate, affectus noſter earum naturam rerum induit, quas amando proſequitur. Vt meritò exclamet Auguſtini fervor ; *ô Homo! ſi terram amas, terra es: ſi cælum amas, cælum es: audeo dicere, ſi* DEVM *amas*, DEVS *es*. Contra quòd evenit in intelligendi facultate ; quæ quaſi ſui juris ſummè tenax, ſua intra ſe trahit objecta, ſuaſque illis cognoſcendo effigies imprimit. Vnde DEVM & Divina dum noſcit, deprimit: cætera corporea, cognoſcendo elevat. Quare prudenter tria vniverſim animadvertuntur Παντόμορφα, DEVS, Natura, Hominis animus. Quippe pro ſuo quiſque genio ſuſdeque omnia verſant, reverſant : mutant, immutant ; continuâque metamorphoſi, in ſe invicem commutant. DEVS ſemel creando, Natura quotidiè gignendo: Mens Humana partim res cognoſcendo per Scientiarum diſcurſum circularem, partim efficiendo per Artis ac Prudentiæ miniſteria.

ADITIALIS.
Geneſ. 1.
Differentia Intellectus, & Voluntatis.
In Soliloq.
Tria cuncta immutant.

STATVENDVS itaque HOMO eſt in Orbis meditullio, velut Cor, Sol, & Princeps. Conſiderandus poſtmodùm vt DEI Creatoris ſui imago, Mundique totius breviarium. Conſequenti ſerie omnium prorſus Entium, Veritatum, Scientiarum, Artiumque compendium & Epitome. Nam, vt pulchrè Auguſtinus, *in vnoquoque Hominum eſt omnis creatura, non vniverſaliter, ſicut eſt cælum, & terra, & omnia quæ in eis ſunt: ſed generatim quodammodo, &c.* Id quod enodatè magis proſequitur Gregorius Magnus, vbi intepretatur iſtud Evangelij; [*euntes in Mundum vniverſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Numquid, fratres mei, ſanctum Evangelium vel inſenſatis rebus, ‘ vel brutis animalibus fuerat prædicandum? Sed omnis creaturæ ‘ nomine ſignatur Homo. Poſtea inducit. Sunt lapides, ſed non vi- ‘ vunt. Plantæ vivunt, ſed non ſentiunt. Bruta vivunt & ſentiunt, ‘ ſed non diſcernunt. Omnis autem creaturæ aliquid habet Homo. ‘ Habet namque commune eſſe cum lapidibus, vivere cum arbori- ‘ bus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Si ergo ‘ commune habet aliquid cum omni creatura Homo, juxta aliquid ‘ omnis creatura eſt Homo. Omni ergo creaturæ prædicatur Evan- ‘ gelium, cùm ſoli Homini prædicatur: quia ille videlicet docetur, ‘ propter quem in terra cuncta creata ſunt, & à quo omnia per ‘ quandam ſimilitudinem aliena non ſunt.] Idem de ſcientia meditator.

Homo tripliciter conſiderandus.
Contra Priſcill. c. 8.
Homil. 29.

Ea credo, de cauſa Scientiam efficit Albertus Magnus, & conflat *ex duobus* ; ſcilicet *illuminatione intelligentiæ agentis*, *cujus ſplendor ex ipſa eſt : & ex apprehenſione formæ, quæ abſtrahitur à re intelligibili.* Rurſus ſtatuit idem primò, *præcedentem cognitionem principiorum : deinde præparationem, quam vocant Arabes perceptionem terminorum.* Primum eſt in nobis, & à nobis: alterum deforis advenit, per Diſciplinam.

Digitized by Google

Nec minùs ſubliter Ioannes Grammaticus, ſcientiam & ſcire in hoc
Libellvs 1. Poſter. cap. 5. Text. 4. à demonſtratione diſtinguit; *quod ſcientia eſt ipſa diſpoſitio, innata nobis de rebus: demonſtratio via, per quam harum fit notitia.*

Contractiùs ſimul & efficaciùs Proclus in Alcibiad. 1. *Innata ſcientia, eſt illuſtratio quædam ex intellectu dependens.* Quo etiam ſenſu monet
Proverb. 5. Salomon; vt *bibat* quiſque *aquas de ciſterna ſua, & fluenta putei ſui*: tum verò *deriventur fontes foras, & in plateis aquas dividat.* Habet nimirum intra ſe Homo, cujuſlibet ſcientiæ ac meditationis
Vt aranea meditabuntur, Pſ. 89. materiem & ſegetem.

Cvivs equidem veritatis corollarium abs Rege purpureo inſi-
Pſ. 138. nuatur præclariſſimum, *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me.* Fruſtra ſcilicet, mi homo, foris & in alienis plateis quæritas ordinem ac methodum: ſcientiam ac ſciendi modum, quem in te teclaudis admirabiliter. Hinc Sophi vniverſa cum Homine ſic comparant, vt
Tres ordines rerum cognoſcendarum. rerum quas cognoſcit omnium, claſſes veluti *tres* ordinatiſſimæ conſtituantur. Quædam enim ſupra Hominem eminent, vt divina. Quædam ſubſidunt infra illius dignitatem, vt corporea. Quædam juxta Hominem, vicina illi & affinia, quæ videlicet ſpiritali charactere inſigniuntur.

Porrò his tribus cognoſcendis, totidem ſuppetunt in Hominis
Tres in homine ſimiliter cognoſcitivæ facultates. animo *facultates.* Vel fortaſſis vnica potiùs Anima, trifariam diſtribuitur per ſuas totidem operationes.

Portio Intellectus ſuperior, participatione cognata eſt rebus divinis, quas per Sapientiam contemplatur. Quatenus verò ad inferiora devolvitur, ea excellenter cognoſcit: ordinatque per Prudentiam & Artem, beneficio præſertim Imaginatricis. Ad extremum, circumvicina, ſuæque ſpiritali naturæ conſentanea, ſimilitudine cognoſcit per Rationem, vnde Scientia perficitur.

Immò quoniam, vt ſæpè aio, omnia inſunt in omnibus; Intellectus noſter dum tendit ſurſum, fit divinus. Quoties deorſum inclinatur, ratiocinium induit. Ratio pariter ad ſuperiora dum evehitur, fit intellectualis. Si infra ſe diverſatur, phantaſtica evadit & ſenſitiva. Ipſa tandem Imaginatrix, vel mera in ſe manet φαντασία. Vel ſuperiùs converſa, Rationi accedit. Vel tandem, infimis ſenſibus adhæreſcit.

Inde à me olim obſervatum, quia ex tralatitio axiomate, *vltimum ſupremi, eſt primum infimi*; ſupremum propterea Imaginatricis gradum, Rationis officia æmulari. Adeò vt *in Brutis* quibuſdam, vt elephantis, canibus, equis, &c. Imaginatrix fit velut Rationis vmbra, & vltima relucentia. Verùm illa quidem turbidior ſemper, obſcurior & anguſtior. Ita exiſtimat Princeps Poëta,

Geor. 4. *Eſſe Apibus partem divinæ mentis, & hauſtus*
Æthereos.

Quominùs mireris eoſdem propemodum *effectus*, à diverſis in Homine & Pecude facultatibus; Ratione, inquam, & Imaginatione ſuboriri. Sicut namque Humana-Mens, delibatus eſt de mente divina radius: ita Ratio, craſſior Intellectus eſt, pinguiorque Minerva.

Imaginatio demum, velut imminuta Ratio & corporea; cui hinc inde ſenſus velut excubitores, advigilant, inſerviunt ac famulantur. Omnia hæc ſimul Mens, Ratio, Imaginatio, cum Senſuum choragijs HOMO EST. ADITTALIS.

Quare non ineptè Autor, cæterà ſatis ineptus, Scientiam definit *ſtatum animi pacificum, & tranquillum.* Eſt quippe Averroïs interpretamento, *perfectio Animæ-rationalis, donec perveniat Homo ad vltimam ſuam perfectionem.* Inde & Scientia Græcis, ἐπιστήμη dicitur; quia ἐπὶ στάσιν, id eſt in ſtatum animam ducit. Et Omnis rationis compos, poſtquàm invenit per demonſtrationem quod quærebat, vtique conquieſcit. Vt meritò Scientiam definierit Euſtathius, *eſſe perfectivam Animæ-Rationalis; quatenus deducit eam in proprium ipſius actum,* illamque reducit ad ſeipſam.

Pſell. In 7. Phyſic.

Quid ſit Scientia.

In 1. Poſter.

CAPVT II.

INTRA HOMINEM IPSVM, ſpecialis Scientiarum Delineatio.

HOMINI igitur, Sacrâ monente Scripturâ, *ad cor reverſo*, id eſt intra ſe; Scientiarum *Methodus* occurrit, ex Scholis diverſiſſima. Sed noſtra hæc preſſior, puto & facilior, efficaciorque. Quandoquidem, (quod dicendum non ſemel) *Homo audax* illud, ex Zoroaſtris veteri effaro, *Naturæ miraculum, Effigieſque* DEI *es in imagine parva.* Conſtantem illum debemus intueri Corpore, Animâ, Mente. Adeò omnis Homo Geryon eſt, DEI vni-Trini effigies: latentque in vnoquoque noſtrûm, *tres* quaſi Homines; Senſitivus, Rationalis, Intellectualis. In Primo gradu, affinis eſt Homo pecudum generi: per ſenſus, affectus, & imaginativam. In ſecundo, accedit ad Angelos; per cogitationem, ratiocinationem, & judicium. In tertio, ſapienti intelligentiâ, mentiſque apice Divinitati cognatus.

Iſa. 46.

Homo tribus conſtat.

Ex quibus liquidò patet, DEVM & Hominem omnia continere. DEVS quidem eminenter, vt cauſa cauſarum primiſſima: Homo actu, vt nodus & vinculum. Vis ergo omni-ſcius evadere? Ingemina, cole, exerce illud Auguſtini; *noverim me, noverim te.* Cum Beatis DEVM contemplare; *ſimilis illi eris, cognoſces ſicut & cognoſceris.* Si hæc altioris Scholæ nimis eminent, & caligantis oculi aciem retundunt, ſiſte in inferiori claſſe. Te-ipſo erudiare, totum quod es conſule: tibi vaca, tibi ſtude. Vno verbo, ex Delphici Apollinis Scientiarum præſidis propylæo, γνῶθι σεαυτόν, cognoſce teipſum. Dicam adhuc magis enucleatè.

Deus & Homo quomodo contineant omnia.

1. Cor. 3.

Clem. Alexand. Stromat. 5.

HOMINIS animum naturâ vniſſimum, triplici tamen virtute & quaſi parte diſtinctum videmus; Intellectu, Ratione, Imaginatione;

LIBELLVS Iam igitur vnicuique ex tribus illis facultatibus, aſſigno Scientias omninò *tres*. Quò videlicet per ſolemnem mihi regulam vni-trinam orbis ille Diſciplinarum, quæ veterum Ἐγκυκλοπαιδεία eſt, conſletur in novem Diſciplinas; quas ſubpartitur deinde ingens, variaque apud varios multitudo. Quò reſpexiſſe Veteres reor, cùm Gratiam, ſeu Muſam primò dumtaxat vnicam, tres deinde: novemque tandem, mutuo complexu ſibi invicem illigatas, effinxere. Abhinc videlicet, quod pulchrè de Angelorum Hierarchijs ſpeculatur Dionyſius, Humana-Mens triplici gradu paulatim repurgatur ab ignorantia: illuminatur per varios Scientiarum ſplendores, perficitur ſapientiæ feliciſſima poſſeſſione & vſu.

Scientiæ tribus Hominis facultatibus reſpondentes.

Cæleſt. Hierarch. c. 3.

PAVLI cælum triplex ex Ruperti, necnon Victorini Richardi interpretamento. Seu mavis cum vtroque principe Mirandulano, Salomonici Templi partes ſimul tres, HOMINEM puta. Atrium, Navem, Sanctuarium. Ac in Atrio quidem iterato ternione, occurrunt primùm ſenſus: mox cupidi & iracundi motus, Græcis παθήματα; facultas demùm imaginatrix. Porrò ſenſus diſciplinabiles vocant Peripatetici, perquos prima doctrinæ rudimenta, & magiſtra rerum experientia ad animum ſubintrat. Nam Tres iſti ſenſus ſummatim à me numerari debent; auditus, viſus, tactus; ſub vltimo enim guſtandi vis, & odorandi continetur. Vtque ſcientiæ miniſtros intelligas, fidem de verbo vitæ adſtruit Ioannes Evangeliſta; ex eo quod *audivit, & vidit oculis ſuis: quod perſpexit, & manus ejus contrectaverunt.*

2. Cor. 12.

Homo Templum veritatis.

1. Ioan. 1.

Hinc ſcientia, quæ humana veluti fides eſt, haud minùs quàm cæleſtis & divina primùm *ex auditu.* Tum ſcilicet cùm per aures (Diſciplinarum tubos, ſeu canales dixeris) prima litterarum elementa inſtillant Pædagogi. Quo ſenſu in Iobi ſapientiſſimi æquè & patientiſſimi dialogiſmis, acutè Eliphas ille Themanites; *aurem ſuam venas divini ſuſurri*, ait ſuſcepiſſe. Ac *ſemel* quidem *loquitur* DEVS, *& ſecundò idipſum non repetit*; *duo* tamen *audimus*, per animum ſcilicet & ſenſus: vel per aures præſertim, & oculos.

Rom. 10.

Iob. 4 & 33.

Pſ. 61.

IDCIRCO in Pueritiæ ſimul & Adoleſcentiæ primoribus annis, ſenſibus *deſtinatur* Grammatica, cum Πολυγλωττία, ſeu Idiomatum varietate multiplici. Imaginatrici, quæ memoria vtique corporea eſt, congruit Chronologi-Hiſtoria, Temporum ſeries, geſtaque enarrans. Affectibus deinde propria eſt Mythologi-Poëtica. Huic quoque claſſi ſubduntur è Mathematicis impura nonnulla, quæ propiùs praxim attingunt: ſenſumque, & Imaginativam detinent.

Scientiæ cuique facultati propriæ.
1. Senſitivæ.

Iam verò vbi deſinunt Senſus, mediâ quaſi Imaginatione; contigua eſt, velut atrio Templi navis, Anima itidem triplex, triplex quoque Philoſophia. Ratiocinanti ſcilicet Ariſtotelica, ſentienti Medecina, vegetanti Spagirica.

2. Animæ.

Poſtremò in intimo ipſius Animi Sacrario, reſpondere videtur Intellectui Mathematica Pura: Intelligentiæ Metaphyſica; Menti demum Theologia, quæ vera nulla eſt niſi Chriſtiana. Hunc ordinem tantiſper immutabit ſequens Contextus. Interim obſervabis ex præcedentium

3. Intellectui.

cedentium omnium congerie, totum Hominem cogitando, loquendo & agendo excurrere per ἀνάλυσιν, σύνθεσιν: ἀνάβασιν, κατάβασιν, ϗ περιφέρειαν. Id verò egregiè præſtat Rhetorica, ſeu Eloquentia triplex; quâ conſummata SAPIENTIA, meo ſenſu, abſolvitur.

ADITIALIS.

IN ſumma; animis noſtris ineſt vis quædam occulta, perſpicax & capax omnium: ſed nube corporis, nec-non errorum caligine, peccato præſertim, obſcùrata, ne dicam deleta. Haud aliter quàm Hominum cuique impreſſus quidam arcanus character, plùs minùſve conciliat venerationem, obſequia, timorem, amorem; quem ſcelus cancellat, virtus præſertim ex gratiæ & ſanctitatis nitore reformat. Ita humanam intelligendi vim infuſcant ignorantia, & opinio: veritas, & ſcientia perluminant.

Animi pondus corpus eſt.

CAPVT III.

QVA PRÆSERTIM METHODO, Homo ſit erudiendus.

VT in ſcientiarum comparatione *Methodo* nihil vtiliùs, ita operoſius nihil. Exercuit ea ſanè materia, Scriptores omni ævo præſtantiſſimos. Nos impræſentia, trivialibus vix delibatis, ijs maximè immorabimur quæ noſtrum tangunt inſtitutum.

Atque vt januam aperiat definitio; METHODVS ſtatui debet via compendiaria veſtigandi, explorandi, tradendique Diſciplinas; vt Homo veri cognitionem ordinatè, facilè, & tutò adipiſcatur. Finis illi duplex. Prior, regularum quas præſcribit adeptio per inventionem: poſterior, praxis per applicationem, diſpoſitionem, & traditionem. Aliud enim eſt, infit Ariſtoteles, ſcientiam habere, aliud actu exercere. Eſtque propterea Methodus veritatis velut obſtetrix, & Lucina; cujus ſcilicet ope & meliùs, & promptiùs Hominum mentibus ingeneratur. Iter credas ac viam, cò feliciorem ac tutiorem: quò facilior, planiorque exiſtit.

Quid ſit Methodus.

Magn. Moral. lib. 1. cap. 7.

Ea porro facilitas ac planities, procedit ab *Ordine*; qui talis in Diſciplinis ſtatui debet, qualis in rebus ipſis ab autore naturæ DEO conſtitutus reperitur. Porrò ordo rerum eas diſponit & comparat vel vnamquamque in ſeipſa, vel vt ſimul junctas; cum debitâ partium collocatione ſupra, infra, antè, retrò, priùs & poſteriùs: vel relatas & comparatas tum ad principium à quo oriuntur, tum ad finem ad quem tendunt. Ideoque celebre eſt in ſcholis effatum, *ſciri res quando ſciuntur earum cauſæ.*

Ordo Scientiarum.

Idem qui & rerum.

Ac earum quidem *cauſarum* conſideratio, adhuc duplex. Altera vt extant in ſeipſis, ſuâque naturâ: altera, vt in nobis; quatenus ſcilicet, humanus eas animus contemplatur. Ex quo fonte gemino,

Cauſæ dupliciter conſiderantur.

LIBELLVS

Quotuplex Methodus.

tot Methodi ſcaturiunt. Diſtinguitur namque vniverſalis, ſpecialis: ſpeculativa, practica: eſſentialis, accidentaria: naturalis, artificialis, inartificialis ſeu arbitraria diviſiva, definitivâ, demonſtrativa; ſimplex, compoſita, aliįſque modis ſexcentis.

Dividere difficillimum.

Cur vtile.

Quia enim res omnes in Orbis compoſitione mixtæ ſunt, licet humani vis ingenij in *dividendo* ſit infinita; difficillimum tamen eſt, ne dicam ἀδύνατον, vniverſas per certas claſſes diſtribuere. Quod ſummè tamen Methodus enititur, vti nimirum in Diſciplinarum adeptione ſimul & traditione vitetur partim confuſio, naſcens ex illâ rerum mixtione vnitiſſimâ: partim tædium, ex earumdem infinitâ multitudine. Quamobrem præclarè Ficinus, *ſcientiam in ſpeciali rerum diſtinctione* collocat. Et prædicamenta inveniſſe Ariſtotelem egregiè vt cætera notat Baconius San-Verulanus, veluti cautiones contra confuſionem.

In Platon. Charmid.
In Progreſſ. Scient.

Methodi principia duo.

ENIM VERÒ reducuntur Methodi omnes ad illa *principia duo*, toties in Academijs decantata. Si enim rerum cauſæ conſiderantur in ſeipſis, ordo fit à priori: & res cognoſcuntur, ſecundùm ſe, ἁπλῶς. Sin autem conſiderantur reſpectivè ad Hominum ingenia, ordo fit à poſteriori: & res cognoſcuntur, quoad nos ἁπλ. Illa ſecurior, iſta facilior: illa deſcendit à cauſis ad effectus, iſta vice versâ procedit. Vtraque nihil habere debet mancum, nihil ſuperfluum: partes verò antecedentes, & principia ſeu cauſas conſequentes ſub certo principio & fine colligare; ſubjecta, affectiones, & effectus ordinatè veſtigare, invenire, docere.

Ordo Naturæ tribus conſtat.

Rom. 13.

Ἡ γὰρ τάξις ἡ οἰκεία τῶν αἰσθητῶν φύσις ἐστί. *Ariſtot. l. 3. de Cælo.*

Quare optima Methodus haberi nequit, niſi ex Naturæ genio & Mundi ordine; [quæcumque enim à DEO ſunt, ſic ſunt ordinata;] vt ipſe ordo, τάξις, ſit ψυχὴ τοῦ Κόσμου. Et propria, ita ſenſibilium; natura eſt, vt inordinatè quippiam fieri, nihil ſit aliud quàm fieri præter naturam. Is porro elucet primò quidem in partium omnium certa collocatione, mutua dependentia ac ſervitute, proportione, & ſymmetria.

Collocatione. Dependentiâ.

Proportione.

Vniverſum quid.

Collocatio oritur ex cujuſque rei natura, & in finem boni totius Orbis publicum facta per Creatorem deſtinatione. *Dependentia* minores Creaturas, ſeu inferiores, majorum ſive ſuperiorum famulatui ſubijcit ſervas veluti & pediſſequas; vt illæ viciſſim ſibi ſubjectis ſpiritum, vitam, robur impertiuntur. *Proportio* demum ac ſymmetria arcano nexu, eoque indiſſolubili, ligat inter omnia fœdus ac ſocietatem. Et ea demum compages ſeu moles *Vniverſum* appellatur, quaſi vni diverſum mixtâ in vnum vnitate ſimul cum diverſitate.

Trina rerum differentia.

In Metaph. 2.

Quæ propterea rerum Vniverſitas, ſecundo deinde loco conſiderari debet velut vnum quid in plura diſperſum: mox pluralitas ipſa, in vnum reducta ac redacta. Poſtremò res illæ omnes, quibus Orbis componitur, *triplici* differentiâ ſunt diſpeſcendæ. Alia etenim entia, naturæ ſunt ſeu ſubſtantiæ tam increatæ, quàm creatæ. Alia accidentia quæ per varias regulas, modoſque ſive logicos, ſive artificiales, ad aliquam praxim reducuntur. Alia demum vltra naturam

& artem ; proprietates ſunt Entis generalis ; principiaque Rerum vniverſaliſſima. Quæ naturæ ſunt, ſpeculatur mens humana. Quæ vtriuſque artis, logicæ & factitiæ, exequitur rationis & manus peritia. Cętera ordinat, & methodicè diſponit Intellectus. Pręſtatque pręclarum illud munus duplici via. Vel faciendo ordinem, imitatione Naturę. Vel factum à Natura inveniendo, manifeſtando, imitando. ADITIALIS.

Ex quis emergit *Ordo triplex*; Phyſicus, Rationalis, Metaphyſicus. Primus, qui pręſertim ab Imaginatione eſt, Rerum compoſitionem & diviſionem rimatur. Idque facit cauſas & effectus vniendo, mox ſejungendo; vti in orbe coagulatio, & ſolutio continua eſt. Ordo exinde triplex 1. Phyſicus.

Secundus, auxilio præſertim Rationis, quam mediam ſupra ſtatuimus, conſequentium & repugnantium vias exquirit & advertit. Cumque regulis ad præſcriptum finem inſtitutis, aut logicè agit, aut practicè operatur. 2. Rationalis.

Tertius, procedit vi Intellectus per altiora principia. Cùm videlicet ſimilia & diſſimilia, æqualia & inæqualia, ſuperiora & inferiora, cęleſtia & terreſtria, ſpiritalia & corporea, increata & creata; vno verbo, cuncta proportione ſaltem analogicâ, comparat, & imitatur. 3. Metaphyſicus.

Ea ſanè mens fuit Hippocratis, Platonis, Galeni, Raimundi, Mirandulani, Gemmæ, ac Cæterorum; quoties Methodum omnem docent, *tribus* capitibus abſolvi. I. compoſitione ſcilicet, & diviſione. II. Conſequentium, & repugnantium diſquiſitione. III. Rerum inter ſe mutatione ſecundum relationes majoris, minoris, æqualis, ſimilis. Methodi partes tres.

Vnde relinquitur Methodum in præſenti negotio debere conſiderari primo ſecundùm materiam, deinde ſecundùm formam. Materia à me ſatis hactenus inſinuata, ſummatim *triplex* eſt. I. Ipſamet rerum natura. II. Veritatum rebus annexarum ſeries. III. Ordo cognitionis, elocutionis, & effectionis; circa vtraque, res nimirum ac veritates. Materia Methodi triplex.

Quæ quidem altiùs contemplanti mihi, occurrit præter tria illa generalia *inſtrumenta*, mentem, ſermonem, manum; ſuperaddi debere *Methodum*, quæ omnis omninò diſciplinæ & artis organum eſt. Neque aliud ſubjungam in præclara materia, præter illud ex Ariſtotele in ſcholis paſſiviſſimum; abſurdum eſſe, ſcientiam ſimul & ſcientiæ modum quærere & addiſcere. Ἄτοπον ἅμα ζητεῖν, ἐπιστήμην, καὶ τρόπον ἐπιστήμης. Libr. 2. Metaph. c. 3.

CAPVT IV.

FORMA METHODI STATVITVR præcipuè triplex.

Forma Methodi multiplex.

IAM Methodi *forma* ſi attenditur, vſque-adeò apud Autores implexa occurrit; vt certi aliquid ſtatuere, difficillimum ſit. Ac licet Delium me natatorem minimè putem, placet nihilominus tamen Methodum omnem *trinâ* partitione complecti.

Præcipuè triplex
1. Synthetica.

PRIMA Methodus, ex Scholæ genio ſtatui debet iterum *triplex*; Synthetica, Analytica, Mixta. *Syntheticæ* & Analyticæ nomen in Academijs notiſſimum, res non item. Iſtud porrò apud ſubtiliores indubitatum, vtramque ab Hominibus inventam DEI imitamento. Quippe qui, adnotante Philone, in Naturæ officina, vtroque modo per coagulationem & ſolutionem molitur vniverſa. *In Coſmop.* Compoſitio, ſaniori ſenſu, diſperſam ab vnitate multitudinem iterum colligit in vnitatem: ab effectis ad cauſas, & à notioribus principijs per media progreditur ad primum principium, finem-ve vltimum. *2. Analytica.* *Reſolutio*, fortè meliùs decompoſitio, vnitatem totius ſolvit in pluralitatem partium, cauſas reſolvit in ſuos effectus: & à fine vltimo per media ad primiſſima, vltimaque principia devolvitur.

Prior ab effectis ad cauſas, à medijs ad finem progrediens; operationi & traditioni judicatur aptior, quia ordo doctrinæ eſt, nobiſque notior. Poſterior, oppoſitâ viâ procedens, contemplationi & inventioni accommodatior; quia fit juxta Naturæ ordinem, certiorque quoad res exiſtit. Illa Tyronibus convenit, iſta Sapientioribus quorum *eſt ordinare*. Si ambæ, vt fit, auxilium ſibi præſtant, operaſque mutuas communicant; conflatur tertia Methodus, quam paulò priùs *Mixtam* idcirco appellavi. Suetum enim eſt primum reſolvere, deinde componere.

Sapientis eſt ordinare, non ordinari. Ariſtot. 1. Met ph. c. 2.

3. Mixta.

Exemplum.

Ita in *Theologiæ Summa*, ordo proponi videtur analyticus. Statuitur enim DEVS naturâ vnus, Perſonis trinus: in effectis naturæ Creator potens, in Gratiæ donis Redemptor clemens, in Cœli gloria maximus æquè & juſtiſſimus Remunerator. Secus in Summæ ejuſdem Partibus, ex varijs Attributis ſyntheticè concluditur perfectiſſimus: ex Angelis, Hominibus, cæteriſque mundanis creator; ex doctrinâ, gratiâ, & ſacramentis Generis Humani Reparator. Huc quoque revocanda ſpecies illa Methodi, quam ὁριστικὴν vocant; cum v. g. definitur initio propoſita ſcientia, perque ſingulas definitionis partes tota abſolvitur; vt latiùs in noſtro Sanctuario.

Definitiva.

Iterum Methodus triplex.

ALTERA ſpecies *triplicem* quoque Methodum, noſtro calculo inducit. Prima, appellabitur Epilogiſmus: ſecunda, Diſcurſus; ter-

tiâ, Analogiſmus, propriè converſivus ac circularis; ideoque ſolus perfectè Encyclopedicus. Inſinuare id videtur theſis iſta Mirandulani. *Præter tria demonſtrationis genera, quia, propter quid, & ſimpliciter, quæ ponunt Ariſtoteles, & Commentator; datur quartum. Hoc porro genus demonſtrationis, quæ dici poteſt demonſtratio converti bilitatu, fortius eſt omnibus prædictis.*

ADITIALIS. Homo tribus conſtat.

Hæc vt magis ac magis enucleentur, repetendum ex Platonis ideis & Pimandri ſpeculationibus; Hominem medium ſuperiora inter & inferiora conſtare (vt ante dixi, credo non ſemel) Senſu, Ratione, Mente, ſeu Intellectu. Ita vt corporea agnoſcat per ſenſus, videndo, audiendo, tangendo. Quocirca rectè advertit D. Thomas, ſcire Doctum quemlibet, quando vult: non ſentire, niſi præſente objecto. Incorporea autem cognoſcimus per intellectum, ſimilitudinem, & diſſimilitudinem rerum ſpeculantem, vel imitantem. Media per rationem, ſcientificè componendo ac dividendo. Itaque iſto in Orbe extraneo ac fæculento, exul noſter animus dum *peregrinatur à* DEO vero, haurit per Senſus, craſſas, pollutaſque rerum imagines. Has tantiſper purgat, & lævigat Ratio: colat demùm & perficit, ſibique ſimillimas reddit Intellectus. Vnde aditus veri, janua ad ſcientias, primaque Methodus Epilogiſmus eſt, ſeu *Inductio*.

In 2. de Anim. lect. 3.

2. Cor. 5.

Cæterùm Inductio originem ducit partim à caſu, partim à Ratione. Hæc etenim curioſitate naturali ad res novas, raras & ignotas erecta in admirationem, cauſarum indagationem aggreſſa eſt. Ideoque ex Thaumante, quæ Græcis admiratio eſt, Iris ſeu cognitio rerum nata apud Platonem memoratur. Quin & Platonis diſcipulus Ariſtoteles, admirationem vocat idcirco Philoſophiæ matrem. Siquidem effectuum notitia, cauſarumque ignoratio, ſcientiæ & inveſtigandi libidinem peperit. Qua etiam de cauſa finis Philoſophiæ ſtatuitur μηδὲν θαυμάζειν. Cum enim *Experientia* litterata Naturæ interpretatio ſit, Scientiarum mater, Hominumque prima magiſtra; Cordatiores paulatim obſervavere ſenſibus obvia: tandemque obſervationes ſtatuerunt in concluſiones velut axiomata, canones, regulas & præcepta. Inde

Inductio vnde.

In Theæt. L. 4. Metaphyſic. 1.

Experientia. Ἡ μὲν ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ἡ δ' ἀπειρία τύχην. *Lib. 1. Metaph. c. 1.*

Eccli. 34.

Per varios vſus artem experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam.

Manil. l. 1.

Quare adnotandum ſedulò fuit omni ævo, non tam quid ab Hominibus ſciri & fieri debeat, quàm quæ dicuntur fiuntque quotidie.

Vtque Artes pariat ſolertia, nutriat vſus.

Magis authenticè Eccleſiaſticus; *vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellecta.* Quò fortè reſpicientes Empedocles, Prothagoras, Homerus ſcientiam ſenſum eſſe dixerunt: ſapere, & ſentire idem. Repetitque non ſemel Ariſtoteles ipſe, *Scientiam vniverſalem deſumi ab experientia particulari. Scientia quippe & ars fit in Hominibus per experientiam, quia ex multis memorys fit vnum experimentum.* Nempe, præeunte divino oraculo, *in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Vt meritò concludat Themiſtius, *conſtare ſcientiam omnem aut demonſtratione ex vniverſa-*

Apud Ariſtot. 2. de An. Sect. 7. c. 1. Text 150.

L. 7 Phyſic. c. 2. text 20. l. 1. Metaph. c. 1.

In 1. Poſter. c. 33.

LIBELLUS *Apolog. 4.*

libus, aut inductione ex particularibus; nativas *tenebras quotidiè illuminantibus experimentis*, vt habet Tertullianus.

Gradus Scientiæ acquirendæ. *Lib. 7. Metaph. c. 2. tex. 20. Lib. 1. Metaph. c. 1.*

AB experientia igitur vſus, ab vſu traditio: ex traditione opinio, ex opinione ſcientia. Sed hæc initio rudis; quia communis notitia præit exactæ, confuſa diſtinctæ. Immo tametſi jam tum obtigiſſet ſpecialis ac diſtincta, nondum tamen aut longa inductione, aut ſatis firmis rationibus erat comprobata.

Experientiam juvant traditio & ratio.

Acceſſit igitur ad experientiam & conſuetudinem, hinc conſtans, perpetuaque Sapientum traditio. Inde Rationis ſeria conſultatio, maturumque judicium. Nempe vlteriùs & vlteriùs veſtigans effectorum effecta, & principiorum principia; donec vultum Naturæ, vt Protei: & veritatis faciem, vltra omnes metamorphoſes apertè conſpiciat. Et hoc vtique præſtat Methodus altera, quam *Diſcurſum* appellavi. Quod opus propriè Rationis eſt, & Scientiæ indagatricis veri, reſque cognoſcentis per cauſas.

Diſcurſus.

Analogiſmus.

Scientiæ huic coronidem imponit *Analogiſmus*; conſtans aſcenſu, deſcenſu, circuitu. Cogita Lunæ converſiones, & rem intellexeris. Vbi namque Humana-Mens in ſupradictis duobus jam exercitatior eſt, altiùs cupit evolare. Ideoque, velut aquila, *aſcendit* per proprietates Entis generaliores, principiaque rerum vniverſaliora; quaſi per gradus, traduces, ac propagines. Quoties nempe progreditur, ab effectis ad cauſas, ab inferioribus ad ſuperiora, à minoribus ad majora, à particularibus ad vniverſalia: à ſenſibilibus ad intellectualia; à creaturis ad Creatorem.

Aſcenſus.

Deſcenſus. *Geneſ. 28. Cap. 1.* Circulatio.

Hinc motu oppoſito, Angelorum inſtar in myſtica Iacobi Scala, per eoſdem gradus & lineas *deſcendit*. Tandemque non aliter quàm illa Ezechielis animalia, oculis plena antè & retrò, cuncta verſans & reverſans: rerum omnium naturas, principia, proprietates, ἐνεργείας, ἐντελεχείας, vniones, ſeparationes: nexus, contextus, ſyntaxes, commiſſuras: ſympathias, antipathias, ſimilitudines, diſſimilitudines veſtigans, contemplans, comparans: vndequaque circumvolitans, *converſionem* illam facit, ſeu *circulum* cognitionis perfectiſſimum; quo Catholica Methodus, nec-non abſoluta Sapientia clauditur.

Methodus Scholaſtica.

IN tertia verò claſſe diſtinguitur, quoad præſens inſtitutum, *Methodus Claſsica* in Scholis dubio procul vtiliſſima. Ea nempe fit per dubia, quæſita, diſputationes, objectiones, reſolutiones, deciſiones. Docetque ſaltem arguté ac ſubtiliter dubitare, objicere, reſpondere. Præclarè ſiquidem tradit in Metaphyſicis Ariſtoteles, benè dubitare rectè ſciendi ſemper eſſe initium. Præſtat enim in omni Diſciplina vtramque partem, negativam ſcilicet & affirmativam, ventilare; vt eo ſagaci, examine, quæſtio fiat ambigua. Quis enim ſolvat nodum, quem ignorat? Libratis autem dubitandi rationibus, quæſtionis ſolutio habetur facillima, certiſſimaque concluſio. Niſi namque dubitent, qui quærunt; ſimiles illis ſunt, qui quodnam iter arripere debeant, neſciunt. Viam ignorantes, nunquam ſcient illam-ne invenerint necne? Cavendum interim ne *verba ſint plurima, multamque in diſputando habentia vanitatem.* Item ne *confundamur*

Lib. 3. c. 1.

Eccli. 4.

Digitized by Google

operantes linum, plectentes, & texentes ſubtilia. Homo enim nativâ conſtitutione rectus, *miſcet ſe quæſtionibus infinitis.* Diuque expertus Salomon ipſe, poſtquàm *cuncta tentavit in ſapientia*, fatetur etiam cum gemitu; *quærere & inveſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole, occupationem eſſe peſſimam.* ADITIALIS. *Iſa. 19.* *Eccle. 7.* *Ibid. c. 1.*

SECRETA Methodus, quæ & nonnullis Cabballiſtica; cujus (vt fertur de Habitu principiorum) innata nobis ſemina, inſtructiva eſt magis quàm litigioſa: affirmat, pluſquàm negat; nec tam deſtruit aliena, quàm ſtruit propria. Commentarijs longioribus, rixis ac contentionibus fermè abſtinet. Poſitiones amat, aſſertiones, regulas, canones, exempla, præceptiones: & petitas ex veri natura, Naturæque adytis germanas perſuaſiones. Ideo Scientias, illiſque comprehenſas veritates proponit per textus, & aphoriſmos. Methodus noſtra. Quâ ratione procedit.

Is nimirum ſacræ inter nos Scripturæ, Sapientumque ſtylus eſt. Ea quippe Methodo tollitur locutuleitas, amplificatio: illaque apud Salomonem, *faſcinatio nugacitatis*; & Pauli monitu, deceptricis Philoſophiæ *quæſtiones inutiles ac vanæ*, fallaciæ inanes, necnon *interminatæ diſputationum genealogiæ.* Sapientibus quidem ſemper ſolemnis fuit modus ille, quem vocat Alexandrinus *Hebraïcum, & Ænigmaticum*; quippe qui *brevitatem amplectebantur, quæ eſt admonitoria, & vtiliſſima.* Quamobrem & à Ieſu Sirachæo Sapientia comparatur *Api.* Hæc nimirum *brevis in volatilibus, initium tamen dulcoris habet fructus illius.* Simili modo Ejus vtilitates. *Sap. 4.* *Tit. 3.* *1. Timoth. 2.* *Coloſſ. 2.* *Stromatum 2.* *Eccli. 11.*

Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.

Cavet interea ſummopere Methodus hæc à *Compendijs*, quæ ſcit eſſe Doctrinæ diſpendia. Novit quippe paſſivum errorem, quo & Compendia propriâ brevitate obſcura producunt in dies fuſiora Commentaria: & hæc viciſſim, quia prolixitate generant tædium, reproducunt Compendia. Qui circulus in veritatis non fundo, ſed littore: in ſcientiarum non ſubſtantijs, ſed circumſtantijs, tam vitioſus eſt quàm frequens. Quid ergo, κατὰ δόξαν, præſtat noſtra hæc Methodus minimè vulgaris? Cavenda Compendia.

PLACITA ſcilicet, & *Extracta.* Quibus videlicet benè ſubacta, diſpoſitaque Ingenia, quaſi ex ſeipſis: & ſolo nudæ, ac defecatæ veritatis intuitu erudiantur. Terram vide. Si pura puta ſoli, & cælo exponitur; ſine alio cultu ſpontè germinat animalia, herbas, lapillos. Vix aliter animus Hominis deterſâ errorum labe, ſolâ veritatis luce fœcundatur. Latent quippe in eo ſemina veri, ceu ignis in ſilice. Naphtam cogita, aut ſulphur. Ambo ad primam ſcintillam inflammantur. Ita ſuijpſius tantum-non doctor animus eſt. Nam ſi rectè & purè illi proponitur nuda veritas, huic ſpontè maritatur: primoque veri alicujus hauſtu, ſtatim ingreditur viam Naturæ, Veritatis, Scientiæ, Eloquentiæ, Prudentiæ. Extracta longè vtiliora. *Anima habet in ſe rerum ſpecies, & excitatur tantum ab extrinſecis rebus Theſ. Pi. Mirandul.*

SANE ſimplices & germanæ veritates, ſic per *theſes*, axiomata, præcepta ſeu canones & exempla defæcatis mentibus traditæ; alias innumeras, alterius etiam generis, progignunt. Vnde vt in Entium Theſes, & axiomata.

LIBELLVS Scientiæ ſe invicem juvant.

orbe ἀλληλουχίᾳ, ſic Scientiæ omnes ſibi ὑπάλληλοι. Ergo ſi traduntur, vt par eſt, vna alteri deſervit: habenturque ſin minùs ſingularum concluſiones, ſaltem omnium vniverſales notitiæ.

Quocirca prudenter optabat Euripides, vt miſſis procul ſermonibus artificioſis; res ipſæ quales ſunt ſemet explicent, & cum hominibus colloquentes illis ſeſe inſinuent. Hac ipſa de cauſa ex Plotini relatu, veteris *ſapientiæ myſteria oſtendere volentes Sacerdotes Ægyptij; non figuris litterarum diſcurſiones, & propoſitiones exprimebant, ſed imagines rerum. Significantes quod ſcientia, & ſapientia ſit vnaquæque imago, ſive exemplar: & ſubjectum illud ſpectaculum totum vnà collectum, non excogitatio quædam aut conſilium.* Scio negari paſſim ab Ariſtotele quemquam naſci ſapientem, *ſed* fieri diſciplinâ. Ideoque animum Hominis ſimilem ait γραμματείῳ, ᾧ μηδὲν ὑπάρχει ἐντελεχείᾳ γεγραμμένον. Docet tamen alibi, ſapientiam ex *ſcientia & mente conſtitui*: illâ per diſciplinas acquiſitâ, iſtâ nobis innatâ. Audetque propterea ejus Interpres ſimplicius, *Sapientiam quæ eſt in intellectu, ſubſtantiam aſſerere.* Accinit & D. Thomas, ſcientiam duobus modis comparari; *aut diſcendo, ab alijs ſcilicet, aut per ſe inveniendo.* Etenim

Ennead. 5. l. 8. c. 5. — *Lib. 6. Ethic. c. 11.* — *L. 3. de Anim. c. 4.* — *1. Magn. Moral. c. 35.* — Sapientiæ duobus conſtat. — *In Prædic.* — *In 2. de Anim. text. 58.* — *Prudent. l. 2. contra Aurel.*

Gaudemus compertum aliquid, deinque retectum
Quod latuit.

Videas ingenia ſolo naturæ cultu ſpontaneo ſic diſpoſita, vt ex ſimplici terminorum propoſitione Scientias integras percipiant. Novi ego ipſe alterum in ſæculo, in clauſtro alterum; quorum ille Mathematica, iſte Mechanica ſolius fermé indolis beneficio callebat. Rarumque in Auguſtino fuit, Diſciplinas propemodùm omnes, non alio præceptore quàm ſeipſo perdidiciſſe. Id ipſe teſtatur de ſe, immo & in DEI ſui laudem confitetur. *Quidquid de arte loquendi & diſſerendi, quidquid de dimenſionibus figurarum, & de muſicis, & de numeris; ſine magna difficultate, nullo homine tradente, intellexi.* Fatendum tamen ejuſmodi dotes eximias, rarâ Naturæ indulgentiâ paucis admodum concedi. *Cum*, vt habet Poëta Chriſtianus, *difficilis via, noſce principiorum ſemina.*

Libr. 10. Confeſſ. c. 16. — *Prudent. in Apotheoſ.*

CAPVT V.

COROLLARIA DVO EX ANTEDICTIS, cum accuratiori differentia Compendij & Extracti.

Compendij & Extracti differentia.

VERVM vt materia abſolvatur ſubtiliſſima, duo ad extremum animadvertere pretium eſt. Primum, mihi mox ante inſinuatum, tam vitanda eſſe Compendia, quàm Extracta deamanda. Diſcrimen vtriuſque facilè concipies, ſi potionis medicæ recordaris, & extracti chymici. Medicina materiam comprimit, virtutes herbarum minuit: cum horrore & nauſea ebibitur,

bitur, cum torminibus, & tormentis expurgat. Catapocion ſeu pilula ſpagiricè confecta, quoniam agit more principij defæcati, puri, nativi; molem minuit, virtutem auget, faſtidium tollit, vires ſuaviſſimè ſimul & efficaciſſimè reparat. ADITIALIS. Exemplum à Medicina.

Ratio diſcriminis peregregia. Virtutes occultæ, formæ ſunt appendices; ideoque in minima materia, plus habent energiæ: ſecus de virtute mixta, compoſitaque. Et principia vbi ſemel libertati, & nativæ puritati aſſeruntur; agunt revera promptiùs, ſuaviùs, efficaciùs; quin & agendo, magis ac magis fœcundantur.

Major in exiguo nam regnat corpore virtus.

DABO & *exemplum* magis familiare. Vides in menſa panem coctum vſu imminui, nec alios vnquam panes progignere. Contrà granum frumenti, immò & grani pars fortè centeſima; capax eſt alia ſui generis, & alia in infinitum proſeminandi. Rationem quæris? Auſculta. Panis ille, effectus eſt arte vltimò conſummatus, & perfectus: granum è contrà, principium purificatum ac liberum. Ideo vſus panem conſumit, granum multiplicat. Alterum ex pane & ſemine.

Pari omninò ratione Scientiæ Scholaſticæ, ſive per Commentaria, ſive per Compendia tradantur; aliæ alias ſæpiùs impediunt, nedum juvant, aut producunt. Ideò non benè creditur Theologus, qui optimè Medicus eſt. Quòque magis aliquis callet v. g. Mathematica, Eloquentiæ vtplurimùm reperitur inidoneus. Secùs Principia & Extracta, nativæ puritati ac libertati ſemel aſſerta: fœcundant mentem, ſeque invicem copioſiſſimè progerminant. Quare qui eam Methodum init, per vnam ſcientiam ad alias animum præparat: & quò magis acquiſitis è veritatis theſauro divitijs vtitur, eò & diteſcit magis,

Diſcrimen perquàm ſubtiliter, ſenſu ſaltem metaphorico, inſinuat Rex ſapientiſſimus. *Alij dividunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.* Nec minùs aptè & eleganter, Autor Eccleſiaſtici. *Præcurre in domum tuam, & illic avocare: & illic lude, & age conceptiones tuas.* Quibus ſanè verbis divinum docet oraculum juvari Sapientiæ ſtudia ſeceſſu & ſolitudine, propria meditatione, abſque contentione nimia; vt & ipſa Eruditio ſit velut ludus, ac recreatio. Proverb. 11. Cap. 32.

Quanquam obſervatu dignum, quod vltimo promiſi. Danda nimirum opera eſt, vt columnæ iſtæ *duæ*, quibus fulcitur veritas, mutuis ſtent auxilijs; vt quod vni deeſt, ſuppleat altera. Fortaſſis Methodus vtraque vulgaris, & ſecretior; teplent emblema illud Claudi & Cæci, ex Græcorum Anthologiâ. Demus Cabbaliſticam eſſe breviorem, acutiorem; vno verbo, oculatiorem. At Claſſicæ calles tutos, firmos, ſecuros; quis neget, niſi inficetus? Rem itaque *ſic* abſolvo. Duæ Methodi jungendæ.

Quiſquis viâ tantùm publicâ incedit, nec longè, nec citò procedet. Qui nonniſi per ſemitas & devia ingreditur, ſæpiſſimè æquè ac periculoſiſſimè aberrat. Ita prorſus; ſi à trita in Scholis orbita, vel latum vnguem digredi formidas, nunquam pertinges ad verum. Si

Aeneid. 6.

Vtriuſque vſus

neglectis ſolemnibus præceptis totus es in inſuetis, impinges ad erroris ſcopulos. *Medio tutiſſimus ibis.* Si videlicet ea ratione temperatur Methodus, vt non deſint Cabballiſticæ vtilitates, & adſit Scholaſtica firmitudo. Vulgata quidem in Scholis Diſciplinarum *præcepta* ignorare, putidum fuerit ac periculoſum. Tenue verò & infelix non abite interdum extra conſuetos ttamites, vt quacumque viâ veritas anquiratur. Sanè qui receptas Scientiarum regulas aut omittit, aut contemnit; Palatium molitur, abſque fundamento. Quanti enim videntur quotidiè in graves admodùm errores ignominioſè impingere, defectu principiorum? Aliunde verò qui nihil audent ſupra captum communem, libetiote veritatis aura nuſquam perfruuntur: ac putidè ſatis, ad pædagogicos ſcopulos conſeneſcunt. Inde mihi à multis retro annis, inter ſtudiorum meditamenta propoſitum ſemper fuit, eam diſcendi ac docendi *Methodum* approbare; quæ ſimul & novitatis gratiam, & vetuſtatis autoritatem conciliaret. Atque vt ferme dum Fides ad Naturæ lumen compatatur, amo fateor eas præceptiones quæ ſupra, non quæ contra Sectarum, Scientiarumque traditiones eriguntur. Cæleſte illud Provetbium; *præpara foris opus*

Proverb. 24.

tuum, Scholæ ſcilicet initiò frequentandæ. *Et diligenter exerce agrum tuum*, privatis nimirum ſtudijs incumbe. Et tandem *ædifices domum tuam*, abſolutam interpretor Sapientiæ poſſeſſionem. Breviùs cæleſtis Concionator; *qui operatur terram ſuam, multiplicabit acervum frugum.*

Eccli. 20.

Concluſio ex antedictis liquidiſſima.

Ratio & modus hominis erudiendi.

Per tres ætates.

ERVDIENDVS Homo eſt, Methodo naturæ & ætatis legibus vtiquè conformi. Ideoque cum Galeno, quicquid vitæ eſt per tres gradus ita diſtinguendum; vt ætas Hominum ſtudijs idonea conſideretut, prima, media, vltima. Prima τῶν Νέων, Pueritiam vocat Romanorum doctiſſimus Varro, finitque anno quinto decimo. Mediam τῶν Ἀκμαζόντων, καὶ τῶν Μέσων: Adoleſcentiam voco, productam ad viceſimum quintum. Vltimam Iuventuti deputo, ad quintum ſupra trigeſimum. Quod reliquum eſt Virilitatis, actioni; vt Senectus tota quieti deſtinatur. Pueritia ex naturæ præſctipto ſenſibus viget, memoriâ, imaginatione. In Adoleſcentia paulatim effloteſcit conſilium, ratio, diſcurſus. Iuventus judicio matureſcit, meditatione & experientiâ; vnde poſtmodùm fructus in virilitate protuberant, quibus fruatur ſenectus. Non abludit Hugo Cardinalis, cùm libto

Cap. 1.

1. de Clauſtro Animæ, inſinuans illud Eccleſiaſtici: *qui addit ſcientiam, addit & laborem*; ſcientiæ laborem facit triplicem, Diſciplinæ

Scientiæ triplex labor.

in Pueritia: Exercitij, in Iuventute; Doctrinæ, in Senectute.

In 6. Ethic. lect. 6.

Non ergo ea mihi diſplicet ſententia, quam *D. Thomas* hiſce verbis ex Ariſtotele expreſſit: [Erit congruus ordo addiſcendi, vt ‘ ptimùm quidem Pueri Logicalibus inſtruantur, quia Logica do- ‘ cet modum totius Philiſophiæ. Secundò autem inſtruendi ſunt in ‘ Mathematicis, quæ vel expetientiâ indigent, vel imaginationem ‘ tranſcendunt. Tertiò autem in Naturalibus, quæ & ſi excedunt ‘ ſenſum & imaginationem, requirunt tamen experientiam. Quar- ‘ to in Motàlibus quæ requitunt experientiam, & animum à paſſio- ‘

nibus liberum, vt in primo habitum eſt. Quintò autem in Sapientialibus, & Divinis; quæ tranſcedunt imaginationem, & requirunt intellectum.] Magis enodatè Autor recens, idemque accuratus; auſpicandum ſcribit abs Logicis, & Analyticis. Subjungenda deinde è Mathematicis, Arithmetica & Geometria: delibanda mox ex Phyſicis nonnulla, ad Moralem & Politicam velut προλεγόμενα, meliùs παρασκευάσεις. Tota deinde tradenda eſt Phyſica, ac tandem Metaphyſica, quæ verè Theologia naturalis eſt. Verùm noſtris recto veſtigijs inſiſtamus.

ADITIALIS.

Duvellius in Synopſ. diſſertat. 9.

IAM igitur Homo erudiendus, quo planè modo à natura videtur, vt ſuprà, compoſitus. In primâ ætate, *Puerorum* ſenſus, phantaſia, memoria imbui deberent vulgaribus (haud tamen vulgariter) Grammaticæ rudimentis; vt rectè legant, ſcribant: ſuetis, aut neceſſarijs idiomatibus aſſueſcant. Tum veterum, Græcorum præſertim & Ægyptiorum imitamento, rudioribus è Mathematica elementis ſunt informandi; Muſicæ, Coſmographiæ, Geometriæ. Seriò etiam tunc temporis perdiſcendæ, Poëtica, Hiſtoria, Vulgaris Rhetorica. *Media* ætas, in qua eluceſcit vis ratiocinandi, penetret Logica, diſcat Phyſica: delibet ſaltem Medica, & Legiſlativa, abſolvat Metaphyſica, & Theologica. *Vltimum* Hominis ſtudium, conſecro SAPIENTIÆ VNIVERSALI; cum hocce diſcrimine, ſummè adnotando.

Scientiæ 1. Pueris idoneæ.
2. Adoleſcentibus.
3. Maturis.

Primæ necnon ſecundæ ætati vtplurimùm magis idonea & proficua creditur Methodus ſynthetica, ἀνάβασις, & ſcholaſtica. Hoc eſt compoſitio à partibus ad totum, aſcenſus ab affectis ad cauſas, præceptiones in ſcholis ordinariæ. In vltimo gradu, præſtare exiſtimatur ordo inverſus. Capeſſenda igitur Methodus analytica, ſeu reſolutiva: κατάβασις, deſcenſiva: ſecreta demùm, ſive cabballiſtica; quæ ex omnium mixtione, temperamento, & converſione verè Encyclopædica eſt.

Ordo duplex.

Quod ſi aliquando conſummatus ea in arte Myſtes aliquis, & Διάδοχος, Diſcipulum nanciſcitur dotibus naturæ & fortunæ ſatis prædit um: ingens erit operæ, temporis, & ſtudij pretium; poſt Grammatica rudimenta ingenium illius paulatim erudire, ſecundùm vltimæ hujus Methodi Leges ac præcepta.

QVO demum loco *quæſtio* egregia Quintiliani, minimè omittenda; vtrum vtilius domi, an in ſcholis, Homines erudiantur. Tractat certè eam controverſiam totis viribus, Vir docendi peritiſſimus. Quia verò prima illa rudimenta mei non ſunt inſtituti, placet vno verbo quidquid ſentio abſolvere. Primula ætas ſub Præceptore, qualem & illic deſcribit Fabius, intraque privatos parietes ſatiùs videtur dolanda & quaſi derudenda. Vbi poſita eſt velut ſtudiorum prætexta, jamque ineſt guſtus ſaltem mediocris politioris litteraturæ; relicta vmbratili & ædium aprico, Collegiorum luci ac theatro committi debet Iuventus. Tum abſoluto, quem vocant Scientium Curſu, redeundum eſt domum: illicque adjunctis peregrinationibus, aſcitis etiam in conſortium & auxilium Viris non de

Domi ſtudendum, an in Academijs, *l. 1. c. 2.*

L. 2. c. 2. & ſeq.

LIBELLVS trivio, quidquid ſtudiorum eſt recoquendum; ac novâ prorſus operâ reformandum, vel potiùs tunc primò efformandum.

CAPVT VI.

SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM Origo, & inventio.

Vnde ortæ Scientiæ omnes.

TAMETSI à Chaldęis, Barbaris, & Gręcis Diſciplinę omnes multùm acceperint incrementi; nihilominus in DEVM O. M. videntur primariò refundendæ. Animis namque Primorum-Parentum per ſpecies inditæ Artes ſeu Diſciplinę, hęreditaria quaſi ſucceſſione ad Poſteros ſunt tranſmiſſæ. Lapſu deinde temporis, Hominumque quaſi indiligentiâ ſepultę, velut è tenebris emerſerunt pleręque operâ induſtriâque Sectarum, quas denominant modò Autores, modò res ipſæ quas tractabant, modò loci vbi ſe ſe exercebant. *Sectæ* autem nomen derivant vel abs doctrinæ & opinionum diviſione, vel ab præcipuo Autore aliquo ſectando. Vt ſit apud Tullium *certa quædam diſciplinæ formula, factio, ſtudium, ratio vitæ*. Αἵρεσιν, græco & veteri verbo appellat Laërtius.

Vbiquè variæ Philoſophorum Sectæ.

Libr. 1. de Orat. in Proœm.

SANEquidem nulla vnquam Gens tam barbara, quæ non tulerit aliquos veritatis Indagatores ſimul & Contemplatores. Annon fuî Iudæis Rabbini, Indis Bracmani & Gymnoſophiſtæ, Perſis Magi, Chaldæis Aſtrologi, Ægyptijs Sacerdotes, Gallis Bardi ac Druidæ, Græcis primùm Sophi deinceps Philoſophi?

Vide Proœm. Phyſic. infra.

Horum ſanè antiquiſſimi Muſæus, Linus, Orpheus, Homerus. Nam Mercurij Triſmegiſti fœtus ſatis ambigui, nomen verò incertum fortè & fictitium. Illi primò nativos *veritatis* vultus occuluerunt ſub Poëſeos figmentis, & fabularum involucris. Primus ſoluta oratione quaſi manu miſit Pherecydes. Sophorum verò quaſi ambitioſum titulum, ad Philoſophiæ nomen depreſſit Pythagoras. Socrates denique

Ad mores Hominum limandos tranſtulit vſum.

Ab eo nimirum, equo velut trojano, quanta Ilias? Exorti namque à Pythagora Symbolici, à Zenone Dialectici, Phyſici à Thalete, Morales à Socrate. Celebriorem olim qui nomen ſumpſere à Gymnaſijs, illiſque dedere Academici. Vetus Academia autores jactitat Socratem & Platonem, Media Arceſilaum, Nova Carneadem & Lacitem. Et ea radix triplex, abijt in varias ſtirpes. Inde enim Cyrenaica, Stoica, Cynica: Peripatetica, cui ambulatio erat eruditio; Pyrrhonica, ſeu Sceptica, non tam dubitans & vacillans, quàm in omnibus ſuſpenſa & anquirens. *Electiva*, fortaſſis omnium hodiéque in Humanis Diſciplinis optima cenſeri poteſt. Illa nimirum quæ inter problemata

vniverſa, vnicuique relinquit optionem ejus opinionis; quàm non ex libitu, ſed ex judicio putaverit vero ſimiliorem. ADITIALIS.

Eò reſpexiſſe videtur Chriſtianus Cicero Lactantius, vbi fusè tradit [duabus rebus Philoſophiam conſtare; ſcientia, & opinatione. Scientiam, cùm propria DEI ſit, Naturæ mortali extrinſecùs advenire indueit ex ijs omnibus, quæ de Cæleſti natura non plus conjicimus, quàm de remotiſſima aliqua Gente aut Civitate quam nunquam vidimus: eujuſque nihil aliud, quàm nomen audivimus. Rectè ergo Socrates, & eum ſecuti Academici, Scientiam ſuſtulerunt; quæ non diſputantis, ſed divinantis eſt. Supereſt, vt opinatio in Philoſophia ſola ſit, quæ incerti eſt. Quid verò erit ex omnibus certius? Fortaſsè nihil. Neſcitur enim ex tot opinantibus, quis verum dixerit. Poteſtque fieri, vt omnes ex parte aliqua erraverint, ex parte attigerint veritatem. Inde Zeno, ac Stoïci opinationem repudiarunt. Eoque modo nova non Philoſophiandi Philoſophia conſtituta eſt. Nam & vnaquæque Secta alias omnes evertit. Phyſici enim putaverunt ſciri poſſe omnia, Academici nihil.] Igitur nulla certitudo niſi à Fide, in reliquis ſeligenda non tam vera, quàm vero magis ſimilia. Sic igitur propemodum ſe habet inter Humanos, origo Diſciplinarum. *Inveniendarum* porro ratio hæc fuit.

PROVIDIT DEVS Homini nudo & inermi rationem ad excogitandum, ſermonem ad loquendum, manuſque ad operandum. Quemadmodum itaque manus organum eſt ante organum omne, ita ratio ars eſt ante omnes artes. Adeò vt duas Diſciplinarum omnium *Matres*, rationem & experientiam, ſæpè ſæpiùs aſſerat Philoſophiæ Princeps Ariſtoteles. Neque interim negandum partim egeſtate, partim caſu, partim & ingenitâ animis Hominum ſciendi cupidine, inventas fuiſſe Artes aliquas. Quare apud Platonem & Mythologos, vt jam monui, ex Taumante, quæ admiratio eſt, nata Iris ſeu rerum cognitio perhibetur. Vtilitatem ac voluptatem expreſſiùs adjungit Lactantius. [*Quis enim, ait, ſcire contentus eſt, non appetens aliquem fructum ſcientiæ? Artes ideo diſcuntur, vt exerceantur. Exercentur autem vel ad ſubſidia vitæ, vel ad voluptatem, vel ad gloriam.*

Quomodo inventæ? *Ariſtot. l. 2. de Interpret. c. 1.* Duo diſciplinarum, & Artium principia. Alia quoque plura. *Libr. III. de falſ. Sapient. c. 8.*

Illam porro curioſitatem ſciendi, novitatiſque admirationem accenderunt, velut nativo fomite, natæ in Diſciplinarum gremio *Vtilitates*. Nam abſque illis Homo vitam neque pro dignitate, neque commodè agere potuiſſet; Genus enim Hominum arte, & ratione vivit. Et vbi ars non eſt, caſum ſimul ac temeritatem plurimùm dominari neceſſe eſt. Sicut ergo Eloquentia Homines diſperſos, veluti feras, ad civilem cultum revocavit: ſic ars colligens quæ ante vaga & incompoſita erant, in *vnam Diſciplinam*, quaſi corpus Reipublicæ, omnes Sæculorum & Hominum experientias compegit. *Si tamen*, prædixerat idem Firmianus *poteſt corpus vocari, cujus partes ac membra diſcordent nec vlla compage inter ſe cohæreant: ſed quaſi disjecta, & diſsipata palpitare potiùs quàm vivere videantur.*

Curioſitas, & vtilitas. *Lib. III. c. 2.*

Hinc rectè definitur *Ars*, recta ratio factibilium; quo tamen ſenſu ſolas practicas notitias, & habitus comprehendit. Latiori itaque Ars quid ſit?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

 ſignificatu definitur collectio multorum habituum intellectualium, ad finem aliquem vitæ vtilem. Diſtinguiturque à prudentiâ, & experientiâ; quod hæ verſantur in ſingularibus, quatenus ad benè aut facilè vivendum conducunt. Ars ſecùs, naturam communem conſiderat; tametſi includat vt formale ſuum objectum, bonitatem artificij ſeu naturalem operis perfectionem, haud aliter quàm prudentia connotat probitatem ipſiuſmet prudentis.

INTEREA non immoror recenſendis ſigillatim, Artium *Inventoribus*; quos abundè colligunt Plinius, Iſidorus Hiſpalenſis: poſterioríque tandem ævo, Polydorus Virgilius. Siſtam dumtaxat in *Scriptura*, cujus notitia pars eſt doctrinæ non vltima. Illa nimirum quæ mens cogitat, exteriùs depingit vel ſtylo, vt olim in arborum libris ſeu corticibus, vnde Libris nomen, & in pugillaribus: vel calamo per atramentum, aliumve colorem. Eſt autem Scriptura vel profana & vulgaris, vel ſacra & occulta. *Vulgaris*, variat juxta varias Nationum conſuetudines. Suos ſiquidem characteres ducunt Hebræi per lineas à dextra verſus ſiniſtram, Europęi à lęva ad dextram. Chinenſes, per columnas à ſummo ad imum. *Occulta* Steganographia, quam Bovillus, vt curioſam nimis & planè inanem, in Trithemio cavillatur. Non quod revera elevari debeant aut condemnari vel Ægyptorum Symbola, vel Antiquorum Ænigmata, vel Bedę Dactylogia, vel geſtus Pantomimorum: vel frequens paſſim ſcribendi genus occultum, & arcanum. Habent ſiquidem Regna & Reſpublicæ, haud minùs quàm Religio, ſua ſacramenta. Pereuntque iſta non aliter quàm vinum & aromata, ſi patent.

[Margin: ...ntores rerum. Libr. xxi. c. 56. Libr. de origin. de Rer. invent. — Scriptura duplex Vulgaris. — Occulta. — Tob. 12.]

Annon cunctæ res conditæ Conditoris ſunt ſymbola, notæ, characteres? Adeò DEI [invisibilia à nobis terrenis conſpici nequeunt, niſi per viſibilia.] An non cæremoniæ omnes Legis Moſaicæ, vmbræ erant futurorum? Paucis abſolvam. Vbique extat cortex exterior & littera, interiùs verò latet ſpiritus à quo vita & ſenſus. Inde & cuilibet rei ſenſus quadruplex, litteralis apertus: moralis, allegoricus, anagogicus cooperti. Quo ſenſu docent Hebræi, ex Iſaiæ & Ezechielis θεαμάτοις, Cælum volumen eſſe, intùs & foris exaratum; cujus in convexo legunt Angeli, in concavo DEVS ipſe. Addunt Moſaicæ Legis Tabulas geminas ex Saphiro ita exaratas, vt vndequaque ex æquo legi poſſent. Sed ſolum Moſem occultum Scripturæ ſenſum penetraſſe, quem docuit Seniores; à quibus ad Scribas, & Phariſæos pervenit. Quo fermè modo referunt nonnulli Enochum Adami Scribam, accepta ab eo Scientiarum compendia geminæ columnæ, lateritiæ & marmoreæ, ἱερογλυφικῶς inſcripſiſſe; quæ ambæ, contra Diluvium, duraverunt. Addunt & illas Legis Tabulas ſcriptas ſexcentis tredecim litteris, quot nimirùm continet præcepta. Nempe ducenta quadraginta octo affirmativa, reliqua trecenta ſexaginta quinque; quot videlicet in anno dies, in Hominis corpore nervi, tendines & ligamenta. Quid? quod CHRISTVS ipſe delineatis in pulvere certis characteribus, accuſatores Mulieris in adulterio deprehenſæ, confudit: & in fugam vertit vnum

[Margin: Rom. 1. — 1. Cor. 10. Galat. 4. — 2. Cor. 3. — Cap. 34. — Pic. Mirandul. in Theſib. — Ioan. 8.]

poſt alium, dum quiſque ſua illic vitia legere adegit. Immo & in ipſo cranij humani ſuturis, occultos neſcio quos characteres ſunt qui imaginentur. Qua etiam de cauſa CHRISTVM pronunciaſſe narrant, cælo terrâque vaneſcenribus, Legem ita duraturam; vt [jota vnum, aut vnus apex non ſit prætermittendus.] Id verò totum concludit Theſis hæc Mirandulana. *Nullæ ſunt Litteræ in tota Lege, quæ in formis, conjunctionibus, ſeparationibus, tortuoſitate, directione, defectu, ſuperabundantiâ, minoritate, majoritate, coronatione, clauſura, apertura & ordine decem numerationum ſecreta non manifeſtent.*

ADITIALIS.

Matth. 5.

CAPVT VII.

SCIENTIARVM, ET DISCIPLINARVM partitio varia.

IGNORATO naturæ ordine, qui vnus ſemper eſt & ſimplex; conſequens fuit plurimùm variare Autores, in Scientiarum diſtributione. Quâ & fortè de causâ Deos illis præſides appinxerunt, Apollinem & Mercurium; quorum curſus ac gyratio multiplex, in Diſciplinis ipſis inducit varietatem.

Scientiæ variè dividuntur.

SANE conceptu generaliſſimo dum finitur Sapientia, *rerum divinarum, humanarumque cognitio*, Scientia generatim conſtituitur primùm duplex; *Divina, & Humana.* Geminam complectitur Auguſtinus in hæc verba. *Sapientia eſt rerum humanarum, divinarumque ſcientia; quamvis rerum divinarum, Sapientia propriè nuncupetur: humanarum autem, ſcientiæ nomen propriè obtineat.* Divina ſacra eſt, Humana verò profana. Illa myſtica & occulta, hæc vulgaris & aperta.

2. Divina, & Humana.
EX AVGVSTINO.
Lib. 14. Trinit. cap. 1.

VTRAMQVE lariùs proſequitur Clemens Alexandrinus, Libro Stromatum quinto. Vbi obſervat in cæteris, quæcumque ſunt pulchra & honeſta à nobis ad Græcos perveniſſe. Vulgus ſapientiam meriri non ex veritate, ſed ex voluptate. Divina, nobiſque imprimis neceſſaria, latere ſub involucris; quæ ſunt Ægyptiorum adyta, Hebræorum velamen. Prophetica & oracula, per ænigmata propalari. Myſteria ſemper occultari ſolita, non expiatis; tùm ſcilicet cùm Muſæ non erant quæſtu, aut lenocinio infames. Suetum igitur ſapientibus, tum ſacris tum profanis, non Religionis modò, ſed etiam Eruditionis ſecreta ſeu Myſteria celare ſub ſymbolis, ænigmatis, allegorijs, figuris, parabolis, ac ſimilibus involucris. Ea nimirum de cauſa Ægyptij Sphynges habebant in veſtibulis Templorum, adyta & penetralia in ſanctuario ſecretiori.

Divinæ ſubdiviſio erudita.
EX ALEXANDRINO.

INDE pariter *Scientia triplex*; partim Sacra partim Profana. Grammata ſolùm, & vulgaria depingebat Ἐπιστολογραφικὴ, cujus vſus promiſcuus Ἱερατικῇ ſoli vtebantur Sacerdotes, dum ſcribebant de rebus

Scientia triplex; Epiſtolographica. Hieratica,

Digitized by Google

ſacris. Tertia Ἱερογλυφικὴ, nota non erat niſi Eruditioribus. Ac iſta quidem iterum duplex. Κυριολογικὴ, nudè loquens proprijs ſuetiſque characteribus vtebatur. Συμβολικὴ, res ipſas loco nominum depingebat: alijs-ve ſignis vel per imitationem, κατὰ μίμησιν. Vel τροπικῶς, per figuras. Vel allegoricè, κατά τινας αἰνιγμούς.

LIBELLVS Ierogliphica. Propria.

Symbolica.

Eo modo Solem delineabat circulus, annum ſerpens, pacem oliva, lampas ſtudium, phœnix humani animi immortalitatem. Inde etiam metaphoræ, ænigmata, fuſioreſque allegoriæ; cujuſmodi referunt inter priſcos Horus ille Niliacus, inter recentiores Pierius Valerianus. Inde & loquendi genus metaphoricum Orientalibus olim, hodieque etiam Americanis familiare. Quali ſcilicet eloquentiâ deſcribuntur in Sacro-Volumine pluviæ pater, roris genitor, theſauri nivis & grandinis: via Lucis, terræ fundamenta, mare quaſi infans pannis involutum. Behemot & Leviathan, fœnum quaſi bos comedens, ſtringens caudam ſuam quaſi cedrum; cujus oſſa quaſi fiſtulæ æris, & cartilago quaſi laminæ ferreæ.

Iob, Cap. 38 & 40.

Horum nempe Antiquiorum imitamento, ſua fuerunt Pythagoræis Symbola. Interque eorum Diſcipulos alijs erant Ἀκουσματικοί, alij Μαθηματικοί. Sed & ipſis quoque Peripateticis dogmata diſtinguntur alia Ἀκροατικὰ ἢ ἀκουστικὰ, alia Ἐξωτερικὰ & promiſcua.

Fluxit id profectò ab Hebræis, quorum idioma priuſquam puncta illius, ceu vocales, repetiſſent Maſſoretæ, verum erat arcanum & ænigma. Conſtanſque etiam opinio eſt, quattuor illos characteres quibus exprimitur DEI nomen ineffabile, occultos adhuc eſſe & ignotos. Illud verò mirum quod in ſuis Concluſionibus, paradoxa melius nominaſſet, profert Comes Mirandulanus; *eaſdem eſſe litteras nominis Cacodæmonis. Et qui ſciverit ordinare tranſpoſitionem, deducet vnum ex alio.*

Ex Hebræis.

AB ejuſmodi Hebræorum myſterijs, orta eſt Cabbala. Scientia, inquam ex ipſomet etymo per traditionem conſervata. Rabinis diſtinguitur non vno modo. *Bereſcit*, Res ipſas enucleat: *Mercava*, nomina expendit. Illa iterum duplex. Prior vera Phyſica eſt, Scientiaque Naturalis, & Coſmopœia. Poſterior Theomantia eſt, ſeu vera Theologia. Eâ explicantur Supremi Numinis Attributa decem; quæ illi Sephirot, id eſt numeros ſeu numerationes appellant. Hebræis namque numerare & ſcire, ejuſdem ſunt ſignificatus. Item nomen duodecim, aliudque ſimiliter quadraginta duarum litterarum, quas ad vſque ſeptingenta multiplicant. Denique quidquid Spirituum naturam, & dotes attinet. In illa naturali præcellunt Iob, & Salomon; quorum ſacra Volumina quidquid in vtroque Orbe cæleſti ac terreno eſt, apprimè perveſtigant & enarrant. In iſta Eruditione divina palmares fuere Moſes & David: Vtrique ſcientiâ infusâ verè θεόπνευστοι & θεοδίδακτοι. Sed David maximè, quem humanioribus litteris planè ineruditum tradunt. Quin verò ipſemet [in potentias Domini, Myſteria divina interpretor, intromiſſum ſe fatetur, eò quòd non noſſet Litteraturam.]

Cabbala.

Coſmopœia. Theomantia.

Pſ. 70.

Mercava.

Merçava eadem quæ Arithmantia, *tres* alias claudit Diſciplinas.

Noteriacon,

Notariacon, ſeu *Themurat*, litterarum & dictionum tranſpoſitionem & commutationem docet; vnde Acroſtichi, & anagrammata. Aliquando primas dumtaxat litteras aut dictiones, pro reliquis delineat. Ita Symbolum Romanis, S. P. Q. R. Elogium Crucis trilingue, I. N. R. I. Apud Græcos θ nota erat necis, I abſolutionis & vitæ, λ ampliationis, ζ damnati ad furcam & patibulum. Quattuor Orbis partes advertunt Patres, poſt Sybillas, in nomine Adam. ADITIALIS. Notariacon. Themurat.

Nimirum DEVS *finxit tetragrammaton Adam*, *In Bibliotec. PP.*
Qui primus factus fuit. Et qui nomine complet
Artus, Occaſus, Auſtrum, Boneamque rigentem.

Celebrantur & illa Frederici III. O. E. I. O. V. Id eſt, *Aquila electa iuſtè omnia vincet.* Aliter, *Auſtria extendetur in orbem vniverſum.* Simile Sabaudi olim Principis emblema, F. E. T. R. Id eſt, *fortitudo ejus tenuit Rhodum.* Aliquando ſimplex fiebat characterum tranſpoſitio. Ita Synonima ſunt Ioachin & Iechonia. Vixit & XVII. Aliquando poſitio erat vnius litteræ, in locum alterius. Ollis, pro illis. Advorto, pro adverto. Aliquando additione, vt Abraham: vel detractione, vt Sara.

Calculatoria valorem litteris dat numericam. Vnde apud Hebræos, nulli alij numeri reperiuntur quàm alphabeti characteres. Quod patet in Pſalmo CXVIII. Inque Ieremiæ Elegiacis. Notatque eamet de cauſa Liber de morte Moſis, dictionem in Pſalmo XXX, id eſt *bonum tuum*, efficere XXXVII; quæ totidem ſunt viæ illæ admirabiles divinæ ſapientiæ. Vnde omnes ſecretiores Hebræorum Mecubales, Attributa, Numerationes Alphabeti: omneſquè ſui alphabeti Litteras partiuntur in duodecim ſimplices, ſeptem duplices, & tres matres. Calculatoria.

Gematria, ſeu Gimetria, Litterarum ac dictionum valorem æquiparat. Sic in Apocalypſi nomen IESV deſignatum per 888; prævalet nomini Anti-Chriſti, quod non valet niſi 656. Vnde diſtichon vetus; Gematria. Nominum poteſtas. *Apoc. 13.*

Cui tria ſunt octo, tu me ſervabis vt opto;
Ne voret innumerus, cui tria ſex numerus.

Certè in confeſſo eſt apud omnes, immò & Platonis effatum ſolemne; divinum neſcio quid & fatale, *nominibus* contineri. Illorum ſiquidem impoſitio, autoritatis nota ſemper fuit. Ideo enim Adamus propria impoſuit nomina avibus, & pecudibus: non piſcibus, non plantis, non ſibi ipſi. In Nova-Lege Nomen IESV, nomen clatore Angelo, imponitur Meſſiæ à Ioſepho, patris nomine ſubſtituto: & quidem patris proprij, & æterni. Nec verò divini Præcurſoris familia conſenſit in Ioannis nomen, niſi conſulto & annuente patre illius Zacharia. Vide vt CHRISTVS Simonem, Petrum agnominat: Iacobum & Ioannem Boanerges. Vide & veteri more, Defunctis mutata nomina, vt hodiéque fit Monaſticen profitentibus. Vide & ſolemni ritu optata à parentibus felicia nomina, & in Militum Cathalogis primum ſemper inſcribi aliquod fauſtum ac fortunatum. In Cratylo. *Martin de Roa, lib. Singular.* *Geneſ. 2.* *Luc. 1.* *Matth. 3. Marc 3.*

Ego certe quidem vt optimorum, maximè ſubtiliorum, abuſus facilior eſt; obſervatum jam olim ab Autorum graviſſimo Tertul-

LIBELLVS
Scientiæ ſe invicem juvant.

orbe ἀλληλȣχία, ſic Scientiæ omnes ſibi ὑπάλληλα. Ergo ſi traduntur, vt par eſt, vna alteri deſervir: habenturque ſin minùs ſingularum concluſiones, ſaltem omnium vniverſales notitiæ.

Quocirca prudenter optabat Euripides, vt miſſis procul ſermonibus artificioſis; res ipſæ quales ſunt ſemet explicent, & cum hominibus colloquentes illis ſeſe inſinuent. Hac ipſa de cauſa ex Plotini

Enn. 5. l. 8. c. 5.

relatu, veteris *ſapientiæ myſteria oſtendere volentes Sacerdotes Ægyptij; non figuris litterarum diſcurſiones, & propoſitiones exprimebant, ſed imagines rerum. Signifieantes quod ſcientia, & ſapientia ſit vnaquæque imago, ſive exemplar: & ſubjectum illud ſpectaculum totum vnà collectum, non exeogitatio quædam aut conſilium.* Scio negari paſſim ab Ariſtotele quemquam naſci ſapientem, *ſed* fieri diſciplinâ. Ideoque animum Hominis ſimilem ait γραμματείῳ, ᾧ μηδὲν ὑπάρχει ἐντελεχείᾳ γεγραμμένον. Docet tamen alibi, ſapientiam ex *ſcientia & mente conſtitui*: illâ per diſciplinas acquiſitâ, iſtâ nobis innatâ. Audetque propterea ejus Interpres ſimplicius, *Sapientiam quæ eſt in intellectu, ſubſtantiam aſſerere.* Accinit & D. Thomas, ſcientiam duobus modis comparari; *aut diſcendo, ab alijs ſcilicet, aut per ſe inveniendo.* Etenim

Lib. 6. Ethic. c. 11.
L. 3. de Anim. c. 4.
1. Magn. Moral. c. 33.
Sapientiæ duobus conſtat.
In Prædic.
In 2. de Anim. text. 58.
Prudent. l. 2. contra Aurel.

Gaudemus compertum aliquid, deinque retectum
Quod latuit.

Videas ingenia ſolo naturæ cultu ſpontaneo ſic diſpoſita, vt ex ſimplici terminorum propoſitione Scientias integras percipiant. Novi ego ipſe alterum in ſæculo, in clauſtro alterum; quorum ille Mathematica, iſte Mechanica ſolius fermé indolis beneficio callebat. Rarumque in Auguſtino fuit, Diſciplinas propemodùm omnes, non alio præceptore quàm ſeipſo perdidiciſſe. Id ipſe teſtatur de ſe, immo & in DEI ſui laudem confitetur. *Quidquid de arte loquendi & differendi, quidquid de dimenſionibus figurarum, & de muſicis, & de numeris; ſine magna difficultate, nullo homine tradente, intellexi.* Fatendum tamen ejuſmodi dotes eximias, rarâ Naturæ indulgentiâ paucis admodum concedi. *Cum*, vt habet Poëta Chriſtianus, *difficilis via, noſce principiorum ſemina.*

Libr. IV. Confeſſ. c. 16.
Prudent. in Apotheoſ.

CAPVT V.

COROLLARIA DVO EX ANTEDICTIS, cum accuratiori differentia Compendij & Extracti.

Compendij & Extracti differentia.

VERVM vt materia abſolvatur ſubtiliſſima, duo ad extremum animadvertere pretium eſt. Primum, mihi mox ante inſinuatum, tam vitanda eſſe Compendia, quàm Extracta deamanda. Diſcrimen vtriuſque facilé concipies, ſi potionis medicæ recordaris, & extracti chymici. Medicina materiam comprimit, virtutes herbarum minuit: cum horrore & nauſea ebibitur,

bitur, cum torminibus, & tormentis expurgat. Catapocion ſeu pilula ſpagiricè confecta, quoniam agit more principij defæcati, puri, nativi; molem minuit, virtutem auget, faſtidium tollit, vires ſuaviſſimè ſimul & efficaciſſimè reparat. Aditialis. Exemplum à Medicina.

Ratio diſcriminis peregregia. Virtutes occultæ, formæ ſunt appendices; ideoque in minima materia, plus habent energiæ: ſecus de virtute mixta, compoſitaque. Et principia vbi ſemel libertati, & nativæ puritati aſſeruntur; agunt revera promptiùs, ſuaviùs, efficaciùs; quin & agendo, magis ac magis fœcundantur.

Major in exiguo nam regnat corpore virtus.

Dabo & *exemplum* magis familiare. Vides in menſa panem coctum vſu imminui, nec alios vnquam panes progignere. Contrà granum frumenti, immò & grani pars fortè centeſima; capax eſt alia ſui generis, & alia in infinitum proſeminandi. Rationem quæris? Auſculta. Panis ille, effectus eſt arte vltimò conſummatus, & perfectus: granum è contrà, principium purificatum ac liberum. Ideo vſus panem conſumit, granum multiplicat. Alterum ex pane & ſemine.

Pari omninò ratione Scientiæ Scholaſticæ, ſive per Commentaria, ſive per Compendia tradantur; aliæ alias ſæpiùs impediunt, nedum juvant, aut producunt. Ideò non benè creditur Theologus, qui optimè Medicus eſt. Quóque magis aliquis callet v. g. Mathematica, Eloquentiæ vtplurimùm reperitur inidoneus. Secùs Principia & Extracta, nativæ puritati ac libertati ſemel aſſerta: fœcundant mentem, ſeque invicem copioſiſſimè progerminant. Quare qui eam Methodum init, per vnam ſcientiam ad alias animum præparat: & quò magis acquiſitis è veritatis theſauro divitijs vtitur, eò & diteſcit magis,

Diſcrimen perquàm ſubtiliter, ſenſu ſaltem metaphorico, inſinuat Rex ſapientiſſimus. *Alij dividunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.* Nec minùs aptè & eleganter, Autor Eccleſiaſtici. *Præcurre in domum tuam, & illic* avocare: *& illic lude, & age conceptiones tuas.* Quibus ſanè verbis divinum docet oraculum juvari Sapientiæ ſtudia ſeceſſu & ſolitudine, propria meditatione, abſque contentione nimia; vt & ipſa Eruditio ſit velut ludus, ac recreatio. *Proverb. 11.* *Cap. 32.*

Quanquam obſervatu dignum, quod vltimo promiſi. Danda nimirum opera eſt, vt columnæ iſtæ *duæ*, quibus fulcitur veritas, mutuis ſtent auxilijs; vt quod vni deeſt, ſuppleat altera. Fortaſſis Methodus vtraque vulgaris, & ſecretior; replent emblema illud Claudi & Cæci, ex Græcorum Anthologiâ. Demus Cabbaliſticam eſſe breviorem, acutiorem; vno verbo, oculatiorem. At Claſſicæ calles tutos, firmos, ſecuros; quis neget, niſi inficetus? Rem itaque *ſic* abſolvo. Duæ Methodi jungendæ.

Quiſquis viâ tantùm publicâ incedit, nec longè, nec citò procedet. Qui nonniſi per ſemitas & devia ingreditur, ſæpiſſimè æquè ac periculoſiſſimè aberrat. Ita prorſus; ſi à trita in Scholis orbita, vel latum vnguem digredi formidas, nunquam pertinges ad verum. Si

Aeneid. 6
Vtriuſque vſus

neglectis ſolemnibus præceptis totus es in inſuetis, impinges ad erroris ſcopulos. *Medio tutiſſimus ibis.* Si videlicet ea ratione temperatur Methodus, vt non deſint Cabballiſticæ vtilitates, & adſit Scholaſtica firmitudo. Vulgata quidem in Scholis Diſciplinarum *præcepta* ignorare, putidum fuerit ac periculoſum. Tenue verò & infelix non abire interdum extra conſuetos tramites, vt quacumque viâ veritas anquiratur. Sanè qui receptas Scientiarum regulas aut omittit, aut contemnit; Palatium molitur, abſque fundamento. Quanti enim videntur quotidiè in graves admodùm errores ignominiosè impingere, defectu principiorum? Aliunde verò qui nihil audent ſupra captum communem, liberiore veritatis aura nuſquam perfruuntur: ac putidè ſatis, ad pædagogicos ſcopulos conſeneſcunt. Inde mihi à multis retro annis, inter ſtudiorum meditamenta propoſitum ſemper fuit, eam diſcendi ac docendi *Methodum* approbare; quæ ſimul & novitatis gratiam, & vetuſtatis autoritatem conciliaret. Atque vt ferme dum Fides ad Naturæ lumen comparatur, amo fateor eas præceptiones quæ ſupra, non quæ contra Sectarum, Scientiarumque traditiones eriguntur. Cæleſte illud Proverbium; *præpara foris opus tuum*, Scholæ ſcilicet initiò frequentandæ. *Et diligenter exerce agrum tuum*, privatis nimirum ſtudijs incumbe. Et tandem *ædifices domum tuam*, abſolutam interpretor Sapientiæ poſſeſſionem. Breviùs cæleſtis Concionator; *qui operatur terram ſuam, multiplicabit acervum frugum.* Concluſio ex antedictis liquidiſſima.

Proverb. 24.
Eccli. 20.

Ratio & modus hominis erudiendi.
Per tres ætates.

ERVDIENDVS Homo eſt, Methodo naturæ & ætatis legibus vtiquè conformi. Ideoque cum Galeno, quicquid vitæ eſt per tres gradus ita diſtinguendum; vt ætas Hominum ſtudijs idonea conſideretur, prima, media, vltima. Prima τῶν Νέων, Pueritiam vocat Romanorum doctiſſimus Varro, finitque anno quinto decimo. Mediam τῶν Ἀκμαζόντων, καὶ τῶν Μέσων: Adoleſcentiam voco, productam ad viceſimum quintum. Vltimam Iuventuti deputo, ad quintum ſupra trigeſimum. Quod reliquum eſt Virilitatis, actioni; vt Senectus tota quieti deſtinatur. Pueritia ex naturæ præſcripto ſenſibus viget, memoriâ, imaginatione. In Adoleſcentia paulatim effloreſcit conſilium, ratio, diſcurſus. Iuventus judicio matureſcit, meditatione & experientiâ; vnde poſtmodùm fructus in virilitate protuberant, quibus fruatur ſenectus. Non abludit Hugo Cardinalis, cùm libro 1. de Clauſtro Animæ, inſinuans illud Eccleſiaſtici: *qui addit ſcientiam, addit & laborem*; ſcientiæ laborem facit triplicem, Diſciplinæ in Pueritia: Exercitij, in Iuventute; Doctrinæ, in Senectute.

Cap. 1.
Scientiæ triplex labor.
In 16. Ethic. lect. 6.

Non ergo ea mihi diſplicet ſententia, quam *D. Thomas* hiſce verbis ex Ariſtotele expreſſit: [Erit congruus ordo addiſcendi, vt primùm quidem Pueri Logicalibus inſtruantur, quia Logica docet modum totius Philiſophiæ. Secundò autem inſtruendi ſunt in Mathematicis, quæ vel experientiâ indigent, vel imaginationem tranſcendunt. Tertiò autem in Naturalibus, quæ & ſi excedunt ſenſum & imaginationem, requirunt tamen experientiam. Quartò in Moràlibus quæ requirunt experientiam, & animum à paſſio-

nibus liberum, vt in primo habitum eſt. Quintò autem in Sapientialibus, & Divinis; quæ tranſcedunt imaginationem, & requirunt intellectum.] Magis enodatè Autor recens, idemque accuratus; auſpicandum ſcribit abs Logicis, & Analyticis. Subjungenda deinde è Mathematicis, Arithmetica & Geometria: delibanda mox ex Phyſicis nonnulla, ad Moralem & Politicam velut προλεγόμενα, meliùs παρασκευάσεις. Tota deinde tradenda eſt Phyſica, ac tandem Metaphyſica, quæ verè Theologia naturalis eſt. Verùm noſtris recto veſtigijs inſiſtamus. ADITIALIS. Duvallius in Synopſ. diſſertat. 9.

IAM igitur Homo erudiendus, quo planè modo à natura videtur, vt ſuprà, compoſitus. In primâ ætate, *Puerorum* ſenſus, phantaſia, memoria imbui deberent vulgaribus (haud tamen vulgariter) Grammaticæ rudimentis; vt rectè legant, ſcribant: ſuetis, aut neceſſarijs idiomatibus aſſueſcant. Tum veterum, Græcorum præſertim & Ægyptiorum imitamento, rudioribus è Mathematica elementis ſunt informandi; Muſicæ, Coſmographiæ, Geometriæ. Seriò etiam tunc temporis perdiſcendæ, Poëtica, Hiſtoria, Vulgaris Rhetorica. *Media* ætas, in qua eluceſcit vis ratiocinandi, penetret Logica, diſcat Phyſica: delibet ſaltem Medica, & Legiſlativa, abſolvat Metaphyſica, & Theologica. *Vltimum* Hominis ſtudium, conſecro SAPIENTIÆ VNIVERSALI; cum hocce diſcrimine, ſummè adnotando. Scientiæ 1. Pueris idoneæ. 2. Adoleſcentibus. 3. Maturis.

Primæ necnon ſecundæ ætati vtplurimùm magis idonea & proficua creditur Methodus ſynthetica, ἀνάβασις, & ſcholaſtica. Hoc eſt compoſitio à partibus ad totum, aſcenſus ab affectis ad cauſas, præceptiones in ſcholis ordinariæ. In vltimo gradu, præſtare exiſtimatur ordo inverſus. Capeſſenda igitur Methodus analytica, ſeu reſolutiva: κατάβασις; deſcenſiva: ſecreta demùm, ſive cabballiſtica; quæ ex omnium mixtione, temperamento, & converſione verè Encyclopædica eſt. Ordo duplex.

Quod ſi aliquando conſummatus ea in arte Myſtes aliquis, & Διάδοχος, Diſcipulum nanciſcitur dotibus naturæ & fortunæ ſatis præditum: ingens erit operæ, temporis, & ſtudij pretium; poſt Grammatica rudimenta ingenium illius paulatim erudire, ſecundùm vltimæ hujus Methodi Leges ac præcepta.

QVO demum loco *quæſtio* egregia Quintiliani, minimè omittenda; vtrum vtilius domi, an in ſcholis, Homines erudiantur. Tractat certè eam controverſiam totis viribus, Vir docendi peritiſſimus. Quia verò prima illa rudimenta mei non ſunt inſtituti, placet vno verbo quidquid ſentio abſolvere. Primula ætas ſub Præceptore, qualem & illic deſcribit Fabius*, intraque privatos parietes ſatiùs videtur dolanda & quaſi derudenda. Vbi poſita eſt velut ſtudiorum prætexta, jamque ineſt guſtus ſaltem mediocris politioris litteraturæ; relicta vmbratili & ædium aprico, Collegiorum luci ac theatro committi debet Iuventus. Tum abſoluto, quem vocant Scientium Curſu, redeundum eſt domum: illicque adjunctis peregrinationibus, aſcitis etiam in conſortium & auxilium Viris non de Domi ſtudendum, an in Academijs, l. 1. c. 2. *l. 2. c. 2. & ſeq.

LIBELLVS trivio, quidquid ſtudiorum eſt recoquendum, ac novâ prorſus operâ reformandum, vel potiùs tunc primò efformandum.

CAPVT VI.

SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM Origo, & inventio.

Vnde ortæ Scientiæ omnes.

TAMETSI à Chaldęis, Barbaris, & Gręcis Diſciplinę omnes multùm acceperint incrementi; nihilominus in DEVM O. M. videntur primariò refundendæ. Animis namque Primorum-Parentum per ſpecies inditæ Artes ſeu Diſciplinę, hęreditaria quaſi ſucceſſione ad Poſteros ſunt tranſmiſſæ. Lapſu deinde temporis, Hominumque quaſi indiligentiâ ſepultę, velut è tenebris emerſerunt pleręque operâ induſtriâque Sectarum, quas denominant modò Autores, modò res ipſæ quas tractabant, modò loci vbi ſe ſe exercebant. *Sectæ* autem nomen derivant vel abs doctrinæ & opinionum diviſione, vel ab præcipuo Autore aliquo ſectando. Vt ſit apud Tullium *certa quædam diſciplinæ formula, factio, ſtudium, ratio vitæ.* Αἵρεσιν, græco & veteri verbo appellat Laërtius.

Vbiquè variæ Philoſophorum Sectæ.

Libr. 1. de Orat. in Proem.

SANE quidem nulla vnquam Gens tam barbara, quæ non tulerit aliquos veritatis Indagatores ſimul & Contemplatores. Annon ſui Iudæis Rabbini, Indis Bracmani & Gymnoſophiſtæ, Perſis Magi, Chaldæis Aſtrologi, Ægyptijs Sacerdotes, Gallis Bardi ac Druidæ, Græcis primùm Sophi deinceps Philoſophi?

Vide Proem. Phyſic. infra.

Horum ſanè antiquiſſimi Muſæus, Linus, Orpheus, Homerus. Nam Mercurij Triſmegiſti fœtus ſatis ambigui, nomen verò incertum fortè & fictitium. Illi primò nativos *veritatis* vultus occuluerunt ſub Poëſeos figmentis, & fabularum involucris. Primus ſoluta oratione quaſi manu miſit Pherecydes. Sophorum verò quaſi ambitioſum titulum, ad Philoſophiæ nomen depreſſit Pythagoras. Socrates denique

Ad mores Hominum limandos tranſtulit vſum.

Ab eo nimirum, equo velut trojano, quanta Ilias? Exorti namque à Pythagora Symbolici, à Zenone Dialectici, Phyſici à Thalete, Morales à Socrate. Celebriorem olim qui nomen ſumpſere à Gymnaſijs, illiſque dedere Academici. Vetus Academia autores jactitat Socratem & Platonem, Media Arceſilaum, Nova Carneadem & Lacitem. Et ea radix triplex, abijt in varias ſtirpes. Inde enim Cyrenaica, Stoica, Cynica: Peripatetica, cui ambulatio erat eruditio; Pyrrhonica, ſeu Sceptica, non tam dubitans & vacillans, quàm in omnibus ſuſpenſa & anquirens. *Electiva*, fortaſſis omnium hodiéque in Humanis Diſciplinis optima cenſeri poteſt. Illa nimirum quæ inter problemata

vniverſa, vnicuique relinquit optionem ejus opinionis; quam non ex libitu, ſed ex judicio putaverit vero ſimiliorem. ADITIALIS.

Eò reſpexiſſe videtur Chriſtianus Cicero Lactantius, vbi fusè tradit [duabus rebus Philoſophiam conſtare; ſcientia, & opinatione. Scientiam, cùm propria DEI ſit, Naturæ mortali extrinſecùs advenire inducit ex ijs omnibus, quæ de Cæleſti natura non plus conjicimus, quàm de remotiſſima aliqua Gente aut Civitate quam nunquam vidimus: cujuſque nihil aliud, quàm nomen audivimus. Rectè ergo Socrates, & eum ſecuti Academici, Scientiam ſuſtulerunt; quæ non diſputantis, ſed divinantis eſt. Supereſt, vt opinatio in Philoſophia ſola ſit, quæ incerti eſt. Quid verò erit ex omnibus certius? Fortaſsè nihil. Neſcitur enim ex tot opinantibus, quis verum dixerit. Poteſtque fieri, vt omnes ex parte aliqua erraverint, ex parte attigerint veritatem. Inde Zeno, ac Stoïci opinationem repudiarunt. Eoque modo nova non Philoſophiandi Philoſophia conſtituta eſt. Nam & vnaquæque Secta alias omnes evertit. Phyſici enim putaverunt ſciri poſſe omnia, Academici nihil.] Igitur nulla certitudo niſi à Fide, in reliquis ſeligenda non tam vera, quàm vero magis ſimilia. Sic igitur propemodum ſe habet inter Humanos, origo Diſciplinarum. *Inveniendarum* porro ratio hæc fuit.

PROVIDIT DEVS Homini nudo & inermi rationem ad excogitandum, ſermonem ad loquendum, manuſque ad operandum. Quemadmodum itaque manus organum eſt ante organum omne, ita ratio ars eſt ante omnes artes. Adeò vt duas Diſciplinarum omnium *Matres*, rationem & experientiam, ſæpè ſæpiùs aſſerat Philoſophiæ Princeps Ariſtoteles. Neque interim negandum partim egeſtate, partim caſu, partim & ingenitâ animis Hominum ſciendi cupidine, inventas fuiſſe Artes aliquas. Quare apud Platonem & Mythologos, vt jam monui, ex Taumante, quæ admiratio eſt, nata Iris ſeu rerum cognitio perhibetur. Vtilitatem ac voluptatem expreſſiùs adjungit Lactantius. [*Quis enim, ait, ſcire contentus eſt, non appetens aliquem fructum ſcientiæ? Artes ideo diſcuntur, vt exerceantur. Exercentur autem vel ad ſubſidia vitæ, vel ad voluptatem, vel ad gloriam.*

Quomodo inventæ? *Ariſtot. l. 2. de Interpret. c. 1.*

Duo diſciplinarum, & Artium principia. Alia quoque plura.

Lib. III. de falſ. Sapient. c. 8.

Illam porro curioſitatem ſciendi, novitatiſque admirationem accenderunt, velut nativo fomite, natæ in Diſciplinarum gremio *Vtilitates*. Nam abſque illis Homo vitam neque pro dignitate, neque commodè agere potuiſſet; Genus enim Hominum arte, & ratione vivit. Et vbi ars non eſt, caſum ſimul ac temeritatem plurimùm dominari neceſſe eſt. Sicut ergo Eloquentia Homines diſperſos, veluti feras, ad civilem cultum revocavit: ſic ars colligens quæ ante vaga & incompoſita erant, in *vnam Diſciplinam*, quaſi corpus Reipublicæ, omnes Sæculorum & Hominum experientias compegit. *Si tamen,* prædixerat idem Firmianus *poteſt corpus vocari, cujus partes ac membra diſcordent nec vlla compage inter ſe cohæreant: ſed quaſi disjecta, & diſſipata palpitare potiùs quàm vivere videantur.*

Curioſitas, & vtilitas.

Lib. III. c. 4.

Hinc rectè definitur *Ars*, recta ratio factibilium; quo tamen ſenſu ſolas practicas notitias, & habitus comprehendit. Latiori itaque

Ars quid ſit?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIBELLVS

ſignificatū definitur collectio multorum habituum intellectualium, ad finem aliquem vitæ vtilem. Diſtinguiturque à prudentiâ, & experientiâ; quod hæ verſantur in ſingularibus, quatenus ad benè aut facilè vivendum conducunt. Ars ſecùs, naturam communem conſiderat; tametſi includat vt formale ſuum objectum, bonitatem artificij ſeu naturalem operis perfectionem, haud aliter quàm prudentia connotat probitatem ipſiuſmet prudentis.

Inventores rerum. Libr. III. c. 56. Libr. de origin. de Rer. invent.

INTEREA non immoror recenſendis ſigillatim, Artium *Inventoribus*; quos abundè colligunt Plinius, Iſidorus Hiſpalenſis: poſteriorique tandem ævo, Polydorus Virgilius. Siſtam dumtaxat in *Scriptura*, cujus notitia pars eſt doctrinæ non vltima. Illa nimirum quæ mens cogitat, exteriùs depingit vel ſtylo, vt olim in arborum libris ſeu corticibus, vnde Libris nomen, & in pugillaribus: vel calamo per atramentum, aliumve colorem. Eſt autem Scriptura vel profana & vulgaris, vel ſacra & occulta. *Vulgaris*, variat juxta varias Nationum conſuetudines. Suos ſiquidem characteres ducunt Hebræi per lineas à dextra verſus ſiniſtram, Europęi à lęva ad dextram. Chinenſes, per columnas à ſummo ad imum. *Occulta* Steganographia, quam Bovillus, vt curioſam nimis & planè inanem, in Trithemio cavillatur. Non quod revera elevari debeant aut condemnari vel Ægyptorum Symbola, vel Antiquorum Ænigmata, vel Bedę Dactylogia, vel geſtus Pantomimorum: vel frequens paſſim ſcribendi genus occultum, & arcanum. Habent ſiquidem Regna & Reſpublicæ, haud minùs quàm Religio, ſua ſacramenta. Pereuntque iſta non aliter quàm vinum & aromata, ſi patent.

Scriptura duplex Vulgaris. Occulta.

Tob. 12.

Annon cunctæ res conditæ Conditoris ſunt ſymbola, notæ, characteres? Adeò DEI [inviſibilia à nobis terrenis conſpici nequeunt, niſi per viſibilia.] An non cæremoniæ omnes Legis Moſaicæ, vmbræ erant futurorum? Paucis abſolvam. Vbiquè extat cortex exterior & littera, interiùs verò latet ſpiritus à quo vita & ſenſus. Inde & cuilibet rei ſenſus quadruplex, litteralis apertus: moralis, allegorieus, anagogicus cooperti. Quo ſenſu docent Hebræi, ex Iſaiæ & Ezechielis θεαμάτοις, Cælum volumen eſſe, intùs & foris exaratum; cujus in convexo legunt Angeli, in concavo DEVS ipſe. Addunt Moſaicæ Legis Tabulas geminas ex Saphiro ita exaratas, vt vndequaque ex æquo legi poſſent. Sed ſolum Moſem occultum Scripturæ ſenſum penetraſſe, quem docuit Seniores; à quibus ad Scribas, & Phariſæos pervenit. Quo fermè modo referunt nonnulli Enochum Adami Scribam, accepta ab eo Scientiarum compendia geminæ columnæ, lateritiæ & marmoreæ, ἱερογλυφικῶς inſcripſiſſe; quæ ambæ, contra Diluvium, duraverunt. Addunt & illas Legis Tabulas ſcriptas ſexcentis tredecim litteris, quot nimirùm continet præcepta. Nempe ducenta quadraginta octo affirmativa, reliqua trecenta ſexaginta quinque; quot videlicet in anno dies, in Hominis corpore nervi, tendines & ligamenta. Quid? quod CHRISTVS ipſe delineatis in pulvere certis characteribus, accuſatores Mulieris in adulterio deprehenſæ, confudit: & in fugam vertit vnum

Rom. 1. 1. Cor 10. Galat. 4. 2. Cor. 3. Cap. 34. Pic. Mirandul. in Theſib. Ioan. 8.

poſt alium, dum quiſque ſua illic vitia legere adegit. Immo & in ipſo cranij humani ſuturis, occultos neſcio quos characteres ſunt qui imaginentur. Qua etiam de cauſa CHRISTVM pronunciaſſe narrant, cælo terrâque vaneſcentibus, Legem ita duraturam; vt [jota vnum, aut vnus apex non ſit prætermittendus.] Id verò totum concludit Theſis hæc Mirandulana. *Nullæ ſunt Litteræ in tota Lege, quæ in formis, conjunctionibus, ſeparationibus, tortuoſitate, directione, defectu, ſuperabundantiâ, minoritate, majoritate, coronatione, clauſura, apertura & ordine decem numerationum ſecreta non manifeſtent.*

ADITIALIS. *Matth. 5.*

CAPVT VII.

SCIENTIARVM, ET DISCIPLINARVM partitio varia.

IGNORATO naturæ ordine, qui vnus ſemper eſt & ſimplex; conſequens fuit plurimùm variare Autores, in Scientiarum diſtributione. Quâ & fortè de cauſâ Deos illis præſides appinxerunt, Apollinem & Mercurium; quorum curſus ac gyratio multiplex, in Diſciplinis ipſis inducit varietatem. Scientiæ variè dividuntur.

SANE conceptu generaliſſimo dum finitur Sapientia, *rerum divinarum, humanarumque cognitio*, Scientia generatim conſtituitur primùm duplex; *Divina, & Humana.* Geminam complectitur Auguſtinus in hæc verba. *Sapientia eſt rerum humanarum, divinarumque ſcientia; quamvis rerum divinarum, Sapientia propriè nuncupetur: humanarum autem, ſcientiæ nomen propriè obtineat.* Divina ſacra eſt, Humana verò profana. Illa myſtica & occulta, hæc vulgaris & aperta. 1. Divina, & Humana. EX AVGVSTINO. *Lib. 14. Trinit. cap. 1.*

VTRAMQVE latiùs proſequitur Clemens Alexandrinus, Libro Stromatum quinto. Vbi obſervat in cæteris, quæcumque ſunt pulchra & honeſta à nobis ad Græcos perveniſſe. Vulgus ſapientiam metiri non ex veritate, ſed ex voluptate. Divina, nobiſque imprimis neceſſaria, latere ſub involucris; quæ ſunt Ægyptiorum adyta, Hebræorum velamen. Prophetica & oracula, per ænigmata propalari. Myſteria ſemper occultari ſolita, non expiatis; tùm ſcilicet cùm Muſæ non erant quæſtu, aut lenocinio infames. Suetum igitur ſapientibus, tum ſacris tum profanis, non Religionis modò, ſed etiam Eruditionis ſecreta ſeu Myſteria celare ſub ſymbolis, ænigmatis, allegorijs, figuris, parabolis, ac ſimilibus involucris. Ea nimirum de cauſa Ægyptij Sphynges habebant in veſtibulis Templorum, adyta & penetralia in ſanctuario ſecretiori. Divinæ ſubdiviſio eiuſdem. EX ALEXANDRINO.

INDE pariter *Scientia triplex*; partim Sacra partim Profana. Grammata ſolùm, & vulgaria depingebat Ἐπιστολογραφικῇ, cujus vſus promiſcuus Ἱερατικῇ ſoli vtebantur Sacerdotes, dum ſcribebant de rebus Scientia triplex, Epiſtolographica. Hieratica,

Notariacon, ſeu *Themurat*, litterarum & dictionum tranſpoſitionem & commutationem docet; vnde Acroſtichi, & anagrammata. Aliquando primas dumtaxat litteras aut dictiones, pro reliquis delineat. Ita Symbolum Romanis, S. P. Q. R. Elogium Crucis trilingue, I. N. R. I. Apud Græcos θ nota erat necis, I abſolutionis & vitæ, λ ampliationis, ζ damnati ad furcam & patibulum. Quattuor Orbis partes advertunt Patres, poſt Sybillas, in nomine Adam. ADITIALIS. Notariacon. Themurat.

Nimirum DEVS *finxit tetragrammaton Adam*, In Biblioth. PP.
Qui primus factus fuit. Et qui nomine complet
Artus, Occaſus, Auſtrum, Boneamque rigentem.

Celebrantur & illa Frederici III. O. E. I. O. V. Id eſt, *Aquila electa iuſtè omnia vincet.* Aliter, *Auſtria extendetur in orbem vniverſum.* Simile Sabaudi olim Principis emblema, F. E. T. R. Id eſt, *fortitudo ejus tenuit Rhodum.* Aliquando ſimplex fiebat characterum tranſpoſitio. Ita Synonima ſunt Ioachin & Iechonia. Vixit & XVII. Aliquando poſitio erat vnius litteræ, in locum alterius. Ollis, pro illis. Advorto, pro adverto. Aliquando additione, vt Abraham: vel detractione, vt Sara.

Calculatoria valorem litteris dat numericam. Vnde apud Hebræos, nulli alij numeri reperiuntur quàm alphabeti characteres. Quod patet in Pſalmo CXVIII. Inque Ieremiæ Elegiacis. Notatque eamet de cauſa Liber de morte Moſis, dictionem in Pſalmo XXX, id eſt *bonum tuum*, efficere XXXVII; quæ totidem ſunt viæ illæ admirabiles divinæ ſapientiæ. Vnde omnes ſecretiores Hebræorum Mecubales, Attributa, Numerationes Alphabeti: omneſque ſui alphabeti Litteras partiuntur in duodecim ſimplices, ſeptem duplices, & tres matres. Calculatoria.

Gematria, ſeu Gimetria, Litterarum ac dictionum valorem æquiparat. Sic in Apocalypſi nomen IESV deſignatum per 888, prævalet nomini Anti-Chriſti, quod non valet niſi 666. Vnde diſtichon vetus; Gematria. Nominum poteſtas. Apo. al 13.

Cui tria ſunt octo, tu me ſervabis vt opto;
Ne voret innumerus, cui tria ſex numerus.

Certè in confeſſo eſt apud omnes, immò & Platonis effatum ſolemne; divinum neſcio quid & fatale, *nominibus* contineri. Illorum ſiquidem impoſitio, autoritatis nota ſemper fuit. Ideo enim Adamus propria impoſuit nomina avibus, & pecudibus: non piſcibus, non plantis, non ſibi ipſi. In Nova-Lege Nomen IESV, nomen clatore Angelo, imponitur Meſſiæ à Ioſepho, patris nomine ſubſtituto: & quidem patris proprij, & æterni. Nec verò divini Præcurſoris familia conſenſit in Ioannis nomen, niſi conſulto & annuente patre illius Zacharia. Vide vt CHRISTVS Simonem, Petrum agnominat: Iacobum & Ioannem Boanerges. Vide & veteri more, Defunctis mutata nomina, vt hodiéque fit Monaſticen profitentibus. Vide & ſolemni ritu optata à parentibus felicia nomina, & in Militum Cathalogis primum ſemper inſcribi aliquod fauſtum ac fortunatum. In Cratylo. Martin de Roa, lib. Singular. Gene. 2. Luc. 1. Matth. 3. Marc 3.

Ego certe quidem vt optimorum, maximè ſubtiliorum, abuſus facilior eſt; obſervatum jam olim ab Autorum graviſſimo Tertul-

Libellus *Præſcrip cap.* 50. Quovique nominum myſteriis inſiſtendum. *Cap.* 2. & 22.

liano, *Marcum quendam & Colarbaſum, novam hæreſim ex Græcorum Alphabeto compoſuiſſe. Negabant enim veritatem ſine litteris iſtis poſſe inveniri. Immò totam plenitudinem, ac perfectionem veritatis in iſtis litteris eſſe diſpoſitam. Propter hanc cauſam* CHRISTVM *dixiſſe, ego ſum* A, *&* Ω. Sanè vt in ejuſmodi *nominibus*, litteris ac numeris arcana interdum Myſteria latere, non tutum eſt inficiari: ita illis apicibus ſcrupuloſiùs adhærere, inaniſſimum ſimul in fide ac ſcientia periculoſiſſimum. Rident enim aut lugent Cordati, Talumdiſtarum hallucinationes: & non vltima Eccleſiæ plaga fuit, Gnotiſtarum ac Valentinonorum ſimilis deliratio.

Quare licet plurimi faciam Pici, toties à me citati, ingenium ad ſtuporem; ſunt tamen in eo benè multa quæ curioſa magis & pompatica exiſtimem, quàm ſolida & vera. Theologica ſuo loco examinàtur. Interim minùs à me probantur quæ circa ſcientias humanas, hinc inde concludit. *Niſi nomini Abraham littera he addita fuiſſe, Abraham non generaſſet, nomen* DEI *quattuor Litterarum, quod eſt ex mem, ſade, re, & ſtade, regno Davidis debet appropriari. Ideò circumciſio fit octava die, quia eſt ſuperior quàm ſponſa vniverſaliſata. Qui ordinem Linguæ Hebraïcæ profundè & radicaliter tenuerit, atque illum proportionaliter in Scientijs ſervare noverit; cujuſcumque ſcibilis perfectè inveniendi, normam & regulam habebit. Per Arithmeticam, non materialem ſed formalem, habetur optima via ad prophetiam naturalem. Nulla eſt ſcientia quæ magis nos certificem de Divinitate* CHRISTI, *quàm Magia & Cabbala. Quilibet numerus præter ternarium & denarium, ſunt materiales, in Magis: iſti ſunt formales, & in Magia arithmetica ſunt numeri numerorum.* Plura nimirum conſimilia aut curioſa nimis, aut futilia, aut ad faſtum efficta, aut habentia grande nihil tutius eſt reputare. Advertique jam olim inter Curioſos maximè Curioſum, fuiſque odioſum impoſturis, fateri ſe ſua vndiquè Philoſophiæ arcana corradiſſe, vt legentium animis, grato faſcino illuderet. Quocirca meritò illa omnia Eccleſia cenſuram incurrunt. Interim vt abſolvatur Cabaliſticæ Scientiæ partitio concludendum cum eodem Mirandulano. *Quidquid dicant cæteri Cabaliſtæ, ego prima diviſione ſcientiam Cabalæ in ſcientiam Sephiro & Semot, tanquam in practicam & ſpeculativam diſtinguerem: ſpeculativamque quadruplicem, correſpondentem quadruplici partitioni Philoſophiæ. Prima alphabetariæ revolutionis, Philoſophiæ Catholicæ. Triplex deinde Mercava, triplici Philoſophiæ particulari de divinis, de medijs, & ſenſilibus naturis.*

Triplex ex Ambroſio. *Geneſ.* 16, 26, 41.

PLANIORI juxta & contractiori methodo eruditus perindè & elegans Mediolanenſis Præſul Ambroſius, in Sacris vtriuſque Teſtamenti Tabulis, theſaurum ait latere omnium omninò Diſciplinarum. Nam *triplicem* Sapientiam Naturalem, Moralem, Rationalem; ſignificari ait per ἀλληγόρειαν veteris Paginæ, puteo viſionis, abundantiæ, & Iuramenti. Tribus item libris Salomonis; Proverbijs, Eccleſiaſte, & Cantico. Similiter inter Evangeliſtas Naturalem Sapientiam Ioanni ſpeciali elogio deputat, Matthæo Moralem, Marco Rationalem.

Immo & in vno Lucæ Evangelio reperit Phyſica, dum Spiritum-Sanctum creatorem etiam Dominicæ Incarnationis extitiſſe reſeravit. Moralia, dum in illis Beatitudinibus virtutes præſcribit. Rationalia, dum docet qui fidelis eſt in minimo, etiam in magnis fidelem eſſe. Quin etiam in vno primario Trinitatis myſterio diſtinguit Naturalem, Patrem: Moralem, Filium; Rationalem, Spiritum-Sanctum. ADITIALIS.

RABBINORVM verè vltimus, filius Majemonis, de quo fama perhibet à Moſe ad Moſem non ſurrexiſſe Moſem alterum; Perplexos inſtruens, talem *Synopſim* perſcribit. Sapientia divina paſſim in Scripturis mari altiſſimo comparatur, cujus vniones nemo queat expiſcari niſi natandi peritus. Intellectus verò puero ſimilis, non poteſt niſi gradatim per ſcientiarum, velut ætatum incrementa, eniti ad apicem veritatis. Ideo eget præcognitis non paucis. Cùm enim lateat DEI majeſtas in ſecreto receſſu operum ſuorum, hæc verò pateant in aditu; per veſtibula, ad conclave deveniri par eſt. Quare cupidus ſacraria penetrandi, debet expunctis erroribus & ſuperfluis, primùm inſtrui in Arte-Logicâ: deîn in Mathematicis, Arithmeticâ nimirum, Geometria & Aſtronomia; tandem in Phyſicis, quæ Divinorum anticamera eſt. Quibus quidem protheorijs, Mores quoque præſtruendi; quia Intellectus non ſatis ritè perficitur, quamdiu voluntas remanet imperfecta. RABBI MOSES.

Subnectit *parabolam* multitudinis, quorum alij regiam extra civitatem, alij intra. Et ex iſtis quidem alij Luparæ vertunt terga, alij aliò exerrant: hi viam palatij veſtigant, ſed nondum vident. Illi adeunt quidem fores, ſed circumeunt. Quidam Regiam ingreſſi, huc & illuc vagantur. Perpaucis Regis ipſius acceſſu & vultu frui, conceſſum.

SVNT deinde qui ex ſolemni illa apud tum Sacros, tum Profanos *Mundi triplicis* diſtributione, totidem Scientias connumerant. Sicut enim Mundi tres, Elementaris, Cæleſtis, Intellectualis, ſibi invicem ordinatiſſimè cohærent: ita Scientiæ, ſimul nectuntur pergradus; Phyſica rerum ſublunarium, Mathematica cæleſtium, Theologica divinarum. Tres Mundi, tres itidem Scientiæ.

Alij Μικροκόσμῳ inhærentes, (quod repetam non ita multò poſt) Scientias dinumerant per animi operationes. Eſt autem *quadruplex*; divina, intellectualis, rationalis, animalis. A quibus Diſciplinæ pariter quattuor; Theoſophia, Mathematica, Logica, Phyſica. Compendium poſuerat Alcinoüs in rerum contemplatione, in virtutum actione, in ſermonis conſideratione. Vel vt alijs placet Sapientia divinorum eſt, Scientia naturalium, Prudentia humanorum. Vnde & apud Platonem ingenia Hominibus alia aurea, alia argentea, alia ferrea. Alij contemplantur, alij agunt, alij efficiunt. Reſpectu Hominis. 4. Libr. de Republ. ſub fin.

Recurrit propemodum vetus Philoſophiæ diviſio, propria *Epicuri*. Qualem nempe repræſentat Diogenes Laërtius, Libro decimo: doctiſſimiſque Animadverſionibus illuſtrat Gaſſendus, vir noſtro ævo cujuſvis Diſciplinæ & humanitatis promus-condus. Opus libavi cum Ex EPICVRO, Laertio, & Gaſſendo.

LIBELLVS guſtu & affectû, penſa inter Quadrageſimalia, calens adhuc è typis Lugdunenſibus, curâ ſcilicet litteratiſſimi Nevræi, adornatum. Summa igitur diviſionis Epicureæ, ſtatui poteſt in hunc modum.

Triplex Philoſophia. Philoſophiæ *tres* ſunt partes; Canonica, Phyſica, Ethica. Prima, quæ & Regularis, præmittit Introductiones ad Philoſophicam Exercitationem: Exordia, ac Elementa, ſimulque Criteria veritatis, ſeu iſtius dijudicandæ inſtrumenta præcipuè tria; ſenſus, anticipationes, paſſiones. Huic annectitur Phyſica, ſive de Ortu & Interitu, totam Naturæ contemplationem amplectens. Ethica demum verſatur circa electionem, fugamque. Ideo etiam de vita, de moribus & fine nuncupatur. Dialectica vero eliminatur, velut ſuperflua.

ADIVNGIT Eruditus Commentator. { *Ad ipſam* porro Philoſophiæ diviſionem quod attinet, vides vt treis illius parteis aliorum inſtar agnoverit. Aliorum, inquam. Nam non modò Plato ex Cicerone, Alcinoo, D. Auguſtino: itemque Zeno Stoïcique apud Laërtium & alios, ac vniversè cæteri, Philoſophiæ parteis ſtatuerunt Logicam, Phyſicam, Ethicam. Verùm ipſe quoque Ariſtoteles, tametſi ſit viſus alia ratione dividere, dum Philoſophiæ parteis diſtinxit contemplativam, & activam: ac illius membra agnovit Phyſicam, Mathematicam, Theologiam, quæ eſt à Sectatoribus vocata Methaphyſica; hujus verò Monaſticam, Oeconomicam & Politicam; Dialecticâ non agnitâ, niſi vt ſciendi inſtrumento. Ariſtoteles, inquam, ipſe quoque eandem diviſionem probavit; vt intelligi poteſt ex Cicerone, Empirico, Euſebio, & alijs.

Diſcrimen tamen inter Epicurum & cæteros fuit, quod parum abeſſe videatur; quin, ſolam Ethicam probarit (ſequutus nempe Socratem, Cyrenaïcos, & aliquos alios) quoniam agniturus Phyſicam non fuerit, niſi ad Ethices finem referatur. Et quòd in vicem Logicæ, Dialecticæ-ve eam ſubſtituerit, quam Canonicam appellavit. Seneca proinde, *Epicuræi*, inquit, duas *parteis Philoſophiæ putaverunt eſſe: Naturalem, atque Moralem; Rationalem removerunt. Deinde cum ipſis rebus cogerentur ambigua ſecernere, falſa ſub veri ſpecie latentia coarguere; ipſi quoque locum, quem de judicio, Regulam appellant, alio nomine Rationalem induxerunt.* Eodem ſenſu Empiricus, poſtquam retulit Epicurum credi ab aliquibus idem ſentire cum Archelao, Naturalem ac Moralem ſolummodò admittente, quod Logicam expelleret, ſubdit; fuere verò alij qui dicerent ipſum non vniversè Logicam, ſed eam ſolùm quæ haberetur Stoïcorum, averſatum fuiſſe; adeò vt reliquerit tripertitam adhuc, poteſtate, Philoſophiam. Dicit autem δυνάμει, poteſtate; quia Canonica Epicuri, eſt Logica quædam: &, vt loquitur Seneca, alio nomine idem *ſonat*.

In Cratilo. Triplex ex PLATONE. PLATO Divini nomen adeptus, egregiè vt ſolet, diſtinguit Scientiam *Rerum*, *Vocum*, Morum. At ſtatim initio Πολιτικῆ, vnam Scientiam eſſe docet in duas ſpecies diviſam; Contemplativam, & Activam. Prima, Diſciplinas omnes complectitur; quæ quidquid in vtrôque Orbe eſt, vel per Scientias ſpeculantur, vel per Artes imi-

tantur. Secunda continet quæcumque docent Grammatica, Rhetorica; cum Poëtica, & Logica. Tertiam replet Ethica; ex quo præſertim Socrates curioſum, dixerim propè infructuoſum, Philoſophandi genus, ad Hominum mores efformandos traduxit. Illuc haud dubiè reſpicit Hieronymus, cùm ſcribit ad Paulinum; illorum Scientia in tres partes ſcinditur: τὸ δογμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπέιρειαν.

ADITIALIS.

Ex S. Hieronymo.

CAPVT VIII.

EADEM PARTITIO SCIENTIARVM Peripatetica, & Recens.

PERIPATETICORVM Princeps Ariſtoteles, quaſi Scientiam non agnoſcens niſi vnam, *tres* illius modos diſtinguit. Nam circa id quod movetur, eſt Scientia Naturalis: circa mobile, ſed incorruptibile, Mathematica; circa incorruptibile, (ſic enim legendum reor) Metaphyſica. Expreſſiùs ipſemet in Metaphyſicis. *Perſpicuum eſt, tria eſſe genera Scientiarum; Phyſica, Mathematica, Theologica, id eſt Metaphyſica.* Haſque vocat paſſim Theoreticas, ſeu Speculativas. Quin & iterum ſcire dici ait tribus modis; vel vt vniverſale, vel vt propriè, vel vt agere; quare & tribus decipimur modis. CONCINVNT Ariſtoteli, ejus *Interpretes.* Simplicius certè in Prædicamentis, Scientiam norat aliam dici propriam, ex certa notitia: aliam communi ſignificatu; quamlibet artem complecti. *Averroës* verò partitur in Speculativas, quarum finis eſt ſcire tantùm: in Practicas, quæ habentur propter opus; & Dirigentes, ſeu Auxiliantes, quas Logicales appellat. Placuit bimembris diſtributio, doctiſſimo *Iavellio*; quam deſcripſit illuſtriſſimus Cecchinellius, in hæc verba.

Triplex Scientiæ modus, ex ARISTOTELE.

L. 10. c. 6.

Ex SIMPLICIO, duplex.

Ex AVERROE, quintuplex.

Ex IAVELLIO, duplex

ET CECCHINELLIO.

Init. Proœm. in 10. lib. Phyſ. Speculativæ.

SCIENTIARVM quædam Speculativæ, quædam Prácticæ. Speculativæ, primâ diviſione, dividuntur in ſpeculativam rationalem, & ſpeculativam realem. Speculativa Rationalis eſt, quæ verſatur circa ens in Anima, quod dicitur ens rationale; eò quod non habet eſſe, niſi in intellectu. Speculativa autem realis, pro ſubjecto, habet ens reale.

Speculativæ Rationales dividuntur (ſumendo Scientiam in latiori ſignificatione) I. In Grammaticam. II. Rhetoricam. III. Poëticam. IV. Logicam. *Grammatica*, verſatur circa ens rationis congruum & incongruum. *Rhetorica*, circa ens rationis ornatum & inornatum. *Poëtica*, circa ens rationis delectativum, & contriſtativum. *Logica*, circa ens rationis verum & falſum.

Speculativæ Reales dividuntur I. in Phyſicam II. Mathematicam. III. Metaphyſicam. *Phyſica* verſatur circa ens contractum ad mate-

LIBELLVS riam ſenſibilem, quod dicitur ens mobile ſive ens naturale. *Mathematica* verſatur circa ens abſtractum ſecundùm rationem, id eſt definitionem, à materia ſenſibili: & dicitur ens quantum, ſive quantitas continua, de qua eſt Geometria: ſive diſcreta, de qua eſt *Arithmetica*. *Metaphyſica* verſatur circa ens abſtractum à materia ſenſibili, & intelligibili, & ſecundùm definitionem, & ſecundùm eſſe; qualis eſt DEVS, & Intelligentiæ, quæ ſunt immateriales, æternæ, & ſine omni magnitudine.

Practicæ Activæ, & Factiva. Phyſica dividitur in ſuas *ſpecies*, ſive in partes ſubjectivas; quæ ſunt ſcientiæ de Cælo, de Generatione, de Meteoricis, de Anima, de Minerali, de Vegetabilibus, de Animalibus, de Elementis, de Animatis, & Inanimatis, de Homine.

PRACTICÆ, primâ diviſione, dividuntur I. in *Activas*. II. in *Factivas*. Cùm omnis practica ſcientia verſetur circa opus, quod eſt alterius potentiæ ab intellectu, regulabile tamen per opus intellectus. *Opus* autem humanum regulabile per intellectum, eſt *duplex*. I. Quoddam intrinſecum ipſi operanti, & eſt perficiens ſuum agens, & dicitur *Actio immanens*. II. Quoddam extrinſecum ab operante, & eſt perficiens operatum, ſive patiens, & dicitur *Actio tranſiens*; quia non remanet in operante, ſed tranſit in materiam exteriorem, quam perficit operans, dum agit circa illam.

Actio autem immanens & tranſiens, ſic *declarantur*. Actiones Immanentes in DEO & Intelligentijs, ſunt intelligere, velle. In Homine ſunt Actiones partis ſenſitivæ, tam exterioris, vt videre, audire, & c. quàm interioris, vt imaginari, cogitare, &c. Et partis appetitivæ-ſenſitivæ, vt amare, deſiderare, delectari, iraſci, &c. Partis intellectivæ, vt ſimpliciter intelligere, propoſitiones formare, ſyllogiſare, &c. Et Partis volitivæ, vt velle, eligere, frui, &c. Actiones *Tranſeuntes* in DEO & Intelligentijs, ſunt movere corpora cæleſtia, producere, & conſervare entia, modo debito naturæ propriæ. In Homine ſunt actiones, quibus exercentur *Artes* ſerviles, vt ædificare, texere, agros colere, exercitum ſtruere, &c.

Practicæ-activæ, verſantur circa opus immanens; quoniam in Homine opus immanens, quod eſt alterius potentiæ ab intellectu, vt opus appetitus ſenſitivi, & opus voluntatis, eſt regulabile per rationem; vt benè, & laudabiliter fiat, ac etiam per oppoſitum. *Practicæ-factivæ* verſantur etiam circa opus tranſiens, quod etiam in Homine eſt regulabile per rationem, & per habitum artis; quo artifex per debita media, rectè attingit artificiatum.

Practicæ-activæ, dicuntur Scientiæ *Morales*; quæ verſantur circa actiones humanas, regulabiles per rationem. Ex quibus Homo moraliter dicitur fieri bonus, aut malus: & ex quibus meretur laudem, aut vituperium, præmium aut pœnam.

Practicæ-factivæ, dicuntur *Artes* Illiberales, ſive Serviles; eò quòd magis deſerviunt corpori, quàm animæ. Eſt enim in nobis corpus, vt pars ſervilis: Anima autem vt pars dominativa, loquendo etiam ex natura rei. Vulgo autem dicuntur *Artes Mecha-*

nicæ, quia magis detrahunt & deprimunt in nobis intellectum, quàm perficiant & elevent ad per ſe ſpeculabilia. ADITIALIS.

Practicæ-activæ, dividuntur I. in *Ethicam*. II. *Politicam*, aliàs Civilem. III. Et in *Oeconomicam*, id eſt domeſticam, ſive familiarem.

Practicæ-factivæ, dividuntur in *ſeptem Artes* Mechanicas, quarum notitia, & vſus ſatis paret in vulgo. His vnum dumtaxat addam ex Mirandulano *practicum & ſpeculativum differentias eſſe accidentales.* *In Theſib.* Vtramque miro artificio depingit Boëtius [in veſtibus Philoſophiæ ab ipſamet contextis ſubtili artificio, indiſſolubilique materiâ. Quarum & in extremo margine Π, in ſupremo verò Θ legebatur intextum. Specularivam juxta & practicam deſignari quis neget. Addit inter vtraſque litteras, quod velim adnotari, *in ſcalarum modum*, gradus quoſdam inſignitos videri, quibus ab inferiore ad ſuperius elementum eſſet aſcenſus.] *Libr. I. Conſolat. Proſ. I.*

Molitus eſt etiam Syſtema Artis ſuæ *Frambeſarius*, ſatis amplum: ſed Medicinâ, Dialecticâ, Rhetoricâ, & Ethicâ concluſum: nec ſatis, omnium calculis, diſtinctum. EX FRAMBESARIO Medico.

BREVIORI, fortè & exactiori ſyſtemate, ſic dividit emendatus Profeſſor in Academia Pariſienſi, *Ioannes Craſſotus*; vt in toto Opere elaboratiſſimo, ſi minùs per commara inciſus fuiſſet, ſi paulò fuſior, magiſque cohærens, mentem meam in tota iſta Opella, proximè videretur aſſecutus. EX IOANNE CRASSOTO, brevis totius Sapientiæ delineatio.

Digitized by Google

LIBELLUS

PHILOSOPHIA

- Significat complexionem omnium Scientiarum Theoreticarum, & Practicarum; cujus
  - *Cauſæ efficientes*, ſunt
    - *Remota*, admiratio:
    - *Proxima*, eaque
      - Principalis, *inveſtigat* per intellectū, & ſenſum.
      - Minùs principalis,
        - *Experientia*
          - Imperfecta,
          - Perfectaque, ſcientiam gignit per viā
            - *Reſolutionis*, cujus cauſas & principia indagat; vt ſi quis horologium in partes ſolveret, ad percipiendam cauſam motus horarij.
            - *Similitudinis*, cum ex percepta plurium inferiorum ſimilitudine ſunt collecta vniverſalia.
            - *Separationis*, cum Homo expertus rem eandem nunc eſſe calidam, nunc frigidam, nec eam abeunte calore petire; diſcrimen agnoverit inter ſubſtantiam, & accidens.
            - *Compoſitionis*, quâ earum affectus & effectus inveſtigamus.
            - *Proportionis*, quâ ex rebus clarìs ad obſcuriorum cognitionem pervenimus.
  - *Definitio*, vel
    - NOMINIS, & eſt amor ſapientiæ, & proinde cauſarum inveſtigatio.
    - REI, & eſt cognitio rerum
      - Humanarum, ſeu corporum
        - *Simplicium.*
        - *Mixtorum.*
      - Divinarum
        - DEI,
        - Angelorum, &c.
  - *Diviſio*, in
    - THEORETICAM; Eaque eſt
      - *Metaphyſica*,
      - *Phyſica*,
      - *Mathematica*.
        - Pura
          - *Arithmetica*,
          - *Geometria*.
        - Non pura
          - *Optica*,
          - *Geographia*,
          - *Aſtrologia*,
          - *Muſica*.
      - Rationalis, quæ dirigit
        - Sermonem internum, & eſt Dialectica.
        - vel externū, & eſt
          - Grammatica,
          - Rhetorica; eaque eſt
            - *Oratoria*,
            - *Poetica*,
            - *Hiſtorica*.
    - PRACTICAM, quæ eſt,
      - *Activa*, quæ
        - Moralis, eaque eſt
          - *Ethica*,
          - *Oeconomica*;
          - *Politica*,
          - *Iuriſprudentia*.
        - Naturalis, vt Medica. Eaque eſt vel
          - *Dogmatica*,
          - *Paranetica*.
      - *Effectiva*
        - Opus nō Relinquēs
          - *Saltatoria*,
          - *Cytharistica*. &c.
        - Opus Relinquens; eaque duplex
          - Laborioſa
            - Agricultura,
            - Militaris,
            - Chirurgia.
            - *Venatoria*,
            - *Fabrilis*,
            - *Nautica*. &c.
          - Non laborioſa
            - *Agricultura*, in Patre-familias,
            - *Militaris*, in Rege,
            - *Fabrilis*, in Architecto.
- Significat Sciētiam rerum, vt ſunt per ſuas cauſas; & ca e
  - In omni abſolutè genere, & dicitur SAPIENTIA ſimpliciter.
  - Vel in certo genere, & dicitur Sapientia ſecundum quid; vt ſapiens Medicus.

IAM

ADITIALIS.

Ex Orontio

Ex Cornelio Gemma.

Ex Nicol. Forest, Du Chesne, Præfat. ad Florileg. Univerſ.

IAM antea ſimile quid molitus erat Orontius Fineus Delphinas, in ſua *Margarita Philoſophica*. Verùm nec omnia complexus eſt, plura infert Grammaticalia: & dialogicè ſcribens, non abeſt ſatis à tædio & faſtidio. Altiùs ſpeculationem & calamum ſubinde erexit Cornelius Gemma Friſius, Medicus Lovanienſis; in ſua, vt vocat, *Catholica Methodo*, ſive Totius Artis Cyclognomicæ Conſtitutione. Sed multa illic abſtruſa, parum perſpicua: & quam profitebatur Diſciplinæ, multùm addicta. Recens Autor ſubtili diſſectione Scientias omnes partitur in hunc modum.

Circuli quatuor.

Veteris Encyclopædiæ typus olim fuere *Circuli tres* ſimul implexi, & quarto majori inſcripti. Illis nimirum denotantur quattuor Humanæ Mentis virtutes, *duæ* practicæ, & duæ pariter ſpeculativæ; Ars factiva, Prudentia activa: Scientia rerum naturalium ſpeculativa, Sapientia rerum immaterialium contemplativa. Quin & ex Recentiorum opinione, Diſciplinas omnes *quinque* primarijs humani ingenij dotibus addicit. Hinc tribuitur Memoriæ Philologia, Imaginatrici Matheſis, Iudicio Moralis, Rationi Phyſica, Mentis apici vtraque Metaphyſica.

Quinque Facultates.

Quadruplex partitio.

Philologia ſubdiviſa

Matheſis ſubdiviſa.

IPSE verò totam ſuam Encyclopædiam *quattuor* Partibus ſic componit. PHILOLOGIÆ partes ſunt Grammatica, cum Poëſi, & Mythologia. Rhetorica cum Progymnaſmatis, & Hiſtoria multiplici. *Matheſis*, quattuor reliquas Artes Liberales complectitur. Ejus objectum eſt quantitas aut diſcreta, aut continua: aut pura, aut mixta. Quantitas diſcreta pura eſt numerus, objectum Arithmeticæ communis, ſeu minoris: ſicut numerus coſſicus, eſt objectum Arithmeticæ majoris ſeu Algebræ. Eadem quantitas mixta cum ſono, hoc eſt numerus ſonorus, ſivè ſonus numeroſus, eſt objectum Muſicæ. Quantitas continua pura, eſt objectum Geometriæ; deſcriptibilis quidem objectum Graphices; ſeu Gammographiæ linearum, ſeu Planigraphiæ figurarum, ſeu Stereographiæ corporum. Diviſibilis verò objectum Geodæſiæ; ſeu Gramniodæſiæ linearum, ſeu Planidæſiæ figurarum, ſeu Stereodæſiæ corporum. Menſurabilis denique objectum Polymetriæ, ſeu Altimetriæ linearum, ſeu Planimetriæ figurarum, ſeu Stereometriæ corporum. Eadem quantitas mixta cum motu, hoc eſt, provt mobilis, eſt objectum Staticæ, ſeu Artis ponderariæ in communi, & Mechanicarum in particulari: Machinarumque Hydraulicarum, Pneumaticarum, & Protechnicarum. Item Architectonicæ, Polemicæ, ſeu Artis Militaris; cui ſubordinatur Tactica, ſeu Directiva acierum.

Vlteriùs hæc ipſa quantitas mixta cum lumine, ſeu vt ajunt, in quantum viſibilis, eſt objectum ſivè *Opticæ* de radio directo: ſive Catoptricæ de radio reflexo, ſive Dioptricæ de radio refracto; ſivè demum Perſpectivæ, quæ in plano res omnes viſibiles delineat, ſubminiſtratque vera principia Arti pictoriæ; quæ lumina duntaxat, vmbras, & colores ſuperaddit.

Tandem quantitas ſpectata in corporibus cæleſtibus, cum varijs Aſtrorum motibus effectibuſque, objectum exhibet; aut *Vrano-*

LIBELLVS *graphiæ* quæ deſcribit ſphæras, orbes & circulos cæleſtes. Aut Aſtronomiæ, quæ cuilibet motui ſiderum periodos ſuas determinat: aut Aſtrologiæ, quæ Planetarum & Stellarum influentias atque effectus inveſtigat. Aut Chronologiæ, quæ eſt certa doctrina temporum. Aut Geographiæ & Hydrographiæ, quæ terras & maria partiuntur. Aut Gnomonicæ, quæ fabricat horologia ſciotherica. Aut principi omnium Mathematicorum inſtrumentorum Aſtrolabio, cæteriſque vulgaribus inſtrumentis.

Philoſophia ſubdiviſa.

PHILOSOPHIA, comprehendit Artem Dialecticam; quæ dividitur ſecundùm triplicem Mentis operationem, in apprehenſivam, enuntiativam, & diſcurſivam. Prudentiam, Ethicam ſeu Moralem; quæ diſtinguitur penes tripertitum ordinem actionum humanarum ad ſeipſum, ad familiam, ad publicum ſtatum; in Monaſticam, Oeconomicam, & Politicam; adnexâ Iuriſprudentiâ, tam Iuris Canonici, quàm Civilis. Scientiam Phyſicam, corporis naturalis conſiderativam; quæ in communi tractat de ejus principijs, naturâ, cauſis, affectionibus, quantitate & infinito, loco, & vacuo, tempore & duratione, motuque quadruplici: generationis & corruptionis ad ſubſtantiam, augmentationis & diminutionis ad quantitatem, alterationis ad qualitatem, & lationis ad locum.

Phyſicæ ſubordinatur *Medicina*, & ipſi Medicinæ Chymatria. Sapientiam denique *Metaphyſicam*, entium tranſnaturalium contemplativam, quæ certè gradum præbet ad Diſciplinarum omnium Reginam.

Theologia ſubdiviſa.

THEOLOGIA igitur, DEI vnius (vt ſolis Aquila) contemplatrix, *quintuplex* nihilominus numeratur. I. Poſitiva, ſeu doctrina Scripturæ-Sacræ, II. Scholaſtica, aut Theoretica de DEO-vno, vidente, providente: de DEO-Trino, de Angelis, deque alijs Rebus creatis. Aut Practica de Actibus humanis, de Peccatis, de Auxilijs, de Gratia habituali: de Iuſtificatione, de Donis & Virtutibus ſupernaturalibus. Aut Theoreto practica, de Incarnatione, de Sacramentis ingenere: de Euchariſtia, de Sacrificio Miſſæ; de Pœnitentia, & de alijs Sacramentis in particulari. III. Theologia, de Controverſijs. IV. Theologia Moralis, de Caſibus Conſcientiæ. Theologia Myſtica, ſeu Aſcetica de vita ſpirituali.

DE MONSIEVR SOREL.

Vernaculâ quoque Linguâ Scientiam vniverſalem Gallis delineatam, propoſuit *Scriptor* non de trivio; qui illam partitur ex Naturæ ipſius ductu, in Scientiam Rerum Corporearum ac Spiritualium. In illa includit quidquid ſenſu humano percipitur à natura, aut ab arte efformatum: in iſta, Res omnes à materia avulſas, quæ Menti ſolúm obverſantur.

EX ALBERTO M. de cauſ. & proceſſ. Vniverſ. à cauſ. pri. lib. 2. tract. 2. c. 7.

NEQVE procul à noſtro inſtituto Magnus ille Albertus, vbi ſic diſcriminat ſigillatim. Scientiæ quæ eſt in Homine, *triplex eſt modus*; quia aliqui non ſciunt, quod ſciunt: nec de ſcitis reſpondere ſunt parati, niſi per magnam ſcitorum & ſcibilium indagationem & collationem; quibus inveniunt differentias, convenientias: & antecedentia, & conſequenti ſingulorum. Propter quod intel-

lectus eorum non eſt purus, nec per ſtantem ſcientiæ habitum adiuvatus. Quidam ex habitu ipſum adiuvante intellectum, de omnibus parati ſunt reddere rationem, quæ in ſcientia illa quæri poſſunt. Et hoc faciunt ex habitu ipſo, qui in effectu eduxit intellectum eorum poſſibilem. Quidam per naturam boni ſunt, quorum intellectus Hominis vniverſaliter agentis ſic illuſtratus eſt; vt ſtatim quæſtione auditâ certi ſint ſe poſſe determinare eam, quia intellectus eorum ſpecies & lumen ſunt intelligibilium. Ideo ſcientiam diſtinguit *Factivam*, *Activam*, *Theoreticam*.

Aditialis.

Tres Scientiæ.

Nec minori ſubtilitate apud Alexandrum de Ales, *Scientia tripliciter dicitur* Vniverſalis. Primò modo, cùm aliquid ſcitur de vniverſaliter ſumpto per cauſam primam. Secundo cùm aliquid ſcitur de ſubjecto vniverſali & communi, non vniverſaliter ſumpto; ita vt hoc ſcitum ſit in communi, & vniverſali. Tertio, quæ conſiderat omnia & in communi, & in particulari. *Triplicem* porro ejuſmodi Philoſophiam, ſic partiti ſunt Summi Viri; vt Pythagoras coluerit Contemplativam, Socrates Activam, Plato vtramque.

Ex Alexandr. Allensi, *6. Metaph. tex. 3.*

Scientia tripliciter dicitur.

Ficin in 1. Dialog. de legib.

Rursum vniverſa Philoſophia Contemplatrix, *Triplex* eſt; Metaphyſica, Mathematica, Phyſica. Nempe abs diverſo objecti formalis, luminiſque modo quibus Sapientes in illis Diſciplinis objecta contemplantur: ſeu ob tres *abſtractiones*, quarum prima eſt ab omni materia & ratione. Secunda à materia communi, ratione tantùm. Tertia à materia ſenſibili, & ſingulari. Si quidem ex Principe Philoſopho, ab omnibus entibus deſumitur ratio communis Entis, quod per decem Prædicamenta dividunt ex æquo ſubſtantia & accidens.

Trina ordinaria.

Atenim quia accidens eſt entis ens, meraque appendix ſubſtantiæ; hæc ſola primariò & per ſe, offertur Sapientum contemplationi. Rurſus quoniam ſubſtantia omnis aut incorporea eſt, aut corporea, omninò illam ſub Entis ſpeculatione complectitur Metaphyſica; quæ entis abſtracti partes, proprietates, principia ſpeculatur. Corpoream deinde ſubſtantiam quantitate, veluti primariâ affectione, conveſtitam, veritatumque plurimarum ſcaturiginem, ſuis ſibi demonſtrationibus vendicat Mathematica. Eandem demum, ſed quatenus contracta & alligata formæ ſubſtantiali principium exiſtit motus, quietis, aliarumque ejuſmodi paſſionum; naturalibus terminis ſuis, circumſcribit *Phyſica duplex*; Generalis, & Specialis. Primam deſcribo cum Ariſtotele, in Phyſicæ Auſcultationis Libris octo. Secundam cum Philone, in Coſmopæia Theologica.

Doctiſſimus perinde ac laborioſſimus *Suares*, Scientiam dividit in evidentem, obſcuram, ſenſibilem, imaginariam: intellectualem, abſtractivam, & non abſtractivam.

Ex Suarez. *Tractat. de Incarnat. Q. 1. Sect. 8.*

Tandem, ex Ariſtotele, cæteri *Peripatetici*; Scientias diſtingunt generaliter in Superiores, Inferiores: Principes, Serviles: Theoreticas, Practicas: Docentes, Vtentes: Sermocinales, Reales & ſimiles. Ratione autem rerum, finis ac dignitatis; Principes inter illas ſtatuunt Phyſiologiam, Ethicam, Theologiam. Inferiores Liberales ſeptem, totidem Serviles. Quin & idemmet Philoſophus,

Ex Cæteris Peripateticis.

LIBELLVS *In libr. Poſter.*

Scientias Generales agnoſcit duas; Logicam, & Metaphyſicam. Docetque ſciendi modum, rebus ſciendis debere præmitti.

EX COMPLVTENSIBVS. *Phyſic. Diſput. 1. Proœm. Quæſt. 3.*

IAM verò ſpeciatim Phyſicam Ariſtotelis nulli, meo iudicio, ſubtiliùs, nulli enucleatiùs dividunt, quàm noſtri Carmelitæ-Diſcalceati. *Diviſio* illius, vt ajunt illi Complutenſes eruditiſſimi, ex multiplici acceptione, & diviſione ſui objecti, ſcilicet entis mobilis, ſeu corporis de prædicamento ſubſtantiæ, haurienda eſt. Quia, vt docuit Ariſt. 3. de Anima, text. 38. ſcientia dividitur ſicut ipſæ res de quibus pertractat. *Corpus* igitur poteſt accipi ſecundùm ſe, & in communi, non deſcendendo ad aliquam particularem ſpeciem. Et illi ſic ſumpto, correſpondent hi octo Phyſicorum libri.

Deinde poteſt dividi in Ingenerabile, ſcilicet Cælum: & Generabile, ſcilicet Sublunare. Et de prima ſpecie agitur ſtatim, in Libris de Cælo: ſicuti & de ſecunda ſpecie, mox in Libris de Generatione tractatur. Vlteriùs Generabile ſubdividitur in Simplex, & Mixtum. Et rurſus Mixtum bipartitur in Imperfectum, & Perfectum. Et deinde Perfectum in Inanimatum, & Animatum. Ideo de Simplici, ſcilicet de Elementis in vltimo Libro de Generatione tertio loco diſcutit: & de Mixto, ſed Imperfecto, qualia ſunt nix, grando, &c. in Libris Meteor. ſtatim agit. At de Mixtis Perfectis, ſed Inanimatis, in tertio Lib. eorumdem Meteororum deinde diſputat. De Mixtis autem Perfectis, ſed Animatis, in libro de Anima ſermonem texit.

NEC vtcumque Ariſtoteles in his Libris de Mixtis perfectis & animatis agit, ſed mirificè in hoc ſe geſſit. Nam in 1. Lib. diſputat de *Anima-Vegetativa*, quæ eſt forma viventis. Et primò de illa agit, quia intra latitudinem animarum, infimum obtinet locum.

Deinde in 2. Libro de *Anima-Senſitiva*, vegetativam excedente; quæ eſt forma animalis, per cujus notitiam in cognitionem ejuſdem animalis devenitur, ſermonem inſtituit; vbi etiam de varijs ejus operationibus agit. Quò quidem ſpectant Libri de Inceſſu Animalium, de Senſu, & Senſibili: de Memoria, & Reminiſcentia; & de Somno, & Vigilia. Et deinde vt natura Animalis pleniùs cognoſceretur, agit in particulari de ſingulis Animalibus, de eorum generatione, compoſitione, &c. in Libris de Hiſtoria Animalium, de Generatione Animalium, & de Partibus eorumdem.

Et tandem in 3. Libro agit de Homine, qui eſt præcipua pars objecti Philoſophiæ. Nam ibidem ſermonem inſtituit de Anima Rationali, quæ eſt ejus forma, quæque inter alias animas primatum tenet. Quò etiam pertinent Libri de Inſomniis; & Divinatione per ſomnium: necnon & de Iuventute, ac Senectute. Hæc enim in Homine tantummodò propriè inveniuntur. Vnde ſemel his peractis, ſicuti ad perfectiſſimam Entis naturalis, ſeu Mobilis, ſpeciem devenitur: ſic & tota *Philoſophiæ* doctrina ibidem definitur, & conſummatur Verùm totius Philoſophię Peripateticę latiſſimam *Synopſim* ex hibet Duvallius Ponteſianus, in hunc modum.

EX DV VALLIO. *Prolegom. in Ariſtotel.*

CVM, inquit, Philoſophia non ſit niſi propter Hominem; quot

modis *Humana-Mens* perfici poterit, tot erunt Philoſophiæ Officia, parteſque diverſæ. At tribus modis Mens generatim perfici poteſt, non pluribus, non paucioribus. Quippe quæ tribus omninò modis, ſuo munere abſolutè defungatur; nempè contemplando, agendo, faciendo. Vnde etiam Mens ex capite *1. lib.* 6. Metaph. triplex conſtituitur, θεωρητικὴ ſive contemplatrix: πρακτικὴ, ſive activa; ποιητικὴ, ſive factiva vel effectrix. Ergo Philoſophia generali diviſione erit *triplex*, ſive in tres Partes generatim diſtributa. Scilicet in Theoreticam, quæ Mentem contemplatricem: in Practicam, quæ Mentem activam; & Poëticam, quæ Mentem factivam perficiat & illuſtret.

ADITIALIS. Ex Mentis operatione triplici. Triplex Scientia.

Philoſophia *Theoretica* eſt, cujus finis eſt veritas: ſive veritatis nuda, ſolaque contemplatio.

Theoretica definitur.

Philoſophia *Practica*, cujus finis eſt praxis; id eſt actio interna, libera: ex electione profecta, & ad bonum directa.

Practica.

Philoſophia *Poëtica*, cujus finis eſt Poëſis, id effectio, ſive actio externa: vel externum opus ac ſenſui obvium, vt pictura, domus.

Poëtica.

Theoretica triplex, Phyſica, Mathematica, Theologia.

Theoretica triplex.

PHYSICA eſt ſcientia rerum naturalium, vt naturales ſunt, contemplatrix. Vocant verò Philoſophi res naturales eas, quæ materiâ & formâ conſtant, poſſuntque moveri vel quieſcere. Vt ſunt cœli, elementa, plantæ, animalia: omniaque corpora, quorum cognitionem cùm tantùm quærat Phyſica, neque modum doceat quidquam efficiendi, in albo Scientiarum Theoreticarum numeratur. Nam ſanè cœlos, elementa, metalla, animalia, tantùm contemplatur Phyſica: non efficit, nec poteſt efficere; cùm rerum ejuſmodi principium ſit in ipſis rebus, non in mente contemplante. Vnde patet Mentis theoreticæ diſcrimen à practica, & poëtica. In hac enim vtraque principium eſt rerum agendarum & faciendarum, cùm ea quæ aguntur fiuntque ab Hominibus, ab ipſis dependeant; quatenus mente practica, vel poëtica inſtructi ſunt.

Phyſica.

Phyſicæ propago & ramus, eſt *Medicina*. Hæc enim à Phyſica objectum, principiaque ſua deſumit. Nempe corpus humanum, & axiomata quæ ad ipſum pertinent. Definitur enim ſcientia corporis humani, pro vt ſanari poteſt. Dicitur verò Medicus ibi vel hinc incipere, vbi deſinit Phyſicus; quia ſcientia Medicinæ quaſi filia Phyſices, ejus concluſiones aſſumit vt ijs tanquam ſuis boniſque maternis vtatur.

Medicina.

Et Medicina quidem ab Hippocrate Coo inventa, à Galeno Pergameno mirè locupletata & illuſtrata, in *quinque Partes* diſtribui ſolet. Phyſiologiam, quæ Hominis naturam, vires, functioneſque conſiderat. Pathologiam, quæ morbos & affectus præter naturam. Prognoſticam, quæ præſagia de morte & vita decernit. Hygienem, quæ ſalubrium vſu morbos arcet, & vitam cuſtodit. Therapeuticam, quæ morbos adhibitis convenientibus remedijs curat ac depellit. Quam poſtremam partem dividunt Medici in Diæticam, quæ victus rationem præſcribit. Pharmaceuticam, quæ medica-

Quinque illius Partes. Aliæ iterum ſubordinatæ.

Digitized by Google

LIBELLVS menta adhibet, vt potiones, enemata, catapotia, &c. Chirurgicam, quæ manûs operâ, cùm opus eſt, & ex Medici præſcripto ſecat, incidit, vrit, extrahit, ferit, vngit: aliaque officia, ad morbos profligandos pertinentia, exequitur.

Mathematica. MATHEMATICA ab Euclide & Archimede inventa, eſt ſcientia quantitatem conſiderans. Quantitas duplex. *Quantitas* verò duplex. Continua, vt magnitudo: Diſcreta, vt numerus. Quare Mathematica generatim Arithmetica. eſt duplex. *Arithmetica* vna, quæ quantitatem diſcretam, ſive numerum conſiderat. *Geometria* altera, quæ magnitudines.

Geometria. Muſica. Arthmeticæ ſoboles eſt *Muſica*, quia conſiderat numerum, ſed diverſo modo. Nam Arithmetica numerum vt numerus eſt, abſolutè contemplatur. Muſica autem numerum vt harmonicus eſt, & ſonorum ſuavem concentum adjunctum habet.

A Geometria derivantur Aſtronomia, & Optica; vt rivuli à fonte, Aſtronomia. rami à trunco. *Aſtronomia* à Ptolemæo inventa, ſcientia eſt magnitudinem cœlorum ac ſyderum, eorumque motum contemplans. Optica. Optica eſt ſcientia magnitudinem contemplans, vt viſu percipi Catoptrica. poteſt: hujus pars eſt *Catoptrica*, quæ tota in ſpeculis conſumitur, vnde nomen habet.

Theologia. THEOLOGIA duplex eſt. Supernaturalis vna, ſive Chriſtiana; quæ ſcientia eſt omnium præſtantiſſima à DEO Hominibus revelata, DEVM ipſum revelatum, reſque omnes ad *Chriſtianam fidem* Ius Canonicum. ſpectantes cognoſcens. Theologiæ Supernaturali adjungitur *Iuris* Canonici ac Decretorum ſcientia, quæ Eccleſiæ politica & regimen tradit.

Naturalis altera, ab Ariſtotele, (vt & aliæ nobiliores Phyloſo- Metaphyſica. phiæ partes,) inventa, quæ vulgò *Metaphyſica* dicitur. Definiturque ſcientia inter humanas & naturales excellentiſſima, DEVM & Intelligentias, Reſque à materia ſeperatas, ſive (vt Scholæ loquuntur,) Ens quatenus Ens eſt, contemplans.

Ethica. PRACTICA Philoſophia, quæ vulgò Ethica, id eſt *Moralis* nominatur, eo quòd mores ſive actiones voluntarias Hominum Triplex. dirigat ad felicitatem ſummumque bonum; eſt etiam *triplex*, pro triplici humanæ vitæ conditione & ſtatu. *Homo* enim vel ſolus vivit, vt monachus & eremita in ſolitudine: vel cum vxore, liberis, ſervis, in familia; vel cum civibus in republica, civitate, regno. Monaſtica. Quare ex primo vivendi modo conſtituta eſt *Monaſtica*, quæ vnius Hominis in ſolitudine viventis mores inſtruit. Ex ſecundo Oeconomica. Politica. *Oeconomica*, quæ Hominis in familia viventis actiones dirigit. Ex tertio denique *Politica*, quæ Hominis in civitate degentis vitam gubernat & moderatur.

Iuriſprudentia. Ad Politicam pertinet *Iuris-prudentia*, quæ eſt juſti & injuſti ſcientia; ad Hominum gubernationem inſtituta, vt ſuum cuique jus reddatur. Moralibus Scientijs aſſiſtit & famulatur Prudentia, dum eæ ad praxim referuntur. Eſt enim Prudentia vitæ magiſtra, & recta agendi ratio. Ex qua moralium diſciplinarum & Prudentiæ affinitate ac nexu, ipſæ Morales diſciplinæ interdum Pruden-

tiæ nominantur. Vt non raro videas definiri Philoſophiam, compagem ordinemque Scientiarum, Prudentiarum, & Artium. ADITIALIS.

POETICA Philoſophia, eſt *Ars* propriè dicta, quæ definitur habitus, rectaque mentis diſpoſitio, ſiue habilitas ad aliquid vera cum ratione efficiendum; vt ars pingendi in mente Pictoris, ars ædificandi in mente Architecti. Ars.

Sed Artis vocabulum *homonymum* eſt, ac multiplicis ſenſus. Interdum enim quamcumque animi dexteritatem, ſolertiam, induſtriam: immò & ſagacitatem, quæ in beſtijs elucet, ſignificat. Interdum confunditur cum nomine Scientiæ, & Diſciplinæ. Ita vt Ars quamlibet doctrinam denotet. Sæpiùs ſumitur pro Scientia directrice, vt èſt Dialectica, quæ mentem dirigit ad benè diſſerendum. Item pro Practica, vt eſt Ethica; cùm ſcilicet, dicitur ars bene vivendi. Sed propriè, & ad Ariſtotelis mentem cap. 4. *lib.* 6. Ethicorum, Ars eſt recta ratio aliquid efficiendi, vel ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική. Efficere verò, eſt actionem externam edere, vel opus; vt ſaltare, ædificare. Varia ſignificat. Sagacitas.

Ars ergo, propriè ſumpta, *duplex* eſt; ſermocinalis vna, realis altera. Propriè ſumpta duplex.

ARS SERMOCINALIS ſermonem dirigit; (de externo loquor; internum enim ſiue cogitationem, vel actionem mentis dirigere, Scientiæ eſt Dialecticæ, quæ ars non eſt propriè, cùm circa actionem opus-ve externum, ſaltem per ſe non verſetur;) vt Grammatica, quæ eſt ars purè loquendi: & Rhetorica, quæ ars ornatè & copiosè dicendi. Sermocinalis.

Ars realis opus externum molitur, rectéque componit; vt Pictura imaginem, Architectura domum. Ars realis.

Quæ verò Artes ad animi cultum pertinent, ſuntque honeſtiores ac præſtantiores, eæ Liberales appellantur. At quæ verſantur in opere mercenario & ſeruili, quo maximè corpus exercetur, Illiberales & Mechanicæ. Liberales ſeptem.

Artes *Liberales* ſeptem vulgò recenſentur. Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia. *Illiberales* totidem, Agricultura, Venatoria, Militaris, Fabricalis, Chirurgica, Textoria, Nautica. Et Liberales quidem hexametro ſequenti ſignificantur, Illiberales pentametro. Illiberales totidem.

Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, angulus, aſtra:
Rus, nemus, arma, faber, vulnera, lana, rates.

Sed quinque poſtremæ Liberales, in choro Scientiarum propriè dictarum reponuntur; tametſi Ariſtoteles nomine Scientiæ Artes omnes, etiam Grammaticam, cohoneſtare & inſignire videatur; vt legere eſt in Categorijs, & initio ſexti Metaph: cùm Scientiam diuidit in contemplantem, actiuam, & effectricem. Sed vbi vſurpat Ariſtoteles Scientiæ nomen in largiore ſignificatu, pro vt idem ſignificat quod Philoſophia liberaliùs accepta.

Longè verò ante primam illam partitionem, quam habet initio Duvallius, inſinuaverat in ſuis Rhetoricis Quintilianus. EX QVINTILIANO.

LIBELLVS

Artium, inquit Fabius, aliæ poſitæ in inſpectione, ideſt cognitione & æſtimatione rerum, qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum; ſed ipſo rei, cujus ſtudium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ vocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis eſt, & ipſo actu perficitur, nihilque poſt actum operis relinquit; quæ πρακτικὴ dicitur, qualis eſt ſaltatio. Aliæ in effectu, quæ operis (quod oculis ſubijcitur) conſummatione finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis eſt pictura.

Civilis, Fabuloſa, Naturalis.

NON abſimili modo D. Thomas Scientias illas omnes & Artem, reducit ad Theologiam, *Civilem*, *Fabuloſam*, *Naturalem*. Docetque alibi, tradita olim fuiſſe diſcipulis, ſtatim poſt Logicam, Mathematica: deinde Philoſophiam Naturalem, Moralem poſteà, vltimo loco Metaphyſicam.

Ex RHETORICA GENERALI. Orbis Scientiarum.

PROPIVS ad vulgarem partionem retuli olim in Templo Eloquentiæ, *Orbis Scientiarum generale Syntagma*. Quod quidem illas diſtribuit in *Divinam* ſeu Inſpiratam, à qua Theologia multiplex. Et *Humanam* ſeu Inventam; quæ iterum vel Speculativa eſt, vel Practica, vel Mixta. *Primi generis* ſunt Phyſica, Mathematica, Metaphyſica. *Secundi*, Sermocinatrices, Logica, Ethica. *Tertij*, partes quædam primæ ſpeciei ſubordinatæ, quæ deſcendunt ad praxim. Cujuſmodi Artes Liberales, Serviles, Mechanicæ, & ſimiles.

Scala Naturæ, ſeu Pyramis Scientiarum.

Contractior, fortaſſis & præſtantior, *Scala Naturæ* ibidem & hîc quoque delineata, ſive *Pyramis Scientiarum*. Cui infernè verſus Nihil, baſis ſecretior Phyſica eſt: supernè ad DEVM, vertex eſt Metaphyſica. Ea rerum omnium cognitiones per gradus ſic diſtribuit, vt Scientiæ præcipuæ *tres* conſiderent; quæ intra Hominem, quæ extra, quæ ſuprà. Quæ omnia latiſſimo ſinu ſuo, ſeu ambitu & circulo complectitur, vel Philoſophia Divina, vel Theologia Naturalis; cui ob certitudinem & vniverſalitatem, accedere debuit FIDES à Numinis revelatione. Illa quippe lucerna, eſt *Splendens ſuper caput*; *vt ad lumen eius*, in humanæ vitæ & ſcientiæ tenebris ſecuro greſſu *ambulemus*.

Scientiæ tres. Fides ſuperaddi debuit. Eccli. 26.

CAPVT IX.

SCIENTIARVM DISTRIBVTIO MELIOR, ex ipſamet Hominis ſtructura.

VERVM enim-verò ejuſmodi Scientiarum interſectiones, omnium meo calculo optima illa eſt; quam ab HOMINIS fabrica, deſumi oſtendimus.

Ex Nomine ipſo. Tria Scibilia.

NEMPE vt Scibilium & Intelligibilium, ita Scientium, & Intelligentium claſſes omninò *tres*. Res etenim quæ ſciri poſſunt vniverſæ, ſunt aut intelligibiles, vt DEVS: aut ſenſibiles, vt cor-

pus;

Aditiales.

pus; aut ex vtroque mixtæ, vt Homo. Spiritalia occultantur in adytis, & abditis ſenſibilium; quæ ſunt illorum ſigna, characteres & involucra. Conſequenter iſta magis nota quoad nos, & ordine doctrinæ; quæ ideò procedit ex notis ad ignota, ex particulari ad vniverſale, à corpore ad ſpiritum. Ordo naturæ omninò oppoſitus deſcendit à ſuperiotibus ad inferiora, à principijs ad effectus, à Deo ad creaturas.

Tres Scientes,

Ex adverſo tres quoque ſunt (quod initio præmiſi) Intelligentium claſſes; Devs, *Angelus*, *Homo.* Ac Devs quidem nihil deforis ſuſcipiens, Solis inſtar, vnico intuitu in ſeſe vniverſa intelligit. Angeli ſuperioris luminis beneficio, intelligunt ſimul & intelliguntur. Homo dum lucem animi ſuſcipit ab Autore Deo, & abs rebus objectis, nulli inferiori ſpeciei illam impertit: ſed in infimo Cognoſcentium gradu conſtitutus, velut viator, cognoſcit res pedetentim & ſucceſſivè.

Scientia vt lux ſplendeſcat,

Inde *Scientia* omnis cogitanda, vt lucis emanatio. Cujus radius à mente divina, ceu fonte primordiali, diffuſus; in mentes Angelorum, Hominumque pro cujuſque natura effunditur. Iſtius porrò radij ſic recepti vires & energiæ, accedente præſertim inter Homines culturâ, eo magis minùſve repèriuntur multiplices aut ſimplices, efficaces aut debiles; quo à Deo, velut lineæ à centro aut luminaria à Sole, plus minúſve recedunt. Vnde etiam evenit vt Devs ſolo ſibi nativo lumine, ſuoque intellectu cognoſcat vniverſa; abſque vllo ſpecierum, externi-ve luminis auxilio. Contrà inter Homines, Angeloſque illi præſertim qui magis perfecti exiſtunt, per pauciores ſpecies, perque ideas magis generales vident non quidem pauciora: ſed perfectiori modo, quia eminentiori.

Ab Homine ipſo varijs modis,

Iam ergo congruenriùs diſtribui Scientias arbitror, ex *Hominis* norma & amuſſi. Idque non vno modo. Nempe vel ex animi operatione quadruplici, relata paulò antè. Vel ex ejuſdem motu trino; ſeu aſcendat ad ſuperiora, ſeu deſcendat ad inferiora, ſeu reflectat ad ſeipſum. Primum efficit Metaphyſica, ſecundum Phyſica, tertium Ethica.

Tres Facultates;

Diſtinctiùs, quod iam præſtructum capite primo, in Homine facultates ſunt omninò *tres*; Senſitivæ, Rationales, Intellectivæ. Conſequenter Diſciplinæ omnes tribus primùm Circulis prehenduntur, quorum vnuſquiſque in alios tres evolvitur.

Necte tribus ternos, Veneris dic vincula necto, — *Eclog. 8.*

Diviſio Scientiæ generalis, per novem Circulos

Scientiæ igitur *ſenſitivæ* Circuli, jam in Generali Præfatione inſinuati hi numerantur; Grammatica, Hiſtoria, Poëtica. *Rationalis*; Rhethorica, Dialectica, Logica. *Intellectualis*; Phyſica, Mathematica, Metaphyſica. Atque ea quidem ſerie aptatur noſtrum Syntagma Generale;

LIBELLVS

Quo exhibetur SCIENTIA
- *Sermocinatrix*
  - Grammatica;
  - Hiſtoria,
  - Poëtica,
- *Ratiocinatrix*
  - Rhetorica;
  - Dialectica,
  - Logica,
- *Contemplatrix*
  - Phyſica;
  - Mathematica;
  - Metaphyſica.

BReviùs; Sapientia, tribuitur Intellectui ſpeculanti: Philoſophia, Rationi diſcurrenti: Artes, corporeis facultatibus ac ſenſitivis. Immò & iterum in vnoquoque gradu *tres alij*. Nam quemadmodum Intellectus in ſe intelligens, DEO ſurſum vnitus fit divinus: deorſum tendens, rationalis. Haud aliter Ratio ex ſe diſcurrens cùm ſit, nunc tamen quoque intellectualis, nunc ſenſualis evadit. HOMO itaque in ſummo vertice ſapiens, per intellectum: in medio, ſciens per rationem; in imo gradu, peritus per Artes vtiquè diverſiſſimas. Vt rectè definiatur Sapientia, Scientia rerum omnium: vel ſeries & complexio Scientiarum, Artiumque omnium.

Homo ſcit tripliciter,

Plato in Theatet.
Cicero 2. Tuſcu-lan.
Ezech. 1.

HÆC interim omnia, rota ſunt in medio rotæ. Sicut enim Res omnes concatenatæ, Orbem rerum efficiunt: ſic connexæ Diſciplinæ, *Orbem Scientiarum*; quæ & eam fortè ob cauſam, propriâ Græcis appellatione, Εγκυκλοπαίδεια eſt. Inde-adeò nuſquam prorſus ſeparantur, fœdus ineunt perpetuum: principia ſibi, & mutua auxilia invicem communicant. Quid ampliùs? Sorores ſunt Scientiæ omnes, familiæ vnius; vnius, inquam veritatis, cognatæ. Finge tibi lineam circularem, ſive ſphæricam. Si tangis partem vnam, continenti ſerie moves & alias. Ita planè ſi rectè penetras Scientiam vel vnicam, alias quoque attingis; quoniam omnes vel ſub vna concluduntur, vel vnicum dumtaxat Circulum efficiunt.

Orbis naturæ, & Scientiæ.
Omnes invicem concatenatæ.

ADITIALIS.

CAPVT X.

SCIENTIA VNA DATVR ENCYCLOPEDIÆ, ſeu SapientiæV-niverſalis.

NOMEN Ἐγκυκλοπαιδείας priſcis Sapientibus vſitatiſſimum, res verò ipſa poſterioribus ſæculis propemodum ignota. Mentio illius Græcis paulò frequentior, quàm Latinis.

Quid Encyclopedia ex Athenæo.

MEMINIT quidem *Athenæus* Monij Poëtæ, qui in alia omni Diſciplina nulli ſecundus, vniverſalem quoque ϗ τὴν Ἐγκύκλιον egregiè callebat. Item libro IV. mentionem ingerit, τῆς Ἐγκυκλίου παιδείας. Ejuſque παιδείας ἁπάσης reſtaurationem, non ſemel iteratam affirmat.

Suidas ſimiliter in verbo Ἐγκύκλιον, nonnullos refert; qui vniverſalem docebant Scientiam, τὴν ἐγκύκλιον ἐπαιδεύοντο παιδείαν. Mox quaſi rem ſatis de cætero obſcuram definiens, ſubjungit. Illa autem vniverſalis Scientia omnem complectitur diſciplinam, & numerum, & motum. Quin & ipſe Peripateticorum princeps Ariſtoteles, libro primo Ethicorum ſua citat Ἐγκύκλια: Et libro de Cælo, Ἐγκύκλια φιλοσοφήματα. Librique illius diſtinguntur, Ἐξωτερικοί, Ἐγκύκλιοι, Τύπικοι. Autor verò vitæ Hippocratis, hunc ſcribit fuiſſe exercitatiſſimum ἐν τῇ ἰατρικῇ, ϗ τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασι: in Medicinâ, & circularibus Diſciplinis. Vbi eruditus Interpres Mercurialis prudenter advertit, non otioſè hîc à Medecina ſeparari Circulares Diſciplinas. Putatque eo nomine ſignificari vel Libros de varijs rebus tractantes, vel varias Inſtitutiones. Sunt qui detorquent ad vulgares opiniones, eaſque vulgari modo traditas. Ego verò amplius aliquid interpretor ex Iſocrate in Evagora, Strabone Libro decimo quinto, Plutarcho libro de Inſtitutione puerorum, vbi Philoſophia pulchrè agnominatur τῆς ψυχῆς ἀρωστημάτων ϗ παγκοῖν φάρμακον.

Ex Suidâ.

Ex Ariſtotele.

GRÆCIS accedunt etiam Scriptores inter Latinos primarij. Vitruvius in Præfatione libri ſexti; *litteraturam vocat Encyclion, Scientiarumque omnium Diſciplinam velut corpus vnum ex membris plurimis.* Breviùs & clariùs libro primo, ENCYCLION diſciplinam nudè ac ſimpliciter appellat.

Ex Vitruvio. Cap. I.

Sanè monet Quintilianus, vt aliquis in perfectum evadat Oratorem; *efficiendum illi eſſe orbem illum doctrinæ, quem Græci Encyclopædiam vocant.* Vnde fortaſſis hodièque *Curſus Studiorum* appellatur. Eamque ſubtiliter comparat antidoto, quod ex multis, atque interim contrarijs quoque inter ſe effectibus componi videmus; quorum ex diverſo fit mixtura vnaquæ, nulli earum ſimilis eſt, quibus conſtat, ſed proprias vires ex omnibus ſumit. Mellis quoque ſapori comparat humanæ rationi inimitabili, quod apes vario florum ac ſuccorum genere

Ex Quintiliano. L. I. c. 15.

L. 2. c. 19.

perficiunt. Generali deinde diviſione Scientias partitur in θεωρητικὰς; πρακτικὰς, & ποιητικάς. Primæ poſitæ in inſpectione & cognitione; nullum exigunt actum, vt Aſtrologia. Aliæ in agendo poſitæ, ipſo actu perficiuntur: nihilque operis poſt actum relinquunt, vt Saltatio. Tertiæ, operis (quod oculis ſubijcitur) conſummatione finem accipiunt, qualis eſt Pictura.

LIBELLVS.

Præiverat Eloquentiæ Romanæ Coryphæus, cùm libro de Oratore, monet de particularibus Scientijs *tantum eſſe deſumendum, quantum ad principalem ſcopum vtile eſt.* At te quæſo, quid liquidius, quid evidentius; quàm expreſſa illa comparatio, quam inſtituit Oratione pro Archia Poëta? *Sicut res in orbe infinitæ numero ſunt, & ſimul connexæ: ita Scientiæ perpetuâ quadam neceſſitudine, & cognatione copulantur.* Plinius ipſe dum ſua ſuper Naturæ Hiſtoria præfatur ad Imperatorem Veſpaſianum, ſcribit; *an omnia attingenda, quæ Græci Ἐγκυκλοπαιδείας vocant: & tamen ignota, aut incerta ingenijs facta.*

ENIMVERO eâ ſuper re animi mei ſenſa vt aperiam, nihil moratus aſſevero; ex omnibus Scientiis, Scientiam rectè conflari vnicam; quæ vera veterum Ἐγκυκλοπαιδεία eſt, noſtraque SAPIENTIA VNIVERSALIS. Id verò priuſquam à me probetur, obſervatu dignum reor; aliud eſſe Scientias aggregare, aliud ſub aliqualem vnitatem cogere, aliud demum ex omnibus Vnam vnicam efficere.

Scientia ex me vnica.

Primam coacervationem accumulant hoc etiam ævo non pauci; quod ſtatim monui initio; qui Encyclopædiam vocant congeriem & acervum Diſciplinarum, quas ſimul vinculo aut voluntario, aut fortuito, aut ſcholaſtico, aut ſæpè nullo compactas, & quaſi ſuffarcinatas ingerunt. Qui autem nativa vincula, mutuaſque commiſſuras, quibus Artis cujuſque partes inter ſe invicem ſociatur Orbis ille Diſciplinarum; exquirant, inveniant, tradant ve, rari revera ſunt. Rariores, qui materiis diverſiſſimis vnitatis formam inducant. Rariſſimi, qui ipſam Scientiam Vniverſalem per principiorum generalium concatenationes vnicam eſſe argumentis, aut effectis demonſtrent.

Ea verò res vt à me magis ac magis probetur, ſuper quotidianâ noſtrâ experientiâ, *evincam* primò exemplorum pondere, deinde rationum momentis: poſtremò, ſummorum in vtraque Philoſophia Autorum, teſtimoniis luculentiſſimis.

Probationes tres.

EXEMPLVM ſanè evidens patet in majori, inque minori Mundo. Orbem quippe & Hominem efficiunt, non partes diverſæ: ſed & ſimul vnitæ, & ad punctum reductæ. Intende tantiſper Naturæ vniverſæ. Secreto molimine, arcanoque pondere omnia ab vnitate in multitudinem fluunt, viciſſimque ab hac in illam refluunt;

Exempla.

Repetunt proprios quæque recurſus,
Redituque ſuo ſingula gaudent.
Nec manet vlli traditus ordo,
Niſi quod fini junxerit ortum,
Stabilemque ſui fecerit orbem.

Boet. l. 3. Conſol. Metr. 2.

Ideoque rei cujuſvis idem ſemper & principium comperi & finem.

Ita Solis circumgyratio diurna ibidem deſinit, vbi incipit: & in Oceanum refluunt flumina, vt iterum fluant; *dat mare aquas, recipitque datas.* Attende ſi lubet & Hominis fabricam, vſquequaquè mirabilem. Annon, vel oculo teſte, mens, voluntas, caput, cor: cunctæ animi, corporiſque partes, membra, vires, facultates, operationes tam diviſæ, quàm diverſæ: ſed quæ tamen Hominem vnum, vnicum individuum efformant? *Nam & corpus non eſt vnum membrum, ſed multa. Et in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent.* Non aliter diverſæ Diſciplinæ, vnum efficiunt corpus Encyclopædiæ; in cuius rotis, ſeu circulis, partibus velut ac membris, Spiritus ineſt, veritas nimirum.

ADITIALIS. *Eccl.* 1.

1. Cor. 12. *Rom.* 12.

Spiritus erat in rotis. Ezech. 1.

Documentum in Hominis ſtructura & compage liquidiſſimum, illuſtrabit adhuc Theorema illud Ezechielis præſtantiſſimum. Latiſſima in planitie diſperſa hinc inde membra, primò coëunt juxta ſe coacervata. Deîn nexu naturali, ſibi invicem ita colligantur; vt digiti per manuum radices brachiorum capulo, iſta per ſcapulas cervici, perque cervicem demum capiti adhæreſcanr. Ecce tibi membra & congregata & colligata. Nondum tamen aut homo, aut exercitus ille florens Prophetæ memoratus. Donec ſcilicet ſpiraculum vitæ membris illis omnibus ſic ſociatis, ſic vnitis ab aura orientali inſpiretur.

Viſio Ezechielis, *cap.* 37.

Atque vt fabula veritatis ſimia eſt, fingit iſta Æſculapium diſperſa Hippolyti membra in corpus vnum refinxiſſe. Quod de Sapientiâ haud minus quàm de Medecinâ eſſe intelligendum, plus ſatis indicat locus ille apud Hippocratem illuſtris. *Oportet*, inquit libro de decenti ornatu, *Sapientiam transferre ad Medicinam, & Medicinam ad Sapientiam.* Comparatque idcirco Proclus in Euclidem Scientias *columbis*, quæ *gregatim* volant.

Hippolyti membra.

NEQVE verò aliter, vt Orbis habeatur Scientiarum, veraque ENCYCLOPÆDIA; diſperſæ in varias claſſes Diſciplinæ, primò ordine naturali debent expurgatæ congregari. Secundò nativis principiorum generalium nexibus, & commiſſuris fœderandæ ſunt. Poſtremò vnitate veritatis, ſaltem analogicâ, velut formâ, ſpiritu & animâ vtiquè informandæ.

Qua ratione adunantur Diſciplinæ.

Id credo, priſca docuit Theolgia. Dum è throno Iovis, *auream catenam* demittit in hæc inferiora; quâ ſimul colligatæ res omnes, veritates ac Diſciplinæ ſuperiùs revocentur ad idem ſolium primæ tum Entitatis, tùm veritatis. Eodem quoque ſignificatu, Emblema Herculis Ogmij fuit percelebre. Is nimirùm, noſtris olim Gallis idem qui & Mercurius, præſes Scientiarum Numen; catenulis pingitur ex ore aureis Populos illigans, & ad ſe pertrahens. Vim Eloquentiæ ea in tabella, de facili omnes intelligunt. Plures verò annulos, quibus catena coaleſcit; quidni dixerimus Scientiarum ſignare diverſitatem, quibus adunatur *Encyclopedia*?

Aurea catena; *Ex Homer. apud Platon. in Theætet.*

Hercules Gallicus.

Libellvs.

CAPVT XI.

EADEM SCIENTIA VNA GENERALIS rationibus comprobatur.

Idem probant rationes tres.

SImilitvdinibvs & exemplis, ſuccedunt rationes iſti cæteris tres. Primaria, ex duobus primis exemplis eruitur. Nimirum eadem videtur Orbis, & Hominis conſtitutio. Adeò vt ſicut in Natura cauſarum omnium effectuumque conſpicua ſubordinatio & colligatio, Mundum efficit vnicum: ſic in Scientijs principiorum, concluſionumque vnica veritas conflat Encyclopædiam. Naturam namque & Scientiam vinculo plus quàm Gordio ſibi adhærescere, ſæpiùs adverti. Quamobrem vtrobiquè idem ordo, ſaltem κατὰ τὴν ἀναλογίαν nexus ijdem, eadem ſeries & ſequela.

1. Imitatio naturæ.

Quare ſubtiliter Averroës aſſerit, *Scientiam veri eſſe ſcientiam rei prout eſt.* Natura ſi quidem, Scientia eſt muta: Scientia, natura loquens. Naturæ diverſitas diverſiſſima, ad vnitatem Mundi (cui propterea & Orbis nomen) ſub Deo reducitur. Sic & Scientiarum varietas ad vnitatem Encyclopediæ, ſeu Sapientiæ Vniverſalis ſub eodem Deo, ſed vero, pulchroque.

Contra Alga. In Phyſic. Diſp. 1.

Id verò ſi minimè eſſet, profectò Scientiæ nomen generale remaneret vacuum. Reliquæ enim particulares ſunt Scientiæ, ad aliquam ſpeciem per propriam differentiam contractæ. Sic Phyſica eſt Scientia de corpore mobili, Medicina de ſanabili: Mathematica de quantitate, Metaphyſica de Ente abſtracto. Quidni pariter admittitur Scientia ſimpliciter generaliſſima de omni vero, vt ſic, ſeu occupata circa veritatem vniverſim? Adeo verè concludit Picus ille ſubtiliſſimus; *qui vnum non dicit, nihil dicit qui vnum non intelligit, nihil intelligit.* Docetque alicubi Philoſophus, Scientias Sermocinales modos eſſe Scientiarum.

2. Ex Ariſtotel.

Secvnda ratio ſumitur ex ipſomet Lycæo. Statuit quippe Ariſtoteles, in vnoquoque genere primum vnum; quod ſit norma, regula & menſura cæterorum. Eo modo vbiquè genus comperitur generaliſſimum; Devs in Vniverſo, Sol in luminibus, Ignis inter calida, Prudentia in Ethicis, Charitas in Theologicis, &c. Quidni ergo pari jure Scientia detur Vniverſaliſſima, complectens eminenter cæteras; quibus principij inſtar ſit & originis, amuſſis & libellæ?

In 1. Moral. Tract. 1. c. 3.

Quò fortè reſpiciens Democritus apud Albertum Magnum, Sapientem vocat *menſuram eorum omnium quæ ſunt.* Si enim ex Ariſtotele, intellectus animo eſt quod manus corpori: ea in manu Sapientia inſtar erit regulæ illius, ſeu arundinis aureæ; quâ Sapiens, haud aliter quàm Angelus, omnia metitur & ordinat in Vniverſo. Nam

& ordinare munus eſſe Sapientis, vetus eſt effatum, quod infrà retractabo.

ADITIALIS.

VLTIMA ratio (pondus enim quæro, non congeriem) peremptoria eſt, ex comparatione cum alijs Diſciplinis. Circa quarum vnitatem ita ſtatuunt Periti. *Scientiæ vnigenæ*, tradit Albertus Magnus, *duobus modis dicuntur. Vno ex parte objecti, alio ex parte cauſati, vel ex modo conſiderandi. Scientiæ ſiquidem & artes*, ait Ammonius in Porphyrium, *materiâ, non rationibus diſcrepant.*, Et ex Aleſio, *Scientiarum diſtinctio magis penes diſtinctionem rationum, quàm rerum.*

3. Ex natura Scientiæ ipſius.
3. *Metaph. text. 2.*
Vnde Scientiæ vnitas.
6. Metaph. text. 1.

Immò & Ariſtoteles ipſe audiendus. *Scientia vna*, pronunciat in Metaphyſicis, *conſiderat quæ cadunt intra vnum genus.* Quod acutè interpretans Boëtius, docet *Scientiam illam eſſe vnam, quæ in vno quodam genere verſatur, earum rerum quæ ex ijſdem principijs conſtare cernuntur. Quorum principiorum aut partes, aut affectiones ſunt illa, quæ per ſe convenire illi generi conſpiciuntur. Diverſæ autem ſunt quorum principia nec eadem ſunt, nec alia ſub alijs continentur.* Sed & objectiones prævertens, noſtræque opinioni viam præſtruens Averroës, Scientiam ſcribit *vnam eſſe rerum, non tantùm earum quæ vnum genere ſubjectum habent, aut ſpecie vniv oce: ſed quarum eſſe attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni ſubjecto.* Quæ doctrina paulò poſt à me applicabitur expreſſiùs, cum Contareno.

l. 4. c. 2. text. 2.
Lib. de Demonſtr. cap. 23. text. 42.
In 4. Metaph. text. 2.

INTERIM omnes ſupradictas conditiones vt Scientia ſit vna, ad *quattuor* revocat Magnus Albertus. I. Requiritur vnitas ſubjecti in genere. II. Quòd principia ſint ad vnitatem, & proprietatem ſubjecti. III. Quòd habeant partes vnitas in ſubjecto. IV. Quòd paſſiones quæ probantur de ſubjecto, vel de partibus ejus; ſint ipſi ſubjecto, vel partibus ejus per ſe inhærentes. Horum ſumma eſt, Scientias ſive Diſciplinas duplex objectum nanciſci; materiale, & formale. Ac *diverſas* quidem fieri, per materiale: per formale verò ſaltem analogicè *vnum*, vnam Scientiam determinari.

Quatuor conditiones.
In Poſter.
Diverſitas materialis, vnitas formalis.

Rem illuſtremus *exemplis* minimè obſcuris. Catholicæ Fidei objectum formale, omnium calculis eſt revelatio divina: materiale autem, res quot quot creduntur. Has verò quis neget diſparatiſſimas? DEVS, Incarnatio, Euchariſtia: Angeli, qui meri ſunt Spiritus; Animus noſter immortalis, materiæ tamen caducæ alligatus: Protoparentum creatio, lapſus per crimen primigenium, Hominum à morte reſurrectio; Tartarus, Beatitudo in cælis æterna, &c. Viden' quot & Mathematica amplectitur, & quàm diſſita? Arithmeticam, Muſicam, Geometriam, Aſtrologiam, Perſpectivam, Artes Mechanicas, &c. Phyſicæ pariter ſubſternuntur elementa, materia, forma; cælum, anima; quid non? Logica quoque miſcet ſe omnibus alijs Diſciplinis, ideoque *ſponſam* illarum individuam non inconcinnè vocat Gemma Cornelius.

Exempla Fidei.
Logica Scientiarum ſponſa.
In Præfat. Artis Cyclognomicæ.

Ergo à pari; ex omnibus Scientijs, materiâ velut diverſiſſimâ, formari poteſt & debet conceptus vnus. Cujus quidem ratio formalis ſit *veritas*, vt ſic, rerum naturæ & principijs generalibus illigata: conſiderata deinde in tot objectis materialibus diverſis, quot Scientiæ paſ-

LIBELLVS

ſim connumerantur. Nam ſi rectè attendis, ſunt in omnibus illis eadem quodammodo veritas propoſita, eadem principia generaliſſima, eædem proprietates: eadem methodus, eadem analyſis, eadem proportio & ἀναλογία. Diverſitas autem tunc emergit, cùm illa vniverſalia, ſingulis Diſciplinis ſub hoc vel illo formali conceptu ſeu objecto concluduntur.

Exempla.

DEMVS & *exempla* vnitatis illius, ſaltem analogicæ. Nihil in Fide verius, quàm omnia per Verbum à DEO procedere. Hæc igitur veritas proceſſionis rerum, vnica eſt formaliter. Atenim ſecundùm materiale objectum conſideratur aliter & aliter in productione Angelorum, Hominis, Rerum materialium. Item in creatione, generatione, alteratione, & ſimilibus. In Gentium Apoſtoli effatis, iſtud habetur indubitatum; *in Deo moveri omnia, vivere, & eſſe:* at ſingula quæque ſuo particulari motu moveri, nemo non intelligit.

Actor. 17.

In Scientiâ Naturali, quid certius quàm geminum illud in cæteris axioma Peripateticum; qualis anima, talis vita: & operari, ſequitur eſſe. Egregiè, ni fallor, concipio ſub vnico formali conceptu hanc, & hanc veritatem; quam & video deinceps variare non parùm in materijs, quibus inexiſtit ex diverſâ Scientiarum anatomiâ. Alius enim animus, conſequenter alia & vita, & operatio eſt in Homine: alius in Pecude, alius in Vegetabili. Item quoque ſaltem ἀναλογικῶς, & alius animus, alia vita, alia & operatio in Metallis, & Lapidibus: in Angelis, & DEO. Sicut igitur varia per analyſim partitio vnius veritatis Hominum contemplationi propoſitæ, & ſolertiùs à Sapientibus inveſtigatæ, varias & artes, & Scientias, & Diſciplinas peperit: ita hæ vniverſæ, ad vnam illam veritatem debent per ſyntheſim in Encyclopedia revocari. Quocirca pulchrè dictum eſt à Simplicio, *Scientis eſſe eorum quæ ſunt naturâ vicina, & communionem & diſcrimen afferre.* Sicut ergo res in Mundo vniverſæ ſibi invicem ſunt ſimul colligatæ, diverſæ & vnitæ: ita Scientias omnes rectè advertit Ariſtoteles *ſibi invicem communicare vel in medio, vel extremitatibus.*

In 4. Phyſic. text. 97.

1. Metaph. Poſter. c. 25. text. 406.

QVO ſenſu dixi ſupra cum ipſomet Ariſtotele, Intellectum Hominis eſſe cujuſlibet veritatis capacem: atque Animam per intellectionem fieri omnia tam ſpiritalia, quàm ſenſibilia. Inſinuavi & ea ipſa de cauſa, ab eodem Principe Philoſopho ſtatui in nobis Habitum principiorum ſeu Intellectum. Qui ſanè non tam, credo, facultas eſt, quàm ipſemet Animus; cui naturali velut ſcientiâ, indita ſunt ſaltem ſemina veritatum omnium. Vnde & videmus primarios in omni doctrina Viros, ſemper ad eundem ſcopum collimare: eandem ſemper veritatem vbique expiſcari, ac venari. Quod vt præſtent, *vnum* ſibi aliquid principium ſemper conſtituunt, ſuper quo cardine volvitur quidquid poſtea colligunt ratiocinando. Sic Pythagoras putavit omnia & fieri, & ſciri per numeros: Democritus & Epicurus per atomos, Plato per ideas, Ariſtoteles per motum; alius per ignem, alius per aquam, alius per amicitiam. Nempe omnibus propoſita fuit, *vna formalis veritas*: ſed ſecundùm materias & res diverſas, quibus animum applicuere, diverſiſſima. Quare non immeritò

Cuilibet principium vnicum.

Veritas vna formalis.

ritò Sapientia finitur Auguſtino, *via recta quæ ad veritatem ducit.*

Quod ſi Scientia definirur cognitio rei per cauſam, dari Scientiam vnam vſque adeò *neceſſe* eſt; vt omnis alia eruditio, error fermè ſit & hallucinatio: ſaltem imminuta veriras, & dimidiata. Nam DEVM primam, eamque vnicam rerum cauſam eſſe nimis conſtat. Sicut ergo Beati in cælis, auxilio luminis gloriæ, omnia vident in prima illa cauſa; quidni pariter radio SAPIENTIÆ VNIVERSALIS, vel à DEO ipſo veritatum omnium fonte infuſo: vel propriâ cujuſque induſtriâ indepro, omnes aliæ veritates pervideantur?

ADITIALIS.
De Academic. c. 5.
Vnius Scientiæ Vniverſalis neceſſitas.

Rursùm; ſcire mox dicebam cum Philoſopho, eſt intelligere res per cauſam per quam ſunr. Ergo prout res ſe habent, conſequenter verirates, Scientiæ, ordo, ſeries & reliqua ſunt per ſeipſa, & ex naturæ ſitu. Nihil enim horum omnium, fabricat Homo: ſed terminos dumtaxar & ordinem, quàm propè poteſt ad naturæ veritatem. Tunc ergo ſcit, cùm rerum veritatem: ideoque Scientiarum ordinem, ac ſeriem invenir. Et quidem prout ſunt non tam in libris Hominum & ingenijs, quàm à parte rei in ſeipſis. Sunt autem omnia *Vniverſum*, hoc eſt vnum & diverſa. Sunt, inquam, inter ſe diverſa, nec vnum eſt aliud: ſed tamen ſimul juncta, ligara, comprehenſa ſub vnitate; ſine cujus glutino, illicò perirent ac vaneſcerent.

Omnia ſunt vnum.

EO reſpexere Veteres, qui (vt dixi ſuprà) Gratias & Muſas mutuis complexibus illigatas repræſentant. Eò & maximus Tyrius, dum Scientiam definit; *Stabilium, atque inſtabilium harmonicam compoſitionem.* Nam quemadmodum ex Auguſtini obſervatione, Muſica fit & Symphonia, ex diverſis quidem, ſed non adverſis tonis. Immò ſicut & in vna voce humana, omnes Muſicæ toni vtiquè diverſi: ita ex varijs Scientijs, Scienria emergit vna, ſeu ENCYCLOPÆDIA; cui & vna olim Muſa præeeſſe fingitur, vnde & Muſices appellatio.

Gratiæ junctæ.
Muſica vna, & diverſa.
In Pſ. 50.

CAPVT XII.

EADEM SCIENTIÆ VNITAS confirmatur autoritate eximiorum Philoſophorum.

QVONIAM ex Auguſtini proloquio, *nihil dubium eſt gemino pondere nos impelli ad diſcendum; autoritatis, & rationis*: pretium operæ facturus mihi videor, ſi exemplis, & rationibus hucuſque productis, magnorum in ea re *Virorum* teſtimonia ſubjungo.

Contra Academ.
Autoritas & ratio, duæ probationes.

PRIMVM quidem ARISTOTELES in Methaphyſicis, Sapientiam docet ab Antiquis conſtitutam *circa primas cauſas & principia.* Enucleatiùs in Ethicis, *Sapientiam non ſolùm ea quæ ex principijs ſunt cognoſcere, ſed etiam circa printipia vnum diſcere oportet.* Vides principia Scientiarum omnia, ad vnitatem ab Ariſtotele revocari. Addit-

Ariſtotelici.
Lib. 1. cap. 1.
Lib. 6. cap. 6.

LIBELLVS

2. Metaph. c. 2. Lib. 1. cap. 26.

que propterea, *primam eſſe Sapientis conditionem, omnia ſcire.* Tandem in Poſterioribus Analyticis, Scientiam diſtinguit ab opinione, quia Scientia eſt vniverſalium. Igitur quò vniverſalior, eò & magis Scientia cenſenda eſt. Et poſt gradus poſitivum & comparativum, quidni in ſuperlativo Scientia vniverſaliſſima?

11 Metaph. Lect. 1. Text. 1.

Sed audiendus doctrinæ Peripateticæ optimus Interpres, Divus Thomas. Latè profectò in Metaphyſicis tradit, *Sapientiam ſubſtantias & accidentia conſiderare, vt conveniunt in Ente.* Iterum *de omnibus ſubſtantijs tractare, in quantum omnes conveniunt in vno genere. Ideoque Sapientiam eſſe vnam Scientiam, quæ conſiderat plura principia, vt reducuntur ad vnum genus.*

11. Met. cap. 1.

Metaphyſica.

SANE Ariſtotelei omnes, ſaltem ſubtiliores, ſtatuunt Scientiam eſſe communium, neceſſariorum, vniverſalium. Ideò ait Magiſter ipſe, *ſolam Methaphyſicen eſſe vniverſalem, quoniam Mathematica & Phyſica circa particularia entia verſantur.* Neque verò negarim Logicam, Rhetoricam, Artem Lullianam, noſtram quoque Sapientiam hanc, poſſe eo titulo *Metaphyſicam* quodammodo nuncupari. Quam ob cauſam argumenta illa omnia quæ Autores congerunt in favorem Metaphyſicæ, noſtro etiam inſtituto patrocinantur.

1. Metaph. c. 2.

Idipſum egregiè effert Averroës, vbi ait; *Scientiam eſſe particularium, modo vniverſali: quem facit intellectus, cum abſtrahit ab eis naturam communem, quæ diviſa eſt in materijs.* Id verò quidni fiat in varijs Diſciplinis, inque Diſciplinarum omnium principijs, ac Methodis certè non video. Nempe didicerat à Principe ſuo Ariſtotele, *Scientiam quæ eſt priorum, & abſtractiorum* eſſe omnium certiſſimam.

1. Metaph.

Lib. 8. Top. c. 4.

In Prædicam.

Metaph. cap. 1.

1. Poſter. c. 20.

Prima Philoſophia.

Explicatiſſimè Alexander Aleſius, *Scientia principiorum*, inquit, *non poteſt haberi ſine ſcientia communi, ideo oportet dare* VNAM *Scientiam.* Immò ipſemet Ariſtoteles, tradit *Scientias Demonſtrativas omnes communicare ſecundùm communia principia, non autem ſecundùm propria.* Et Albertus Magnus; *Scientiæ omnes communem quendam modum habent, per quem ſunt Scientiæ.* Adeò verè dixit Ariſtoteles; *Scientiam* VNAM *poſſe eſſe de omnibus entibus, quia entia omnia reducuntur ad* VNVM *ens, & contraria omnia ad vnam contrarietatem*: cujuſdem porro ſcientiæ eſt, agere de contrarijs. Eas itaque omnes ſub PRIMA PHILOSOPHIA concludit Themiſtius, *vt Perſpectivam ſub Geometria.*

Vnitas Scientiæ vniverſalis, eſt analoga.

Lib. 2. de Ent. & vno.

Objectiones tandem diſſolvens Alexander de Ales; *Scientia*, inquit, *vna conſiderat principia communia: neque ſolùm eſt eorum quæ vnivocantur in vno, ſed etiam eorum quæ attributionem habent ad vnam materiam.* Quippe vt habet Gabriel Buratellus, *Scientia non arguit vnitatem generis vnivocam, ſed analogam.* Sive ergo Entis conceptus poſſit à reliquis abſtrahi vnivocus ſive non, quod examinabitur in fine Tomi hujus. Sive ab omnibus Scientijs ratio vnivoca abſtrahatur, ſive non; nihil impedit quin *vna* habeatur *Scientia*, ex omnibus Scientiarum principijs vniverſaliſſima.

Scientia vniverſaliſſima, Platonici.

In Apolog.

ENIMVERÒ placitum iſtud acriùs & clariùs tuentur PLATONICI omnes, vnitatis vbique amantiſſimi. Ac Plato quidem ſpargit paſſim hinc inde, quæ ſtrictim hìc à me colliguntur. *Sapientes*

primò plures ſibimetipſis videri, qui tamen non ſunt. Sapientem nominari, ſoli DEO convenire: Hominem, vel Sapientiſſimum, DEO collatum ſimiam apparere, Sapientes nihilominus haberi, qui ſciunt ea quæ dicere & facere oportet. Cognoſci eos ex *brevibus dictis*, quod oſtendit enumeratione ſeptem in Græcia Sapientum. Sapientum nullum evadere, ſi numerus à naturâ *eximitur*.

ADITIALIS.
In Sympoſ.
Dialogo de Pulchro
In Prolog.
Pauca dicere.
Numerus.

Propriùs ad propoſitam theſim, in Theagene duplex ſtatuit genus Sapientiæ. *Alteram quæ omnibus artibus imperat, alteram quæ vnicuique.* Quod peroptimè enarrat ſuperioris ævi Platonicus famoſiſſimus; *Sapientia*, inquit Ficinus, *alia abſoluta, conditionalis alia. Prima abſoluta, abſque additione Sapientia appellatur: ſecunda, quædam Sapientia. Prima ſic definitur. Cognitio eorum, de quibus haberi ſcientia poteſt. Habetur autem ſcientia de ijs, quæ ſemper eadem, & eodem modo ſunt. Hujuſmodi ſunt ſumma rerum principia, & æternæ rerum omnium rationes. Hæc divina dicuntur. Quò fit vt divinarum rerum ſcientia ſit ſapientia, quæ abſoluté eſt Sapientia. Conditionalis omnibus artibus & facultatibus communis eſt, nam ſummitas cujuſque artis Sapientia vocatur.*

Sapientia duplex.
Ibid.

FICINO dudum præiverat Areopagita Dionyſius; vbi docet Sapientiam *per omnia intellectualia, rationalia, & ſenſualia propagari & extendi.* Expreſſiùs verò Plotinus ſequenti verborum ſerie. *Sapientia prima eſt non ex ſpeculationibus congregata, ſed tota vnum quiddam: nec compoſita ex multis in vnum, ſed ab vno potiùs in multa ſe reſolvens.* Pergit vlteriùs ad meam mentem. *Sapientia vera eſt eſſentia, & viciſſim eſſentia eſt ſapientia: & quæ ſapientiam non habent, non ſunt eſſentiæ veræ.*

Eccleſ. Hierarch. cap. 8.

Quamobrem obſervatè Leo Hebræus, Sapientiam notat *à Græcis Theologiam; ab Antiquis Primam Philoſophiam* nuncupari, eſſeque *omnium ſcientiarum caput*. Subtiliùs adhuc, more ſuo, Ficinus. *Sapientia artis humanæ, coacervata eſt ex multis actibus cogitationum, & ſermonum. Sapientia verò nobis naturaliter inſita, & Sapientia naturæ, & DEI, eſt vna quædam forma ſe præferens omniformem, vt vultus vnus, non ſicut oratio, vel diſputatio vna. Nam ante vnum ex multis coacervatum, eſt vnum quod ſeipſum evolvit in multa; & ante hoc, ſimpliciter vnum.*

Dialog. 1. Genealog. Amor.

SED ENIM nemo meliùs noſtram hanc de vnitate Scientiæ opinionem protulit, quàm Contarenus Cardinalis; *omnis literaturæ*, vt illud Tertulliani vſurpem, *ſagaciſſimus*. Is etenim in præclaro illo ſuo Primæ Philoſophiæ Compendio, ita loquitur evidenter, vt lux meridiana clarior minimè ſit. Colligo ſolum è pluribus pauca, quæ animadvertere pretium eſt.

Apolog. 18.

Primò Parmenides olim, Meliſſus, alijque celebres; cùm ſibi perſuaſiſſent eodem modo res eſſe atque exiſtere, quo ab intellectu concipiuntur, putaverunt Vnive(ſalia per ſe exiſtere. Ideoque Entia non eſſe multa, niſi reſpectu ſenſuum; ſed eſſe & concipi ab intellectu Ens dumtaxat *vnum*, cujus participatione cætera ſunt entia. A quo fonte manavit famoſa inter Platonicos opinio, de *Ideis* abſtractis, & ſeparatis.

Ex Platon. in Parmenide, & Sophiſt.
An multa ſint entia?
Vnde Ideæ.

LIBELLVS

Alij, ævo etiam Contarenj, quamvis reijcerent Ens illud vnum ſubſiſtens in omnibus; arbitrati tamen ſunt præter naturam atque eſſentiam vniuſcuiuſque rei, vnamquamque rem exiſtere per ipſum Eſſe, quod vocant *Actum* totius. Hunc porrò actum, à forma & materia diſtinguunt. Ad illum nihilominus actum, totum compoſitum eſt in potentia; quippe quod ab illo actu actuatur & exiſtit, non aliter quàm materia à formâ. Adeò vt vnumquodque exiſtat per participationem ipſius eſſe, quod per ſe exiſtit ſolùm in DEO, primo rerum omnium principio. Et hi Autores Eſſe rerum ab earum eſſentia diſtinguunt.

Actus rerum.

Eſſe, & eſſentia diſtinguuntur.

Demum Recentiores nonnulli, licet nec Ens eſſe dumtaxat vnum exiſtiment, vt Parmenides: neque vt alij, Eſſe rerum diſtinguant ab earum natura, ſeu eſſentiâ; credunt tamen Ens dici *vnivocè*, de omnibus Entibus. De ſubſtantia nimirum, de Accidente, deque ipſomet DEO. Atquin in horum trium opinione, Scientiam aſſerere VNICAM ſequela eſſet *naturalis*.

Ens eſt vnivocum,

IAM verò tres illas opiniones; poſtquam firmiſſimis rationibus confutavit ſubtiliſſimus Cardinalis; ſuam, noſtramque de Vna SCIENTIA VNIVERSALI, ſententiam ſic aggreditur.

Præmittit ante omnia *duo*. Alterum, Ens de inferioribus prædicari non vnivocè, nec æquivocè, ſed analogicè. Alterum de Analogis, dari poſſe Scientiam vnam. Tum quia licet ſint diverſæ rationes, non vna, nec ſecundùm idem: illæ nihilominus rationes diverſæ, quia ad idem dicuntur, quodammodo eadem ſunt. Tum quia de Analogis commodiſſimè poſſunt inſtitui comparationes, immò longè commodiùs quàm de Generibus vnivocis. Quoniam illud in quo Analoga comparantur, eſt verè *vnum*: & per acceſſum ac receſſum vnam verè habet rationem, à qua Analogata conferuntur interſe. Quamobrem & genus Scientiæ Enti vniverſim ſubjectum, vnum erit: & vnam habere rationem poterit, à qua Scientia capiet vnitatem. Quemadmodum Medecina Scientia vna eſt, de ſano; quod tamen aliter & aliter dicitur de Animali, de pharmaco, & de loco.

Duo præſupponenda. Ex Ariſt. 4. Metaph.

His præſtructis, concludit eruditiſſimus Contarenus; *Ens analogicè ſeu ſecundùm proportionem quandam ſe habere ad Entia, ac de eis dici rationibus diverſis. Quæ tamen omnes ad primum Ens quod verè eſt, & in quo eſt plenitudo eſſendi habitudinem habeant.* Atque in hunc modum probata manet facta propoſitio à Cardinali, in Exordio ſtatim Libri primi. *Tractare, inquit, de Entibus, quatenus Entia ſunt: primaque eorum principia ſpeculari, à quibus Eſſe in vniverſitatem rerum deducitur,* VNIVS SCIENTIÆ *officium eſt. Ejus; inquam, quàm non injuriâ* SAPIENTIAM *eſſe profitemur. Et quâ imbutus, non certâ quâdam Diſciplinâ Sapiens: ſed abſolutè, ac nullo addito Sapiens haberi debet. Divinæ etiam Scientiæ, ſeu Theologiæ appellationem ſortita eſt. Prima namque Philoſophia præcipuè de Deo agit.*

Quis verè, & abſolutè Sapiens? Nota.

HACTENVS Scriptor Eminentiſſimus. Cujus quidem doctrina noſtris meditationibus vſque-adeo conſentanea, hæc mihi ſcribenti

occurrit; vt *Sapientiæ* & Theologiæ titulos, dudum etiam à nobis hac in materia vſurpatos, libeat tantiſper explanare. ADITIA-LIS.

CAPVT XIII.

VNIVERSALIS EIVSMODI SCIENTIA, propriè Sapientia & Theologia debet appellari.

LIBRVM nempè ſecundum ſic orditur, Gaſpar, qui ſuprà Cardinalis Contarenus. *Scientiam hanc Vniverſalem, atque omnia complectentem, Sapientiæ nomine honeſtamus.* Quod equidem probatu facillimum reor, ex Sapientiæ definitione; quam præcipuè *triplicem*, apud Autores, comperio. Cur Sapientia dicitur Scientia Vniverſalis. Triplex Sapientiæ definitio.

Quippe finitur ab vniverſis, *Rerum cognitio per altiſſimas cauſas.* Ariſtoteli *multarum rerum & admirabilium cognitio.* Ciceroni demum alios inter plures, *rerum divinarum & humanarum Scientia.* Ex quibus apertè liquet, Scientiam quam hîc vocamus Vniverſalem, Sapientiæ elogio imprimis cohoneſtandam. Illa etenim altiſſimas rerum cauſas, DEVMque imprimis contemplatur. Illa quidquid ſeu occultum, ſeu ſtupendum in rebus exiſtit; rimatur, & enarrat. Illa denique vniverſa tum humana, tum divina, ſuo latè ſinu complectitur. Neque ſiſtit in naturâ rerum, vt Prima Antiquis Philoſophia, ſeu Metaphyſica, quæ & Theologia erat Naturalis. Neque hæret explicandis ſolùm Gratiæ divitijs, vt Chriſtianorum Theologia ſupernaturalis, quæ ſemper vni ſaltem Fidei principio innixa eſſe debet. Sed occupatur ex æquo circa Phyſica, Metaphyſica: Humana, Divina: terrena, cæleſtia: materialia, ſpiritualia: temporalia, æterna: naturalia, ſupernaturalia: nullique propterea Diſciplinæ, aptiùs competit nomen SAPIENTIÆ VNIVERSALIS.

1. Rhetor. *2. De Offic.* Omnia complectitur.

ID quod ampliùs demonſtratur, *ex quattuor conditionibus*; quæ ad hoc vt Sapientis partes, & nomen aliquis obtineat, requiri perhibentur. Primò namque ſcire omnia debet, ſaltem cognitione vniverſali, & ſecundùm principia veritatis generaliſſima; vt vel nulla ignoret, vel pauciora, vel ſolùm particularia. In omnibus deinde calleat neceſſe eſt, quæ vulgo & obſcuriſſima ſunt, & difficillima. Ideo *Sapientiam trahi de occultis*, Iob aſſeverat. Et Salomon memoratur Sapientior cunctis Hominibus, quoniam *locutus eſt tria millia parabolas: & fuerunt carmina ejus, quinque millia. Et diſputavit ſuper lignis, à cedro quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum, quæ eſt in pariete. Et diſſeruit de jumentis, & volucribus: reptilibus, & piſcibus.* Narrat verò ipſemet ſe *animadvertiſſe parabolam, & interpretationem: verba Sapientum; & ænigmata eorum.* Tertiò vniverſa illa, etiam implicatiſſima ſcire debet Sapiens modo certiſſimo, quod propriè ſcire eſt.

Quattuor requiſita ad Sapientiam. 1. Scire omnia. 2. Difficillima. *Cap. 28.* *3. Reg. 4.* *Proverb. 1.* 3. Certiſſimè.

 Quare Veteres, vt fortunam in globo volubili, ſic Sapientiam in quadro immobili depingebant.

Valer Pier. lib. 39. Hierogly.

Vt Sphæræ Fortuna, cubo ſic inſidet Hermes;
Artibus hic varijs, caſibus illa præeſt.

Et Aſtrologi ipſi huncce *Mercurium*, in cælo Diſciplinæ præſidem, de cætero vagum, errabundum, nuſquam tamen vel tantillo ſpatio à Sole deflectere obſervant. Curſus ille, velut erraticus, oſtendit Sapientiam ad res omnes cognoſcendas paſſim excurrere: quamvis de teliquo à veritatis Sole, nuſquam diſcedat. Poſtremò cenſetur Sapiens, quiſquis in qualibet Scientia & Arte novit præſtantiſſima.

Mercurius nunquam abeſt à Sole.

4. Præſtantiſſima.

Atquin, vel teſte invidiâ, nemo meliùs hiſce quattuor ornamentis inſignitur, quàm noſter Sapiens. Nempe Scientiâ hâc vniverſali inſtructus, ſcit omnia, ſcit difficillima: ſcit certiſſimo modo, ſcit præſtantiſſima.

Applicantur hæc quattuor.

Et quidem ſcit omnia, in principijs rerum omnium: in Naturæ, & gratiæ analogiâ; inque rerum ac ſcientiarum connexione, ac proportione. Scit difficillima; quandoquidem ex ſpeciali rerum ac ſcientiarum vnione ſimul & diſtinctione, intima veritatis expiſcatur, dubia ſolvit, tollit contrarietates. Scit certiſſimo modo, quoniam per altiſſimas cauſas: & eas maximè neceſſarias, errori & caſui nullatenus obnoxias. Res denique intelligit prout ſunt in ſe ſe, remotis accidentium vmbris & opinionum præjudicijs. Quid plura? Scit vtiquè præſtantiſſima; quia in vnaquaque Diſciplina, principia intuetur puriſſima: extremorum, mediorum, & ſummorum nexum obſervat; neglectiſque trivialibus & obvijs, altiùs penetrat in excellentiſſima naturæ & ſcientiæ ſacraria.

Diverſa Sapientiæ elogia.

Id verò vt elucescat magis, *diverſas* apud ſacros æquè & profanos Sapientiæ nomenclaturas, juvabit per tranſennam expendere.

6. Ethic. c. 7.
Ibid. cap. 6.
Tract. 3. cap. 3.
Stromat. lib 10. cap. 6.
Exod. 31.

Imprimis Ariſtoteles, Sapientiam vult eſſe *exactiſſimam ſcientiam* quamlibet: & *abſolutiſſimum* in qualibet re, meritò & eſſe, & dici Sapientem. Vnde *Sapientis, & Periti idem officium* agnoſcit Albertus Magnus. Sumique Sapientiam pro omni arte, Σοφίαν τεχνικὴν probat Alexandrinus, exemplo Bezeleelis illius; qui narratur in Exodo, *impletus ſpiritu* Dei, *ſapientiâ, & intelligentiâ in omni opere fabrili.*

12. Metaph. lib. 2. tex. 1.
1. Metaph.
Cognitio ordinis.
Albert. Mag. in Prædic.

Divus verò Thomas Sapientiam vult eſſe potiſſimam animæ rationalis perfectionem, cujus eſt cognoſcere *ordinem.* Quia, ſi Aleſio creditur Alexandro, Sapiens non demonſtrat principia: ſed ordinem ſolùm patefacit, & terminos declarat. Vnde & Sapientiores aptiores ſunt ad docendum, præcipiendum, & gubernandum. Docere ſiquidem & ordinare ſignum eſt & ſcientis, & maximè ſapientis.

De beata vita, diſp. 3.

Aliò ſui acumen ingenij flectit Auguſtinus. Ab eo enim ſi quæris, quid ſit Sapientia? Reſpondet; *nihil eſt aliud, quàm modus animi. Hoc eſt, quo ſe ſe animus librat, vt neque excurrat in nimium, neque infra quàm plenum eſt coarctetur.* Certè ex aureis tanti Viri ſcriptis, poſt doctrinam Pauli frequentiſſimam; facilè diſcrimen elicitur *duplicis*

Sapientia duplex.

Sapientiæ, non ſolùm mundanæ, vanæ, carneæ, terrenæ, humanæ;

& pudicæ, ſpiritalis, ſolidæ, cæleſtis, divinæ; ſed etiam ſpeculativæ, & practicæ.

ADITIALIS.

Sapientia ſpeculativa, ſicut attingit medium & ordinem rerum omnium: ita ambos, vbiquè delineat. Ideò vocavi jam ſuprà, Sapientem menſuram rerum; quippe qui ex D. Thoma, *fugit ſemper ſuperabundantiam & defectum, mediumque per omnia conſectatur.* Id verò ipſemet, dum ad mores formandos, vitamque ordinatè, moderatè, ſanctè inſtituendam deſcendit; Sapiens evadit, πραχλικῶς. Quo ſenſu, *Sapientia lignum eſt vitæ amplectentibus eam: multitudo Sapientum, Orbis terrarum ſanitas eſt*; inmò & in divinâ Iobi Philoſophiâ, *ecce pietas* (θεοσέβεια) *eſt Sapientia.* Quæ cuncta indigitans Auguſtinus, multos addit reperiri *negligentiſſimos Iuſtitiæ, avidiſſimos Sapientiæ: ſe verò Sapientis mores velle, non voces. Infelix enim homo, mi* DEVS, *qui iſta ſcit omnia, te autem neſcit: Beatus autem qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat.*

Sapientia attingit à fine ad finem, &c. Sap. 7. 2. Ethic. cap. 6. — *Proverb. 3.* — *Sap. 6.* — *Serm. de Tim.* — *Serm 115. de diverſis.* — *Lib. 5. Confeſ. cap. 4.*

Quocirca prudentiſſimè Alexandrinus Sapientiam comparavit *ſanguini*, qui aliquando in lac, in pus etiam aliquando converti poteſt. Neque enim aliter Scientia & Sapientia poſſunt eſſe & alimentum, & medicamentum, & venenum. Si ſolæ reſtant, inflant: mors ſunt, & interitus. Si Charitas ſuperædificat, revera ſunt *ſalutis divitiæ.*

1. Pædag. Alimentum; Medicamentum, Venenum. *1. Cor. 8.* — *Iſa. 33.*

VERVM expreſſiùs ad noſtrum inſtitutum, SAPIENTIAM aio ſignificare, Scientiam hanc Vniverſalem; quam ſæpiùs *conſtare* dixi, Scientiâ, Eruditione, Eloquentiâ. Et Scientia quidem eſt per cauſas primas, maximèque neceſſarias: collecta ex diverſitate rerum, veritatis vnitate. Ideoque exprimitur Sapientiæ ſeptimo, Spiritus ejus *vnicus & multiplex.* Eruditio, quia ex Autore Eccleſiaſtici; *Sapientiam omnium Antiquorum*, noſter Sapiens non otioſè *exquirit.* Eloquentia demum, *quâ Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit: quaſi enim inundatio, abundat illius Scientia.* Et Paulino ſtylo *Sapientiam ſermonis*, non ſemel pro Eloquentiâ videas vſurpari.

Sapientia noſt. hæc eſt Scientia Vniverſalis. Conſtat Scientiâ, Eruditione, Eloquentiâ. — *Cap. 37.* — *Eccleſ. 10. ibid. 21.* — *1. Cor. 2.*

Tria hæc vnita conſtant Sapientiam hanc Vniverſalem, quam & *Theologiam* propriè appellari monui antè cum Cardinali Contareno. Non ſolùm quia [omnis Sapientia, à Domino DEO eſt, deſcendens à Patre luminum, donum veluti perfectiſſimum.] Sed quia ad DEVM tendit, circa illum, illiuſque opera occupatur; abs illo principium ſumit, in illum deſinit: nihilque videt in tota rerum amplitudine, niſi divinum; nam & *Iovis omnia plena.* Quoties demum ad opus progreditur, vocari itidem poteſt & debet PRVDENTIA Vniverſalis.

Iacob. 1.

ALTIORI ſpeculatione appellat Auguſtinus naturalem *inſtinctum*, quo mens noſtra tendit in DEVM. Omnis ſcilicet Homo naturaliter cupit ſcire, & iſtud ſciendi deſiderium ſpeciei vt ſic connaturale eſt; adeò-vt Mens Humana ſcientiam non aliter appetat, quàm materia formam. Porrò ea ſcientiæ innata cupiditas, ad Sapientiam vrget Vniverſalem, velut ad ſcientiam omnium perfectiſſimam. Innatus ejuſmodi Sapientiæ appetitus, conatus eſt ad beatitu-

Superprobatur ab inſtinctu — *Ariſt 1. Metaph. text. 2.* — *Themiſti 1. Metaph* — *D. Thomas 1. Metaph. text. 2.*

Digitized by Google

LIBELLVS dinem; quæ non habetur ſincera ac legitima, niſi per cognitionem & amorem DEI O.M. Quæ procul dubio veriſſima Theologia eſt, ſcientia beata, & conſummata Sapientia.

Æternæ in cælis præludit hæc, ad quam omnes, velint nolint, tendunt nativo pondere. *Quis enim*, concludit Auguſtinus, *Sapientem ſe non lætetur: aut ſi nondum eſt, eſſe non deſideret? Vt ergo conſtat nos beatos eſſe velle, ita nos conſtat velle eſſe ſapientes; quia nemo ſine ſapientia, beatus eſt.* Dum igitur ſtudemus hîc Sapientiæ Vniverſali, *Theologiam* exercemus in terris optimam. Ideò & Hebræis Sapientiam meminit Philo vocatam *Bathuel*, ideſt filiam DEI: fingitque fabula vetus, è Iovis cerebro enatam.

Serm. 1. de Timo. Eſt vera Beatitudo.

Et Theologia.

Concluſio ex antedictis. Dei, & Hominis vbiquè imago.

CONCLVDENDVM itaque animum Hominis, ſui inſtar Autoris, cuncta ad imaginem ſui in vnitatem, & trinitatem reducere. DEVS quidem per creationem, Homo verò præſertim per Encyclopædiam. Ea quippe Scientia vna eſt primùm in tres Circulos, deinde in tres terniones: vltimò fortè in tres novenos diviſa, ac Hominibus faciliori Methodo erudiendis diſtributa. Quod à me fusè ſatis, opinor, hactenus probatum, ſententia Salomonis duplex illuſtrabit;

Vt gemma in cyclo fulvi ſpectabilis auri.

Cap. 1.

Scientiam & intellectum, refert ex ore regio Collector Eccleſiaſtici, *prudentiæ Sapientia compartitur.* En tibi, ſi cernis, intellectum vnicum, ſcientiam vtiquè vnam. Verùm à Sapientibus, inſtruendo Generi-Humano, prudenter per varias claſſes ac Diſciplinas, neceſſarias velut partitiones, diſtribuitur. Quin etiam vt intelligas, vnitatem primitùs in trinitatem diſpeſci.

Proverb. 22.

Significantiùs quoque & impreſſiùs Salomon ipſe, vel potiùs illius ore purpureo, Sapientia ipſamet ſuos Diſcipulos exhortatur. *Appone*, inquit, *cor ad doctrinam meam.* En quâ ratione juxta noſtrarum Lucubrationum Emblema, cordium cogitationes DEO Scientiarum Domino, propriâ induſtriâ, & Magiſtrorum culturâ debeant præparari. *Quæ doctrina*, ſubjungit Salomon, *pulchra erit tibi, cùm ſervaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis.* Ecce pulcherrimæ veritatis vnius Methodum, & effectum præclariſſimum. In mente priùs meditanda eſt, per ſolidioris & intimioris Sapientiæ ſtudium; quò deinceps, per eloquentiam, in os & calamum exundet. Tandem primariam illius diviſionem triplicem, graphicè depingit. Ecce concludit, *deſcripſi eam tibi* TRPLICITER *in cogitationibus, & ſcientiâ.* Tripliciter deſcriptam veritatem, hactenus probavi; objectivè in rebus ſpiritalibus, corporeis, & ex vtroque mixtis. Formaliter in Diſciplina ſenſibili, rationali, intellectuali. Efficienter in Hominibus, Angelis, DEO. Finaliter, vt Homo evadat Sapiens; Scientiâ, Eruditione, Eloquentiâ. *Appone* igitur, ô Chriſtiane Theo-Philoſophe, *cor ad doctrinam; quæ pulchra erit tibi, cum ſervaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus, & ſcientiâ.*

CAPVT

ADITIALIS.

CAPVT XIV.

ORBIS RERVM, ET SCIENTIARVM comparantur.

EX ante-dictis non obſcurè conficitur, Artis hujus caput & fundamentum in cæteris *triplex.* Primum, eſt analogia Entium, ac veritatum. Secundum, quodlibet reperiri in quolibet. Tertium, omnia ſimilia eſſe & diſſimilia, idem & diverſa. QVOD primum ſpectat, animo altè imprimi debet *proportio* continua, perenniſque comparatio orbis Rerum ac Veritatum, Naturæ & Scientiæ. Quo fortè ſenſu, *effuſa ſuper omnia opera* DEI, Sapientia memoratur initio Eccleſiaſtici. Res enim inter & Scientias, quaſi media eſt Veritas; illinc rerum appendix, iſtinc Scientiarum menſura. Sicut itaque Rerum orbis, ſeu vniverſitas aliud eſt nihil, quàm vnica participatio divinæ naturæ, aliter & aliter Creaturis communicatæ: ita orbis, ſeu vniverſalitas Scientiarum derivatio eſt divinæ Veritatis, Rebus quidem inſitæ: ſed per varias Scientias, variè ab Hominibus cogitatæ.

Triplex Scientiæ Vniverſalis fundamentum.

1. Omnia ſunt analaga, & proportionata.

Cap. 1.

Atque vt ex Lycei placitis, nullum in Mundo vacuum, ſed lationes inferiores contiguæ ſunt ſuperioribus: ſic Veritates & Scientiæ omnes ſimul connexæ ſunt, & ſibi invicem agglutinatæ. Hinc evenit quod de duabus cytharis Divus advertit Gregorius. Si namque ſibi vicinæ ſunt, chordaſque habent ad eundem tonum attemperatas; ad tactum ſonante vnâ, reſonat & altera. Vix aliter Scientiæ omnes vſque-adeò cohærent, vt altera ſine altera haud benè poſſit comparari: & ſi vnam probè didiceris, alias ſaltem non prorſus ignores.

INDE ſequitur, quod à me ſecundo loco inſinuatum fuit ex Platone, Anaxagorâ, & Hippocrate; per illam Rerum omnium colligationem & continuitatem, *omnia eſſe vnum, & vnum omnia:* quodlibet, eſſe in quolibet; conſequenter fieri, cognoſci, diſci, dici ex quolibet, de quolibet, & per quodlibet. Vt meritò ſcripſerit alter Medecinæ parens Galenus, ἓν εἶναι τὰ πολλὰ, ϗ τὰ πολλὰ ἕν. Concinit & Porphyrius, dum docet; *omnia quodammodo eſſe in omnibus, pro conditione eorum quibus inſunt.* Notatumque eſt ab Hippocrate pereleganter, Sapientiæ temperamentum eſſe; *quod in igne humidiſſimum eſt, & ſicciſſimum in aqua.* Adeò Scientia, & Entia corcordant. Sanè inter Theſes Mirandulanas, iſtæ eminent. *Licet, vt tradit Theologia, diſtinctæ ſint Hierarchiæ; intelligendum eſt tamen omnia eſſe, in omnibus, ſuo modo. Qui non dicit vnum, nihil dicit. Xenophanes, Parmenides, Meliſſus dixere omnia eſſe vnum. Eadem eſt Scientia de* DEO, *Homine, & Materia-Prima. Nullum eſt quæſitum naturale, in quo Ariſtoteles & Plato non conveniant, quamvis verbis diſſentire videantur.*

2. Omnia vnum, vnum omnia.

L. 2. Method.

De Occaſ.

LIBELLVS

Idem ergo contextus & orbis Rerum, ſyntaxis eſt & circulus Diſciplinarum. Quippe omnia in omnibus, ſaltem ἀναλογικῶς: diverſis nempe modis, juxta leges proportionis, ac congruentiæ ad naturam recipientium. Quo ſenſu ſtatuitur à Peritis in cæleſti Mundo flos terreni, in terreno fæx celeſtis: temporanea in æternorum prototypis, inferiora in ſuperiorum ideis. Vt etiam in Mundo Cæleſti, Intellectuali, Divino, quædam agnoſcant elementa: ſed ſuo modo proportionali, congruo & eminentiori. Vnde quæ in DEO vocantur ideæ, participatione ſunt facultates in Angelis: in cælis influentiæ, in ſublunaribus craſſiores formæ. Sic quoque idea partium reperitur in toto, totius viciſſim exiſtit in partibus ſingulis. Nec deſunt in Homine partes divinæ, cæleſtes, ætheteæ, elementares. Ita-vt ignem referat intellectus, aërem ratio, aquam imaginatio, terram ſenſus. Sic Creator in Creaturis, per participationem & imitationem: Creaturæ in Creatore per ideas, cauſalitatem & eminentiam. Vt pulchrè dictum ſit à Proclo, *ſuperiora præeſſe inferioribus: hæc illis ſubeſſe, & vtraque ſibi invicem ineſſe. Vnde etiam elicit Scientiam nullam alteri ſcientiæ contrariam reperiri.*

In Alcibiad. 2.

Exinde non ſolus Homo, juxta vulgarem ſenſum: ſed minima quæque res, apicula, vermiculus; ſuo modulo microcoſmus eſt, totius Mundi compendium. Habent enim vltima illa naturæ, vt ita loquar, crepundia; eſſe cum lapidibus, vegetare cum arbuſtis, ſentire cum animalibus. Eſtque in illis quid ἡγεμονικόν, vt vocat Tertullianus, & principale; rationi, ſpiritui, divinæ formæ ſecundùm analogiam reſpondens. Quare omnia ἀλλοπρόσαλλον, velut Naturæ & Scientiarum eutipo in ſe invicem convolvuntur, ac convertuntur. Verbi gratiâ, Principium & finis: contemplatio & actio; intellectio & volitio: cauſa & effectus, generatio & corruptio, potentia & actus: vapor & pluvia, nix & aqua;

Mater me genuit, quæ mox gignitur ex me.

Proptereaque ſapienter Antiquis DEVS, Natura, Tempus, Scientiæ, omnia; deſignata fuere olim per circulum, ſerpentemque in ſeſe multiplici gyro revolutum.

3 Omnia ſimilia, & diſſimilia.

VLTIMVM à me prænotatum eſt, omnia hinc concordare, hinc diſcordare: *ſimilia eſſe, & diſſimilia.* Id quod oritur à συμπαθείᾳ, & δυσπαθείᾳ formarum tam ſubſtantialium, quàm accidentalium. Nam Naturæ actio quælibet, eò tendit; vt res omnes mutuò ſe vel vniant per virtutem ſimilem, vel ſeparent per contrariam. Quod attendens Heraclitus, duo rerum omnium principia conſtituit; *amicitiam, & litem.* Pari quoque ratione omnis animi cognitio nihil aliud facit, quàm res ſimiles vnire, diſſimiles ſegregare: homogenea componere, heterogenea dividere. Et illa quidem ſimilitudo intellectus cum re qualibet, vt in ſe eſt, vera ſcientia eſt: diſſimilitudo, falſitas.

Amicitia, & lis.

Quibus pro Corollario ſubnectitur res omnes eſſe *idem, & non eſſe idem.* Idem ſunt, ſaltem analogicè; quatenus & inter ſe, & cum ſuo principio ſimiles, iſti cohærent, mutuò ſibi concordant; quæ

Omnia idem, & non idem.

enim conveniunt in vno tertio, conveniunt inter ſe. Aliunde verò non eſſe idem ſatis ex eo liquet, quod res vna non eſt alia: & quælibet, alteri cuilibet diſſimilis ex aliqua parte eſt. ADITIALIS.

Exinde pariter emergit, quod vnumquodque ſuas *habet* amicitias, ſuas & inimicitias. Immo cuilibet aliquid eſt ſummè congruum, aliud ſummè adverſum. Sympathia verò ejuſmodi arcana, primùm procedit ab eoquod rerum naturæ occulto ſæpiùs *charactere* conveniunt in eodem gradu ſimilitudinis. Deinde à temperamento qualitatum accidentalium, à forma itidem ſpecifica & individua: ab eodem quoque aſtro prædominante, ab iiſdem demum aut ſimilibus in DEO ideis. Dyſpathia verò ſecus & rerum naturalis oppoſitio, cauſas contrarias obtinet; quandoquidem contrariorum, contraria eſt conſequentia. Quâ poſitâ ſpeculatione, facilè quivis intelliget; *vnde*-nam ſubitò oriri videantur occultæ illæ ac temporariæ, ſæpiùs & perennes tum amicitiæ, tum inimicitiæ inter metalla, plantas, animalia, homines. Vnde occultæ amicitiæ, & odia.

QVID? quod ex iiſdem fundamentis, res in Orbe omnes, ſaltem abs aliqua ſui parte, non tam ſunt averſæ, quàm *diverſæ*: nec tam diverſæ, quàm aliæ; nec tam aliæ, quàm eædem. Nam cælum & terra, ſpiritus & corpus, ignis & aqua, ſiccum & humidum, dulce & acerbum, nox & dies, generatio & corruptio, vita & mors conſpirant in opus Naturæ; quæ pacis, non belli genitura eſt. Similiter immortale & mortale, calidum & frigidum, coctum & acerbum, oſſa & caro; non coirent in vnum Hominis temperamentum, ſi mortali odio diſſiderent. Quapropter, vt alibi fuſiùs explico, non à rebus ipſis aut qualitatibus: ſed ab iſtarum dumtaxat exceſſu nimio, ſuboritur pugna illa & inimicitia; quæ in vtroque Mundo, Majori & Minori, vulgaribus oculis palam obverſatur. Ex quo fluxit ſolemne illud Veteribus effatum, *μηδὲν ἄγαν.* Diverſitas in Mundo, non contrarietas. *In Philoſoph. Secreta.*

Quis enim, te precor, ſibi perſuadeat in Repùblica, in Civitate, in Familia bellum eſſe inteſtinum, pugnamque implacabilem, ex eoquod alij ſunt maſculi, alij fœminæ: pueri alij, alij ſenes: alij domini, alij ſubditi; alij divites, nobiles, ſapientes, fortes; alij ex oppoſito pauperes, ignobiles, fatui, debiles & infirmi? Ea nimirum diverſitas nequaquam adverſa, Civitatem facit. Hoc eſt, Iſidori etymo, Civium vnitatem. Pari prorſus modo res in Mundo variæ, illum efficiunt vniverſum, ſeu *vni-diverſum.*

Nec diſſimili ratione licet Scientiarum varia multitudo, Hominibus faciliori modo erudiendis comperta ſit: certiſſimè tamen ſtatuendum eſt, eas ex ſe *contrarietatem* habere nullam. Omnes quippe ſibi invicem connexæ ſunt, & ſubalternatæ: vna alteri miniſtrat, inſervit, famulatur: omneſque junctæ ſimul & vnitæ, orbem efficiunt Scientiarum; illam, aio, Εγκυκλοπαιδείαν. Cujus quidem Circulus abſolvitur Scientiâ vnâ generaliſſimâ, ab alijs ſuppoſitâ: aliaſque per eaſdem objectas veritates, perque eadem generalia principia complectens vniverſas. Sic *pacem ſumma tenent.* Et Autor Orbis, Naturæ, ac Scientiæ DEVS, *concordiam facit in ſublimibus ſuis.* Ratio *Iob. 25.*

profundior erui fortè poteſt ex illo Syneſij acutiſſimo, loquentis de Numinis mente; *ſimplicitates ſummitatum quæ junxit.* Quo reſpexiſſe videtur Picus ille Mirandulanus, hac ſua Concluſione; *contradicto-ria, in natura intellectuali, ſe compatiuntur.*

Hymn. 1.

Quò fit etiam (ſi res propiùs cum laudato mox ante Mirandulano inſpiciatur) vt nec inter Autores & Scientiarum Magiſtros, vera ſit pugna aut contradictio. Sed mera opinionum *diverſitas*, dum quiſque certæ alicui Scientiæ ſigillatim incumbit, ac ſeorſim immoratur. Tunc videlicet parum admodum (vt paſſim ſtudetur.) cogitat de Scientiæ, quam profitetur, cum alijs vinculo & nexu communi. Vix novit Naturæ ſcalam, Pyramidemque Veritatis ac Scientiarum. Et vt fortè inaudierit aliquid, illam reſpicit ex vno tantùm latere; cæterarum partium aùt negligens, aut obliviosſus, aut planè ignorans.

Sola opinionum diverſitas eſt, contrarietas nulla.

CÆTERVM rectè obſervavit Próthagoras, *Scientiam nullam alteri eſſe contrariam.* Diſertiùs D. Thomas, *Scientiæ primæ non eſſe contrariam aliquam Scientiam, ſed ſolam dumtaxat ignorantiam.* Didicerat nimirum à præceptore ſuo Alberto, *Scientiæ univerſali non opponi Scientiam in particulari.* Adeò vt poſſit aliquis vniverſali notitiâ apprimè inſtructus, *decipi circa particulare.* Sapientiam propterea Api, bellè comparat Clemens Alexandrinus. Illa mel ex omnibus floribus colligit, nulli porro afferens detrimentum. Similiter, ait Plato, *Scientiæ non lædunt, vbi quis primas habet.* Quare Salomoni *viæ Sapientiæ* vocantur *pulchræ, & ſemitæ illius pacificæ.*

D. Thomas 12. Metaph. lib. 12. tex. 56.

Alber. Mag. in Prior.

Ad Gentes. In Phileb.

Proverb. 3.

CAPVT XV.

EADEM COMPARATIO AMPLIVS explicatur per Naturæ Scalam, & Scientiarum Pyramidem.

INSTITVTA Naturæ & Scientiæ comparatio, illuſtrari debet meditatione ſatis credo opportunâ. Qua in re meum vt meliùs conſilium aſſequaris, finge tibi SCALAM. Vel, ſi lubet, *Pyramidem*; quam, ſuo poſtea loco, fuſiùs deſcribam multilaterem. Illius vertex eſto DEVS; autor omnis entis, boni, veri. Baſis Nihilum, in quo nullum ens, bonum, verum; niſi iſta ſuperædificet Numen. Inter hæc vtraque Pyramidis extrema, gradus longiſſimos æquè & latiſſimos occupant Rerum claſſes diverſæ; delineatæ videlicet inferiùs, in noſtro Eloquentiæ Templo. Neque ea fugit Scala Pici illius ſubtilitatem. Sic enim concludit. *Quod dicunt Interpretes Chaldæi ſuper primum dictum Zoroaſtris, de Scala à tartaro ad primum ignem; nil aliud ſignificat, quàm ſeriem naturarum Vniverſi, à non gradu materiæ ad eum qui eſt ſuper omnem gradum graduatè protenſum.*

Naturæ Scala, & Scientiæ Pyramis.

In Concluſ. Titul.

Digitized by Google

Ibi lineas habes, ſeu gradus; quibus Humana-Mens aſcendit, deſcendit, circumvolitat per vniverſa. Gradus illi, ſeu lineæ res continent eò magis ſpiritales, quò ſurſum DEO magis accedunt: magis contra corporeas, quò deorſum ad materiam vltimam, entis vmbram, & nihilo viciniſſimam inclinant. Latera porrò Pyramidis, ſunt Orbis Vniverſi partes præcipuæ; ignis, aër, àqua, terra: ſpecies variæ, genera, &c. Atque hoc certè loco videas evidenter omnia eſſe vnum, vnum omnia: diverſitatem eſſe quidem, nullam verò oppoſitionem in Rebus, & Veritatibus: in Scientijs, & Opinionibus. ADITIALIS.

SI needum capis, pone in A, vertice Pyramidis, v. g. Platonem: In baſi B, Ariſtotelem. Latera hinc inde varijs depinge coloribus, rubro, albo, viridi, nigro, &c. Cuique lateri appinge, è Philoſophis & Naturæ Indagatoribus, Principem vnum nominatiſſimum alicujus Sectæ, ſeu opinionis aſſertorem; puta Empedoclem, Anaximenem, Zenonem, Democritum, Parmenidem, &c. Rebus eo modo doctrinæ gratiâ conſtitutis, ſciſcitare tantiſper quid illi omnes putent, opinentur, judicent, credant de ſtructura Scalæ, & Pyramidis hujus? Hoc eſt de conditione Naturæ, de fabrica Mundi: de cunctarum rerum ſubſtantia, & circumjacentibus? Audi precor, apparentem ſatis vtique opinionum diverſitatem. Sed vide intùs eandem ipſiſſimam veritatem vnicam, ſicut Orbis eſt vnicus.

Interroga tu igitur, quid ſentiant Sophi illi? Plato clamabit omnia eſſe Ideam, Spiritum, Mentem. Reclamabit pullus contra Magiſtrum recalcitrans Ariſtoteles, omnia eſſe Materiam, Formam, Motum. Quin-immò, reponet Galenus, nihil vſpiam reperitur, niſi qualitatum varia temperies ac mixtio. Perge ergo percunctando cæteros. Pythagoras audit vbiquè Numeros, & Muſicam. Empedocles omnia videt oriri ab Igne, Igne foveri, in Ignem deſinere. Anaximenes regeret Aquam omnium eſſe principium, alius Aërem, alius Atomos; & ita in infinitum.

QVID verò tibi tunc conſilij? Credes, ni fallor, prima fronte contraria ab ejuſmodi Autoribus dici: alium ſcire neceſſariò rerum veritatem, alium errare. Erras ipſe, mi homo. Nullus ex ipſis abſolutè aut fallitur, aut fallit. Omnes idem intendunt, idem aſſerunt; quippe qui *vident* omnes idem objectum, eandem omnes Naturæ *ſcalam* contemplantur: ſibique, & alijs conantur repræſentare.

At-enim Natura illa rerum vnicâ quidem eſt, ſimulque *diverſa.* Id minimè ambigis, & teſtantur oculi ipſi corporei. Ergo quia Autores illi, Plato, Ariſtoteles, Galenus, & reliqui; Scalam ejuſmodi Naturæ, & illam quidem in ſe vnicam, verùm diverſo modo ſubinde intuentur: de illa, illiuſque conditione, ac ſupellectile, diverſa quoque ratione ſentiunt, opinantur, ſcribunt, loquuntur. Plato qui ſiſtit in Pyramidis vertice, vix novit materiam; in imo, fæcis inſtar, ſubſidentem. Ariſtoteles qui totus materiæ luto immergitur, animam Mundi, Spiritum vniverſi: Intelligentias, DEVM ipſum non vidit niſi à longè; divinando potiùs aut ſomniando, quàm noſcendo & ſciendo. Empedocles planè affirmat Pyramidem illam

LIBELLVS

eſſe rubeam, ideſt ignem: Anaximenes liquidam, ideſt aquam. Vterque vera dicit, neuter hallucinatur; quoniam Naturæ vniverſitas ſimul & ignis, aqua, & numerus, & temperamentum, & omnia eſt.

Sed enim tantæ moli ſimul prehendendæ, intelligendæ, & explicandæ impares famoſi Scriptores illi; eam *ſecant* per latera, dividunt per partes, & ſegmenta. Ex qua profectò ſectione, quia vnam eam Naturæ Pyramidem intuentur, vident, contemplantur: hic quâ parte ignea eſt, ille aquea, iſte materialis, alter idealis, vel harmonica; dum vnuſquiſque lateri Pyramidis inhæret nonniſi vnico, inque ſuo ſenſu abundat: contraria, ſaltem diverſa, primo aſpectu videtur promere. Omnes nihilominus tamen in eandem conſpirant *veritatem*, eandem Naturæ ſcalam pingunt: Mundum vnum, & Orbem eundem deſcribunt. Verùm alio, & alio colore: alio, inquam, & alio modo; prout cuique videnda ea rerum vniverſitas, per diverſa Pyramidis latera obijcitur.

Vlteriùs; quia contemplandi, deſcribendique Naturam, modi ſunt infiniti: ordinemque Rerum ac Scientiarum compingendi, rationes innumeræ; eapropter tot & tot pullularunt Veterum de Rebus, ſimul & Scientijs *opiniones*. Ac illæ quidem, nomine & intuitu primo diverſiſſimæ: revera autem in vnum ſicut Rerum, ſic Scientiarum orbem ac circulum vnitiſſimè coëuntes.

Vnde tanta Opinionum multitudo?

VBI rurſus pretium eſt *advertere*, quòd vnicuique elemento qualitas vna propria ineſt: altera autem cum alio elemento communis, ceu quoddam vinculum, quo nectitur omnium compages. Quod in cauſa eſt, cur Rerum planè omnium fiat convolutio & converſio mediata, vel immediata: ſed ex Peripatetico axiomate, ſymbolorum facilior. Exempli gratiâ; terra propriè frigida, per ſiccitatem igni maritatur: ignis aëri jungitur, per calorem: aër aquæ, per humiditatem; aqua terræ, per frigiditatem. En circulus Elementorum. Metallica copulantur vegetabili, per eſſe. Vegetabilia animalibus, per vitam. Senſus Imaginationi per motus animi, quos παθήματα vocant. Paſſiones Rationi, per Imaginationem. Ratio Angelis, DEOque per Mentis apicem. Habes Orbem vniverſum.

Vbiquè nexus.

Per eaſdem prorſus *lineas* Scientia quælibet ſuam habet veritatem, proprio ſibi modo attemperatam: habet formale ſuum, cui inhæret, objectum. Verùm ipſamet per alia quoque principia, ſeu propagines, quæ traduces ſunt & vincula, agglutinatur alijs ſcientijs; quarum omnium vnio inſimul illam efficit Ἐγκυκλοπαιδείαν, quam propterea vocamus nos SAPIENTIAM VNIVERSALEM. Cum hoc quoque auctuario, quod abs quibuſdam Diſciplinis, ad alias tranſitus eſt facilior. In alijs verò difficilior apparet veritatum concatenatio, quia remotior; niſi tum cùm principia veritatis generalia, ſoluta à vinculis hujus aut illius Diſciplinæ, ſuæ libertati ac puritati aſſeruntur.

Scientiarum lineæ.

HINC igitur, eadem perſeverante ἀναλογίᾳ, Scientiæ omnes extenduntur ab vnitate in pluralitatem. Rurſumque redeunt à plurali-

tate in vnitatem; eo planè modo quo ipſa Rerum natura. Omnia namque à DEO vt principio, cauſa, autore cùm prodeant, illi non poſſunt non eſſe ſimilia. Conſtans ſiquidem axioma eſt, *omne agens producit ſibi ſimile*. Sicut ergo DEVS in ſe Vni-Trinus eſt, ita hujuſce vnitatis, ſimul & Trinitatis imaginem vbiquè extra ſe inſculpſit. Phidiæ vultum cogita, Minervæ clypeo tenaciſſimâ neceſſitate incluſum. Inde-adeò per eaſdem propemodum orbitas, vias & calles Monas ſpargit ſe in multitudinem, hæc in illam revocatur. Et ea ſunt fortè *itinera*, quæ *æternitatis* vocat Habacuc: *vias ſapientiæ*, Baruc; Hebræi, Zephirot.

ADITIALIS.

Lib. de Mundo c. 6. in Ariſtot.

Cap. 3.

Paria dicito de *Scientijs*, & rem acû tetigeris. Illas omnes continet, primùm vnitas, hinc trinitas, inde pluralitas. Ac viciſſim hæ & illæ, ad vnitatem iiſdem vijs reducuntur. Qua de cauſa apud Veteres extremâ damnatur ignorantiâ, qui neſcit numerare. Et ſcientia numerorum, Pythagoræ alijſque Σόφοις, in Sacris quoque Voluminibus, tantopere commendatur. Vt etiam dicatur DEVS & Arithmeticus, & Geometer; vtpote cuncta diſponens *in pondere*, numero, & menſura.

Tria in Scientijs.

ENIM-VERÒ pulchrè ex eo notatum à Curioſis, *numeros* aliud eſſe nihil, quàm vnitatem à ſemet progenitam: vel in ſeſe revolutam, ac replicatam. Cujus quidem vnitatis mira *propagatio*, fit in huncce modum. Vnum ſe evolvit, & explicat in duo; quæ iterum conjunguntur, vt ſe ambo perficiant ad intra, productione tertij. Tum iſtud ternarium producit ad extra, quartum quid; quod ſit origo alterius tertij, vſque ad novem: dein ad XXVII. quæ ſunt tres novenæ, ſeu novem terniones. Eſtque illa Antiquis Μόνας, Τρίας, Ἐννέας. Vnde numerabam ſuprà cum vtriuſque Litteraturæ peritioribus, Platonis & Pauli *tres* Mundos, tres Cælos, tres Muſas, tres Homines. Propterea quoque fingit non illepidè Ariſtophanes, ſpeciem Hominis individuo vno primitùs incluſam: ſed circulari formâ rotundam, in duas deinde partes, ſexuſque diviſam.

Sap. 11.

Veriùs & ſanctiùs ex ſacrâ Coſmopœia, Maſculus primùm è terræ limo formatus fuit Adamus. Hujus mox è latere mulier, Eva. Quæ & virago dicta eſt, quaſi à viro ducta; vt eſſet vir auxiliaris, & homo altera. Ambo poſtea, ſponſore eodem qui priùs Creatore, revincti per matrimonium in tertium quid vnum; vt nempe prolem gignant ſibi ſimilem, filium qui ſit radix ſimilis propaginis.

Maſculum, & fœminam creavit eos. Geneſ. 1.

Erunt duo in carne vnâ. cap. 2.

EVNDEM porro ordinem Numerorum, ſequi debent *Scientiæ* indagatrices veritatis; quam dixi ſæpiùs, appendicem eſſe entitatis. Ante igitur omnia, præſertim pro ingenijs jam ætate, aut arte maturis, *Scientia* ſtatuatur vna. Evolvatur deinde in ſecundam, demum abſolvatur circulariter in tertiam. Hinc nativâ ſobole, in duo alia ternaria; poſtremò, ſi lubet, in alias, & alias claſſes ſeu Diſciplinas.

Invenies profectò ex antiqua Theogonia, *Muſas* primò vnam, deinde tres, poſtremò novem; cum choro Artium aliarum & Diſciplinarum, vtiquè vario & multiplici. Habebiſque SAPIENTIAM

LIBELLVS VNIVERSALEM Scientiâ, Eruditione, Eloquentiâ conſtantem. Scientiam, inquam, Intellectualem, Rationalem, Senſualem. Primæ ſubeſt, vt dixi Theologia, Metaphyſica, Mathematica: ſecundæ Phyſica Ethica, Logica; tertiæ Rhetorica, Hiſtorica, Grammatica.

Cap. 4. OMNES ſimul delineat Eccleſiaſticus. *In linguâ Sapientia dignoſcitur*, eſt etenim ſapida Scientia. Tum partes Sapientiæ tres enumerans, addit: *& ſenſus, & doctrina, & ſcientia in verbo ſenſato.* Vt enim dies diem eructat, ita Scientiam Scientia gignit, ars autem illuſtrat. Pſ. 44. Meliùs, *nox nocti indicat ſcientiam*; quia citra fidei ſolem, omnis ſcientia caligo eſt. Si ſolæ remanent humanæ Diſciplinæ, miſeræ ſunt & noxiæ. Superaccedente divino fidei radio, clariſſimæ evadunt ac feliciſſimæ. Vt de Scientijs abſque fide vſurpari queat, quod acutè de aquis neſcio quibus perhibent Polyhiſtores. Hæ enim & illæ;

Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

CAPVT XVI.

PRÆCIPVA SAPIENTIÆ VNIVERSALIS Theoremata.

PRÆSTRVCTIS hactenus fundamentis, pretium deinceps operæ eſt; noſtræ totius, ſi qua eſt, *Methodi* Concluſiones ſuperſtruere. Id verò exequar ſtylo adhuc magis laconico, qualem videlicet exhibet Sacra Scriptura, & qualem ex Hippocrate & Clemente Alexandrino, vſurpabant priſci Sapientes: quemque doctrinarum Themata, ſeu Poſitiones requirunt.

Vnica in omnibus veritas, ſaltem analoga.

I. VNICA eſt in omnibus rebus veritas, ſaltem analoga: & ea quidem rerum ipſarum eſſentiæ, perpetuò adhærens. Illam 1. qui profundè rimatur in cauſis & effectis, *Sciens* eſt. 2. Qui Autorum in vnaquaque Diſciplina, varias opiniones & ſententias callet, *Eruditus*. 3. Qui aptè & decenter ediſſerit, *Eloquens*. 4. Qui tres illas ſimul dotes eximias cum virtutum paraturâ obtinet, SAPIENS meritò debet apellari.

Omnia à Deo, & ad Deum.

II. Sicut DEVS eſt cauſa cauſarum prima, primarium ens, necnon primitiva veritas: ita entia omnia, veritateſque vniverſæ ab illo vno tam in creatione, quàm in conſervatione dependent. Prima etenim cauſa *explicat* ſe in Operum ſuorum dilatatione, connexione, & vnitate. Adeò vt, ex Platonis mente, res omnes per varios gradus ab vnitate deſcendant, & ad vnitatem revertantur.

Qui neſcierit perfectè ſenſibiles proprietates per viam ſacratam

III. Res igitur & Veritates creatæ *cognoſci* debent, vt revera ſunt & pendent à DEO: illique, & inter ſe ſimiles extant. Illæ ſiquidem omnes

Digitized by Google

omnes ab eodem principio, ac fermè eodem modo, ſaltem perſimili & quaſi vicino conditæ: mutuiſque inter ſe ſimilitudinis ac diſſimilitudinis vinculis, & aureâ illâ Sophorum catenâ copulantur. Ideò Rerum, Veritatum, Scientiarum ac Verborum in ſeſe invicem mutatio eſt: & indeficiens, quia *circularis*, concatenatio. Vt fermè credas, eadem ſub diverſis reſpectibus conſiderari; quaſi varijs dumtaxat vultibus, coloribus, ac velut ſigilli impreſſionibus Natura diſtingueretur.

ADITIALIS. *analogiæ intellectualiſare, nihil ex hymnis Orphei ſanum intelligit. Picus Mirandul. in Concluſ.* Omnia vnita, & diverſa, in ſe invicem commutantur.

IV. Qvi ſemel novit naturam primæ cauſæ, ejuſque modum agendi primùm ad intra, dein ad extra; tam in ſtatu naturali, quàm in ſupernaturali (cum prope-propter ſimilis ſit in vtroque;) *novit* fermè omnem veritatem: quoque novit perfectiùs, faciliùs explicat. Immò qui in minima re, vel minimam novit veritatem, reliquas haud quaquam ignorat; vt pote eodem principio, eadem productione, ijſdem propemodum qualitatibus exornatas. Devs quippe agens perfectiſſimum non producit niſi ſibimet ſimilia, & inter ſe vix diſſimilia. Vnde concluſio celebris. *Eadem eſt Scientia de* Deo, *de Homine, & Materia Prima. Et qui de vno Scientiam habuerit habebit & de reliquis; ſervata proportione extremi ad extremum, medij ad extrema, & extremorum ad medium.* Adeò omnis Scientia, fermè analogia eſt. Exemplum dabunt eædem illæ Theſes; *Medicina ſanat animam, per corpus: Muſica corpus, per animam.*

Omnia inter ſe ſimilia.

V. Nec, verbi gratia, recedit à ſeipſo ſummus ille Opifex Devs; dum Mundum inſtituit ex elementis quattuor: Corpus humanum, ex quattuor humoribus: Vniverſi Imperium, ex quattuor Monarchijs: Virtutem Moralem, ex quattuor Cardinalibus. Quas inter Fortitudo vehemens eſt vt ignis, & à temperamento calido. Temperantia ſicca vt terra, & à temperamento frigido; & ſic de cæteris.

VI. Sicut vniverſalis ea veritas ſeipsâ fœcunda reperitur in omnibus rebus, quæ ideò in ſe invicem realiter, vel ſimilitudinariè convertuntur ac revolvuntur: *ita* pendens à veritate mentis cognitio, à cognitione oris elocutio, ab elocutione calami compoſitio, à compoſitione, idiomatis tranſlatio fœcundatur: ac per orbes alios ex alijs naſcentes, multiplicatur in infinitum.

Sex gradus.

VII. Hinc vniuſcujuſque rei ſincera ac genuina *veritas* alterius notitiam generat, mutuis namque ſtant auxilijs. Hinc etiam de re qualibet propoſita, alia omnis licet primo intuitu diverſiſſima, aptiſſimè poteſt efferri. Adeòque multiplicatis rerum, ac veritatum ſibi perpetuò adhærentium circulis; de minima re *motus* perennis poteſt inſtitui tam Scientiæ, quàm Eloquentiæ. Quam vtramque, ſuppoſita virtute, necnon eruditione interpoſita; Sapientiam appello generalem, ſeu primariam & vniverſalem veritatem: in multiplici quidem Encyclopædiâ variè diſtributam, ſed in Mundo vnitrino latitantem.

Seſe omnes juvant.

Motus perpetuus.

VIII. Huic Sapientiæ ex tribus illis feliciter conflatæ, ſi affunditur Charitas velut anima, fit vtiquè *ſupereminens* illa Scientia; cujus longitudo ad omnes omninò Diſciplinas diffunditur, latitudo ad

Epheſ. 3. Scientiæ vniverſalis dimenſiones.

LIBELLVS cuncta quæ aut exiſtunt aut fingi queunt : ſublimitas ad DEVM vſque pertingit, profunditas demerſam vbiquè veritatem expiſcatur.

IX. EA igitur vniverſalis *Veritas* ab vniverſali principio, vna ab vno, ſimilique fermè agendi modo producta; in omnibus rerum naturis pro cujuſque modulo reperitur, per nebularum vmbras elucens. Ideoque detegendi, ac detergendi ſunt *Errores publici*, quibus paſſim inobſcuratur.

Veritas vna vbiquè.

CAPVT XVII.

ERRORES PLEBEII, AC VVLGARES circa Scientias.

Init. Coſmop.

Lib. 10. Confeſſ. c. 22.

HOMINI vt naturaliter vivat (quod pulchrè advertit Philo) datus eſt rerum omnium, quæ in Orbe viſuntur, apparatus ſanè opulentiſſimus. Vt verò feliciter ac beatè, quod omnes ex Auguſtini proloquio naturaliſſimè appetunt; conceſſa illi eſt ſuiipſius, tum Mundi, ſeu Orbis vniverſi, quin & etiam Autoris vtriuſque contemplatio. Hinc *Errores* in via intercurrunt, magis quàm in termino: mediaque admodum ambigua exiſtunt, circa finem de cætero certiſſimum.

Triplex contemplatio ſtratur in via.

GENERALI propoſitione, Errores & Sophiſmata in Scientijs *pullulant* à radice multiplici. Nempe ex definitione mala, diviſione inepta: ex principio, vel autoritate perperam intellectis. Item ex ignoratione cauſæ, effectus, & analogiæ inter hæc duo.

Vnde oriuntur Errores.

Rurſum à prima cogitatione, plerumque fallaci; ideo dictum proverbialiter, δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι. A rationis quoque impetu; vnde aureum illud neſcio cujus, *anima ſedens Sapientior fit*: & tritum, illud Romani Imperatoris emblema, σπεῦδε βραδέως. Ab inexperientia; adeò CHRISTVS ipſe ab omni quamvis errore, privilegio Incarnationis immuniſſimus, creviſſe tamen dicitur ætate & ſapientiâ coram DEO & Hominibus: didicitque experimentaliter, ex ijs quæ paſſus eſt, obedientiam.

Luc. 2. Ἔμαθεν ἀφ᾽ ὧν ἔπαθε, Hebr. 5.

Demum, ne ſingula perſequar, errant ſæpè vel doctiſſimi; quoniam mentis intuitum aut coarctant nimis & reſtringunt, aut nimis dilatant & effundunt. Inde ſupra modum vni dumtaxat Scientiæ addicti, ſolent circa alias hallucinari. Effatum ſiquidem Ariſtotelis eſt, *ad pauca reſpicientes facilè decipi.* Ac vice verſa qui pluribus intendunt, proclives ſunt in lapſus. Vim quippe animi dividunt in plura diſſecti, nimis properantes cæſpitant. Atque vt ex doctrina Peripatetica, erroris mater eſt ſimilitudo; vicinitas quæ reperitur inter Scientias, generat errores. Si vniuntur Diſciplinæ, confunduntur. Eas autem ſeparare & aptè partiri, res ſanè operoſiſſima.

Libr. 1. Elench. c. 1.

VERVM in alios ſpecialiter errores, placet ſubtiliùs inquirere.

Cauſa igitur illorum præcipuè *duplex.* Hinc nimirum humani imbecillitas animi caligantis ad ipſos ſplendores, præſertim divinos: & quotidiana cum ſenſibus, ac terrenis conſuetudo. Inde ipſius natura veritatis, quæ ſui autoris, DEI nimirum exemplo, amare videtur tenebras ac latibula: vixque vnquam emergit; è puteo Democriti.

ADITIALIS.
Cauſa errorum, præcipuè duplex
1. Animi caligo.
2. Veritatis tenebræ.
Pſ. 17.

Latet autem vniverſalis ea veritas, ſub *duplici* involucro; quod radiorum emiſſionem vel retundit, vel offuſcat. Primum *naturale eſt*, ſed adventitium ab accidentibus; quæ velut ſequelâ naturali rei cujuſlibet ſubſtantiam, vt porro conſpiciatur & operetur, variè involvunt. Verbi gratiâ, *calor* revera extat aliquis in omni re aut formaliter, aut ſaltem analogicè & eminenter. Eſt quippe in DEO, fœcunditatis & amoris: in cælo, motûs & influentiæ: in ſole, virtutis & eminentiæ: in ſphæra ſublunari ſecundùm paſſivum dogma, ignis realis; verùm quoniam in proprio ibi loco eſt, non comburentis. Item calor igneus latet in ſilice, in naphtha & ſulfure, in terræ viſceribus; vnde gehennæ incendium inextinguibile, & fontes viſuntur calidiſſimi. Latet demum in corde Hominis, & in ſeminis præſertim germine. Emicat verò calor actualis in elemento ignis viſibilis, nec non in omnibus calfactis. Hæc igitur tam certa, quàm generalis veritas de caloris exiſtentia; illis omnibus quaſi naturæ velis & ænigmatibus, fortè ad naturæ ipſius, DEIque reverentiam contegitur.

Duplex veritatis involucrum.
1. Naturale.

Calor eſt vbiquè aliquis.

Alterum veritatis involucrum, *artificiale & imaginarium*; varij ſunt colores, quos vni, eidemque veritati Hominum ingenia appinxerunt pro cujuſque natione, conſtitutione, genio, conditione, officio, &c. Id quod non vno *exemplo* planum fit.

2. Adventitium

DEVM vbiquè eſſe vnum quis neget? Sed occultat ſemetipſe in ſymbolis, & ænigmatis. Etquidem naturalibus, ſub Patriarchis: cæremonialibus, in Synagoga; ſacramentalibus in Evangelio. Iam quot Hominum pigmenta & figmenta circa DEI vnius veritatem, aliaque illius Attributa? Orientales Solem, quia vel amant, vel timent; certè quia in eminentiſſimo throno conſpicitur, adorant. Plato qui ſpeculationes amat, Ideam fingit. Ariſtoteles qui totus Phyſicus eſt, Naturam. Perſæ & Chaldæi ignem Deum credunt, quem vident immortalem. Ægyptij Nilum, qui apud eos omnis fertilitatis origo eſt. Æthiopes concolores Deos nigros effingunt, quia ſic putant pulcherrimos. Immò eodem notante eo Alexandrino, ipſa quoque Animalia, ſi poſſent pingere, Deos fingerent ſibi ſimillimos: Leo Leonem, Aper Aprum, Aquila Aquilam; quia ſuâ ipſorum figurâ, nihil prehendunt perfectius.

Deus apud omnes.

Stromat. v.

Inſtrumenta, manus Bobus, atque Leonibus eſſent,
Pingere queis poſſent, Hominumque operarier artes,
Depingenda ab eis eſſet ſi forma Deorum;
Tales hi formas facerent, & corpora eorum
Talia, quale ſibi corpus Natura dediſſet.

Ipſa etiam majorum & minorum Gentium in Dijs genealogia; ad vnum Iovem ter-maximum revocatur; quaſi naturali inſtinctu,

Digitized by Google

ſuadente Dei vnitatem.

Libellus Nec diſſimili ratione Doctorum nemo eſt, quin agnoſcat in omnibus *Tenebras.* Hæ enim Aſtrologis ſunt abſentia luminis, Phyſicis privatio formæ, Platoni materia-prima, Ethicis ignorantia, Iudæis Gentilitas, Chriſtianis peccatum & Inferorum carcer: Areopagitæ Dionyſio, quælibet creatura; ipſa etiam Fides & Dei cognitio, quâ ambulantes per ſpeculum in ænigmate peregrinamur à Domino, juxta myſticam D. Pauli Theologiam.

Tenebræ vbiquè.

1 Cor. 13. Ibid. c. 5.

Quinetiam exemplo magis adhuc familiari, prima & velut oriens rei cujuſque pulchritudo, *Floris* nomen vbique obtinet. Flos namque eſt & vocatur in Divinis, Patris Filius. In cælo, ſtellæ & lucis radij. In hortis, amœnitates. In anni tempeſtatibus, ver. In ætate, juventus. In Rhetorica, elocutio, ſtylus & figuræ. In Autoribus, primarij & illuſtriores. In eorum lucubrationibus, primitiæ ac velut primogeniti fœtus. In Eccleſia, Virgines & Innocentes. In Medicina ſpagirica, diſtillationes, &c.

Flos vbiquè.

Item, quæ dejectiones ſunt in Homine, vocantur amurca in oleo, fæces in vino, ſcoria in ferro: hypoſtaſes in Medicina, ſordes in œconomia, terra damnata & caput mortuum in occultâ Philoſophiâ. Pictores ipſi in *ſtemmatis* tropicè ſignificandis, colorum nomina quantùm, quæſo, immutant?

Excrementa.

Pictores.

Dicam ſemel; tam diverſa ſunt infinita ea vnius veritatis involucra, quàm varia accidentium naturalium mixtura. Quàm varia quoque & multiplex Hominum, Regionum, Religionum, Profeſſionum, Artium, & aliarum rerum infinita moles; in Diſciplinis tùm propè inutilis, cùm vltrà non proceditur. Iam attende, & intende.

Maxima pars Studentium in vtriſque his *involucris* addiſcendis conſeneſcunt, nec intra latentem veritatem penetrant. Vulgaria enim *Scholaſticorum* præcepta veritatis indaginem vix aggrediuntur, quatenus in ſe eſt: ſed tantùmnon vtriſque involucris immorantur, immò diutiùs in vltimis à veritate remotioribus. Quippe carent medio veritatis vnico, vnico item doctrinæ inſtrumento; quod quiſque apud ſe poteſt reperire.

Studia tralatitia.

Accedit hinc ſæpè *Docentium* autoritas propè tyrannica, quæ Diſciplinæ quam profitentur dogmata credere jubet, non examinare; quaſi Dictator eſſe noſtrûm quiſque ambiret, non Conſiliarius, non Pædagogus. Inde *Studentium* obſtinata cœcitas, quæ vel ſtudia in mores deducit, & è converſo. Vel velut pacto ſacramento, adhæret Diſciplinis; aut delicatis, aut phantaſticis, aut certè contentioſis. Adeò vt Scientias omnes quiſque inficiat iiſdem rebus, quibus afficitur: & ingens metus ſit, ne dubitare de aliqua re videatur. Vnde concepta ſemel dubia fovet quiſque & auget, propemodùm vt Advocati lites, Chirurgi vulnera. Ineſtque, ni caveatur, arti cuilibet & Scientiæ, ſua ſtruma, ſua & *impoſtura.*

Docendi modus.

Diſcipulorum protervia.

Cuilibet ſuus nævus.

Plerique omnes laborant in ſcholaſticis *quæſtionibus* ac ſophiſticis, quibus generandis fœcunda ſunt otioſa ingenia: pruritusque ambitioſæ vel novitatis, vel antiquitatis. Nec tam quærunt in vna-

quaque re Naturæ cauſas & limites, quàm quæſtiones & lites derivatas è ſinu Metaphyſices per Logices & eloquentiæ tubos. Illud enim inter cætera, ætatis *vitium* eſt: Scientiarum mimos, & hypocritas demirari. Vnde & Concluſio Mirandulani peregregia; *errarunt antiqui, quia mathematicè res phyſicas tractarunt: errant & Recentes, qui de naturalibus mathematicè diſputant.* Quod veriſſimum in alijs quoque eſt. ADITIALIS. Scientiarum Pantomimi.

Quiſque pro indolis impetu ac inſtinctu, dirimit Scientiarum *harmoniam.* Raruſque eſt qui varietatem revocet ad vnitatem, ſeu vniverſalitatem; cùm abeant ferè vniverſi in Scientiarum diſtributione, abs generali notitia. Vnde particulares Scientiæ *ſteriles* remanent, haut minùs quàm rivi à fonte avulſi. Ipſa imprimis *Rhetorica* reſtat inanis & vacua, ex quo eam Socrates à Sapientia ſeparare auſus eſt. Hinc videas *Scientias* colligi quidem, non ſecerni: explicari & ordinari, ſed non penetrari; latiores quotidiè fieri, non profundiores. Augeri non rebus, aut ſubſtantijs: ſed coloribus, methodo, facilitate, ſimilibuſque ornamentis. Separari, non vniri, nec vllo ſocietatis vero fœdere vinciri. Pleríque recedunt ab vnitate.

Alij propterea *videntur* Scientiarum abbreviatores, alij Compendiorum dilatatores: alij nimis lenti, alij veloces nimis. Hi generaliora dumtaxat obſcurè norunt, illi cumini ſectores in apicibus & quiſquilijs immorantur. Sunt qui recedere nunquam velint, à violento præceptorum jugo: nec deſunt qui alia à publicis itinera conquirentes, Scientias fundamentales nuſquam probè addiſcunt, ideoque æternis erroribus implicantur.

EXTANT & alij *Errores* infiniti; quippe ex Platone, Ariſtotele, & Dionyſio Areopagita, lapſus aſcenſu facilior. Natura, Veritas, Virtus, vno ſe habent modo: monſtra, mendacia, peccata innumeris. Et poſito vel vno abſurdo, præſertim in initijs & principijs, abitur in immenſum. Sed iſtis ſedulò quærenda deinceps remedia.

CAPVT XVIII.

CVRATIONES SAPIENTIÆ Vniverſalis.

CVM benè eſſe multò magis in noſtra manu & facultate ſit, quàm ipſum eſſe: naturales corporis defectus qui emendare vix poſſumus, curandis animi morbis toti debemus inſudare. Quamobrem acutè ſimul & verè reſpondit ille apud Ciceronem, nævos & gibbos ſibi exprobranti; *corpus facere non potui, animum potui.* Quanquam ſi penitiùs res introſpicitur, eædem *curandæ* ægritudinis & ignorantiæ, eadem procurandæ ſanitatis & ſapientiæ præcepta. Vt meritò dixerit Hippocrates Sa- In Orator.

LIBELLVS pientiam transferri debere ad Medicinam, & Medicinam ad Sapientiam.

Sapientiæ, & Medicinæ curæ ſimiles.

PRIMVM, ex famoſis aphoriſmis; *vt impura quò magis nutris, eò magis auges ac lædis*: ita niſi errores eliminaveris priùs, quo plus ſtudes, plus erras. Deinde, *ſi purges qualia purgari oportet, confert & facilè ferunt:* multa quippe partim ſuperflua, partim noxia in Diſciplinis ſunt reſecanda. Tertiò, *concocta medicari oportet, non cruda*; nimirum ætatis & judicij maturitas expectanda eſt, antequam altioris Sapientiæ Methodus inſpiretur. Quartò; *cùm prodes vni, ſummè cavendum ne obſis alteri*; ni enim adhibeatur cautio ingens, impediunt ſe invicem Diſciplinæ. Quintò, *Medicationes non tam quantitate juvant, quàm qualitate*; nempe in ſtudio Scientiarum locum habet Græcum illud, πανῦ ἐγκ ἀγαθὶ. Pauca placent præcepta,

Ne monitis ſim minor ipſe meis.

Deducam me in compendium; *morbi tam corporis quàm animi, curari debent viâ maximè tutâ, brevi, celeri, jucundâ.*

Curatio optima.

EXPVRGATIS errorum morbis, medicina vtiquè Catholica eſto; per *Sapientiam Vniverſalem*, ſtudium veritatis. Hæc autem vt comprehendatur, *diſcendum* ſeriò, non quid variè à varijs dicatur, aut quomodo variè miſceatur in ſuis accidentibus Natura. Sed primariò quid ſit res vra, illique adhærens veritas: quomodo ea res fiat, & exiſtat; hoc enim dato, nihil non cognoſcetur. Id autem docetur in Theologia inque ſecretiori Philoſophia, alibi nuſquam. Deinde paulatim & accuratiùs veſtigandum, quibus involucris rem illam *Natura* inveſtiat. Poſtremò quibus hominum *ingenia* coloribus diverſiſſimis, per varias Diſciplinas vnicam ejuſmodi veritatem depinxerint Proptereaque deſcendendum potiùs ad ſingularia, quàm aſcendendum ab effectis: & res omnes, primariæ puritati ſunt reſtituendæ.

Quid diſcendum. Rerum natura

Involucra.

Opiniones.

Veritas vbiquè.

Hæc vna latens *Veritas* priùs cognita in ſe ſe, facilè deinceps recognoſcitur ſub quovis vultu, larva, veſte, aut colore. Vt qui ſemel perdidicerit humani corporis fabricam, vbivis Gentium ſub cute nigra candida ve: ſub Pygmæis item, vel Gigantinis membris: ſub ſago, aut togâ: ſub hac vel illa veſte diverſiſſima; ſemper & vbiquè hominem intelligit tali fabricâ, & anatomiâ conſtitutum.

Vbiquè vna.

REMOTIS ejuſmodi involucris, nudam in omni re veritatem qui contemplatur; vnam, certè *ſimillimam*, reperit & capit in omnibus. Et quos illi colores Natura, varietate gaudens, vel diverſiſſima Hominum ingenia appinxerint, facilè diſcernit. Novos, ſi lubet, veritatis vultus efformabit, antiquos verò pulchrè noſcit ac revelat: diverſis penicillis temperatos quâ ratione vni faciei conveniant, facillimè explicat. Eorum inter ſe ſimilitudinem, ſpecie tenus diſſimilem oſtendit. Cùm enim ipſa tam Naturæ quàm Artis involucra, res ſint & entia quædam; in eis quoque vniverſalis illa veritas latet, vbiquè diffuſa.

Theoria, & Praxis.

Vt appareat ea veritas humano intellectui, Saturnus Iovi, conjungendus eſt: miſcenda, inquam, *contemplationi operatio*. Et verò per ordinem conſtitutis Scientiarum fine, initio ac methodo; ea exercitia

amplectenda ſunt, quæ propiùs ad communem praxim accedunt, vt ab ea lumen hauriat mentis ſpeculatio. Vt ita à praxi ad theoriam, & ab experientia ad inventionem aſcendatur. Viciſſimque à contemplatione ad praxim, & à cauſis ad effectus deſcendatur; quæ fortè illa eſt toties Antiquis celebrata, ἀνάβασις ϗ κατάβασις. ADITIALIS.

IN aditu Diſciplinarum, *Scholæ* ſunt vtiquè frequentandæ; quaſi qui diverſorum idiomatum cupidus, in varias Regiones & Gentes peregrinaretur. Nec recuſandæ initiò manuductiones, & methodi. Sed poſtmodùm Scientiæ ipſæ proprio, vel cabbaliſtico ſtudio, non diſputando, ſed *inſtruendo* ita comparandæ; vt earum non tam Compendia, quàm per Extracta puri & nativi Textus habeantur. *Commentaria* namque molem augent, non ſubſtantiæ, ſed circumſtantiarum, vt fermè fit in hydropiſi. Scholæ frequentandæ. Studium privatum. Textus. Commentaria.

Ideò γνωμαῖς & ſuccis *exprimendæ* Scientiæ ſunt. Non quidem per quæſtiones, objectiones, deciſionès ac ſolutiones; quam Methodum, ſuas in Scholis vtilitates habere certum eſt. Præterquam quod Scholaſtica ipſa ſcientia eſt, & quidem imprimis neceſſaria. Potiùs ergo exhibendæ ſunt Diſciplinæ, per ſimplicem veritatum aſſertionem, & quaſi poſitionem *aphoriſmorum*; quâ nudam rerum naturam ſimplici & nativo ſtylo animis proponant, cum varijs Scientiarum commiſſuris, & mutuis ex ſe invicem propagationibus; quas conſtituunt partim ipſemet ordo Diſciplinarum, juxta ideam Naturæ, partim in Scientijs Coryphæorum autoritas. Extracta. Per textus & placita.

TRIA in cæteris conſiderari par eſt Ea ſunt Scientiæ cujuſque ſubſtantia, ordo, & cum alijs commune vinculum. Subſtantia Hominem profundum efficit, ordo peſpicuum, communio cum alijs doctum ſeu eruditum. Tria in quolibet Scientia.

In eum finem *juvabit* vitæ ſeries, ſtudiorum ſyntaxis, Scientiarum Encyclopædia: præceptorum, ſed præcipuè exemplorum, communes loci, rerum omnium catalogus; vt Scientia cuique & ſolida ſit, & expedita. Auxilia.

Atenim fugienda maximè ventoſa illa & jactatrix Scientia, quæ non habet niſi *paradoxa*; quæ quidem explicationes, & probationes difficillimas reperiunt. Ferè enim accidit, vt media ipſa longè impeditiora efficiantur, quàm finis acquirendus. Via namque Veritatis, haud minùs quàm Naturæ, vna & ſimplex; ideoque veſtiganda omni ſtudio, & operâ eſt. Contra vanitatem, & paradoxa.

Digitized by Google

LIBELLVS

CAPVT XIX.

VIA ET METHODVS NATVRALIS, compendio proponitur.

Errores duo præcipui. 1. Sophiſtica.

ERRORVM in Scientijs omnium, ſpecies præſertim *duæ*; Sophiſtica, & Locutuleitas. Illa implicat veritatem, auget difficultates, ſerit lites ac ſpinas: tota ſtruendis inſidijs, potiùs quàm inſtruendis ingenijs occupatur. Sophiſtas ejuſmodi denotat & damnat paſſim Divinus Apoſtolus. Altera erroris ſpecies, inanis & importuna Rabularum loquacitas eſt; quæ aures replet lenocinijs, pectus deſerit vacuum: plauſum quærit, fructum negligit. Taxat eam Pythagoras, vbi in Sermonibus Sapientiæ Sirenas Muſis præferri vetat religioſè. Quanquam & Muſis texendæ coronæ ſunt ex Sirenum alis. Nempe nativis Rethoricæ floribus, ornanda Sapientia eſt.

2. Locutuleitas.

Remedia.

Iam errorum iſtiuſmodi *Medicina*, ex oppoſito eſt Sapientiæ haud minùs quàm Naturæ ipſius vnitas ac ſimplicitas; contra Sophiſtarum ſcilicet ambages,& inanem faſtum. Ac illa quidem Naturæ & Sapientiæ via vna & ſimplex, cognita multò ante lectionem Lullij, aliorumque qui hanc materiam attigerunt in Germania, maximè & Anglia; ſupponit *pauca*, quæ hic ſeligo è multis fuſiùs ſupra recenſitis.

Omnia in Homine.

I. OMNES Scientiæ, ſicut & Entia omnia in vno *Homine*, Mundi totius breviario, ſummatim continentur.

Cuique facultati ſua propria eſt diſciplina.

II. Diverſæ Artes & Diſciplinæ, *diverſis* Hominis facultatibus conveniunt. Logodidaſcalicæ, ſeu Loquaces,vt Rhetorica & Poëtica, auribus: Eloquentia animi affectibus, quos Græci παθήματα nuncupant: Hiſtoria, Geographia, Chronologia, ferèque Mathematicæ omnes, imaginationi & memoriæ: rationi, Phyſica ac Medicina: voluntati, Ethica: intellectui Metaphyſica; mentis apici, Contemplativa & Myſtica. Homini integro plebeiis erroribus defæcato, ac ſibimet reſtituto; SAPIENTIA hæc VNIVERSALIS, quæ divinarum rerum humanarumque cognitio eſt.

Methodus Naturæ.

III. Secùs quàm ceteri omnes, noſque olim ipſi, aio Methodum *Naturæ* ipſius tenendam eſſe; quâ ipſa ſeſe Veritas explicans, & quaſi evolvens, rebus omnibus, Hominique communicat. Id circo *diſcendum* primò, quid res ſint: vt à DEI potentia ortæ, vt inter ſeſe mutua concatenatione colligatæ; vt ad varios vſus deſcendunt per Scientiarum partitiones & proprietates; quæ magis, aut minùs fœcunda ſunt. His etenim conſtat admirabilis illa Diſciplinarum harmonia, quam & Veteres nonnulli Magnam propterea Muſicam appellarunt,

Quid de rebus addiſcendum.

Diſciplinarum Harmonia.

IV.

ADITIALIS.

IV. Videndum deinde quomodo cuncta *appareant* intellectui, rationi, imaginationi, paſſionibus, ſenſibus; quæ Hominem doctum efficiunt. Tum quid de eis dicatur ab *Autoribus*, id quod propriè reddit Hominem Eruditum. Poſtremò qua ratione de ipſis *loquendum* ſit ſibi, vel alijs: publicè, vel privatim; ore, vel calamo. Idque methodicè, facilè, ornatè, eruditè; robuſtè; ex quibus formatur Eloquentia. Sedenim Artis acquirendæ *via*, ſeu Methodus talis eſto.

Quomodo res cernuntur.
Quid de rebus dicitur.
Quomodo de rebus loquendum.

V. CONFICIAT ſibi quiſque pro genio, conditione, ætate, ſtudio, otio, occupatione, &c. *Encyclopædiam* ſeu Scientiarum orbes & circulos, quot pro tempore libuerit. Ego NOVEM præmitto, quibus ſuccedet quidquid THEOLOGIA-CHRISTIANA includit. Addiſcat ſeriò vnicam illam Veritatem (hoc eſt modum ſub quo res producuntur, & extant) pro vt latet ſub involucris vel Theologiæ ſpecialiter Chriſtianæ, vel ſecretioris & veræ Philoſophiæ; quæ corporum compoſitionem, & reſolutionem edocet. Vix enim alibi generalis rerum natura aperitur. Et particulares Scientiæ, vtpotè veritatis ſegmenta, magis obſcurant quàm enucleant. Atque etiamſi ex illis aliqua perſpicuè verum edoceat, ſingularibus adhæreſcit, nec vllam *concatenationem* cum reliquis oſtendit; quæ tamen ipſius etiam ſingularis Scientiæ, pars eſt potiſſima.

Sua cuique Encyclopædia.
Addiſcenda intima rerum natura.
Rerum itidem & Scientiarum concatenatio.

VI. Tum Sapientiæ Vniverſalis *Methodum* acquirat, ordine quo hactenus proponitur in iſto Aditiali Libello. Mox artem Vniverſalis *Eloquentiæ* triplicem perdiſcat, provt exponetur in ſequenti Eloquentiæ Atrio, Templo, Sacrario.

Methodus generalis Scientiæ, & Eloquentiæ.

VII. Tandem quaſi qui peregrinatur, vt diverſas Gentium linguas intelligat; vnamquamque deſignatæ Encyclopædiæ Scientiam puram, preſſam, Scholarum compedibus expeditam ſic perdiſcat; vt attentè *diſtinguat*. 1. Omnem omninò veritatem contineri vbiquè realem, aut virtualem. Partialem verò, & quam vocant actualem, ſpecialiùs reperiri ſeu doceri in hac Scientia, vel in illa. Sic DEVS vbiquè, maximè in Theologia. Materia vbiquè, præſertim in Phyſicâ. Lux vbiquè, maximè in Tractatu de Cælo & in Optica. Anima vbiquè generatim & ex incidenti, in Libris de Animâ actualiter & expreſsè. 2. *Attendat* ſingularem cujuſque Scientiæ veritatem non exactè teneri, donec ejus cum reliquis junctura & quaſi *commiſſura* percipiantur. Sic in Scientijs ſymbolorum & diſſymbolorum facilior, aut difficilior tranſmutatio eſt.

Quid in vnaquaque Scientia.
Vnius cum alijs connexio.

VIII. Remotis ergo ejuſmodi involucris, *elicienda* eſt ex omnibus veritatibus vna generaliſſima: ex omnibus quoque Scientijs, vna ſcientia vniverſaliſſima; ſicut ex omnibus Individuis, elicitur ratio generalis ſpecifica, tandemque genus generaliſſimum. Scientiam ejuſmodi SAPIENTIAM voco VNIVERSALEM, ſeu THEOLOGIAM, ob rationes ſuperiùs à me allatas.

Vna veritas, & Scientia generaliſſima.

IX. Quemadmodum in Natura, & Naturæ Autore DEO: ſic in Veritatibus & Scientijs, omnia ſunt *vni-trina*. Semper enim vnitas primò evolvit ſe, & explicat in duo. Ambo deinde conjunguntur, vt

Omnia vnitrina.

C I BELLVS perficiant ſe ad intra in productione terrij. Tum iſtud ternarium, producit quaternarium ad extra; à quo poſt modùm multitudo per novem, viginti-ſeptem, ac triginta vix limitanda. Innuere id videtur ipſemet Ariſtoteles, vbi iſtud pronunciat oraculum. *Tria omnia ſunt; principium, medium, finis*, ipſius omnes numerum habent; *Hæc autem Trinitatis.* Mutuarum ſcilicet à Pythagoricis, apud quos *ipſum omne, ac omnia tribus ſunt definita.*

Τέλος μέσον, ἀρχὴ, &c. Τὸ ποσὸν τῆς τριάδος. Libr. 1. c. 1.

CAPVT XX.

FACILITAS ET VTILITAS METHODI Naturalis, cum gemina exemplorum praxi.

HERBAM neſcio quam memorant, à Perſarum Regibus, miſſis à ſe dari ſolitam; vt quocumque acceſſiſſent Principis juſſa perlaturi, rerum omnium copiâ feliciſſimè abundarent. Aliam quoque (Æthiopicam nominant Botanici) cujus virtute nihilnon aperitur. Id vtrumque feliciter præſtare hanc *Methodum* ſi dixero, non eſt quod Mævius quiſpiam, vel Suffænus adducto ſupercilio aut ſubſannet, aut indignetur. Longè ſiquidem minùs liberalem me præbeo, quàm publicâ velut ſyngraphâ exhibet ſe Comes Mirandulanus. *Poſſe*, concludit, *animam per viam purgatoriam, abſque alio ſtudio vel inveſtigatione, per ſolam modicam & facillimam collationem, & advertentiam ſuper jam deſuper habita intelligibilia, perfectam omnium ſcibilium Scientiam acquirere; non ſolum Platonici Philoſophi, ſed etiam inter Perpateticos hi de quibus minùs videtur, Averrois ſequaces, habent concedere.* Nullum ego opinor adeò facilibus Muſis natum, vt planè nativam illi Scientiam crediderim. Adnitendum & ſudandum eo in opere, vigilandum, & noctu diuque laborandum nequaquam abnuo. Atenim Sapientiæ ſtudium, noſtra hac qualicumque *Commentatione* contrahi & emolliri modeſtè polliceor. Sanè eam qui probè aſſecutus eſt, eâque vti novit cum prudenti arte & induſtria; ſciat ſe clavem veritatis, ſimul cum cornu copiæ revera poſſidere.

Vtilitatis Artis hujus variæ.

PATET ejuſmodi *vtilitas* copioſiſſima, ex eo quod vnâ re notâ in ſtatu naturali & ſupernaturali, cæteræ nequaquàm ignorantur. Vnica conſequenter propoſitâ ad dicendum, ſcribendum-ve; reliquæ omnes extemplò facili diſcurſu, quia circulari, ideoque perpetuo & perfecto, in promptu velut jam per digitos numeratæ evolvuntur; cum Scientiâ, Eruditione, & Eloquentiâ.

Idioma addiſcendum.

Alibi tamen juxta Grammaticæ leges, addiſcenda *Lingua* eſt; in qua placet eloqui vel orando, vel ſcribendo. Donec videlicet promiſſa dudum *Lingua vniverſalis* & primariæ idea, ſi qua extat, tanquam olim è machina Deus, nobis appareat.

Hic ergo ſolùm invenitur *Scientia* rerum intima, doctrina multiplex: Methodus facilis, inventio beata, diſpoſitio felix; modus, ac motus dicendi perpetuus. ADITIALIS.

Quibus ſanè paraturis Sapiens erit Scientiâ, Eruditione, & Eloquentiâ dives. Vix ignorabit quicquam, Autores facilè interpretabitur: Orationes & Volumina de re qualibet, fermè in promptu dictabit. Nil tritum, ſi velit, nil vulgare efferet. Novis coloribus res antiquas, novas antiquis depinget. Vni rei inſiſtens, rerum omnium vniverſitatem pervagabitur. Illâ orationis vnitatem firmiſſimâ, ſuadebit & evincet: iſtâ tot rerum jucundiſſimâ varietate, delectabit & alliciet. Cuivis in dicendo ſimilis, omnibus tamen proprio charactere diſſimilis. *Verba* ex ipſis rebus eliciet nova, propria, erudita: ſelecta, tranſlata, illuſtria.

Quod ſi ex Mythologicæ haud ſemper inanibus figmentis, Achillem nutrivit Chiron leonum medullâ: ſanctiorique anaglyphico, grandis illa apud Ezechielem Aquila tulit medullam dè cedris Libani; profectò æqui bonique conſulendum, ſi Doctiorum dapes & convivia tantillâ iſta Sapientiæ Vniverſalis medullâ apparantur. *Cap. 17.*

Medvlla eſt, nihil magis intimum. Hinc quidem leonina, quid aut fortius, aut validius? Inde cedrina, cujus perennitas doctrinæ & ſcientiæ conſecratur; vt proverbialiter dictum ſit ab Antiquis, *loqui digna cedro.* Laudabiliaque Sapientum Opera, *cera* & ære exarata celebrentur. Aquila illa porro grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu, &c. quid aliud, quàm humani Ingenij typus ac figura? Aquila hominis ingenium.

Hâc igitur enutritus Sapientiæ medullâ, ratiocinari, eloqui, lucubrare poterit, quicunque invitâ Minervâ natus minimè eſt. Non enim è quolibet ligno, fit Mercurius. Nec de facili Sapiens evadit, niſi qui animam *ſortitus eſt bonam*: doteſque corporis & animi, ſaltem probabiles. *Sap. 8.*

Vbi verò oppletum erit pectus intimum eâ Sapientiæ medullâ, à qua fortè & Sapientes Cordati olim nuncupati; cætera paulatim meditatione, ſtudio, exercitio comparare non erit operoſum. Rerum enim, Scientiarum, Verborum inventionem facillimè & eruditiſſimè noſtrum infra Sanctuarium aperiet: Diſpoſitionem, pulcherrimè extendit Templum; vtrumque amplificat, & decentiſſimè Atrium exornat.

Ac ne ſola rerum ſuperficie diffundatur jejuna, & inanis noſtri Sapientis tum Scientia tum Eloquentia (quem nævum in Arte-Lulliana, plerique reprehendunt) latentes intus veritates, adjunctaſque Autorum ſententias; ſuggerunt diverſæ in Encyclopædia Scientiarum claſſes, & noſtræ hujus Methodi non otioſa penetratio. Scientia non arida, & ſicca.

Sed-enim quoniam theoria, abſque praxi, fermè chimæra eſt; placet in coronidis modum attexere hîc *exemplum* duplex Vtrumque compendio exprimet, qua ratione juxta Methodi hujus leges ac præcepta, Generalem Virtutis & Sanctimoniæ *Iſagogen* concinnavimus, cum Latinis iſtis circa Scientias evulgatam. Exempla duo.

LIBELLVS A C in prima quidem Operis Parte, ſcopus mihi fuit ſuadere Veram Religionem; in qua continentur generatim tam veritates credendæ, quàm virtutes exercendæ, vt ad vitam in cælo felicem perveniatur. Quidquid igitur fidei eſt, concluſi in cognitione DEI & veri Filij ejus, quem ad nos miſit, IESV CHRISTI. Virtutes à gratia Ethicæ & Theologicæ, veram ſinceramque pietatem efficiunt, cui corona juſtitiæ reſervatur in beatitate.

I. LIBER Religio vera.

Probandum igitur ante omnia ſuſcepi de DEO an ſit, quid ſit, qualis ſit. DEVM eſſe oſtendi ex illius nomine, humano inſtinctu, ordine Vniverſi: ex neceſſitate vnius principij, & primæ cauſæ: ex conſenſu Scientiarum, & Hominum; eorum etiam qui *ponunt os ſuum in cælum*, loquentes impietatem.

Pſ. 72.

Quid ſit deinde DEVS, explicat natura illius vnica: Perſonæ verò tres; Pater, Filius, Spiritus-Sanctus. Proprietates DEI demonſtrant, interiùs Attributa naturæ intima, operativa, perfectiva: ad extra Mundi creatio, Reparatio, ſimul & veræ Religionis inſtitutio. Nempe inter Patriarchas, in Natura: inter Iudæos, ſub Lege Moſaïca; inter Chriſtianos, in plenitudine Evangelij.

ATQVE hinc exoritur in altera Voluminis Parte, à CHRISTO Inſtitutore *Religio Chriſtiana*, diverſis argumentis vendicata. Cujus quidem principium, Fides eſt Catholica docens tum credenda, tum facienda. Fructus verò, pietas Eccleſiæ ſincera; tradens quid agendum, quem ob finem, qua ratione. Idque in omni conditione, nominatim autem in votiva Monaſtica.

Inſtructio Catholica.

IAM in Parte tertia Libri hujus primi, INSTRVCTIO CATHOLICA, hocce filo pertexitur. Ex probata ſuperiùs neceſſaria DEI vnius exiſtentia, oritur fluxu relativo nativoque neceſſitas vnius quoque Religionis. Is etenim ſupremus rerum Conditor, ſpecialis Hominum eſt & Rex, & Pater. Vt Regi debemus ſubjectionem, vt Patri filialem obedientiam. Vtroque modo pendere ab illius nutu & voluntate, vna & tota noſtra felicitas eſt.

Hanc ergo noſſe debemus, vt exequamur; ignota verò æternùm manebit, niſi publicetur. Id non præſtat DEVS, niſi loquendo vel ſuo modo, vel noſtro. Si ſuo, non caperet imbecillitas humana: ergo noſtro nobiſcum more loquendo, ſua nobis placita & edicta promulgat ſupremum Numen. Nempe per inſpirationem interiùs, exteriùs per ſcripturam, & Eccleſiam. Tria hæc, Inſpirationem, Scripturam, Eccleſiam; ſoli Catholici-Apoſtolici-Romani jungunt in vnum principium generale, & regulam fidei certiſſimam.

Hæreſes verò quotquot ſubinde pullularunt, vt germina viperarum, nominatim ſecta Calvini; carent principio Religionis generali, regulâ fidei certâ, fundamento ſalutis inconcuſſo. Quippe qui vni dumtaxat innituntur Scripturæ. At hæc ſola & ſeorſim, planeprorſus inſufficiens comprobatur. Plura enim, permagni etiam momenti, in Sacro illo Codice deſiderantur. Deſideratur ſæpè, & perſpicuitas. Pluribuſque in locis ſanè obſcuriſſimis, canonica interpretatio.

Neque vlli Mortalium ſufficit Sacer ille Canon, vel pro ſeipſo inſtiruendo: vel pro omnibus tam credendis, quàm faciendis. Sed nec pro omni tempore & loco, neque demum pro cunctis promiſcuè Hominibus. Immò ex jactura notabili Textus originalis, nulli vel eruditiſſimo ſatis eſt canonica Scriptura; niſi ſuperaccedat velut ſupplementum neceſſarium, Iudex in deficientibus ſaltem & ambiguis, autoritas ECCLESIÆ. Quæ eam ob rem ſola eſt Viſibilis, Infallibilis, Vna, Sancta, Catholica: Continua, Perpetuaque; ſub capite viſibili, ſeu Pontifice Maximo, CHRISTI in terris Vicario. In qua etiam ſola reperiunrur doctrina integra, & Terrulliani verbo, *plenaria*: vera Sacramenta, conformiras demum cum Eccleſia primitiva, vel Calvini confeſſione expreſiſſima. Id quod in duodecim præcipuis Catholicæ fidei Articulis accuratè ſatis per Scripturam, Patres & Rationem, in diviniſſimo autem Euchatiſtiæ Sacramento, plenariè demonſtro. ADITIALIS.

His porro omnibus caret Hæreſis. Proptereaque à quovis æternæ ſalutis ſuæ cupido, Hæreſes ſtatim omnes *abijciendæ* per DEI gratiam; *velut opera tenebrarum, vt induamur arma lucis* in cælo nuſquam extinguendæ. *Rom.* 13.

EADEM deinceps arte, inſtruo MORALEM-CHRISTIANAM, in vira Monaſtica, Oeconomica, & Civili; per Virtutes omnes, quas principes moderantur Cardinales quattuor, treſque Theologicæ. II. LIBER MORALIS-CHRISTIANA.

Ex illis emergit poſtremo labore, juxta commercium naturæ & gratiæ, vita, vt vocant, DEVOTA. Illinc quidem Activa eſt, hinc Contemplativa. Videlicet per principia Pietatis ſinceræ, obeditionem divinæ voluntati abſolutiſſimam: ſecretaque omnia *Theologiæ Myſticæ*, & ſanctitatis inter Homines rariſſimæ. Quâ demum fibulâ, felicirer clauditur *Circulus* noſter *duplex*; Hominem, ex Numinis indulgentia & CHRISTI gratia, exercens & præparans ad beatitudinem: III. LIBER THEOLOGIA-MYSTICA. Circulus duplex.

Primus *Scientiâ* conſtat partim Humanâ, partim Divinâ. Secundus quidquid veræ *Religionis* eſt ac pietatis ſolidæ, ſuo ambitu complectitur. Vterque quod circulo, naturæ, veritati, ſcientiæ, gratiæ, virtuti, proprium eſt; à DEO incipit, in illum deſinit. Qui eam ob rem A. eſt & Ω, principium & finis. 1 Scientiæ Humanæ, & Divinæ. 2 Religionis, & Sanctimoniæ. *Apoc.* 1, 21. & 22.

SIC ſe haber noſtrum SAPIENTIÆ-VNIVERSALIS Studium, ſeu Scientiæ pariter & Sanctimoniæ Digeſtum.

LIBELLVS

CONCLVSIO AD STVDIVM *Sapientiæ parænetica.*

Proverb 17. STVDE *Sapientiæ, fili mi.* Præclarum ſcilicet Salomonis proloquium, quo ad ingenerandam animis noſtris divini hujus Studij cupidinem nihil opinor aut præſtantius, aut potentius. Si etenim Sacris frequenter Scripturis *male-* *Eccli 15. Sap. 13.* *dictus ſtultiſſimuſque* perhibetur, *in quo non ſubeſt ſcientia* DEI. Si *Proverb. 2.* ſummè miſer qui *non didicit ſapientiam, nec novit ſcientiam Sanctorum.* Beatus ex adverſo cenſendus revera eſt, quiſquis cum Daniele, *Daniel. 1.* ejuſque felici Contubernio, *eruditus eſt omni ſapientiâ, cautus ſcientiâ, & doctus diſciplinâ.* Vt ſtupor ſit Homines & veri, & boni, & beati- *Sapientiæ fructus.* tudinis nativo impetu avidiſſimos; circa tamen Sapientiæ ſtudium, immani veterno torpeſcere. Ignorant, credo indubiè, quàm ſit dives, jucunda & excellens Sapientiæ comparatio: quamque Sapienti, alijſque per ipſum tum honora & grata, tum vtilis & proficua.

CONSVLANT, ſi lubet, Regem illum inclytum, cui Sapientiſſimi elogium à cælo, & ex voto, conceſſum eſt. Numquam profectò ceſſat ab illius æſtimatione commendanda. Neque alibi copioſiùs, quàm Proverbiorum tertio. Vbi verba ſigillatim ponderanda. *Beatus Homo qui invenit ſapientiam, & qui affluit prudentiâ. Melior eſt acquiſitio ejus negotiatione auri & argenti, primi & puriſſimi fructus ejus. Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non poſſunt comparari.* Subjungit ibidem proprietates illius, & effectus planè mira- *Cap. 8.* biles. Tum magnifica exhortatione concludit; *Accipite Diſciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite.* Repetit rationem ipſiſſimam; *melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari.*

Cap. 2. Quò minùs mireris, ſi Sapientiam vides ab eodem Salomone *theſauris* comparari: & quidem abſconditis, vtpote pretioſiſſimis. *Quinque abſcondita.* Nam res præ cæteris *quinque*, ingenti curâ occultas reperio ad au- *Ignoto Deo. Actor. 17.* gendum illarum pretium: noſtramque, opinor, reverentiam. DEVS *1. Timoth. 6.* certè præ reliquis velat ſe ſplendoris exceſſu, ſimul & tenebra- *Pſ. 17.* rum caligine. Iam ad ſui exemplar Autoris Natura, ſua habet arcana, & antra; vt ille, *qui formas ſe vertens in omnes,*

Virgil. Georg. IV. *Intus ſe vaſti Proteus tegit obijce ſaxi.*

Cordis ſcrutator Deus. Sap 1. Nihil deinde ſecretius, quàm cordis humani loculi & latebræ, ſoli *Abyſſum, & cor hominis inveſtig. Eccli 42.* DEO καρδιογνώστη perviæ. Tempus verò futurum tanta obvolvitur *Actor. 1.* caligine, vt noſſe momenta illius, ſit Patris tantùm æterni prærogativa. His igitur quidni adnumerentur theſauri Sapientiæ, tam abſconditi, quàm pretioſi? Revera vtrumque copulat cæleſtis hæc *Cap. 45.* apud Iſaiam pollicitatio. *Dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana Se-* *Cap 28.* *cretorum.* Nempe ex Iob Philoſophante in ſterquilinio, *trahitur ſa-* *Baruc. 3.* *pientia de occultis.* Neque eſt, vaticinatur alter, *qui poſſit ſcire vias ejus.*

Quod ſi ita ſumus à natura comparati, vt curioſitatem, ſtudium, affectum, amorem vehementiùs ſollicitent & theſauri, & abſconditi, & pretioſi; quorſum, amabo, tantopere languemus ad cupidinem Sapientiæ quæ cunctis divitijs opulentior: gaziſque vel abſconditiſſimis, vel pretioſiſſimis longè tum jucundior, tum excellentior eſt?

ADITIALIS.

SANE, in Diſciplinis *excellentiæ* menſura objectum eſt. Sapientia verò cùm tota erigatur, occupeturque in veritate generatim contemplanda; non video ſatis, quid eâ aut præſtantius, aut vniverſalius, aut firmius vel cogitando effingi queat. Præcellit, quoniam regnat in apice mentis, rerumque omnium faſtigio. Latiſſima eſt, quoniam creata æquè & increata, res naturales perinde ac ſupernaturales ſuo latè ambitu complectitur. Certiſſimam demum non eſt qui neget; quando & Fidei revelatæ robur inconcuſſum, & humanæ Scientiæ evidentiam ἀποδεικτικὴν, feliciſſimè conjungit.

Sapientiæ excellentia.

Hinc ſoli DEO propria paſſim aſſeritur, maximè ab Auguſtino; vbi ſubtiliter in ſapientia, diſtinguit ſcientiam, *& ſic Dei eſt: à diligenti inquiſitione*, quo dumtaxat modo ad Hominem ait pertinere. Vultque propterea idem ſacer Scriptor, ſcientiam noſtram comparatam divinæ, meram eſſe ignorantiam. Simiam, non illepidè, vocavi antea cum Platone. Fatetur ſimiliter Divinus Eccleſiaſtes, poſt multa experimenta *intellexiſſe ſe, quod omnium operum* DEI *nullam poſſit Homo invenire rationem, eorum quæ fiunt ſub ſole: & quantò plus laboraverit ad quærendum, tantò minùs inveniat; & quod etiam ſi dixerit Sapiens ſe noſſe, non poterit reperire.*

De Academ. c. 8. Duo continet Scientia. *L. 11. Confeſſ. c. 4.* *Cap. 8.*

HABET nihilominus ea inquiſitio præter divitias & excellentiam, honeſtatis, jucunditatis & amœnitatis non parum. Sapientia namque, eodem definiente Auguſtino, amor & ſapor eſt boni, pulchri, veri, puri.

Porro minimus guſtus rerum ejuſmodi, anteit infinitis paraſangis ſummis de cætero delicijs, ſed inferioris gradus. Propterea non ſemel in Canonicis, *melli* comparatur *doctrina*: ac pulcherrimo acroamate, Sapiens ſuavis memoratur *animæ ſuæ*. Nempe nulla major vſpiam felicitas, quàm inſtar Paſtoris illius favis nutriri. Nec non alterius è Sapientum grege imitamento, intùs mel habere eruditionis & doctrinæ: foris oleum ſtudij, & exercitationis.

Bonitatem, & Diſciplinam & Scientiam doce me. Pſ. 118. Proverb. 24.

VIS paucis te abſolvam, quot & quanta ſint Sapientiæ commoda? Verbo dicam, efficit SAPIENTEM. Non ſtoica indole Deum terrenum, aut ſaxum vivens. Sed cæleſti penicillo, *fortem, robuſtum, validum*: plenum *generoſitate, contubernium habentem* DEI. Vt etiam *ſi fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ.*

Ardeums ſeis ſtoicus. *Vir Sapiens, fortis: & vir doctus, robuſtus & validus. Proverb. 18.*

Nempe ſimul cum natura & fortuna, extra omne imperium Sapiens eſt; virtuti, ſibi, DEO, nulli vltra, ſubjectus. Ac ſi hyperbolas de porticu reſecaveris, omnia ſua ſecum portat, quia habet in ſe repoſita. Nec fortunam venientem ſentit, nec recedentem. Nihil aget ſolius opinionis causâ, aut famæ: ſed omnia ex conſcientiæ debito, & præſcripto. Patriam ſibi eſſe novit non Mundum, non Cælum, ſed DEI ſinum. Licita ex voluptatis, honorum, & opulentiæ penu circa

Seneca Lib. de Beat. vit. de Brevit. vitæ, de Conſtant. & alibi paſſim. Sapientis deſcriptio.

LIBELLVS ſe reſpicit, vt brevi avolatura: intra, nuſquam admittit. Cunctâ examinans ad ſupremæ voluntatis trutinam, nomen mali non novit niſi vbi crimen & ſcelus. Nec bonum vllum aliud quàm in virtute, agnoſcit: ſed illâ quidem ſincerâ, ac minimè, aut fucatâ aut ventoſâ. Præteriti memor in prudentiæ documenta, gnarus præſens ſatis eſſe morituro, ſeque extendens totum in ſpem futuri & æterni; providet ſuâ æquanimitate & de craſtino incuria, ne vllus ſibi ater dies occurrat. Scit puſilli eſſe animi, qui ſibi placet. Alijs tamen, etiam ineptiſſimis, ſeſe aut clementer, aut patienter accommodat; procul omni tum arrogantiâ, tum adulatione. Columbæ inſtar, ſimplex & manſuetus, fallere non vult: prudens, ad morem ſerpentum, cavet falli. Os habet in corde, ſapientiam in pectore. Rerum indagator, non vocabulorum artifex; plauſum deſpiciens, grandia non loquitur, ſed vivit: nec pergit tamen quò ducit quotidiana conſuetudo, ſed quò eundum eſt. Ideoque ſæpiùs, vt ſidera, per iter mundo & vulgo contrarium. Creatis omnibus ſobriè & parcè vtens, non fruitur niſi DEO; quem pectori ſuo ſentit altè inſculptum. Quem ſuſtinet hinc judicem, inde renumeratorem; vitam habens in patientia, mortem in deſiderio. Ne multa; liber eſt non in velamen impietatis, ſed quâ libertate nos CHRISTVS donavit. Tutus, indemnis, ſecurus extra telum & ictum;

Eſtote prudentes, &c. Matth. 10.

1 Petr. 2. Galat. 4.

Et terræ, & pelago ſapiens dominatur, & aſtris.

Proverb. 16. Eccli. 15. Sap. 8.

REDEO ad ſacra, vtilitates Sapientiæ acervatim cumulaturus. *Fons vitæ, eruditio poſſidentis* eſt. *Divinæ ſalutis, ſapientia & ſcientia.* Illa nimirum *doctrix Diſciplinæ* DEI, *& electrix operum illius. Et ſi divitiæ appetuntur in vita; quid ſapientiâ locupletius, quæ operatur omnia? Si autem ſenſus operatur; quis horum quæ ſunt, magis quàm illa eſt artifex? Et ſi juſtitiam quis diligit, labores hujus magnas habent virtutes. Sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita Hominibus. Et ſi multitudinem ſcientiæ deſiderat quis, ſcit præterita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum: ſigna & monſtra ſcit antequam fiant, & eventus temporum & ſæculorum. Propoſui ergo hanc adducere mihi ad convivendum. Sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædij mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores juvenis. Et acutus inveniar in judicio, & in conſpectu Potentium admirabilis ero, & facies Principum mirabuntur me. Tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient: & ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent.*

Præterea habebo per hanc immortalitatem, & memoriam æternam his qui poſt me futuri ſunt relinquam. Diſponam Populos, & Nationes mihi erunt ſubditæ. Timebunt me audientes Reges horrendi. In multitudine videbor bonus, & in bello fortis. Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa. Non enim habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus illius, ſed lætitiam & gaudium. Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo quoniam immortalis eſt in cogitatione Sapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona: & in operibus manuum illius honeſtas

ſine

ſine defectione, & in certamine loquelæ illius Sapientia, præclaritas in communicatione ſermonum ipſius; circuibam quærens, vt mihi illam aſſumerem.

ADITIALIS.

QVID NI verò idem te ſtudium inflammet, eadem accendat cupido? Tibi felix eſſe potes, alijs debes prodeſſe. Vtrumque vera & germana præſtat Sapientia. Sapientibus quippe ſecus accidit quàm ſanis. Iſti ſideratos aut infectos lue & gangrenâ tantùm abeſt vt ſanent ſua familiaritate, quin potius eorum contagio labefactantur. At verò *qui cum Sapientibus graditur, Sapiens evadit.* Lingua Sapientum, *ſanitas eſt.* Et felices Reſpublicæ deputantur, cùm illis præſunt aut Sapientes, aut Cultores Sapientum. *Doctrina Prudentum facilis*, illos reddit *amabiles*, dum *periti multos erudiunt.*

Prouerb. 13. *Proverb 23.* *Ibid. c. 14.* *Eccli. 37.*

Quoties porro, LECTOR CATHOLICE, tot tantiſque elogijs cumulatur præclara hæc Doctrina, eam nolo intelligas temerariam divinæ naturæ & diſpoſitionis interpretem; quam proficiſci affirmat Tertulianus, de ingenio Sapientiæ ſecularis: quam & Dominus ſtultitiam vocans, ſtulta mundi in confuſionem etiam Philoſophiæ ipſius elegit. Aut quas idem ipſe Apoſtolus doctrinas vtiquè adulteras, inter carnalia crimina numerat. Quibus, autore Dæmone, ſapiunt adverſus veritatem & ad laſciviam Hæretici. Ad veram igitur vrgeo te θεοσέβειαν, verè ſacram & Sacerdotum conjugem. Hoc eſt, ex noſtro Paulo, *cognitionem veritatis quæ eſt juxta pietatem: ſeu doctrinam, quæ ſecundùm pietatem eſt.* Cujus nimirum fundamentum & ſtructuram ſtatuit Iſidorus Peluſiota, virtutem: decus & ornamentum, eruditionem; coronidem & faſtigium, rerum divinarum intelligentiam. Ea, inquam, quæ Sapientis mentem efficit cælum & thronum DEI ſedentis ſuper Cherubim. Quo emblemate purpureo, Scientiæ plenitudinem ſignificari vult Auguſtinus. Illa iterum quam Regiam, Sacerdotalem, ſimulque Propheticam Sacri æquè ac Profani conteſtantur. Vel quia Regum, Sacerdotum, tandemque Prophetarum proprium eſt ornamentum. Vel quia Cultores ſuos ad æquales ejuſmodi gradus excellentiæ evehit. Vno verbo, quæ ab Iſaia appellatur *Sapientia Sanctorum.* Quam & à Salomone magnificè tractatam refert Macabæorum Hiſtoria.

De Præſcript. c. 7. Vera Sapientia. *De Virgin. veland. c. 2.* *C. 2.* *Nazianz. Epiſt. 122.* *I. Ad Timot. 6.* *Tit. I.* *Timoth. 6.* Doctrina & Pietas *L. 2. Epiſt. 101.* Tribus conſtat *P. 98.* *Ibid.* Sapientia Sanctorum. *Iſa. 40.* *Libr. c. 2.* *De Virtut. c. 11.*

EX quibus Sapientiæ definitionem & encomia, Pariſienſis Præſul ſubtiliſſimus colligit in hunc ſenſum. Sapientia *ſapida eſt Scientia* vel cognitio ſapora. Illi ſanè ſaporem tribuit tum cognitionis, tum affectionis. Quo duplici dono, mens Hominis ſtatuitur *in horizonte* regionis Angelicæ; hinc Cherubinos attingens, inde Seraphinos. Quorum etiam affectus ac veluti præſentiam, ſaltem per effectus, trahit intra ſeipſam. Vnde phraſis Prophetarum frequens, *dixit Angelus qui loquebatur in me.* Demum, vt concludam paucis cum eodem Antiſtite; nullius non virtutis & doctrinæ, ad quam hîc exhortor, primò compendium eſt abſolutiſſimum. Deinde contra ignorantiam & vitia, omnium medicamentorum fortiſſimum ac ſalubertimum. [Etenim per Sapientiam ſanati ſunt, quicunque tibi placuerunt Domine à principio.]

Duobus modis vocatur ſapida. *Zachar. 1. 4 5.* *Sapient. 9.*

Libellvs Aditialis. Sap. 6. Iſa. 50. Proverb. Sap. 14.

Ergo agite, macti & alacres; *diligite lumen Sapientiæ, omnes etiam qui præeſtis Populis. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis.* Mittit ancillas cæleſtis Sapientia, *Scientias* aio ac ſæculi Diſciplinas, per vicos & plateas; vt retrahat vos ab infantia, ab inſcitiæ bello, ab imperitia, à ſtultitia. Vos ad ſeſe invitat, allicit, trahit, rapit; ſuâ nimirum opulentiâ, pulchritudine, excellentiâ, multiplici vtilitate. Nemo igitur ſit deinceps vſque-adeò vecors, qui non ambiat divinum Sapientiæ connubium, *quærens ſponſam ſibi eam aſſumere.* Quo nimirum parturiat fructus honoris & honeſtatis, virtutis & ſanctimoniæ.

Sap. 8. Eccli. 24.

Qvanqvam vt ſimus omnes *repleti omni Scientia*, ſummo ſemper cavendum opere eſt, ne Lucifer noctefcat in Veſperum. Ne dum *cogitas aſcendere* ſuper altitudinem nubium, ad infernum detraharis in profundum laci. Ne efferente te ſuperbia cordis tui, dum exaltas ſicut aquila inter ſidera nidum tuum, inde decidas: cum Nabuchodonozore fœnum vt bos comedas, ſimilis factus jumentis inſipientibus. Vno verbo; *ne Sapientia tua, & Scientia tua hæc te decipiat*, vide & adverte diligenter; ne, dum te præſumis & jactas Sapientem, ſtultus fias.

Rom. 15. Iſa. 14. Abdias. Daniel. 4. Pſ. Iſa. 47. Rom. 1.

Atqve vt illæ abſint miſeriæ vltimæ, ſemper agnoſce & fatere dum hîc exulas, quidquid Scientiæ & Sapientiæ inflat, ni adhibeatur ſolida Charitas & Pietas ſincera, eſſe æs ſonans & tympanum tinniens: laborem, afflictionem, & vitæ occupationem peſſimam.

1. Cor. 13. Eccli. 1.

Scilicet multa dicimvs, et deficiemvs verbis: consvmmatio avtem sermonvm, ipse est in omnibvs; qvi est Devs benedictvs in secvla. Amen.

Eccli. 43. Rom. 9.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SAPIENTIÆ VNIVERSALIS

PARS PRIOR,

QVÆ EST

HVMANÆ SCIENTIÆ GENERALE SYNTAGMA.

OPVS NOVA METHODO,
multiplici ſtudio ac labore, ex Humanis
Novem Diſciplinis vno Textu con-
cinnatum; in gratiam præcipuè
Eruditorum, Piorum: Lecto-
rum, Concionatorum &
Fidei Chriſtianæ-Catho-
licæ Paratu-
ram.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FR. LEONIS
CARMELITÆ RHEDONENSIS,
SCIENTIARVM
CONTEXTVS
GENERALIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROLOQVIVM AD OMNES SCIENTIAS.

SCIENTIA veritatis perceptio eſt non minùs indubitata, quàm perſpicua. Quæ ergo rationes evincunt in præcedenti Libello Aditiali vnam vbique Veritatem, ſaltem ἀναλογικῶς & iuxta leges proportionis, vnicam quoque Scientiam ſuadent Vniverſalem. Quarę ea ipſamet rerum omnium textura, & conſequens ex ea Diſciplinarum nexus, Sapientiam eiuſmodi Catholicam DEO addicit; vtpote Scientiarum Domino, cunctorum principio ac fini. 1. Reg. 2. Apo. 1. Scientia Vniuerſalis à Deo & ad Deum.

Inde adeò pretium operæ duxi quidquid Diſciplinarum eſt, vno Syntagmate complecti. Εγκυκλοπαιδείαν Veteres dixêre. Neque potior ad id methodus, quàm Naturæ & Numinis imitatio; à quibus cuncta pondere, numero & menſurâ ordinatiſſimè diſpenſantur. Ea nimirum concatenatio, perquàm idonea comperitur Hominibus erudiendis; dum Scientias prehendunt vitæ inſtituto aut neceſſarias, aut proficuas, aut jucundas. Dum igitur quiſque ſuam ſibi Diſciplinam, quantùm juvat ac decet, maiori curâ apparat; nobis ſatis ſuperque eſto Scientiarum omnium CONTEXTVS ISTE GENERALIS, quem DEO duce & CHRISTO præcentore, adorior in hunc modum. Scientiarum generale Syntagma. Sapient. 11.

DOCTRINA omnis laxiori ideâ, latiſſimoque ſignificatu aut DIVINA eſt ET INSPIRATA, aut HVMANA ET INVENTA. Præibit iſta poſterior, quia magis noſtri eſt conſortij. Scientiæ partitio prima, in Diuinam & Humanam.

RVDIMENTA.

SCIENTIA HVMANA.

TITVL I. *Altera Scientiæ diviſio.*

GEMINO hocce elogio à me includitur notitia omnis, quam ſolers Hominum induſtria quà meditando, quà docendo, quà lucubrando certis regulis ac legibus illigavit. Partitio eiuſmodi notitiæ omninò *duplex*. Prior, ſuo cingit ambitu Scientias Theoreticas; Phyſicam, Mathematicam, Metaphyſicam. Poſterior, Practicas amplectitur; quibus exercentur Sermo, Ratio, Actio.

Scientiæ omnes do endæ ex ipſamet Hominis natura.
In Medulla cap. 1. 2 & 9.
Mirab. facta eſt ſcient. tua ex me. Pſal. 138.
Triplex gradus in homine.

Porro Naturæ ſimul & Doctrinæ imitamento ordimur ab Inferioribus, quarum major cum noſtris ſenſibus conſuetudo. Et certè ex veteri oraculo, ſuperiùs jam inſinuato, nulla melior Homini Schola, quàm HOMO ipſe. Solo ſe Magiſtro addiſcere potis eſt Scientiam illam Vati Purpureo mirabilem. Ita ſe vnum habet veritatis compendium, vt modò perfectè ſe nouerit, nil planè ignoret. Naturæ Pontificem dixeris, cuius pectori inſculpta DOCTRINA ET VERITAS. Ad hanc amuſſim Hominem exigo; præclaram velut Templi Salomonæi effigiem. In Veſtibulo vita Sentiens, in Navi Ratiocinatrix, in Sacrario Intelligens. In primo nimirum aditu proſtant Senſus, Παθήματα, Vis Imaginatrix. In medio ſtant Cogitatio, Ratiocinatio, Iudicium. In penetrali & pulvinari ſedent Intellectus, Mens, Apex.

Variæ ætates.

Vigent ſenſus maximè in Pueritia. Natis ſiquidem Hominibus ſtatim aperiuntur oculi vt videant, aures vt audiant, os vt vocem edant. Cum Adoleſcentiâ efflorеſcunt cogitatio, & ratiocinatio. Iuventus matura, jamque in confinio Virilitatis, roborat vim ingenij ac Iudicium. Dumque provectior ætas paulatim defæcatur, mens partim liberior euadit & purior in ſublimiſſimarum rerum contemplatione: partim per eiuſmodi ſpeculationem ſubtiliter adinuenta, præclarè exequitur.

Primum quod animale, deinde quod ſpiritale. 1 Cor. 15.
Primus Circulus Scientiarum Senſitiuarum.

Quia enim craſſa, ſpiſſaque cognitio anteit ſpiritali, ante omnia corporeæ rerum imagines incurrunt in aures, inque oculos; quos primos veluti exploratores, in extremis conſtituit ſagax & prudens Natura. Horum relatu admonita mens ſtatim conquirit *nomen* earum rerum, quas ſeu viſu ſeu auditu percepit; vt eas ſcilicet dignoſcat; illarum recordetur, deque illis colloquatur. Huius igitur propylæi præſes Pallas ſeu Minerua, prima illa Eruditio eſt, quâ traduntur Litteræ-Humaniores; ex eo ſic nuncupatæ, quod Hominum ſint natiuæ dotes, pulcherrimaque ornamenta. Enim-verò non alio conſilio res aurium, oculorumque operâ animis imprimuntur, quàm vt deinceps exprimantur ſermonis beneficio. Eapropter Natura, & naturæ Ars imitatrix, loquelam efformat. Id verò docet *Grammatica*, [quam in Latinum transferentes *Litteraturam vocauerunt*. Quo magis impetranda erit venia, ſi minora quidem iſta, verùm Operi quod inſtituimus neceſſaria noo præteribo. Nam & ædificiorum faſtigia molientibus, nec fundamenta omittuntur quamlibet rudia ſint & obſcura. Eſt ſua etiam ſtudijs infantia. Et ſicut fortiſſimorum corporum robur à lacte, cuniſque initium ducit, ita perfectiſſima eloquentia à vagitu.]

Humaniores Litteræ.

Grammatica.
Quintil. inſt. l. 1. c. 1. 5. & al.

Sedenim tam fruſtraneo quàm ingrato labore relata addiſcerentur, ſi ſtatim effluerent è memoria. Et hæc nimirum idonea ſatis ratio fuit, vt Grammaticæ adnectatur *Hiſtoria*. Nempe vel ex propria etymologia, recenſet ſolùm quæ priùs viſa fuêre; additis rerum, quæ narrantur, cauſis & annexis.

Hiſtoria.

Poëtica.
Naturâ tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus annis, &c.
Iuſtitia litterarũ, ſolâ memoriâ cõſtant; quæ non modo jam eſt in Paruis, ſed etiam tenaciſſima eſt, &c.

Quare etiam ſuccedit demum *Poëſis*, quæ dum lenocinantibus fabularum mendacijs, ſuis numeris, gratâque harmonia firmiùs ac jucundiùs teneræ & adhuc nudæ imaginationi adhæreſcit; percepta ſemel, feliciùs retinet & conſeruat. Quem profectò ordinem acutè, vt cætera vidit Quintilianus, vbi duas Grammaticæ partes definit, rationem loquendi, & enarrationem Autorum; quarum illam Methodicen, hanc Hiſtoricen vocauit. Addítque paſſim Poëtas legere, examinare, interpretari munus eſſe grammaticum. Vt meritò concludat Grammaticis Poëticas à ſe datas, & Hiſtoriam eſſe Rhetorices initia.

Hactenùs clarè, opinor, prima Scientiarum paratura per tres ordines ſeu

Digitized by Google

circulos Hominem crudit in primo gradu quem dixi Senſitivum. Relegens itaque veſtigia tum Naturæ, tum Doctrinæ; agedum, noſtra ſe prodat Eruditio cum ipsâ primulæ ætatis Catecheſi. Hanc apparat SCIENTIA SERMOCINATRIX triplex; *Grammatica*, *Hiſtoria*, *Poeſis*.

RVDIMENTA. Scientia Logodidaſcala triplex.

GRAMMATICA.

TITVL. II. *Grammaticæ Tituli* IX.

HAc primâ Puerorum Diſciplinâ, ac fortè Deâ Veteribus Fabulinâ, numero apud nos Encyclopediæ ſacro, & in omni ſubinde Diſciplinâ ſolemni, cluditur

Per Titulos IX.

- Obiectum, Locutio Hominis emendata.
- Alphabetum, varijs characteribus exaratum.
- Nomina, Verba, Declinationes, Coniugationes.
- Syntaxis, Glottomathia, Orthographia.

GRAMMATICA nimirum Ars eſt ſeu Diſciplina, quæ officio triplici artem tradit legendi rectè, loquendi emendatè: ſcribendi correctè, vnde & illi nomen inditum. Quod triplex munus præſtat ſtructurâ congruenti litterularum, ſyllabarum, vocum ſeu dictionum, & orationum; ex quibus ſimul iunctis, ſermo prodit & elocutio. Ita-vt Grammaticæ OBIECTVM Sermo ſit. Qui profectò aliud eſt nihil, quàm veritatis cuiuſpiam expreſſio menti ſeu Divinæ, ſeu Angelicæ, ſeu Humanæ per cogitationem impreſſæ. Adeò vt hos infra tres gradus, vſus Sermonis propriè ſit nullus; cætera quippe carent ratiocinio, omnique veritatis notitiâ. Quare qui ab illis ſonus editur, aut violentus eſt, aut confuſus, aut diſtinctus: ſemper tamen citra cognitionem rationis, & peritiæ conſuetudinem. Tympanum, Buccina, Echo altè perſonant; haud tamen à nativo, & intimo murmuris illius principio: ſed à vicinorum corporum colliſu, aërem inter ſeſe comprimentium. Rugit Leo, mugit Taurus, hinnit Equus: illique clamores erumpunt quidem à vita animali, ſed qui nil habent nec diſtincti, nec diſcreti. Vocum aliquali diſcrimine inerudiuntur Pſitaci, Picæ, Merularum genus omne: At locutio eiuſmodi Volucrum ſemper parcior, neque vnquam vltra præcepta; ſpecimen arguit imaginationis, rationis nequaquam. Homo igitur mediæ Spiritus inter & Corpora naturæ, voce pollet nativâ, vivaci, diſtinctâ, eruditâ. Eaque vox humana, Sermo propriè eſt; cuius vſu vel ſecum loquitur, vel cum alijs ſermocinatur.

Triplex illius munus.

Obiectum Grammaticæ, Sermo.

Id autem vt rectè ac facilè conſequatur, vocanda in ſubſidium GRAMMATICA eſt. Ars nimirum fabricata humanæ Societati, Diſciplinarumque commercio pervtilis, ne dicam neceſſaria; conſtans vtique ſicut varijs obſervationibus, ita partibus quoque & muneribus diverſis. Primum inter ea, *Lectio* eſt; (quâ docetur ' Puer prima elementa dignoſcere, ſyllabas connectere, orationem integram ' recitare. Vbi quoque ſpiritum ſuſpendere debeat, quo loco verſus diſtinguere: ' vbi claudatur ſenſus, vnde incipiat. Quando attollenda, vel ſubmittenda vox. ' Quid quoque flexu, quid lentiùs, celeriùs, concitatiùs dicendum. Ita vt lectio ' Proſæ conſtantior ſit, & magis æquali tenore fuſa: Poëtarum verò virilis, & '

Grammatica definitur.

Lectio Quintil. l. 1. c. 8.

cum ſuauitate quadam gravis ; neutiquam tamen diſſoluta , aut effœminata. De quo genere optimè Cæſarem,adhuc prætextatum,dixiſſe accepimus ; ſi cantas, malè cantas : ſi legis, cantas.] Neque propterea pudeat, tametſi non agam pædagogum, monere cum eodem Fabio ; [vt legatur rectè, litterarum formulas à Pueris addiſcendas, mox illarum nomina & contextum ; vt certa ſit imprimis lectio , deinde coniuncta , & diù lentior , donec exercitatione contingat emendata velocitas. Quin etiam juvabit vt ſit abſolutior & expreſſior ſermo, vt nomina quædam verſuſque affectatæ difficultatis, ex pluribus & aſperrimè coëuntibus inter ſe ſyllabis catenatos, & veluti confragoſos quàm citatiſſimè volvant ; χαλεποὶ, Græcè vocantur. Res modica dictu, quâ tamen omiſsâ, multa linguæ vitia, niſi primis exprimuntur annis, inemendabili in poſterum pravitate durentur.] Lectioni vicina eſt prima *Pronunciatio* , geſtuſque inſtitutio,quam propterea Chironomiam vocant.Vt etiam Comœdi operam ſuadeat Fabius,qui vtrumque moderetur. Vt ergo legatur rectè , dignoſcendæ ante omnia Litterulæ , quas vocant Elementa, quaſque ſeriatim complectitur *Alphabetum.*

RVDIMENTA. *L. 1. c. 1.*

Pronunciatio. *L. 1. c. 28.*

ALPHABETVM.

TITVLVS III. *Alphabetum varijs litteris, & characteribus conſtans.*

ALIO quidem & alio modo, ex vario Nationum libitu, exaratur. Hebræis à dextra ad ſiniſtram , Græcis & Latinis à ſiniſtra ad dextram , Chinenſibus abs ſuperiori parte ad imam. Pingitur autem characteribus ſeu litterulis, numero , figurâ , ſignificatione ex ea Nationum diuerſitate diuerſiſſimis. Vbi laudem meo ſenſu promerentur Chriſtiani , quos Syria habet de Cingulo nuncupatos. Apud hos nimirum dum gramma vnumquodque Alphabeti, nomen aliquod divinum inchoat, pia precatiuncula concinnè coaleſcit in hunc ſi vis modum. Adoro Bonitatem Creatoris Dei Eminentiſſimi, Fœcundiſſimi Genitoris, Habentis Infinitam Karitatem : Luce Magnificâ Nos Omnes Perfundentis ; Qui Redemit Suis Triumphis Vitam Zelantes æternam. Amen. Cui & illud Symbolum, Numen ſolemni elogio nuncupari A & Ω ; quæ duo grammata, vnicum olim erant Chriſtianis epitaphium. Atque ex primaria, eaque identidem reciproca litterarum combinatione formari *Abba* , ſuaviſſimum Patris nomen ; quo & Infantuli papare,& lallare aſſueſcunt. Innuit quid ſimile, poſt Quintilianum, Hieronymus ; vbi Lætam hortatur, curet Penulam filiolam litteris buxeis doceri Alphabetum , *vt luſus ipſe ſit eruditio.* Nam & Ludi-Magiſtri , ijdem qui Pædagogi & Præceptores.

Apoc. 1. Procop. in Geneſ. Rom. 8. & Galat. 4. Perſ. Sat. 3. L. 2. Epiſt. 15. Non excludo id quod eſt notum, eburneas etiam litterarum formas in luſum offerre, &c. L. 1. c. 1.

Interim omnium eiuſmodi Elementorum paſſiva fermè diſtributio fit in *Vocales* , *& Conſonantes.* Vocales ſonant per ſe, & quaſi ſolitariæ edunt vocem. Conſonantes niſi vocalibus adnectantur, per ſe prorſus obmuteſcunt. Ambæ ſimul copulatæ , ſyllabas efficiunt ; ex quarum combinatione naſcuntur dictiones , ſeu vocabula ; teſſeræ ſcilicet & characteres omnium paſſim, quæ Homines inter ſeſe colloquuntur.

Syllabæ voces. *Vide Quintil. l. 1. c. 5. de litteris, & eorum potestate.*

Atenim vt Vocabulorum natiua ſeries evoluatur , alia *diſtinguntur* Simplicia, vt homo : Compoſita, vt inhumanus. Alia Primitiva, vt vir : Deriuatiua, vt virago. Alia Integra , vt homo : Diminuta , vt homuncio. Alia Ordinaria, vt ſcribo: Frequentativa,vt ſcripturio. Alia prima, & potiota : alia ſecundaria,& quaſi adventitia. Poſteriora , priorum naturam fermè imitantur. Sic concordiam videas pronominis cum nomine , adiectiui cum ſubſtantiuo, participij cum vtroque. Alia demum comperio Declinabilia, alia Indeclinabilia ; quæ octo efficiunt, quas vocant , Orationis

Partes Orationis VIII. *Alij ex idoneis Autoribus octo dumtaxat partes ſecuti ſunt, &c. Quintil. l. 1. c. 6.*

PARTES { *Adverbia* , *Præpoſitiones : Interiectiones* , *Coniunctiones* ;
Nomina , *Pronomina* , *Verba* , *Participia.* }

PRIMÆ decuriæ ſuccenturiantur Dictiones illæ, quæ quia ſtatum nuſquam demutant , vocantur *Indeclinabiles.* Hæ numero non ampliùs quattuor, velut limites, termini , tranſitiones & commiſſuræ ; corpus , ſenſum, membraque orationis jungunt ac diſpeſcunt , variant & immutant. Adverbia enim denotant Locum, ſuper, ſubter. Tempus, heri , hodiè. Quantitatem plus, minùs, &c. Præpo-

Indeclinabiles quattuor.

ſitionum ſiue ſeparabiles ſint, ſiue inſeparabiles, aliæ mutant ſignificationem, vt præmaturus. Aliæ conferunt robur, vt perfortis: aliæ nonniſi ornatum, vt præcellens. Interjectio ſe ſolâ aliquem animi motum exprimit; eheu! vtinam! Conjunctio Copulatiua, &c, etiam, atque. Disjunctiua, nec, neque. Conditionata, modò, dum. Cauſativa, quare, vt, &c. Aliæ ſemper præponuntur, aliæ ad libitum. Iam inter vocabula quæ dixi Principaliora, occurrunt primo ſtatim gradu *Declinabilia* duo, quæ ſequuntur. RVDIMENTA.

NOMINA, ET VERBA.

TITVLVS IV. *Declinabilia.*

NOMEN oratio eſt aliquid denominans, ac determinans. Variat in tribus Linguis primarijs; Hebræâ, Græcâ, Latinâ, ac ſubinde in diverſas formas commigrat. In derivatis Idiomatis cujuſmodi eſt Francicum, Italicum, Hiſpanicum ſtant Nomina fermè in eodem ſitu; adeò illis nulla mutatio niſi ab Articulis, verbiſque auxiliaribus *Sum* & *Habeo*, cum pronominum diſtinctione. [Hæc autem nemo faſtidiat tãquam parva, ſine quibus maiora attingi nequeunt. ' Quin & interiora velut Sacri huius adeuntibus, apparebit multarum rerum ſubtilitas; quæ non modò arguere ingenia puerilia, ſed exercere altiſſimam quoque ' eruditionem ac ſcientiam poſſit. Quod & admonere ſupervacuum erat, niſi ambitioſâ feſtinatione plerique à poſterioribus inciperent.] Illa verò dum mens ' mea altiùs rimatur, comperi *Novem* demum terminis concludi cuiuſlibet dictionis ſeu vocabuli genealogiam, vt ita loquar, ac propaginem. Quare vt juxta proprium mihi inſtitutum, perennis ordo locutionis ſimul & cogitationis à ſerie veritatum, rerumque aptè dependeat; inita mihi methodus eſt facilis æquè ac certa, grata haud minùs quàm jucunda. Eam ſic explico.

Nomina: *Noſtr ſermo articulos non deſiderat. Quintil. l. 1. c. 6.*

Modus fabricandi nomina.

I. Quidquid vſquam eſt, *triplici* claſſe includo; eſſe, agere, pati; ſua cuilibet adiunctâ perfectione. II. Tria hæc ſic ſe habent, vt occurrat primùm natura rei in ſe abſoluta & libera. Tum ſtatus & conditio, ſeu modus quo vnaquæque res vel operatur, vel patitur. III. Hinc propagatione nativâ, vt res quâ de fit ſermo, denotetur; ſtatuo ante omnia illius nomen, ſolum per ſe ſubſiſtens ac ſignificans, & illud eſt Subſtantivum. Cui affine Pronomen, tanquam nominis vicarius perſonam ipſam expreſſiùs determinans. Diſtinguitur in Demonſtrativum, ego, tu: Relativum, qui, idem. Poſſeſſivum, meus, tuus. Gentilitium, veſtras, noſtras, Reciprocum, ſui, ſuas.

Origo omnium dictionum; eſſe, agere, pati.

Varia nomina.

Nomini deinde ſuum, ſi lubet, ſubiungo *Adiectivum*; velut cognomen, & agnomen ſubſtantivi. Illudque vel Proprium, rem preſſiùs denotans; vt Ludovicus, Lutetia. Vel Appellativum, quando latior eſt deſignatio & quaſi promiſcua; vt Rex, Vrbs, & ſimilia. Hactenus rem habes & conditionem, nomen & modum illius.

Inde nomini varia accedunt à VERBO. Quod quidem vel exprimit prænominatæ rei exiſtentiam, tuncque Verbum eſt Subſtantivum: ſum, exiſto, vivo. Vel quia nihil penitùs exiſtit, niſi vt agat, ſuccedit rei operatio per verbum Activum; amo, video. Aliunde verò quia actio nulla ſine paſſione, vbicumque recipitur agentis alicuius operatio, verbum quoque reperitur Paſſivum; doceor, honoror. Activum in o, à quo nullum oritur paſſivum, vocant Neutrum; vt gaudeo. Deponens in or, ſignificationem activam includit terminatione paſſivâ, vt loquor. Quoties autem verbum aliquod paſſionem haud minus quàm actionem ſignat, Commune appellatur, vt nanciſcor.

Verba.

Tandem rei ipſius modus, ſeu conditio abs circumſtantijs diuerſiſſimis, efficit *Adverbia* illa quæ dixi numeroſiſſima; verbis primùm adiecta velut epitheta, nominibus deinde communicata; adeò ab vtriſque paſſim oriuntur. Immò-verò mutua quædam comperitur nominum invicem, ac verborum parturitio.

Hic ſanè opus exemplis, quæ lucem inferant antedictis è Logicâ ac Metaphyſicâ, quarum munus eſt artes, diſciplinas ac methodos præſtruere. Ecce igitur exemplum duplex. *Sanctitas, ſanctus, ſanctificare, ſanctificator, ſanctificans: ſanctificabilitas, ſanctificabilis, ſanctificatus, ſanctè.* Item *doctrina, doctus, docere, doctor; docens, doctio: docibilitas, docibilis, doctus, doctè.* Verùm enim iſthæc magis ac ma-

Digitized by Google

gis enucleanda, vt quidquid orationis eſt ad vivum reſecetur.

RVDIMENTA.
Novem in vna quaque re termini.

QVOTIES ſubſtantivum nomen vagatur quaſi incertum, vocatur Abſtractum, humanitas. Si rei cuipiam alligatur, coaleſcit Concretum, homo. Subjunge ſuum illi Adiectivum, humanus. Effinge verbum, (ſit in vſu vel non, refert nihil) humano, vel humaniſo, as, are. Fac deinde Agentem, humanator: ad Actum reducito, humaniſans; emergit ſtatim Actio quæ mediat agentem inter & patientem, humanatio. Quod reliquum eſt, Paſſioni merè deputatur; *humanibilitas*, *humanibilis*, *humaneſco*, *humaniſatus*. Deriventur exinde adiectiua, aduerbia, diminutiua, frequentatiua, &c. *Homuncio*, *homunculus*, *homulus*: *humanitùs*, *inhumanus*, *perhumanus*, &c. Iuxta gradum triplicem poſitivum, comparativum, ſuperlativum. Quod præſtabis vel augendo, vel minuendo, *humanus*, *humanior*, *humaniſſimus*: *inhumanus*, *inhumanior*, *inhumaniſſimus*. Compendium detur pro novitijs Tyronibus, vt ſeriem aſſequantur nativæ conſtructionis. Satis itaque primò rei nomen conſtituere, dein agentem inducere: actione denotatâ, illiuſque effectu, tandem vtriuſque modum exprimere per adiectiva nimirum & adverbia. Vt *ſanctus*, *ſanctificare*, *ſanctificatio*, *ſanctitas*, *ſanctè*.

Ad quattuor breuius reducti.

Inde-adeò, ni vetaret vſus, Sapiens vocabula reperiret, excogitaretque rebus omnibus ſigillatim ſignificandis peridonea: orbitamque tereret vnicam ſemper & indubitatam, quia naturalem. Nam ex abundanti, inchoando abs ſimpliciſſima aliqua dictione, quæ ſcilicet pauciorum characterum invenitur, quidni dixerim derivando & quaſi propagando; *creo*, *creativus*, *creator*, *creans*, *creatio*: *creabilitas*, *creabilis*, *creatus*, *creatura*, *creatè*, *creanter*. Mox componendo, *procreo*, *concreo*, *decreo*, *recreo*, *omni-creator*, & ita conſequenter. Fatendum, nec minùs fortè dolendum, aures ſæpiùs faſtidire eiuſmodi vocabula; aſpera illa quidem & inſueta, ſed propria & maximè ſignificantia. Tantæ porro diverſitati certis legibus circumſcribendæ, deſerviunt Regulæ quæ ſequuntur.

Dictionum inventio, & quaſi parturitio.

DECLINATIONES, ET Conjugationes.

TITVL. V. *Affectus Nominum, & Verborum.*

ILLÆ Nominibus inſerviunt, iſtæ verbis; vtriſque *Numerus* ſubinde diuerſus. SI etenim id quod nomine aut verbo ſignatur, vnicum eſt ac ſolitarium, habes numerum Singularem tam in nomine, amor: quàm in verbo, amo. Si cum alijs iungitur, denotatque multitudinem, fit Pluralis; amores, amamus. Nationes aliquæ, vbi de duobus duntaxat ſermo eſt, addunt Dualem.

Fuerant qui nobis quoque adijcerent dualem, &c. Quintil. l. 1. c. 9

Genera v.

Attenditur deinde in nominum declinationibus *Genus*. Nam quidquid mens concipit naturâ vel terminatione robuſtum, validum, ſtrenuum, & operans, deputatur Maſculino. Vt Vir, Leo, Fluvius, &c. Si quid mollius occurrit & tenerum magis, appellatur Fœmininum; Familia, Vrbs, Muſa. Quod neque iſtud, neque illud, Neutrum eſt; fulmen, templum. Quæ vtrique competunt, evadunt Communia, vt hic & hæc Sacerdos. Si cuncta complectantur, fiunt Omnis generis, vt hic, & hæc, & hoc felix. Dubia, hic & hæc finis. Quanquam, vt verum fatear, tot diſſectiones, partitiones-ve paſſim ſunt arbitrariæ: vixque alia illis ratio, quàm ab autoritate & vſu.

Caſus vi.

Qui poſtremò accedunt *Caſus* aliud ſunt nihil, quàm certi ſitus in quos à prima conſtitutione variè nomina decidunt. Inde quia quidquid primum cognitioni meæ proponitur, certam notam efflagitat; Nomen ante omnia, conſtitui par eſt. Hinc non ſecus ac ſi res eo modo cōſtituta ſtatim ſui ipſius imaginem agendo parturiret, adnaſcitur mox Genitivus. Quod vel peperit, vel reperit; illi tribuitur per Dativum. Dum poſſidet, Accuſativus eſt. Si ab eâ tollitur ac remouetur, Ablativus. Cæterùm Vocativo carent plerique, propterea quod ipſiſſimus eſt Nominatiuus, ex oppoſito alicuius vocantis.

Quærant ſine apud Græcos vis quædam ſexti caſus, & apud nos quoque ſeptimi. Quintil. l. 1. c. 7

Verba varia.

CONIVGATIONES Verborum inflexiones ſunt, dum in varios mutantur ſignificatus. Vel enim ſermo eſt de Perſona vaga. Et inde verba Imperſonalia, ſoluta ſcilicet à Perſonarum limitibus ac vinculis; terminatione aliquando actiuâ, opor-

tet: aliquando paſſiuâ, curritur. Vel tres omninò Perſonæ clarè diſtinguntur. Illa quæ agit, amo, dico, ſcribo : cui actio dirigitur, amas, dicis, ſcribis ; de qua demum actio intercedit, amat, dicit, ſcribit.

Abhinc tria diſtinguntur *Tempora*, nativo ordine; Præſentis, amo, dico, ſcribo : Præteriti, amavi, dixi, ſcripſi; Futuri, amabo, dicam, ſcribam. Superaddunt Imperfectum, amabam : & Pluſquam-perfectum, amaveram.

Modus ad extremum notanter animadvertit quâ ratione vnaquæque res exiſtit, operatur, patitur. Nam ſuum reuera amorem quiuis indicaturus, dixerit in Indicatiuo, amo. Alteri jubens vt amet, vtitur Imperatiuo, ama. Si amor mihi eſt in votis, erumpet in Optativum, vtinam, amarem! Si eiuſmodi amor ratiocinatur, ſubdo Subjunctivum, cum amem. Infinitivus licet magis vagus ac liber, origo tamen eſt omnium penè formationum; amare, intueri. Participium, nectit rei ſubſtantiam ſimul & actionem; Deus creans, Rex imperans. Sunt quibus adiungitur Gerundium, quod actionem actioni conjungit; ſaltare canendo, currere equitando. Et Supinum, quaſi ordine inverſo, venio cœnatum, eo explicatum.

Porro quod nominibus conſtat eſſe genitivum, hoc verbis Infinitivum; à quo propterea varietas Conjugationum, quibus deſignantur mutationes Verborum in perſonis ſignificans, numeris, temporibus, modis; pro vt ſingula quæque Idiomata, ſuas ſibi leges præſcripſère. Eas verò præſcribit *Syntaxis*.

SYNTAXIS.

TITVLVS VI

Orationis Structura.

ARTIFICIOSA ſcilicet Orationis ſtructura, naſcens ex debitâ, iuxta receptas regulas, conſociatione ſubſtantiui & adiectiui, nominis & verbi, relatiui & antecedentis, interrogationis & reſponſionis, alijſque ſimilibus; quibus fit aut elocutio emendatior, aut explicatio nitidior, aut pronunciatio efficacior. Propterea vnicuique Genti ſua propria eſt & peculiaris Grammatica. Nos Latinam hocce rudimento, magis vrgemus; quanquam ad præceptiones ſigillatim deſcendere, eſſet à propoſito nimis quàm alienum. [*Literarij enim iſta ſunt ludi, & trivialis ſcientiæ.*] *Quintil. l.1. c.8.*

Satis ergo erit adnotaſſe poſt Quintilianum, cuilibet orationi *tres* ineſſe virtutes. Debet enim eſſe emendata, dilucida, & ornata : totidemque vitia, ſupradictis contraria. Ante igitur omnia barbariſmi, ac ſolœciſmi fœditates extergendæ. [*Barbariſmum* docet Fabius accipi primo in Gente, vt Rheda, quod Gallicum nomen eſt: Maſtruca, quod Sardum; gurdus pro ſtolido, quod Hiſpanum. Deinde in moribus, vt quod crudeliter fit, barbarè fieri perhibetur. Tandem vitium in ſermone propriè barbariſmus eſt, quod fit in ſingulis verbis. Nunc ſcribendo, nunc loquendo; quia quod malè ſcribitur, malè etiam dici neceſſe eſt. Illud prius contineri adiectione, vt leggo : pro lego : detractione, vt edes pro ædes : immutatione, vt lexio pro lectio : tranſmutatione, vt Burtus pro Brutus. Hoc ſecundum identidem diviſione, complexione, aſpiratione, & ſono; quorum exempla mox ſuggerentur. Quanquam nefas eſt criminari plurima, quæ in Autoribus, Poëtis ſignanter, aut veniâ aut laude digna paſſim contra regulas comperiuntur. Nam vel autoritas, vel conſuetudo multa *excuſant*; vt aſſentio pro aſſentior, Tharſomenus pro Thraſumeno. Quædam ſingula vitioſa, juncta carent reprehenſione; vt dua pondo, & trepondo. Quædam per διαίρεσιν non illegitimè efferuntur, vt aulaï, Europaï. Quædam per συναίρεσιν, & συναλοιφὴν, vt Phæton, pro Phaëton. Quædam per aſpirationem h, quæ primùm nulla, vt œdi, irci, triumpi, tropœa. Mox nimia, vt chonoræ, præchones, michi, mehe. Quædam propter varia loquendi genera, quas Græci διαλέκτους vocant : aut propter accentuum varietatem, quas illi met προσῳδίας appellant. Quædam ob vitia oris & linguæ, vt blæſi qui r molliunt in l : & Vaſcones, qui v loco b paſſim vſurpant. Vel ob proprios & inenarrabiles Nationum ſonos, cuius rei quidem exemplum proſtat ſingulare in Iudicum Hiſtoria. Illic nimirum aperto marte victi à Galaatidis Euphratæi, ad Iordanis vada mactantur, propriâ dialecto proditi. Quippe qui juſſi pronunciare Schibbolet, quod interpretatur ſpica : reſ-

L. 1. c. 9. Orationis tres virtutes, totidemque vitia. Barbariſmi ſignificatus triplex.

Quattuor modis fit in ſcriptione, totidem in dictione.

Autoritas & conſuetudo diſpenſant a regulis.

Pronunciationes quædam difficiles. *Iudic. 12.*

Digitized by Google

SYNTAXIS.

pondentes Sibbolet, eâdem litterâ ſpicam, exprimere non valebant. Quibus vitijs omnibus remotis, emergit illa quæ vocatur Ὀρθοέπεια; id eſt, emendata cum ſuavitate vocum explanatio.

Solœciſmus quid, & quot modis fit?

Solœciſmus, fit in plurium vocum complexu non legitimo & regulari. Immo eruditiùs quæritur, poſſit-ne fieri in ſingulis verbis; vt qui vnum ad ſe vocans dicat, venite: aut ſi plures à ſe dimittens ita loquatur, abi, aut diſcede. Nec-non cum reſponſum ab interrogatione diſſentit; vt ſi dicenti quem video? ita occurras, ego. In geſtu etiam nonnulli putant idem vitium eſſe; cùm aliud voce, aliud vultu, vel manu demonſtratur. Meliùs vt omnem effugiat cavillationem

Ibid.

Quintilianus, concludit Solœciſmum fieri aliquando in vno verbo, nunquam in ſolo verbo. Quattuorque, vt in barbariſmo, ſpecies illius planiſſimè aſſignat. Adiectio, πλεονασμὸς; vt veni de Suſis in Alexandriam. Detractio, ἔλλειψις; vt ambulo viam. Tranſmutatio, ἀναστροφὴ ſeu ὑπερβατὸν, ordinem turbat; vt quoque ego, autem non habuit. Immutatio aliud pro alio ſubſtituens, peccat in genere, temporibus, perſonis, modis, numeris, caſibus, alijſque propemodum innumeris.

Quædam tamen, vt de barbariſmo dictum mox ante, faciem ſolœciſmi habent, & dici vitioſa non poſſunt; vt tragœdia Thyeſtes, & Ludi Floralia, ac Megaleſia. Schemata nominantur, frequentiora quidem apud Poëtas, ſed Oratoribus quoque permiſſa. Cautelâ quoque opus in vocabulis peregrinis, in mutuatis ab alia Lingua: in illorum declinationibus, quæ latina placet quo vſque patitur decor: in compoſitione, quam vltra duas voces non concedit Fabius. Vſitata tutiora ſunt, Tranſlata pulchriora, Repudiata in jocos exeunt. Inventa primò dura, vſu molliuntur. Onomatopœia, ſtat ſolo vetuſtatis judicio. Nam *ſermo* omnis conſtat ratione, vetuſtate, autoritate & conſuetudine. Rationem præfert præcipuè analogia, nonnunquam & etymologia. Vetera majeſtas quædam, & vt ſic dixerim, religio commendat. Autoritas ab Oratoribus, vel Hiſtoricis peti ſolet. Nam Poëtas metri neceſſitas excuſat, niſi ſi quando nihil impediente in vtroque, modulatione pedum alterum malint; qualia ſunt,

Imo de ſtripe reciſum. &

Aëreæ quo congeſſère palumbes. &

Magnorum et-(?)ores excuſantur.

Sermo & numus ex vſu.

Analogia duplici via fit.

Silice in nuda, & ſimilia. Cùm ſummorum in eloquentia Virorum judicium pro ratione ſit, & vel error honeſtus eſt magnos duces ſequentibus. *Conſuetudo* verò certiſſima loquendi magiſtra, vtendumque planè ſermone, vt *numo*, cui publica forma eſt. Omnia tamen hæc exigunt acre judicium, in analogia præcipuè; quam proximè ex græco transferentes in latinum, proportionem vocaverunt. Eius hæc vis eſt, vt id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, vt incerta certis probet. Quod efficitur *duplici via*, comparatione ſimilium, in extremis maximè ſyllabis (propter quod ea quæ ſunt è ſingulis, negantur habere rationem) & diminutione. Comparatio in nominibus, aut genus deprehendit, aut declinationem. Genus, vt ſi quæratur, funis maſculinum ſit an fœmininum, ſimile illi ſit panis. Declinatione, vt ſi veniat in dubium, hac domu dicendum ſit, an hac domo: & domuum, an domorum. Similia ſunt domus, anus, manus. Sed meminerimus non per omnia duci analogiæ poſſe rationem,

Verba exoleta.

cum ſibi ipſa plurimis in locis repugnet. Et *abolita* atque abrogata retinere inſolentiæ cuiuſdam eſt, & friuolæ in paruis jactantiæ. Quanquam non invenuſtè dici videtur, aliud eſſe latinè aliud grammaticè loqui.

Etymologia.

Cic. in Topicis.

Etymologia, quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta eſt notatio; quia nomen,eius apud Ariſtotelem invenitur σύμβολον, quod eſt nota: nam verbum ex verbo ductum, cuiuſmodi eſt verbiloquium, ipſe Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potiùs intuiti, originationem vocent. Hæc habet aliquando vſum neceſſarium, quoties interpretatione, res de quâ quæritur, eget; vt M. Celius ſe eſſe hominem frugi vult probare, non quia abſtinens ſit (nam id ne

Cicer. Tuſcular. 3.

mentiri quidem poterat) ſed quia vtilis multis, id eſt fructuoſus, vnde ſit dicta frugalitas. Ideoque in definitionibus aſſignatur etymologiæ locus. Nonnun-

Barbara, & emendata.

quam etiam *barbara* ab emendatis conatur diſcernere, vt cum triquetram dici Siciliam, an triqueram: meridiem, an medidiem oporteat, quæritur; aliaque, quæ conſuetudini ſerviunt. Continet in ſe multam *eruditionem*. Siue illa ex Græ-

cis orta

cis orta tractemus, quæ ſunt plurima; præcipuè Æolicâ ratione, cui eſt ſermo noſter ſimillimus, declinata. Siue ex Hiſtoriarum veterum notitiâ, nomina hominum, locorum, gentium, vrbium requiramus: vnde Bruti, Publicolæ, Pithici? Cur Latium, Italia, Beneventum? quæ Capitolium, & collem Quirinalem, & Argiletum appellandi ratio? Iam illa minora in quibus maximè ſtudioſi eius rei fatigantur, qui verba paulùm declinata, variè & multipliciter ad veritatem reducunt: aut correptis, aut porrectis, aut adiectis, aut detractis, aut permutatis literis, ſyllabis-ve. Inde prava ingenia ad fœdiſſima vſque *ludibria* labuntur; ſit-ne conſul à conſulendo, an à judicando? Nam & hoc conſulere vocaverunt. Vnde adhuc remanet illud, rogat boni conſulas, id eſt bonum judices. Senatui nomen dederit ætas? nam ijdem patres ſunt, vt rex, rector, & alia plurima indubitata. Nec abnuerim regulæ, regulæque, & ſimilium his, rationem. Iam ſit & claſſis à calando, & lepus levipes, & vulpes volipes etiam *interpretationem rectam ſequendam, improbandam contrariam*; à contrarijs aliqua ſinemus trahi; vt lucus, quia vmbrâ opacus parùm luceat: & ludus, quia ſit longiſſimè ab luſu, & Dis quia minimè dives; etiam-ne hominem appellari, quia ſit humo natus, quaſi verò non omnibus animalibus eadem origo: aut illi primi Mortales ante nomen impoſuerint terrę, quàm ſibi; & verba, ab aëre verberato. Pergamus; ſic perveniemus eò vſque, vt *ſtella*, luminis ſtilla credatur; cuius etymologiæ autorem clarum ſanè in literis nominari in ea parte quâ à me reprehenditur, inhumanum eſt. Qui verò talia libris complexi ſunt, nomina ſua ipſi inſcripſerunt. Ingenioſéque ſibi viſus eſt Caius cœlibes dicere, veluti cœlites; quod onere graviſſimo vacent; idque Græco argumento, H.ϑίυς enim eadem de cauſa dici affirmant.

Etymologiæ ridiculæ.

Verba *vetuſtate* repetita, afferunt orationi cum delectatione majeſtatem. Nam & autoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſſa ſunt gratiam novitati ſimilem. Sed opus eſt modo, vt neque crebra ſint hæc, nec manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione: nec vtique ab vltimis, & jam obliteratis repetita temporibus; qualia ſunt toper, & antigerio, & exantlare, & proſapia: & Saliorum carmina, vix Sacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari vetat *Religio*, & conſecratis vtendum eſt. Oratio verò, cuius ſumma virtus eſt *perſpicuitas*, quàm ſit vitioſa ſi egeat interprete! Ergo vt nouorum optima erunt maximè vetera, ita veterum maximè noua. Similis circa *autoritatem* ratio. Nam etiamſi poteſt videri nihil peccare, qui vtitur his verbis, quæ ſummi Autores tradiderunt; multùm tamen refert, non ſolùm quid dixerint, ſed etiam quid perſuaſerint. Ridiculum malle ſermonem quo locuti ſunt homines, quàm quo loquantur; ſanè quidem eſt aliud nihil vetus ſermo, quàm vetus loquendi conſuetudo. Sed huic ipſi neceſſarium eſt judicium, conſtituendumque in primis id ipſum, quid ſit quod *conſuetudinem* vocemus. Quæ ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat; periculoſiſſimum dabit præceptum, non orationi modò, ſed (quod maius eſt) vitæ. Vnde enim tantum boni, vt pluribus quæ recta ſunt placeant? Igitur vt velli, & comam in gradus frangere, & in balneis perpotare, quamlibet hæc invaſerint ciuitatem, non erit conſuetudo, quia nihil horum caret reprehenſione: at lauamur & tondemur, & conuiuimus ex conſuetudine. Sic in loquendo, non ſi quid vitioſè multis inſederit, pro regula ſermonis accipiendum erit. Nam vt tranſeam quemadmodum vulgò imperiti loquuntur, tota ſæpè theatra, & omnem circi turbam exclamaſſe barbarè ſcimus. Ergo conſuetudinem ſermonis, vocabo *conſenſum Eruditorum*: ſicut vivendi, conſenſum bonorum. Grammaticæ pars non vltima cenſeri debent Idiomata, & Dialecti.

Verba vetuſta.

Religioſa non mutanda

Perſpicuitas virtus in oratione præcipua.

Autoritates.

Vſus & conſuetudo.

GLOTTHOMATHIA.

TITVLVS VII.

De linguis & Idiomatis diverſit.

ARS nimirum tradendi variam Linguarum, Idiomatum-ve peritiam. Porro diuerſitas ea oritur, dum ſinguli animi ſenſa promere ſatagunt: ſæpè caſu & fortuitò, interdum etiam à conſilio, & animadverſione. Princeps equidem & magiſter loquendi, vt jamjam monebat Quintilianus, *Vſus* eſt & Con-

Origo.

Varia Gallica Lingua.

ſuetudo. Haud tamen aut ſolus, aut ſupremus; quando quotidiè à Politioribus emendatur, vt ſermo fiat aut commodior, aut elegantior. Quod omnium feliciſſimè præſtat Lingua *Gallica*. Quamvis enim voces è Latio, phraſim è Græcia emendicet: mirum tamen in modum naturæ, & rerum dicendarum ordini congruit. Præterquamquod vocalium concurſu, frequentibuſque monoſyllabis & articulis, contra quod in alijs paſſim Idiomatis accidit, ſuavior & pulchrior evadit. Non nego ſua illi, ſicut & cæteris, *Heteroclita*, *Anomala* & velut monſtra ac ſtrumas, ex quibus etiam ſua interdum conficit ornamenta; adeò vt ſæpè fieret ſolœciſmus contra ſtylum, ſi caveretur ex rationis & artis lege præſcripta. Habet inſuper, quemadmodum & Græca, ſuas & enclyticas, ſua parerga; quibus impensè delectatur, & roboratur.

Linguarum & Idiomatum diſtinctio quadruplex.

Ea autem anomala fœtus eſt immenſæ propemodum *varietatis*, quâ Linguæ & Idiomata ſoboleſcunt; de quâ ſic ſtatuendum reor. Aliæ Mortuæ jacent, in chartis & voluminibus ſepultæ: aliæ ſpirant, vivuntque in humanis commercijs. Sunt deinde Noſtrates & Domeſticæ, ſunt Exteræ ſeu Peregrinæ. Sunt Orientales, & Occidentales. Verùm non aliæ majoris in eruditione momenti, quàm Primitivæ & Derivatæ. Illæ Originales, nullas anteriores agnoſcunt à quibus fluant. Tres eminent, elogio Crucis conſecratæ; Hebræa, Græca, Latina. Inter Secundarias vigent jam in Europâ, Gallica à triginta retrò annis latiſſima æquè & politiſſima, Italica, & Hiſpanica.

Ex numero Nationum lxxii. Geneſ. xi.

Actor. 2.

In Svmma tot Linguas recenſent Periti, quot fuêre Nationes præcipuæ, duæ ſcilicet ſupra ſeptuaginta. Quæ multitudo humanæ temeritatis mulcta, gravis quoque remora eſt Scientijs addiſcendis; quà non retardati veteres Philoſophi, & citiùs, & faciliùs, & verò longè feliciùs latiſſima Encyclopædiæ ſpatia decurrebant. Coaluerunt poſtliminio in die Pentecoſtes, quia cunctæ Gentes ad vnitatem erant revocandæ.

Inter eas nexus eſt, nulla vniuerſalis.

Omnium ſanè Linguarum nexum aliquem & fœdus, non abnuo: *originalem* vnam & vniverſalem polliceri ridiculum puto, attentare irritum. Ratio in promptu. Voces ſunt ex Hominum inſtituto ſignificativæ, aut fortuitò vſurpatæ; nulla ergo inter eas ſocietas à naturâ. Nec vllus vnquam vniverſo Generi Humano eundem loquendi modum præſcripſerit. Contra res ipſæ invicem ſic naturæ ipſius genio concatenatæ ſunt, vt Scientia Vniverſalis non abs re ſtatuatur. Quanquam poſſent, fateor, Homines communi pacto conſpirare in vnam & loquendi, & ſcribendi methodum. At pulchrum inventum reſtabit ſemper inter deſiderata.

Poſſet excogitari.

Speculatiuè tamen quemadmodum ex Sapientum ſecretioribus oraculis, vna veritas, vnaque ſcientia comperitur: non aliter *ſermonem* ſtatuo vnicum, alijs tamen & alijs veluti coloribus conveſtitum. Solus, mi Homo, tecum ipſe meditaris, ſermo mentis eſt: oris, quoties præſentes alloqueris; manûs demum & calami, ſi lubet ſcribere ad eos quos locus, tempuſ-ve abſentes efficit.

Quomodo ſermo vnicus.

Via Dialectic.

Enim-verò quoniam veritas, illiuſque contemplatio nativa Homini eſt: veritatis cogitatio nuſquam diſcedit à ſeipſa, ſibi perpetuò & vbiquè ſimillima eſt. Iudæum audi, Ethnicum, Chriſtianum, Mahumetidem. Pronunciat illorum quiſque *Iehova*, Iovem, Devm, Alla. Omnes inſimul aliud nihil ſignificant, quàm quod cogitant; Devm O. M. qui cunctorum Autor ſummè adorandus eſt. Secùs dum abit à ſeipsâ cogitatio, diverſos ſubinde vultus & habitus induit velut in theatro. Et abhinc naſcitur varietas tanta vocum, ſermonum, idiomatum. Ratio ad manum. Expreſſiones illæ per ſenſuum organa, nobis neutiquam adnaſcuntur, niſi fortè in primaria, illaque remotiſſima intimæ cognitionis origine. Inde igitur Sapientum induſtria, Populorum commixtio, præſertum poſt ſcelus illud Babylonicum, Nationum immigratio à vicinia, commercio, belloque; adinvenêre primò, vſu deinceps aſſervante promiſcuam illam vocum & ſermonis diverſitatem. Factique ſunt ita veluti contractus publici; quibus natura parente, induſtriâ præceptore, vſu dictatore; Hominum coaleſcit ſocietas in triplex commodum ſeu publicum, ſeu privatum.

Vnde tanta Idiomatum varietas?

Vtilitas triplex.

Ita planè ſermonis *vſuſque* Idiomatum nectit ſocietatem primò Contribulum, Familiarum, Civitatumque in Rebus-publicis. Gentium deinde dum peregrinationes, commercia, fœderaque exercent. Poſtremò Eruditorum in Scientijs, Artibus ac Diſciplinis. Quotus enim quiſque non advertit, Homines haud

Digitized by Google

alia de cauſâ ſermones miſcere, quàm vt ſuos ſibi mutuò ſenſus communicent: eâque reciprocâ velut nundinatione civilis ſocietas vigeat, rerumque notitia comparetur? Vtrumque revera longè faciliùs, feliciúſque; ſi vna dumtaxat vigeret vbique locorum & hominum, loquendi ratio. Quanquam ipſa fortè locutionis natura, vt pote peregrinæ ac corporeæ, id diſcriminis inducit. Quæ quidem Idiomatum varietas ab vnoquoque *addiſcenda* eſt, pro vitæ inſtituto; tum in civili ſocietate, tum in Scientiarum diſciplinis. Adeò loquitur nemo, niſi vt animi ſenſa expromat alijs, aliorumque viciſſim meditationibus fœcundetur. Quare vocum, linguarumque diverſitas non tantùm neceſſaria humanis congreſſibus eſt: ſed, vt modò vivitur, juvat etiam plurimùm, ad aſſecutionem veritatis; haud aliter quàm plures radij rem vnam magis illuſtrant, effectuſque diverſi eiuſdem cauſæ vim & indolem efficaciùs commonſtrant.

IDIOMATA.

Quænam cuique addiſcendæ

QVÆNAM PRÆSERTIM Linguæ, & quomodo addiſcendæ.

TITVLVS VIII. *Linguarum Iſagoge.*

INDE dictu facillimum, quænam Idiomata noſtrùm vnicuique ſint addiſcenda. Vtiquè ſeu neceſſaria, ſeu vtilia vel ineundæ Hominum ſocietati, vel congruis vitæ inſtituto Diſciplinis adipiſcendis. Fruſtra igitur perpetuus Carnuti aut Remorum inquilinus deſudabit vt ſciat Polonicè, Gothicè, Dalmaticè. Secùs vbi fervet mercatura, in Regionibus item limitaneis: vel cum diverſi Populi ſubſunt vni Dynaſtæ, Princeps-ve vnus diverſis Nationibus imperitat, exoptanda eſt Linguarum varietas; qualis Conſtantinopoli, Lutetiæ, Venetijs, Alſterodami, Lugduni-Batavorum. Quod porrò Scientias attinet, nefas profectò ſi Sacerdos Latinè, Medicus Græcè non calleat. Dicam ſemel, nemo Patrum ævo audiebat probè eruditus, niſi ſuper Idiomatis populari ac ſocialibus: Latinè, quod eſt in proverbio, loqueretur, Græcè intelligeret, legeret Hebraicè. Quantùm ego arbitror, in Gallia locum vix merebere inter illuſtres; niſi Gallicam, Latinamque Linguam percalleas: Græcæ ſciens, Hebraicæ non neſciens; vtaris Italicâ, Hiſpanicâque: etiam ſi allubet, Anglicâ, & Germanicâ. Cæterùm nullibi in Orbe peregrinum audiri, quod de paucis albæ Gallinæ filijs perhibetur, non cujuſuis oris, pectoris-ve eſt. Fortaſsè & paucorum eiuſmodi πολυγλώττας, noſtra magis ignoratio attollit. Quanquam cumulantur exinde illorum elogia, quando optima augentur pulcherrimorum acceſſione.

Quæ linguæ perdiſcendæ.

SED ita ſe fermè res habet. Mens Hominis anguſta, vita brevior, negotiorumque moles intercurrens vix patiuntur; vt vnus & idem vltimos Linguarum & Scientiarum apices, exactè aſſequatur. Si namque illa extra communem ſortem poſita Ingeniorum portenta excipias, ipſa veritas vna, maximéque ſpiritalis nimis quàm aliena eſt à diverſitate ſermonis, quem multifariàm ſecat locutio ipſa, ab imaginatrice pendens, & ſenſuvm dividuatione. Quis porro neget lumen vmbræ anteponendum, corpus præferendum indumentis? Aio præſtare toto cœlo, ſi (quæ fortaſſis Angelorum prærogativa eſt) veritates innumeræ ſciantur verbulo vno; quàm ſi veritatem vnicam, ſexcentæ Phraſes exornent. Præterquàmquod labor eſt ſatis ſupervacaneus, id certè Hominum commercio juvat ne hilum quidem. Nec quicquam præcellit in Scientijs, quod in primarias ac generaliores Linguas, Hebraicam, Latinam & Græcā non videatur abundè derivatum. Id verò ſole meridiano clariùs oſtendunt tum Sacra apud nos Scriptura, vbi ſanctiſſimæ cujuſlibet Scientiæ theſauri Hebraicè, Græcéque cluduntur: tum Diſciplinæ paſſim omnes, quæ Principes ſuos & Coriphœos nullos extulerunt niſi Græcos, Latinoſque.

Rarò idem tenet peritus linguarum, & ſcientiarum.

CÆTERVM cujuſvis addiſcendi Idiomatis, *gradus triplex*; infimus, medius, exquiſitus. In imo jacent qui non tam Linguâ aliquâ eloquuntur, quàm balbutiunt: atque vt intelligantur, opus habent Dælio natatore qui divinet. Medij capiunt, loquunturque faciliùs, minúſque barbarè; quod ſæpè ſatis eſt, ſemperque extra vituperium, ſi maximè extraneum Idioma eſt. Superlativum obtinent, quot-

In vnoquoque Idiomate gradus triplex.

VARIA Quis vnicuique congruus,

quot cuiuſpiam Idiomatis congruitatem, polituras, veneres, elegantias conſectantur. Noſtratibus præcellentia hæc vix vltra Gallicam, & Latinam notitiam excurrit. Sufficit, meo calculo, probabilis notitia Hebraici & Græci, niſi diverſum quid jubeat aliquarum cultura Diſciplinarum. Intelligere & intelligi abundè eſt in Linguis exoticis, & commercij; modò excipiantur Oratores, Legati, Interpretes, Secretarij; cæterique id genus, qui rebus gerundis operam navant.

Quid in vnaquaque Lingua addiſcendum.

Eſt inſuper quod attentè velim obſervari. Quoties loquendum populariter, *præferri* debent amœnitatibus & elegantijs minuta quæque, quorum frequentior vſus eſt. Econtra vbi locus eſt eruditioni, quiſquiliarum ſuperflua fuerit paratura. Satis quippe ſi capis congruitatem, phraſim, amœnitates: & quæ à Scientijs aut ornamenta mutuantur, aut adjumenta. Age enim, quid vel Latiniſſimo profuerit, habere in numerato navigij, culinæ, ſartoriæ ſupellectilem: choragiaque illa vocum novarum, ac violenter cuſarum; quibus ſcatent Colloquia Cordieri, Pontani, Eraſmi, aliorumque Claſſicorum? Sanè iſthæc non requirit Lingua niſi patria, aut mercatoria. Quod ſi docta & erudita Tractatio occurrit, tenenda dictio eſt Scientiæ, quâ de agitur, propria & nativa. Tum Artium etiam mechanicarum verba generaliora, quæ alicuius ſunt momenti, aut aptas comparationes valent ſuppeditare.

Attendenda neceſſitas eſt.

Nec interea inane ejuſmodi *diſcrimen* debet reputari. Nam neceſſitas, menſura eſt promiſcui Idiomatis. Eris certè deridiculo ſi περιφραστικῶς, & longa verborum ambage jubes menſam ſtrui ad jentaculum, calices mundari, vinum propinari: conclave aperiri, ſtrophiolum afferri. Ex adverſo Latinitatis vſus probabilis non attingit niſi Sacerdotio, Iuſtitiæ, alijſque ejuſmodi inauguratos. Elegans & emendatus deſervit ſolùm in Lucubrationibus eloquentiæ, ſupra vulgi captum. Propterea iterum, & iterum ingemino; nihil tùm requiri ampliùs, niſi vt ſciatur phraſis & elegantia Latini ſermonis: Scientiarum propria, Artium elementa è quibus aliquid acceſſerit eloquentiæ.

Addiſcendi cujuſvis Idiomatis methodus gemina.

Classica Methodus,

SVPERIORIBVS vſque huc liquidò conſtitutis, addiſcendi cujuſvis Idiomatis, via omninò *duplex* ſtatui debet; Vulgaris, & Secretior. Illa vtilis, hæc pleriſque multò commodior judicatur primæ ætati, ſaltem nobiliori; quantò magis provectioribus, queis per annos creſcit judicium, decreſcit memoria? Id perſuasêre quampluribus rationes omninò tres. Primò *Claſſica* methodus illis videtur nimis prolixa, vaga, diffuſa. Obſcurior deinde, implicatior, & plurimùm barbara. Tandem onerata pleonaſmis, ſuperfluitatibus, exceptionibus plerumque fruſtraneis. Adeò paſſim humana aut caligo aut cupido, mole circumſtantiarum auget rerum difficultates & impedimenta. *Gymnaſticam* rationem Linguas addiſcendi, prolixitate immensùm laborare probat experientia. Egregia quippe Iuventus non minùs ſexennium terit in vnius Latinæ tyrocinio, ſatis importuno. Iamque vicennales, emenſi Litteras-Humaniores, Latinè vix loquuntur vltra mediocritatem; nedum ineſt guſtus vllus, aut ſapor Linguæ illius præſtantiſſimæ. Immò ſi allubet Romanis eiuſmodi ſacris ſeriò initiari, de novo conſulendi ſunt probatiſſimi Autores, vt ſtylus caſtigatus efformetur. Iam verò qui cruciatus, quævè carnificina; dum ingenium natum rebus pulcherrimis quaſi in piſtrinum cogitur: obruiturque mole præceptorum, quæ verſibus pluſquam Sybillinis miſerè intruſa, nil ſonant niſi barbarum, inconditum, *σκοτεινόν*? Verſus credas incantatores, certè in Scientiarum Diſciplinis planè prorſus inutiles, quando paſſim cum ætate evaneſcunt: & qui felici pollent memoriâ, illorum oblivionem debent deprecari. Quàm ergo inanis labur, *aſſueſcere ſermoni, qui dediſcendus eſt*? Annon præſtaret optimos Iuventutis agros, pulcherrimis rebus excolere; quarum & elocutio latiniſſima foret, & recordatio demum jucundiſſima, ſuaviſſimaque? Diſcant propterea in exemplum Ethica Salomonis, ſelecta è Seculi doctrinis Senecæ, Virgilij, Ciceronis, Terentij, aliorumque illuſtrium. Iſthæc quæ jucundâ ſimul & eleganti facilitate peſſimam Poëſim longè ſuperant, memoriâ ſi retines, theſauros poſſideas opulentiſſimos. In illis verò alijs multum ſubeſt putaminis, parum nuclei: ſpinæ pullulant & tribuli complures, flores pauci, fructus pauciſſimi. Vſque-adeò vt ſi ab illis eximas heterocltia, anomala, adnotata, quorum nullus vix vſus; molem pluſquàm dimidiæ

Quintil. l. i. 1.

ſuſtuleris, laboris & otij tantumdem.

Qvid igitur *facto opus*, vt Latinam Linguam, aliamve ſimilem addiſcat; præſertim jam ætate, aut negotijs gravis, his enim maximè noſtra Commentatio deſudat? Paucis abſolvam, ſalvâ ſemper alieni judicij reverentiâ. Diſciplina naturam imitetur; hanc intueamur, hanc ſequamur. Vt illa digerit, ſic iſta addiſcat pauca, ſelectiora, probè maſticata, nihil non in ſuccum ſuum convertat. *Peccant* meo ſenſu, qui per Latinitatem ſtudent Latinitati: miſcentque viam ac terminum, doctrinam & docendi modum: [antè ſiquidem diſcendum rectè dicere, quam citò.]

IDIOMATA.

Via compendioſior, & facilior.

Quintil. l. 1. c. 4.

Ergo optarim primùm Grammaticam proponi, quam ſupra adumbravi generalem, aliam-ve meliorem, ex naturæ & rationis ductu ac diſciplinâ. Statuamus documentum in Latina. Debent nimirum familiari ſermone extrahi in ſummam, potiùs quàm in compendium redigi, veluti per *aphoriſmos* perſpicuè & dilucidè; viginti, triginta-ve ad ſummum Grammaticæ præceptiones. Habeto exemplum. Nomen omne virile, maſculinum eſt: quæ fœminarum, fœminea. Ecce tibi verbis duobus clariſſimis, ſenſus quattuor verſuum lycophrontæis obſcuriorum. Item nomina in *A* deſinentia, quorum genitivus in *æ*, generis ſunt fœminini. Pauca autem exceperis, quorum peritia vel parum admodùm fuerit vtilis, vel vſu & exercitio præfacilis. Id porro nobis conſilij fuit in Latina olim Grammatica. Cæterum munus eſt Pædagogi ea plus, minuſve inſtillare; juxta cujuſque Diſcipuli ætatem, ingenium, vitæque & ſtudiorum rationem.

Præceptiones extractæ è Grammatica.

Ejuſmodi Præceptionum rudimenta continuare debet DICTIONARIVM Alphabeticum, cum hiſce animadverſionibus. I. Revulſum à me ante omnia, quidquid citationum eſt: plurimæ quoque phraſes, ſignificationeſque reciſæ; quia aut invtiles, aut perfaciles. II. Vix alia intexta Vocabula, niſi ſimplicia & primitiva; ſubjunctis cuique, potioribus ſignificatis. Compoſita quippe ac derivata quid aliud quæſo, exiſtunt quàm rivi; eiuſdem cum origine indolis, & naturæ? Admixta nihilominus ex ſecundarijs iſtis non pauca, propterea quod & primitiva ſæpiùs obſolevêre, & derivatorum vſus eſt frequentiſſimus. III. Ac iſtorum quidem magis vtilium non pluſquàm potiora duo, triave ſubnexa; puta nomen verbum, adverbium: *audacia*, *audeo*, *audacter*. Nempe vt exinde faciliùs intelligantur ſoboles, aliæ ex alijs quaſi progenitæ & propagatæ. IV. Poſtremò velut ipſis etiam Eruditioribus paratum Μνημόσυνον, collecta ſeorſim quaſi Ἀνθολογία ſeu Vocabularium; cujus gloſſematis placuit inſerere antiqua, critica, rara, exquiſita: interdum arti cuipiam, & ſcientiæ cumprimis propria. Atenim ne diſcentium memoria fatiſcat, vocabula eiuſmodi minùs ſueta colligit ſeorſim *Dictionarium Criticum*; adjunctâ obſcurioribus interpretatione latinâ, quoniam vix alijs inſerviunt quàm Eruditiorum generi. Inde-adeò Tyro noſter miſſa ſi fecerit hujuſmodi tum Critica, tum merè Græcanica: ſi derivata etiam plura ac compoſita, necnon vulgaria non pauca prætermiſerit; tum verò re ad calculum exactâ non perfunctoriè, concludet vix vltra *bis mille* verba puræ-putæ Latinitatis ſibi eſſe addiſcenda; quandoquidem vix res plures ſeparatæ ſunt condiſcendæ, ſaltem in mediocri gradu Latinitatis.

Dictionarium novum.

Vocabularium Criticum.

Pauca verba Latina.

His ita præſtructis, præeunte ſcito & fido Pædagogo, percurret Latij *Neophitus* Breviarium Dictionarij. Iſtud & releget ſubinde, verba condiſcens ad menſuram memoriæ plura, aut pauciora: ſed illa principaliora, ſimul & magis vſitata. Adjunget paulatim præceptiones Grammaticas. Tum tantiſper in vtroque exercitus ſtatim vſum advocabit, quem præcipuum loquendi magiſtrum nemo neſcit. Interim monitu & obſeruatu perquàm dignum, debere Præceptorem verba illa & præcepta ſuo proponere Diſcipulo, Programmatis, *Tabuliſ-ve*; quo fermè modo ſolet in Geographicis, Chronologicis, & Genealogijs. Cujus operæ pretium teſtantur Viri omni ævo ſcientiſſimi, noſque propterea ſingulas Scientias ſolemni more in novem Programmata diſtinximus.

Quomodo procedet eruditio.

Scientiarum Tabulæ, indices & Programmata.

Svmma igitur conſilij eſt, vt ad *praxim* haud ſegniter deveniatur. Ita vt primùm verba aliquot, deinde lineæ: mox periodi, ac tandem paginæ integræ pro cujuſque viribus addiſcantur. Debet verò, me autore, ſeligi ad id ſtudium, *Liber* rerum varietate quàm fieri poterit refertiſſimus. Eo nimirum genere præcellit equidem Sacrum Volumen. Sed qui eam dictavit Autor Devs, dictionis lepo-

- Varia

res omnes ac veneres conſultò dedignatur. Præſtat itaque lectitare Hiſtoriam aliquam generalem, cujuſmodi videtur Turſelini Epitome, Rationale Temporum Petavij; aliaque id genus. In cæteris verò, non quotidiani pretij fuerit, aperta nuper *Ianua Linguarum*, quam præſenti opinor inſtituto peridoneam. Vt vt ſit, quoniam gradus ſuperior inferiores ſemper complectitur, ſi aſſueſcis probo Scriptori; imbues te illius ſtylo ac ſucco, eriſque porro gnarus characterum inferiorum. Sit igitur, ita climatus Autor quem ſeligis, vt vel in polito ſtylo efflo-

Traductio.

reat, vel politiſſimi medias partes obtineat. Subjungatur, per me licet, in primordijs tranſlatio vernacula (nequaquam tamen interlinearis) latino vtiquè textui adaptanda. Verùm manu ducente Pædagogo, linguæ vtriuſque pluſquam vulgarirer perito, Illo ſcilicet præeunte dictata expendes, tranſlata emendabis, verbis ſingulis intendes: ſimplicia & primitiva ordinibus ſuis reddes, compoſita ac derivata ſummatim enucleabis.

Exemplum.

Statuatur ſi lubet *exemplum*. Pono, diverſa ſanè ſignificat; collocare, deprimere, excludere. Ab eò fit compono, quaſi ſimul loco: ſuppono, ſubtermitto: èxpono, extra & foras duco, &c. Ad hæc tuus ille Mercurius ſciſcitabitur leges Grammaticæ, juvabit in præceptis applicandis, notandiſque exceptionibu. Tum ſuo deinceps tempore monebit de puritate dictionis, orationis elegantia; cæteriſque ornamentis. Quæ propria Rhetorices decora, ſuum habent locum.

Quiſque ſibi apparet Dictionarium.

Quid, quod docuit experientia compendium fore laboris & ſcientiæ; ſi ipſemet Latinitatis Studioſus, proprium *ſibi* Dictionarium audet fabricare. Efficiet porro ſi lecta ſibi dietim vocabula, ſuo reddit alphabeto. Si ſubnectit in Commentario ſignificatum, genus, conjugationem, vel declinationem; illotumque tandem ſubindè refricat memoriam. Nec ſine fructu ipſemet veſtigandis, quas vocant, partibus orationis inſueverit. Detur nomen, detur & verbum ſi placet in proficuæ huius diſſectionis documentum. *Saxa*; pluralis eſt nominativus à ſingulari ſaxum, ſaxi. Nomen ſcilicet neutrius generis, ſecundæ declinationis. *Amaverunt*; tertia eſt perſona numeri pluralis, præteriti perfecti, indicativi modi *Amo, as, are, atum*; verbum nempe activum, primæ conjugationis. Sic ſe habebunt con-

Supra Titul. 4.

ſimilia. Minima illa quidem, ſed maximè vtilia, quod jam admonuit Quintilianus.

Compoſitio.

Locutio.

Pervelim interea abſtineas omninò à Latina *Compoſitione*, donec congruo temporis ſpatio mediocrem illius Linguæ notitiam comparaveris: à *Locutione* verò, donec politam mediocritatem exceſſeris. Quod ſecus paſſim agitur, errorem minimè excuſat. Sanè dum malè dicitur, malè dicere diſcitur. Quotus autem quiſque Linguam probè loquitur (quod nonniſi Politorum eſt) tantùm-non ignotam? Vel quis tam cæcus, ſurdus-ve qui non advertat Iuventam corrumpi, dum coguntur ſimul barbarè non latinè colloqui, colludere, jocari, fabulari? Scilicet immunes ferulâ, modò per fas ac nefas latiniſent. Auditur paſſim pudēda barbaries, cuius corruptelæ à teneris conſueſcere corruptiſſimum. Præter quàm quod rari ſunt qui latinè debeant nugari. Illud quippe princeps Idioma, cōmerciū vix habet alibi quàm in emendatis Lucubrationibus: vel in Diſciplinis Eccleſiæ, Iuris-prudentiæ, Academiarum; quibus quid, quæſo, intercedit cum coquinaria, ludo ſpherico, vili ſupellectile, & ſimilibus quiſquilijs? Id certè negarit nemo, niſi ſtudio partium. Approbatque Doctiſſimorum omni ævo, omni ſorte & ſexu ſententia ſimul & experientia. Proſtant ſcilicet in exemplum priſci illi celebri ſamâ Oratores omnes Græci, Latini: Sacri, Prophani; qui citra tot ambages & faſtidia, faſtigium elocutionis attigêre, demptâ ſequacibus vel imitandi fiduciâ.

Conſulantur ea de re Scriptores, conſulantur & Nationes vniverſæ. Ideóne Galli minus Gallicè ſciunt, nullo fermè intricatæ Grammatices auxilio? Noſtrates illæ politioris Linguæ principes Fœminæ, Aulæ ſimiliter Palatini, Themidiſque & ſacri ſuggeſtus Oratores aut nunquam applicuêre, aut ſtarim abs claſſi ſcopulis enavigāt. Profectò Latini Idiomatis haud diſpar indoles. Nulla ſi quidem locutio Homini à natura inſita eſt, ſed omnis adventitia comperitur & extranea. Immo & in vernacula hoc plus eſt incommodi, quod ſuperaccedunt cortuptelæ à nutricum, vulgique ore & conſuetudine. Latinitas porro haurienda dumtaxat in fontibus limpidiſſimis. Vt ne dicatur modò, Gallica pleraque proles eſſe Latij, ſicut phraſis perpetuò græciſat; adeò vnum Idioma viam ſternit ad aliud, vicinitate facillimâ.

Idiomata.

Rom. 14.

Gymnaſia publica perquam vtilia.

Atenim genij mei non eſt agere *cenſorem*; adeò quod paſſim approbatur, vix mihi improbatur. Sphæram dimittendam reor per præcipitium, & ſuum cuique ſenſum ex Apoſtoli ſenſu relinquendum. Nec diffiteor ſueta in Gymnaſijs ſua habere *commoda*, Ludique Magiſtros Minerval à Publico, quin eſt à Deo Sciẽntiarum Domino, promereri ſanè plenarium. Nam & ipſi dolent, prompti etiam indignari, quoties ſeriò animadvertunt cuiuſvis Diſciplinæ inanes rumores, anxias ſubtilitates, ſcrupuloſam ſæpè ἀνατομίαν; vno verbo, molem ſcientiarum in dies augeri, ſubſtantiam imminui.

Ea igitur vniverſa non ſic tamen dicta velim, quaſi domeſtica ſtudia privatos inter parietes, publicæ *Scholarum* frequentiæ præferri contendam: aut Grammaticorum laudi, & nomini quicquam detractum. Vbi enim ſemel Grammaticam didicit Puer, Latinitatem puram ac emendatam, cum Græcæ Linguæ primordijs, ſelectarum Scholarum celebritati committendum non abnuo, ob rationes ſanè egregias Quintiliano copioſè recenſitas. Quid verò non debet humanitas omnis & litteratura, tantis *Heroibus*; qui per tot labores, ſudores, vigilias hinc inde compilarunt diſperſa in varijs Autoribus anomala, rara, ſingularia? Hoc verò vnum aſſevero, *Critica* eiuſmodi Adoleſcentiæ tricas eſſe & ſpinas; è quibus flores & fructus legunt ſoli ætate maturi, eruditione conſummati. *Reſerventur* itaque altiori claſſi, interim dum Grammatica docet cujuſvis Idiomatis proprietatem, puritatem, congruitatem,

Grammatici commendati.

Critica Pueris inidonea.

Iam igitur verbo me abſolvam. Vt probè Idioma quodvis addiſcatur; I. omni ope & operâ quære tibi egregium Mercurium, viæ litterariæ Ducem. II. Prælibatâ Generali Grammaticâ, quantùm fert ætas & ingenium, Peculiaris, (putà Latinæ) potiores ſelige regulas ac præceptiones, eaſque faciles; quò faſtidium tollatur, perinde ac defatigatio. III. Verba, reſque verbis incluſas cape, quantùm potens animo aſſequi. Illa deindè mitte in ordinem clarum, & diſtinctum; quo expungetur obſcuritas, & confuſio. IV. Obſerva diligenter qua ſerie, & quàm maximè naturali alia ex alijs ſoboleſcant: quænam ſignificantiora, pulchriora, magiſque in vſu. Nec te ad vtiliora properantem diutiùs detineant exceptiones, heteroclita, anomala; quæ Diſciplinarum monſtra, vomicaſque Idiomatum non malè quis appellaverit.

Præceptorum praxis.

Illæ porro quaſi vocabulorum genealogia, ſerieſque ſumenda vel à natura, vel ab arte. Huius ſanè methodus eo perfectior, quò vicinior ordini naturæ ipſius. Vnde etiam ſequela exoritur veritatum, ac ſcientiarum: conſequenter Idiomatum, & omnis perfectæ elocutionis. His ita præſuppoſitis, lectione & vſu diſces rei cujuſque proprium nomen, tum nativum illius ſignificatum. Hunc diſtingues à metaphoricis, obſervabiſque quæ occurrent ſynonima. Ea ſiquidem ratio haud ægrè rem ſimul & nomen, ſcientiam & linguam te edocebit.

Qvo etiam loco liber animadvertere, in Idiomatis perdiſcendis certum aliquem ordinem ſummè efflagitari. Sanè conſilium Quintiliani ſic capio, vt quod ille de Græco ſermone & Latino, nos de Latino & noſtrate Gallico poſſimus admonere. Saltem in inſtitura ab eo comparatione, quotuſquiſque à tanto magiſtro auſit diſſentire? [*A ſermone* Græco, inquit, Puerum incipere malo; quia Latinus, qui pluribus in vſu eſt, vel nobis nolentibus ſe perhibet: ſimul quia Diſciplinis quoque Græcis inſtituendus eſt, vnde & noſtræ fluxerunt. Non tamen hoc adeò ſuperſtitioſè velim, vt diu tantùm loquatur Græcè, aut diſcat, ſicut pleriſque moris eſt. Hinc enim accidunt & oris plurima vitia, in peregrinum ſonum corrupti: & ſermonis, cui cum Græcæ figuræ aſſidua conſuetudine hæſerunt, in diverſa quoque loquendi ratione pertinaciſſimè durant. Non longè itaque Latina ſubſequi debent, & citò pariter ire. Ita fiet vt cum æquali cura Linguam vtramque tueri cœperimus, neutra alteri *officiat*.] Poſtremo ſuo munere Grammatica characteribus rectè, & eleganter effingendis occupatur. Id quod vltimum præſtat pingendi ratio concinna.

L. I. c. I.

Gallica & Latina ſimul fermè addiſcendæ.

ORTHO-
GRAPHIA.

TITVLVS IX.

ORTHOGRAPHIA.

Orthographiæ partes ac munera.

SCIENTIA ſcilicet rectè ſcribendi. Ea docet ſtylo pugillari, aut calamo per atramentum, litterarum characteres pingere, proprio loco collocare, cum alijs connectere; cum vario accentu acuto, gravi, circumflexo. Iuſtis tandem ſpatijs ſeu intercapedinibus per virgulas, hypocola, commata, puncta, periodos aptè diſcriminare: perque admirationis, interrogationis, ſimileſque notas, varios motus orationis & animi ſenſus exprimere.

L. 1. c. 12.

Cura benè ſcribendi.

Neque ſatis video cur extra Grammaticæ munus deputet Quintilianus, [*noſſe quibus quæque ſyllaba litteris conſtet* De his ſi quidem neceſſarijs ad omnes Scientias primoribus elementis, nulla ars alia præſcribit. Cum ipſemet præſertim putet rem non eſſe alienam, quam & dolet fere ab honeſtis negligi, curam benè ac velociter *ſcribendi*. Eamque jubet inchoari à difficilioribus: & verſus qui ad imitationem ſcribendi proponuntur, non otioſas ſententias habere, ſed moribus in extremam vſque ſenectutem proficuas; quas è Poëtis maximè, nominatimque ex Homero & Virgilio vult accerſiri. Equidem nihil ex Grammaticâ ignorari par eſt, niſi quod ſupervacaneum. Vnde editi olim Cæſaris de analogia libri, & Meſſalæ de ſola littera *S*, tractatus. Adeò non obſtant hæ Diſciplinæ per illas euntibus, ſed circa illas hærentibus.]

Orthographia non nimis anxia.

INTEREA ſcrupuli plures ab Orthographia, ejuſdem Præcentoris juſſu eximendi. [Longis omnibus ſyllabis apponere apicem, ineptiſſimum eſt; quia plurimæ naturâ ipſâ verbi, quod ſcribitur, patent. Sed neceſſarium dumtaxat cum eadem littera alium atque alium intellectum, provt correpta vel producta eſt, facit. Cætera plerumque inter ipſas ineptias evanuerunt.

Sæpè mutatus.

Cæterum Orthographia quoque conſuetudini ſervit, ideoque ſæpè *mutata* eſt. Vetuſtiſſimis quidem temporibus litteræ pauciores, quarum forma & vis à noſtris diverſa; fortaſsè enim *ſicut ſcribebant*, *loquebantur*. Semi-vocales geminare, diu non fuit vſitatiſſimi moris: atque è contrario porrectas ſyllabas geminis vocalibus ſcribere tenuit conſuetudo, vt cauſſæ, caſſus, diviſſiones. Diu & vſurpatum v pro i vt optumus, maxumus. E pro i, here pro heri, præſertim apud Comicos. O in e & v vertit Scipio Africanus, vt verſus, loco vorſus: vulgus, pro volgus. Vo mutatum in vv geminum, olim enim dicebatur cervom, ſervomque, nunc cervvm ac ſervum. Scripta etiam quædam aliter quàm enunciata. Vt Gaius Gæſar, vel vice verſâ. Egregia certè Quintiliani concluſio placet ſupra modum in hacce materia. *Ego*, inquit, *niſi quod conſuetudo obtinuerit, ſic ſcribendum quodque judico, quomodo ſonat. Hic enim eſt vſus litterarum, vt cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus. Itaque id exprimere debent, quod dicturi ſumus.*]

Eodem modo ſcribendum, & eloquendum.

QVO quidem præeunte ſummo Magiſtro, noſtro jam ævo laudabili conatu allaborant GALLI SCRIPTORES IN ACADEMIA RICHÆLIANA PHILOLOGI, *ſcribendi modum* ad nativam & ſuetam prolationem, quantùm fas eſt, effingere. Quorſum enim characteres ſuperflui, improprij, in contrarium prorſus ſignificatum contorti? Quæ ſi forent emendata & caſtigata, nihil profectò Gallico Idiomati deeſſe videretur ad perfectionem. Nec iſta flocci-

Carolus M. Grammaticæ autor.

faciet, qui primum Grammaticæ Gallicæ Autorem recordabitur CAROLVM MAGNVM; quaſi prima hæc Scientiarum Rudimenta, ratus fuiſſet non indigna & ſolio Regio, & ſtylo Imperiali. Vt minimè mirum ſit Fabium illum Quintilianum ſuos Oratoriarum Inſtitutionum Libros duodecim, à Grammatica ſic inchoaſſe; vt Grammaticis nullius non diſciplinæ cognitionem, neceſ-

Grammaticæ encomia.

L. 1. c. 4.

ſariam eſſe aſſeveret. Ad illos quippe pertinet [*verſus* cenſoriâ quadam virgulâ notare, Libros ſubdititios ſummovere, Autores in ordinem redigere: Poëtas, Hiſtoricos, Scriptorum genus omne excutere: de metris, rhythmiſque cum Muſica decernere. Signorum ortus & occaſus, temporumque varietatem cum Aſtrologia declarare. Naturales quæſtiones cum Philoſophia, vitæ præceptiones cum Ethica: dicendi proprietatem & copiam, cum Eloquentia

quentia profiteri. Quo minùs ſunt ferendi, qui hanc Artem vt tenuem ac jejunam cavillantur; quæ niſi Oratori futuri fundamenta fideliter jecerit, quidquid ſuperſtruxeris corruet. Neceſſaria pueris, jucunda ſenibus, dulcis ſecretorum comes: & quæ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis, quàm oſtentationis. Immo-verò quia Grammatices amor, & vſus lectionis non ſcholarum temporibus, ſed vitæ ſpatio terminatur; ad illam pertinet omnia tum Poëtica, tum Oratoria, tum Hiſtorica trutinari & expendére: vocum varios ſignificatus rimari, ſchematiſmorum nomina & vim diſtinguere; Gloſſemata, id eſt voces minùs vſitatas interpretari. Hiſtorias diligenti labore, nequaquam tamen ſupervacaneo enarrare: receptas, aut certè claris Autoribus memoratas exponere. Perſequi quidem quod quiſque vnquam vel contemptiſſimorum Hominum dixerit, aut nimiæ miſeriæ, aut inanis jactantiæ eſt: & detinet atque obruit ingenia, meliùs alijs vacatura. Nam qui omnes etiam *indignas* lectione ſchedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam poteſt. Atqui pleni ſunt ejuſmodi impedimentis Grammaticorum Commentarij, vix ipſis, qui compoſuerunt, ſatis noti. Ex quo mihi, haud minùs quàm Quintiliano, inter virtutes Grammatici habebitur, *aliqua neſcire.*

ORTHOGRAPHIA.

Sola, Encyclopedia eſt,

Contra Pedantiſmum.

Iuvat aliqua neſcire,

PRINCIPIA.

HISTORIA.

TITVLVS I.
Partitio per Titulos IX.

HACTENVS Grammatica verborum gubernatrix, deinceps Hiſtoria rerum illuſtriorum quæ aut geſtæ, aut dictæ merentur memoriam poſteritatis. Ea exhibetur hocce

Tractatu
- Commendata, Diſtributa:
- Chronologica, Eccleſiaſtica, Monaſtica:
- Imperialis, Extera;
- Domeſtica, Miſcellanea.

Hiſtoriæ vtilitates.

HISTORIÆ Corpus materia narrationum, anima veritas: ſpiritus rerum agendarum cauſæ, principia & induſtriæ. Cumque experientia audiat ab omni ævo ſcientiæ procreatrix, nullaque melior ſchola ſit Hominis vitâ: non illegitimè reputatur Hiſtoria prudentiæ parens, magiſtra morum, ſtimulus fortitudinis, fomes virtutum, vitæque totius ſapiens moderatrix. Nam ſicut docet Philoſophia quæ agenda ſunt ad benè, beatéque vivendum: ſic recitat Hiſtoria quæ geſta fuêre, vt nobis cedant in exemplum. Neque propterea dum aut ſtruitur, aut legitur, pretium illius eſt ſi præclara quæque obſerves aut memoriæ inſculpas: ſed ſi æqua judicij lance expendens ſingula, optimam ex ijs vitæ regulam nanciſcaris. Nulla certè lectio cuivis aut vtilior, aut jucundior. Verùm *Principibus* ideo maximè neceſſaria; quòd ſola ſine adulationis fuco veritatem nudè repræſentet. Vnde Alexandro Magno comes individuus Ilias Homeri, Alphonſo Titi-Livij Decades Romanæ. Vel ex ipſomet etymo, Hiſtorici non debebant eſſe niſi oculati teſtes. Eratque ea olim cura penes Pontifices, vt divino ore manuque ſacrâ veritas majori religione tractaretur.

Principibus neceſſaria.

Quinam Hiſtoriæ Scriptores.

Materia duplex.

MATERIA, quâ laxior, narratio omnis eſt aut vera aut fictitia, ſaltem fucatis coloribus inumbrata. Ab his ortæ olim veteres Fabulæ, hodiéque Amaſia illa Heroïca: putida noſtri præſertim ſeculi hujus corruptiſſimi vitulamina, operæ inanitatis pleniſſimæ; quibus nihilominùs, velut lethali mulſo juvenilis ætas pravè labefactatur. Adeò plus obtinet apud Hominum ingenia lenocinans mendacium vt infatuet, quàm ſincera veritas vt erudiat.

Fabulæ, & Romantia.

Eſt tamen quod Fabulis cedant ludicra illa Amaſiorum ſomnia. Hæc enim habent nihil præter mollis animi laſciviam, effœminatique ſermonis luxuriem. Illæ, vt minimùm, quod oſtendam in Poëtica, Naturæ ſecreta, Religionis Myſteria: Hiſtoricæ, Ethicæ, Politicæ optima quæque præcepta ingenioſis figmentis involvunt. Ambæ pari ſtudio adnotant nominatim Perſonas, facta, dicta: locum, tempus, & quotquot id genus circumſtantiæ intercurrunt.

Quid in illis adnotatur.

AC vera quidem HISTORIA procul omni odio & favore, nihil omittit veri, nihil falſi admittit. Vagatur interim per diverſas materias illius contextus. Vnde & ipſa cenſetur

Vera Hiſtoria multiplex.

Multiplex.
- *Sacra, Naturalis, Prophana:*
- *Vniverſalis, Particularis:*
- *Vetus, Media, Nova;*
- *Extera, Domeſtica, Privata.*

SACRA Divino-Humana narrat quæ acta divinitùs, & circa Religionem; in Lege Naturæ, Moſis & Evangelij. Naturalis deſcribit totius mundi ſupellecti-

lem, Elementa, Lapides, Metalla, Animantium triplex genus, Hominis ſtru- ctúram ac dotes. Et hæc propriè eſt Phyſica tum Generalis, tum Particularis. Prophana quintuplex; Regnorum periodos, Provinciarum, & Vrbium incrementa, Familiarum decora, Hominumque geſta recenſet. Compendio igitur colligent quæ reſtant ex notatis in Programmate, Capita ſeptem. Incipietque *Chronologia*, à qua cæterarum ſeries & ordo.

CHRONO LOGIA.

CHRONOLOGIA.

TITVLVS II *Chronologia multiplex.*

EA Res quas narrat Hiſtoria, certis temporibus illigat; quorum ſerie ordinatiſſimâ vitatur rerum & temporum perturbatio, ac memoriæ confuſio. Ea certè peritia tanti ſemper apud omnes pretij fuit, vt Regium Sacra inter Volumina Chronicon; Viros vocet *Eruditos qui noverunt ſingula Tempora.* Enim-verò ſi ſtruitur ad libitum, aut ex rei natura, moles narrationum continua, Hiſtoria eſt; qualis inter ſacros Geneſis, Exodus, Baſilica, Evangelica, Apoſtolica: in Prophanis Herodotus, Livius, Suetonius, Curtius. Si per annos excurrit, conflantur Annales, quales Taciti & Baronij. Si ſervatur dierum ordo, Diaria ſunt, Ephemerides & Commentaria; quod præſtitère Iulius Cæſar, Botereius, & alij. Si ſatis inordinatè, & provt res ſe ſe vltrò offerunt, vel calamo & memoriæ occurrunt; Adverſaria nominantur. Porrò quemadmodum Hiſtoria rerum materiam, congeriemque ſuppeditat: ſic Chronologia formam rebus, ceu regulam ſuperaddit. Ex vtriuſque mixtura omnium optimè conflatur HISTORIA-CHRONOLOGICA, SEV CHRONOLOGIA-HISTORICA.

1. *Paralipom.* 12.

His omnibus prætermittendæ Temporum Menſuræ, quæ ſunt veluti Chronologiæ

Tempus variè diſtributum.

Principia. { *Momentum, Hora, Dies:* / *Hebdomada, Menſis, Annus;* / *Cycli, ſeu Epochæ & Æra.* }

QVIPPE pars temporis minima, vocatur vncia; ſcrupulus, atomus, punctum: aliàs MOMENTVM, ſeu minutum; quod ſubdividunt in ſecunda, tertia, &c. Affirmantque Iudæi, ſcrupulum horæ partem eſſe centeſimam octuageſimam. Porrò ex ſexaginta ſcrupulis, ſeu minutis naſcitur *Hora.*

Momentum.

HORÆ ſignificatus denotat aliquandò trimeſtria quattuor anni tempora, vt notat Horatius de Iove;

Hora quid, vnde, & quotuplex.

Varijs mundum qui temperat horis.

Vnde anni trimeſtres, Ægyptijs ὧροι nuncupantur. Aliquando Annales; à quibus dicti Ὡρόγραφοι, qui & Hiſtoriographi. Aliquando tempus quo res eſt in proprio vigore & maturitate, ex Suida: Vnde Galeno τὸ ὡραῖον vocatur maturus fructus, & ſuo tempore lectus. Aliquandò formam, & pulchritudinem. Vnde Græcis ὡραῖος, formoſus: ὡραιότης, decor. Et Latinis Iuventutis Deam, ex Ennio;

Teque Quirine pater veneror, horamque Quirini.

Aliquandò ipſam cœli inclinationem. Eo nimirum ſignificatu ſcribit Plinius Italiam eſſe inter ſextam horam, hoc eſt ad meridiem, primamque brumalem. Tandem hora, ſumptâ nomenclaturâ vel à juſtitia, vel à pace, vel à Sole; qui Horus appellatur: vel meliùs, à temporis definitione ac limitatione; ſignificat illud æquale Spatium temporis, quo diem in partes varias ac certas metiri Homines didicêre. Deducunt alij à Cyno-cephalo animali; quod duodecies in die mingere deprehendit Triſmegiſtus, adeóque latrare; vnde Ægyptij hydrologijs ejus figuram imponebant. Alij demum à muſica cœleſti. Horæ autem

Lib. 3.

Diſtinguuntur. { *Aſtronomicæ,* / *Et* / *Vulgares.* }

Hora quotuplex.

PRINCIPIA
Vulgares.

VVLGARES eæ ſunt, quæ æqualibus ſpatijs quattuor & viginti diem dividunt, illudque interſtitium efficiunt quod diem naturalem vocant. Ideóque æquinoctiales dicuntur & æquidiales, atque etiam meridionales: Græcis ἰσημεριναὶ, & χρονικαί. Aſtronomicas appellant, quæ dierum & noctium artificialium momenta ſequuntur: & pro temporum anni diverſitate, modò brevioribus ſpatijs, modò longioribus concluduntur. Nempe æſtate, quæ diurnæ horæ ſunt, longiores: quæ nocturnæ, breviores. Hyeme verò è contra. Diem enim artificialem, id eſt ſpatium quo Sol Hemiſphærium vnum illuſtrat, in duodecim æquales partes dividebant. Et ſimiliter aliud ſpatium, quo aberat, in alias partes æquales. Ex qua æqualitate, ipſæ horæ inæquales fiebant, pro inæqualitate curſus Solis, ſecundùm gradus & ſigna Zodiaci. Quare & Planetariæ Horæ dicebantur. Neque prætereundum abs Romanis, vnicuique Horæ ſuum Numen præfinitum (quam ſuperſtitionem fortè ab Ægyptijs hauſerant) immò & proprium cuique Horæ diei exercitium. Quod vltimum pulchrè inſinuatur à Martiali.

L. 4. Epigram.

Prima ſalutantes, atque altera continet hora:
Exercet raucos tertia Cauſidicos.

Dies vnde dictus.

Certè ex horis viginti quattuor conficitur DIES, qui ſive à Dijs nuncupetur: ſive à Iove, ſive à Dio, id eſt Cœlo, alia-ve origine, cenſetur

Multiplex { *Naturalis,* *Artificialis:* *Aſtronomicus,* *Civilis.*

Dies Naturalis.

NATVRALIS, revolutio eſt Primi-Mobilis, ab vno puncto ad idem punctum. Cujus quidem revolutionis ſpatium, Græcis Νυχθήμερον, dividitur in viginti quattuor partes æquales, quas mox horas nuncupabam. *Artificialis*, præſentia Solis eſt ſupra Horizontem. Dies naturales vbiquè æquales comperias. Contra-quàm Artificiales, qui in Sphæra obliqua modo longiores, modo breviores illucent, provt Sol ad ſuos Tropicos variè delabitur. *Civilis*, qui & Iſidoro Legitimus, hoc ſolùm titulo differt à Naturali die, quòd Civilis pangit initia Naturalis. Quæ quidem primordia apud varias Gentes varia computantur. Babylonijs, Perſis & Græcis à Solis ortu ad ejuſdem exortum. Ægyptijs, Polonis & Italis, ab occaſu in occaſum. Arabibus, Hiſpanis, Germanis & Gallis à media nocte ad mediam noctem; qui & diem in duodecim horas æquales bipartiuntur, juxta illud Evangelij, *Nonne ſunt duodecim horæ diei?* Aſtronomis, à meridie ad meridiem. Et hic propriè dies eſt Aſtronomicus. Alia Medicis dierum partitio eſt. Iuris-Conſulti verò diem neque Aſtronomicum, neque Artificialem admittentes; illum Naturalem, ipſi Civilem: iſtum Artificialem, ipſi Naturalem agnominant. Ideoque vbi de diebus fit mentio, vox Naturalis habetur æquivoca. Cum dies dividitur in Civilem & Naturalem, Naturalis ſignificat Artificialem, id eſt inæqualem. Cum dividitur in Naturalem & Artificialem, Naturalis ſignificat Νυχθήμερον; id eſt Æqualem, ex die & nocte conflatum.

Artificialis. Civilis. Ioan. 11. *Cujat. l. 2. de Verbor. ſignificat.* Medici Iuris-Conſulti.

Certè olim, quod jam indigitavi, ante inventas horas, diem diſpeſcebant in duodecim partes æquales: noctem in quattuor vigilias, quas Græcis φυλακὰς ſeu Cuſtodias agnominari conſtat etiam ex Evangelio. Ita-vt vnaquæque vigilia tribus horis conſtaret. Inde prima pars diei ortus erat Solis, vltima occaſus: media hora ſexta, quarta hora nona, &c. Cujus rei veſtigia retinent hodiéque inter Clericos, *Horæ Canonicæ*. Romani verò & Græci computant mediam noctem μεσονύκτιον, & ἀμολγόν: conſequenter de media nocte, vel mediæ noctis inclinatione: Gallicinium, ἀλεκτρυοφωνίας: Conticinium, cum omnia ſilent; vnde

Vigiliæ. vigil. noct. Luc. 2. Horæ Canonicæ.

Ovid. 7. Metam.

—— *Mediæ muta ſilentia noctis.*

Diluculum mane cum lux videtur, quia tunc manat dies ab Oriente: vel quia bonum, olim manum dicebatur, verbo veteri: vel à Manibus, quæ ſub crepuſculum magis conſpiciuntur. A mane ad vſque meridiem medius dies, meridies;

quaſi merus, & purus dies. De meridie ſuprema dies ſeu ſerum, & prima veſpera. Exinde veſper, crepuſculum ſerotinum; quo tempore nati dicuntur Crepuſci, vt Lucij qui prima luce. Vocatur, etiam primæ tenebræ, & prima fax; quoniam eo temporis articulo lumen inferens aiebat, χαῖρε νέον φῶς. Quia etiam mos erat ipſis quoque Iudæis, maximè feſtis diebus, lucernas accenſas, nec-non violis coronatas feneſtris apponere; vti modò fit in publicis gaudijs, ovationibus, & triumphis. Concubium, cum cubitum itur. Intempeſtiva nox, tandem nox media. Dies inſuper — CHRONOLOGIÆ.

Diſtinguuntur. { *Feſtus*, *Interciſus*, *Conceptivus*, *Nundinarum*, } { *Profeſtus*, *Feriæ*, *Imperativus*; *Nefaſtus*, *&c.* — Alij dies varij.

Feſti dies, Dijs dicati. *Profeſti*, rebus Hominum agendis. Interciſi Deorum, Hominumque; quibus mane & veſpere nefas, media die, inter hoſtiam cæſam & exta projecta, fas eſt. Idem qui in Iure diſiſſus, id eſt, partim religioſus, partim faſtus.

Feriæ, cum vacatur. Sunt ſtativæ, toti Plebi communes. Conceptivæ, quas in certas dies Magiſtratus & Sacerdotes concipiebant, Imperativæ, quæ pro arbitrio indicabantur. Nundinæ, quibus omnes ad forum mercium gratiâ conveniebant. Erant & Privatæ Familiarum, vt Claudiæ, &c. Quin & Privatorum, vt Natalitia. Ferias idcirco dixêre *Eccleſiaſtici* dies omnes, quia divinis rebus nunquam-non debent vacare. Et ſeptimam DEVS ipſe dedicavit, in honorem ſuæ quietis poſt Mundi fabricam. Quin & obſervatum à Ioberto, nullum non Sabbathum radio aliquo Solis illuſtrari. Eum tamen cultum in Dominicam tranſtulit Eccleſia, in honorem Dominicæ Reſurrectionis. Faſti dies ſunt, cùm Prætori licet tria verba fari; *do*, *dico*, *addico*. Vnde Libri in quos ea referuntur, Faſti appellari, hodie Kalendaria. Contrarij ſunt Nefaſti, ſeu poſteri. Sacri, idem quod Feſti & Religioſi, aliquando idem quod nefandi: ſeu atri; qui Feſto numerantur ſex & triginta, & quibus Mundus in anno rer patere futiliter creditur. Faſtos albo lapillo, Nefaſtos nigro Veteres adnotabant. — Feriæ variæ. — Eccleſiaſticæ. — Geneſ. 2.

Comitiales quorum nota Antiquis C. in quibus Comitia celebrare mos erat. Comperendines, quibus vadimonium licebat dicere. Stati, judicio Peregrinorum præſcripti. Pandiculares, ſeu Communicarij; in queis mos fuit, omnibus Deis communiter ſacrificare. Præliares, quando exercitu imperato vexillum rufum, aut purpureum in arce ad prælium ponebatur. Ijdem fortè *Iuſti*, licet aliàs Iuſti & Integros ſignificent. Poſtridiani per ſe noti ſunt, ſicut & Pridiani. A nundinis, quas cum Aliquibus ferijs ſupra annumeravimus, fit Trinumdinum. Etymologiæ anceps ratio à Nundina Dea, à Nundinis nono quoque die celebrari ſolitis. Adeo-vt Edicta & Plebiſcita promulgare mos eſſet per tres continuas Nundinas. Quinquatri poſt quintum Iduum. Μητρῳακοί, Deûm Matri ſacri. Datili, ſeu Datilli, id eſt fœlices. *Ægyptij*, ſeu inauſpicati; duo videlicet in vnoquoque menſe, quos poſt Cenſorinum indicat Giraldus Lillius, præclaro Opuſculo de hacce materia.

Dies *Intercalares*, Interjecti, Intervocati: Græcis ἐμβόλιμοι, ὑπερβάλλοντες, ſeu ἐξαιρέσιμοι; ij erant quos ineunte anno, Pontifex (vnde Kalendæ, & Calabra) convocato Populo tollendos, addendos, aut prorogandos denuntiabat; vt Lunæ curſu cum ſolari congruente, annus certa ſede conſtaret. Quorum imitatione dicti verſus intercalares, qui in Poëmatis intercinuntur. Ex ejuſmodi diebus ſeptem, conflatur. — Intercalares.

SEPTIMANA, Græcis Ἑβδομὰς, Hebræis Sabbathum; vnde prima Sabbathi in Evangelio, id eſt primo die Septimanæ. Vndenam porro ſinguli dies nuncupentur Lunæ, Martis, &c. lippis notum atque tonſoribus. Tantùm juvat advertere, diem ſeptem Planetis ſubijci iſto ordine, ♄. ☉. ☾. ♂. ☿. ♃. ♀. Adeò-vt vnaquæque hebdomada 24. horarum ſeptimanas efficiat. Hebdomada accipitur etiam interdum pro anno, vt dicam infrà; ſi priùs explicuerim, quid ſit ex vario hebdomadarum numero per 30. aut 31. dies naſcens — Septimana. — Matth. 28. — Menſis quid, vnde, quotuplex.

MENSIS; qui ſicut & annus, Libra nonnunquam appellatur. Menſis autem vel à menſura, vel à curſu Lunæ, quæ Græcis μήνη nuncupatur. A cujus

PRINCIPIA

etiam cornibus, bos dicitur: ſicut ejus initium, μόσχος, id eſt vitulus. Quin & dies menſis, aliquando Lunæ appellantur.

Multiplex eſt { *Naturalis*, *Et* *Civilis*.

Naturalis.

NATVRALIS, ſeu vertens Solis, quamdiu Signum vnum Zodiaci ab eo percurritur. Licet enim vnumquodque ſignum ſit graduum triginta; menſes tamen fiunt inæquales, quia Sol tardiùs decurrit Signa apogæo ſuo viciniora. Et Luna à nova in novam illam et duodecim Signa Zodiaci debet decurrere, & inſuper vnum ferè ſignum; vt poſt Periodicum menſem faciat Synodicum, redeatque ad Solem, vti mox dicetur.

Civilis.

Civilis, pro cujuſque Nationis inſtituto, cum hâcce obſervatione. Signum quod menſtruatim Sol ingreditur, cuique menſi eſt proprium, & ſingulare. Contrà verò lunatio menſi illi tribuitur, in quo completur. Vnde & interdum menſis vnicus, duas recipit lunationes: vnam inchoatam, alteram finientem. Cæterum poſt Hebræos, Nationum pleræque menſes diſtinguunt in Eccleſiaſticos, & Politicos. Ego nominandis ſuperſedeo, vt moneam illis obſoletis, Macedonum menſes in vſu Eccleſiæ Græcæ potiores remanſiſſe. Iſtudque Romanis proprium à triplici Lunæ mutatione

Menſis partitio tripica.

Partiri menſes in { *Kalendas.* *Nonas.* *Idus.*

Kalendæ.

KALENDÆ, Iunoni ſacræ; eò quòd viſâ novâ Lunâ primo menſis die, Populi vocarentur in Capitolium juxta Curiam Calabram. Vel quòd tunc Luna clam latitaret. Illis quia carebant Græci, & Latinis mos erat Kalendis vſuras perſolvere; de nunquam reddituris debitum, facta adagio eſt, *ad Kalendas Græcas.* Apud cunctos ea ſolemnis dies fuit. Vnde in illis Reges Iudæorum convivium celebrabant, & Carmeli Montis Incolæ filij Prophetarum devotionis ergo frequentabantur. *Nonæ*, quarum tutela Deo caret. Sic dictæ, quia tunc *νέα*, id eſt nova eſſet Luna. Vel quòd poſt viſam novam Lunam, Nonæ ipſæ proclamarentur. Vel quòd Tuſci nono quoque die Regem ſalutarent, & conſulerent. *Idus* appellantur, ex eo quòd eo die plenior Luna videretur: vel à veteri verbo Hetruſcorum Iduare, id eſt dividere. Vnde vidua, à marito diviſa. Idus igitur dictæ, quod menſem quaſi dividerent. Iovi ſacras tradit vetus Religio,

Venerunt Calendæ, & ſed. Rex ſup. Cathedr. 1. Reg. 20. Hod. non ſunt Calend. neque Nonæ. 4. Reg. 4.

Idus.

Idibus alba Iovi grandior agna cadit.

Horum partitionem notant decantati verſus;

Prima dies menſis cujuſque eſt dicta Kalendæ,
Sed Maius Nonas, October, Iulius & Mars:
Quattuor at reliqui, dabit Idus quilibet octo.

Menſes Numinibus ſacri.

Idus porrò, veluti & menſes, certis olim Numinibus dicari, ſequenti dyſticho innotuit.

Ian. Decem. Mart. Aug. Nov. April. Octob.
Iuno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars:
Iun. Iul. Febr. Sep. Mai.
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Et ab Imperatoribus nuncupati.
Græca Menſium diviſio.

Interdum etiam Menſes ab Imperatoribus indigitati reperiuntur; vt Iulius, Auguſtus, Tiberius, Nero, Commodus, Hercules, Amazonius, &c. Græci menſis diviſionem efficiunt per tres decades. Neomenia, ſeu Hieromenia; conſiſtens, vſque ad decimam: Decima, vel medium; deficiens, vel determinans.

Annus quid.

Ex diverſa menſium revolutione diverſi ſecundum Nationes exiſtunt ANNI; queis nullum propriè initium, nullus finis. Qua de cauſa Græcis Ἐνιαυτὸς, Hebræis שנה nuncupatur, quoniam in ſeipſum reflectitur. Ægyptiorum idcirco Hieroglyphica annum depingunt ſpecie colubri, ſuam ipſius cauſam rictu reglutientis. Sunt tamen qui Annum ordiantur alij à verè, alij ab autumno. Sanè paſſiva anni partitio in quattuor tempeſtates, res vulgatior quàm vt debeat adnotari. Iſtud verò juvat non omittere, eadem anni tempora, ſi ritè advertas, vnoquoque die ita redire; vt mane veri, meridies æſtati, veſper autumno, nox hyemi, horas pro Menſibus computando, aptiſſimè reſpondeat.

Vnde plura elici queunt ad Politicam, & Medicinam perquam idonea. Chriſtiani anni caput faciunt Kalendas Ianvarij, quas purpurant Chriſti per circumciſionem primitiæ. Inter verò Annos, quantum ſpectat Chronologiam, habentur

CHRONOLOGIÆ.

Inſigniores { *Solis*, *Et* *Lunæ*. } { *Naturalis*, *Et* *Civilis*.

Quotuplex.

A n n v s S o l i s, celeſtis ſeu Tropicus, & Naturalis ſeu temporalis; quem abſoluta vna Solis converſio ab occaſu in Orientem efficit; conſtantem diebus 365. horis 5. 49'. Illi ſubeſt *Civilis*; de quo non ita multò poſt; qui jam apud nos incipit Kalendis Ianvarij, ſicut olim Eccleſiaſticus menſe Paſchatis.

Solis Naturalis, & Civilis.

Annus *Lunæ*, duplex. Etenim menſes Lunæ ſunt præſertim duo. *Periodicus*, cùm videlicet Luna orbem ſuum peragrat diebus 27. horis 7'. 43. 7''. Et *Synodicus*, quo Luna ab Sole digreſſa, eundem aſſequitur diebus 29. horis 12. 44'. 3''. Hinc fit *duplex* annus Lunaris *Aſtronomicus*. Vnus *Periodicus*, alter *Synodicus*. Synodico ſubeſt Civilis, ſeu communis; qui menſes alternat, modò 30. dierum, & tunc menſis plenus dicitur: modo 29. & tunc menſis cavus vocatur. Annus ex Synodicis menſibus conſtat. Et hoc Lunari anno hodiéque vtuntur Arabes, Turcæ, &c. Apud quos idcircò, caput anni nulli certo tempori affigitur.

Lunæ Periodicus, & Synodicus.

Aliarum Nationum pleræque non eo ſimplici vtuntur; ſed compoſito, & cum Solari anno incluſo per orbem; quem propterea nominant Cyclum; ſeu periodum. Eſt verò *Cyclus* ſpatium rationes Solis & Lunæ pares efficiens. Initio quidem rudior, ſubinde perfectior per Octoeteridem: donec jam inventore Metone Mathematico, exactè abſolvitur Enneadecaeteride; id eſt, novemdecim annorum curriculo, quo continentur 235. Lunationes, dies vero 6939. cum horis 16. & dimidiâ. Quæ periodus minor eſt Solari, ſolùm horâ cum dimidiâ: hæc enim continet 6939. dies & 18. horas. Magnis porro Annis conjungendis quæ ſequuntur tria deſerviunt.

Cyclus.

A V R E V S N V M E R V S; Epactâ, Cyclus.

TITVLVS III. *Variæ temporum conjunctiones, æræ & epochæ.*

A V r e o olim Numero in Calendarij margine notabatur Novilunium, prout cadebat in diverſas cujuſque Menſis dies; donec peractâ vnâ Enneadecaeteride, rurſus Luna in eundem Menſis diem aureo ſimiliter numero inſignitum recidebat. At enim ea ratione minus exactâ, ſupererant ſemper aliquot horæ; quæ decurſu temporis plures dies efficientes, ordinem Calendarij perturbabant. Itaque, cum Decretum Concilij Nicæni Paſchati conſtituendo æquinoctium vigeſimo primo Martij affixiſſet, deprehenſum eſt in annis 1257. qui enneadecaeteridas 66. & aliquid ampliùs continent; quatriduo citiùs novilunia prævertere; quàm numerus Aureus notabat. Quæ cauſa impulit Gregorium XIII. vt reformationi Calendarij invigilaret, & ſelectos vndique ejuſmodi rerum peritiſſimos huic curæ delegaret. Qui alia quadam & novâ ratione Epactas conſtituerunt. Epacta autem à Græco ἐπέχειν, id eſt inducere, vel ſuperagere, quaſi ſuper-augere. Ea autem ex Iſidoro, vndenarium numerum vſque ad tricenarium in ſeſe reſolvit, vt Lunaris emenſio rationi Solis æquetur: vel numerus dierum, quo annus Solaris communis annum Lunarem ſuperat. Hoc autem modo *inventur* Aureus Numerus. Anno v. g. proximè futuro 1648. adde 1. fiet 1649. Divide per 19. reſtabit 15. pro aureo numero: ſi nil reſtaſſet aureus numerus eſſet 19. Inveniendæ porro *Epactæ* multiplicandus is aureus numerus 15. per 11: evadet 165. addendum 20. fiet 185. hæc ſumma dividenda per 30. Reſtabit 5. pro Epactâ; ſi nihil reſtaſſet, fuiſſet 1.

Aureus Numerus.

Epactæ inventio.

Epactæ autem eo modo inuentæ, vt *diem Lunæ* veſtiges, adde menſis numerum initium ducens à Martio. Ambobus; epactæ & menſi ſuperadde menſis diem, cujus Lunam expiſcaris. Nam ſi ex iſtis tribus; Epactâ anni, menſis numero, die menſis confectus numerus non exceſſerit 30. qualiſcumque remanſerit: ſi exceſſe-

Diei Lunæ inventio.

PRINCIPIA

rit; quotus reſiduus, dies Lunæ poſt novam credi debet. Breviùs. Epactæ anni præcedentis adde 2. Vt ſupra, infrave 30. eadem eſto regula; erit dies Lunæ poſt novam. Demus exemplum prioris. Si Epacta ſit 11. adde numerum Octobris, id eſt 8. fiunt 19. junge 15. menſis diem, conficientur 34. Ergo Lunæ dies 15. Octobris, erit 4. & is eſt Cyclus, ſeu circulus Lunæ.

Cyclus Solis.

Huic deinde maritatur Cyclus, ſeu *circulus Solis* 28. annis præciſè abſolutus; quibus confectis, idem Litterarum Dominicalium ordo retexitur. Nam annus Romanus communis, qui & Iulianus appellatur ab inventore Iulio Cæſare, diebus conſtat 365. quibus quarto quoque anno dies vnus adcreſcit, quem efficiunt reſiduæ in vno quoque anno horæ ſex. Qui annus Biſſextilis, & Intercalaris, appellatur; eo quod bis ſexto Calendas Martias iteratur, duobus diebus pro vno computatis. Ac illi quidem dies 365. per ſeptem diſtributi, conficiunt hebdomadas 52. ſimùlque diem vnum ſuperfluum. Annus verò per ferias ſeptem hebdomadales revolutus; totidem litteris notatas, quas indicat verſus ſequens;

Gaudet Francus Equo, Dacus Cane, Barbarus Arcu.

à quâ littera incipit, in eâdem deſinit; ideſt, A. Vnde quæ hoc anno Littera Dominicalis eſt ſeu characteriſtica, ſequenti anno cedet honorem alteri litteræ, quæ illam proximè antecedit; eo prorſus ordine, quo verſiculus ſupra allatus, illas refert. Nempe ſi hoc anno G Littera eſt Dominicalis, ſequenti erit F, & ſic deinceps. Sed quia, vt mox dixi, Biſſextilis eam ſeriem interturbat dum pro vna duas charaſtericas aſſumit, orbis iſte abſolvi nequit, niſi per quater-ſeptem, id eſt 28. annos. Quod ſpatium *Cyclus Solis*, ſeu Litterarum Dominicalium appellatur.

Vt autem inveniatur; currenti anno adde 9. Productum divide per 38. Reſiduum erit annus Cycli. Quòd ſi nihil ſuperfuerit, erit ipſemet 28. id eſt vltimus annus Cycli. Sumatur exemplum, adde 9. ad annum 1648. fiet 1657. Divide hanc ſummam per 28. reſtabit 5. Cycli ſolaris pro anno ſequenti. Cui rei quod à me paulo antea eſt inſinuatum, manum vltimam admovit Gregorius XIII. an 1582. quo tempore poſt quartum Octobris, dies decem omiſit; vt Æquinoctia, Lunationes & Feſta Paſchalia deinceps conſtarent. Quod tamen non acceptarunt plerique Septentrionales.

Indictio.

Subeſt & tertius Cyclus, qui etiam *Indictio* appellatur. Conſtat ea annis XV. Inde fortaſſis dicta, quòd illis temporibus Romani tributum à ſubiectis Nationibus repoſcerent per tria luſtra. In quorum primo ſolvebant ferrum, in ſecundo argentum, in tertio aurum; ſi tamen fides quibuſdam habenda. Fas Politici incipiunt & finiunt VIII. Kal. Octobris. Pontificij Kal. Ianuarij. Vt autem inveniatur, ſumendus eſt annus de quo quæritur. Sumpto tres addendi, natus quippe

Qua ratione invenitur.

CHRISTVS indictione quarta. Mox ſumma dividenda eſt per 15. quod ſuperfuerit, Indictio eſt. Si nihil ſuper eſt, Indictio erit ipſe numerus XV. Vel aliter. Currenti anno deme 12. Reliquum dividetur per 15. reſiduum erit Indictio; vel ipſe numerus XV. Prior ratio dyſticho ſequenti celebratur.

Si tribus adiunctis Domini diviſeris annos,
Ter tibi per quinos Indictio certa patebit.

Luſtrum.

Sunt & alij, ſed minoris momenti, in Autoribus annorum Cycli ſeu Circuli. In eis, potiores, *Luſtrum* Romanis. Græcis Olympias & Penteris. Spatium videlicet quattuor annorum abſolutorum, aut quinque inchoatorum, licet Autores ea ſuper re non ſatis concordent.

Seculum.

Seculum, Græcis Αἰών, Tertulliano vocatur acutiſſimè, *Corpus temporum*, vſurpaturque ſignificatu diverſiſſimo. Ad præſens verò inſtitutum ſpatium eſt, vti Hominis ſenis, centum annorum. Illud malè confundunt nonnulli cum Gennea, triginta ſolùm annis, vel ſeptem, vel viginti quinque conſtante. Fortè meliùs, Ætas idem quod Seculum, à quo Ludi Seculares in Centeſimum annum indigitati.

Iubilæum.

INTER quidem Hebræos nullum tempus maiori cultu celebrabatur, quàm IVBILÆVM. Nomen illi à *Iobel*, tuba eſt ſive è cornu Arietis buccina; quo vti ſolebant Iudæi quoties aliquis manu mittebatur, in honorem ſcilicet Arietis illius Angeli ope Abrahami gladio in locum Iſaci ſubſtituti. Eodem quoque etymo convocationem & Iubilum inſinuari, ſunt qui affirment. Ea feſtivitas Secularis ac Religioſa, redibat poſt annos quinquaginta. Vt enim Hebræa lingua

Geneſ. 22.

Myſteri

Myſterijs arithmeticis ſcatet, præcipuus inter Numeros ſeptimus exiſtimatur. Inde ſeptem diebus coaleſcit hebdomada, ſeptem hebdomadæ tempus conflant à Paſchate ad Pentecoſtem. Poſtque ſepties ſeptem annos, qui efficiunt quadraginta novem, incipit annus Iubilæi. Eo ſcilicet anno ſervi è Iudæis libertati redditi, agrorum poſſeſſio venditoribus poſtliminiò reſtituta. Tres tum erant *Levit. 25.* *Anni Sabbathici*, dicati memoriæ Creationis, Reſurrectionis, nec-non quietis in Cœlo ſempiternæ. Et verò annonâ à DEO inſigni, proventus Terræ anni quadrageſimi noni ſufficiebat ad vſque quinquageſimum ſecundum.

Quia porro ex eadem Theologiâ Numerus quinquagenarius, ſimulque pœnitentia ac peccatorum remiſſio tribui ſolet Spiritui-Sancto; rectè intelligitur peccatum illud, pro quo nullibi venia eſt & indulgentia, cognominari peccatum *Matth. 12.* contra *Spiritum-Sanctum*, qui indulgentiæ autor eſt, & pœnitentiæ inſtigator. Huc quoque revocant nonnulli ex Eruditis, Magnum illum *Platonis* Annum; vt hyems Orbis fuerit Cataclyſmus, æſtas futura ſit generalis & vltima conflagratio. Significantiùs Iubilæum *Christianus* Indulgentiarum maxima, & pleniſſima *Chriſtianus Iubilæus.* eſt; quoties nempe Romanus Pontifex ſupremus Chriſti Ærarij Præfectus, infinitas ejuſmodi divitias in Fideles prolixiſſimè effundit. Tunc ſiquidem & peccata quælibet abſolvendi, & vota etiam relaxandi aut commutandi facultas conceditur. Inventum primò fuit Bonifacij VIII. ad annos centum. A Clemente VII. ad quinquaginta annos dimidiatum, Paulus III. contraxit ad quintum ſupra viceſimum. Eo Majorum ritu & inſtituto, Iubilæum celebrabat Innocentius X. anno proximè M.DC.L. Iamque inolevit conſuetudo, vt novus quiſque Pontifex Maximus inaugurationis ſuæ primitias dedicet, indicto per totum Orbem Chriſtianum publico & generali Iubilæo.

NE multa; vnaquæque Natio Cyclos ſuos, Epochas, ac veluti temporum characteres variè ſibi effinxere. Inde adeò notabilis cujuſque hujuſmodi intervalli exordium vocatur *Æra*. Ratio fortè quòd tunc temporis ære numerato, cenſus *Æra ſeu Epocha.* perſolvebatur. Vel quòd olim à Pontifice in Templo anni numerus notabatur fixo in pariete clavo, quem idcircò Annalem Feſtus appellat. Vel ex eo quod Hiſpani ſolebant in ſuis monumentis annos deſignare per haſce notas initiales A. ER. A. id eſt Annus erat Auguſti; quas ſecuta deinde imperitia, in vnum conflavit. Has porrò Æras, Epochas & quaſi grandiores temporum limites & intervalla varij variè conſtituunt, & interpretantur. Nos medium σὺν Θεῷ tenentes, inter Autores duos, poſt Elucidationem Temporum Scaligeri, Chronologicæ *Petavius & Auzolius.* Scientiæ hoc ævo Principes, ac veluti Choryphæos, ſed extremè contrarios & diſſidentes; veritatem hic pluſquam Cimmerijs tenebris involutam, non audemus definire, vtriuſque opinionem retuliſſe contenti. Alter namque Eruditionis *Ratio hujus Chronologiæ.* famâ illuſtris Dionyſius Petavius, ſuum omne computum revocat ad Periodum Iulianam, & Aſtrorum obſervationes. Alter Iacobus Auzolius Peirerius emunctæ naris Vir, nec vulgaris ingenij ac laboris; temporum ſeriem Mundi totius Creationi alligat, deductis per continuam Scripturæ Canonicæ relationem argumentis. Proponuntur itaque Epochæ diverſæ.

VARIA TEMPORVM SPATIA & Intervalla.

TITVLVS IV. Diverſæ Ætates & Æræ.

QVONIAM enim Temporum diſciplina in Autoribus plùs dubia eſt & anceps, quàm credi queat, eò quòd non alicui principio fixa ſatis innitatur; varios quiſque Limites ſibi præfigit. Et quidem ſolemnis eſt ſeptu- *Mundi ætates VII.* plex Mundi Ætas; nempe exordium Mundi, Diluvium, Abrahæ Nativitas, Davidis inauguratio, Captivitas Babylonica, Chriſti Naſcitura. Septima Sabbatum erit æternum, & Domino delicatum. His interſeruntur Olympiades, Anni *Iſa. 58.* Iphiti, Romæ fundatio, Æra Nabonaſſari, periodus Callipica, Alexandri M. victoria in Arbela: Anni Græcorum ex libris Machabæis, Periodus Iuliana. No-

PRINCIPIA — bis verò qui in nullius juramus verba Magiſtri, ſequenti ſerie conſtituuntur generaliores Epochæ, & temporum

Epochæ noſtræ IX.

CHARACTERISMI IX.

Creatio Mundi per Hexameron, ante Chriſtum, Petav. 3983. Auzol. 4200.
Diluvium Noemi, anno Mundi, Petav. 1656. Auzol. 1665.
Exodus Moſis, Petav. 2967. Auzol. 3161.
Mors Davidis, Petav. 2967. Auzol. 3161.
Natalitium Chriſti, Petav. 3983. Auzol. 4201.
Synodus Nicæna, Petav. 4347. Auzol. 4565.
Imperium Caroli Magni, Petav. 4790. Auzol. 5014.
Mors S. Ludovici, Petav. 5252. Auzol. 5470.
Inauguratio Ludovici XIV. Petav. 5599. Auzol. 5817.

Vtrique poſt Chriſt. 365. 814. 1270. 1654.

PER has itaque Epochas, & inſigniores Seculorum characteres, ita noſtram Chronologico-Hiſtoriam texere aggredimur; vt non quidem ordine retrogrado per Iulianam Periodum & Aſtrorum *σχέσεις*, licet huius Methodi certitudinem nequaquàm abnuamus: ſed ab Vrbe condita per Scripturæ-Sacræ ſeriem, quæ mihi ſcopus eſt & cardo fixiſſimus, diſtinguantur ad noſtram hanc vſque ætatem, quinquaginta & novem Secula. In quorum vnoquoque ſeriatim *Novem* omninò *Claſſes* juvabit collocare; vt colligatâ per Seculorum filum temporis ſequelâ, res non quidem omnes ſigillatim: *ſed* illuſtriores dumtaxat notatu & obſervatu dignæ, prima fronte cùm ſuo Seculo, tùm ſua Claſſe oculis & memoriæ occurrant. Sunt autem more ſolito diſpoſitæ

Operis inſtitutum.

Partitio per IX Titulos.

Per Titulos IX.

- Eccleſia vera; vbi: Concilia & Synodi; Patres & Doctores, Hæretici & Schiſmatici.
- Hiſtoria Monaſtica: Cæterorum Ordinum, Et Carmelitarum.
- Imperium Dei inter: Patriarchas, Iſraëlitas, Chriſtianos (Orientis & Occidentis).
- Hiſtoria Seculi: Extera & Gallica.

Miſcellanea; complectens quod paſſim hinc inde incerto titulo colligitur.

Hexameron Mundi creatio.

Qua anni tempeſtate. Qua ſerie quo-ve ordine, per ſex dies.

OMNIBVS illis præmitti debet rerum ipſarum conditio per HEXAMERON. Primum ſcilicet ad extra divinæ poteſtatis opificium, quando continuato ſex dierum ſpatio è nihilo produxit rerum omnium Parens aſpectabilem Mundi huius fabricam. *Initium operis* alijs placet Autumni fœcunditas, quod ante Moyzen anni erat exordium. Alijs Veris viror & amœnitas. Auguſtiſſimi Palatij ſtructura diſtribuitur in ſequenti *ſerie*.

Creatis ante Angelis, prima die ex veſpere & mane coaleſcente, prodijt Cæli & Terræ rudis moles; quam mox illuſtravit lucis radius, à tenebris ſeparatus. Secunda die expanſi inter aquas, & ex aquis Cæleſtes Globi. Tertiâ Aquarum in Mare

congregatio, & fœcunda Telluris germinatio. Quartâ, Firmamento affixi Sol & Luna, cæteraque Sidera. Quintâ, Volucres juxta & Piſces aqua peperit. Sextâ, productis Animantibus ac Reptilibus, Adamus ſuperinducitur totius Orbis præſes & princeps, horti Edemitici colonus; è cujus latere Eva ſoror, filia & conjux ædificata eſt in conſortium ſimul & adjutorium. Septimam ſacravit divina Requies. Sed heu! non ita multò poſt ſerpentis aſtu ac lenocinijs ſeducta Mulier, Virum impellit ad pomi in Edemo vetiti eſitationem. In cujus criminis mulctam pelluntur ambo beatis ſedibus, & ad varias in hoc Terrarum exilio ærumnas cum Poſteris condemnantur. Ab hac igitur dierum ſeptimana, fluxit ſeries Seculorum. In quorum cenſu & recognitione occurrit primò, ex præfata diſtributione, Eccleſia.

CHRONOLOGIÆ.

Sabbatum die ſeptimo.

Protoparentum lapſus.

SELECTA ECCLESIÆ DEI.

TITVLVS V. *Iudaica Eccleſiaſtica.*

PRIMA hæc claſſis hiſtorica, inſtitutæ à DEO cum ipſomet Univerſo Religionis continuationem recenſet; cui ſub primis Mundi initijs, res Imperij adnectuntur. Cœpit igitur cum Mundo ECCLESIA, quæ convocatio Fidelium eſt vna, vera: ſancta, perpetua. Eadem ſcilicet ſed alio & alio ritu in Lege Naturæ, Moſis, & Evangelij. Enimverò quia non patitur inſtitutum me ſingulis immorari, nec conſilium fuit dare in hac Synopſi niſi Selectiora; vnum hîc quodque Seculum ſic adornabo, vt conſideretur

Eccleſia quid?

Quotuplex.

Eccleſia.
- Naturalis-Moſaïca.
- Chriſtiano-Catholica.
- Apoſtolico-Romana.
- Concilia Generalia, & Romana.
- Patriarchales. { Hieroſolymitana, Antiochena: Alexandrina, Conſtantinopolitana.
- Diſperſæ vbiquè, { cum Synodis.
- Gallica Chriſtianiſſima.
- Sancti Patres, & Doctores.
- Hæretici, & Schiſmatici.

Novem Eccleſiæ Tituli.

[library stamp]

STATIM igitur Orbe condito conſtitutus fuit à DEO Eccleſiæ caput, princepſque Imperij haud minùs quàm Humani-Generis Proto-parens *Adamus*, qui ſuos DEI cultum edocuit. Illius filij duo; Caïn frumenti glebas, Abel agnum DEO offerunt. At quoniam Iunioris oblatio Numini per ignem acceptior fuit, Major natu fratricidio terram polluit, ideóque cum ſuis maledictus. Adamus ſecundus inter Homines vivere deſinit, exactis annis nongentis & triginta, ſicut decennio poſt vxor illius Eva. Sethi filius *Enos* primus DEI cultum

Secul. I. Adamus Eccleſiæ Dei & Imperij primus Princeps, cæterique Patriarchæ.

I. ÆTAS. Secul. II. Secul. III.

ECCLESIA *Geneſ. 5.* Secul. XVIII.

inſtauravit, certiſque ritibus illigavit. Iared vitam vixit Adamo longiorem annos triginta duos, breviorem Mathuſale ſeptem. Refertque Scriptura quaſi miraculum, quod Lamechius tantùm vixerit ſeptingentis ſeptuaginta & ſeptem annis. Hactenus prima Mundi *ætas*, per ſeptemdecim ſecula.

II. ÆTAS. Noëmi diluvium, an. Secul. XVIII.

Aram mortuus ante patrem. *Geneſ. 11.*

SECVNDA Ætas computatur à *Noëmo*, Lamechi filio. Illi, vt-potè juſto, in pœnam corruptæ omnis carnis, denunciata à DEO clades Generalis Diluvij, quod cœpit ſeculo decimo octavo. Naſcitur *Heber* filius Sale, à quo Linguarum & Nationum olim ſanctiſſima mox denominabitur. *Thare* progeoics in Vr Chaldæorum Abrahamus, Nachor, & Aram. Hic vltimus prodigij inſtar, ante Patrem mortuus notatur.

Semus.

Semus Eccleſiæ & Imperij viſibile caput, vſque ad Abrahami circuncifionem. Illum propterea aſſerunt quidam fuiſſe Melchiſedechum, Regem ſimul ac Sacerdotem.

Abrahamus.

III. MVNDI ÆTAS, *ann.* 2059. Circumciſio, *an.* 159. Pentapolis fulgurata. Iſaac naſcitur, *ann.* 1601. Eſau & Iacob, *ann.* 2101.

ABRAHAMVS anno ætatis ſeptuageſimo quinto, divino monitu Patrem & Patriam relinquens, cum vxore Sara, eâdemque ſorore, ſed ex alia matre: ſimulque cum Lotho fratris filio, ſecedit in Chananæam. Is ineunte jam *tertiâ* Mundi ætate, DEI juſſu Iſmaëlem tredecim annos natum, ſeque ipſum cum tota familia maſcula circumcidit. Sodomâ, Gomorrâ, Adamâ, & Hebroim fulguratis in pœnam *παιδεραστίας*; Loth vnus cum binis filiabus ſalvatur in Segor, Pentapoleos quintam, illius prece igni intactam. Vxor in ſalis ſtatuam verſa, quia contra Angeli monitum reſpexerat retro. Iſaac Abrahamo centenario, Saræ Nonagenariæ & hactenus exproli naſcitur. Iamque pluſquàm vicenarius, ſacrificio à patre ex Numinis præſcripto deſtinatur. Iſaaci Proles gemina longè diſpar, Eſaü & Iacob.

Duodecim Patriarchæ.

Iob, *ann.* 2275.

Moſes naſcitur, *ann.* 2360.

Ab iſto, qui conſilio & dolo matris, Majoris natu benedictionem à cœco patre ſubripuerat, Proles duodena, vnde *duodecim* Tribus Iſraëliticæ. Præcipuus in illis *Ioſephus*, fratrum invidiâ felix. Sub id tempus *Iobi* patientia memoratur. Inciditque anno Mundi bis milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſervitus Iſraëlitarum Pharaonica; à cujus amaritudine nomen tulit Maria Amrami filia, ſororque MOSIS; quem trimeſtrem flumini expoſitum, Pharaonis filia tulit in Aula Regis educandum.

Secul. XXV.

Exodus Iſraelitarum, *an.* 1971.

Manſiones in deſerto.

Lex à Deo.

Sacerdotium Aaronitarum.

Mutatio Sacerdotij, *an.* 2857.

Secul. XXIX. Secul. XXX.

IS ætatis anno octuageſimo, inter paſcendum greges Soceri Ietro in Orebi & Sinaï jugis à DEO vocatus ex ardente rubo, mittitur ad Pharaonem ad educendos ex Ægypto Iſraëlitas. Ægrè dimiſſi poſt decem Plagas, quarum cumulus internecio Primogenitorum fuit, ſeptimo anni menſe (qui deinceps primus erit) ea nocte quæ ſecundum & tertium Aprilem interceſſit, egrediuntur. Poſt primum Paſcha in vrbe Rameſſen celebratum, ad montem Sinaï manſionibus duodecim perveniunt. Dux itineris diurni nubes, nocturni columna ignea. Erithræum mare ſiccis pedibus & veſtigijs tranſeunt, non æſtûs refluentis obſervatione: ſed divinæ virgæ percuſſu, aquis in murorum ſpeciem erectis & plures horas immotis; donec ad obruendum cum toto exercitu Pharaonem, refluæ coiverunt. Quapropter hâc potiti victoriâ Iſraëlitæ, Virorum choreæ præcinente Moſe: Mulierum Mariâ, *ἐπινίκιον* & lætum pæana cecinere. Moſes acceptâ Lege à DEO in Sinaï vertice, Eccleſiæ curam cum Sacerdotio cedit Aaroni fratri. Hujus poſteritas *Pontificatum* tenuit, donec ob ſcandala Ophni & Phinees, filiorum Heli, qui fuit decimus quartus & vltimus ex Aronitis; Samuel, vocatione extraordinariâ, ſuffectus eſt. Quanquam nihilominus poſt Azariam & Iohanam, nominatur Abimeſech Heli alter nepos à Saüle interfectus; quòd Davidi fugienti panes ſanctos, & Goliathi enſem è Tabernaculo induſiſſet. Occiſo ſucceſſit filius Abiathar, cujus Pontificatu Gad & Natan Prophetæ geſta Davidis conſcribunt.

Prophetæ inſigniores. Secul. XXXI. Secul. XXXII.

ISTO ac conſequenti ſeculo Prophetæ inſignes Achias, Abdo, Semeïa, Hananias: Elias, Elizæus, Michæas, Azarias, Iehu. Azarias III. Pontifex Max. XXVI. Sacerdotibus octuaginta ſtipatus, obſtitit Oſiæ Regi (alias Azariæ dicto) thus offerre præſumenti. Prophetæ deinceps celebres Ioël, Abdias, Oſeas, Amos, Ionas; vt ſequenti Michæas, & Nahum.

Liber Legis recuperatus.

Sub Helcia P. M. XXX. & Ioſia Rege, Liber Legis amiſſus (fortaſſis in Manaſſæâ captivitate) recuperatur. Et ad illius lectionem, Phaſe ſolemniter peracto,

Plebs fuſis largiter lacrymis publicam pœnitentiam proteſtatur. Per ea tempora floruere Sophonias, Holda Prophetiſſa: Ezechiel, Daniel, Ieremias, Baruch. Ioachimum Ieſu filium P. M. XXXIV. Iudithæ hiſtoriam ſcripſiſſe Philonis relatio eſt. A Iaddua Pontif. Max. Hieroſolymis honorificè exceptus *Alexander* Magnus, multa Iudæis concedit; profeſſus DEVM eâdem quâ Iadduas erat ſpecie, Perſicam ſibi victoriam pollicitum in Macedonia. Ejuſdem Regis conceſſu, Samaritanorum Templum in monte Garizin conſtruit Sanaballat: Manaſſemque generum, Pontificem facit.

IVDAICA.
Prophetæ poſteriores.
Sec. XXXV.
Iudithæ victoria contigit, *ann.* 3296
Sec. XXXVI.
Sec. XXXVII.
Alexand. M. Hieroſol.

BIBLIA ex Hebræo in Græcum verſa à LXXII. Senioribus, è ſingulis Tribubus ſelectis, rogatu Regis Philadelphi: & DEO eaſdem voces, nedum ſententias, cuique ſeorſim ab alijs cellæ incluſo aſpirante. Seleucus Syriæ Rex *Heliodorum* mittit Hieroſolymam, vt Templi votiva donaria expilaret. Sed divinitùs Angelis Ducem flagellantibus ad necem vſque, ni vitæ ſanitatem reſtituiſſent Oniæ Pontificis preces, ab impio facinore deterritus eſt. *Antiochus* ex Ægypto advolans veritus Hieroſolymitanorum defectionem, Vrbem dolo capit, incenditque; occiſis triduò octoginta millibus, captivis factis quadraginta millibus, totidemque per Menelaum divenditis. Abreptis è Templo mille & octingentis talentis, abominandum deſolationis Idolum ſacro imponit altari: Libros Legis igne abſumit, Iudæoſque ad ejurandam Religionem diris ſupplicijs tentat. Quod piaculum diffugiens Ioannes ſeu Ianne, Iudæorum Dux vltimus, ſeipſum occidit. Mathatias verò cognomine Aſmoneus, Sacerdos, cum quinque filijs ſecedit in Modin. Vbi occiſo Antiochi ſatellitio, aras prophanas diruit: & collectis Iudæorum Zelantioribus, ducem agit & Pontificem. Tyrannus Antiochiam reverſus, Eleazarum ac ſeptem fratres *Machabæos* vnà cum eorum matre immaniter excruciat. Tutelæ & Clientelæ diplomata Lucio Cos. obſignata, Iudæorum Pontifici Maximo, Sacerdotibuſque inſcripta obtinent Iudæi, anno Græcorum centeſimo ſeptuageſimo ſecundo; quod ſtudijs Chronologicis, anniſque connectendis plurimùm inſervit. Hactenuſque Hiſtoria Sacra Veteris Inſtrumenti, in Libro *Machabæorum* altero deſinit.

Sec. XXXVIII.
Bibliorum Græca verſio per LXXII.
Sec. XXXVIII.
Heliodori caſtigatio.
Sec. XXXIX.
Antiochus Hieroſolymam diripit.
Machabæi Aſmonei.
Septem fratres trucidati.
Sec. XXXIX.
Finis Veteris Teſtamenti.

ARISTOBVLVS Ioannis filius Pontif. Max. L. regale diadema primus ſumit: regnatque anno vno, occiſis matre & fratre Iuniore. Pace inter fratres inita, Hircano ſacerdotium, Ariſtobulo Regnum ceſſere. Hieroſolymâ captâ, *Pompeius* Regnum & Pontificatum Hircano reſtituit: & impoſito tributo, Iudæam in Provinciam redactam Antipatro Procuratori committit; abducto Romam, cum filijs, Ariſtobulo. Hic poſtmodùm è vinculis elapſus, in Iudæa turbas excitans; à Gabinio Romam reductus, carcere ſubinde exemptus veneno interijt. Craſſus Templi pecunias, Pompeïo intactas, auffert.

Sec. XL.
Hieroſolyma à Pompeio expugnata.
Craſſus Templum expilat.

Herodes Hieroſolymâ anno ſabbathico expugnatâ, Alexandro Antiochiæ flagellis & ſecuri percuſſo juſſu Antonij, Ariſtobulum Hircani nepotem Pontific. Max. LVII. creat ætatis decimo octavo, ductâ ſorore illius Mariamne in vxorem. Sed Ariſtobulo inter natandum præfocato, Ananelum ſubrogat ex ignobiliori Sacerdotum genere. At victo Antonio, cui favebat Herodes, Cæſarem Rhodum adit, ab eoque Rex confirmatur. Hieroſolymam reverſus, Mariamne vxore peremptâ, paulò poſt & Alexandrâ matre, proprijſque filijs Alexandro & Ariſtobulo, Templum inſtaurat annis octo.

ADVENTANTE beati temporis plenitudine, antecedentium quadraginta ſeculorum ſerie promiſſus & expectatus MESSIAS, annunciante Gabriele Archangelo, Nazarethi Martij viceſimo quinto, ſine virili ſemine in vtero MARIÆ concipitur. Gravida Virgo cognatam viſitat Elizabetham; quæ Ioannem Meſſiæ Prodromum, ſequenti Iunij viceſimo quarto, enititur. Sequente Decembris viceſimo quinto prodit CHRISTVS ſub mediam noctem, ex illibata Matris vulva in Bethleemico præſepio, quattuor millia paſſuum ab Hieroſolymis diſtante.

Meſſiæ Adventus.
Incarnatio.
Chriſti Nativitas.

Tunc prius ignaris Paſtoribus, ille creatus
Emicuit, quia Paſtor erat, gregibuſque refulſit
Agnus.

Nimirum tres omninò è Iudæa Paſtores, Beda numerante, monentibus per cæ-

ECCLESIA
Adoratur à Paſtoribus.
Circumciditur.
Adoratur à Magis.

leſtem muſicam Angelis, ſalutant in Cunis Divinum Infantem. Octavo poſt die ibidem circumciſus à Parentibus, ritu Iudaïco, pollutas Gentilium ſuperſtitionibus Ianuarij Kalendas, quod nunc anni caput eſt, ſui pignore ſanguinis conſecravit. Tertio decimo poſt die advolant duce ſtella ſolem imitante aut celante Angelum, ab Oriente *Magi*; novum Regem obſequijs, ac muneribus adoraturi. Sunt qui revera Excantatores, & de Balaami diſciplina aſſeverent. Alij Sapientes, aut Sacerdotes è Chaldæa, Perſide, vel Arabia ex Abrahami per Ceturam poſteritate; & ideo non ab arte magica, ſed à Magodia Regione Arabica Magos volunt fuiſſe appellatos. Muneraque affirmant aurum, thus & myrrham ex præda Codorlahomor & ſociorum, quos Abrahamus debellatos expoliavit. Reges fuiſſe aſſerit non pia ſolùm traditio, ſed graviorum quoque Patrum autoritas. Erant illi Gentium primitiæ, vnde vel ex Iure extat tanta Feſti huius *Epiphaniorum* nomine ſolemnitas. Quanquam & hocce nomen, CHRISTI quoque Natalitio ſimul & Baptiſmo Græci addicunt. Poſt quadraginta dies, ex Legis præcepto, defertur in Templum DEO ſiſtendus; vt pote primogenitus, quin & vnigenitus. Inde ſplendida feſtivitas Præſentationis CHRISTI, Purificationis MARIÆ, quam Græci Ὑπαπαντὴν nuncuparunt. Peracta hæc fuerunt anno Mundi ter milleſimo nongenteſimo ſeptuageſimo, qui deinceps primus CHRISTI numerabitur.

Tertull. adverſ. Iud. Cyprian Hilar. Hieron Leo, &c. L. 2. C. de Fer.
Epiphania.
Præſentatio in Templo.

ÆRA CHRISTI.

TITVLVS VI.
Chriſti æra, novaque annorum computatio.
Fuga Ieſu in Ægyptum.

NOVI Regis natalitijs ad Herode invido & timido, litatum tam enormi Infanticidio; vt nec proprio filio pepercisse, paſſiva etiam apud Auguſtum opinio fuerit. Hinc monitus per Angelum Ioſephus Matris Cuſtos, Infantis Curator, illum transfert in Ægyptum. Eius adventu, Herbipoli Thebaïdos Perſeam arborem, cujus folia linguæ figuram, fructus cor repræſentant, ramorum flexu novum Incolam adoraſſe: pleraque Idola corruiſſe, ſcriptitant nonnulli. Neque ego inficias jerim ea in ſolitudine, per quam iter habuit Puer, ſeminata paſſim tot ſanctiſſimorum Monachorum germina, quos ſubinde extulit Ægyptus. Exactis inibi vno aut pluribus annis, neque enim ea ſuper re concordant Autores, cæleſti quoque monitu Infans in Palæſtinam reportatur. Verùm, vt ſemper humana prudentia divinæ amat providentiæ maritari, Ioſephi ſapiens conſilium ab Archelao filio Herodis, juſto metu divertit: & Nazarethum in Galilæa, recipit ſe divina Familia. Vnde & Nazarænus, & Galilæus CHRISTVS paſſim audivit. Illic domeſtico, & obſcuro famulatu egit annos triginta; intra quod tempus Ioſephus migraſſe è vita, meliori ſuffragio exiſtimatur.

Reducitur Nazarethum.

Baptiſatur à Ioanne.
Tentatur in deſerto.
Vita publica.
Paſſio & mors.
Reſurrectio; Aſcenſio.

INTER hæc Ioannes Zachariæ & Elizabethæ filius ſeceſſu in ſolitudinem, victus ac veſtitus aſperitate, Concionibus & Baptiſmo clarus cunctis erat in admirationem. Quin & grandi exemplo, ab eomet Præcurſore tinctus in Iordane IESVS anno ætatis triceſimo, ſeceſſit in deſertum. Illic expleto Quadrageſimali jejunio, trina tentatione pulſatur à Dæmone. Poſtque tres annos totidemque menſes virtutibus, doctrinâ, miraculis inſignis; Paſchate, legitimo die Lunæ XIV. non eodem quo Sacerdotes (qui ſacri ritus ſolemne tempus turbaverant) lotis pedibus Diſcipulorum, ſacram inſtituit Euchariſtiam: & à Cœna orans, in horto olivarum comprehenditur. Captus Iudæ perfidiâ per Cohortis ſatellites, mox à Pontificibus & Plebe Pilato ſiſtitur: Herodi, & Aulæ irridetur. Ac tandem tumultuariâ perinde & iniquiſſimâ ſententiâ damnatus ad furcam, diros inter cruciatus animam exhalat, horâ poſt meridiem tertiâ in Paraſceve; hoc eſt poſtridie ipſo Paſchæ, Martij viceſimo quinto; qui ex lege, azymorum primus eſſe debuerat. CHRISTI vſque-adeò atrociter Crucifixi victrix Reſurrectio Aprilis quinto, Aſcenſio triumphans Maij decimo quarto.

IVDAICA. Petri Vicariatus. Pentecoſtes.

ABHINC Simon Petrus CHRISTI Pontificis primarij, ſed Cœlo jam recepti terræque deinceps inviſibilis Vicarius: ex eoque Eccleſiæ Chriſtianæ primum viſibile Caput & Imperij DEI Prioceps, annis triginta ſex Fidelibus præeſt. Subeo evaneſcente antiquatæ Legis vmbra, & Caipha vltimo Pontifice legitimo, cœpit Novæ Legis promulgatio ipſo die *Pentecoſtes*; quæ fuit Maij viceſima quarta, primaque dies Dominica. Quanquam non illicò extinctas Legis cæremonias docent Petri à certis cibis abſtinentia, Pauli votiva tonſura, Timothei circumciſio, aliaque ſubinde pluſcula. Scilicet cum honore ſepelienda fuit Synagoga, & Iudæi ad Chriſtianitatem paulatim allici ſuaſit diuina Πολιτεία.

Petrus Apoſtolorum Princeps. Apoſtolorum in varias Provincias diſperſio. Symbolum Fidei.

PETRVS vbiquè paſſim Pontificem agens Maximum, Conciones habet, Matthiam per preces & ſortes Iudæ ſubrogat, Miracula edit quamplurima: & poſt Stephani necem, Apoſtolos ac Diſcipulos in varias Terrarum oras delegat ad fidem Evangelij diſſeminandam. Nc autem variaret Fidei regula, prius quam ſinguli à ſe diſcederent, fabricatum creditur à cunctis ſimul *Symbolum Apoſtolicum*. Iacobus quidem Alphæi, frater Domini, idemque Iuſtus agnominatus; vt-pote jam grandævus, hæſit in ſua Hieroſolymis ſtatione Epiſcopali. Illic quoque Iacobus Major, frater Ioannis, primus ex Apoſtolis Martyrij palmam emeruit. Vt jam eius in Hiſpaniam excurſus & prædicatio à nemioe ſatis credatur, niſi pluſquam Hiſpano. Tranſlatiooem verò Corporis illius Compoſtellam in Gallicia, non ita concedit Eccleſia Tholoſana, quin de parte ſaltem Reliquiarum meritò glorietur. Ioannes Iacobi frater migravit in Aſiam Minorem, vnà cum MARIA CHRISTI Matre; quæ pluſquam ſexagenaria mortalitatem exuens, Cœlo triumphans invecta eſt. Andræas ad Scytas vſque penetravit, Philippus Aſiam ſuperiorem peragravit. Thomæ memoria apud Iodos annuo miraculo, frequentibuſque imaginibus hodieque conſervatur. Bartholomæo Armenia obtigit. Matthæus Evangelium, quod omnium primus ſcripſit hebraicè, vt-pote pro Hebræis, docuit in Æthiopia. Simon Cananæus, qui & zelotes, abijt in Meſopotamiam. Simon alter & Iudas Arabiam, & Idumæam illuſtrarunt. Matthias inchoatum in Iudæa Apoſtolicum munus continuat, & abſolvit in Æthiopia. Magdalenæ appulſum Maſſiliæ in Gallia Narbonenſi negari non poſſe niſi petulanter, Veteres Novique Scriptores ſatis evincunt.

Sauli converſio & prædicatio.

SAVLVS zelo eximio ardens naſceotem Chriſtianiſmum dum atrociùs perſequitur, voce DEI è Cœlo & CHRISTI ipſius præſentiâ convertitur; equo lapſus, oculis captus ab Anania Damaſci baptizatus. Mox cum Barnaba in Synagogis docens & Iudæos confutans, factuſque Geotium Apoſtolus; Lucam Antiochenum Medicum aſſumit in Collegam, & Coadiutorem Evangelij; à quo etiam Evangelium, Actaque Apoſtolica ſtylo conſignata. Deìn fidei ſemina ſpargit in Gallia, Hiſpania, Dalmatia, Macedonia, Italia.

Petri Cathedræ duæ. Petrus primùm Romæ, *an.* 45. Diſcipulorum miſſio in diverſa Regna.

PETRVS interea aliquandiu Hieroſolymis demoratus, vbi & à Paulo inviſitur, Cornelium è Gentibus primum baptiſat. Iudæâ diſcedens poſt Martyrium S.Stephani, qui præcipuus erat inter ſeptem Diaconos Eleemoſynarios, Antiochenam fuodat Eccleſiam, regitque annos ſeptem. Inde Romam commigrans, Romanam Eccleſiam totius Chriſtianitatis caput & matricem primùm inſtituit. Miſſi exinde in omnes circumquaque Provincias à Petro varij *Diſcipuli*, eas erexerunt Eccleſias; quas non ita multò poſt ſigillatim, ſtrictim tamen pro inſtituto, delioeabimus. Siſtamus interim tantiſper in apparatu & cultura Eccleſiæ Chriſtianæ-Catholicæ, Apoſtolicæ-Romanæ.

ECCLESIA

TITVLVS VII.

Geſta præcipua Pontific. MM.

SELECTA ECCLESIÆ CATHOLICAE-ROMANAE.

Secvl. Christi I. Iudæi & Chriſtiani Româ pulſi, *an.* 51.

CLAVDII Impetatoris Edicto, Petrus Româ pulſus cum omnibus Iudæis, & confuſo tunc apud Exteros nomine Chriſtianis, Hieroſolymam regreditur: primique illic Concilij Occumenici deliberationem exorſus eſt, & deciſiones aperuit. Sunt qui alia quoque Concilia Apoſtolica reperiant in illorum Actis, per Lucam excerptis.

Petrus & Paulus uerum Romæ, *an.* 68.

Factâ poſtmodum à Nerone Iudæis Romam redeundi poteſtate, Petrus & Paulus, ex varijs ſeorſim peregrinationibus, in Vrbem revertuntur. Perperam tamen & omninò inficetè crediderit quis, ambos vnius Capitis autoritate pari, rexiſſe Eccleſiam.

Contra duo Eccleſiæ Capita. *Galat.* 2. *Actor.* 10.

Supparem confiteri nequaquam temerarium eſt. Certè Paulus creditum ſibi inter Gentes Apoſtolatum ſcribit. Nec tamen ita ſpecialiter Iudæis deſtinatus Petrus, quin primus cœlitùs didicerit baptiſmum quoque Cornelio Ethnico concedendum. Romæ equidem aliquamdiu ambo innotuerunt, ille vinculis, iſte devicto Simone Mago: vterque doctrinâ, virtutibus,

Ambo Romæ Martyrium paſſi, *an.* 69.

miraculis inclyti. Eam ob rem carceri mancipantur ambo, hincque tandem educti, virgiſque de more cœſi, pœnâ capitali plectuntur. Paulo decollato, lac pro ſanguine fluxit è venis: & trino capitis amputati ſaltu, totidem ſontes erupere. Petrus ad patibulum damnatus, capite deorſum verſo Crucifigi obtinuit: Sepultuſque eſt à ſuis in Vaticano, juxta viam triumphalem. Ab eo nullus Succeſſorum auſus eſt, præ reverentia, nomen Petri ſibi aſſumere: proverbijque inſtar eſt, neminem vidiſſe annos Petri.

Damian. l. 1. *Epiſt.* 17. Pontific Romanor autoritas ſuprema, varij que tituli.

Enimverò manſit penes Petri Succeſſores ſuprema Eccleſiæ autoritas, eorumque *Tituli* varij. Vocantur enim Papæ, Patres Patrum, Pontifices Maximi & Vniverſales: Patriarchæ totius Orbis Oecumenici, Principes & Epiſcopi Epiſcoporum. Singulare id dominium, nec ſolùm primi inter pares, CHRISTI inſtitutio eſt, orantis dum viveret, ne

Luc. 22. *Matth.* 16.

deficeret fides Petri: & eâ ſuper Petrâ ſuam fundantis Eccleſiam, contra impetus omnes. Ideo Romanorum fidem commendat Paulus, vt pote jam vbiquè

Rom. 1.

terrarum Catholicam. Nimirum, quod pulchrè & eloquenter ſcribit Leo Ma-

Serm 1. *de S. Petro.*

gnus: [Diſpoſito divinitùs operi maximè congruebat, vt multa Regna vno 'confœderarentur imperio: & citos pervios haberet Populos prædicatio ge-'neralis, quos vnius teneret regimen Civitatis.] Immo & ipſe Aurelianus Im-'perator, alijque Ethnici, eum in Romano Pontifice dignitatis apicem agnoſcunt apud Ammianum Marcellinum, & Euſebium.

Petri Succeſſores.

CORONATO per Martyrium Pontificum primò, jam tunc ſequentium ſeries cœpit turbari. Linus certè quidem, Cletus & Clemens Latinorum calculis nominantur Sedem tenuiſſe. Sed de ordine ambigitur. Et ea cauſarum altera eſt, cum altera Schiſmatum ſcilicet confuſione, cur de certo Pontificum numero neque cum Græcis Latini, neque Latini inter ſeſe conveniant. Illos vtiquè tres Petri Diſcipulos, Coadjutores, fortè & χωρεπισκόπους extitiſſe, nemo eſt qui neget. Nos frequentiori tramite pergamus, non omnes recenſendo, ſed quæ in potioribus illuſtriora ſunt, perſtringendo.

Linus.

LINVS itaque natione Tuſcus, primus Petri ſucceſſor, geſta illius ſcriptis conſignavit. Iam tunc conſecrationes Epiſcorum, necnon Conſtitutiones Pontificias exorſus, duabus in Vrbe ordinationibus vndecim creavit Epiſcopos: vetuitque ne qua mulier, niſi velato capite, Eccleſiam ingrederetur. Martyrio conſummatus ingrata crudelitate Saturnini Conſularis, cujus filiam à Dæmonibus liberaverat, in Vaticano juxta corpus D. Petri, optimi Magiſtri, ſepelitur. Hortatu Clementis Lino ſufficitur Cletus, patriâ Romanus: Cleto identidem, per Martyrium coronato *Clemens*, & ipſe Romanus. Is pietate, Religione,

doctrina

doctrinâ plurimos ad fidem traducens, ſub Trajano deportatus in Cherſoneſum Pontis-Euxini; fontem Chriſtianis illic ad marmora damnatis, in montis jugo, monſtrante Agno, divinitùs aperuit. Ideo projicitur in mare, anchorâ ad collum alligatâ, ſepelitur in tumba marmorea medijs in fluctibus ab Angelis extructa, & ſingulis annis in illius feſto ab æſtu maritimo liberâ. Primus ſeptem Vrbis Regiones, totidem Notarijs, qui res geſtas Martyrum in Acta referrent, diſtribuit. Manarunt ſcilicet ex eo fonte *Martyrologia*. Multa quoque alia præclara & inſtituit, & conſcripſit.

CATHOLICA-ROMANA.

Martyrologia.

Anacletus Athenienſis, quem aliqui confundunt cum Cleto; auxit Eccleſiam, ſanctiſſimâ diſciplinâ. Comam & barbam Clericis attondit, Epiſcopum nonniſi à tribus ordinandum declaravit. Quotidianam in Miſſarum ſolemnijs cunctis Communionem imperavit, loca ſepeliendis Martyribus deſtinavit. Sed præcipuè Eccleſiam D. Petri ædificavit in Vaticano, quam ab eo tempore ſtetiſſe memorant: & cum altera D. Pauli in via Oſtienſi, dictam *Trophæa Apoſtolorum*. Evariſtus & ipſe è Græcia oriundus, ſed Iudæo patre; Titulos id eſt Eccleſias in Vrbe Romanis Presbyteris diviſit, ſeptem Diaconos Concionanti Epiſcopo adeſſe juſſit: Plebis in Epiſcopum accuſationes, recipi prohibuit. Alexander I. Aquam luſtralem benedictam, panis azimi in Euchariſtia vſum, aliaque inſtituta Apoſtolica, nominatim circa Miſſæ celebrationem, rata eſſe ſancivit. Demum ob converſos plures Romæ Nobiles, & cathenarum tactu ſanatos, Martyrium explevit. Sixtus I. Romanus, Paſtoris filius, multa quoque præſcripſit circa curam rei divinæ. Vbi & Platina obſervat non incurioſè, quem *Miſſæ* cultum quiſque Pontifex ſubinde invexerit. [Celeſtinus introitum dedit, Gregorius Kyrie eleyſon, Gloria in excelſis DEO Teleſphorus, Collectas Gelaſius I. Epiſtolam & Evangelium Hieronymus. Alleluia verò ſumptum eſt ex Eccleſia Hieroſolymitana, Symbolum in Concilio Niceno: Mortuorum autem commemorationem, Pelagius invenit. Thus Leo Tertius, Oſculum pacis Innocentius primus. Vt caneretur Agnus Dei, Sergius Pontifex inſtituit.] Omiſit quod ab eo ſubinde additum, Confeſſionem initio Miſſæ à Damaſo adjunctam. *Teleſphorus*, natione Græcus, ex Anachoreta Papa IX. Iejunium Quadrageſimale firmavit, tres Miſſas in CHRISTI Natalitio celebrari inſtituit. Higinus, ex Athenienſi Philoſopho Papa X. Paſchale Feſtum diei Dominicæ addixit, plura circa Templorum conſecrationem, Baptiſmi cæremonias, & Epiſcoporum venerationem edixit. Pius I. Aquilejenſis, multos ad fidem convertit, curam & reverentiam divini Sacrificij auxit. Anicetus I. nonnulla circa Primates, Patriarchas, Metropolitanos, alioſque Præſules decrevit. Soter I. matrimonium ſolemne eſſe voluit, Monachas ſacra vaſa contingere vetuit. Sub Eleutherio I. Lucius *Britanniæ* Rex fidem amplectitur, miſſis ad eum à Pontifice Fugatio & Damiano: perſecutio in Chriſtianos deſævit, hæreſes ſerpunt vt cancer; praxis Clericorum criminalis, varijs legibus firmatur. VICTOR I. natione Afer, gravem de celebratione Paſchali controverſiam diremit.

SÆCUL. II. Anacletus, *an.* 103.

Evariſtus, *an.* 112.

Miſſæ Cæremoniæ *Ju Sixto I.*

Teleſphorus, ex Anachoreta, *an.* 142.

Converſio Britanniæ Majoris, 2. *Timoth.* 2.

Victor I. *an.* 194.

SEPHERINUS Papa XIV. *Calices* hactenus ligneos, mutavit in vitreos; quos ſequens ætas voluit eſſe ſtanneos, argenteos, vel aureos. Annuam in Paſchate communionem Puberibus mandavit. Iuſſitque nullum Epiſcopum ſine Apoſtolica autoritate condemnari. Caliſtus I. Quattuor Temporum jejunia firmavit. Vrbanus I. Romanus in perſecutione Decij, vel vt alijs placet, Heliogabali, Cæciliam, alioſque ad Martyrium juvit: prædia ſacerdotalia viritim Clericis diſtribuit, ipſe demum Martyrio coronatur. Pontianus Papa XIX. exul in Sardinia, ærumnis conficitur. Nullo hîc interpoſito Cyriano, in quo aberrant nonnulli, nominatur Antherus natione Græcus; qui *Acta Martyrum* à ſeptem Notarijs excepta, in ærario Eccleſiæ reponi juſſit: & quatenus liceat Epiſcopo, ex vno Epiſcopatu ad alium transferri, definivit. Fabianus Romanus, dum Papa inauguratur, columba capiti illius inſidens ab omnibus viſa eſt. Ille Eccleſias Romæ erexit, & Originem ex oriente excepit. Poſtquam Martyrio coronatus eſt vacante ſede per annum, Eccleſiam de more regit Clerus Romanus. Tandem Invitus, & Novato jam tunc primum *ſchiſma* excitante, eligitur Cornelius Romanus, inſtitutis, virtutibus, exilio: Cypriani Epiſtolis, Martyrio celebris. Lucius I. Epiſcopis duos Presbyteros, treſque Diaconos quaſi ſuarum actio-

SÆCUL. III. Calicum Materia.

Ex Platina, in Vrbano.

Acta Martyrum in theſaurũ.

Fabianus.

Sub Cornelio primum Schiſma.

Eccleſia Epiſcopi teſtes.

num *teſtes* adhibuit. Priuſquam ſub Valeriano mortem oppeteret, omnem poteſtatem Eccleſiæ Stephano Archidiacono ſuo permiſit. Hic eadem de non rebaptiſandis Hæreticis, cum Cornelio contra Africanos & nonnullos Orientales ſancivit. Sixtus II. ex Philoſopho Athenienſi Papa XXV. Diſcipulos habuit martyrio quoque inclytos, Laurentium & Vincentium. Martyrio decoratum non eſt qui neget, ſed Cruci affixum ſolus Prudentius ſcribit. Dionyſius, ex *Monacho* Papa à Maximo Oſtienſi Epiſcopo conſecratus, Parœcias, Diœceſes & Cœmeteria diſcriminavit. Eutichianus primitias in Altari offerri, Martyres cum dalmatica & collobio purpureo juſſit ſepeliri. Caius I. Dalmatæus, ex genere Diocletiani Imperatoris, gradus Sacrorum Ordinum accuratiùs diſtinxit. Sub Diocletiano eductus è cryptis Martyrum, plectitur cum Gabinio fratre, hujuſque Filia Suſanna. Caſum *Marcellini*, ſunt qui excuſent cum Baronio. Quidquid ſit, crimen primùm pœnitentiâ publicâ, denium & Martyrio eluens, cum ſacris Hymnis ſepelitur.

Primus Papa Monachus, *an.* 267.

Marcellini caſus, *an.* 303.

Secvl. IV. Roma per 27. Regiones diſtributa. Papa Medici filius, *an.* 305. Conſtantini edicta.

Marcellvs Romanus, quem malè Græci cum Marcellino confundunt, viginti-ſeptem Romæ quaſi Diœceſes, veriùs Parœcias diſtribuit, poſtremò & Catabuli fœtore necatur imperante Maxentio. Sub Euſebio, Græco Medici filio, quem omittit Theodoretus, Crux Christi inventa in Calvario. Conſtantinus Magnus Fauſtæ Palatio Miltiadem Pont. Max. donat, Eccleſia nunc eſt Salvatoris Laterana, edictoque permittit omnibus Christvm adorare.

Titvlvs VIII. *Continuatio Pontific. Roman.*

SELECTA ECCLESIÆ Catholicæ-Romanæ ab Imperio Conſtantini.

Sylveſter, *ann.* 315.

Sylvester Romanus Papa XXXIII. baptiſmo Conſtantini, hujus Imperatoris donativis erga Eccleſiam opulentiſſimis, doctrinâ & virtutibus clarus rexit annis 21. menſ. 10. Ad hunc vſque Pontificem triginta tres Pont. Max. Martyrio omnes retrò inclytos, ſunt qui adnotent, quot nimirum annos Christvs in terris vixit. Cæterum Sylveſtri Pontificatu & Conſtantini Imperio aucta mirum quantum Eccleſiæ Majeſtas, conceſſæ aut confirmatæ Eccleſiaſticis immunitates: Epiſcoporum ſententias, etiam in civilibus cauſis, ratas eſſe voluit Imperator. *Acta* porro Sylveſtri adulterata nemo Eruditorum negat. Neque ſatis concordant Autores de *Dracone* ab illo aut recluſo, aut occiſo. Cujus quidem occaſione obſervant non incurioſè Dracones varijs in locis eliſos aut fugatos à SS. Narſatio in Nicodemia, Donato in Macedouia, Marcello Lutetiæ, Creſcentio, Leone IV. & alijs quamplurimis.

Triginta tres Papæ Martyres.

Acta Sylveſtri. Dracones a Sanctis occiſi.

Symbolum Nicænum in Miſſa.

Roma aſylus Epiſcoporum.

Liberij mala ſubſcriptio, *an.* 356.

Felix cedit Pontificiæ Sedi.

Marcvs I. Oſtienſem Epiſcopum Pallio donavit, Symbolum Nicænum in Miſſa poſt Evangelium juſſit decantari. Iulius I. Romanus, è patre Ruſtico, ſub Conſtantio multa vidit & perpeſſus eſt triſtiſſima. Plures Epiſcopi Catholici, quos inter Paulus Conſtantinopolitanus & Athanaſius Alexandrinus, alijque ab Arianis pulſi; *Romam*, tanquam ad generalem azylum, ſe recipiunt. Liberius I. Pontif. Max. Athanaſij condemnationi, amore Sedis recuperandæ, ſubſcribit. Illi ſic reſtituto cedit Felix ab Arianis, tametſi orthodoxus, Liberio ſuperinductus; quin & poſtmodum ob excommunicatum Conſtantium Imperatorem, capite plectitur. Liberius variè inter Arianos agitatus, ab eorum tamen hæreſi immunis, ſanctiſſimam ſui memoriam reliquit; quia præſertim extructio S. Mariæ Majoris, per miraculum *nivium*, illi quoque divinitùs fuit revelata. *Damaſus* Hiſpanus, Liberij Vicarius, ſublegitur Papa XXXVIII. aliàs XXXIX. omni litteraturâ excultus, Hieronymi amicitiâ, præclaris ſcriptis ac inſtitutis commendatus. Sub id tempus cuique *Diœceſi* limites conſtituti. Italiâ per Arianos & Barbaros vexatâ. Syricus rebus Eccleſiæ componendis invigilat. In cæteris Monachos virtutis exploratæ, Sacerdotio initiandos edicit, Anaſtaſius ejus

S. Maria ad nives.

Damaſus, *an.* 367.

Limites Diœceſeon.

Monachi Sacerdotes, *an.* 386.

Succeſſor, multa quoque circa diſciplinam Eccleſiaſticam inſtituit.

CATHOLICA-ROMANA. SAECVL. V. Innocentius I. Cereus Paſchalis Pſalmi Davidis. S. Leo plures Miſſas quotidiè celebrat, creatur, *an.* 440. Legati Pontificis, *an.* 483. Pontific. Romani electio, *an.* *an.* 502. Imperatorem anathemate ferit Pontif. M.

INNOCENTIVS I. pace fruens ſub Theodoſio, eamdem Diſciplinam mirè inſtauravit, & excoluit. Sozimus Cerei Paſchalis benedictionem inſtituit, Clericis popinarias interdixit, & ſervos ſacris Ordinibus initiari. Cæleſtinus I. juſſit Davidis *Pſalmos* antiphonatim cani, aliaque plura circa Divinorum, & Templorum culturam. Sixtus III. S. Mariæ Majoris Templum inſtauravit, & ornavit. Baſſum à quo fuerat accuſatus, proprijs manibus honorificè ſepelivit. *Leo I.* Tuſcus, dum in Gallijs degeret abſens electus, legatione publica vocatur. Is profectò cognomine, eloquentiâ, pietate, nam & ſepties atque novies vno die Miſſam ab eo celebratam produnt: hæreſeon extirpatione, Chalcedonenſis Concilij celebratione, Attilæ & Genſerici ab Vrbe expilanda, Templiſque ſpoliandis repreſſione; vno verbo, per omnia *Magnus.* Hilarius, natione Sardus, Anthemio Imperatori Macedonianiſmum in Vrbem introducere volenti obſiſtit: à Pontificibus nominari Succeſſorem prohibuit, Baptiſterium Conſtantini tribus Oratorijs, & geminâ Bibliothecâ exornavit. Simplicius I. plurium Baſilicarum dedicatione, multiſque egregiè conſtitutis, Eccleſiam auxit. Felicis III. Pontif. Max. Legati tres, Vitalis Trecentinus, Miſenus Cumanus Epiſcopi, & Felix Presbyter, Conſtantinopolim miſſi: ſed primi duo ab Acacio vexati, cum eo communicant, Felix obſiſtens conijcitur in carcerem. At Felix Concilio Romæ habito, Legatos duos exautorat. Acacium anathemate ferit, qui retalians Felicis nomen eradit. Odoacris Regis abrogata ſanctio eſt, quâ Romani Pontificis electionem citra Regis conſenſum ratam eſſe vetuerat. Gelaſius Afer, ejuſque Succeſſor Anaſtaſius, fortiter ſe gerunt contra Anaſtaſium Imperatorem, & Traſimundum Regem Vandalorum. Poſtremò Anaſtaſius Imperator anathemate feritur à Symmacho Pont. Max. qui & Eccleſiam Romanam multùm amplificavit, ditavitque.

SAECVL. VI. Pontif. Romanus Conſtantinopolim Miſſus. Papa Mercurius dictus.

HORMISDAS vnà cum Iuſtino Imperatore factas ab Anaſtaſio Eccleſiæ ruinas, feliciter reparavit; damnatis Arianis, Eutichianis, Manichæis. Iuſtino igitur Arianos vexante, Theodoricus Rex Italiæ Arianus, Ioannem Papam cum aliquot Romanis Senatoribus ad Imperatorem in Orientem miſit; minitans, ni abſtineret, ſe in Catholicos viciſſim ſæviturum. Ioannes P. M. navigat ad vſque Corinthum. Hinc equo, qui poſtea nullum, ne Dominam quidem, ferre ſuſtinuit, Conſtantinopolim profectus, perhonorificéque acceptus; Iuſtinum ab Arianis inſequendis avocat, ſi fides Miſcellæ adhibenda. Vel, quod alij referunt, ademptas Arianis Eccleſias conſecrat. Propterea que reverſus in Italiam, à Theodorico conjectus in vincula, ærumnis confectus obit. Ioannes II. *Mercurius* dictus, Cyrum & Eulogium, Acoëmetas ſeu Inſomnes Monachos, negantes nos teneri aſſerere S. Virginem DEI MATREM propriè eſſe, condemnat.

Geſta à Vigilio, *an.* 540. 2. *Reg.* 20.

Agapetus I. Miſſus Conſtantinopolim, Iuſtinianum Imperatorem conciliat Theodato, qui Amalaſiuntham Matrem Athalarici, fœminarum eruditiſſimam exilio & morte affecerat: ipſumque Iuſtinianum, ab Eutychiana labe perpurgat. Sylverius I. violentiâ Theodati creatus Papa lxi. inſtigante Vigilio Diacono, jubente Theodora Auguſta, exequente Antonina vxore Beliſſarij, cogitur abdicare ſe Pontificatu, moriturque exul in Inſula Pontia. *Vigilius* quippe Patriâ Romanus, patre Conſule, adhuc Diaconus & Apocriſarius, ambit Pontificatum. Eam ob rem concitatâ Auguſtà, Sylverius Pontif. Max. dum Authenum ob Eutychianam hæreſim damnatum, Conſtantinopolim revocare recuſat, Antoninæ Beliſſarij vxoris miniſterio, quaſi vrbem Gotthis hoſtibus prodere voluiſſet, Pontificatu abdicare ſe cogitur: & cucullatus, in Pontiam vt dixi mox, inſulam exulare. Iiſdem nimirum artibus ſublegitur Vigilius. Moxque, ſi fides Liberato, Theodoræ hæreſi favet. Verùm Sylverio fatis cedente in exilio, Vigilius abdicato primùm Pontificatu, ſubinde à Clero & Populo Romano legitimus Pontifex capitur. Mox in alium virum feliciter mutatus, novis Epiſtolis ad Iuſtinianum Imperatorem, eiuſque vxorem Theodoram, palinodiam canit. Nam Deceſſorum ſuorum acta rata habet. Eutychianos omnes, Synodique Chalcedonenſis adverſarios damnat; *negans malis promiſſis ſtandum eſſe.* Eam ob rem captus juſſu Auguſtæ, & Româ propudioſè extractus, perducitur Conſtantinopolim. Illicque diutino carcere maceratur, donec rogantibus Roma-

Ecclesia

nis, qui ſententiam mutaverant: & inſtante Narſete, liber factus; Syracuſis, dum Romam redit, ex calculo moritur. Pelagius Romanus, abs ſolo Oſtienſi Epiſcopo conſecratus, necis allatæ Vigilio ſuſpicionem, publico ſuper Evangelijs & cruce jure jurando diſcuſſit. Ab eo Concilium quintum approbante, diſcedunt Epiſcopi Occidentis. Is ad Eccleſiam Gallicanam accuratam fidei profeſſionem mittit, Childeberto Rege per Ruffinum Legatum poſtulante; num ipſe

Clavis S. Petri.

quintæ adhærens Synodo, à primis quattuor diſcederet? Clavem S. Petri auream Longobardus volens perfringere, ſeipſum vulnerat, quam Catholicus Manulphus impunè attrectat. Eam verò Rex Antharicus, cum ſimili ad Pontif. Max. miſit.

S. Gregorij M. geſta, an. 590.

S. Gregorius Magnus profeſſione Monachus, genere ſenatorio, originem deducens à Felice II. omnium ſuffragijs invitus eligitur. Extractus ex ſolitudine, in quam fugerat, ſedique reſtitutus, Synodicam Epiſtolam de veri Paſtoris officio, ſcribit ad Orientales Patriarchas. Aliam ad Gallos, ne Iudæi ad baptiſmum cogerentur. Gratulatoriam ad Hiſpaniarum Regem, de Chriſtiana Religione ab eo ſuſcepta. Per Auguſtinum, ſocioſque Monachos, Anglo-Saxones auſtralem Inſulæ partem incolentes, ad fidem reducit. [*Vir certè omni laude dignus; ſi vitam,*

Platina in vita.

ſi mores, ſi doctrinam, ſi ſolertiam in rebus tum divinis, tum humanis, inſpicis.] Cæterum fabulam de reſuſcitato per Gregorium Trajano, nemo credit niſi planè inficetus. Succeſſorem habuit Sabinianum, ſolo odio & invidiâ in prædeceſſorem, notum.

Secvl. Christi VII.

Pontifex Romanus ſolus Oecumenicus.

Pantheon, an. 608.

Bonifacivs III, Romanus, anteà Legatus Conſtantinopoli; poſt magnas cum Conſtantinopolitano Præſule contentiones, à Phoca Mauritij interfectore & ſucceſſore Edictum obtinuit; quo ſolus Pontifex Romanus, *Oecumenicus* appellaretur: prohibuitque ne vivente Pontif. M. de ſucceſſore mentio vlla ingereretur, aliaque plura circa electiones edixit. Bonifacius IV. *Pantheon* à Phoca Imperatore impetratum, Deiparæ Virgini omnibuſque Sanctis dicavit, feſtivitate Kalendis Novembris addictâ. Animus illi in Monachos, & Monaſteria propenſiſſimus. Deus-dedit Romanus Papa LXX. Sub quo Heraclij victoriæ in Oriente, in Occidente clades innumeræ, prodigiaque quam plurima. Bonifacius V. Campanus, optimi Paſtoris partes adimplens; id habuit deflendum, quod ſub eo extiterit Mahumetes fax orbis & Chriſtianitatis flagellum. Honorius I. & ipſe Campanus Petronij Conſularis viri filius, Monothelitarum *hæreſeos*

Papa ab hæreſi purgatus, an. 625.

accuſatus in VI. Concilio, ſed facilè vindicandus doctrinâ, moribus ſanctiſſimis, Cleri renovatione, Templorumque reparatione munificentiſſimâ. Per eoſdem pietatis ac munificentiæ ſemitas incedens Severinus I. moritur menſe ſecundo ſui Pontificatus. Succeſſit Ioannes III. Dalmata, æquali virtutis famâ, maximè in captivis redimendis. Nec inferior Theodorus I. Græcus, qui & Acephalos damnat: Paulumque Epiſcopum Conſtantinopolitanum, eam ob cauſam dignitate privat. Eo vſque rebellem, vt Martini I. Legatos in varias inſulas amandaret, *Martinus* Concilio Romæ habito vltimis diris devovet. Romanis

Martini acta.

à Rhotare prælio cæſis, Conſtantius Olympium in Italiam mittit Exarcham; jubens vt & Monothelitarum errores vbiquè ſpargeret: & Martinum vel interficeret, vel captum ad ſe perducendum curaret. Mandat igitur Olympius lictori Martinum, illi Euchariſtiam adminiſtrantem, interficiat. Quod aggreſſus Lictor, luminibus privatur. Eo prodigio exterritus Olympius, culpamque confeſſus Papæ conciliatur. Verùm innovatæ fidei, & in Deiparam Virginem irreverentiæ falsò accuſatum, Theodorus Calliopa, alius Exarcha, Conſtantinopolim abripit. Vnde in Cherſoneſum Pontis Euxini relegatur, vbi & ærumnis confectus ceſſit è vita, miraculis clarus. *Vicarius* intereà deligitur Eugenius, qui

Vicarius Papæ, an. 651.

& poſtea ſanctam Sedem egregijs virtutibus decoravit. Vitalianus organa cantui Eccleſiæ addidit. Donus Ravennatum Eccleſiam Romanæ ſubjecit. Agatho, antea Monachus, ſanctimoniâ inſignis, & Monothelitarum condemnatione per Legatos in VI. Synodo Conſtantinopolitana. Leo II. itidem Siculus, Latinè, Græcè & muſicè peritiſſimus, Pſalmodiam Eccleſiaſticam reformavit, cunctis virtutibus illuſtris; abripitur menſe decimo, collachrymantibus vniverſis. Benedicti II. mira tum doctrina tum ſanctitas, obtinuit liberam Pontificum Romanorum electionem. Nam cum Imperatores *tributum* quod à Gothis Regibus

impoſitum novi Papæ pendebant, antea remiſiſſent, ſervata tamen illorum confirmatione; hanc quoque deinceps nequaquam requiri, edixit Conſtantinus Imperator in gratiam Benedicti. Ioannes V. Antiochenus, moribus & doctrinâ excellens, electus Papa, conſecratur à tribus Epiſcopis; Oſtienſi, Portuenſi & Veliterno. Conon I. è Thracia oriundus, ob virtutes, doctrinam, & vultus majeſtatem, *Angelicus* appellatus. Sergius I. Antiochenus pari ſanctitatis opinione, inter ambientes Theodorum & Paſchalem, à Clero & Populo electus, dignum ſe per omnia Paſtorem exhibuit: circa hoſtiæ confractionem, *Agnus Dei* &c. decantari inſtituit.

CATHOLICA-ROMANA.
Pontifex Max. confirmatio, an. 684.
Papa dictus Angelicus, an. 686.
Agnus Dei in Miſſa.

IOANNES VI. Græcus, martyr quorſum ſcribatur à nonnullis, eſt cur à Platina dubitetur. Ioannes VII. & ipſe Græcus; eloquentiâ, ſanctitate, & ornatu Templorum clarus. Siſinius, alijs Soſiſinus, natione Syrus, ſedit diebus non vltra viginti. Conſtantinus I. itidem Syrus, contra quem rebellantem Felicem Ravennatum Antiſtitem, Iuſtinianus Imperator Conſtantinopolim adductum, oculiſque privatum relegat in Cherſoneſum. Ipſemet Conſtantinus Pontifex poſtea Conſtantinopolim evocatur à Iuſtiniano, qui illius pedes Nicomediæ exoſculatur. Gregorius II. dum ad huc Diaconus eſſet, profectus Conſtantinopolim cum Conſtantino tanta virtutis & doctrinæ ſpecimina edidit, vt illius ſucceſſor eſſe meruerit. Templa & Monaſteria reparavit, decoravitque: Germanos, per Bonifacium Monachum, ad fidem convertit: ſupplicationes, pro avertenda Numinis ira, celebravit. Cum Carolo Martello contra Imperatorem Iconomachum Leonem, init fœdus. Illum, Concilio Romæ habito, cæteroſque Iconoclaſtas ferit anathemate: Italiam à Græcorum abſtrahit Imperio, tributaque pendere vltrà prohibet. Luithprandum, Longobardorum Regem, cum Exarchis à Leone Iſcaurico exacerbatum, & Baſilicæ Vaticanæ imminentem adit: eumque conſtantiâ, & oratione ſic inflectit, vt ad eius pedes accidens quidquid rogatus erat, prolixè faceret. S. Zacharias Græcus ipſummet Luithprandum armatum adit, & ab eo pacem Romanis obtinet ad annos viginti. Gregorius III. Syrus, verbo & opere potens, omnes Pontificis partes ſanctiſſimè ſimul & magnificentiſſimè implevit: Presbyteros ſimul & Monachos, voluit continuò divina officia in Eccleſia S. Petri celebrare. *Tutelam* Eccleſiæ, ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis ad Reges Franciæ tranſtulit. Optimorum Pontificum ſeriem auxit Stephanus I. natione Græcus. Et ipſe Luithprandum Regem Longobardorum adit, & habitâ publicè Concione ad pacem inclinat. Regni *Franciæ* ad Pipinum tranſlationem probavit. Chriſtianos Saracenis mancipia venundari prohibuit, libros quattuor D. Gregorij è latino vertit in græcum: Romæ Templa, & Monaſteria reparavit.

SECVL. CHRISTI VIII.
Ioannes VI.
Rebelles contra Papam puniti ab Imperatore.
Imperat. pedes Papæ oſculatur. an. 709.
Iconomachi damnati, an. 730.
Reges Franciæ Eccleſiæ Protectores,
Pipinus regnat in Francia.
Primus Papa in Gallia, an. 752.

Stephano altero, tertio ab electione die apoplexiâ ſublato, eligitur Stephanus II. Romanus tanto applauſu omnium; vt humeris elatus fuerit, & in Baſilicam Salvatoris deportatus. Vexatâ ab Aitulpho totâ Italiâ, Pontifex migrat in Gallias, opem petiturus. Vbi perquàm honorificè exceptus à Pipino Rege, Pontificis equi habenas tenente, in Regiam perducitur. Ab eo poſtmodùm in Templo S. Dionyſij, cum filijs Carolo & Carolomanno, vngitur, Figeaci Eccleſia dedicatur. Liberatâ bis per Pipinum Italiâ, ceſſat nomen & autoritas *Exarchatûs*, poſt centum annos & ſeptuaginta. Paulus I. Stephani II. frater, verè eleemoſynarius. Stephanus III. probitate, doctrinâ, & in rebus agendis ſolertiâ meruit Pontificatum. Lateranenſi Concilio Clericorum diſciplinam inſtauravit, Laicum in Pontificem aſſumi ſeverè prohibuit. Sanctorum Imagines, contra Synodum Conſtantinianam, vindicatæ. Adrianus I. Romanus generis nobilitatem, virtutibus exæquavit. Deſiderium Regem Longobardorum arcet, ſub pœna anathematis, ne fines Romanorum attingat. Carolum M. Romæ excipit: pacatiſque rebus, exornandis tum Vrbi, tum Templis animum adijcit. Defuncti ſepulchrum *Epitaphio* à Carolo M. verſibus conſcripto decoratur.

Finis Exarchatûs Italici,
Epitaphium à Carolo M.

Digitized by Google

ECCLESIA

TITVLVS IX. *Continuatio Pontif. Maxim.*

SELECTA ECCLESIÆ Catholicæ-Romanæ, ab Imperio Caroli-Magni.

Leo P. M. fugit in Galliam.

LEO III. Pont. Max. eodem die quo vita ceſſit Adrianus eligitur, nullius non virtutis apparatu idoneus. Verumenim per ſatellites à Paſchalio & Campulo Adriani Nepotibus immiſſos, oculiſque & linguâ mutilatus, ac mox divinitùs ſanatus, ad Carolum M. in *Gallias* fugit. Illic honorificè acceptus, magno poſtea Gallorum Antiſtitum comitatu Romam reducitur. Is innocentiſſimus obiecta crimina ſpontè jurejurando diluit, præſente Carolo; quem ipſo Natalis Dominici die, non opinantem, coronâ capiti impoſitâ *Imperatorem* Romanorum ſalutat, filiumque eius Pipinum Regem Romanorum. Novus Imperator cum Irene Conſtantinopolitana Auguſta, fœdus & amicitiam init. Stephanus IV. Adriani & Leonis diſciplinâ excultus, incertâ ſatis causâ, ad Ludovicum Imperatorem Aureliam accedit.

Carolus Magnus I. Imperator Occident.

PASCHALIS Papa C. ex Monacho invitus communi omnium conſenſu electus, Lotharium Ludovici filium Romæ à patre miſſum, Regem Italiæ inungit. Exinde ſeptem annos captivis redimendis, Templis reſarciendis, Sanctorum Reliquijs exornandis impendit. Eugenius II. doctus, eloquens, pius, pater pauperum meritò appellatus. Valentinus I. per eoſdem meritorum gradus Sedem Petri conſcendit, tunc ſolùm Diaconus; ſed in ea non ſedit pluſquam dies quadraginta. Gregorius VI. Pontificijs dotibus eminens, *Antiphonale Gallicum* ad ſe ab Imperatore Ludovico Miſſum, corrigit cum Amalario. Divalia Kalendis Novembris celebrari iterum jubet. Sergius II. Romanus ex nobili proſapia, primus *nomen* mutaſſe perhibetur. Ludovicum Lotharij filium, Romæ Regem Italiæ inungit. Ius confirmandi Pontificis M. Carolo Magno conceſſum, Lotharius & Ludovicus cedunt. *Leo* IV. nulli antèceſſorum ſecundus; ſanctitate, doctrinâ, miraculis, victoriâ navali contra Saracenos ad Centum-Cellas, nunc Civitas vetus eſt, reportatâ celebris. Romanæ Vrbi veteri novam addit, quam ideo *Leoninam* vocant. Carolus Calvus Imperator Romæ coronatus, ex quo tempore Papæ jus Auguſti renunciandi ſibi attribuunt. Baſilij Imperatoris rogatu adductus Ioannes VIII. Anglus Pontif. Max. Photio Hæretico, Conſtantinopolitanæ Sedis poſſeſſionem confirmat. Ob quam mollitiem nonnullis *Papiſſa* vocitatus, fabulæ à Martino Polono primùm invectæ occaſionem dedit. Vt Platina ipſe, dum ridiculam narrationem de Sede Stercoraria effutit, *errare ſe cum vulgo* palam fateatur.

SÆCVL. CHRISTI IX.

Cantus Gregorianus, *an.* 831.

Nominis mutatio à Pontific. Max. *an.* 843.

Vrbs Leonina, Rex Romanorum, *an.* 875.

Papiſſæ Ioannæ fabula.

Benedictus III. per omnia verè benedictus, coactus potiùs quàm electus, tridui precibus ac jejunijs ſuæ inaugurationi prælibavit. Totus deinde ad divinum cultum converſus, Templa & Sacraria reſtituit: Sacerdotum funeribus ſemper aderat, in pauperes liberalis. Demortui corpus tumulatur à Nicolao, qui in eius locum etiam invitus ſuffectus; vtriuſque Imperatoris, ob eximias virtutes, venerationem meruit: Ioannem Archi-Epiſcopum Ravennatem domuit, Bulgaros ad fidem Epiſtolis, admonitionibus, legationibus convertit. Adrianus II. in pauperes & peregrinos ad miraculum miſericors, pulſo Photio; Ignatium Sedi Conſtantinopolitanæ reſtituit. Ioannes IX. orto ſuper Imperatoris nominatione gravi bello, incarceratus, mox elapſus, in *Gallias* fugit ad Ludovicum Balbum; quem Regem invnxit, & Trecis Concilium habuit. Inde Romam accitus, Agarenos Italiâ & Siciliâ abigit. Adhuc Diaconus Gregorij I. vitam quattuor libris egregiè conſcripſit. Marinus ſeu Martinus II. Gallus, Portuenſem Epiſcopum communioni reddit, Photium Conſtantinopolitanum privat: ob idque Baſilij Imperatoris iram in ſe movet, qui Martini abdicationi prætendebat aliam ante Sedem ab eo occupatam; neque enim tunc temporis relicto vllo

Papa in Gallijs.

Epiſcopatu, alium capeſcere fas erat.

CATHOLICA-ROMANA.

Deinceps nil certum neque in nomine, neque in ſerie Pontificum.

PER ea nimirum tempora, ac deinceps Pontificum Romanorum *ſeries* apud Autores ſupra modum confuſa. Virtus verò Pontificum & ſanctitas, planè labaſcens; cunctaque ad ſeditiones, & ſcandala prona. Adrianus III. creationem Summi Pontificis, ab Imperatoris autoritate liberam fecit. Stephanus VIII. Pontif. Max. CXV. Formoſum in Sede prædeceſſorem, è tumulo extractum, Pontificijſque veſtibus indutum, capite & digitis quibus benedictionem conferebat truncatum, his verbis alloquitur; *Formoſe, cur cum eſſes Portuenſis Epiſcopus, ad Romanam Sedem aſpiraſti?* Illum deinde in Tiberim proijci jubet, quod tamen à Sergio factum ſcribit Platina.

SECVL. X.

Electus Papa ſine Cardinal. an. 930.

Conſenſus Imperatoris pro Pontifice.

Ioannes IX. patre Sergio, ſpiritus militares gerens, Saracenos prælio vincit. Stephanus IX. Germanus, à Romanis Othone Rege agente, abſque Cardinalium conſenſu, electus. Ioannes XII. ad Adalbertum, contra jusjurandum quod ad S. Petri Reliquias dederat, defecit ab Othone; quem in Italiam advocatum, Imperatorem coronaverat. Otho Romam reverſus, Romanos ſacramento aſtringit, ne deinceps Pontificem abſque Imperatoris *conſenſu* eligant. Conventum Epiſcoporum celebrat, in quo Ioanni Pontificatus abrogatur, eique ſufficitur Leo VIII. Romanus, quem plures Hiſtorici Pſeudo-Pontificibus annumerant. Ioannes à Romanis evocatus, novâ Synodo ſuperioris Acta reſcindit: Ioanni Cardinali Diacono, per Aſonum Protoſcrinarium, linguam, digitos & nates abſcindi jubet; Leo ſecedit in Germaniam, Ioannes octavo poſt die obit ſatis infeliciter.

Pontifex M captivus. an. 964.

Sedis Romanæ agitatio.

Tintinnabulorum benedictio, an. 968.

Baronij omiſſio; an. 994.

Benedictum V. Romani eligunt, quem Otho gradu dejectum, ſubſtituto Leone, ſecum abripit in Germaniam; vbi Adaldago Hamburgenſi Archiepiſcopo traditus in cuſtodiam, ſanctiſſimè obijt. Alij Leonem & Benedictum Pſeudo-Pontificibus, alij Legitimis annumerant. Ioannes VIII. à Romanis, propter nimiam ſeveritatem Vrbe pulſus, Capuam ſecedit. Sed ab Othone caſtigati, Papam recipere, ab eoque veniam petere coguntur. Ioannes *Tintinnabulis* benedictionem & nomina primus impertitur. Benedictus VII. Romanus ex Albericorum familia ortus, fugato Conitum Tuſcanellæ conſanguineorum ope Bonifacio, ſedet annos novem. Bonifacius Conſtantinopoli rediens Ioannem in vinculis fame necatum palàm exhibet, quattuor menſes tyrannidem occupat: ſubitâque extinctus morte, à ſuis crudeliter lancinatus ante Aurelij æneam ſtatuam raptatur. Papa CXL. Ioannes XVI. Romanus, à Baronio omiſſus, ſedet menſes quattuor.

Imperatoris Electio conceſſa Septem-Viris Electoribus, an. 996.

Regem Galliæ excommunicat, an. 998.

Gregorius V. Bruno anteà nominatus, Othonis Saxonum Ducis Francorum regio ſanguine ſati filius, Othonem III. avunculum Imperatoria Corona donat. Concilioque Romæ habito, *jus* Imperatoris creandi, Septem Germanorum Principum ſuffragijs illigat: decrevitque vt ab ijs electus, Romanorum Rex appellaretur; ſed Auguſti nomen non ſumeret, niſi quando à Pontifice Max. coronaretur. Robertum Francorum Regem, ob contractas cum Berta conſobrina nuptias, anathemate ferit. Creſcentius Gregorium pellit, Philagatum Placentiæ Epiſcopum, Ioannem XVI. Papam appellat; quos omnes Otho reverſus punit, Creſcentio obtruncato: Philagato manibus, auribuſque & oculis mutilato, perque vrbem averſo aſino inſidente, circumducto. Sylveſter II. Gallus, aliàs Gerbertus; primò Rhemenſis, inde Ravennatum Antiſtes. Pontificis Max. eligendi *Ius* Populo ademptum, Cleroque collatum ſub Ioanne XVIII. *Græcos* Romanæ Eccleſiæ conciliat. Sergius IV. Romanus, anteà Albenſis Epiſcopus, Petrus Bucca porcina dictus.

Ius Pontific. Max. eligendi ad Clerum redigitur, an. 1003.

SECVL CHRISTI XI.

Simonia.

Duodennis.

IOANNES XIX. Benedicti VIII. Germanus, empto primùm Pontificatu, eo abrogato *ſimoniam* pœnitentiâ abſterſurus, Monaſterium ſubit; exinde legitimè electus, ſedet annos octo, menſes ſeptem. Benedictus IX. Theophilactus dictus, Ioannis XIX. ex fratre Nepos, ad ſummum *duodennis* ſuffragijs auro emptis, Sedem annis occupat duodecim. Sed eo propter comeſſationes & libidinem fugato, Ioannes Savinienſis Epiſcopus Sylveſtri III. nomine à Populo ſubrogatur. Illum poſt quadraginta & novem dies Benedictus anathemate notatum pellit: ac poſtmodùm Pontificatum Ioanni Archipreſbytero, Gratiano nonnullis dicto, acceptâ pecuniâ permittens, paternam domum ſe reci-

ECCLESIA Duo Pontifices Romæ.

pit. Vnde rediens Lateranam domum occupat, interim dum Sylveſter S. Petrum, Ioannes S. Mariam Maiorem tenent. Gregorius VI. empto à Benedicto Sylveſtro & Ioanne Pontificatu, fruitur menſes ſeptem. Clemens II. Saxo, Suidgerus antea dictus, Bambergenſis Epiſcopus; Pontificibus quattuor ſuperioribus illegitimis declaratis, pulſiſque Concilio Sutrino ab Henrico Germaniæ Rege convocato, ſolus Sedem occupat.

Leo IX. Modeſtia electi Pontificis. Berengarius.

LEO IX. antea Benedictus, Hugonis Comitis filius, Conradi Imperatoris conſobrinus, Epiſcopus Tullenſis. Is delatum ab Henrico Imperatore Pontificatum poſt humilem excuſationem ſuſcipit, ſi modo à Romanis, & Clero acceptaretur. Verùm Ildebrando Priore Cluniacenſi acceptæ à Laïco dignitatis ipſum objurgante, purpurâ depoſitâ Romam peregrinus abiens, legitimis ſuffragijs eligitur. Paulò poſt in Germaniam profectus, Colonienſem Archiepiſcopum Sanctæ Sedis Cancellarium creat. Concilio Sipontino Berengarij errores, & librum Ioannis Scoti de Euchariſtia damnat. Sed victus cum Germanis à Northmannis, quos ex Apulia pellere contendebat, captuſque in Caſtello in quo obſidebatur, Beneventum honorificè perductus eſt. Eo mortuo, Benedictus IX. Eccleſiam turbat per menſes vndecim. Hildebrandus à Victore II. Legatus miſſus in Concilio Lugdunenſi, ſex Epiſcopos ſede pellit: in Turonenſi, Berengarium ad erroris abnegationem cogit. Pontifici Diaconus venenatum in Calice vinum fundit. Stephanus X. ex Caſſinate Archimandrita, die S. Stephano ſacra, electus. Ioannes Velitricienſis Epiſcopus, Mincius ſeu Zeno cognominatus; vi, pecuniâ, & Gregorij Galeriæ Comitis ope, Pontificatum aliquot menſes occupans Benedicti X. nomine, ab vnico nihilominus Onuphrio Pontific. M. accenſetur. Nicolaus II. è Burgundia Florentiæ Epiſcopus, Benedicto Antipapæ Sacerdotij munere privato, veniam petenti concedit.

Venenum in Calice, an. 1055. Simonia.

Cleri caſtitas, an. 1074.

GREGORIVS VII. antea Hildebrandus, Archidiaconus Cardinalis ex Monacho; Concilio Romæ habitò decreta contra Simoniacos & Preſbyterorum pellicatus renovans, Germanorum odium incurrit. Concilium à Gregorio Romæ convocatum contra Philippum Franciæ Regem, anathema, niſi reſipiſcat, denunciat. Multis Antiſtibus, & quinque Domeſticis Germaniæ Regis, ſacris interdicit. A Cincio Romæ Præfecto, quem ſacris prohibuerat, Miſſam die Natalis CHRISTI celebrans abductus in carcerem, poſtridiè à Romanis liberatur. In Conventiculo Wormienſi, Henrico Imperatore præſente, Bremenſis Archiepiſcopus Gregorium Papatu indignum, privatumque denunciat. At Gregorius Synodo Romæ congregata, lectis depoſitionis ſuæ Litteris, Henricum Imperio, Antiſtites ſacris privat. Exinde Henricus Imperatoria ornamenta exutus, ad pedes Gregorij provolutus veniam obtinet. Sedenim Longobardi Antiſtites, Imperatori dignitatem tollere, ipſiuſque filio conferre comminati, ipſum adverſus Pontificem rurſus commovent. In Synodo Romana Berengarium octogenarium, errores iteratò cogit abjurare. Henrico ſacris rurſus interdicit, Rhodolphoque Imperatoriam Majeſtatem confirmat. Vnde Henricus ducto in Italiam exercitu, capta vrbe Leonina; Guibertum in Sede Apoſtolica contra Romanæ Eccleſiæ voluntatem collocat, ſub Clementis III. nomine: Gregorium S. Angeli caſtello includit, Aventinumque montem munit. At Robertus Guichardus Northmannus Apuliæ Dux ex Oriente adveniens, Henricum fugat. Liber Gregorius in Concilio Romæ iterato, Henricum cum Antipapa anathemate ferit, illinc ſeceditin Caſſinum Montem. Sacrificium Miſſæ offerens, Columbæ expanſis alis contegi viſus eſt.

Victor P. electus, an. 1087. fugit.

Victor III. ex Cardinali & Abbate Montis Caſſini Deſiderio nomine, invitus electus, poſt quattuor dies Vrbe relicta Terracinam ſecedit; vbi depoſito Pontificis ornatu Conventum ſuum repetit, ex quo toto anno extrahi non potuit; donec Concilio Capuæ convocato vi detractus, à Iordane Capuæ Principe ſupplicibus Rogerij Siciliæ Regis & Antiſtitum precibus, Pontificia ornamenta reſumit. Is precibus ſuis ingentem obtinet de Sarracenis victoriam, cæſis Barbarorum centum millibus.

SECVL. CHRISTI XII. Paſchalis II. acta, an. 1102.

PASCHALIS II. Vualerium Pariſienſem Epiſcopum, Legatum mittit in Poloniam. Dum verò Hieroſolymorum Patriarchatui Epiſcopatus omnes à Gallis in Paleſtina occupatos, ſubijcere Balduini ſupplicationibus ſatagit, Bernardus

dus Antiochiæ Præſul, obſtitit. Inceſtas Alphonſi Arragonum Regis cum Vrraca Conſobrina Alphonſi Caſtellani filia nuptias, fruſtra conatur diſſolvere. Henricum V. Romæ excipit honorificè, Imperatoremque deſignat. Hic cum ab ipſo Pontifice vellet inungi, illum ex altari, ſacrificio vix celebrato, jubet abripi, inque vincula conijci; vnde à Populo extrahitur, pulſo in fugam Imperatore; qui biduò poſt Paſchalem comprehenſum, ſacris veſtibus exutum, catenisque onuſtum Ferbraco caſtello cum Epiſcopis duobus, Cardinalibus quattuor includit per dies vnum ſupra ſexaginta. Nec priùs liberat, quàm Imperij titulos & jus deferendi Epiſcopatus, aliaque Eccleſiaſtica munera quibuſcunque vellet, per vim extorſerit. Ob quæ Concilijs multis, tametſi immenſis muneribus Cardinales tentaret, ſacris privatus eſt. In Concilio Lateranenſi Archiepiſcoporum XII. Epiſcoporum CXIV. Preſbyterorum Cardinalium XV. Diaconorum VIII. Paſchalis poſitis mitra & pallio, Catholicæ facta fidei profeſſione, dignitati aſſeritur; Henrico anathemate perculſo, jus dignitates Eccleſiaſticas conferendi à Pontifice conceſſum adimitur. In Synodo Cyperana ad lyram, Guillelmum Calabriæ & Apuliæ Ducem Paſchalis inſtituit.

CATHOLICA-ROMANA.

Gelaſius II. aliàs appellatus Ioannes, ex Monacho Caſſinate Cardinalis, & Sanctæ-Sedis Cancellarius, ipſo electionis die in Eccleſia captus, pugnis cæſus, calcaribusque cruentatus à Centio Frangipano Henrici Imperatoris fautore; cui à Romanis liberatus Pontifex, veniam ſuppliciter imploranti indulſit. Caliſtus III. anteà Guido, Viennenſis Archiepiſcopus, Stephani Burgundiæ Comitis germanus, & Adelaidis Francorum Reginæ avunculus, nec-non Imperatoris Henrici conſobrinus; in Concilio Remenſi ex CCCCXXVI. Antiſtibus, Ludovico Francorum Rege cum Vxore præſentibus, Henricum Imperatorem Sacris interdicit. In Italiam reverſus, Antipapam Burdinum Sutrinâ arce incluſum, premit. Cives Pſeudo-Pontificem tradunt militibus; à queis hirci pellibus cruentis tectus, averſo camelo impoſitus per Vrbem circumducitur: mortique à Pontifice M. ereptus, Cavæ monaſterio includitur. Honorius II. Pontificatum modeſtiæ præmium tulit. Electi ſi quidem duo Pontifices, vterque pacem Eccleſiæ, ſuæ prætulit dignitati. Theobaldus Cardinalis Celeſtini II. nomine appellatus, cernens Patrum pleroſque ad Lambertum Oſtienſem Epiſcopum Honorium II. appellatum accedere, vltrò ſe abdicavit. Hic viciſſim cùm omnibus ſuam creationem non probari ſentiret, ſeptimo poſt die in Cœtu Cardinalium ornatum Pontificium ſponte *depoſuit*. Eo facto cunctorum ſuffragia promeruit.

Gelaſius II.

Papa electus indignè vexatur, an. 118

Caliſti III. nobilitas.

Electorum mutua modeſtia, an. 1124.

INNOCENTIO II. cui Sancti Bernardi operâ pars Orbis Chriſtiani maxima parebat, in Gallias fugitivo, Cardinalibusque ipſum ſecutis ſacra interdicuntur à Petro Leonis; cujus ſententiæ Lotharium Imperatorem, Galloſque fruſtrà fautores quærit. In Concilio Stampis habito, Innocentius ejuſdem D. Bernardi ſedulitate Papa agnoſcitur. Inde in Lateranenſi Baſilica Lotharium Imperatorem coronat, Petro Leonis S. Petrum occupante. Anacleto obeunti, Gregorius Cardinalis Victoris V. nomine ſubſtituitur à Schiſmaticis. At poſtmodum Germanis ad Innocentium deficientibus, D. Bernardum noctu inviſit: depoſitiſque Pontificalibus ornamentis, eo comitante ad Innocentij pedes provolutus veniam obtinuit. Innocentius dum Rogerium Apuliam occupantem, Gallutio Caſtro obſidet, à Rogerij filio Guillelmo ipſemet capitur. Exin Neapolim deducitur Pontifex. Varia pœnitentibus conceſſa, patri etiam Regium Siciliæ nomen: filijs Apuliæ, Calabriæ & Capuæ Principatus titulos concedit. Ab eo miſſus in Gallias Ivo Cardinalis, Radulphum Veromanduorum Comitem Petronillam Eleonoris Reginæ Sororem, vxore rejecta, ducere volentem anathemate ferit.

Innocentius II. in Gallia, an. 1130.

Antipapa reconciliatur.

Matrimonium illegitimum.

Celeſtinus II. Abaillardi Diſcipulus, communi omnium Cardinalium conſenſu electus. Lucius II. Cardinalis Bibliothecarius, & Innocentij II. Cancellarius. Eugenius III. antea Bernardus Piſanus, & à S. Bernardo S. Athanaſij trium fontium Abbas creatus, Vrbe per noctem ſecedit, ob tumultus Senatum inter & Populum circa illius electionem. In receſſu *Miſſam* celebranti lux divina affulſit, & columbæ duæ circum caput volitavere. Sub eo Concilium Vexeli, Ludovico Francorum Rege præſente, habitum; quo S. Bernardus, qui & ad eum-

Abaillardi Diſcipulus fit Pont. Max.

Cardinalis Bibliothecarius.

Miracula pro Pontificatu.

ECCLESIA

Bellum Sacrum.

Gilbertus Porretanus.

Matrimonium diſſolutum, *an.* 1115.

met Pontificem libros de Conſideratione eximios dilexit, Principes ad Sacram expeditionem ſic accendit; vt Crucem ſuſceperint Ludovicus Iunior Franciæ Rex, & Conradus Germaniæ. Id verò tanta cum multitudine, vt ad Eugenium Bernardus ſcripſerit, vix vni è ſeptem Gallis mulieribus maritum ſupereſſe. Sed Græcorum fraude circumventi tot exercitus, nullo operæ pretio facto redierunt. Pontif. Max. in Gallias fugiens, pluribus Concilijs Antiſſiodorenſi, Lutetiano, Remenſi, Hæreticos multos exagitat: *Gilbertum Porretanum* Pictavienſem Epiſcopum, ab erroribus circa DEI Attributa & Baptiſmum reſipiſcentem, Sedi ſuæ reddit. Eonem ſeu Eudonem Pſeudo-prophetam, cum ſuis igni adjudicat. Friderici Suaviæ Ducis initum cum cognata Matrimonium diſſolvit, tandemque obit miraculis clarus.

Roma interdicta, ob Cardinalem vulneratum.

Poloniæ leges à Papa approbatæ, *an.* 1180.

ADRIANVS IV. Arnoldum Brixianum vrbe pellit. Romam interdicto ligat, illicque divinum officium celebrari vetat; ob inflictum Gerardo *Cardinali*, lethale vulnus. Friderico Germaniæ Regi Pontificij equi habenas Stapedamque tenere recuſanti, pacis oſculum denegat: eaque demùm officia peragenti, Auguſtales titulos defert; inde diſcedentes, Miſſam apud S. Lucam ambo coronati audiunt. Synodo Gallicanâ Alexander III. confirmatur; & Lutetiam adiens Synodum celebrat Turonibus ex Cardinalib. 17. Epiſcopis 124. Abbatibus 414. alijſque permultis in D. Mauritij, jam *S. Gatiani* Templo Cathedrali. Idem Regni titulum *Portugalliæ* attribuit, conſtitutis annuatim duobus argenti pondo. Ioannes Hungarus Strumonenſis Abbas Calliſti III. nomine, Paſchali mortuo ſubrogatur. Antipapa Calliſtus Pontificia ornamenta deponit; Beneventanum Archiepiſcopatum accipit. Alexander P. M. à Caſimiro *Poloniæ* Rege conditas leges recipit, approbatque.

Pontifex coronas conculcans.

Matrimonia irrita.

Celeſtinus III. Henricum Germaniæ Regem & Conſtantiam vxorem Imperatoriâ coronâ donat, quam mox in terram *pede* deijcit; vt oſtenderet ſe illius conferendæ, & auferendæ jus habere. Idem Alphonſum Galleciæ Regem, Garſiæ Santij Portugalliæ Regis avunculi ſui filiæ junctum Sacris interdicit. Itidemque Henricum Campaniæ Comitem, eoquod viduam Marchionis Montisferrati, Winifredo illius ſecundo marito ſuperſtite, duceret in vxorem. Henricum V. Imperatorem & Leopoldum Archiducem Auſtriæ, eoquod Richardum Angliæ è Paleſtina redeuntem in vinculis detinerent, ferit anathemate. Hunc illi, pretio accepto, dimittunt. Repudium à Philippo Franciæ Rege, Iſambergiæ Daniæ Regis filiæ oblatum, iniquum declarat.

Innocent. III.

Innocentius III. Cardinalium-Iunior, vigeſimo ætatis anno ob ſingularem eruditionem & ſanctitatem eligitur. Sub eo in Concilio Divionenſi Francia Sacris interdicta, ob præfatum Philippi Regis divortium. Similiter & Hiſpania, ob nuptias Alphonſi cum Berengaria. Ejuſdem Pontificis monitu Ioannes Sine-terrâ Angliæ Rex, Harniſiam Comitis Gloceſtriæ filiam vxorem & conſobrinam relinquit.

SECVL. CHRISTI XIII.

Bellum Sacrum contra Albigenſes.

Victoria inſignis, *an.* 1213.

Anglia interdicta.

Sanctæ-Sedi tributaria Arragonia, & Anglia.

Curtenæus Imperator, *an.* 1218.

Gregorius IX.

HONORIVS III. Pontif. Max. Legatis, concionibuſque ingentem conflat exercitum contra Albigenſes. Quo exterritus Comes Toloſanus, publicâ per virgas pœnitentiâ, veniam Eccleſiæ promeruit. Poſtmodum adventante in auxilium Petro Rege Arragoniæ, bellum redintegrans, cumque exercitu Albigenſium vltra centum millia Militum; debellatur ad Muretum à Simone Monte-fortio, cui non pluſquam octingenti Equites & mille Pedites militabant: quos ingenti miraculo Sacra Euchariſtia, & Crux à S. Dominico geſtata, victores reddidit. Anglia interdicto irretita, ex eo quod Ioannes Rex Stephanum Cantuarienſem Archiepiſcopum electum reijceret: & eam ob rem Monachos expelleret, ſubſtitutis Canonicis Regularibus S. Auguſtini. Petrus Arragoniæ Rex Romæ cum Vxore Monſpeſſulani Principis filia coronatur, regnum Sanctæ-Sedi *tributarium* facit. Ioannes Angliæ Hiberniæque Regna Maximo Pontifici ſubijcit, indicto annuo tributo. *Idem Honorius* Petrum Curtenæum Conſtantinopolitanum Imperatorem coronat. Fridericum II. Imperatorem communione privat. Per Legatum ab Angliæ Rege duorum Canonicorum in quaque Diœceſi reditus, fruſtra poſtulat. *Gregorius IX.* Fridericum II. Imperatorem, auxiliares copias in Palæſtinam mittere detrectantem, Sacris privat. Is ductis ad Cyprum copijs regreſſus, anathemati iterùm ſubjectus, Pontificem vrbe pellit. Mox in Orientem

remeans cum Sultano Ægyptio, acceptis Iaphe, Nazareth & Bethleem vrbibus, inducias ferit ad annos decem, Hieroſolymam precariò impetrat. Hinc regrediens Pontificias terras occupat, Papam Romæ includit, obſidetque; donec pace inita Auguſtum Pontifex abſolvit, acceptis vnciarum auri millibus centum & viginti. Pontificis Legatus Raimundum Iuniorem Comitem Toloſatum, abjuratâ Albigenſium hæreſi, anathemate liberat; ea lege vt nudus ante Eccleſiæ fores veniam peteret, ac per quinque annos bello ſacro operam navaret. Romani contra Pontificem rebellant, inde peſte afflicti. Idemmet Pontifex Ludovici IX. fratrem Auguſtum deſignat, quam ille dignitatem recuſat. Ad Concilium Romæ indicatum adventantes Galli Præſules, ab Henrico Sardiniæ Rege capti; quo accepto nuntio, Gregorius IX. obit. Dum viveret nihil non molitus eſt vt extinguerentur recrudeſcentes factiones *Guelphorum*, *& Gibellinorum*; quorum illi Pontificias partes, iſti Imperatorias acerrimè amplexi, totam Italiam turbis ac ſeditionibus per ducentos ſexaginta annos divexarunt.

CATHOLICA-ROMANA.
Friderici violentia in Pontific. an. 1230.
Comitis Toloſani pœnitentia
Romani rebellant.
Guelphi & Gibellini, an. 1245.

INTER-REGNVM per annum vnum menſeſque octo, Cardinalibus quemquam eligere recuſantibus; antequam Fridericus captivos Cardinales dimiſiſſet, quos Balduini Conſtantinopolitani Imperatoris precibus liberat. Electus Innocentius IV. inſidias ab Imperatore paratas fugiens in Galliam, *Lugdunum* à S. Ludovico Rege ſedem accipit. Illic Concilio generali XIII. convocato, Fridericum Imperatorem venire recuſantem, Piorum communione & Auguſti dignitate ſpoliat: & pileum rubrum *Cardinalibus* jam purpuratis concedit, Sacram Expeditionem Duce S. Ludovico indicit. Septennium Lugduni ſedet ſtudijs, ſtudioſiſque addictus, *Iuris Pater* nuncupatur, pontem Rhodano primus impoſuit. Pontificis Legatus Haconim Principem *Norvegiæ*, Regem coronat; qui Gregorio quindecim Marcarum Sterlinorum millia mittit, Legatoque quingenta ex Eccleſijs permittit exigere. Alexander IV. Guillelmi à Sancto amore Libros contra Monachos damnat, Evangelium æternum à Ioanne Parmenſi vulgatum igni ſubijcit: Taurinenſes à Thoma Sabaudiæ Comite deficientes, Sacris interdicit; Româ cum Cardinalibus extruditur, à Manfredi Siciliæ Regis fautoribus. Illo obeunte, trium menſium inter-regnum fuit.

Interpontificium.
Innocentius IV. fugit Lugdunum, an. 1244.
Illic celebrat Concilium.
Cardinales purpurati.
Iuris Pater.
Rex Norvegiæ.
Guillelmus à Sanctoamore.
Inter-regnum.

Vrbanus IV. anteà Iacobus Pantaleon Gallus, Trecenſis Sutoris filius; ex Archidiacono Laudunenſi, Leodienſique, Verodunenſis Epiſcopus: exinde Hieroſolymitanus Patriarcha, ob inſignem ingenij, morumque commendationem electus. Siciliæ vtriuſque Regni jus Carolo Andegavenſi Comiti, S. Ludovici germano tribuit. Richardum Cornubienſem Regem & Alphonſum Caſtellæ Regem Aſtrologiâ celebrem, Imperatores electos, ad cauſam dicendam vocat.

Vrbanus IV.
Cauſa Imperat. an. 1263.

SELECTA ECCLESIÆ Catholico-Romanæ, à morte S. Ludovici.

TITVLVS X.
Continuatio Pontif. Maxim.

CLEMENS IV. Gallus, antea vxoratus, *Iuris lumen* appellatus. Poſt ejus obitum, Interpontificium biennale; donec Gregorius X. alias Theobaldus è Vicecomitum Placentiæ familiâ ortus, ex Lugdunenſi Canonico & Leodienſi Archidiacono, diſſidentibus inter ſe Cardinalibus electus *abſens*, venit, coronaturque. Cruciatam Expeditionem Rodulphus Imperator & Philippus Audax Franciæ Rex ſuſcipiunt, quos comitari volens Gregorius X. obit in vrbe Arezzo; vbi & ſepultus, miraculis claret. Innocentius V. Burgundus, olim Petrus de Tarenteſa, Ordinis Prædicatorum Provincialis: exin Cardinalis, & Archiepiſcopus Lugdunenſis, ſedet menſes quinque. Ioannes XX. Vliſſiponenſis, Philoſophiæ magis & Medicinæ, quàm Theologiæ ſciens; poſt octo menſes cubiculi, quod ſibi ſtruxerat, ruinâ opprimitur. Nicolaus III. ex Vrſinorum familia, poſt quinque interregni annos, ſedet annos tres. Martinus II.

Clemens IV.
Iuris lumen.

ECCLESIA

ſeu I V. Gallus, S. Martini Turonenſis Theſaurarius Canonicus, poſt ſex interregni menſes, creatur. Nicolaus I V. aliàs Hieronymus Aſcolitanus, Ordinis Minorum Generalis; poſt decem interregni menſes, aſſumitur.

S. Celeſtinus, an. 1294.

S. Celeſtinus V. qui Petrus Morronienſis, abs monte in quo Benedictinus vixerat, Cardinalibus inter ſe diſſidentibus poſt inter regni duos annos electus, Pontificatum recuſat. Sed Cardinalium, Regiſque Siciliæ precibus cedens, aſino invectus, Aquilegiæ coronatur: indeque conſtituit Summos Pontifices aſinis aut mulis, Chriſtum imitantes, inceſſuros. Atenim poſt quinque menſes, poſita dignitate lætus in Eremum ſecedit; cum à Cajetano Cardinali vtriuſque Iuris ſcientiſſimo, reſciviſſet ſe poſſe ſummum Sacerdotium abrogare. Qui Cajetanus per mille artes & dolos compos Pontificiæ electionis, nominatur Bonifacius VIII. Mox Celeſtinum, caſtello Fumonenſi includit. Iacobum & Petrum Columnenſes Cardinales, Celeſtino Pontificatum deberi Libro edito diſputantes, purpurâ exutos anathemate ferit. Ludovicum Francorum Regem Sanctorum catalogo inſcribit, in ipſiuſque honorem Conciones duas habuit. Iubilæum traditione hactenus celebratum, legi alligat & ſecularem inſtituit. Carolum Siciliæ Regem Pontificiæ Ditionis vicarium, & Defenſorem creat: Florentiamque, vt excitatas Piſtorij Nigrorum pro Guelphis, & Candidorum pro Gibellinis factiones ſedaret, incaſſum miſit. Philippum Pulchrum ſacram Militiam detrectantem, Gallos Antiſtites ad indictam Synodum non advenientes, Gallorumque Populos ad quartam vſque generationem diris devovet; adhibitis Sancta-Cruce, ſacriſque Reliquijs. Sarra Colomnienſis à Pontifice ejectus, cum *Nogareto* Equite Franco, Bonifacium Anagniæ in domo paterna captum Romam perducit, vbi quinto & trigeſimo poſt die obiit mœrore confectus.

Iubilæum decretum, an. 1300.

Pontif. Max. carceri deditur.

SECVL. CHRISTI XIV.

Benedictus X gentilitiæ puſillitatis memor.

Papalis inauguratio Lugduni.

Dux Britanniæ eliſus.

Sedes Pontificia Avenioni, an. 1305.

BENEDICTVS X. aliàs Nicolaus, Paſtoris Treviſiani filius, Quirinorum puerorum Præceptor ex Ordine Prædicatorio; *Matrem* ſuperbis indutam veſtibus agnoſcere renuit, cum ſuetis veſtimentis recipit: ficubus venenatus, extinguitur. Clemens V. Vaſco è familia Vallaldrantij, ex Archiepiſcopo Burdegalenſi abſens, poſt interregni menſes decem electus, *Lugduni* conſecratur; præſentibus Franciæ, Angliæ, & Arragonum Regibus. Illic Ioannes *Britanniæ*-Armoricæ *Dux* muri ruinâ, cum Lœtho Gotho Pontificis Germano, alijſque Principibus oppreſſus eſt, ipſeque Pontifex periculum vix evaſit. Pontificiam Sedem *Avenionem* transfert, vbi annis hæſit ſeptuaginta. Gallos Cardinales decem ordinat, Bonifacij contra Franciam conſtitutiones factas revocat: Iacobum & Petrum Columnenſes, Cardinalatui reſtituit: Burdegalæ annum degit, Auguſtoriti Pictonum totidem. Damnatis ab eo Templarijs infandis criminibus accuſatis, iuterque eos Iacobo Molœyo flammis addicto, bona partim Hoſpitalarijs adiudicata, partim in fiſcum relata. Venetos Ferrariam, Pontificiæ Ditionis vrbem occupantes, ſacris privat: Sacerdotes, & Religioſos inde jubet abſcedere. Conſtitutiones à ſe Clementinas dictas vulgat.

Scapulare Carmeliticum.

Ioannes XXI. aliàs XXII. aut XXIII. Carducencis Sutoris filius, Equitum Militiæ Chriſti Ordinem in Luſitania & Algarbiæ inſtituit. Mendicantium Religioſorum Conſtitutiones reformat, *Carmelitarum Scapulare* Privilegiatum approbat. Fridericum Siciliæ Regem cum Roberto Neapolis Rege paciſci recuſantem, anathemate ferit. Fratres Minores Conſtitutiones à Pontif. Max. factas & correctas averſati, Pariſienſem Academiam relinquunt, Alemaniamque petunt; vbi & Imperatorem Bavarum Ludovicum, adverſus Papam ſcriptis defendunt. Pontifex Michaëlem de Ceſenna Minorum Generalem, & Guillelmum Ocham etiam Franciſcanum, Theologos vtiquè ſubtiliſſimos: Fraterculorum hæreſim amplexos, excommunicat. Ludovicus Bavarus Imperator latam contra ſe excommunicationis ſententiam, nullam & abuſivam eſſe per Germanos Antiſtites declarari jubet.

Benedictus XI.

Conſtitutiones Benedictinæ.

Iubilæum ad quinquaginta annos redactum, an. 1349.

Benedictus XI. alijs X. aut XII. Toloſani Piſtoris, Molitoriſ-ve filius, ex Ciſtercienſi Ordine aſſumptus, Pontifices aiebat nullos conſanguineos habere; Conſtitutiones ab eo denominatas, ad reformandum Benedictinorum Ordinem vulgat. Clemens VI. Lemovix, Cathedræ-Dei Abbas, ſecularem *Iubilæi* celebrationem ad quinquageſimum annum, Populi Romani rogatu revocat. Ludovicum Bavarum hæreticum, Imperatoris dignitate privatum denunciat; cui Mar-

chionem Moraviæ, Electores ſufficiunt. Caſimirum Poloniæ Regem, ob necem Preſbyteri ſua vitia liberiùs inſectantis, Sacris privat. Chriſtianiſſimo *Francorum Regi*, Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie concedit. *Sorbonæ* domum, cui Proviſor fuerat, conceſſis indulgentijs extrui curat. *Avenionem* à Ioanna Neapolitana emit. Innocentius VI. per Albornotum Cardinalem Legatum in Italia, omnes ferè vrbes ſubegit. Ioannem de Roquetaillade Franciſcanum Aurillacenſem Prophetiæ ſpiritu afflatum ſe dicentem, in carcerem conijcit. Vrbanus V. ex Abbate S. Germani Altiſſiodorenſis & S. Victoris Maſſilienſis, abſens electus, magno omnium plauſu excipitur. Ipſum adiens Ioannes Palæologus Græciæ Imperator, Latinæ Eccleſiæ coniungitur. Caſſinum Epiſcopatu privat, Monachis reſtituit. Avenione denaſcens, Maſſiliam deportatus & in Templo S. Victoris depoſitus, miraculis claruit.

CATHOLICA-ROMANA.
Regis Franciæ Communio ſub vtraque ſpecie.
Abſens Papa electus, *an.* 1272.
Sorbona extructa.
Avenio empta.

Gregorius XI. Lemovix, antea Prior Hayenſis Bonorum Virorum ad Andegavum, invitus eligitur. Florentinorum rebellionibus, diſſidijſque in Italia continuis excitatus, ſed maximè Baldi, SS. Brigidæ & Catharinæ Senenſis conſilijs Romam repetit; anno poſt tranſlatam inde Sedem in Gallias, vnum ſupra ſeptuaginta. Vrbanus VI. Neapoli in Inferno (vrbis pars eſt) natus, ex Barienſi Epiſcopo virtutibus inſigni, Pontifex moroſus; ſub quo Schiſma dirum, ſuo loco inſinuandum. A Carolo Hungaro detentus, Cardinales quorum precibus liberatus eſt proditionis ſuſpicatus, diris ſupplicijs vexat. Iubilæum reduxit ad annos triginta tres, quot CHRISTVS vixit. Obit non ſine veneni ſuſpicione. Bonifacius Pontificum Romanorum primus S. Angeli arce communitâ, Populo Romano fræna inijcit, & Magiſtratus ad arbitrium creat. Scotum Preſbyterum, qui *Eliam* ſe Prophetam jactabat, igni addicit.

Gregor. XI.
Pontifex Romam repetit, *an.* 1376.
Iubilæum ad annos triginta tres.
Elias ſimulatus, *an.* 1359.

CONCILIVM Generale Piſanum ad Schiſma tollendum, Gregorium Pontificem legitimum & Benedictum Pſeudo-pontificem venire recuſantes, Hæreticos & Schiſmaticos appellat, abrogatque, & Alexandrum V. creat. Is ex vltima mendicitate, Franciſcanis accenſitus: amorem paupertatis vſque adeò retinuit, vt omnia in Eleemoſynas erogans, dictitaret ſe Epiſcopum divitem, Cardinalem inopem, Papam mendicum fuiſſe. Feſtum ſtigmatum S. *Franciſci* inſtituit, multa Franciſcanis privilegia concedit, quibus ſe Pariſienſis Academia opponit.

SECVL. CHRISTI XV.
Franciſcani.

Ioannes XXII. ſeu XXIII. antea Baltazar *Coſſa* Neapolitanus, à puero Pontificiam dignitatem præſagiens; Comitijs Bononiam ad creandum Papam convocatis, Pontifex evadit. Martinus III. ſiue V. à Chriſtianis omnibus legitimus recognitus, extincto tandem Schiſmate poſt annos quadraginta. Cum eo Emanuelis Conſtantinopolitani Imperatoris Legati, agunt de vnione Græcorum cum Latinis. Cruciatam in *Huſſitas* expeditionem denunciat, ter conatu irrito. Pontifex ad Concilium Baſileenſe pergens, obijt. Eugenius V. in Romanorum ſeditione *Monachi* veſtem indutus, Arſenio Monacho comite, Florentiam fugit. Nicolaus V. Medici Lucenſis filius eodem anno Epiſcopus, Cardinalis ac tandem Pontifex, Eugenio obeunti contra Felicem Pſeudo-pontificem ſublectus; prohibet ne quis in Academia proponat diſputet-ve *vter* ſuperior Papa an Concilium? Vaticanam Bibliothecam conquiſitis vndiquè voluminibus inſtruit, Doctorum Hominum qui ipſi plures Libros inſcripſere ſtudioſiſſimus, bonas Artes ante octingentos annos ſepultas excitavit.

Cruciata contra Huſſitas.
Pontifex Româ fugit Monachi indutus.
Nefas diſputare de eminentia Pontificis, & Concilij.

Cruciata Expeditio Calliſti III. Pontif. Max, curâ in Turcas feliciter deſtinata, Hunniadem Belgradâ incluſum liberat, Barbaros fugat. In cuius victoriæ memoriam, Transfigurationis CHRISTI feſtum celebrari jubet. Pius II. Doctiſſimus, antea Æneas Silvius è familijs Picolomineorum & Victoriarium, Sigiſmundum Auſtriæ Archiducem; quòd illius Legatum Nicolaum de Cuſa Cardinalem in carcerem conjeciſſet, anathemate ferit. Paulus II. Venetus, Pontifex CCXIV. Georgium Podiebracium Bohemiæ Regem ob hæreſim Regno privat, illudque donat Matthiæ Regi Hungariæ. Iubilæum poſt viginti quinque annos celebrari inſtituit. In eo Platina ſuam Pontificum Hiſtoriam abſolvit.

Transfiguratio.
Cardinalis incarceratio.
Iubilæum ad viginti quinque annos, *an.* 1475.

SIXTVS IV. Genuenſis Piſcatoris filius, aut ex antiqua Longobardorum familia ortus, ex Franciſcano electus; Roſarij, ſeu Pſalterij Deiparæ Virginis fraternitatem confirmat. Religioſos Mendicantes & Parochos ante annos ducentos diſceptantes, decreto conciliat. Petrum de Oſma Theologiæ in Salman

Sixtus IV.

ECCLESIA

ticenſi Academia Profeſſorem, ſcriptis aſſerentem Confeſſionem non divinæ ſed humanæ inſtitutionis eſſe, damnat. Bonaventuram Cardinalem, qui in Concilio Lugdunenſi vivere deſierat, Sanctis annumerat. Zemem Bajazethi Turcarum Imperatoris fratrem, ab Equitibus Rhodienſibus captum magnificè excipit, ille Pontificis pedes exoſculari recuſat. Innocentius VIII. *Catholici* nomen Ferdinando Hiſpaniarum Regi, Maurorum victori attribuit. Alexander VI. Cardinales duodecim, *Abbreviatores* viginti quatuor creat, vt belli ſumptus ſuſtineat. Pincernæ dolo vel incuriâ veneno tollitur, fama virtutûm & vitiorum ancipiti. Pius III. Picolomineus Senenſis, Pij II. ſorore genitus, ante menſem veneno ſublatus à Pandulpho Petrucio Senenſi Tyranno.

Rex Catholicus.

Julius II. an. 1503.

Leo X. an. 1510.

Julius II. Sultani Ægyptij litteras Chriſtianis exitium minantes, ni Luſitanos ab Orientalibus Indijs diverteret, per Monachum Hieroſolymitanum recipit. Henrico Valliæ Principi, Catharinam Auſtriacam intactam fratris viduam, ducere concedit. Leo X. Laurentij Medicæi filius, qui adhuc infans à Ludouico XI. Francorum Rege Archiepiſcopus, ab Innocentio VIII. quaterdecennis Cardinalis, Iuniorum tandem induſtriâ Cardinalium, anno ætatis trigeſimo ſeptimo in Pontificem eligitur. Bernardinus Carvagialis Cardinalis ſanctæ Crucis & Fridericus Cardinalis Sanſeverinus, Piſano Concilio rejecto, Lateranenſe approbant: ſoloque retento Sacerdotis ornamento, veniam impetrant à P. M. Pacem Imperatorem inter & Venetos, à quibus Arbiter fuerat conſtitutus denunciat, reſervatâ in annum proximum conditionum declaratione. Cum Franciſco I. Francorum Rege, de pace tranſigit: Pragmaticam Sanctionem, per Concordatum abrogat. Concilium Lateranenſe, vbi multa de immortalitate Animæ, finit decretâ in Turcas expeditione. Hinc Martinus Lutherus ex Auguſtiniano Hæreſiarcha, adverſus Indulgentias declamare incipit. Henrico VIII. Angliæ Monarchæ ob editum contra Lutherum luculentum Opus, DEFENSORIS FIDEI titulum tribuit. Obijſſe perhibetur ex *lætitiâ*, audito Carolum V. Imperatorem Gallis Mediolanum, Parmam & Placentiam ademiſſe.

Rex Angliæ Defenſor fidei.
Mors à lætitiâ.

Papa nomen non mutat, an. 1522.
Henrici Regis excommunicatio, an. 1535.

Adrianus VI. Florentij Vltraiectini periſtromatum confectoris filius, in Italia, quam nunquam adierat, abſens electus à triginta & octo Cardinalibus, nomen novo Exemplo non mutavit. Clemens VII. Medicæus, Gallis favens vrbe capta direptaque à Cæſarianis per Carolum Ducem Borbonium, qui in oppugnatione perit, S. Angeli caſtro includitur. Dum auxiliares copias Franciæ & Angliæ Reges coadunant, Pontifex mercatoris veſte eluſis cuſtodibus Orvietam de nocte ſe recipit. Papa CCXXIII. Paulus III. Farneſius jam ſeptuagenarius, Indias Occidentales Hiſpanis, Orientales Luſitanis attribuit. Inducias inter Carolum V. & Franciſcum I. Niceæ ſancivit. Exercitum in Germanias miſit. Indulta Pariſienſis Parlamenti Senatoribus conceſſit per Bullam, quæ ab eo Paulina appellatur. Henricum Angliæ Regem in Annæ Bolenæ pellicis amorem effuſum, fruſtrà petentem à Pontifice, vt repudiatâ Catharinâ conjuge Auſtriaca, Bolenam duceret; tandem anathemate ferit. Marcellus II. ſedit dies ſolum 21.

Franciæ Legati primi omnium.

Pugna ad Naupactum, an. 1571.

Calendarium emendatum.
Iaponia convertitur, an. 1585.
Sixtus V.

Paulus IV. è Carapharum familia, Iudæorum Synagogas omnes, vnâ exceptâ, diruit, illiſque pileum flavum imponit. Pius IV. è Medicæis, Carolum & Alphonſum Cardinales, & Ioannem Comitem Monitorienſem Caraphas, alioſque morte mulctat. Concilij Tridentini continuatio denuntiata à Pontif. Max. Philippi Hiſpani Legatus primum inter cæteros Regum Legatos locum à Pio fruſtrà poſtulat, qui illum *Franco* addicit. Ætatis 66. *nunc dimittis* pronuntians, in ſinu Caroli Boromæi Nepotis obijt. Pius V. Dominicanus Sacrum in Turcas bellum inſtruit, contractis in vnam claſſem Pontificijs, Hiſpanis, Venetiſque navibus: Claſſi Ioannes Auſtriacus Caroli V. filius naturalis, præficitur. Pugna ad *Naupactum* in ſinu Corinthiaco, victores Chriſtiani. In ea ducentæ triremes partim captæ, partim depreſſæ: Turcarum captiva vel cæſa fuere ad viginti millia, viginti Chriſtianorum libertati reddita. Gregorius XIII. Boncompagnus, *Calendarium* Eccleſiaſticum emendat, deciſis ex Octobri menſe diebus decem. Accepto per trium *Iaponiæ* Principum Legatos illius Gentis obſequio, moritur.

Sixtus V. Minorita, Perretis obſcuris Parentibus ortus, diebus Mercurij natus, Monachus, Cardinalis, Papa electus. Henricum Borbonium Navarræ

Regem, exinde & Henricum III. Regem Galliæ ob necem Ducis & Cardinalis Guiſiorum, carceremque Borbonij Cardinalis & Archiepiſcopi Lugdunenſis, anathemati ſubijcit. Multa Romæ magnificè extruxit, primam ſedem Oratori Gallico aſſeruit, quin & de Neapolitana Ditione recuperanda cogitaſſe creditur. Vrbanus VII. è Caſteanorum Familia, poſt 27. creationis diem, nondum coronatus, moritur. Gregorius XIV. Sfondratus, Religioſis Cardinalibus rubrum biretum concedit. Innocentius IX. poſt duos menſes obit. Clemens VIII. ex Aldobrandinis, exorante Iacobo Davide Perronio, Henricum IV. Eccleſiæ reſtituit, pacem Gallum inter Hiſpanum & Sabaudum, conciliavit. Ferrariam Romanæ-Sedi aſſeruit, duodecimum Iubilæum celebravit.

CATHOLICA-ROMANA.
Henricus III. excommunicatus à Sixto V. an 1585.
Vrbanus VII. Nondum coronatus moritur, an. 1590.
Henrici IV. abſolutio, an. 1595.
SECVL. XVI.
Paulus V.

LEONI XI. Florentino ex Medicæis intra menſem erepto, ſublegitur Paulus V. Senenſis è familia *Burgheſiorum*; prudentiâ, pietate, magnificentiâ celebris. Controverſiam de Gratiæ auxilijs, & libero arbitrio ſedavit. Venetos interdicto ligavit. Multa zelo fidei in Oriente procurat, multa Romæ patrat. Gregorius XV. Ludoviſius, quinque Sanctos ſacra apotheoſi cumulavit. Pauli prædeceſſoris decretum de Immaculata B. V. Conceptione ampliavit ad privata etiam colloquia, novam de fide Propaganda Congregationem inſtituit. Vrbanus VIII. Barberinus ingenio, prudentia, ſacra Poëſi, Iubilæi celebratione: duobus Nepotibus Franciſco & Antonio Barberinis, vitæ diuturnitate clarus. Innocentius X. *Pamphilius* Romanus, vultus majeſtate, judicij maturitate, rerum agendarum peritiâ, Iubilæi etiam celebratione: ſed imprimis Ianſeniſtarum damnatione celebris, obit grandævus.

Vrbanus VIII.
Innocentius X. an. 1647.
Alexander VII. an. 1655.

Papa CCXL. Alexander VII. Senenſis ex Chiſiorum familia, incredibili omnium applauſu electus, Romanum Pontificatum, hodièque fœliciter continuat ſerie per mille ſexcentos quinquaginta quinque annos nuſquam interruptâ. Vt vel vno hoc argumento palam fiat, Eccleſiam Romanam ſic à CHRISTO fundatam, vt adverſus eam vaneſcant impetus omnes.

Notat Robertus in ſua Gallia Chriſtiana, in Summis Pontif. 69. Sanctis annumeratos, 52. Monachos, 14. Gallos, Hiſpanos 4. Germanos 4. Græcos 15. è Syria 7. ex Africa 3. ex Anglia vnum, è Belgio vnum,

ECCLESIA

TITVLVS XI.
Concilia Generalia.

ROMA VITTORIO EMANUELE

SELECTA EX CONCILIIS Oecumenicis, & Romanis.

I. Hieroſolym. *ex Act.* 15.

QVANDOQVIDEM Eccleſia, non quæ Romæ eſt, ſed quæ Romana nuncupatur, ſola Catholica cenſetur ſeu Vniverſalis; oportunum reor ſubnectere CONCILIA pariter Generalia, eòque magis quod rata minimè habentur niſi à Summis Pontificibus confirmata. Inſeram quoque potiora, in *Vrbe* celebrata.

II. Romæ circa, an. 196.

PRIMO igitur Concilio Generali Hieroſolymis, controverſias omnes plenariè ſolvunt vnanimi conſenſu Apoſtoli. Extititque jam regula illa & forma deinceps Catholica æquè & Orthodoxa, *viſum eſt Spiritui-Sancto & nobis*. Primo poſtea Concilio Romæ habito, affixum Paſchatis feſtum Dominicæ, Lunam decimam quartam & æquinoctium vernum proximè ſequenti. Victor P. M. Aſianos Iudaïco more celebrantes, ſegregare volens ab Irenæo Lugdunenſi diſſuadetur.

Concilium Nicænum, an. 325. duravit menſes tres, ex Baron. Gen. ſ. 14.

PRIMVM verò, poſt tempora Apoſtolica, Concilium Oecumenicum celebratur *Niceæ* in Bythinia ſeu Thracia Aſiatica ad lacum Aſcanium, in Palatio Imperiali. Illud convocavit Conſtantinus M. ſed indicente Sylveſtro Pontific. Max. aſſignatis etiam ex ærario publico, viatico & annonâ. Adfuere ex toto Orbe Chriſtiano, myſtico numero ad Abrahæ exercitum relato, Patres trecenti decem & octo. In eis plures doctrinâ, & ſanctitate inclyti; Leontius Cæſarienſis, Nicolaus Smyrnenſis, Spiridion Tremizontinus, Nicaſius Dinienſis è Gallia Narbonenſi, Athanaſius tunc Diaconus Alexandrinus; quin & ex Ethnicis plures quoque tam Philoſophi, quàm Oratores. Præſides Concilij, Oſius Cordubenſis, Victor ſeu Vitus, & Vincennus Preſbyteri Romani. In medio ſacri Cœtus Codex Evangelicus eminebat in throno, accenſis circumquaque luminibus.

Ordo & Sedes.

Primas *ſedes* occupabant illi tres Romani Pontificis Legati. Hinc & inde Patriarchæ Alexander Alexandrinus, Enſtathius Antiochenus, Macharius Hyeroſolymitanus, alijque deinceps Epiſcopi. Vltimo loco ſedes aurea Imperatoris Conſtantini, cui ſingulari modeſtiâ non inſedit niſi ex Patrum nutu & rogatu.

Accuſationes contra Epiſcopos.

Quin & oblatas adverſus Epiſcopos ſchedas, non lectas in rogum projecit, aiens; *judicate voſmetipſi, vos dij eſtis.* In illis Eccleſiæ publicis Comitijs tria imprimis *decreta* I. Paſchæ ſolemnitas, Dominicæ affixa contra Quarto-decimanos; qui in Aſia præſertim feſtum decimæ quartæ Lunæ Martij, ritu Iudaïco, illigabant.

Decreta I. Paſchæ celebritas.

Curaque tunc data Alexandrino Præſuli, ob peritiam Aſtrorum Ægyptijs vtiquè familiarem, vt per Romanos Pontifices is Lunæ dies toti Eccleſiæ ſignificaretur. II. Contra Arianos, Filij cum Patre æqualitas decreta, & nomen ὁμοούσιε eidem prorſus in vtraque Perſona naturæ deſignandæ addictum.

II. Filij conſubſtantialitas. III. Schiſma Meletianum.

III. Schiſma Meletianum, quod autore Meletio Lycopolitano Epiſcopo ad hoc vſque tempus Ægyptum turbaverat, ſic ſedatum; vt nullus deinceps in tota Ægypto Epiſcopus crearetur, niſi ex nutu Alexandrini vt-pote Metropolitani.

Acta. De ſexto Canone ſatis controvertitur. Symbolum fidei.

Ex deperditis primæ huius Synodi Oecumenicæ Actis, teſtant ſolùm Canones viginti. Illis inſertum videas Symbolum fidei ſolemne, in Miſſis ſolemnioribus cantari ſolitum; cui deinde aſſutum illud, *credo in Spiritum Sanctum*, de quo nulla tunc controverſia. Vnanimi verò Eccleſiæ conſenſu veteri & Apoſtolicæ hymnorum clauſulæ, *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, addita ſequela; *ſicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.*

Concil. Sardicen. an. 347.

CONCILIVM SARDICENSE, Nicæni appendix, Sardicæ in Thracia, quam Tituris mons à Philippopoli ſeparat, ſub Imper. Conſtante Catholico & Conſtantio fratre Ariano. Quoniam nulla illius Acta ad nos pervenerunt, quamdiu duraverit planè ignoratur. Cumque jam adeſſent Patres ex tota Chriſtianitate trecenti

Digitized by Google

trecenti ſeptuaginta ſex, ſecedentes ex eo numero Ariani ſeptuaginta ſex, Conciliabulum Philippopoli inierunt. Orientalium Conventiculum appellant, tum quia præcipui Stephanus Antiochenus, ejuſque Suffraganei, qui Orientalium Patriarcha vulgò audiebat. Tum quia vrbs vbi coïerunt, jacet ad partem montis Tituris Orientalem, fermè lines vtriuſque Imperij. Legitimo Sardico præfuit idem qui in Nicæno Oecumenico, Oſius Cordubenſis: adfueruntque magni nominis Maximus, Athanaſius, Paphnutius, Spiridion; ex noſtra etiam Gallia plures.

CATHOLICA-CONCILIORVM.

Celebrandi *cauſa* duplex. Altera vt ſtabiliretur conſubſtantialitas Filij, & illud Synodi Nicænæ ὁμόσιον. Altera vt cauſa Athanaſij, aliorumque quattuor decerneretur. Quare prudenter vetitum ne nova deinceps fidei formula cuderetur, eoque pacto eliminatæ fraudulentæ plures; quas Euſebius Nicomedienſis & Moletius Lycopolitanus, ſpecie & nomine tenus ab Arianis diverſi, in dies effundebant. Athanaſij verò & aliorum Innocentia, jam in duobus Romanis Concilijs per Iulium Pontificem recognita, palam declaratur. Accuſatores & Sycophantæ, quorum calumnijs à Conſtautio Imper. Athanaſius apud Treviros exulare juſſus erat, publico anathemate mulctati. Iamque viguerunt *appellationes* ad ſedem Romanam. Ex adverſo Cætus adulter Sardicus ad Philippopolim, confirmatis Conciliabulis Syrio, Conſtantinopolitano & Antiocheno, mutuis anathematis ſe vlti ſunt. Atque propter eam nominum confuſionem à pleriſque, quin & ab ipſo quoque Auguſtino, Concilium verum Sardicum, quod S S. Epiphanius & Hilarius Occidentalium appellant, vt illegitimum & Arianum exploditur.

Materia.

Appellationes ad Sedem Romanam.

CONCILIVM SIRMIENSE, Sirmij in Pannonia Inferiori (modò citerior Hungaria eſt) per Conſtantium Imper. ſollicitantibus Arianis celebratur. Convocandi color Photini Epiſcopi Syrmienſis error, Pauli Samoſatani Symmyſtæ. Sed cauſa ſinceriſſima, vt ementito eo zelo Catholico deciperent Orthodoxos: atque ex libidine, propriam fidei formulam conſarcirent; quam intemeratam credas, ſi non defuiſſet ſolemne illud ὁμόσιον, ab eis reprobatum, quaſi Sacro Volumini extraneum. Quin & ingenti Eccleſiæ ſcandalo, *Oſium* tunc Syrmij exulem ætate & vexationibus gravem, diu reluctantem in eaſdem fraudes impulerunt. Quam & ipſe violentiam ante obitum palam deprecatus eſt. Ea verò Arianorum perfidia Semi-Arianis ſic exoſa fuit, vt ſeceſſione facta aliam fidei regulam fabricaverint in Conventu Ancyrano. Quid, quod & Liberius P. M. exul quoque Syrmium adiens, oppreſſus miſerijs, eidem formulæ & Anaſtaſij condemnationi ſubſcripſit; quanquam concilio innocenti, ſuique Legati vafritie deceptus; cum conſubſtantialitatem omitteret quidem, ſed nullatenus damnaret. Quod quidem eò vſque proceſſit, vt ab Heterodoxis novæ fidei formulæ non minùs duodecim intra viginti annos Ariani condiderint. Nunquam verò Epiſcoporum frequentiores conventus ac curſitationes, & verborum digladiationes, quàm hoc ſæculo. Ex quo ſucciſos rei veredariæ nervus Ammianus Marcellinus, & ipſe Ethnicus, queritur aut ridet.

Concilium Sirmienſe, an. 357.

Porro vicinia nominum & temporum effecit vt tum Epiphanius, tum Severus Sulpitius in iſtis referendis tantillùm exerrarint. Niſi ſatius ſit credere Photium & Sardici, & Syrmij ex æquo fuiſſe condemnatum. Et iſtud Syrmienſe Concilium, quoad materiam, non eſſe prorſus reprobandum.

Concilium *Ariminenſe*, Arimini in Æmilia (modò Romania eſt) ex quadringentis Eccleſiæ Latinæ Antiſtibus, ab Imperatore Conſtantio & Liberio P. M. cogitur duplici de cauſa. Prior contra Aëtium, vulgò impium & ἄθεον. Secundò vt judicaretur de diſcordia, formulaque Arianorum Syrmienſium tertiâ; ex ſubito caſu coram Imperatore ab Arianis, Semi-Arianis conflata in fraudem Nicenæ. Vbi exortum quoque diſſidium inter Arianos, & Semi-Arianos. Eodem tempore, eodemque fine Orientales *Seleuciam* in Iſauria Aſiæ Minoris convenunt. Eò etiam ire coactus eſt tunc exul in Phrygia, S. Hilarius. Verùm vnanimi conſenſu Arimini explosâ novellâ fidei formulâ, ſola Nicæna vetus obtinuit. Hactenuſque verum Concilium reputatur. Secuta deinceps repudiantur, vt-pute per vim aut dolum ab Imperatore Valente Ariano coacta ac fraudulenta.

Concilium Ariminenſe, an. 359.

ECCLESIA
II Concilium Oecumenicum Conſtantinopolit. durat menſes tres, an. 381. Romanum.

CONCILIVM II. Generale *Conſtantinopoli* ad Boſphorum Thraciæ celebratur, convocatum per Epiſtolas Theodoſij Imperatoris: ſed curâ & ſollicitudine Damaſi Pontific. Max. quem Patres *fidei adamantem* agnominant. Adfuere Orthodoxi Patres Centum quinquaginta. Quos inter Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Gregorij Nazianzenus & Nyſſenus. Ex Occidente nulli; quia confirmatio tantùm erat Concilij *Romæ* paulò priùs celebrati, vt fides Nicæna ſtabiliretur. Illic quoque Sedes Conſtantinopolitana Gregorio Nazianzeno, contra Maximum Cynicum, vindicata. Damnato Macedonio, Symbolo additum; *Credo in Spiritum-Sanctum, Dominum & Vivificatorem, ex Patre procedentem.* Volumen, formula ſcilicet fidei Damaſi Papæ, approbatum. Occaſione promotionis Gregorij Nazianzeni ad Sedem Conſtantinopolitanam, iteratò prohibitum ne quis Epiſcopus, Clericus-ve extra ſuæ limites Diœceſeos quicquam Sacrum ſuſciperet.

Concilium Epheſinum, an. 431.

CONCILIVM III. Generale *Epheſi* convocat Theodoſius Imper. indicente Papâ Celeſtino. Convocandi occaſio fuit controverſia inter Neſtorium Divinitatem CHRISTI denegantem, & Cyrillum Alexandrinum nomine Celeſtini P. M. Neſtorium hæreticum in Conventu Alexandrino denunciantem. Confluxere pluſquam ducenti Epiſcopi ex omni tum Oriente, tum Occidente; exceptis Afris, quos Wandalica perſecutio ab itinere retinuit. Præſes *Cyrillus* nomine Pontificis Romani, cum alijs duobus. Multa illic ſæva ac perfida aſtu & audaciâ Neſtorij, bovinatione Epiſcopi Antiocheni: Candidiani, Palladij & Ioannis ab Imperatore miſſorum prævaricatione, Sarellirum inſolentiâ. Interea certior factus Imperator, Legati Papæ è carcere liberantur: poſtque plures litigationes damnatis Neſtorio, Pelagio deinde & Maſſilienſibus, reddita eſt anno ſequenti Eccleſiæ pax & tranquillitas. Neſtorius ſpoliatus infulis, in priſtinum S. Euprepij Monaſterium relegatur. Hinc quoniam plures venenabat, in Oaſim amandatus verminante lingua totus computruit. Emortui ſcripta flammis addicta.

S. Cyrillus Præſes.

Concilium Chalcedonenſe, an. 451.

CONCILIVM IV. Generale *Chalcedonenſe* congregatur hac de cauſa. Eutyches Archimandrita, vſque adeò cum ſuis Monachis in Neſtorium exarſit, vt oppoſito errore neque etiam duas in CHRISTO Naturas ſuſtineret. Amicè admonitus ab Euſebio Dorylenſi in Phrygia Epiſcopo, ab eodem defertur ad Flavianum Conſtantinopoli cum ſuis Suffraganeis, tunc pro cauſa Florentis Sardi Metropolitani convocatis. Ab eo Cœtu pertinax Eutiches, officio & communione privatur. Vtrinque ad Leonem Pontif. Max. appellatur. Interim Hæreticus favore Chryſaphij Imperatoris Cubicularij, quem è Sacro fonte ſuſceperat, vt præjudicaretur Leonis Sententiæ, Concilium primùm Conſtantinopoli, mox Epheſi procurat. Vtrobique pluribus iniquè & inſolenter actis ab Eutiche & Dioſcoro Epiſcopo Alexandrino, Theodoſio & Pulcheriâ per Chryſaphium deceptis; tandem ſub Marciano Concilium Chalcedone convocatur in ſuburbio, vbi S. Euphemiæ Ædes capaciſſimæ. Sunt qui Epiſcopos numerent vltra ſexcentos. *Præſidens* Leonis nomine Iulianus Coënſis Epiſcopus, tametſi Græcus inter Græcos, per interpretem Latinè perorat. Initio & fine adſunt Marcianus, & Pulcheria. Imperator orationes quas habuit, incipit *Latino* ſermone. Iudices, Cognitores, & Moderatores tumultus impediunt. Damnatis Neſtorio, Eutiche, & Dioſcoro, Flaviani memoria cum honore reſtituitur. Plures Epiſcoporum controverſiæ, v. g. inter Photium & Euſtathium dirimuntur. Formula fidei inſeritur, qualem approbavêre Legati Leonis P.M. ad quem vniverſi Patres honorificentiſſimè reſcribunt.

Concilia Romæ plura. Canon Bibliæ, an. 494.

Concilio *Romæ* à lxx. Epiſcopis celebrato Gelaſius Pontif. Max. Catholicos Libros ab Apocryphis ſegregat, illorumque Catalogum deſcribit. Per id quoque tempus crebra Romæ habita contra Laurentium Antipapam, Theodorici Regis auctoritate ſuffultum, Ennodio Ticinenſi pro Symmacho perorante.

Concil. V. Generale, an. 553.

CONCILIVM V. Generale, inſtante Imperatore Iuſtiniano, cogitur *Conſtantinopoli*, ex centum ſexaginta quinque Epiſcopis Orientalibus; cui Vigilius P. M. licet tunc in vrbe & vt adeſſet invitatus, non adfuit nec per ſe, nec per Legatos; tametſi agnoſcat Eutichius Conſtantinopolitanus, qui præfuit, primum locum deberi Romano Pontifici, qui & Concilium ratum habuit. Cauſa

illius celebrandi præcipuè duplex. Altera error Origeniſtarum, in dies augeſcens. Altera diſceptatio de tribus Capitulis inter Eutychianos, Hæſitantes, & Orthodoxos idcirco Synodicos appellatos. Materia illis triplex. Prima, Scripta Theodoſij Mopveſtiani, in Chalcedonenſi non condemnata. Secunda, Epiſtola Ibæ Edeſſeni Neſtoriana; quâ non obſtante Ibas ipſe Neſtorium & Eutychen cum Patribus condemnans, Orthodoxis annumeratus fuit. Tertia, Apologia pro Neſtorio adverſus Cyrillum Alexandrinum, à Theodoreto Cyrenſi Epiſcopo edita; quæ ob eandem cum Iba cauſam, à Patribus ſilentio obvoluta fuerat. Plenario igitur examine damnati Origenes, Dydimus & Evagrius. Damnatæ quoque Theodori, Ibæ, & Theodoreti ſupradictæ lucubrationes. Cæterum Acta Concilij hujus ad nos non venêre, niſi valdè adulterata & corrupta fraude Origeniſtarum.

CATHOLICA-CONCILIORVM.

Didymus.

Concilium VI. Generale *Conſtantinopoli* celebratur in Secretario Sacri Palatij, Τρῦλλον, à faſtigio concamerato Græci vocitant; aliud tamen abs Synodo Erratica, vulgò in Trullo ſeu Πενθέκτη, id eſt quini-ſexta, de qua mox. Circa annum nonnihil variant Autores, ob Conſtantini Pogonati tempora ſatis dubia. Confluxerunt Epiſcopi propemodum ducenti, aliquot deputati ex Occidente ſimulque Papæ Agathonis Legati qui & primas tenuerunt. Inde-adeò quoties præfuiſſe dicuntur *Imperatores*, aut videntur ſubſcripſiſſe; id verò accipiendum honore, moderatione & firmitate tenus, nuſquam enim lata ab eis ſuffragia fuiſſe certiſſimum eſt. In eo condemnati Monothelitæ, nominatim Sergius, Pyrrus, Petrus & Paulus Epiſcopi Conſtantinopolitani: Cyrillus Alexandrinus, & Theodorus Pharenſis. Nullos nihilominus Canones in eo Concilio conditos, Eruditorum conſtans opinio eſt. Quin & Acta plerumque fraude Græcorum depravata, ſunt qui affirment. Id verò mirum quod ſtatim poſt Hæreticorum anathema, è tholo ceciderunt telæ aranearum & plurimæ, & nigerrimæ.

Concilium Generale VI. an. 681.

Monothelitæ.

Concilio *Romano* Paulus Conſtantinopolitanus Patriarcha Monethelita à Theodoro Papa depoſitus, rejectumque Imperatoris edictum quo cunctis *Silentium* imponebat. Vnde Concilium illud pro ſexto Oecumenico habitum. Concilio *Romæ* habito in Baſilica Salvatoris juxta Lateranenſe Palatium à Stephano V. Conſtantinus *Pſeudo-Papa* excæcatus adductus, depalmatus, & Eccleſiâ pulſus: illius reſciſſis actibus, combuſtis Codicibus, depoſitiſque Præſulibus quos ordinaverat; ſtatutumque ne quis impoſterum Laicus, vel cujuſvis ordinis homo ad Papatum caperetur. Concilio adfuere duodecim è Gallia Præſules, à Carolo & Carolomanno fratribus miſſi rogatu Pontificis. Synodo Romæ CL. Præſulum habitâ Adrianus, referente Sigeberto, Carolo Magno jus Pontifices Maximos confirmandi obtulit: ſanxitque Præſules ab eo, cunctis in Provincijs conſtituendos eſſe.

Romanum, an. 648.

Antipapa punitus in Concilio Romano.

Papa nonniſi ex Cardinalium Collegio.

Carolo M. Epiſcopatuum nominatio conceſſa.

CONCILIVM VII. Generale, aliàs ab eodem celebrationis loco *ſecundum Nicænum*; ſub Conſtantino Imper. & matre Irene abſolvitur diebus omninò decem & novem; tanto demum plauſu, vt ejus memoria in Græcorum Menologium referri meruerit. Patrum numerus vltra trecentos, Legati Pontificis Romani Præſides: Epiſcopi doctrinâ, & ſanctitate illuſtres plurimi; Plato, Olympius, Theophanes cognomento Iſacius, Taraſius Conſtantinopolitanus, & alij. Præcipuum opus, condemnatio *Iconoclaſtarum*; qui ſub tribus Imperatoribus Leone Iſaurico, Conſtantino Copronymo, ejuſque filio Leone IV. totum Orientem crudeliter vexaverant. Quæ cauſa eſt cur tantopere impugnetur, abs noſtri temporis Heterodoxis.

Concilium Generale VII. an. 787.

Damnati Iconomachi.

Conciliabulum CCCXXXVIII. Epiſcoporum Conſtantinopoli congregatum, falsò ſeptimum Oecumenicum; quo Copronymus damnandas Imagines curaverat, à Stephano reijcitur.

Concilium VIII. Generale, aliàs quartum *Conſtantinopolitanum*, celebratum in Templo S. Sophiæ, juſſu Adriani II. cuius & tres Legati primas tenuerunt, magnificentiſſimè Conſtantinopoli excepti ab Imperatore Baſilio; qui in fine pulcherrimâ oratione declaravit, Concilium à ſe, ſuiſque Liberis ſubſcribi non quaſi definirent: ſed quod venerabundi reciperent, accepto etiam ſignorum loco ex Epiſcoporum rogatu. Convocationis ſcopus extinctio Schiſmatis per *Photium* concitati, ex ſequenti occaſione paulò poſt fuſiùs exhibenda. Bardam

Concilium Oecumenicum VIII. an. 870.

Photij ſchiſma.

ECCLESIA

Imperij adminiſtrum ob pellicatum adulterio ſimul & inceſtu infamem, communione privat Ignatius Conſtantinopolitanus ſummi nominis Patriarcha. Eam ob cauſam acto in exilium Ignatio, quaſi majeſtatis reo, ſaltu ſex dierum ſubrogatur Photius Imperatori à ſecretis; ſeculari quidem literaturâ dives, ſed divinorum planè ignarus. Inde dirum ſupra quaſlibet perſecutiones Schiſma, ſub Imperio Michaëlis Prophyrogenetæ. Subrogatus Baſilius ſcribit ea de re ad Nicolaum Pontificem Romanum, iſtoque erepto ſucceſſor Adrianus convocato Romæ Concilio Photium, ſcriptaque illius & ſyngraphas damnat anathemate; præſentibus Legatis tum Ignatij tum Imperatoris, nam miſſi à Photio naufragio perjerant. Id totum ſub Adriani Legatis, præſente etiam Photio, plenaria hæc Synodus confirmat; pennis, referente Niceta in vita Ignatij, conſecrato Calici intinctis. Vim & robur præſentis Concilij, alio ſequenti Conſtantinopolitano, ſed ſpurio, Photius infringere conatus eſt; iterum, poſt facta Ignatij, per ſuetas vafrities Patriarchali ſedi intruſus. Concilio Conſtantinopoli à S. Ignatio Patriarcha convocato, Gregorius Syracuſarum Antiſtes damnatus: ad ejuſque depoſitionis confirmationem, Legati Romam miſſi.

Gregor. Syracuſanus damnatur.

Placentiæ, an. 1095.

Concilium *Placentiæ* convocatur Generale; tanta multitudine, vt quattuor mille Clerici & triginta mille Laïci numerarentur. Inde cùm nulla Eccleſia tantæ multitudinis capax eſſet, celebratur extra vrbem in campo. Illic Vrbanus II. Guibertum Pſeudo-Pontificem, extinctis cereis, piorum communione ſegregat. Berengarij, & Nicolaitarum errores damnat. *Quattuor Temporum* Iejunia ordinat, contra Simoniam canones confirmat: Hugonem Lugdunenſem Antiſtitem non venientem, Legati officio privat. Alexij Imperatoris Legatos, opem implorantes ſuſcipit; quorum auxilio, multi ſe ſacramento adſtringunt. Inde in Gallias tranſit; in Concilio Rhemenſi Roſcelinus damnatus, Regis confirmata excommunicatio: jejunium ad vigiliam Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis indictum, Chriſtiani Principes ad Hieroſolymitanum bellum accenſi. Idem Pontifex in Claromontano Concilio Cruciatorum primam expeditionem decernit, *Petri Eremitæ* Galli monitionibus. Exin Majoris-Monaſterij Templum dedicat. Ab eodem in Barenſi Apula, controverſia Græcos inter & Latinos de Spiritus-Sancti Proceſſione, ab Anſelmo Cantuarienſi dirempta.

Quattuor Tempora.

Claromontanum, an. 1085.

Barienſ. an. 1097.

Lateranenſe, an. 1112.

CONCILIO Lateranenſi Archiepiſcoporum XII. Epiſcoporum CXVI. Presbyterorum Cardinalium XV. Diaconorum VIII. Paſchalis ne quis de ejus fide dubitaret, ob conceſſam Henrico IV. Imper. quam vocant inveſtituram Eccleſiaſticarum dignitatum, Mithra, Pallio, Pontificatu ſeſe liberè abdicat. Mox hortatu Concilij reſumptis infulis, privilegium Imperatori conceſſum comburitur: ipſe Imperator anathemate percellitur, juſque dignitates Eccleſiaſticas conferendi à Pontifice conceſſum adimitur.

Concilium Oecumen. IX. an 1122.

CONCILIVM IX. Generale Lateranenſe, à loco vbi celebratum in Baſilica olim Conſtantini, nunc Salvatoris, ex liberalitate Conſtantini facta Melchiadi Pontifici. Illud convocavit Caliſtus II. Patres numerat, qui adfuit Suggerius Abbas San-Dionyſianus, trecentos: Bellarminus, ex Platina, extendit ad nongentos. Celebrandi cauſa duplex. Prior horrendum & crudele Schiſma, quo Henricus IV. aut V. Eccleſiam affligebat, extorto à Paſchali II. non tam privilegio quàm pra-vilegio, circa Epiſcopatuum & Abbatiarum, quam vocabant inveſtituram, per annulum & virgulam notas nominationis Imperatoriæ; cui tandem vltrò cedens Henricus, Eccleſiæ reconciliatur. Poſterior, ſacra expeditio in Palæſtinam. Sed & inſtaurata egregiè Eccleſiaſtica Diſciplina, per Canones decem & ſeptem, Corpori Iuris à Gratiano magnam partem inſertos.

Concil. Oecumen X. an. 1139.

CONCILIVM X. Generale, ab eodem loco ſecundum Romanum; in quo Epiſcopi non minus mille, præſide Innocentio II. vt extirparetur Schiſma Petri Leonis Cardinalis S. Mariæ Trans Tyberim, qui titulo Anacleti II. totam Chriſtianitatem lacerabat. In eo Rogerius Siciliæ Tyrannus, alijque diriſſimi Schiſmatis fautores diris devoti. Triginta Canones cuſi adverſus Clericos ſimoniâ, pellicatu, immodeſtiâ notatos. Adverſus Benedictinos, Regulareſque Canonicos, Leges ediſcentes & Medicinam exercentes. Adverſus Religioſas Hoſpitales, nullo voto religatas. Adverſus Arnolphum Brixienſem Abaillardi congerronem, aliaque pluſcula digna quæ emendarentur.

CATHOLICA-CONCILIORVM.

Concil. Occumenic. xi. an. 1179.

CONCILIVM XI. Generale, idemque tertium *Lateranenſe*, tribus diebus abſolutum. Interfuerunt ſolùm trecenti, licet miſſi expreſsè toto Orbe Chriſtiano Subdiaconi convocationem intimaſſent. Eminentiori loco præſedit Alexander III. Primùm decreta ſeriò viginti ſeptem capitulis Eccleſiaſticæ Reformatio Diſciplinæ, per rixas trium ſimul Antipontificum ſub Federico Barbaroſſa labaſcentis. Deinde Vualdenſes, Albigenſes, Cathari, Patarei, Petrini, Publicani, Cotterei: & quotquot ſimul inſando nomine Hæretici, publico anathemate fulgurati.

Concil. Occumenic. XII. an. 1215.

CONCILIVM XII. Generale ibidem, Patrum numero, & dignitate celeberrimum, ſub Innocentio III. Ab eo actum magno zelo contra Albigenſium reliquias, Almaricum Carnutenſem, Librum Ioachimi Abbatis in Calabria; qui jam ſub tempore Alexandri III. Petrum Lombardum erroris ſuſpectum redarguens, ipſemet circa Trinitatem turpiter exerraverat. Denique poſt geminam ab ipſomet Pontifice concionem, cumplura ſapientiſſimè circa mores & diſciplinam conſtituta. Ibi quoque *Tranſſubſtantiationis* nomen ratum habitum, vt res ipſa jam olim decreta.

Tranſſubſtantiatio.

Concil. Occumenic. XIII. an. 1245.

CONCILIVM XIII. Generale, primum *Lugdunenſe*, tribus intra totidem hebdomadas ſeſſionibus terminatum; nonnullis circa ſedes & ordinem, tantiſper ex antiquo more immutatis. Congreſſum aperuit Concio Papæ Innocentij IV. ſuper quinque CHRISTI & Eccleſiæ plagis; puta Eccleſiaſticorum corruptelis, Saracenorum (Choroſmianos tunc appellabant) tyrannide: Græcorum ſchiſmate, Tartarorum in Europam irruptione, Frederici II. Imperatoris vexatione & vſurpatione deterrimâ. Tunc primùm *Cardinales* purpurati Patres pileo concolore donati, & feſtum Nativitatis Mariæ Virginis inſtitutum. Cœtum ſacrum honeſtarunt qui adfuerunt Reges Franciæ, Angliæ; Arragoniæ.

Saraceni Choroſmiani.

Concil. Occumenic. XIV. an. 1274.

CONCILIVM XIV. Generale, *ſecundum Lugdunenſe*, cui præmitti juſſit Gregorius X. jejunium trium dierum. Interfuere ex vniverſo Orbe quingenti è primo Ordine, è ſequiori pluſquam mille: Legati Imperatoris Michaëlis Paleologi, Reges Tartarorum, Franciæ, Germaniæ, Siciliæ, &c. Decretum vt Papa mortuo, Cardinales neutiquam Conclavi egrederentur ante novi Pontificis electionem. Græci Romanæ Eccleſiæ adhæreſcunt. Vocatus Thomas Aquinas, in itinere: Bonaventura, in ipſo Cœtu obijt. Actum præcipuè de moribus & diſciplina emendandis, de auxilijs Chriſtianitati in Palæſtina neceſſarijs; de Græcis iterum Latinæ Eccleſiæ reconciliandis, à qua jam à tempore Conſtantini Monomachi & Leonis IX. per Michaëlem Cellularium, alioſque avulſi fuerant. Multis Religionibus reciſis, *quattuor Mendicantium Ordines* approbantur. Bonorum omnium Eccleſiaſticorum decima pars, Bello ſacro deſtinatur.

Conclave Cardinal.

Regularium Ordines approbati.

Concil. Occumenic. Viennenſe, an. 1311.

Concilium XV. Generale Viennæ Allobrogum, cui adfuere Reges Franciæ Philippus Pulcher, Angliæ Eduardus III. Iacobus Arragoniæ; præter Abbates & Doctores Epiſcopi trecenti, Patriarchæ Alexandrinus & Antiochenus, Clemens V. Actum denuò de Reformatione, & Bello ſacro: noviter de Templarijs extirpandis, deque Petro-Ioannis, Ioachimi Abbatis Diſcipulo: de Fraticellis, Dulciniſtis, Beguinis & Beguardis hæretico ſtigmate inurendis. *Linguarum* Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syriacæ Profeſſores in Academijs jubet inſtitui.

Beguini & Beguardæ.

Idiomatum eruditio.

Concil. Occumenic. Piſanum, an. 1409.

CONCILIVM XVI. Generale *Piſis* in Etruria convocatum à Cardinalibus, occaſione hinc Petri de Luna, cui nomen Benedicti XIII. inde Angeli Corarij, ſub nomine Gregorij XII. Adfuerunt Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus: triginta Archiepiſcopi & Epiſcopi, Superiores Ordinum, & Theologi quamplurimi. Petro de Luna & Angelo Corario vnanimi conſenſu damnatis, eligitur Alexander V. Veroque ſimilius putant benemulti iſtud Concilium & legitimum eſſe, & revera œcumenicum.

Concil. Conſtantienſe, an. 1414.

Concilium XVII. *Conſtantienſe* continuatum per ſeſqui tres annos, ſollicitante Rege Romanorum, mox Imperatore Sigiſmundo, ſub Ioanne XXIII. alias XXIV. Immo Piſani extenſio, & ampliatio cenſeri poteſt. Adeò verò celebre, vt Prælatorum, Dynaſtarum, Doctorum, Oratorum numerus fidem propè ſuperet. Multa ibi decreta circà mores & diſciplinam, contra tetrum ſchiſma trium Pontificum: adverſus Wiclefum, Ioannem Huſſium, Hieronymum Pragen-

ECCLESIA

Ioannis Hus vivi comburium.

Propoſitio an liceat occidere Tyrannum

Animæ immortalitas.

ſem. In eo contra ſolemnem ſponſionem, noctu ſurripit ſe Ioannes XXIII. factam deinde à Patribus depoſitionem acceptat. Mox Gregorius XII. & ipſe per Legatos ſe quoque abdicat. Benedictus XIII. arce munitiſſima in Arragonia incluſus, vtriuſque exemplum ſequi renuens, damnatur Sacri Cœtus conſenſu vnanimi; vnuſque demum Pontifex legitimè eligitur Martinus V. antea Otho Cardinalis Columna, atroci ſchiſmate vix poſt quinquaginta annos extincto. Concilio deinceps ad Hæreticorum examen converſo, Ioannes Huſſius pertinaciter Eccleſiæ rebellis ab Eccleſia damnatus, per Magiſtratus Civiles vivicomburio addicitur. Hieronymus Pragenſis cum ſalvo-conductu Conſtantiam veniens, publicè errores ejurat. Mox relapſus, eodem ſupplicio contumaciam expiavit. Inter cætera propoſitio periculoſiſſima, *quod liceat occidere Tyrannum*, damnata. Animæ immortalitas contra Ioan. XXIII. opinionem vindicata, Concilij autoritas ſupra ipſoſmet ſupremos Pontifices exaltata. Cumque eo pacto non reſponderent vltima primis, Concilium iſtud Conſtantienſe non conſtanter approbatur.

Concil. Baſilienſe, *an.* 1431.

Conceptio B. V. M. Et Viſitatio.

Concilium XVIII. *Baſileæ* cœptum ſub Martino V. juxta decreta Concilij Conſtantienſis, propter peſtem Senas tranſlatum: inde, turbante iterum Petro de Luna, poſt ſeptem annos dilatum. Affluente Baſileæ incredibili Patrum multitudine, orta per varias tum ſuſpiciones, tum occaſiones diſſentio Concilium inter & Eugenium IV. Pontificem Maximum eò vſque proceſſit; vt Eugenio depoſito, ſublectus fuerit Amedeus Sabaudus Felix V. qui poſt modùm vltrò renunciavit in manibus Nicolai V. Eugenij ſucceſſoris. *Conceptio* immaculata B. M. V. aſſeritur, ejuſque feſtivitas, aliaque *Viſitationis* inſtituitur. Quidquid ſit, non ineptus fortaſſe qui cum Bellarmino Concilium initio legitimum, conſequenti tempore ſeditioſum reputarit.

Concil. Oecumen. XIX. *an.* 1438.

Vnio Græcorum cum Latinis.

CONCILIVM XIX. Generale Ferariæ inchoatum, *Florentiæ* terminatur ab Eugenio IV. Adfuit cum multis Græcis Imperator Ioannes VIII. Palæologus, è Latinis perpauci continuato per idem tempus Baſilienſi. Poſt diutinas, acreſque diſputationes Latinis accedunt *Græci*; ſancitis vtrinque dogmatibus de proceſſione Spiritus-Sancti à Patre Filioque, de Igne Purgatorij precibuſque vivorum ſubſidiarijs, & de præcipienda ante diem Iudicij DEI viſione. Confirmata etiam Romani Pontificis ſuprema & vniverſalis autoritas, alijs Patriarchis quattuor in antiquo ordine juxta Canones relictis. Cætera quibus deeſt Hæreſis character, cujuſmodi vſus in Miſſa panis fermentati, Synaxis Laïcorum, etiam Puerorum ſub vtraque ſpecie, Sacerdotum matrimonia, &c. vel permiſſa, vel diſſimulata. Factâ ſolemni vnione, & illâ quidem decima quartâ, mox receſſerunt Græci; quam & ſubitò pro innata levitate ruperunt, turbantibus Marco Epheſino & Gennadio Scholaſtio eruditionis famâ claris. Idem prorſus actitatum cum Armenis ſeu, ab Autore, Iacobitis; qui jam à Concilio Chalcedonenſi, vt pote Eutychis fautores obſtinatiſſimi, in Hæreſim abierant. Durante Concilio Ioſephus Conſtantinopolitanus diem ſupremum obijt, vnionis formulâ à ſe ſcriptâ & ſubſignatâ. Beſſarion Nicææ Archi-Epiſcopus, & Ruſſiæ Iſidorus, qui ambo præcipuam vnioni operam navaverant, inter Purpuratos Patres adoptantur.

Concil. Oecumenic. Lateran. *an.* 1512.

CONCILIVM XX. Generale *quintum Lateranenſe*, convocatum à Iulio II. per quattuor annos cum menſibus decem continuat Leo IX. vulgò X. inibi electus annos natus triginta ſeptem, Iuniorum Cardinalium factione. Prorogatur ſub Imperatore Maximiliano, Regibus Franciæ Ludovico XII. & ſubinde Franciſco I. Idem qui in antecedentibus ſedium ordo. Sed auctæ Prælatorum & Doctorum Congregationes, quæ materias priùs ventilarent, examinarent, concluderent; quas deinde Patres in publico Conceſſu, dato ab vnoque quoque ſigillatim ſuffragio, definiebant. Eâ in Synodo acta præcipuè quattuor. Primum ſæviſſimis bellis inter cunctos in Europa Principes fœdè graſſantibus, ante & poſt electionem jurejurando aſtrinxerat ſe Iulius ad Convocationem. Toto dum ſeptennio procraſtinat Pontifex ſeu belli genio, ſeu ſummâ in confuſis temporibus prudentiâ, convocatum à nonnullis Cardinalibus, à Gallis itidem & Germanis cœpit Piſis, mox Mediolani, tandem Lugduni. Hinc mutuæ ac reciprocæ digladiationes, non aliter quàm inter Baſilienſem Cœtum & Eu-

genium Papam. Verùm electus in ipſomet Concilio Leo x. Cœtu Piſenſi abrogato, vt lenioris & mitioris ingenij, pacem non difficulter inter Principes procuravit. Abrogatâ itidem Pragmaticâ Sanctione, per quam ſtabat Canonica Electio ad Beneficia, per fas ac nefas inducitur Concordatum; quo Rex Franciæ nominatione Præſulum, Pontifex annatibus ſeu anni vnius reditu fruebantur. Circa fidem, prohibitum fuit ne de *Animæ immortalitate* fas eſſet dubitare: juſſum vt in Academijs, Philoſophica contra fidem dogmata confutarentur. Montes pietatis ab omni vſuræ labe purgati. Inter Hungaros & Boëmos Hæretici, per ſalvos-conductus ad Concilium fruſtrà invitati. Super verò moribus & Diſciplina plura tam ſanctè præcepta, quàm ſueto neglectu in praxi omiſſa. Demum Bellum ſacrum adverſus invaleſcentem Turcicam Tyrannidem decretum, publicatæque eum in finem Indulgentiæ. Quam occaſionem velut ſcintillam flabellantes Stampithus & Lutherus, ambo Auguſtiniani, accenſore Frederico Saxonum Duce, totam Germaniam triſti incendio deformarunt. Sed & Maronitæ, Montiſque Libani Monachi ſeſe per Legatos Concilij dogmatis necnon Eccleſiæ Romani ſubmiſerunt.

CATHOLICA. CONCILIORVM.

Animæ immortalitas.

CONCILIVM XXI. Generale quadraginta prope annorum opus dici poteſt. Nempe duobus & viginti ſollicitatum, per decem & octo variè interruptum: Mantuæ, dein & Vincentiæ fruſtra indictum; *Tridenti* tamen vbi cœpit, poſt tantillam Boloniæ tranſlationem, conſummatum fuit ſub octo Pontif. Max. Imperatoribus Carolo v. & Ferdinando, Franciæ Regibus Franciſco I. Henrici II. Franciſco II. & Carolo IX. Nec cuiquam mirum videri debet, ſi tunc exciti terrarum vbiquè tumultus, ſacri quoque Conceſſus res ſæpè plus juſto conturbarunt. Poſtremò certe quamplurima illic ſanctè & præclarè conſtituta, pro fide contra Hæreſes abs Luthero & Calvino paſſim graſſantes: pro veteri Diſciplina, contra ſuperſtionum abuſus; pro virtutum cultura, contra vitiorum corruptelas. Exacta illius notitia & praxis adhuc in deſideratis reputatur.

Concilium Oecumenic. Tridentinum XXI. an. 1545.

NEQVE, vt ſummatim dicam, lis movenda mihi eſt de Generalium quæ dixi Conciliorum *numero*. Cum etenim Bellarminus non denotet niſi octo ſupra decem, Genebrardus ad viginti extendat; quiſquis Piſanum, Conſtantienſe, & Baſilienſe demerit, adjunxerit-ve, certum de cætero calculum aſſumet.

Conciliorum Generalium numerus non ſatis liquidus.

Digitized by Google

ECCLESIA

SELECTA ECCLESIARVM quattuor Patriarchalium.

TITVLVS XII. *Eccleſia Hieroſolymitana.*

ILLAS aio, quæ jam à primis olim Seculis hocce titulo in Oriente inſignes fuerunt. Neque enim novellis in Occidente, cujuſmodi reputantur Veneta & Aquilejenſis, immorari pretium fuerit. Iuxta igitur ordinem temporum, ſine illarum ad invicem dignitatis præjudicio, procedat imprimis ECCLESIA HIEROSOLYMITANA. Nec verò mirum, ſi dicta olim fuit cæterarum mater; quandoquidem, ipſomet CHRISTO nuncupatore, *Civitas eſt Magni Regis.* Si vndequaque miſſæ ad illam eleemoſynæ, nomine Collectarum. Si illius oracula Paulus conſuluit Apoſtolus, ne curreret in vanum. Purpurata illa quidem CHRISTI cruore primum meruit habere Epiſcopum *Iacobum*, quem diximus ſupra fratrem Domini nuncupatum. Diaconum Iacobo Stephanum adjungit Ignatius, temporum illorum vicinus. Tanta porro fuit primi illius Præſulis ſanctitas & fama, vt inter Nazaræos conſpicuus, veſte ſemper lineâ indueretur, à continua precatione frons illi & genua occaluerint: ſolique fas fuerit laminam auream fronti alligatam geſtare, & non aliter quàm Summo Sacerdoti in Sancta Sanctorum introire.

Illius prærogativæ. *Matth.* 5. *Galat.* 2. Iacobus primus in ea Epiſcopus. *Epiſt.* 13.

PRIMA ſub Iacobo Hieroſolymis celebrata *Concilia*, ſatis notum eſt. In eis primus, vt pote loci Epiſcopus, ſententiam rogatus, obtinuit Gentes ad fidem traductas, Legis obſervationibus minimè onerandas. Nihilominus, ſi creditur Euſebio, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ ad vſque tempus Adriani Imperatoris, cæremoniæ Moſaïcæ non prorſus interdictæ. Iacobus, Pontificum invidiâ, tumultuariâ nece mactatur. In cujus vltionem criminis, illatam à Veſpaſiano Hieroſolymis deſolationem ſcribit Ioſephus. Iacobi ſucceſſor in Epiſcopatu *Simeon* filius Cleophæ, etiam frater Domini dictus, ſupplicio Crucis Martyrium implevit, centum & viginti natus annos; accuſatus tum quod CHRISTI dogmatis adhæreret, tum quod ex Davide originem duceret.

Concilia Hieroſolym *Actor.* 15. S. Simeon Cleophas crucifixus.

Rebellantes ſemel & iterum Iudæi, ab Ælio Adriano, per M. Turbonem, delentur penè ad internecionem. Tunc Hieroſolymorum nomine abolito, nova vrbs prioris ruderibus inædificata eſt. *Æliam* abs nomine Imperatoris dixêre. Quod adeò poſtea obtinuit, vt flagrante ſub Diocletiano perſequutione, apud Præſidem Provinciæ Syriæ Martyr quidam de Patria interrogatus; Hieroſolyma cum reſpondiſſet, malè mulctatus fuerit. Putavit nimirum Præſes ſibi illudi à Martyre, quaſi verò vrbem nominaret quæ nullibi gentium comperiretur. Cæterum ne Gens in tumultus prona, deinceps turbandi occaſionem aut poteſtatem nanciſceretur, Iudæis interdictus etiam Vrbis ingreſſus. Itaque miſeri quotannis magnâ pecuniæ vi à Militibus redimebant, vt ſaltem liceret procul patriæ calamitatem, & Sacri Templi deſolationem lamentari. Ab eo cœperunt ex præputio Epiſcopi Æliæ Vrbi, ſeu Hieroſolymis præeſſe: quorum primus *Marcus* fuit, ordine à Iacobo decimus quartus. Cùm autem eas ob cauſas, jura Metropoleos ab Imperatoribus *Cæſareæ* Paleſtinæ attributa eſſent; magna Nicæna Synodus illam ſequuta eſt diſpoſitionem, contendentibus de Sedium prærogativa, vtriuſque Vrbis Epiſcopis. Ita tamen vt Hieroſolymitanus aliàs Cæſarienſi ſubditus, inter Apoſtolicas Eccleſias in Synodo locum haberet. *Apoſtolicæ* autem Eccleſiæ erant, Romana, Antiochena, Alexandrina, Epheſina; quæ primùm in ordine ſedendi, locum obtinebant. Verùm aliquot poſt annos Iuvenalis in Chalcedonenſi Synodo obtinuit, vt integrâ Patriarchali dignitate gauderet; ita-vt tam Cæſarienſis, quàm tres Palæſtini Patriarchæ, Hieroſolymitano deinceps ſubderentur. Cui rei initio Leo Pontif. Rom. intercedens, poſtea diſſimulavit, propterea quod Irenæus Cæſarienſis ſponte ipſe cederet.

Hieroſolyma Ælia dicta, *an.* 130. Marcus Epiſcopus. Sedis Hieroſolymitanæ dignitas, *an.* 321 Apoſtolicæ Eccleſiæ.

HIERO-

HIEROSOLYMAM interim *miracula* illuſtrarunt nec pauca, nec parva, nec obſcura. Eminet in cæteris Heleoæ, matris Conſtantini, ad loca Sancta peregrinatio. Sanè cùm ad Golgotham perveniſſet ſanctiſſima mulier, ac cœlitùs iuſpirata juſſiſſet humum defodi, inventa eſt *Crux* Dominica, & mortui reſurrectione ab alijs diſcreta. Inde *Inventionis* illius Celebritas toto Orbe feſtiva. Sacri Ligni portionem, alteram filio Conſtantino dono miſit, alteram Macario Hieroſolymorum Epiſcopo reliquit. Ab eo tempore quicumque Fideles ſanctum locum adibant venerabundi, fruſtum Crucis ex dono Epiſcoporum, domum referebant. Crux interim manebat integra, eoquod, egregiè ait Paulinus, *de illius carnis ſanguine biberat, quæ paſſa mortem non viderat corruptionem.* Matris hortatu juſſit Conſtantinus deſtrui fanum Veneris, ab Adriano Imperatore inædificatum CHRISTI ſepulchreto: illicque Baſilicam, in memoriam Reſurrectionis ædificari. Abſolutam annis novem, & *Conſtantianam* nuncupatam, Epiſcoporum Conventus conſecravit, Tricennalibus ipſius Conſtantini Auguſti. Exinde ſingulis annis Hieroſolymitana Eccleſia ſplendido cultu, continuis octo diebus *Encœnia* celebrare ſolemne habuit. Quem ritum aliæ deinceps Eccleſiæ æmulatæ ſunt.

HIEROSOLYMITANA.
Miracula plura.
Inventio Sanctæ Crucis, an. 326.
Crux integra.
Epiſt. 11. ad Sever.
Eccleſia Sancti Sepulchri, an. 335.

Haud ita multò poſt ad Conſtantium filium Conſtantini ſcribit *Cyrillus*, tunc Hieroſolymis Patriarcha, Crucem præfulgidam ſupra Golgotha diu ab omnibus viſam, longam ſtadia quindecim. Habuit quoque ætas Iuliani Apoſtatæ, *miraculum* aliud percelebre. Vafer & dirus Imperator, Religionem abs ſe ejeratam, etiam per Iudæos aggreſſus, illis Templi inſtaurandi facultatem impertivit. Dum verò alacres operi incumbunt, palis etiam & ligonibus, alijſque ex argento inſtrumentis, Iuliano impenſas ſuppeditante; ecce tibi ex imis de repente fundamentis ſubita vis flammarum erumpens, alios devorat, alios ſemiuſtulatos mutilat: reliquos terrore exanimes, in fugam vertit. Quin & in Operariorum veſtimentis cruces cruentatas apparuiſſe, memoriæ proditum eſt. Nec tacendum quàm illuſtre decus Hieroſolymorum extiterit Magnus ille *Hieronymus*, cum ſua Paula Matronarum inter Romanas nobiliſſima. Sed ex adverſo lamentabilis prorſus fuit victoria *Choſroïs*, Regis Perſarum. Potitus nimirum Hieroſolymâ, Crucem, veluti olim Arcam, detulit in Perſidem; donec Heraclius Imperator receptum à Syroë Choſroïs filio natu majore, Patris interfectore & ſucceſſore; ſacrum pignus magnâ pompâ humeris ipſe ſuis portans, Hieroſolymam inferre nititur. Verùm conata irrito, quouſque monitus à Zacharia Patriarcha Heraclius, trabeam Imperialem vili amictu commutans, CHRISTI IESV veſtigijs inſiſtere meruit. Cujus quidem facti ſolemnitatem colit Eccleſia ſub nomine *Exaltationis* Sanctæ-Crucis.

Crux Hieroſolymis in aëre viſa, an. 351.
Aliud ſub Iuliano, an. 363.
Hieronymus, an. 378.
Crux Chriſti capta à Choſroë, an 614.
Recuperatur, ann 628.
Exaltatio Sanctæ Crucis.

Brevi tamen in luctum verſa eſt Cythara noſtra. Nam cum Sophronius, vir ſanctiſſimus juxta atque eruditiſſimus, hanc Eccleſiam regeret, novis calamitatibus peſſumdatur. Hieroſolymam expugnat *Hotmarus* Princeps Saracenorum, Mahumetis gener. Illicoque Templum in ſuæ ſuperſtitionis vſum dedicat, cùm priùs, quod mireris, illius deſolationem cilicio amictus deploraſſet. Sequenti Sæculo *Carolus Magnus* Legatos miſit, qui Loca Sancta ejus nomine venerarentur. Regis virtute & famâ permotus Aaron, Saracenorum Princeps, ditioni Caroli ſacram Sepulchri ſedem addixit. Vnà ſimul Ioannes, qui tunc temporis thronum Patriarchalem obtinebat, claves ejuſdem Sepulchri cum Vexillo, ad illum tranſmiſit. Obtinuerunt poſtmodùm Chriſtiani à Calipha Ægypti, vt quartam partem Vrbis, quam ſuis ſumptibus ædificaverant, ſoli poſſent habitare, Iudicemque ſuum haberent Patriarcham. Vnde poſtea *Patriarchæ* in eam vrbis partem jus ſibi vendicarunt. Tumque præſertim cùm Godofredus Bullonius ex Francorum nobilitate, decimâ-quartâ Iulij, Victor Hieroſolymam, etiam quod referunt nonnulli cum corona ſpinea, ingreſſus eſt. A quo tempore duos reperias plerumque Patriarchas Hieroſolymitanos, alterum pro Latinis, pro Græcis alterum. Quod adnotare pretium eſt, vt multæ in Hiſtoria ſolvantur difficultates. Sub id quoque tempus Concilium Hieroſolymitanum à Gibelino Arelatenſium Archiepiſcopo Pontific. Max. Legato congregatum Ebremarum pellit ſede Hieroſolymitanâ, ſuffecto ipſomet Gibelino.

Thren. 5.
Hotmari perſecutio, an. 636.
Legati Caroli M. ad Sanctum Sepulchrum, an. 784.
Sub Calipha, quarta pars vrbis Chriſtianis conceſſa, an. 1063.
Victoriæ Godofredi Bullonij, an. 1099.

POST verò annos octoginta novem, quo Hieroſolyma in Chriſtianorum

Hieroſolyma capta a Saladino, *an.* 188.

poteſtatem venerat, iterum à Saracenorum Rege *Saladino* occupatur. Rex Guido captivus, Crux perquam indignè habita: Chriſtianis quidem vita permiſſa, ſed tributis & oneribus immenſum quantùm oppreſſa. Vnde Pontificibus Romanis præcipua tunc ſollicitudo, Principes in Eccleſia Latina Chriſtianos ad Palæſtinorum libertatem armare. Quod ſæpè tentatum recitant Annales, at ſucceſſu nunquam ſatis felici. Nam & mutuis diſſidijs inter ſe noſtri conflictabantur. Et Imperatores Græci, quorum maximè intererat Saracenos debellari, illis favebant, nobis adverſabantur. Animo quidem adverſus Latinos vſque adeo inimico, vt calce farinæ immiſsâ, alijſque ex Græcia dolis, florentiſſimos exercitus non ſemel attriverint, palam etiam fœdere inito cum Saracenis.

Expeditio S. Ludovici, *an.* 1245. Vltima deſolatio Palæſtinæ, *an.* 1291.

Fruſtra igitur tentatis pluſquam ſemel à S. præſertim Ludovico eiuſmodi auxilijs, ex Decreto etiam Concilij Lugdunenſis; tandem Mulech-Taſſeraph Sultanus Ægypti, vltimam quam in Palæſtina Chriſtiani retinebant Vrbem Ptolemaida, obſidione cinctam expugnat. Eaque ratione penitus amiſsâ Syriâ, deſierunt ſacræ *Expeditiones*: Patriarchæ Hieroſolymitani, titulo tenus, Romæ extiterunt. Sancti Sepulchri nihilominus cuſtodia Franciſcanis, ſub protectione Regis Franciæ, relicta: Equitumque Sancti-Sepulchri nomen, adhuc inauditur.

TITVLVS XIII.

ECCLESIA PATRIARCHALIS, Antiochena.

Antiochenæ Eccleſiæ Prærogativæ.

Chriſtianorum appellatio, *Actor.* 11. Primus Epiſcopus Petrus. S. Ignatius, *an.* 108. Cives Romani, & inſigniores Rei Romam mittebantur. Antiochia Terræ motibus obnoxia.

ILLAM certè extollunt tituli plures. Primus in ea Petri, per ſeptem annos, Epiſcopatus. Nomen Chriſtianorum illic primò Chriſti Diſcipulis inditum. *Ignatius* tertius à Petro, poſt Evodium, Antiſtes; rarâ doctrinæ, ſimul & ſanctimoniæ famâ. Vir quippe revera Apoſtolicus Eccleſiam ſuis Epiſtolis docuit, ſuoque tandem Martyrio purpuravit. Nam ſub Trajano damnatus ad beſtias, ab illis quidem Romæ ſuffocatur, ſed ſacro cadavere penitùs illæſo. Referuntque ſuaviſſimum nomen IESV, quod viventi frequens in ore erat, viſum cordi Martyris divinitùs inſculptum. Fortè in vindictam ſanguinis innocentiſſimi, concuſſa *terræ motu* Antiochia, vſque adeò ingenti; vt Trajanus ipſe Imperator, qui tunc aderat, proſiliens è domo per feneſtram, ruinas vix evaſerit, quibus Pedo Conſul attritus eſt. Inter Ignatij Succeſſores eminent *Theophilus*, magnæ vir eruditionis; qui primus Harmoniam Evangelicam concinnavit. Euſtathius Nicæno Concilio notiſſimus à Conſtantio Ariano, Euſebij Nicomedienſis conſpiratione, Trajanopolim Traciæ relegatus, quaſi Sabellij dogma ſectaretur; Arianis ſiquidem ſolemne fuit per id tempus, *Sabellianiſmi* accuſatione Orthodoxos cavillari.

Theophilus, primus Autor Harmoniæ Evangeliorum, *an.* 168. Euſtathius, *an.* 340. Fraus hæreticorum. S Babylas, *an.* 239.

NIHIL verò habet Antiochia illuſtrius Lipſanis S. *Babylæ* Martyris. Paſſus ille ſub Decio, exoravit vt ſuis cum cathenis velut chariſſimis pignoribus ſepeliretur. Sub Conſtantio, Gallus cognatus Imperatoris factus Cæſar, Orientis negotia adminiſtrabat Antiochiæ. Atque vt erat Babylæ Martyris ſtudiodiſſimus, ſacras illius Reliquias curavit aſportari in Daphnem, ſuburbium Antiochiæ amœniſſimum, in quo lauretum frequens; vnde & loco nomen, Apollinis oraculo celebre. Obmutuit verò penitùs Idolum, ex quo illuc deductum ſacrum funus; donec Iulianus Parabata, adverſus Parthos properans, à Dæmone ſciſcitatus cauſam ſilentij; reſpondit, Daphnem cadaveribus ſcatere. Gnarus oraculi impius Imperator, jubet ſacra Lipſana illinc aufferri. Id mox præſtitere Chriſtiani magnâ pompâ. Verùm ſequenti nocte, fulgur è cælo & Fanum & Idolum in favillas redigit. Ea præſertim occaſione Antiocheni, naturâ ſupra modum dicaces, Iulianum vultu, veſte, ſupercilioque philoſophico ridiculum, maximéque odioſum ob ejaratam CHRISTI fidem; ſcommatis, etiam palam, procaciter adoriuntur. Vltionem meditatus Imperator, non aliter auſus eſt exequi quàm per libellum, *Miſopogona*, à ſe evulgatum. Vt verò Chriſtianos divexaret, fontes omnes ac cibos pollui juſſit, luſtrali aquâ ab Ethnicis Pontificibus conſecratâ. Futilem nequitiam adeò flocciſecere Chriſtiani, vt

etiam publicè Tyranno inſultarent. Cœtus præcipuè Virginum; quæ apud Matronam caſtiſſimam educatæ, quoties illac tranſiret Imperator, eos Pſalmorum verſus cantabant; quibus optatur vt ſimiles Sculptilibus fiant, qui colunt Idola.

ANTIO-CHENA.

ANTIOCHIÆ tunc Præſul Meletius, quem, vt pote ab Arianis penitùs averſum, Valens Imperator exilio multavit. Verùm Sanctiſſimus Pontifex ſuæ Plebi adeò carus erat, vt Præſidem, qui illum in curru extra vrbem ductabat, lapidibus appetitum occidiſſent, niſi Meletius oppoſito pallio protexiſſet. Interim Flavianus & Diodorus illuſtres Preſbyteri Eccleſiam rexere; aſſumptis in partem curarum, Aphraate ac Sabâ Monachis celeberrimis. *Aphraates*, tantâ miraculorum gratiâ enituit; vt Aſterium Arianorum Epiſcopum, halitu oris extinxiſſe memoretur. Cumque aliquando per vrbem feſtinus gradiens, Imperatori occurriſſet, rogatus quò tenderet, quorſumque extra Monaſterium, divagaretur? Equidem, repônit, oratio & ſolitudo Monachis propria. Sed ô tu Imperator, cùm flammam & malleolos in DEI domum injeceris; annon debent omnes boni vndique concurrere, ad extinguendum tam immane incendium?

Meletius, *an.* 370.

Saba, & Aphraates Monachi.

Cæterum Meletius exilium tenuit, donec procurante Gratiano, celebratum Antiochiæ Concilium pro reſtitutione Orthodoxorum; præcipuis Epiſcopis, munus impoſuit viſitandi Eccleſias, Ariani labe pollutas. Eo igitur nomine Meletius Diœceſes Orientis dum peragraret, pervenit ad *Simeonem* Stylitem. Audax factum, non improbavit Antiſtes, exploratâ Simeonis obedientiâ. Sed cathenam, quâ ipſe ſe columnæ revinxerat, juſſit removeri; amorem DEI, aiens, cathenam eſſe omnium validiſſimam. Ad Concilium Conſtantinopolitanum tribus annis poſt accerſitus Meletius, jamque cœlo maturus, beatam efflavit animam. Funus ſolemni pompâ tranſlatum Antiochiam, & juxta Sancti Babylæ Reliquias conditum eſt.

Concilium, *an.* 378.

Suffectus eius in locum, *Flavianus* Preſbyter; quem modò diximus Meletij, dum exularet, vicarium. Clarus ille proprijs meritis, nec minus amicitiâ Chryſoſtomi; qui priùs Preſbyter mentionem illius ſæpè repetit, in illis præſertim Homilijs, quas περὶ ἀνδριάντων, ad Populum Antiochenum habuit, occaſione hîc nequaquam omittendâ. Novo Theodoſij tributo, dum adverſus Maximum Tyrannum moveret, exacerbati Antiochenſes; ſtatuas Imperatoris, & quod peius fuit, etiam vxoris jam defunctæ Flaccillæ, evertunt. Excandeſcens Imperator, extrema adverſus rebelles parabat. Sed Flavianus pro Civibus ad Theodoſium legatione ſuſceptâ, veniam impetrat. Interea dum rediret, animos Antiochenorum ſuſpenſos futuri formidine, conſolabatur Homilijs illis elegantiſſimis Chryſoſtomus. Flaviano vitâ functo ſuccedit Porphyrius, ſolo odio in Chryſoſtomum, eodem anno à Sede Conſtantinopolitana pulſum, Infulas promeritus. Per omnia diſſimilis Alexander, Porphyrij ſucceſſor, Monaſticis inſtitutis clarus. Is primus inter Orientales, nomen magni Chryſoſtomi in Tabulas Eccleſiaſticas retulit: & horrenda diſſidia, quæ per ſexaginta octo annos Antiochenſes turbaverant, tandem compoſuit. Haud tamen ita multò poſt Concilio Epheſino, diu expectatus affuit Ioannes Antiochenus; qui olim Theodori Mopſveſtini diſcipulus, Neſtorio, ſed diſſimulanter, favebat. Inde rixa Ioannis, & Cyrilli Synodi Præſidis; cui poſt annum Ioannes reconciliatus, Sixti III. Pontificis Maximi, & Symeonis Stylitæ exhortationibus. Eodem ſeculo Maximus Antiochenus ad Leonem Papam ſcribit, adverſus Anatolium Conſtantinopolitanum, primum inter Epiſcopos Orientis gradum ambientem, prætextu Concilij Chalcedonenſis. Maximo reſpondens Pontifex, quæ adverſus antiquum Canonem de ordine Sedium decreta erant, irrita facit.

Flavianus, *an.* 381.

Amicus Chryſoſtomi.

Cur Homiliæ Chryſoſt ad Popul. Antiochen. *an.* 388.

Alexander, *an.* 408.

Ioannes, *an.* 431.

Maximus, *an.* 453.

VERVM nata ſubinde Antiochiæ ſcintilla, magnum Eccleſiæ intulit incendium. Zeno, poſtea Imperator, tuncque Gener Imperatoris Leonis, Eutychianam hæreſim profitebatur. Is ergo creatus Comes Orientis, ſecum duxit *Petrum Cnapheum*, Preſbyterum Eccleſiæ S. Baſſæ Martyris apud Chalcedonem; qui & ante Acometa Monachus, è Monaſterio pulſus fuerat ob eam hæreſim. Homo turbulentus ſtatim movet ſeditionem adverſus Martyrium, Antiochiæ tunc Præſulem, quaſi Neſtorianis partibus adhæreret. Eò proceſſit audacia, vt coactus fuerit Martyrius loco cedere. Nimirum Pontificem indutus,

Schiſma Petri Cnaphei, *an.* 470.

Martyrius ſuæ Eccleſiæ renunciat.

ECCLESIA
& publicè in Eccleſia ex abſide Epiſcopali, *Clero, inquit Rebelli, Populo inobedienti, pollutæ Eccleſiæ; ſervatâ mihi Pontificis dignitate, nuntium remitto.* Vacuam Epiſcopo Sedem Cnapheus mox invadit. Verùm Gennadio Patriarcha Conſtantinopolitano, intercedente apud Imperatorem, Cnapheo fugâ ſaluti ſuæ conſulere coacto, Martyrius reſtituitur. Poſtmodum Zeno Imperium adeptus, Cnapheum in Sedem revocat: paulò poſt, emendatâ ſententiâ, iterum expellit; ita tamen vt Antiochiam habitare liceret. Illic degens Homo nefarius, per ſuos ſicarios ex factione Eutichiana, Stephanum, qui Martyrio ſucceſſerat, dum in Majori Templo celebrat, trucidat. Cadaver mortui, in Orontem fluvium proijciunt. Imperator in autorem ſceleris jubet animadverti, ſed rurſum ille ſe ſupplicio ſubripuit. Vitandis igitur novis ſcandalis, præter regulas Synodi Nicænæ, quibus ſtatutum erat, vt Antiochæ Antiſtes ab Epiſcopis Syriæ ordinaretur; Stephanus Iunior, apud Conſtantinopolim ſacerdotales Infulas accepit. Sed futurum erat, vt Eccleſiam denuò perturbaret Mortalium deterrimus ille Cnapheus. Accidit namque, vt Stephano Iuniori brevi abſumpto, in eius

Calendion, an. 482.
locum ſufficeretur legitimis ſuffragijs *Calendion.* Tunc ſedebat Conſtantinopoli Acacius, qui Deceſſoris exemplo, autoritatem ſibi arrogabat ordinandi Epiſcopum Antiochenum; quod jus ſibi ereptum in Calendione, moleſtè ferebat. Itaque cùm aures Imperatoris obſideret, malis artibus effecit vt Calendion, nequidem auditus; quaſi turbas Antiochiæ aleret, in Oaſim relegaretur. Cnapheum deinde in communionem recipit Acacius, ſedique Antiochenæ reſtituit.

Reſtitutus ſceleratus ille, Perſam quemdam Manichæum, de quo ne qui-

Xenajas Philoxenus, an. 512.
dem conſtabat an baptiſatus eſſet, hactenus Xenajam: hinc mutato nomine Philoxenum, Epiſcopum Hierapoleos ordinat. Hunc fama eſt, omnium primum, aſſeruiſſe Imagines CHRISTI & Sanctorum minimè eſſe venerandas. Cum verò Calendion Antiochenus in exilio mortuus eſſet, & Palladius Cnapheo ſubſtitutus Pſeudo-Epiſcopus vivere quoque deſijſſet;

Flavianus Iunior, an. 496.
Flavianus Iunior evectus eſt in Sedem, ὀρθοδοξότατος & Chalcedonenſis Concilij obſervatiſſimus. Quod moleſtè ferens Anaſtaſius, poſt Zenonis obitum Imperator, per *Xenajam*, Synodum curat apud Sidonem celebrari. In ea Flavianus anathema Concilio Chalcedonenſi dicere cùm abnueret, Sede ſua pulſus eſt. Anno ſequenti in ejus locum intruditur Severus patriâ Sezopolitanus. Is ex Ethnico, & Magica ſuperſtitione infami, ſubitò Chriſtianus ac Monachus; pacto inito cum Imperatore, creatus Epiſcopus Antiochenus, Chalcedonenſem Synodum cum paucis ſuæ factionis Epiſcopis abrogat. Pace tandem Eccleſiæ redditâ, Iuſtinoque imperante, lata ſententia Severo linguam jubet exſcindi; quam pœnam fugâ evaſit. Tuncque datus Antiochiæ Epiſcopus, Preſbyter antea Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, *Paulus* vir optimus.

ATTIGIMVS jam Antiochiam frequenti terræ motu concuſſam. Sed iſtud

Theopolis dicta, an. 528.
nobile auctuarium. Vrbe iterum quaſſatâ, Cives pro foribus domorum hæc verba ſcripſiſſe referunt, *Chriſtus nobiſcum, ſtate.* Quâ epigraphe ſalva vrbs, deinceps eam ob cauſam Theopolis dicta. At non itidem evaſit furorem Choſ-

Capta à Chosroe, an 540.
roïs Senioris, qui ſub Iuſtiniano, cum ſuo exercitu Perſico Syriam populatus, Antiochiam igne abſumpſit. Magnâ vi auri abs Victore redemptum eſt, vt à Templo abſtineret, quod *Dominicum Aureum* ob magnificentiam, antea frequentes Epiſcopi per octidua encœnia nuncupaverant. Nihilominus anno ſequenti, Vrbs in nobiliorem formam à Iuſtiniano reſtituitur. Verùm tumul-

Terræ motus, an. 587.
tuantibus ſemper & animis & manibus ſub Mauritio, *Gregorius* Epiſcopus Antiochenus factione Aſterij Orientis Præfecti, à ſuis Civibus accuſatur. At coram Synodo Conſtantinopoli abſolutus, eodem anno *Aſterium* Antiochiæ ce-

Aſterij mors.
lebrantem nuptias, terræ-motus elidit ruina ædificiorum, horum magnam partem peſſumdat: & ex populo opprimit ad ſexaginta millia, incolumi interea Epiſcopo.

Capta à Saracenis, an. 637. Recuperata, an. 965. Iterum expugnata, Recepta à Go-
Per alias ſubinde vices, ſub Heraclio *Antiochia* capta à Saracenis, diu poſt recuperata à Nicephoro Phoca Imperatore, rurſus in eorum poteſtatem recidit; donec victorijs Godofredi, Chriſtianis reſtituta eſt: repertâ ibi ſacrâ *Lanceâ*, quâ CHRISTI demortui latus à Longino vulneratum. Nec fruſtra fuit. Nam ex improviſo noſtri obſeſſi Antiochiæ, pauci numero, ſacra Lancea præ-

Digitized by Google

ANTIOCHENA.

geſtatâ, immenſam Barbarorum multitudinem proſtraverunt. Bernardo primus è Latinis Patriarchâ Antiocheno, poſt annos triginta ſeptem demortuo, ſucceſſit autoritate ſua Rodolphus natione Francus; qui Pontificem Romanum æmulatus, pallium de altari Petri, Antiochiæ ſumpſit. Sed aliquando poſt in Synodo Antiochena, præſide Albereo Oſtienſi Sanctæ Sedis Legato, deponitur.

dofredo, *an.* 1098
Sacra Lancea victoriam parit.
Patriarchæ Latini
Rodolphi Schiſma, *an.* 1138.

PATRIARCHÆ Antiochenus & Hieroſolymitanus, vnà cum Epiſcopis ſibi ſubditis, Boamundum Iuniorem Antiochiæ Principem anathemate feriunt; quòd relicta Vxore Theodora, alteram induxiſſet. Sub id tempus ſedebat Antiochiæ *Almericus*, qui Carmelitas Eliæ Sobolem, ex vagis Eremis in Cœnobia coëgit. Idemque Libani juga incolentes Maronitas, à Marone Monothelita Syros in Phœnicia hæreticos, reduxit. Tandem à Sultano Ægypti Antiochia deditione recepta, funditúſque everſa; ſedet modò vix *magni nominis umbra*.

Princeps Antiochiæ excommunicatur, *an.* 1181.
Almericus Carmelitas congregat.
Antiochiæ ruina vltima, *an.* 1268.

ECCLESIA PATRIARCHALIS Alexandrina.

TITVLVS XIV.
Selecta Eccleſiæ Alexandrinæ.

VARIANTE nimirum ſorte, lætiſſimis ſubinde ac triſtiſſimis celebratur. *Marcum* certè fundatorem habuiſſe, nemo eſt qui ambigat. Atenim Ioannem illum eſſe Barnabæ affinem, cumque eo Pauli in opere Evangelij Coadiutorem, opinantur multi, duce Hieronymo. Alij, crediderim veroſimilius, *Marcum* aſtruunt Petri Diſcipulum & Interpretem. Quippe qui poſt Evangelium à ſe latinè conſcriptum, quod & poſtea ipſemet in græcum tranſtulit, à Principe Apoſtolo miſſus eſt Alexandriam, vrbem totâ Ægypto florentiſſimam. Quàm verò fauſta illic dederit Eccleſiæ primordia, ſatis ſuperque demonſtrat Philonis Iudæi Opus panegyricum; quo Chriſtianos, velut è ſua Gente *Eſſenos*, prolixè dilaudat. Addit Caſſianus, non vltimi ſubſellij Autor, ab eodem fonte fluxiſſe tot Monachorum millia, quibus poſt modùm floruit Ægyptus. Marcum denique ſacris operantem mactatum ſub Nerone aut Trajano, referunt Martyrologia. Nihil verò Beatiſſimi Evangeliſtæ gloria habet in terris illuſtrius, quàm quod illum Tutelarem Veneta Reſpublica cultu veneratur ſingulari.

Quis Marcus primus Epiſcopus? *an.* 49.
Actor. 12.
In Epiſtol. Pauli ad Philemon.
2 *Inſtitut. c.* 5.

THRONVM Alexandriæ Epiſcopalem occupante Iuſto, exorta ſeditio ingens; ex futili cauſa. *Apis* inventus, bovis nigri effigies maculam in fronte habens candidam: in tergo Aquilam, in palato cantharum. Præcipuum ſcilicet in Ægypto Numen vnaquæque Gens dum ſibi vendicat, tumultuatum eſt tam atrociter; vt ni advolaſſet Adrianus Imperator, nihil non eſſet metuendum. Per id quoque tempus Baſilides Gnoſticorum princeps, ibidem ſomnia ſua venditare aggreditur.

Apis inventus, *an.* 118.
Baſilides.

Sub Demetrio deinceps Præſule, Indorum Legatos accivit fama Pantæni Apoſtolorum Diſcipuli. Vir nempe omnium litterarum ſciens, primus Alexandriæ Chriſtianam ſcholam plauſu incredibili aperuit; cujus imitatio Catechiſtas, & Θεολόγους in omnibus paſſim Eccleſijs peperit. Exoratus à Bracmanis Oratoribus Pantænus, cum illis perrexit in Indiam: relicto ſucceſſore, quem Diſcipulum habebat, Clemente Alexandrino, qui & præceptor fuit Origenis. Is eſt *Origenes*, orbis ſtupor, cujus in hunc vſque diem ſicut fama anceps, ſic ſalus incerta. Neque enim deſunt pro illius tum doctrina, tum ſanctimonia apologiæ plures. Patrem habuit Leonidem, qui Origenis adhuc infantuli pectus exoſculabatur, velut ſapientiæ divinæ ſacrarium. Is per Martyrium ereptus ſub Severo, egenam familiam reliquit. Inter ſex fratres natu minor Origines Adamantius, ingenio ſic præcelluit; vt Alexandriæ Grammaticam publicè docuerit, anno ætatis decimo ſeptimo, decimo octavo Sacrarum Litterarum interpretationem. Imprudenti zelo cum ipſe ſe eviraſſet, malè habetur abs Demetrio. Inde pergens in Græciam per Palæſtinam, à Theoclito Ceſareæ, & Ale-

Pantænus Indiarum Apoſtolus.
Clemens Alexandrinus, *an.* 194.
Vide præſertim Stapleton.
Origenes doct., *an.* 205.

ECCLESIA

Hexapla, & Octap a.

Ammonius docet Philoſophiam, an. 234.

xandro Hieroſolymorum Epiſcopis, Preſbyter ordinatur. Illicitam χειροτονίαν immo & jam eius doctrinam exoſus Demetrius, Originem à ſua communione abdicat. Inde-adeò Alexandriâ profugus, Tyrum petit: ibique celeberrimum Opus aggreditur, quod *Hexapla & Octapla* nominavit. Io vnaquaque pagina Columnæ octo, Sacram-Scripturam exhibebant, I. Textu Hebraico. II. Græco. III. Verſionibus Aquilæ. IV. Simmachi. V. Septuaginta. VI. Theodotionis. VII. & VIII. Quintâ & Sextâ, Hieroſolymis nuper inventis. Tot verò alia Volumina elucubravit, vt non immerito χαλκέντερος ſit appellatus. Eadem tempeſtate *Ammonius* Philoſophus Chriſtianus, Platonicam quoque Philoſophiam docebat; audientibus in cæteris Origene & Plotino, vnde nata ioter vtrumque amicitia.

Origenis Diſcipuli.

Dionyſius Arianiſmo prælusit.

Schiſma Meletianum.

Arius.

Petrus Martyr, an. 310.

Prima Arij condemnatio, an. 315.

INSIGNIORES Origenis *Diſcipuli*, ſibique ambò invicem in Epiſcopio poſt Demetrium Succeſſores, præcipuè duo, Heraclas, & Dionyſius. Sed alter adverſus Originem benè affectus, alter animo offenſo & iniquo. Dionyſius quidem, cum Africanis, acriter pugnavit contra Baptiſmum Hæreticorum. Stephano tandem Pontif. Max. reconciliatus, dum Dionyſio itidem Pontifici Romano, egregio Volumine adverſus Sabellium conſcripto, ſuam fidem approbare allaborat, creditus eſt Arij erroribus prælusiſſe. Quanquam eius memoria ſacris Dypticis conſecrata reperitur. Celebris quoque fuit Petrus Præſul Alexandrinus, paſſus ſub Decio. Autor ſcilicet Canonum pro Lapſis pœnitentibus, quos cum nullatenus admittendos vrgeret Meletius Epiſcopus Lycopolitanus, triſtiſſimi *Schiſmatis* occaſionem dedit. Illud verò mirum, quod ambo Epiſcopi carceribus pro fide detenti, pro eadem inter ſe digladiantur. Adhærentem tunc Meletio Arium, Petrus excommunicat. Reſipiſcentem non modò abſolvit, ſed & Diaconum ordinat. Homo verſatilis iogenij & jam inquieti, ad Meletium recidit. Interim Petrus amore Martyrij flagrans, cùm cerneret Populum circa carcerem excubias agere; Tribunum mouet; vt effoſſo ad poſticum muro, educeretur ad ſupplicium. Coronato Petro, ab illius ſucceſſore Achilla, nefandus Arius & veniam, & Sacerdotium obtinuit; quin & Alexandriæ Theologum egiſſe, ſunt qui referant. Agnitâ paulo poſt ab Alexandro pravâ illius doctrinâ, coactâ Alexandriæ Synodo centum fere Epiſcoporum, ſacris interdicitur. Inde prima mali labes, & ingentis cladis exordium; quâ ingemuit Orbis vniverſus, & Arianum ſe eſſe miratus eſt. Quamvis enim in magna Nicæna Synodo Arius causâ ceciderit, ſecretis tamen artibus tum vtriuſque Euſebij, Nicomedienſis & Cæſarienſis, tum quorumdam ex Aula procerum; & Arius ipſe in communionem Eccleſiæ receptus eſt, & cauſa multoties jugulata revixit.

Athanaſius Alexandriæ Præſul.

Moritur, an. 372.

Athanaſij, & Antonij amicitia.

QVIA porrò *Athanaſius* eaio Syoodo ſolùm Diaconus egregiam Alexandro Epiſcopo ſuo operam navaverat, fruſtra contranitentibus Arianis, omnium votis Succeſſor eligitur, imperante adhuc Conſtantino. Apud quem falsò accuſatus, & iniquè damnatus à Pſeudoſynodo Tyria, Treviris in Gallia cogitur exulare. Revocatus à Conſtantio, tametſi Ariano, ab altera Pſeudoſynodo Antiochiæ habita in Eucænijs, iterum deponitur. Sedem invadentibus Gregorio Cappadoce, mox Georgio quodam, hominibus ad omne ſcelus projectiſſimis; Romam fugit Athanaſius, & auditus à Iulio Pontif. Max. abſolvitur. Reverſum Alexandriam, dum vnà cum Plebe nocturnas in Eccleſia vigilias agit; miſſus à Conſtantio Syrianus, cum armato Milite, quærit ad necem. Iuvante turba, Clericorum præſertim ac Monachorum, evadens; totos ſex annos in ciſterna, vel quod alijs placet, in paterno ſepulcro delituit. Georgius vſurpator tumultuariâ & crudeli nece diſcerptus, pœnas luit meritiſſimas. Tandem verò Athanaſius non nihil turbarum adhuc ſub Valente Imperatore, etiam Ariano, perpeſſus; exercitatiſſimæ ſimul & ſanctiſſimæ vitæ finem beatiſſimum conſequitur, Epiſcopatus ſui anno ſeptimo ſupra quadrageſimum. Quàm intima fuerit illi cum *Antonio* Abbate amicitia, declarant Antonij ipſius veſtes quas Athanaſio teſtamento legavit: vita Antonij ab Athanaſio compoſita, & conceſſa ab illo Monachis privilegia.

Sub Petro Athanaſij Succeſſore ingens perſecutio.

ATHANASIO ſufficitur ab Orthodoxis Petrus Preſbyter, quem ſanctiſſimus Antiſtes deſignaverat rectæ fidei ſectatorem. Ariani favore Valentis Imperatoris ferociores redditi, Lucium opponunt: excitant que perſecutionem adeò

ALEXANDRINA.

gravem; vt *Melania* ex nobiliſſimo Romanorum ſanguine Matrona, tunc vitam vivens in Ægypto ſanctiſſimam, quattuor mille Monachos fugitivos triduum paviſſe memoretur. Ea diebus in Eccleſia ſolemnioribus Alexandriæ cum eſſet, *Didymum* conſuluit; alterum ejus ſæculi, & Alexandriæ miraculum. Nam adhuc quinquennis luminibus orbatus, omnium nihilominus Scientiarum ſic peritus evaſit; vt Alexandrinæ Scholæ præfuerit Sacrarum Litterarum Interpres, ad vſque annum ætatis nonageſimum. Succeſſit Petro II. frater eius Timotheus; qui ægrè ferens, ſe non expectato, *Gregorium Nazianzenum* à Patriarcha Antiocheno ad Sedem Conſtantinopolitanam tranſlatum; eò vſque Gregorium exagitavit, vt ipſe vltro ſe abdicaverit, ſanctiſſimè repetens illud Ionæ Prophetæ; *ſi propter me hæc tempeſtas eſt, proijcite me.* Laudatur aliàs is ipſe Timotheus, quod Epiſcopum creavit Ammonem, eximiæ virtutis Monachum; qui metu promotionis ad Epiſcopatum, ipſe ſibi auriculam abſciderat.

Melania quattuor millia Monachorum ſuſtentat.

Didymus Cœcus, *an.* 372.

Timotheus cur infenſus Gregorio Nazianz.

Ammon Monachus auriculam ſibi amputat.

Ion 2.

Similis planè cauſa Theophilum, Timothei ſucceſſorem, animavit contra Chryſoſtomum. Nempe invito Theophilo, qui Iſidorum Preſbyterum ſuum illuc evehere conabatur, *Chryſoſtomus* admovetur Sedi Conſtantinopolitanæ. Inde cum Chryſoſtomus Eudoxiæ Auguſtæ animum offendiſſet, operam ſuam iratæ Mulieri Theophilus mancipavit: & Chalcedone Concilio habito, Chryſoſtomum ſede ſua amovit. Erat ille quidem Theophilus tanta eruditione, vt varios adverſum Hæreticos varia feliciter conſcripſerit. Quin & adhuc Iuvenis, idemque Eccleſiæ Alexandrinæ Clericus, Cyclum Paſchalem centum annorum compoſuit. Incumbebat ſiquidem jam à Synodo Nicæna Alexandrinis, ob Aſtrorum peritiam, tempus celebrandi Paſchatis ſignificare tam in Oriente per Panegyricas ſeu Paſchales Epiſtolas, quàm per Romanum Pontificem in Occidente. Theophilo ſubrogatus ejus nepos *Cyrillus*, ſtatim Iudæos vrbe expellit, & Hæreticos atterit; tanta vbiquè autoritate, vt ab eo nihil non dependeret. Inde ſimultates Oreſtis Præfecti adverſus Cyrillum, quem vis non parva Monachorum ex Nitria Alexandriam confluens, egregiè adverſus Præfectum defendit. In eo civili tumultu, *Hypatia* cujuſlibet eruditionis famâ celebris fœmina, crudeliſſimè diſcerpitur; quaſi jurgij Epiſcopum inter & Præfectum, origo extitiſſet. Adhærebat pertinaciter Cyrillus avunculi ſui decretis contra Chryſoſtomum, cum eum viſio cæleſtis à propoſito deterruit. Viſus eſt enim ſibi videre in ſomno Chryſoſtomum, qui eum à ſua Sede quaſi indignatus calce deijciebat. Eo facto ſtatim Beati Confeſſoris nomen in Dyptica retulit, & ipſe deinceps per omnia Sedi Romanæ acquievit. Quin etiam Neſtorio Præſule Conſtantinopolitano vnicam in CHRISTO Perſonam denegante, præfuit Cyrillus Concilio Epheſino adverſus impium dogma congregato. Et quidem nomine Celeſtini, Romani Pontificis; à quo & *Phrigium* accepit, ſeu Mythram, aut Pallium poteſtatis inſigne; quo deinceps vſus eſt Cyrillus & cum præſideret in Concilio, & in omnibus alijs ſolemnioribus. Vbi etiam juvat obſervare per tranſennam, aliud ſimile ornamentum Pontificibus Alexandrinis peculiare. Nemo quippe legitimus habebatur, quin poſt electionem ad Anteceſſoris corpus excubias egiſſet: manum illius dexteram, impoſuiſſet capiti ſuo; pallium B. Marci de defuncti humeris ablatum ſuſcepiſſet, cadaver demum ſuis ipſe manibus ſepeliſſet.

Theophili cum Chryſoſtomo jurgium, *an.* 403.

Cyrillus, *an.* 412.

Hypatia à Seditiosis lacerata.

Legatus Romani Pontificis in Concilio Epheſino, *an.* 431.

Habuit Cyrillus ſucceſſorem Dioſcorum, ſuis flagitijs nimis notum. Nam & Epheſi in Synodo, ideo Ληστρικὴ appellata, Eutichen reſtituit: & adverſus S. Leonem Epheſinum Concilium approbantem, auſus eſt excommunicationem moliri. Quamobrem non ita multò poſt decreto Concilij Chalcedonenſis deportatus eſt Gangram vrbem Paphlagoniæ, vbi & miſerè perijt. Exin Alexandriæ omnia in pejus ruere. Nam acti in furorem Cives, duce Timotheo Æluro Preſbytero, Proterium Dioſcoro ſublectum, & quod crimen augeat, ipſo die Cœnæ Domini in Baptiſterio jugulant: cadaver per vrbem raptant, viſcera etiam immaniter deguſtant, denique corporis flammati cineres in ventum proijciunt. Atrox parricidium nemo non exhorruit: Leo Imperator vindicavit; pulſo in exilium Timotheo, necnon ſubſtituto altero Timotheo, cognomine Solofaciolo. Verùm & iſto per Zenonem Imperatorem abacto, revocatus Ælurus, feram egit; donec malorum ſatur, veneno ipſe ſibi mortem

Dioſcorus, *an.* 449.

Proterij trucidatio, *an.* 457.

Ælurus, Solofaciolus, Mongus.

Ecclesia

conſcivit. Mortuo Æluro, mox etiam Solofaciolo, Petrus Mogus ſedem invadens, Ἐνότικον Zenonis tutatur. Sedemque ab eo deinceps vix occupavere niſi Hæretici, & Chalcedonenſis Synodo per-quàm infenſi. Cumque falsò crederent Alexandrini Cœtum Chalcedonenſem memoriæ B. Cyrilli, quem impensè venerabantur, infenſum: nec auderet Iuſtinus Imperator vrbem potentiſſimam exagitare, in eam velut Aſylum confluxere ejecti per Edictum, ex cæteris Civitatibus plerique Hæretici. Ex qua colluvie verminaverunt Severiani, Acephali, Corruptibiles, Incorruptibiles, aliæque ſordes fœdiſſimæ. Tuncque percrebuit fama viſos Alexandriæ plures omni ætate & ſexu, à Dæmonibus obſeſſos & more canum latrantes.

Alexandriæ varij Hæretici, *an.* 521.

Tentavit poſtea remedium Iuſtinianus, admoto Sedi Alexandrinæ Paulo Orthodoxo. Sed malè vſum commiſſa ſibi poteſtate Duces ac Tribunos in Ægypto Hæreticos deponendi, juſſu Imperatoris per Pelagium Eccleſiæ Romanæ Apocriſarium: perque Epiſcopos Antiochenum, Hieroſolymitanum, & Epheſinum, exautoratus in Gazam Palæſtinæ exul amandatur.

Eulogius, *an.* 600.

Svccessv temporis, allectus eſt in Patriarcham Alexandrinum *Eulogius*; clarus imprimis amicitiâ S. Gregorij Papæ, ad quem miſit Librum à ſe adverſus Agnoïtas compoſitum. Narraturque viſum ab eo in ſomnijs S. Leonem, gratias agentem; quod adverſus Neſtorium, pro ſua Epiſtola, egregiè ſcripſiſſet. Neque hîc innominatus abire debet Ioannes, cujus memoria in benedictione eſt. Filius ſcilicet Epiphanij Cypri Inſulæ Præfecti, votis Alexandrinorum expetitus, & ab Imperatore Heraclio coactus Epiſcopatum aſſumere; effuſiſſima in pauperes liberalitate, nomen tulit *Eleemoſynarij*. At non diu poſt lapſus ad Manothelitas Heraclius, Cyrum Phaſidas Lazorum Antiſtitem, ad Sedem traduxit Alexandrinam. Ille ſtatim congregato Alexandriæ Cœtu, quaſi varia Dogmata conciliaturus, *Monothelitarum* errorem primus in Oriente publicum fecit. Eâ plagâ, Saracenorumque clade deſolata manſit Ægyptus; donec ad Clementem VIII. miſſi ab Eccleſia Alexandrina Legati, poſtulaverunt communionem cum Eccleſia Romana; abdicatis idcirco Eutychianorum, & Monothelitarum antiquis erroribus; quos hauſerant præcipuè ab illo Dioſcoro famâ eruditionis & ſanctimoniæ apud illos celebri.

E'cli 45. Ioannes Eleemoſynarius, *an.* 610. Cyrus, *an.* 610. Legati Alexandrini Romæ, *an.* 1594.

ECCLESIA PATRIARCHALIS Conſtantinopolitana.

TITVLVS XV. *Selecta Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.*

Byzantum nova vrbs, *an.* 324.

Translata non ſine miraculo Conſtantinopolim, vetus olim Byzantium, Imperij ſede à Conſtantino; Eccleſiæ res ſicut auctæ plurimùm, ita & plurimùm turbatæ. Quidquid jactitent Græci de S. Andreæ illic Apoſtolatu, Bizantinos certè Epiſcopos conſtat fuiſſe ſubditos Heraclienſi, qui & propterea jus retinuit Conſtantinopolitanos Patriarchas conſecrandi. Nova igitur Roma exoriens, Alexandrum habebat magnæ autoritatis Epiſcopum. Is nimirum coram Imperatore Conſtantino Ethnicum dialectica cavillatione multa contra Chriſtianos deblaterantem, vi divina mutum reddidit; & Eccleſiam *Ario*, in ejus perniciem nato, liberavit. Cùm enim Conſtantinus turbulentum Hereſiarcham Alexandriâ Conſtantinopolim evocaſſet; exegit ab eo, vt Nicænæ fidei ſubſcriberet. Tum vulpes pari fraude ac malitiâ formulam offerens Imperatori ὀρθόδοξαν, aliamque pravi ſui dogmatis tenens in ſinu; juravit ſe id ſincerè credere, quod impræſentia tangebat. Deceptus eo perjurio Conſtantinus, mandat Alexandro Arium ad Synaxim admittat. Confugit vir Dei ad preces, ſucceſſu Eccleſiæ felici, Hereſiarchæ infeliciſſimo. Dum enim, qui genius ſemper eſt Heterodoxorum, magnâ factionis ſuæ catervâ ſtipatus, ſummo mane Eccleſiam properat occupare; ſollicitante natura divertens ex itinere, effuſis viſceribus teterrimum ſpiritum in latrinis publicis magno cruciatu exegit miſer. Alexandro ſucceſſit Paulus ab Orthodoxis

Mors Arij, *an.* 336.

Schiſma Macedonianum, *an.* 340.

thodoxis electus, ſed ſtatim ejectus in exilium ab Imperatore Conſtantio, ſubſtituto Euſebio Nicomedenſi. Eo poſt biennium extincto, à Populo revocatur Paulus; Ariani contra, ſibi deligunt *Macedonium*. Inde tumultus ingens, in quo perijt furore populari Dux Hermogenes, favens Macedonio. Itaque Antiochiâ, vbi tunc degebat, advolans Imperator, Paulum expellit: vrbemque media parte Congiarij à Conſtantino patre elargitâ, mulctat. Paulus ad Iulium Pontificem, Romam confugit. Reſtitutus denuò, & denuò Cucuſum vrbem Armeniæ relegatus, fractis faucibus ab Arianis ſtrangulatur. Is ergo Macedonius, novæ inſuper hæreſis autor contra SPIRITVS-SANCTI Divinitatem; dum furens in Catholicos, & Magni Conſtantini corpus ex propylæo Templi Apoſtolorum Petri & Pauli vbi conditum fuerat, eoquod Templum ruinam minaretur, transferri curat, propterea̧que obnitente Populo cædes contigiſſet; odium Conſtantij incurrens, è Sede proturbatur. Aſpidi ſucceſſit vipera, Euxodius æquè hæreticus; qui Valentem Imperatorem adverſus Gothos profecturum cum baptiſmate ſacro tingeret, illum Arianâ hæreſi per Sacramentum irretivit. Iuramenti Valens nimis memor, tenax nimis; Evagrium à Catholicis electum poſt mortem Eudoxij relegat, præ-electo ab Arianis Demophilo. Et, quod dictu horrendum, octoginta ex Clero ab Eccleſia Conſtantinopolitana ad ſe Legatos, Presbyteros pleroſque, ſubmerſit; navi quâ vehebantur ſuccenſâ per Modeſtum Præfectum Prætorio, qui Nautas propterea ſubornaverat. Infandum crimen expiavit non ita multò poſt crudelis Imperator, à Gothis prælio victus: & dum fugit, in tugurio latitans exuſtus. CONSTANTINOPOLITANA. Eudoxius, an. 166.

GRATIANO Valentis fratre Eccleſiæ pacem procurante, Concilium Antiochiæ Orthodoxum, Legationes mittit in varias Orbis Regiones Magnorum Virorum, qui ruinas ab Arianis illatas vbiquè reſarcirent. Gregorio Nazianzeno obvenit Conſtantinopolis. Et quidem eo ſucceſſu, vt Nicobuli affinis ſui domus, in quam primò diverterat, in Eccleſiam mox mutata ſit; ideo *Anaſtaſiam* nuncupatam, quaſi multò anteà tempore intermortua veritas ac fides poſtliminiò reviviſcere viderentur. Ipſe verò Gregorius, Theologi nomen tulit, eoquod ſemper magnificè de DEO & loqueretur, & ſentiret: tum præcipuè ob egregias quinque Orationes, quas de rebus divinis habuit. Tanti Viri fama Hieronymum accivit, qui eo ſe doctore vſum ſemper poſteà gloriatus eſt. Oriens repurgatus, an. 178. Gregorius Nazianzen. Anaſtaſia Templum.

Interea Imperij Collega à Gratiano adſciſcitur Theodoſius. Is in morbum incidens, ab Acholio Theſſalonicæ Epiſcopo Orthodoxo, aquis Regenerationis abluitur. Poſt-modum de Getis triumphans Conſtantinopolim ingreſſus, ſtatim juſſit Catholicis Eccleſias reſtitui. Itáque pulſis Arianis Gregorius magno ſtipatus agmine Piorum, præcipuo Templo potitur. Nam & paulò anteà Catholicis, illum enixè flagitantibus, datus fuerat à Petro Alexandrino Epiſcopus; fruſtra turbante Maximo quodam Cynico, qui quòd ſe Martyris filium jactaret, & vanâ eruditionis ſanctitatiſque opinione tumeret, hanc dignitatem ambiebat. Ergo *tres* eodem tempore ſedebant Epiſcopi apud Conſtantinopolim. Gregorius Orthodoxorum, Demophilus Arianorum, Agelius Novatianorum; quod in iſtorum Schiſmate retractabitur. Gregorium equidem confirmavit Oecumenica Synodus Conſtantinopolitana. Subinde verò cùm advenientes Ægyptij Epiſcopi, partim invidiâ, partim rerum ignoratione ejus electionem labefactare conarentur; ſpontè ceſſit Vir Sanctiſſimus, vt aliàs dictum eſt. Sub Nectario in illius locum ſuffecto, caſus accidit memorabilis. Muliercula publicè pœnitens à Diacono illecta, Presbyteroque Pœnitentiario crimen confeſſa, juſſa eſt ab eo coram Eccleſia ſcelus propalare. Ingens ſcandalum occaſio fuit Nectario, Pœnitentiarij munus abrogandi. Et exinde ritus publicè confitendi crimina occultè commiſſa, prorſus in poſterum abolitus eſt. Tres Epiſcopi ſimul Conſtantinopoli. Cedit Gregorius, an. 381. Tit. I. præcedenti. Publica Pœnitentia abrogata à Nectario.

IOANNES Chryſoſtomus, Concilio Epiſcoporum Conſtantinopoli habito, poſt Nectarij mortem aſſumitur, ex Eccleſia Antiochena, vbi Presbyter, & Concionator agebat. Id indignatus Theophilus Alexandrinus, qui Iſidorum Presbyterum ſuum tantæ dignitati deſtinabat, conceptum odium initio diſſimulat. Initia novi Patriarchæ ad miraculum. Verùm brevi Evangelica liber- Chryſoſtomus, an. 397.

ECCLESIA.

tate, & Clerum exacerbavit: & Eudoxiam Imperatricem, muliebri avaritiâ cuncta deprædantem, ingreſſu Eccleſiæ prohibere non dubitavit. Irarum plena & frendens fœmina, vindictam meditatur, illicò hac ratione exequitur. Conſtantinopolim ob negotia acceſſerant Antiochus, & Severianus. Ille Ptolemaidis Phœniciæ Epiſcopus, iſtæ Gabalenſis, Ambo æquè diſerti. Antiochus ita facundus, vt alter Chryſoſtomus audiret. Severianus Syriaci ſermonis aſperitatem ſententiarum pondere, & Scripturarum peritiâ compenſabat. His nimirum præcipuè vſa eſt ad conflandam Chryſoſtomo perniciem Eudoxia, quibus Theophilum addidit Alexandrinum ideo Conſtantinopolim adſcitum. Conſpirationem intellexit Chryſoſtomus. Eamque ſignificare apud Populum auſus

3. Reg. 18.

eſt, themate ex Regum hiſtoria magno plauſu excepto; *congregate ad me Sacerdotes dedecoris, qui comedant de menſa Iezabel.* His artibus, Chalcedone cogitur Synodus, ad quercum appellata. Vbi accuſatione non minùs quadraginta ſex capitum, pellitur in exilium Chryſoſtomus. At ferociente Populo & extrema minitante, velut triumphans in vrbem reducitur. Vix autem anno elapſo redintegratis odijs, præſertim Auguſtæ, in exilium mittitur Cucuſum vrbem Armeniæ. Quo in exilio mutatis ſæpè locis, triennium maceratus Vir DEI, vivere deſijt meliori vita fruiturus. Martyrem vltus eſt Innocentius P. M. ad quem provocaverat, anathemate adverſus Arcadium & Eudoxiam vxorem.

Palladius.

Olympias.

Nomen quoque & famam Chryſoſtomi plures extulerunt. In pluribus Palladius autor Lauſiacæ Hiſtoriæ, & Olympias tantæ nobilitatis & ſanctitatis fœmina; vt tametſi vidua, *Virgo* à Patribus interdum appelletur. Sed malo fato recorda-

Neſtorius, an. 428.

tio Chryſoſtomi, in ejus Sedem Antiochiâ accerſivit *Neſtorium*; pari propemodum eloquentiâ, ſed fucum pietatis prætendens ambitioni. Quippe cùm initio favere ſe ſimularet Orthodoxis, abs Theodoſio II. obtinuit vt Eccleſia Arianorum, quam vnam Conſtantinopoli retinebant, funditùs everteretur. Verùm paulò poſt venena ipſe nova ſpargens, Mariam Deiparam ſeu Θεοτόκον publicè abnegavit. Inde *novus Iudas* (ſic enim cognominarunt) Concilio Epheſino damnatus, indulto quadriennio vt reſipiſceret, apud Antiochiam in Monaſterio detruditur. Verùm neque ab errore receſſit homo duræ cervicis, cordiſque incircumciſi. Et tempus ad pœnitentiam conceſſum, ſcribendis errorum ſuorum commentarijs inſumpſit. Quare & volumina Igni tradita. Ipſe verò autor in Oaſim ſolitudinem amandatus, verminante lingua, putredine corruptis artubus, miſerè paulò poſt perijt.

Miraculum in terræ motu.

PERTVRBATIS per hæreſes animis, frequenti quoque terræ motu concuſſus ferè Orbis vniverſus. Eo per ſex menſes continuos agitatâ Conſtantinopoli, cùm Imperator Theodoſius, ſimulque Epiſcopus ac Populus omnis extra Vrbem præ metu ruinarum, in aperta Campi planitie, grandi ejulatu finem tantæ cladis à divina miſericordia efflagitarent; ſubitò manu inviſibili Puer è media turba ſpectantibus & admirantibus cunctis, raptus in ſublime, paulo poſt demiſſus, aſſerit eo in raptu hymnum ſe audiviſſe cani ab Angelis; *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, miſerere nobis.* Ergo Proclus Epiſcopus (is tunc temporis Conſtantinopoli ſedebat) edixit vt ſacrum illud Τρισάγιον omnes deinceps celebrarent. Quo facto terræ motus, & formido omnis evanuit. Angelico Celeumati paulo poſt, ex errore Eutychiani, ſuperaddidit Petrus Fullo Pſeudo-Epiſcopus Alexandrinus, *qui paſſus es pro nobis*; quaſi Divinitas ipſa, iniurijs carnificum fuiſſet obnoxia. Sed-enim ne hæreticum additamentum obtineret, conſilio S. Sabæ magni nominis Archimandritæ, aſſueverunt Armeni illud Græcè dumtaxat decantare; qui mos tranſijt, vigetque adhuc in Eccleſia Latina.

Eutiches, an. 449.

Quod verò Eutychem attinet, odio adverſus Neſtorium in novam illam hæreſim lapſus eſt: ideoque & Preſbyterio, & regimini Monaſterij Conſtantinopoli celeberrimi, privatus eſt à Flaviano Conſtantinopoleos Patriarchâ. Eutyches verò pertinax favore Chryſaphij Eunuchi, quem in baptiſmo ſuſceperat, & cubiculi Imperatoris Præfecti obtinet ab Imperatore, vt cauſa rurſus in examen deduceretur. Eam ob rem Synodus congregata eſt Epheſi, quam

Synodus Latronum, an. 449.

Latrocinium, ob vim ac violentiam Majores noſtri appellaverunt. Certè-enim Dioſcoro Alexandrino præſidente, Chryſaphio cuncta ad libitum ſuggerente:

CONSTANTINOPOLITANA.

Militibus nihilnon audentibus, Eutyches abſolvitur, Flavianus abdicare ſe cogitur. Cúmque ad Pontificem Romanum appellaſſet, calcibus, pugnis, catenis oppreſſus in exilium mittitur; vbi ærumnis confectus, non ita multò poſt meliori vitæ aſſertus eſt. Chryſaphiò, quæ fortunæ rota eſt, juſſu Imperatoris extincto, rurſum Chalcedone in Oecumenica Synodo Eutychi anathema dictum. Illic obtinuit Anatolius, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Sedis ſuæ prærogativam ſupra omnes Epiſcopos poſt Romanum Pontificem. Verùm reclamarunt Legati Pontificij. Irritum habuit initio id decretum S. Leo Papa, & Anatolium ab ambitu reſipuiſſe fama eſt.

Eutyches Chalcedone condemnatur, *an.* 451.

Sub Gennadio, eruditione & pietate Præſule inſigni, celebrati *Acoemetæ* Monachi ſeu Inſomnes; ex eo dicti quod continenter DEO laudes canerent, ſibi mutuò ſubciſivis vigilijs, diu noctuque tripartito ordine ſuccedentes. *Studitæ* interdum appellantur à Cœnobio, quod illis Studius Vir Clariſſimus in honorem S. Ioannis Baptiſtæ erexerat. Gennadio optimo, ſucceſſit Acacius peſſimus; cujus ſuaſu confectum à Zenone Ενωτικὸν, cuncta cædibus & lamentis complevit. Ejuſdem nequitia turbavit omnia Antiochiæ, pulſis Calendione, & Ioanne Talaïda legitimis Epiſcopis: intruſis ex adverſo Cnaphæo, & Mogo flagitioſiſſimis; dicto etiam anathemate, adverſus Felicem Romæ Pontificem. Quæ cauſa fuit diuturni in Eccleſia Schiſmatis, dum Succeſſores in Conſtantinopolitana Sede, etiam aliàs orthodoxi, Acacij nomen in Diptycis retinent, atque eo facto animos Romanorum Pontificum à ſe alienant; donec, Hormiſda Pontifice agente, Ioannes dictus Cappadox, tunc Conſtantinopoli Epiſcopus, infando nomine eraſo, cum Sede Apoſtolica communicavit.

Acoemetes Monachi, *an.* 458.

Studitæ.

Enoticon, *an.* 482.

Eccleſiæ pacem adhuc turbavit Anthimus, quem Theodora, conjux Iuſtiniani Imperatoris, & ad infulas ſubvexit, & ad dira animavit. Verùm cùm Agapetus Pontifex Romanus, à Theodato Rege Gothorum in Italia, Conſtantinopolim miſſus conciliandæ paci cum Iuſtiniano Imperatore, ejus Anthimi malum animum ſubodoratus fuiſſet; peregit vt fidem coram Imperatore profiteretur. Tuncque Chalcedonenſem Synodum admittere recuſantem, & duas agnoſcere in CHRISTO naturas, Sede exturbavit Agapetus. Idemque, verba ſunt Gratiani, *Sacra altaris, Sediſque velamina, ſacrilegi Anthimi infecta flatibus catholicis precibus eluit.* Anthimo ablegato, Menàm ſubſtituit; qui pro magno habuit primum inter Orientales, manuum impoſitionem à Summo Pontifice ſuſcipere meruiſſe. Dein rebus ita feliciter abſolutis, Conſtantinopoli Agapetus moritur. Sub Menæ Epiſcopatu, dum lues Peluſij exorta per quinquaginta annos Orbem affligit vniverſum; tertio menſe, Conſtantinopolis ope Deiparæ liberatur. In cujus miraculi memoriam anniverſaria celebritate dies ſecunda Februarij deinceps conſecrata eſt, quam Υπαπαντὴν Græci dixerunt. Atenim agente Mena contra Vigilium, Iuſtiniani impulſù, novæ lites exarſere; donec habita Conſtantinopoli Synodus Oecumenica (quinta dicitur) omnes de tribus Capitulis controverſias ſopivit. Interfuit Menæ Succeſſor *Eutychius*; vtiquè orthodoxus; niſi quod ab Origene hauſerat carnem, Reſurrectionis beneficio fore intactilem. Verùm Gregorius, qui poſteà Magni nomen obtinuit, tunc Sedis Romanæ Apocriſiarius & Legatus; habitâ cum Eutychio diſputatione, eum ab errore revocavit. Adeo vt moriens in hæc verba proruperit, manus & brachia contrectans; *in hac eadem carne videbo Salvatorem meum.* Is ipſe Eutychius anteà egregium ſe veritatis Athletam præbuerat, quando Iuſtiniano reſtitit, novam *Incorruptibilium* hæreſim promulganti; quæ CHRISTI carnem corruptioni, atque affectibus humanis minimè obnoxiam ſomniabat. Quam ob cauſam pulſus in exilium, nonniſi poſt duodecim annos per Tiberium Imperatorem revocatus fuit.

Schiſma ſedatum, *an.* 519.

Anthimus, *an.* 535.

De conſecr. diſt. 1. c. 23.

Feſtum Purificationis B. V. M.

Quinta Synodus, *an.* 553.

Eutychius convertitur à Greg. M.

Job. 19.

Interim intruditur Ioannes cognomento *Scholaſticus*, ex Apocriſiario Eccleſiæ Antiochenæ, ad quem extant quædam Sanctiones à Iuſtiniano conſcriptæ. In quo certè Imperatore licet multa ambigua, hoc certè elogium non vulgare; quod ad Imperium à Iuſtino avunculo adſcitus, privatas omnes & domeſticas facultates Eccleſijs ſtatim dono dedit: proſtibula, & omne libidinum genus averruncavit; Templum S. Sophiæ, cum Tabula illa opulentiſſima, ſupra Salomonis magnificentiam extruxit. Porrò quod Conſtantinopolim omni

Ioannes Scholaſticus.

Iuſtiniani Aſſeq

auctam dignitate vellet, ſanctione edita, quaſi ex autoritate Conciliorum Conſtantinopolitani & Chalcedonenſis, Conſtantinopolitanam Sedem, primum poſt Romanam locum juſſit obtinere. Sub eo facinus *Iudæi*, miraculo locum fecit. Erat is vitri-opifex pater Pueruli, qui cum coætaneis inobſervatus menſæ accedens, ſacras Euchariſtiæ reliquias deguſtavit. Indignatus Parens Filium in fornacem projicit. Poſt triduum, abſente domo Patre, à flammis diffugiens, crimen propalat; vxor mater, cum filiolo, ſacro lavacro perpurgatur: crudelis Parens extremo ſupplicio afficitur.

ECCLESIA.

Novel. 131. Iudæi Supplicium.

Ioanne Scholaſtico ablato, revocatur Eutychius; cui etiam mortuo, ſuccedit *Ioannes Iejunator*. Is omnium primus titulum vſurpavit Oecumenici, quem demum ſoli Romano Pontifici deberi edixit Phocas Imperator. Sed iterum turbæ & motus ſub Heraclio. Sergius quippe magnæ ſpei juvenis evectus in Sedem Conſtantinopolitanam, dum ſatagit agere Conciliatorem; Imperatorem à Cyro Alexandrino jam deceptum, trahit in hæreſim Monothelitarum, ferméque pellexiſſe Honorium Papam memoratur. Certè promulgata Sergij ſimul & Heraclij nomine *Ecthesis*, à Martino Pontifice primùm repudiata: dein condemnata in Sexta Synodo Oecumenica, ſicut & *Typus* Conſtantis. Is Heraclij nepos; eiuſque filij Conſtantini ſucceſſor, indignatus ſuum Typum à Martino repudiatum, Pontificem martyrio affecit; vt ſuo jam loco dictum eſt. Subinde obſeſſa non ſemel à Saracenis Conſtantinopolis, opem patronæ Virginis ad miraculum experta eſt. Tunc verò præcipuè, cùm Imagine illius circumductâ per muros, Saraceni arcanâ vi perculſi, ſoluta obſidione, varijs terrâ marique cladibus afflicti perierunt.

Ioannes Iejunator.

Sergius.

Ecthesis Heraclij. Typus Conſtant.

THEODOSIVS IV. Imperium, vt quietus ageret, cedit Leoni Iſauro. Iſte, quod hactenus inauditum, Hæreſiarcha cultum omnem ſacris Imaginibus abrogans, à Gregorio II. Pontif. Max. ſacris interdicitur, totâ Italiâ ab ejus Imperio auvlsâ. Leonis furorem fovit Pſeudo Sydodus, Conſtantinopoli in Templo Dei Genitricis ad Blachernas celebrata. Auxit filius Conſtantinus Copronymus, qui ex nomine aquam, dum baptiſatur, ſtercore conſpurcans, Germano Conſtantinopolis Epiſcopo ſanctiſſimo omen dedit vitæ inquinatiſſimæ. Parique furore actus in ſanctos Monachos, antiquæ pietatis præcipuos aſſertores, per dira omnia perſecutus eſt. Quin etiam Martyris Euphemiæ, quam ſingulari cultu Plebs proſequebatur, corpus in mare vnà cum feretro projici imperavit; non ferens miracula, ad ſacros cineres quotidiana. Tyranno, impietate juxta & nomine ſymmiſta erat Conſtantinus Patriarcha; quouſque oborto inter eos diſſidio, illum Imperator nullonon ludibrio & cruciatu exagitavit. Mali corvi malum ovum, Leo IV, eo veſaniæ prorupit, vt Numinis vindictam meruerit experiri. Cùm enim coronam pretij eximij Eccleſiæ ablatam capiti ſuo impoſuiſſet, ex carbunculis flamma erumpens fronti impetigenem afflavit; quo morbo, brevi abſumptus eſt. Regnantibus deinde Leonis vidua, ſubque matris tutela Conſtantino decenni, erutum monumentum cum hac epigraphe; *Christus naſcetur ex Maria Virgine, credo in eum. Regnantibus Irene & Conſtantino filio ejus, ô Sol iterum me videbis.* Per id tempus Paulus Patriarcha, qui licet fidei orthodoxæ tempori ſerviens, cum Iconoclaſtis convenire ſe finxerat; pœnitentiâ ductus, dignitatis abdicatione & ingreſſu Monaſterij crimen diluit. Auguſta Irene, ingentis animi fœmina, cultum ſacrarum *Imaginum* reſtituendo ſeptimam Oecumenicam Synodum Niceæ in Bythinia procurat. In ea præfuere, pro Adriano Romano Pontifice, Petri duo; alter Archi-presbyter Romæ, alter Abbas S. Sabæ. Patriarcha tunc Conſtantinopolitanus *Taraſius*, cujus ſapientia ac virtus ſingularis effecit vt Eccleſiæ Romanæ reconciliaretur Conſtantinopolitana, & Iconoclaſtarum impietas eradicaretur. Abs Taraſio tamen poſtmodùm deſcivere Theodorus, & Plato, famoſi Archimandritæ; quòd connivere viſus eſſet Conſtantino Imperatori, qui pulſa Maria legitima Conjuge, Pellicem ſubintroduxerat Theodotam. Verùm Conſtantino ab Irene matre oculis orbato, pax iterum reſtituta. Haud tamen multò poſt Leo Armenus imperium adeptus, ſcelus Iconoclaſtarum renovans; Nicephorum Patriarcham, Theodorum Studitam, cum cæteris Orthodoxis immaniter divexavit. Perſecutionem auxere Michaël Balbus, ejuſque filius Theophilus in Imperio Succeſſores. Sed Theophilo

Iconoclaſtæ, an. 716.

Monumentum vetus.

Taraſius, an. 784.

Leo Armenus, an. 814.

mortuo; vxor Theodora pupilli Michaëlis Iunioris tutelam ſuſcipiens, expulſo Ioanne Patriarchâ hæretico, *Methodium* ſanctitate & doctrina præcellentem Preſbyterum, in Sedem adſcivit. Is habita coram Populo cum Iconomachis ſolemni diſputatione, eos autoritate Patrum & Conciliorum tanto ſucceſſu confutavit, vt dies quo victrix veritas triumphavit, annua feſtivitate adhuc inter Græcos celebretur. CONSTANTINOPOLITANA. Methodius, an. 842.

METHODIO ſucceſſit *Ignatius*, filius Imperatoris Michaëlis Curopalatæ. Is caſtratus, & in Monaſterium cum patre detruſus à Leone Armeno Imperij vſurpatore; eam ſuo tempore vidit ordiri telam, quæ Græcam & Orientalem Eccleſiam vltimâ plagâ involvit. Rei ſericem paucis exequar. Ignatius. Photij Schiſma; an. 847.

Barda Patricius, qui poſteà Cæſar factus eſt, poterat apud Michaëlem plurimùm. Enim-verò vxore repudiatâ, Conſanguineam duxit. Inceſtum perinde & adulterium non ferens Ignatius, fruſtra ſæpè monitum à ſacris Myſterijs expellit. Vltionem meditatus ille Nequam, reum facit Ignatium Majeſtatis; quaſi res novas molitus eſſet, & vitæ Imperatoris inſidias ſtruxiſſet. Condemnatus atque exauctoratus, tamen vt renuntiaret dignitati nulla vnquam vi compelli potuit. *Photius* per fas aut nefas ſubſtituitur. Erat Photio, licet ſpadoni, ingenium non vulgare, eruditio rara, eloquentia ad miraculum: ſed genius peſſimus, indoleſque ambitioſiſſima æquè & audaciſſima. Sentit ſe ſex dierum ſpatio Epiſcopum Prima ſcilicet die Monachus, ex illius ſcilicet ritu Eccleſiæ quo nullus ad infulas aſſumiturniſi ex cuculla. Secunda die fit Anagnoſtes, ſeu Lector. Tertiâ Subdiaconus, quartâ Diaconus: quintâ Preſbyter, ſextâ Patriarcha. Habenti porro fratrem Sergium Irene Sorori Imperatoris matrimonio junctum, patuit facilis ad Imperatorem aditus & gratia. Vtque eâ fretus autoritate Ignatium perderet, nihil omiſit vt à Nicolao Pont. M. condemnaretur. Æquiſſimus Papa Innocentem abſolvit, Photium exauctorat. Exulceratus Vir faſto tumens, Conciliabulo non pluſquàm viginti Epiſcoporum, Nicolaum viciſſim anathemate ferit: & diſſidium init cum Romana Eccleſia, velut à Majorum lineis exerrante. Occiſo Michaële Imperatore, Baſilius Macedo rerum potitus Ignatium reſtituit: Oecumenica octava Synodus Photium, calamo etiam CHRISTI cruori in Calice intincto, damnat. Sed vafer homo Imperatoris animum mitigavit, *ſtrophâ* omnium ſubtiliſſimâ.

Baſilius ignobili ſanguine ſatus, ambiebat Arſacidarum, qui olim apud Parthos ingenti famâ regnaverant, progenies videri. Vanitatem odoratus Photius, hiſtoriam fingit; à Tiriditate, olim Armeniorum Rege, ſeriem per multos deducens Principes ad eum quem *Beclas* vocabat. Referebat de eo quæ jam verè Baſilio acciderant, pluraque in poſterum eventura proſperè comminiſcebatur. Nomen ſanè, *Beclas*, compoſitum erat ex primis & capitalibus Grammatis; à quibus nomina incipiebant Baſilij ipſius Imperatoris, vxoris Eudoxiæ: filiorumque Conſtantini, Leonis, Alexandri, Stephani. Volumen litteris Alexandrinis ſcriptum, & papyro Ægyptiacâ veteri involutum, curavit per Clericum Regium ſibi fidum, in Bibliothecam Palatij clam deferri. Dehinc opportunitate captata, cùm per otium Imperator Bibliothecam inviſeret; Librum illi obtulit idem Clericus, quem antiquiſſimum jactabat: & tum ob raritatem precioſum, & ob arcana quæ contineret nunquam ſatis æſtimandum. Sciſcitatus ab eo Imperator, quis ille eſſet de quo tam multa & præclara narrabantur; ſubdidit Clericus, doli compos, omninò ſe neſcire: nec quemquam Mortalium facilè rem occultiſſimam aperire poſſe, niſi fortè Photium; quem omnis litteraturæ promum-condum, in poteſtate ſua haberet. Mittitur ad Photium Liber. Reſpondet ille quæ in Libro continerentur nulli poſſe revelari, niſi ei ipſi Baſilio ad quem illa pertinebant. Ergo revocatus ab exilio Photius, in Aulam introducitur. Atque è vivis mox decedente Ignatio, iterum Patriarcha reſtituitur. Fruſtraque tandem, primò enim fefellerat, emendicatâ Ioannis VIII. Papæ amicitiâ & autoritate, rurſus in ſchiſma prolapſus eſt. Tandem verò Leo, cognomento Philoſophus, quòd calumniam paſſus eſſet tam ab eo Photio, quàm ab altero conſpiratore Santabareno; poſt mortem parentis Baſilij Imperatoris, imperio potitus, & Photium dignitate privatum Monaſterio retrudit: & Santabarenum, flagris cæſum exoculatumque in exilium miſit. Stropha vaferrima.

ECCLESIA. Odium Græcorum in Latinos.

Ab eo autem calamitoſo tempore Græcis in Latinam Eccleſiam odium, nedum Schiſma continuum. Teſtis Latinorum internecio ſub Andronicô, quando necâ ſepulcris abſtinuit ſacrilega inhumanitas. Venit tandem in poteſtatem Latinorum Conſtantinopolis, primo Imperatore Balduimo, alijs deinde per quinquaginta annos. Primus quoque illic Latinus Patriarcha, ex Veneta Nobilitate, Thomas Maurocenus, Græcis ſuos etiam Patriarchas nominantibus. Id quod conciliandis Hiſtorijs pluribus notatu dignum eſt.

Capta à Turcis Conſtantinopolis, an. 1453.

Demum Mahumetes, poſt quinquaginta dierum obſidionem, vi captâ Conſtantinopoli ipſo die Pentecoſtes, tridui direptionem ſuis Militibus indulget. Imperator Conſtantinus dum inter fugientes portâ egredi properat, multitudine opprimitur. Cæſa Civium ad quinquaginta millia produnt Hiſtoriæ. Et ſic,

Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.
Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ.

TITVLVS XVI. *Selecta Variarum Eccleſiarum.*

DISPERSÆ VBIQVE
Potiores Eccleſiæ.

SACRA eruditio Eccleſias diſtinguit Apoſtolicas, Patriarchales, Præcipuas, Promiſcuas. In Præcipuis hic adnotabo pauca, ſed potiora, quæ nimirum ad mei ſcopum inſtituti collimant. Vixque alius mihi ordo in præſenti, quam chronologicus. Enim-verò *Apoſtolicæ* nominantur illæ, quibus ipſimet Apoſtoli Verbum Dei prædicaverunt: vel Epiſtolas, aut quid hujuſmodi ſcripſerunt. Qua de cauſa & ſeptem Eccleſiæ, quas in Apocalypſi Apoſtolus Ioannes alloquitur: & cæteræ omnes, quibus Paulus ſcribit, Apoſtolicæ nuncupantur. Cave tamen putes, cum Suida alijſque è Recentioribus nonnullis, Coloſſenſes Rhodios appellari quòd ea in Inſula Coloſſus Solis coleretur. Veteres ſiquidem Geographi meminere Coloſſenſium in Phrygiâ, qui Laodicenſibus erant vicini; quas plagas haud-dubiè verbis, ſcriptiſque non mediocriter coluere Principes Apoſtoli. Petrus ſanè Ponti & Galatiæ nomine, vniverſam Eccleſiam alloquitur. Paulus ad *Galatas* ſcribit, coloniam Gallorum in Aſia-Minori. Vnde magna ſemper extitit Gallicas inter & Aſiaticas Eccleſias communio. Aſianarum porrò caput *Epheſus*. Illîc poſtquam Paulus Evangelij fundamenta jecit, Timotheum conſtituit Epiſcopum. Sed & illùc paulò poſt Ioannes Apoſtolus acceſſit. Atque cum eo, relatu Patrum Epheſini Concilij, Maria Mater IESV. Ea nimirum in vrbe diutiùs habitaſſe Ioannem, atque cum Apollonio Tyanæo, Magorum celeberrimo, ejuſque Sectatoribus conflixiſſe fama eſt. Ibidemque, poſt reditum ab exilio, Evangelium conſcripſiſſe cum Epiſtolis. Illius ſcribendi cauſa error duplex. Alter Baſilidis, qui negabat in CHRISTO humanam naturam. Alter Ebionis, qui divinam.

Quænam Apoſtolicæ? SæcvL. I. Septem in Aſia. Coloſſenſes qui? 1. Epiſt. 1. Galatæ. Epheſina. Ioannes Evangeliſta.

Æthiopica. Actor. 8.

Neque à vero abhorret, *Æthiopas* ad CHRISTVM converſos prædicatione Eunuchi Reginæ Candaces; quem Philippus Hieroſolymis redeuntem ac in lectione Iſaiæ cæcutientem erudivit in via, mox credentem baptizavit.

In Europa; Hiſpanica. Rom. 15.

In Europa, *Hiſpani* duplici titulo honorem Apoſtolicarum Eccleſiarum ambiunt. Iacobi ſcilicet Zebedæi vel Prædicatione, vel Lipſanis: ſimulque Pauli aut præſentiâ, aut ſaltem curâ. Vtrique videtur obſtare Innocentius I. magni nominis Pontifex, dum ſcribens ad Decentium, negat vllum vnquam Apoſtolum in Hiſpania prædicaſſe. Verùm Chryſoſtomus in Elogio Pauli, eum putat è vinculis Romæ emiſſum, quod Cæſarem appellans cauſam adverſus Iudæos obtinuiſſet, in Hiſpaniam, vti ſpoponderat, excurriſſe.

SæcvL. II.

Seculo ſtatim ſecundo, quæſtio acris ac vehemens de celebrando *Paſchate*, Eccleſias pleraſque omnes exagitat. Aſianæ etenim prætendebant ſe abs Ioanne

edoctas Paſcha ſemper quarta decima luna, in quacunque die obveniſſet, celebrare. Romani contra aſſerebant ſemper die dominica celebrandum. Sanè quidem obtinuit ab Aniceto Pontifice Romano, deputatus ab Aſianis Polycarpus S. Ioannis Apoſtoli diſcipulus, canitie & virtutibus venerandus, ea vt controverſia protelaretur. Quo etiam tempore narrant Polycarpum, cum Romæ ex itinere occurriſſet Marcion inſignis hæreſiarcha, rogaſſetque an illi eſſet notus? *Novi*, reſpondit Vir ſanctiſſimus; *Primogenitum Diaboli*.

PROMISCVÆ. Controverſia de Paſchate, *an.* 166. Polycarpus Romæ.

Sub id tempus Lucius, *Britanniæ* Regulus, fidem CHRISTI narratur ſuſcepiſſe: atque ad Eleutherum Papam Legatos miſiſſe, qui ſuo nomine Apoſtolicam Sedem venerarentur. Recrudeſcente circa celebritatem Paſchatis lite, iterum ad ſedem Romanam Aſianæ Eccleſiæ mittunt: diverſaque eam ob rem in diverſis Orbis partibus, Concilia celebrantur. Polycrates Epheſinus Epiſcopus ab Aſianis miſſus, omnia pertentat apud Victorem Pontific. Max. qui tandem Eccleſias *Aſiæ* omnes à communione ſeparat. Duravitque ſciſſura ad Nicænam vſque Synodum, vbi prævaluit ſanctio Romanæ Eccleſiæ.

Britannia converſa, *an.* 183.

Aſianæ Eccleſiæ excommunicatæ.

Nec minùs turbatum in *Africa*. Tertullianus vir acri ingenio, famâ & doctrinâ eximius, Preſbyter Carthaginenſis; Agrippinum Epiſcopum impellit ad iterandum *Baptiſmum* collatum ab Hæreticis, ſi qui ad Eccleſiam redirent. Sanctionem confirmavit Cyprianus, Concilio Carthagine habito. Acceſſerunt Dionyſius Alexandriæ, ſimulque Firmilianus Neocæſareæ in Ponto Epiſcopi: ambo Origenis diſcipuli, & præcipuâ apud cunctos autoritate. Reſiſtente generoſiùs Stephano Pontif. Max. vetus mos obtinuit; vt primum illud Sacramentum, à quocunque collatum fuerit, habeatur legitimum. Inter varia quæ Cyprianus Concilia Carthagine celebravit, ab vno præſcriptum; ne offerretur pro Defuncto, qui ex teſtamento *Tutorem* filijs Preſbyterum nominaſſet.

Africa.

Controverſia de Baptiſmo Hæreticorum.

Sacerdos non ſit tutor.

OCCVRRIT tunc quoque ingens de *Lapſis* diſputatio. Cum enim Decius Imperator novis Edictis, continuatiſque immanibus tormentis in Chriſtianos ſæviret; multi animo & fide deſpondentes, abierunt retro: poſtque veniam pœnitentiâ deprecantes, ex Præſulibus Eccleſiarum alij admittendos, alij reijciendos exiſtimabant. Quia verò Cyprianus admittendos rebatur, ſed non facilè; feliciſſimus Preſbyter occaſionem ſumpſit, multorum animos ab Epiſcopo ſuo alienandi. Eâ primulâ ſchiſmatis ſcintillâ præcipuè Africa exarſit. Nam dicti ab Autore *Novatiani*, qui ſe propterea Καθαρὺς jactitabant, ne ejuſmodi Pœnitentium contagione inquinarentur, ſponte ſeceſſionem fecerunt ab Eccleſia. Afflavit & ea peſtis Hiſpaniam. Præſumebant nempe Baſilides Legionenſis & Martialis Aſturicenſis Epiſcopi, ambo Libellatici; non ſolùm recipi ad pœnitentiam, ſed etiam & dignitatem retinere. Verùm Epiſcoporum Synodo depoſitis, ſubſtituti fuere Felix & Sabinus. *Quod* & Cyprianus, ſuper ea re conſultus, rectè factum reſcripſit. *Libellaticos* porrò cum audis, animadverte veteri Eccleſiæ verbo ita dictos; qui vt dedecus publicæ prævaricationis refugerent, à Iudicibus obtinebant illis vt liceret per libellum CHRISTO nuntium remittere.

Controverſia de Lapſis.

Novatiani.

Libellatici.

EADEM tempeſtate *Traditores* vocati ſunt, qui Sacra Volumina tradebant Ethnicis; vt edicto Diocletiani, & Maximiani cremarentur. Superacceſſerunt in Africa prodigia Cœli irati. Nam conjectis in ignem, perfidiâ Fundani Epiſcopi Alutinenſis; repentè cælo ſereno imbris tempeſtas mixta fulgetris & grandine, ignem extinxit, Regionem devaſtavit. Congregat igitur Cirtæ in Numidia Synodum, Secundus Epiſcopus Tigiſitanus, quæ prima Sedes eſt Numidiæ. Illic omnes ferè Epiſcopos ejuſdem criminis reos comperiens, eos ſtatuebat ſecundum Canones caſtigare. Id quod animadvertens Purpurius quidam Epiſcopus, occiſi ex ſorore nepotis accuſatus; vt Iudicium diffugeret, ipſum Iudicem, quaſi traditionis reum incuſat. Nec fefellit ars. Nam dum Secundus proprio metu, alieno conſulit; diſſimulatis invicem criminibus, omnes incolumi dignitate abierunt. Triennio poſt abeunti è vivis Menſurio Carthaginenſi Epiſcopo, ſubrogatur *Cæcilius*, ejus antea Eccleſiæ diaconus, & à Felice Aptungitano conſecratur. Factum indignantur hinc præ invidia Botrus & Celcſius, ex eodem Clero. Inde Lucilla mulier potens & prædives, per Cæcilium, quæ Diaconi tunc poteſtas erat, à Sacra Menſa repulſa; quod pluſquam ſemel admonita, Martyris nondum vindicati Reliquias domi retineret, & coleret. Au-

SAECVL. III. Traditores.

Cæcilij tumultus.

xerunt inimicitias Eccleſiæ Seniores. Ab illis enim repetebat Cæcilius ſacra vaſa,
ECCLESIA nec non Eccleſiaſtica inſtrumenta; quæ Menſurius illius Deceſſor, fervente
perſequutione, apud eos depoſuerat. Conflato igitur trino agmine, Cæcilium
aggrediuntur. Cúmque palam eſſet Traditorum nomen odioſum maximè
eſſe apud Plebem, occultis rumoribus Felicem Aptungitanum eo crimine diffamarunt: ipſum verò Cæcilianum adeò ſemper à pietate abhorruiſſe, vt vetuiſſet olim, Diaconum agens, Confeſſoribus in carcere conſtitutis alimenta
præberi. Prævaluit calumnia. Advocant Secundum illum Tigiſitanum Numidiæ Primatem alioſque Epiſcopos, quos conſcientia ſceleris emolliebat. Cæcilium itaque veluti Traditorem, & à Traditore ordinatum Carthagini Epiſcopum, deponunt, ſubſtituto Majoriano Clerico, Lucillæ domeſtico. Atque
Schiſma Donatiſtarum. illud eſt Schiſma tori Africæ funeſtum. *Donatiſtarum* paſſim appellatur. Sive quòd
Donatus Epiſcopus, dictus à Caſis nigris in Numidia, præcipuas partes egerit in
condemnatione Cæciliani, & ſubſtitutione Majoriani. Sive quòd Majorianus
iſte Succeſſorem habuit in Sede vſurpata Donatum, virum eloquentiſſimum.
Iudices ex Gallia. Illud interim facit non parum ad laudem *Gallicanæ* Eccleſiæ, quod vtraque pars
Iudices ex Gallia ab Imperatore Conſtantino popoſcit. Eum in finem delegati
Maternus Epiſcopus Agrippinenſis, Rheticius Auguſtodunenſis, & Marinus
Arelatenſis. Horumque judicio Cæciliani ordinatio confirmata eſt, & Felix
Aptungitanus ordinator Innocens pronuntiatus. Pluſquam ſemel condemnati
Donatiſtæ, ſemper extitere contumaces. E quibus majori inſaniâ laborarunt
Circumcelliones. *Circumcelliones*; qui non modò exercebant in Catholicos omne genus crudelitatis, ſed & ſeipſos Martyrij veſano pruritu pernecabant.

Furente vbiquè terrarum Diocletiano, mactati præcipuè in Hiſpania Chri-
S. Vincentius. ſtiani; quos inter emicuit S. Vincentius Cæſar-Auguſtanus Diaconus, cujus
ſacræ Reliquiæ Lutetiam poſteà aſportatæ à Childeberto & Clotario. Inde tam
mendax, quàm impia Trophæorum inſcriptio. *Diocletiano & Maximiano Victoribus, ſemper Auguſtis; amplificato per Orientem & Occidentem Imperio Romano, & nomine Chriſtianorum deleto qui Remp. evertebant.*

IAM tunc frequentia extitere *Concilia*. In Bœtica, Hiſpaniæ Provincia, Eliberinum omnium in Europa antiquiſſimum, multa ſancit circa Lapſorum pœniten-
Concilium Eliberinum, an. 314. tiam, cultum in Eccleſijs Imaginum, ac cereorum in cœmeterijs accenſionem.
Duriora illa quidem, ſed tantiſper fortè neceſſaria ob ſævientem perſecutionem,
Neocæſarienſe, an. 348. & viciniam Ethnicorum. Ancyranum in Galatia & Neocæſarienſe in Ponto, ex
ijſdem propemodum Patribus, quorum & plerique intererant Nicæno. In vtroque multa egregiè ſancita de diſciplina incorruptè ſervanda, de pœnitentijs injungendis: de cœlibatu etiam Diaconorum, dummodo inviti & reclamantes non
eſſent ordinati. In Carthaginenſi 1. actum de Donatiſtis. Miſſi quippe à Conſtan-
Carthaginenſe 1. an. 348. tio VV. CC. Paulus & Macarius in obſtinatos, jamque Majeſtatis reos acriter
animadverterunt. Suntque illa tempora *Macariana*, de quibus apud earum rerum Autores mentio frequens perinde ac celebris.

Vulphila Gothorum tunc Epiſcopus, qui primus litteras Gothicas invenit,
Vnde Gotthi Ariani, an. 370. ac Sacram-Scripturam eam in linguam vertit; deceptus ab Eudoxio Conſtantinopolitano, quòd tantùm de verbis, non verò de rebus controverſiam eſſe
putaret Catholicos inter & Arianos, Arianorum fidei adhæret: ſuiſque Popularibus pravum virus inſpirat, à quo vix vnquam poſteà curari potuerunt.
Melania, Marcellini Conſulis Filia, peregrinatur ad Loca-ſancta poſt obitum
S. Melania peregrinatur cum Rufino. Mariti. Rufinum peregrinationis ducem aut comitem adſcivit, magni nominis
Preſbyterum. Hieroſolymis degens in Monaſterio à ſe extructo, habitavit vnà
cum quinquaginta Virginibus, quas Sorores vocabat. Tunc verò Hieronymus
Mahuria Regina Saracenorum convertitur. ad Syriæ ſolitudines ſeceſſerat. Sub id tempus *Mahuria* Regina Saracenorum,
hortante S. Hilario, CHRISTI fidem amplectitur: pacemque init cum Romanis, eâ conditione vt ad ſe mittant Moyſen Monachum; cujus prædicatione, plerique Saracenorum ſacris Chriſtianis initiantur.

CONCILIO Aquilejenſi, procurante Gratiano Imperatore, interfuerunt
Concil. Aquilejenſe, an. 387. ex Galliâ & Italiâ Epiſcopi, triginta duo; inter quos Ambroſius, & Iuſtus
Lugdunenſis celebres. In eo Palladius & Secundianus Epiſcopi Ariani, Sede
expulſi: ſimulque Valens, qui ſe Epiſcopum Petavianum ferebat. In iſto ma-

ximè

ximè notatum quod habitu Gothico ingredi ſoleret, torque inſignis & braccis. Concilium Cæſar-Auguſtanum, Priſcillianum condemnat. Erat is Epiſcopus in Hiſpania eruditiſſimus, qui Aſtrologorum ληρολογίας Chriſtianæ Religioni ſuperinducens; ſtellam Magis ducem ad Præſepe Bethleemicum, fatum CHRISTI appellabat. Sanctorum Gervaſij & Prothaſij Martyrum corpora S. Ambroſius Mediolani, de cœlo monitus, invenit. Paulò poſt idem Ambroſius à Iuſtina Imperatrice legatur ad Maximum Tyrannum, Treviris degentem, paci conciliandæ. Artes Tyranni odoratus vir prudens, etiam *Ithacianis* communicare recuſavit. Orthodoxus quidem erat Ithacius Epiſcopus. Sed vehementior prætergreſſus ſacros Canones, Priſcillianum qui à Synodo condemnatus Imperatorem appellaverat, ſecuri percuti procurat. Refertque Severus Martinum Turonenſem, quia Ithacianis Ithacij fautoribus connivebat, privatum Angeli Tutelaris conſuetudine; donec lachrymis, & jejunijs veniam à Numine impetravit. Trieonio poſt Ambroſius zelo verè Epiſcopali, *Theodoſium* Imperatorem, ob cædem Theſſalonicenſium qui ejus ſtatuas & Auguſtæ vxoris per tumultum & convicia everterant, Eccleſiæ ingreſſu prohibuit. Reponenti Imperatori etiam aliquando Davidem peccaſſe, reſpondit continuò Ambroſius; *qui ſequutus es errantem, ſequere pœnitentem.* Nec mora; pius Princeps ſacco corpus involutus, cinere conſperſus caput, ſtetit pro foribus Eccleſiæ in habitu pœnitentis. Inde vſque adeò Ambroſij nomen & fama increbuit, vt *Fritigildis* Regina Marcomannorum, munera ad eum miſerit: ſeque quod ille colebat Numen libenter colere profeſſa, Religionem Chriſtianam complexa eſt.

PROMISCVÆ.
Cæſar August, an. 381.
Inventio SS. Gervaſij, & Prothaſij, an. 387.
Ithaciani.
Theodoſij pœnitentia.
Regina Marcomannorum fidem ſuſcipit.

Donatiſtæ in Africa novo ſchiſmate inter ſe diviſi, pro Sede Carthaginenſi quam ambiebant Maximianus & Primianus. Concilio Carthaginenſi III. ſtatutum inter alia, vt primæ Sedis Archi-præſul non vocetur Oecumenicus, ſed tantùm primæ Sedis Epiſcopus: vtque bona quæ vel Epiſcopus, vel Clericus ex paupere ditior factus emiſſet, Eccleſiæ cederent. Anno exeunte, expectabant ineptè Pagani Religionis Chriſtianæ interitum. Deluſi ſcilicet mendaci oraculo eam Petri magicis artibus ſtabilitam, non vltra trecentos ſexaginta ſex annos duraturam; quo tamen tempore, Idololatria protſus corruit.

Concil. Carthagin. III. an. 397.
Finis Chriſtianæ Religionis, falsò expectatus, an. 398.

Patres Concilij Carthaginenſis V. petunt ab Imperatore Defenſores, qui *Pauperes* tuerentur adverſus potentiam Divitum. Concilij ibidem IV. regulis quattuor ſupra centum, tota Eccleſiæ Diſciplina egregiè concluditur.

Varia Concilia. Defenſores Pauperum contra divites.

CONCILIO Toletano II. in cauſa Priſcillianiſtarum Epiſcoporum, affuit Olympius Epiſcopus, quem Auguſtinus adverſus Iulianum citat. Concilium Carthaginem fruſtra convocatur, Donatiſtis cum Catholicis conferre recuſantibus. Anno tamen ſequente, vrgente Honorio Imperatore, aliqui ad Eccleſiam remeant. Interea Wandali & Suevi occupant in Hiſpania Galeciam & Bæticam, Alani Luſitaniam.

SAECVL. IV. L.1. c3 & 8.

COLLATIO inter Catholicos & Donatiſtas Carthagine habita Kalend. Iun. in thermis Gargilianis; procurante Marcellino, qui vt Cognitor interfuit. Tribunus Militum is erat, & Notarius Imperatoris. Affuerunt ex parte Catholicorum CCCXXXVI. Ex parte Donatiſtarum CLIX. Turbis vitandis conſtitutum, vt ex vnaquaque parte decem & octo eligerentur; quorum ſeptem diſputationem inirent, totidem in conſilium adſciſcerentur, quattuor reliqui Acta exciperent. Quibus additi ex vtraque parte Notarij quattuor, qui bini cum Exceptoribus Iudicis, alternarent; ne aliquis ſe quid dixiſſe cauſaretur, quod non fuiſſet exceptum. Inter ſeptem Diſputantes, è Donatiſtis eminebant Primianus Carthaginenſis, & Petilianus. Ex Catholicis Auguſtinus Hipponenſis, Alipius Tagaſtenſis, & Aurelianus Carthaginenſis. Poſt multas concertationes Donatiſtæ cauſâ cadunt, & Marcellinus ſecundùm Catholicos pronunciavit. Sed ejus, vt fit, ſententiam poſtea Donatiſtæ calumniati ſunt, quod de nocte eam dixiſſet. Nam dum vtrinque magnis clamoribus & animorum contentione res agitur, in noctem vſque Diſputatio protracta eſt. Diſputationis ſeriem Auguſtinus in compendium redegit, quod *Breviculum* Collationis appellat. Donatiſtarum contumaciam amplius non ferens Honorius, ſeveriſſimis pœnis juſſit coërceri. Vnde furor illis adverſus Catholicos; quos cædibus & incendijs petunt.

Collatio Catholicor. & Donatiſtar. an. 41.

ECCLESIA

Demetrias virgo.

Inventio corporis S. Stephani, an. 416.

Novum in Africa Monſtrum exoriri tunc viſum *Cæleſtius*, Pelagij diſcipulus: ſed mox eliſum, diſputatione & victoria Paulini Diaconi Carthaginenſis. Diviniori ſpectaculo *Demetrias*, tot Conſulum ſoboles, ipſo Nuptiarum die monaſticum peplum velo nuptiali præfert. Ad eamque cum vndiquè gratulatorias litteras mitterent omnes alicujus in Eccleſia nominis, auſus eſt etiam ſcribere Pelagius. Oroſius Presbyter Hiſpanus qui, mittente Auguſtino, in Paleſtinam ierat conſulturus Hieronymum, rediens affert particulas Reliquiarum S. Stephani; cujus corpus hoc tempore à Luciano ejus Regionis Presbytero, inventum fuerat. Eas vero dono dat Africanis Epiſcopis. Harum virtute, eodem teſte ac referente Auguſtino, inter plura miracula, ſeptem mortui ad vitam revocati memorantur.

Paſchatis error, an. 417.

Paſcha ſub Zozimo Pontif. Max non ſuo tempore celebratum, errore computi; nempe octavo Kal. April. cùm debuiſſet 10. Kal. Maij. Id quod etiam miraculo innotuit. Nam & quidam Eccleſiarum fontes die Paſchatis ſpontanea ſcaturigine ebullire ſoliti ad baptiſma; non eo die quo per errorem celebratum eſt feſtum: ſed illo quo revera agendum erat, ſolito profluvio exundarunt. Idem Zozimus condemnat Cæleſtium diſcipulum Pelagij, à Concilio Carthaginenſi jam condemnatum: Honorius verò Imperator, Pelagianis aquâ & igne interdicit.

S. Patricius Scotiæ Apoſtolus.

Perſecutio Hunnerici in Africa.

Inventio corporis S. Barnabæ.

Traſamundi perſecutio.

S. PATRICIVS, Scotus genere, Martini Turonenſis ex ſorore nepos, Scotis ſuis Evangelium prædicat. Perennem Purgatorij viſionem, precibus illius ad Populares ſuos in virtutum cultura retinendos procuratam, nuperus Autor conatur vindicare. Concilij Toletani adverſus Priſcillianiſtas Patres, articulo Symboli Nicæni de Spiritus-Sancti à Patre proceſſione addiderunt, *Filioque* Quod etiam vſurpatum ab Eccleſijs Gallicanis, Romana diu non recepit, Græca nunquam. Hunnericus Rex *Vvandalorum* in Africa cum ſe initio facilem adverſus Orthodoxos præbuiſſet, tametſi Arianus; poſtea in crudeliſſimum carnificem evaſit. Epiſcopi trecenti triginta quattuor ab eo in exilium extruſi, plurimis manus amputatæ, & linguæ evulſæ; qui nihilominus, grandi miraculo, loquendi facultatem non amiſerunt. Corpus S. *Barnabæ* repertum in Inſula Cypro; appoſito ad pectus Evangelio S. Matthæi Apoſtoli, Hebraicis caracteribus & idiomate exaratum, quod poſteà in Imperatorum Bibliothecam tranſlatum eſt. *Traſamundus* Wandalorum Rex in Africa, cùm videret Orthodoxos Epiſcopos, contra quàm ipſe juſſerat, Succeſſores defunctis Antiſtitibus dari; per ſummum ſcelus eos omnes in Sardiniam relegavit. Inter eos eminebat Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis, qui & à Tyranno provocatus, ſcripto reſpondit. Cum eis quoque in Sardiniam tranſlatum fuit corpus S. Auguſtini.

Alamundari converſio.

Concil. Epaonenſe, an 507. Gerundiæ, an. 517.

Neſtoriani, an. 520.

S. Brigida, an. 521.

Alamundarus Rex Saracenorum, Syriam invadit: dein ſanctitatem Dogmatum noſtrorum admirans, fit Chriſtianus. Narrant verò cum Severus Antiochenus Epiſcopus, qui Eutychianam hæreſim fovebat, ad eum ſcripſiſſet vt eam ſententiam amplecteretur; Severo reſpondiſſe Principem, relatum ſibi nudius tertius Michaëlem Archangelum mortem obijſſe. Id pernegans Severus, ex eo quod Angelus omnis expers materiæ morti obnoxius minimè eſſet. Hem! repoſuit Princeps, quomodo vis putem DEVM fato obnoxium; quando ipſe, multò magis quàm Angeli, à contagione materiæ liber ſit & penitùs immunis. Concilio *Epaonenſi* in Comitatu Burgundiæ Libero, actum de antiquis regulis, vel de novis antiquitatibus. Scilicet quod pœnitentiam profeſſis, neutiquam pateat Clericatus. Quod Clericis canes, & accipitres habere nefas. Quod Viduæ in Diaconas non ſunt conſecrandæ. Quod Sanctorum Reliquiæ in Oratorijs villaribus non ſunt collocandæ. Quod Altaria vngi non debent niſi lapidea. Quantâ cautelâ ingredi liceat Monaſteria Puellarum. Concilio *Gerundiæ* in Hiſpania, præfuit Ioannes Tarraconenſis Epiſcopus. Illi Hormiſta Pontif. Max. vices ſuas in Hiſpania citeriori legat; in vlteriori, Saluſtio Hiſpalenſi Epiſcopo. Neſtoriani in Syria cum accepiſſent Imperatorem Iuſtinum Chalcedonenſi Concilio adhærere, gaudio exultantes quaſi ipſis faveret, Theodoreti imaginem in curru Cyrum civitatem, cujus olim Epiſcopus fuerat, magnâ pompâ deduxerunt. Quod moleſtè ferens Iuſtinus adverſus eos reſcripta edidit. S. Brigida Scota, in Hibernia moritur, in odore ſanctitatis.

S. Fulgentius, alijque Epiſcopi exules in Sardinia, revocantur in Africam ab Hilderico ſucceſſore Traſamundi. *Hunni* juxta Boſphorum, & Gorda eorum Rex: Item Heruli, Blemmij, Nabathæi & Tzani CHRISTI fidem amplexantur.

PROMISCVÆ.
Epiſcopi ab exilio revocati, *an.* 522.
Hunnorum converſio.

Concilio Toletano II. præfuit Montanus, Toleti Epiſcopus; tantâ ſanctitate vir, vt calumnias diſcuſſerit prunis ardentibus veſte illibatâ receptis. Adfuit & Concilio Iuſtus Vrgelitanus, cujus Commentaria extant in Cantica Canticorum. Recuperatâ à Wandalis Africâ per Beliſſarium, refloreſcit fides Orthodoxa: Concilioque habito Carthagine, legantur Romam *Liberatus* magni nominis Diaconus in Eccleſia Carthaginenſi, ſimulque Epiſcopi Caius & Reparatus. Conſulturi ſcilicet quid porro ſtatuendum de Epiſcopis, qui ab Arianiſmo in dies reſipiſcebant. Reſpondit Agapetus Pontif. Max. honores denegandos, alimenta concedenda. Mediolanum ad Romanos deficiens, à Gothis recuperatum ſolo æquatur, trucidatis hominum millibus trecentis. Decius Epiſcopus autor defectionis fugâ evadit. Reparatus Clericus, Decij conſcius, particulatim conciſus vorandus canibus projicitur.

Concil. Toletan. II. *an.* 531.
Iuſtus Vrgelitanus.
Recuperata Africa, *an.* 533.

Concilij Bizaceni in Africa, ſanctiones pleraſque Iuſtinianus Conſtitutionibus ſuis intexit. Coſroë Perſarum Rex Edeſſam obſidens, repellitur virtute Imaginis ἀχειροποιήτου; quam olim Abgaro Regi ab ipſomet CHRISTO miſſam, vetus traditio eſt. Erratum in Oriente circa tempora Paſchæ, quæ malè definierat Iuſtinianus.

Concilium Bizacenum, *an.* 541.
Imago Abgari, *an.* 545.
Tempus Paſchatis.

Theodomirus Arianus Suevorum Rex in Gallœcia, Orthodoxis adhæret; propterea quod beneficio Reliquiarum S. Martini Turonenſis, ejus filius ſanitatem recuperaſſet. Concilio *Bracarenſi*, quia Priſcillianiſtæ adhuc vigebant, cautum fuit, vt qui abſtinerent à carnibus, quas à malo principio fanatici homines deducebant, ſaltem olera cum carnibus cocta prægustarent; ne videlicet ejuſmodi abſtinentia, hæreticæ ſuperſtitioni tribueretur.

Rex Arianus convertitur.
Concilium Bracarenſe, *an.* 572.

Picti in Britannia convertuntur à S. Columbano Abbate. Et inaudito privilegio, Regionis illius Epiſcopi Monaſterij, quod Columbanus extruxerat, Abbati ſubjiciuntur. Aquilejenſis Epiſcopus tunc primùm nominatur Patriarcha.

Picti in Britannia converſi, *an.* 565.

CONCILIO Bracarenſi II. præeſt S. Martinus, Provinciæ Metropolitanus, collector, & emendator Canonum Orientalium. Samaritæ in Syria ſacris Imaginibus bellum indicunt, quod deplorat Symeon Stilites Iunior Prioris in vita columnari æmulator. Bavarorum converſio ad fidem prædicatione Ruperti, primùm Vangionenſis Epiſcopi.

Concilium Bracarenſe, *an* 572.
Iconomachi.
Bavari ad fidem converſi, *an.* 580.

CONCILII Toletani IV. cui præfuit S. Iſidorus Hiſpalenſis, Patres profitentur SPIRITVS-SANCTI proceſſionem à Patre Filioque ſe à Majoribus accepiſſe. Conſtituuntque inter alia, vt omnes Eccleſiæ Hiſpaniæ, curâ ejuſdem Iſidori, eodem ritu officia celebrarent. Honorius Pontif. Max. ſcribit ad Scotos de die *Paſchatis*; quod ſemper in Dominicâ celebrantes, etiam ſi concurreret cum luna decima-quarta, Iudæis accedebant. In Concilio Toletano V. articuli aliquot conditi de Regis, Regnique incolumitate. In VII. cui præfuit Sylva Epiſcopus Narbonenſis, inter alia ſancitum eſt; vt qui in Regnum adſciſcerentur, Sacramento ſe obligarent, nullo modo laturos in Regno ſuo quemquam qui non eſſet *Catholicus*.

Concilium Toletan. IV. *an.* 633.
Tempus Paſchatis turbatum.
Concil. Toletan. V. *an.* 636.
Sextum, *an.* 638.

Stabilito in Italia Regno Longobardorum, qui Ariani erant, duo deinceps Epiſcopi in vnaquaque Civitate ſedere cœperunt. Alter Catholicus, pro Arianis alter. Primatus Eccleſiæ Hiſpanicæ reſtituitur Toletano, pulſo in exilium, ob impietatem, Theodoſio Hiſpalenſi Epiſcopo. Emerannus Epiſcopus Ratiſbonenſis, vt Sigibaldum quemdam liberaret accuſatum ſtupri cum Otha virgine filia Theodonis Bavariæ Ducis; ipſe ſe ejus ſtupri reum fatetur. Propereaque ſupplicio afficitur, membris, lingua, oculis avulſis.

Duo Epiſcopi.
Primus Hiſpaniæ. *an.* 549.

Concilium Toletanum VIII. eos acriter redarguit, qui prætextu valetudinis *jejunium* quadrageſimæ violarent: ſtatuitque vt Epiſcopi Hiſpaniæ, Regem eligerent. Concilio itidem X. dies Incarnationis, vulgò *Annunciationis*, alligatur Decembris decimo octavo, octo diebus ante Nativitatem; propterea quod alijs temporibus Eccleſia vel jejunio quadrageſimæ, vel celebratione Paſchæ occuperur. Ea in Synodo Potamius Epiſcopus Bracarenſis ſuum ipſe crimen

Concil. Toletan. VIII.
Decimum, *an.* 656.

ECCLESIA
Concilium Emeritenſe, an. 666
Bracarenſe III. an. 675.
Franconij converſi, an. 686.

accuſans, de gradu deijcitur. *Concilio* Emeritenſi in Hiſpania, Preſbyteris permiſſa ſedes à tergo Epiſcoporum: pluriumque diebus dominicis Miſſarum celebratio, quoties plures Eccleſiæ, ob paupertatem, eidem Paſtori eſſent commiſſæ. Bracarenſi III. prohibetur ne Epiſcopi in ſolemnitatibus Martyrum, ſellâ geſtatoriâ per Diaconos veherentur. Toletanum XII. Erviginum Regem confirmat ſucceſſorem Vuambæ, Monachiſmum anno ſuperiori amplexo. Regique concedit vt Epiſcopos nominaret, modò tamen nominationem examinaret Archiepiſcopus Toletanus. Kilianus Monachus convertit Franconios.

Concil. Cæſar-Auguſtanum III. an. 691.
Concilium Toletan. XVII. an. 644.
Tempus Paſchatis, an. 69?.
SECVL. VII
Friſij converſi, an. 700.
Bonifacius Germanorum Apoſtolus, an. 719.
Tranſlatio S. Auguſtini.
Denarium S. Petri.
Alius Orbis.
Bonifacius Martyr.

CONCILIVM Cæſar-Auguſtanum III. Decreto Toletani, quo Regum viduæ ſecundis nuptijs interdicebantur, ſuper-addidit; vt veſtem Regiam deponerent, & Religioſo Schemate cum Monialibus in Monaſterio viverent. Toletanum XVII. Miſſas defunctorum vetat celebrari pro vivis, quia eos brevi poſt morituros anilis & ridicula ſuperſtitio obtinebat. Britannia corrigit errorem de Paſchate celebrando, operâ Adamnani Abbatis & Ceolfredi. S. Vulfrannus Senonenſis in Gallia Epiſcopus, *Friſios* primâ luce Evangelij illuſtrat. Bonifacius Preſbyter Monachus Anglus, Miſſus in Germaniam à Gregorio II. ſparſa à Vulfranno fidei ſemina, tanto proventu excoluit, vt Germaniæ Apoſtolus dici meruerit? Tranſlatio Corporis *S. Auguſtini* è Sardinia id agente Luithprando Rege Longobardorum, Ticinium; vbi viſitur illius monumentum. Rex Ina Occidentalium Anglo-Saxonum, ſingulis ſuæ ditionis domibus tributum imponit pro Romano Pontifice, quod S. Petri *denarium* appellant. Idipſum poſtea imitatus eſt Oſta, Orientalium Saxonum Rex. Zacharias Pontif. Max. monente Bonifacio Germaniæ Apoſtolo, condemnat Virgilium Preſbyterum; ſentientem ſub Terra, alium eſſe *Mundum* & alia Sidera. Is ipſe Bonifacius dum Friſijs prædicat, occiditur cum alijs ex Clero quinquaginta.

Bella Epiſcopis vetita, an. 710.
Capitulare Aquiſgran. an. 789.
Elipandi errores, an. 791.
Concilium Ratiſpon. an. 792.
Franco-Furdienſ. an. 792.
Dani ad fidem converſi.

CONCILIO Wormatienſi vetitum eſt Epiſcopis, ne ad pugnas pergerent. Celebrat Karolus II. Capitulare Aquiſgranenſe, aliàs Edictum Legationis; vbi Pientiſſus Imperator, devotus Sanctæ DEI Eccleſiæ Defenſor, humiliſque Adjutor, Ioſiæ inſtar, varios Canones colligi juſſit; partim ad ſolos Sacerdotes, partim ad omnes in recta Morum diſciplina inſtruendos. In cæteris prohibetur ne Preſbyteri Miſſas celebrent non communicantes, ne Clerici Popinarias ingrediantur: ne ignotis nominibus Angeli appellentur, ne Mulieres ingrediantur ad altare. Ibidem inſeritur Canon Concilij Laodicenſis, in quo Sacra inter Volumina nondum extant Iudith, Macchabæi, Apocalypſis. Vetatur Epiſcopus, principalem Cathedram ſuæ Parochiæ negligere: ne Cloccæ baptiſentur, neu carthæ per perticas pendeant propter grandinem. Elipandus Toletanus Epiſcopus, cum Felice Vrgelitano, Neſtorianiſmum in Hiſpania renovans; condemnatur in Concilio Francofurdi à trecentenis Epiſcopis ex Italia, Gallia, Germania, Britannia. Synodus tamen caruit plenaria autoritate, quippe quæ Septimam Synodum cultui Imaginum faventem damnaverat. In Concilio Ratiſponenſi damnatur Vergelitamus Epiſcopus, CHRISTVM aſſerens Filium DEI adoptivum. In Franco-Fordienſi, damnata fuit hæreſis Felicis & Elipandi Epiſcoporum. Synodus itidem Græcorum, quæ eſt Nicæna II. de *Imaginibus* adorandis ſupremo cultu; qua ratione excuſari poteſt mens Gallorum, qui poſtea debitum Imaginibus cultum magis enuclearunt. Prohibitum ne *Recluſi* fiant, niſi permiſſu Epiſcopi. Vt nulli novi Sancti colantur, vt Luci deſtruantur: quod in omni lingua, non in tribus tantùm primarijs orandus ſit DEVS. Licentia etiam datur Regi à Synodo, vt habeat Hildeboldum Epiſcopum in ſuo Palatio. Per ea tempora frequentibus Concilijs decernitur, vt omnes orent pro *Rege*, ejuſque Liberis: ne plures in Monaſterijs recipiantur, quàm ali queant; vt in omnibus Parochijs, prædicetur DEI verbum. Ne facilè *inquiratur* in Epiſcopos, Doctores, Viros inſignes; nuſquam verò niſi expreſſo Accuſatore, qui ſit probatæ virtutis & famæ illibatæ. Vt Epiſcopus ſemel in anno circumeat Parochiam ſuam. Ne ſepeliantur intra Eccleſias, niſi Preſbyteri & Laici inſigniores. Haraldus Rex *Danorum*, ſeu Northmannorum fidem amplectitur, è Regno profugus ad Ludovicum cognomento Pium. In Regnum, deinde remittitur cum Anſgardo Corbeiæ in Saxonia Monacho, qui

poſtea à Gregorio IV. earum Gentiûm Archiepiſcopus conſecratus eſt. Bogaris, Rex *Bulgarorum*, viſâ tabellâ Vltimi Iudicij in aula Palatij à Monacho depictâ; ſancto tremore perculſus, Religioni Chriſtianæ nomen dedit.

PROMISCVÆ.
Bulgari.

Concilia duo Moguntiæ celebrata à Rabano Mauro ex Fuldenſi Abbate vrbis Præſule, adverſus *Godeſchalcum* Monachum Orbacenſem, qui Prædeſtinatianorum dogma renovabat. Sæviente apud Cordubam perſecutione Habdarragmam Regis Saracenorum, Eulogius ſcribit adverſus Pſeudo-Synodum Epiſcoporum; qui in gratiam Tyranni decreverant, eos Sanctis nequaquam accenſendos, qui non quæſiti Martyrio ſeſe offerrent; velut ſui-met, per ſuperbiam, parricidæ. Sed nec alios ſimiliter qui nec miracula ederent, nec incorrupti poſt necem permanerent. Concilio Ticinenſi aſſeritur *Libertas Eccleſiæ*, contra Palatinorum vexationem; qui decreta ab Epiſcopis, ad libitum cancellabant. S. Methodius Moravorum Epiſcopus Romam appellens, obtinet à Ioanne VIII. Moravis vt non eſſet nefas, *Sclavonicâ linguâ*, divina Officia celebrare. Orto inter Bulgaros & Romanos diſſidio, Bulgari ſe ſubijciunt Eccleſiæ Romanæ. Occaſione irruptionis Saracenorum in Hiſpaniam, re divina per Iſidorum Hiſpalenſem, vt ſupra vidimus, plurimùm turbata circa Miſſale Moſarabicum; conſultus per Ioannellam Presbyterum miſſum ab Ordonnio Rege Legionenſi & Siſenando Compoſtellæ Epiſcopo, Ioannes VIII. Pontif. M. permiſit illius Miſſalis vſus; dummodò formula conſecrationis Euchariſticæ, Romana & Evangelica obſervaretur. Sclavorum propago & veteris Sarmatiæ Incolæ, qui modo *Poloni*, fidem amplectuntur Evangelij.

Concil. Moguntiæ contra Godeſchalcum, an. 848.
Perſecutio Cordubenſ. an. 850.
Libertas Eccleſiaſt. an. 855.
Sclavonicum idioma in Sacris permiſſum.
Bulgari Romanæ Eccleſiæ vniti, an. 893.
SECVL. X.
Poloni ad fidem converſi, an. 965.

Synodis in Gallia ſimul & Italia pluribus, jejunium inter Aſcenſionem & Pentecoſtem prohibitum: hymni Te DEVM laudamus etiam in Adventu & Quadrageſima decantatio, Benedictinis ex veteri illorum ritu permiſſa; feſtum Annunciationis, Martis vigeſimo quinto addicta. Caſimirus Dux Poloniæ è Monaſterio Cluniacenſi revocatur à ſuis, annuente Pontifice. In cujus rei memoriam, Poloni tonſuram Monachalem hodieque retinent. Operâ maximè Petri Damiani, vetus Canonum rigor circa Pœnitentiam mitigatur. Officium B. V. Mariæ, incredibili omnium pietate excipitur. Concilio Compoſtellæ ſub Creſconio Archiepiſcopo, jubentur Epiſcopi omnes ac Presbyteri quotidiè *Miſſam* celebrare.

SECVL. XI.
Caſimirus è Monaſterio retrahitur, an. 1041.
Miſſa quotidiè celebranda.

Inceſtuoſi dicti qui gradus conſanguinitatis numerandos eſſe aſſererent ſecundum Leges civiles, & de ea re decretum ab Alexandro Pontifice editum. Eduardus Rex Angliæ ab Alexandro Sanctorum albo relatus, virgo ipſe Editham vxorem virginem quoque reliquit: Regni verò ſucceſſorem Guillelmum Ducem Normanniæ, cognatum ſuum deſignavit.

Inceſtuoſi.
Eduardus Rex Angliæ, an. 1066.

Vratiſlaus Dux Boëmiæ obtinuit ab Alexandro vſum mitrae, Laicis hactenus inconceſſum. Auzir Regi Arabum in Mauritania Sitifenſi, à quo miſſus Romam Servandus Presbyter vt in Hipponenſem Archi-epiſcopum conſecraretur; reſcribens Gregorius VII. impertivit Apoſtolicam benedictionem, tametſi eſſet infidelis.

Boëmis mithra permiſſa, an. 1066.

Concilium Londinenſe celebratum in Anglia à S. Anſelmo Cantuarienſi, cujus Archi-epiſcopatum clientelari fide ſibi ſubditum eſſe Henricus Rex contendebat. Concilio Conſtantienſi ſtatutum eſt vt Populus, ſi Presbyteri conjugati celebrarent, non adeſſet. *Antichriſtum* hoc tempore venturum, fuit opinio non vulgarium hominum; inter alios Nortberti, viri tunc celeberrimi. Ottho Bambergenſis Epiſcopus, conſtructis à ſe & egregiè dotatis quindecim in ſua Diœceſi Monaſterijs, à Calliſto Pontif. Max. delegatus, Pomeranos Chriſtianis rudimentis imbuit: vtque eorum Apoſtolus à Clemente III. Sanctis annumeraretur.

Concil. Londin.
SECVL. XII.
Fama de Antichriſto, an. 1120.

PASCHALIS II. Papa de communione intincta non porrigenda ſcripſit ad Pontium Abbatem Cluniacenſem, vnde paulatim increbruit vſus ſub vna tantum ſpecie. S. Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus vindex autoritatis Eccleſiaſticæ, poſt diutinum in Gallia exilium, revocatus, à Sicarijs Henrici Angliæ Regis aulicis, in ſuamet Eccleſia trucidatur. Carnifices Numinis vindictam ſenſere. Rex quamvis conſcium ſe pernegaret, ad ſepulchrum tamen Martyris publicâ per virgas & ejulatus pœnitentiâ, ſcandalum redemit. Hiſpani

ECCLESIA. Anni à Natiuitate Dom. an. 1551. Appellationes ad Pontif. Roman. prohibitæ. Inquiſitio in Germania, an. 1344. Sindo CHRISTI, an. 1451. SECVL. XII. Regni Manicongo converſio

in Comitijs Perpinianenſibus, abolitis æris & calendis, annos computare incipiunt à CHRISTI Natiuitate. Bonifacius IX. Vliſponenſem Metropolim Luſitaniæ facit. Pontificis Romani autoritas juridica in Angliæ Comitijs apud Weſtmonſterium habitis, imminuta. Wicleſiſtarum hæreſi apud Germanos ſenſim irrepente, Auguſtæ Vindelicorum Inquiſitio conſtituitur.

SINDONEM in qua CHRISTVS involutus fuerat, defert Camberium in Sabaudia Margarita Cœna è Regibus Hieroſolymitanis orta, atque Hectori Luſitano nupta; confugiens ad Ludovicum Sabaudiæ Ducem, Amedæi filium. Rutheni Polonicæ ditionis, ne Sedi Romanæ adhærerent, ad quod eos impellebat Lithuaniæ Dux, ad Moſchorum Imperatorem deficiunt vniverſi. Regnum Manicongo in Africa, Chriſtianam fidem amplectitur.

Iudæi facinus, an. 1510. Litteræ Syriacæ, an. 1515. Legatio Æthyopica, an. 1514. Rex Feſſæ convertitur, an. 1560.

In Marchia Brandeburgenſi, ſacrum *Euchariſtiæ* pignus à Iudæo lancinatum, manat ſanguine: & in flammas injectum, manet illæſum. Eapropter ſacrilegus crimem expiat vivi-comburio. Cæteri illo in Tractu Recutiti caſtigati, ſeptem à ſe Infantes acubus occiſos fatentur. Petrus Maronitarum Patriarcha, tres Legatos mittit ad Synodum Lateranenſem; ex quo litteræ Syriacæ Latinis innotuerunt. Adrianus VI. Pontif. Max. facultatem indulget Regibus Hiſpaniæ, eligendi Epiſcopos, vtque deinceps perpetim eſſent Magiſtri trium Militarium in eo Regno Ordinum. David *Abyſſinorum* Æthyopum Imperator, honorifica Legatione benedictionem Apoſtolicam & Sanctæ Sedi vnionem efflagitat. Rex Mauritaniæ in vrbe *Feſſa* cum magna ſuorum multitudine, abjecto Mahumetiſmo, Chriſtianiſmum ſuſcipit. Plures novi Epiſcopatus eriguntur in Belgio autoritate Pontificis, rogatu Philippi Hiſpaniarum Regis; Boſcoducenſis, Ruremundenſis, Gandavenſis, Levoardenſis. Abdiſu electus Patriarcha Civitatis Muzal in Aſſyria, Romam venit ad obtinendam confirmationem à Pio V. oblatâ formulâ fidei, per omnia Catholicâ-Romanâ.

Varia Concilia poſt Tridentinum, an. 1582. Legati è Iaponia, an. 1585. Muleij baptiſmus, an. 1593. S. Hyacinthi canonizatio, an. 1594.

SECVNDVM Generale Tridenti Concilium, plura tum Nationalia tum Provincialia vbiquè celebrata. Biennij itinere trium Iaponiæ Regum Legati Romam appulſi, vovent Pontifici Max. obedientiam. Iamque cœpit nova illic Eccleſia, iiſdem quibus primitiva modis ſuccreſcere. Muleius Xequus Feſſæ & Marochi Regis filius, obſes olim datus Sebaſtiano Portugalliæ Regi, poſtea apud Philippum Regem Hiſpaniarum educatus, baptiſatur in Cœnobio S. Laurentij. S. Hyacintus in Polonia Dominicanus, poſt obitus ſui annum triceſimum, à Clemento VIII. Sanctorum albo inſcribitur.

Colloquium in Germania. Concilia in German. an. 1548.

Colloquium Wormatiæ cœptum, continuatur Coloniæ; Præcipuis actoribus Ekio pro Catholicis, Melantone pro Lutheranis. Diſputatione ſatis, vt fit, fruſtraneâ, omnia remittuntur ad futurum Concilium. Imminutâ per hæreſes fide in Europa, augeſcit in alio Orbe. Franciſcus certè *Xaverius* ſolvens Vlyſſipone ſeptimo Aprilis, Pauli V. Legatus Orientalis Plagæ, novus evadit Apoſtolus. Frequentia interim Concilia celebrant Præſules Germani pro tuenda fide Catholica, diſciplinaque reparanda.

Tartari domiti & fidei ſubditi, an. 1551. Neſtorianorum reverſio ad fidem, an. 1552. Novum Teſtamentum Syriacum, an. 1555. Sanguis ex Hoſtia, an. 1550. Inquiſitio in Archiepiſcopum Toletan. an. 1576.

Ioannes Baſilius Moſchorum Magnus Dux, Cazanum Metropolim *Tartarorum Cazanenſium*, poſt ſeptennem annorum obſidionem expugnat, ſubactique Regni partem maximam inducit ad baptiſmum. Siud à *Neſtorianis* Aſſyriæ, & Perſidis electus Patriarcha vrbis Mozal ſeu Seleuciæ Parthorum, Romam venit à Pontifice conſecrandus: oblatâque ſuorum Epiſtolâ, quâ Romanum Pontificem vniverſi Orbis Epiſcopum agnoſcebant, ipſe anathema dixit *Neſtorio*, ejuſque erroribus ad pedes Pontificis. Viennæ in Auſtria, Novum-Teſtamentum lingua & charactere Syriacis primùm editum eſt operâ Moſis Mardeni Meſopotamij; quem eo fine Patriarcha Antiochenus, in Europam deſtinaverat ad Imperatorem Ferdinandum. Dum Aloyſius Lipomanus, Veronenſis Antiſtes, Legatus agit in Polonia; Iudæus emptam ab Ancillula, in ipſo Paſchate, *Sacram Hoſtiam* dirè lancinans, ſanguinis rivos elicit. Punitur ſacrilegus, Polonique omnes cum Rege Sigiſmundo, eo firmantur miraculo, in retinenda Catholica Communione ſub ſpecie panis vnica; cùm plerique Calicem Plebi porrigendum, ex ſeculi & hæreſeos genio clamitarent. Serpenti etiam apud ſe malo Hiſpania occurrit. Ipſe Bartholomæus Miranda, Toletanus ex Dominicano Archiepiſcopus, diu ab Inquiſitione in Hiſpania, dein Romæ maceratus; vix à Grego-

tio XIII. Monaſterio Minervæ redditur.

PROMISCVÆ.

PLVRES ſubinde & longinquæ *Legationes* diriguntur ad Summum Pontificem, pro exorandâ Eccleſiæ Communione. A Gabriële Alexandrino Patriarcha, ab Archiepiſcopo Livoniæ, ab Epiſcopis Ruthenorum. In perſecutione Iapponicâ ſub Rege Cabuncondone, plures inter Martyres, Franciſcani ſex Cruci ſuffiguntur. In India Orientali Concilio habito ab Archi-epiſcopo Goënſi, Georgius cum alijs pluribus Neſtorianis accedit fidei Orthodoxæ. Ibidem Rex Serræ-Leænæ, duo illius fratres, quattuorque Liberi Evangelio nomen dant. Paulus V. Pontif. Max. in Vrbe Craganor Sedem inſtituit Archiepiſcopalem, anno ſequente à Rege Congo Legationem accipit. Factitatum id quoque haud ita multò poſt à Rege Perſarum Xa-Abba, ab Idate in Iaponia Rege Voxuenſi. Item à Gabriële Gangrenſi Paphlagoniæ Epiſcopo.

Variæ Legationes Romam, *an.* 1595. *& ſeq.* Perſecutio Iapponica, *an.* 1597. Concilium Indicum, *an* 1599;

Exinde plures vbiquè terrarum fervent *Miſſiones*, ad fidem Evangelij inter remotiſſimas Gentes diſſeminandam. Eo in opere dignos ſe divini verbi Miniſtros præſtiterunt, ex omni Ordine Viri revera Apoſtolici; Carmelitæ, Auguſtiniani, Dominicani, Franciſcani. Equibus Coloniæ, fidei zelo migrant quotidiè in Indiam vtramque; Orientalem, & Occidentalem: inque Americam, Septentrionalem ac Meridionalem. Quàm verò felici proventu per Conciones, Catecheſes, virtutes; miracula, Martyria pullulet inibi vera ac ſincera ex antiquo ritu Chriſtianitas; non otioſè narrant annuæ, ab illis Propagatoribus, conſcriptæ *Relationes*. Quo quidem in opere habet imprimis Societas IESV, vnde meritò ſibi-met gratuletur. Neque interea ſteterunt otioſi, *Carmelitæ ex Obſervantia Redonenſi* Quo enim tempore, quibuſque vijs evocati paſſim fuerunt in Italiam, Germaniam, Belgium, ſexque alias in Gallia Provincias Carmeliticas, qui inſtaurandæ Regulari diſciplinæ incumberent: MISSIO quoque deſtinata fuit *in Americam*, cujus breve hîc compendium dari credo non invidebit niſi omnium præclarè geſtorum peſſimæ ac perennes Remoræ duæ; falſus zelus, & genuina invidia. Sic igitur Romam ſcribit ad Ordinis modò Generalem Marium Venturinum, *P. Ambroſius à S. Anna*, primus in hac Miſſione Evangelica collaborans. Acceptis à R. P. Leone vtpote Viſitatore Apoſtolico, Commiſſarioque Generali Leonis Bonfilij & Hippolyti Seiſoldi, ſolventes ſub finem Ianvarij à Portu San-Nazario ad Oſtia Ligeris irrumpentis in Oceanum; poſt quadraginta dierum navigationem, appulimus ad Inſulas in America Meridionali. Alter vtiquè *Orbis*; à noſtro Europæo per omnia diverſus. Cœlum nuſquam niſi calidum, annus vnius moris & genij, noctes & dies tantumnon æquales, terra ſemper vernans. Non frumentum, non vinum, non oleum: ſed arbores, fructus, piſces, aves, quadrupedes, medicamina alterius generis à noſtratibus. Tam mira quàm facilis vbertas Petuni, Zinziberis, præcipuè Saccari: altilium terrâ, marique plurimorum. *Gens* ipſa tota agreſtis, & ſylvatica; ſine DEO, ſine Lege, ſine Rege. Indoles tamen non prorſus immitis aut effera, longéque facilior manſueſcere quàm Nigridarum; qui ex Chami maledictione toti videntur, Pecudum inſtar, ad ſervitutem nati. Prima Navigationis meta deſtinabatur *Granata*, Inſula digna quæ colatur. Verùm Gallis illic nuper occiſis ab Inſularibus, & diſſidijs inter ipſoſmet Gallos atrocibus, hæſimus in *Martinica*; vbi primitiæ fuerunt, plures à nobis ſacris vndis regenerati. Evocatis inde à Prorege Poinciæo Equiti Melitenſi, in Inſulam *S. Chriſtophori*, quam habet egregiè munitam; grandis fuit labor totos quattuor menſes curare Ægrotos, quos plures meſſuit lues peſtifera. Atque ibi primus nobis donatur Conventus à nobili Matrona Caletiana. Proregis juſſu coloniam deduximus in Inſulam *S Bartholomæi*, Incolis planè vacuam. Ibique in rupe reperta è ligno ſtatua eſt, inter oſſa cadaverum quamplurima. Sacello mox exſtructo Miſſam fecimus, nuſquam antea illic celebratam. Idem obtigit in *S. Martini*, quam paulo ante penitus deſeruerant præſidiarij Milites Hiſpani. Luſtravimus & alias vicinas; *Martinetam*, *Guadaloupam*, *Mariam-Galandam*, &c. Vbiquè non mediocriter deſudatum. Sed & animum, fateor, & Zelum auxere felices à DEO ſucceſſus. Ab eo ſiquidem tempore pluſquam ter mille Indi, Turcæ, Arabes, Nigrides, *Afri*, Guinæi, Sylvatici, per me ſacro fonte *baptiſati*. Vltra centum *Hæretici*,

Variæ Miſſiones in vtroquè Orbe.

Matth. 10.

Carmelitæ in America, *an.* 1646.

Cœli & ſoli temperies.

Incolarum genius & indoles.

Geneſ. 9.

Variæ Inſulæ.

Plures baptiſantur.

quorum in illis Inſulis plures catervæ è Gallis, Anglis & Batavis, ad Eccle-
ECCLESIA ſiæ Catholicæ-Romanæ gremium revocati. Neque minora à noſtris *Socijs* per
DEI gratiam effecta. Sanctiſſimoque operi inſudant quotidiè PP. Coſmas,
Angelus, Ioannes à Cruce, &c. Maurillius, à quo & plena *Relatio* evulgata eſt.
Athanaſius & Ioſephus, cœlo & ſolo ferendo non fuerunt. Albinus & Iaco-
Philipp. 3. bus, brevi vocati ſunt ad bravium ſupernæ vocationis. F. Leo dum repetit In-
ſulas, cum quinque è noſtris; opem ferens Ægrotis in mari, & ipſe letali morbo
abripitur. Thomas itidem Laicus, ſatagit validè circa frequens miniſterium.
Luc. 10. Iamque illis in Inſulis habemus per publica inſtrumenta *Conventus* quattuor,
multóque plures offeruntur quotidiè. Revera enim meſſis multa, illique
Matth. 9. vtinam reſponderet Operariorum multitudo! Quàm enim dolendum tot
Ethnicos ſine Evangelio, tot Chriſtianos ſine fide, tot Catholicos ſine Sacra-
cramentis de æterna ſalute periclitari. Quid verò & Sacerdote, & Religioſo
2. *Cor.* 12. homine dignius; quàm impendi & ſuperimpendi, pro DEI gloria & CHRISTI
Evangelio, per Cathecheſes, Conciones, Miſſarum ſacrificia, Sacramentorum
adminiſtrationem? Sed malùm! Parvuli panem efflagitant, vixque reperitur qui
Thren. 4. per dura & aſpera frangere ſuſtineat.

NEQVE interim Novo Orbi cedit vetus & Arctous. Nam & dum iſta præ-
lo committimus, lætatur Mater Eccleſia de rara, vixque Poſteris credenda
Reginæ Sueciæ ad fidem Orthodoxam converſione. Illa nimirum Guſtavi Re-
gis bellica virtute famoſiſſimi filia & hæres, omnigenâ eruditione nulliſque
non virtutibus longè ſupra ſexum eminens; Deboras, Iuditas, Eſteres: Pau-
las, Brigittas, Elizabetas aut æquavit aut ſuperavit. Gratiæ miraculum quis
neget? Auguſta princeps in flore ætatis, tota ſtupente Europâ, abdicatis
Chriſtina Sueciæ Regina ad fidem convertitur. ſceptro & coronâ, Lutheranâ hæreſi Oeniponti ejeratâ: votis ac votivis apud
Divam Lauretanam nuncupatis, illuſtri peregrinatione Romam acceſſit. Illic
ab ALEXANDRO VII. Pontif. Max. tantæ Spiritalis Filiæ Patre digniſſimo, in Sa-
In ipſo Chriſti natalitio, an. 1655. cramento Confirmationis præter primævum CHRISTINÆ nomen, Mariæ-
Alexandræ titulis aucta, ſacrâque ſynaxi manu Pontificis donata; lætos inter
plauſus fidei Catholicæ Romanæ trophæum erexit & ſaluti, & æternitati du-
raturum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SELECTA


82
83
Britannicus
Oceanus
Augusta Treviror.
Norman
Minor Britannia.
Cenoma
Andegavi
Ligeris Fl.
Vesuntio.
Picton
Delineatio
Archiepiscopatuum
XV.
Episcopatuum
CIV.
Eccleſiæ.
Gallo-Franciæ.
Chriſtianiſſimæ.
Delphinatu
Alpes Montes
J.Picard Excud.
Cum Privileg. Reg.
an. 1656.
Montes Piren
Oceanus Aquitanicus
Mediterra: nei pars.
Notitia 83

NOTITIA ARCHIEPISCOPATVVM, ET EPISCOPATVVM GALLIÆ; PROVT RECENSENTVR IN SEQVENTI HISTORIA-CHRONOLOGICA.

PRIMA METROPOLIS Franciæ, propriè dictæ, avulſa nuper à Senonenſi, quæ erat Lugdunenſis Quarta; I. Metropolis Franciæ Lutetia.

A

PARISIENSIS.

Sub qua:
1 Meldunenſis.
2 Carnutenſis.
3 Aurelianenſis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

B

SECVNDA; TVRONENSIS, quæ erat Lugdunenſis Tertia; II. Turonus.

Sub qua:
4 Cenomanenſis. 5 Andegavenſis.
6 Rhedonenſis. 7 Dolenſis. 8 S. Maclovij.
9 Briocenſis. 10 Trecoricenſis. 11 Leonenſis.
12 Coriſopitenſis. 13 Venetenſis. 14 Nannetenſis.

C

III. Bituric. TERTIA; BITVRICENSIS, quæ erat Aquitanica Prima, Primatialis ſimulque Patriarchalis;

Sub qua:
15 Lemovicenſis.
16 Tutelenſis.
17 Claromontanus, ſeu
18 Arvernenſis.
Carducenſis.
19 S. Flori.
20 Podienſis.
21 Mimatenſis.
22 Ruthenenſis.
23 Vabrenſis.
24 Albienſis.
25 Caſtrenſis.

D

IV. Burdigala. QVARTA; BVRDIGALENSIS, quæ erat Aquitanica Secunda: cujus etiam Antiſtes Primatem ſe inſcribit, Bituricenſi tamen olim ſubditus.

Sub ea:
26 Santonenſis.
27 Rupellenſis.
28 Lucionenſis.
29 Pictavienſis.
30 Engoliſmenſis.
31 Sarlatenſis.
32 Petracoricenſis.
33 Aginnenſis.
34 Condomenſis.

E

V. Vaſconia. QVINTA; AVXITANA, nata ex antiquæ Eleuſæ ruinis: quæ erat Aquitanica Tertia, Novempopulana, ſeu Vaſconia; dicta etiam quandoque, Viennenſis Octava.

Sub ea:
35 Lectorienſis.
36 Vaſatenſis.
37 Adurenſis.
38 Aquenſis.
39 Baïonenſis.
40 Oleronenſis.
41 Leſcarienſis.
42 Tarbienſis.
43 Convenenſis.
44 Conſeranenſis.

F

VI. Toloſa. SEXTA; TOLOSANA, quæ olim vna ex duabus Narbonenſis Primæ;

Sub qua:
45 Vaurenſis.
46 Mont-Albanenſis.
47 Lombarienſis.
48 S. Papuli.
49 Mirapicenſis.
50 Rivenſis.
51 Apamienſis.

G

VII. Narbona. SEPTIMA; NARBONENSIS, quæ erat Narbonenſis Prima: cujus & Præſul Gaſconiæ Archiepiſcopus, & Gothiæ Primas appellabatur.

Sub ea modò:
52 Biterenſis.
53 Alectenſis.
54 Carcaſſonenſis.
55 S. Pontij Tomeriarum.
56 Lodevenſis.
57 Agathenſis.
58 Mons-Peſſulanenſis.
59 Nemauſenſis.
60 Vceticenſis.

H

OCTAVA; Arelatenſis, quæ olim Viennenſis Secunda, Galliarum antiquiſſima, diu Burgundici Regni caput, cujus Archi-Præſul, ordinarius erat Apoſtolicæ Sedis Legatus. Continebat olim Avenionenſem, cui jam Metropoli ſubjacent *Cavellicenſis*, *Carpentoractenſis*, *Vaſionenſis ditionis Pontificiæ.* VIII. Arelate.

Nunc igitur ſub Arelatenſi { 61 Maſſilienſis. 62 Tolonenſis. 63 Arauſienſis. 64 Tricaſtinenſis.

I

NONA Aqvenſis, quæ olim Narbonenſis Secunda, aliquandò etiam Viennenſis; IX. Aquæ Sextiæ.

Sub qua { 65 Forojulienſis. 66 Regenſis. 67 Aptenſis. 68 Siſteronienſis. 69 Vapincenſis.

K

DECIMA; Ebrodvnenſis, quæ olim Viennenſis Quarta; X. Ebrodunum.

Sub qua { 70 Dinienſis. 71 Senetenſis. 72 Ventienſis. 73 Graſſenſis. 74 Glandevenſis.
Nicienſis modò ditionis eſt Pedemontanæ.

L

VNDECIMA; Viennenſis, quæ olim Maxima Sedes Galliarum: illiuſque Præſul Primas Primatum, diuque Burgundiæ Regni Archicancellarius. Sub ea olim *Genevenſis* & *Maurianenſis*, hodiè Sabaudi ambo. XI. Vienna.

Nunc { 75 Vivarienſis. 76 Valentinenſis-77 Dienſis vniti. 78 Gratianopolitanus.

M

DVODECIMA; Lvgdvnenſis Prima, Prima Sedes Galliarum; XII. Lugdunum.

Sub qua { 79 Matiſconenſis. 80 Cabilonenſis. 81 Auguſtodunenſis. 82 Lingonenſis.

N

DECIMA-TERTIA; Senonenſis, quæ olim Lugdunenſis Quarta; cujus Præſul dicebatur Franciæ Archiepiſcopus, hodiéque XIII. Senonum.

Primas Galliarum & Germaniæ; avulſis tribus pro Pariſienſi,

reſtant { 83 Antiſſiodorenſis. 84 Nivernenſis. 85 Trecenſis.

O

XIV. Remi. DECIMA-QVARTA; Remensis, etiam Primatialis;

Sub qua { 86 Catalaunenſis. 87 Sylvanectenſis. 88 Bellovacenſis. 89 Sueſſionenſis. 90 Laudunenſis. 91 Noviodunenſis. 92 Ambianenſis. 93 Bononienſis.

P

XV. Rothomagus. DECIMA-QVINTA; Rothomagensis; quæ olim Lugdunenſis Secunda, Primatiâ Nueſtriæ gaudens;

Sub qua { 94 Lexovienſis. 95 Bajocenſis. 96 Conſtantienſis. 97 Abrincenſis. 98 Sagienſis. 99 Ebroicenſis.

Eccleſiæ inſuper Gallicanæ inſerti, & per Regum noſtrorum pacta aut Victorias

Aſſerti { 100 Metenſis, 101 Verdunenſis, 102 Tullenſis, { Avulſi à Trevirenſi. 103 Atrebatenſis, { Vnitus olim Cameracenſi. 104 Bellincenſis, { Archiepiſcopatus Veſuntini.

Quo quidem ex Diagrammate liquidò conſtat in Eccleſia jam Gallicana-Chriſtianiſſima, ad Regis *nominationem* pertinere Archiepiſcopatus quindecim, Epiſcopatus quattuor ſupra centum. In quorum vnoquoque dabo, conſequenti ſerie, quæ occurrere potuerunt Selectiora. Si qui prætermiſſos ſe conquerunitur, præcedentes Catalogos accuſent: vel ſuam fortè ſocordiam, qui ſua aut colligere, aut mittere flocci pendunt.

SELECTA

SELECTA ECCLESIÆ In Gallo-Francia-Chriſtianiſſimæ.

TITVLVS XVII. *Archi-Epiſcopatus Pariſienſis, cum Suffraganeis III.*

Eccleſiæ Gallicanæ prærogativæ.

NVMEROSAS illius dotes raraque ſuper cæteras privilegia, recenſere, nequaquam aggredior. Nulla certè hactenùs, ſi Romanam excipias, diutiùs perſeveravit, aut magis illibata. Caruit quippè monſtris ad vſque Calvini portenta. Viros verò extulit omni tum doctrinâ, tum ſanctimoniâ conſpicuos: frequentibuſque Concilijs nihil omiſit in pangendis fide, diſciplina, præclariſque ad mores inſtitutis. Potiora de more perſtringam,

——— *Summa ſequens faſtigia rerum.*

Ordo hujus Tractatus.

Eccleſiæ Gallicanæ amplitudo.

Nec alius mihi *ordo*, quàm Archiepiſcopatuum, ducto à Pariſienſi initio alijſque deinceps in orbem perluſtratis, ſubjunctis vnicuique ſuis Suffraganeis. Itavt in *Gallo-Francia*, quo cenſu ſe habet modò, numerentur Archiepiſcopatus quindecim, inter quos quinque Patriarchali titulo fulgent. Epiſcopatus Centum. Abbatiæ, amplius 500. Prioratus 12400. Parœciæ 140000. Cœnobia vtriuſque ſexus, 14077. Capellæ 152000: Præceptoriæ Melitenſes 256. Oratoria innumera. Tanto demùm proventu, vt ſumma annui reditus ſuperet 92000000 milliones aureos.

1. Epiſcopus S. Dionyſius, *an.* 98. *Actor.* 17.

S. Denys de la Chartre.

Mons Martyrum.

Primo Monachis, *an.* 1137.

Crypta ſubterraneam, *an.* 1611.

GENERATIM celebratur Galliarum Apoſtolus *Dionyſius Areopagites*, quidquid cavillentur Momi & Ariſtarchi. Athenis, vbi fidem ſuſcepit ex ore Pauli prædicantis, miſſus à Clemente in Gallias; Lutetiæ duos ſupra viginti annos, primus Præſul docuit Evangelium: meruitque proptereà jam grandævus, cum ſocijs duobus Ruſtico & Eleutherio, Martyrio coronari. Carcer Proto-Apoſtoli juxta & Martyris, in Civitatis meditullio ad Pontem Virgineum, Oratorio cognomine honoratur. Locus ſupplicij gemino ab vrbe lapide, *Mons* idcircò *Martyrum* appellatur. Martem illic, aut Mercurium (forſan vtrumque) cultos olim vetus traditio eſt. In collis jugo Eccleſiam à Philippo I. Monachis S. Martini de Campis conceſſam receperunt Ludovicus Craſſus, vxorque Adelais; vbi & Monaſterium extruxerunt Virginibus Benedictinis, cujus Eccleſiam conſecravit Eugenius III. præſente ac miniſtrante D. Bernardo. Modò geminum viſitur Parthenæum intra idem pomœrium. Alterum ſcilicet ſuperinductum in declivio montis, vbi percuſſi fuere Beati Confeſſores. Novi Ædificij cauſa recens. Dum enim ad amplificandum vetus ibi Oratorium, tellus effoditur; rudera inter & ſpineta *Crypta* apparuit ſubterranea, pluribus antiquæ fidei Chriſtianæ-Catholicæ titulis veneranda. Ad milliaria duo ſecundùm Sequanæ fluenta, caput amputatum proprijs manibus geſtavit Dionyſius: depoſuitque in ſinu Catulæ viduæ ſanctiſſimæ, cujus ædicula in Martyrium, retenta berili nomenclaturâ, converſa eſt. Hujus deinceps Oratorij Catulliani reparatrix Clotildis Regina, cum virgine Genovefa. Tandem duplici miraculo cœleſtique monitu ſollicitatus Rex Dagobertus, *Monaſterium* exorſus eſt; quo nihil in tota Chriſtianitate aut ſanctius, aut opulentius. Vicus inde Catuliacus in Oppidum evaſit. Ibi ſacra Dionyſij & Sociorum cadavera reperta primùm, dein & recognita. Ibi Reliquiarum theſaurus quotidiè viſitur à Peregrinis, verè Regius. Ibi Regum Mauſolea tam varia, quàm magnifica. Ibi magni Viri floruerunt innumeri. Præcipui Abbates Hilduinus, qui Areopagitica obtulit Ludovico Pio. Sugerius, cujus nomen plenum Elogium eſt: cuique poſt Dagoberti effuſam magnificentiam, nihil non debet Regium S. Dionyſij Monaſterium.

Monaſterium & Oppidum S. Dionyſij, *an.* 536.

Hilduinus.

Sugerius, *an.* 1152.

Concilium Pariſ. I. *an.* 362.

IAM verò Dionyſij in Epiſcopatu Pariſienſi *Succeſſores* eminent Victorinus, qui Concilijs Sirmienſi & Agrippinenſi ſubſcripſiſſe reperitur. Neque ita multò poſt Lutetiæ collecta Synodus ex Epiſcopis Gallicanis, formulam Fidei

ECCLESIA GALLICANA.

Ariminenſem, in qua nomen ὐσίας omittebatur, damnat: Saturninum Arelatenſem, ex Arianorum Coriphæis vnum, deponit. Synodica autem Epiſtola, hujuſmodi coronide inſignitur. Explicit *Fides Catholica apud Pariſium civitatem, ab Epiſcopis Gallicanis ad Orientales Epiſcopos.*

S. Marcellus, *an.* 434.
S Germanus Genovefam ſacrat, *an.*

Sequenti ſeculo magnum nomen habuit *S. Marcellus*, quem in vita Fortunatus vocat *Civem Paradiſi.* Sedente Flaviano S. Germanus Autiſſiodorenſis, vnà cum S. Lupo Trecenſi, in Angliam dum pergit ad profligandam Palagianorum bæreſim, Lutetiâ tranſiens; *Genovefam* Nemethodori puellam paſtoritiam, CHRISTO deſponſavit. Poſtmodum inſtantibus Clotilde Regina, ſimulque Genovefa virgine, Clodovæus extra muros erexit Eccleſiam; quam à S. Remigio, SS. Apoſtolis Petro & Paulo voluit nuncupari.

Eccleſia S. Genovefæ, *an.* 500.

Iuſſu deinceps Papæ Eugenij III. qui Italiâ fugiens illic demorabatur, & Ludovici VII. eam habitare cœperunt Canonici Regulares è Cœnobio S. Victoris accerſiti. Exinde induit nomen Abbatiæ S. Genovefæ de Monte, quæ per continua Miracula Lutetiæ Tutelaris eſt.

Abbatia S. Genovefæ, *an.* 548.

Multa habet rara, variaque inter Epitaphia, iſtud olim dignum notatu. *Hic eſt illuſtriſſimus Rex Ludovicus, qui & Clodoveus ante baptiſmum eſt dictus, Francorum Rex quintus, ſed verius fortè, primus Chriſtianus. Qui ab Anaſtaſio Imperatore, Conſul & Auguſtus eſt creatus. Hunc Sanctus Remigius baptiſavit, & in baptiſmate ejus Angelus Ampullam Sacri Chriſmatis detulit. Vi Aquitaniâ Arianos expulit, & totam illam terram, vſque ad montes Pyreneos, ſubjugavit. Huic per Viennam fluvium, Cervus miræ magnitudinis viam oſtendit, per quam Rex ac Milites vadum tranſierunt: & in ejus adventu, muri Angoliſmæ civitatis corruerunt. Alemanniam, Toringiam & Burgundiam tributarias fecit: & terram adjacentem tranſivit. Pariſijs Sedem regni conſtituit, Eccleſiam iſtam fundavit in honore Apoſtolorum Petri & Pauli; monitis ſanctiſſimæ, & non ſatis commendandæ Clotildis vxoris ſuæ, & Beatæ Genovefæ, quam Sanctus Remigius dedicavit: in qua, poſt laudabilia opera, Rex ſepultus eſt, à quatuor filijs ſuis Regibus; Theodorico, Clodomiro, Childeberto & Clotario. Anno Domini 513. regni ſui 30.* Inſtauratorem habuit inſigne iſtud Cænobium, tum in temporalibus, tum vel maximè in ſpiritalibus, nunquam ſatis laudatum Franciſcum Cardinalem Rupifucaldium. Ejuſdem Genovefæ hortatu fundavit Clodovæi filius Childebertus Eccleſiam in ſubvrbio, quam propter aſportatas ex Hiſpaniâ Reliquias, S. Vincentio dedicavit.

Abbatia S. Germani de Pratis.

Modò *Abbatia dicitur S. Germani* Pratenſis, pluribus privilegijs, immunitatibus, monumentis, magnis Viris decorata.

Idololatria deleta,

Publicata tunc fuit Epiſtola *Clementiſſimi & Beati Regis Childeberti*, pro abolendis reliquijs Idololatriæ, & ſacrorum dierum feſtivitatibus caſtè celebrandis. Sub finem ſeculi, Epiſcopi Galliæ omnes per Synodicam Epiſtolam Leoni Pontif. Max. gratulantes de eâ quam ipſe ſcripſerat ad Flavianum Conſtantinopolitanum de Incarnationis Sacramento; *Romam Sedem agnoſcunt doctrinæ Apoſtolicæ, vnde noſtræ Religionis fons & origo manavit.*

S. Germanus, *an.* 559.

Saphorato per Concilium Pariſienſe depoſito, poſt Euſebium ſuffectus eſt *Germanus*, Auguſto-duni oriundus; tanti vir nominis ac meriti, vt Chilpericus Rex Epitaphio verſibus à ſe conſcripto, ejus memoriæ parentarit. Eſtque Eccleſia Canonicorum Luparæ ac Regis parœcia, illius elogio clara.

Concil II. Pariſ., *an.* 562.

Concilium Pariſijs celebratum, procurante Rege Clothario; Epiſcopalia jura ſancit, Iudæis adverſus Chriſtianos actiones interdicit. Sub Audoberto Præſule in Caſtro olim Bagaudarum, quod præſidium erat à Cæſare munitiſſimum, Blidegiſillus Diaconus Eccleſiæ Pariſienſis Monaſterium condidit Benedictinum, in honorem Deiparæ, Beatiſſimorumque Apoſtolorum Petri & Pauli.

Abbatia S. Mauri Foſſatenſis, *an.* 645.
Tranſlatæ Reliquiæ, *an* 868.

Vocatur modò, *S. Mauri Foſſatenſis*; quoniam vaſtantibus omnia Normannis, Sancti hujus Reliquiæ eò tranſlatæ ſunt ex Cænobio cognomine ad Ligerim, non procul Salmurio. Verùm ſub Franciſco I. ſubſtitutis Canonicis, proventu Abbatiæ aucta fuit Menſa Epiſcopalis. Locus ſacer magna Plebis devotione, ſacris Reliquijs, frequentibuſque miraculis decoratur. S. Ceraunus Epiſcopus XXV. rarâ virtutis famâ, ſepulturam meruit ad latus lævum S. Genovefæ. Autor apud Surium hiſtoriæ de Tergeminis Lingonenſibus, eam dum Cerauno dedicat; Papam illum appellat, titulo tunc nonniſi ſanctioribus Epiſcopis reſervato.

ARCHI-EPISCOPAT. PARISIENS.

S. Landericus in Cætu Clyppiaco, S. Dionyſij Monaſterium ab Epiſcopi jurisdictione facit immune. Eadem immunitas confirmarur in Concilio Namnetenſi, ad poſtulationem Chludovij Regis, ideſt Clodovæi II. Idem Noſocomium inſtituit, ex veteri ritu juxta primariam Eccleſiam. Vxor Clodovæi II. Bathildis quatuor à Lutetia leucis haud procul Matronâ, Abbatiam fundat, in qua & ipſa Monialis devixit. De Cala ſeu de Scala nuncupatur, quia paulò ante obitum vidit ſanctiſſima Regina-Monialis, ſe per ſcalæ gradus à terra in cœlum pertingentis, ab Angelis evehi.

Concilium Clippiacum, *an.* 650.
Namneticum, *an.* 662.
Abbatia Calenſis, *an.* 662.

Pipinus ſub novi regni exordia, *Concilium* celebrat in Palatio, cui nomen Vermeria; vbi multa decernuntur, quæ matrimoniorum reſolutionem temporibus illis non adeò difficilem fuiſſe commonſtrant. Concilium Vernenſe, (Palatium quoque eſt) jubet Epiſcopos per ſingulas civitates eſſe: duas Synodos ſingulis annis celebrari, Epiſcopos vagantes non celebrare, Nuptias publicè fieri; Eccleſiam Epiſcopo vltra tres menſes non vacare, telones à peregrinis non exigi.

Concil um Vermerienſe, *an.* 752.
Vernenſe, *an.* 755.

Græcus Imperator Copronymus in Galliam Legatos mittit, qui organa muſica Galliæ hactenus ignota, munus detulerunt Regi, eumque de cultu Imaginum conſuluerunt. Inde actum in Concilio *Gentiliaco* de Imaginum cultu, deque proceſſione Spiritus Sancti adverſus Græcos. Additumque propterea Symbolis Nicæno & Conſtantinopolitano, à Patre, *Filioque* procedit. Quæ plagula Græcorum mentes non mediocriter exulceravit. Sub Deodefrido Præſule Carolus M. prima *Pariſienſis Academiæ* jecit fundamenta. Sub Erkanrado, qui adfuerunt Collationi Pariſienſi de cultu Imaginum, perperam interpreтati ſcripta à Gregorio M. non ſatis cohærent cum ſeptima Synodo Oecumenica. *Concilium* Pariſienſe VI. multâ doctrinâ, ſanctiſſimis decretis, tribus Libris diſtinctum; circa res Eccleſiaſticas, Regis, Principum, Plebiſque officia.

Concilium Gentiliacum, *an.* 767.
Academia, *an.* 792.
Collatio Pariſienſis, *an.* 825.
Concilium VI. *an.* 830.

PER id tempus, juſſu Imperatorum ac Regum, celebrata paſſim vbique Concilia. Arelate, Moguntiæ, Remis, Turonibus, Cabilone: præclaréque ſancita quàm plurima tam circa doctrinam & diſciplinam, quàm circa mores. Poſt quas Synodos nova Capitularia cudebantur. Sanctiones verò illas latiùs, multaque cum eruditione explicat *Concilium Aquiſgranenſe*, poſt quod ſuum Eticum Capitulare edidit Ludovicus Pius. Sub eo etiam celebratus Aquiſgrani, *Conventus Abbatum* Franciæ cum Monachis ſuis; vbi omnia ad monaſticam diſciplinam, religioſe ſancita. Exinde Congregata à Ludovico Concilia in quattuor Imperij partibus.

Concilia frequentia.
Conventus Monachorum, *an.* 817.

Ingelmo Antiſtiti, Archi-Cancellario, eidemque Archi-Capellano Carolus Imper. filij Ludovici curam committit. Gaufredo, ſeu Iofredo Epiſcopo, Philippi Regis Cancellario, nec non Godofredi Bullonij patruo, non ſemel ſcribit Gregorius Pontif. Max. Gallo ex Abbate S. Quintini, Synodalia Statuta edidit: primus ex Pariſienſi Epiſcopo Cardinalis memoratur, idemque Sanctæ Sedis Legatus. Sub Stephano, ex Regia Proſapia & Cancellarij dignitate Epiſcopo, Innocentius II. in Gallias fugit, extititque miraculum *S. Genovefæ Ardentium.* Laborabat paſſim Lutetia morbo incurabili, quo ægrotantium viſcera exardebant. Tentatâ incaſsùm omni arte medicâ, ad Numen confugiunt Pariſienſes. Sanctiſſimæ Patronæ Capſula, vt fit, publicâ ſupplicatione defertur ad Templum Deiparæ; in cujus atrijs dum tranſit ſacrum pignus, morbus deferveſcit, ægroti ſanantur. Vicinus Prioratus vbi frequenter preces vivens fundebat Genovefa, reparatur, atque à miraculo traxit nomen. Porrò Stephanus vivere deſinens ſepelitur ad S. Victorem, quod Monaſterium pluribus incrementis adauxit. Vbi nempe vetus olim Capella *S. Victoris* in ſuburbio Pariſienſi, Wuilelmus de Campellis Pariſienſis Archidiaconus, aſſumens habitum Canonici Regularis, Monaſterium ædificavit; quod à Ludovico Craſſo inſigniter locupletatum, Abbatia modò eſt celeberrima. Ex ea ſcilicet prodiere Cardinales VII. Archi-epiſcopi II. Epiſcopi VI. Viri per omnia Magni; Archardus, cujus liber eſt, Tentator CHRISTI. Hugo, Richardus, & Adamus à S. Victore, Petrus Comeſtor. Arnulphus, abdicato Epiſcopatu poſt annos quadraginta. Mauritius, & ipſe antea Pariſienſis Epiſcopus. Gofridus itidem Epiſcopus Meldenſis. Habet monumenta magnifica quàm plu-

Miraculum S. Genovefæ de Ardentibus, *an.* 1130.
Abbatia S. Victoris Suburbicanij, *an.* 1113.

rima, Bibliothecam verò paucis comparandam.

Ecclesia Gallicana.

Petrus Lombardus, ex reſignatione Philippi, Franciæ Regis filij.

Petrus Lombardus ex Italia Novarienſis, ſuo nomine, ſuoque Epitaphio in Æde S. Marcelli nulli non notus. *Hic jacet Magiſter Petrus Lombardus, Pariſienſis Epiſcopus, qui compoſuit Librum Sententiarum, Gloſſas Pſalmorum, & Epiſtolarum.* Lombardo poſt biennium, ſucceſſit Mauricius de Soliaco; qui ex obſcuro genere & Theologiæ prælectore aſſumptus, Philippum Auguſtum ſacro fonti intinxit; cujus Suſceptores fuere Abbates tres, Hugo S. Germani, Herveus S. Victoris, Odo S. Genovefæ. Templum Cathedrale ſub auſpicijs Divæ Virginis inchoavit, Epiſcopium à fundamentis reparavit. Apud S. Victorem ſepelitur. Illo, dum obit renunciante, ſublectus eſt Odo de Soliaco; nobili proſapiâ, & effuſâ in pauperes liberalitate clarus.

Abbatia S. Antonij, inchoata, an. 1181. Regularis, an. 1196.

Ad eum frequentes extant Epiſtolæ Innocentij III. Moniales S. *Antonij de Campis*, Ciſtercienſibus addixit occaſione neutiquam reticendâ. Erat antea in vicino vrbi nemore, Congregatio Pœnitentium vtriuſque ſexus. Initium dederat viſus illic veſte Eremiticâ, lapideſque velut ad ædificium comportans S. Antonius, à duobus Cardinalibus à Pontif. Max. Legatis Lutetiam, ad ſedandos tumultus Cives inter & Scholaſticos. Opus pietatis promoverunt imprimis Hugo & Petrus, Abbates San-Dionyſiani. Verùm auctis mox, vt ſolet, cum multitudine corruptelis, eum in locum vocantur Moniales ex D. Bernardi inſtituto.

Dominicani, an. 1218.

Epiſcopus LXXII. Petrus II. Gualterij Franciæ Cancellarij filius, frater Stephani Noviomenſis Epiſcopi & Guillelmi Meldenſis. Oratorium *S. Ioannis de Gravia*, in Parœciam commutavit; cujus olim Paſtor Ioannes ille *Gerſonius*, pietate & doctrinâ clarus. Sub id tempus Lutetiam Miſſi à S. Dominico Sodales ſeptem, contra Albigenſium hæreſim concionaturi; donantur Capellâ & domo S. Iacobi, vnde & illis nomen. Monaſterium & Eccleſia variè amplificata, clariſſimis ſepulcris illuſtrantur: Scholæ Alberto M. D. Thoma, Durando, alijſque Theologiæ coryphæis. Per id tempus dogmata Almarici Carnotenſis damnantur, Metaphyſica Ariſtotelis exuritur. Guillelmi II. de Siligniaco, antea Antiſſiodorenſis, *Summa* extat Theologica; vbi privatâ opinione, merita Fidei magis tribuit quàm Charitati.

Libri Metaphyſicor. Ariſtotel. exuſti Summa Guilelmi.

Guilelmus Alvern. an. 1243.

Guilelmus III. Alvernus, ingenij, ſcriptorumque vbertate nulli comparandus; errores plures in doctrina caſtigavit, Beneficiorum pluralitatem ſub letali peccato damnari curavit. Baſilicam S. Antonij Campeſtris, de qua paulo ante, præſente Ludovico Rege conſecravit: Sorbonæ Collegium à Roberto inſtitui approbavit, Comitem Toloſanum ad fores Eccleſiæ abjurata hæreſi pœnitentem excepit. Receptos jam annis ante aliquot in Vrbe Franciſcanos ſtabilivit in eo quem habitant loco; ante incendium monumentis decorum. Rem indicat appenſa ſupra limen Tabella Marmorea. *Beatæ memoriæ Ludovico nono Rege, Templum hoc ante annos trecentos quinquaginta conſtructum, tùm anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo decimo tertio Calendas Decembris, exorto non ſatis cognitâ vi incendio, penitus conflagraſſet: Henrici III. liberalitate, ac votivis Piorum largitionibus, curante Chriſtophoro Thuano Ampliſſimi Ordinis Præſide-Primario, inſtaurari cœptum eſt. Dein bello longè latèque graſſante, opus diu intermiſſum. Recepta urbe & belli tumultu ſedato, Henrici quarti munificentiâ, ac religioſiſſimi Populi Pariſienſis erogationibus, curante Iacobo Auguſto Thuano Chriſtophori filio, omnino conſummatum eſt. Anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo ſexto.*

Franciſcanorum Conventus Lutetiæ.

Reparatur, an. 1606.

Guillelmi ſucceſſor Gilbertus de Caſtro Theodorici, S. Ludovico Belli-Sacri vexillum dedit: Magnum *Auguſtinianis* Conventum, ad Sequanæ littus curavit ædificari. Sub ejus etiam ſucceſſore Reginaldo de Corbolio instituti à S. Ludovico *Carthuſiani* in valle viridi, ſuburbium nunc eſt S. Michaëlis. Itidemque *Carmelitæ*, ab ipſomet Rege è Paleſtina Lutetiam advecti. Prima illis ſtatio, vbi nunc Celeſtini, ad Sequanæ ripam. Altera modò in Platea Maubertina, munificentiâ Ioannæ Reginæ vxoris Philippi Longi. Blancha Regis mater, ſepelitur in Eccleſia Malodunii ad Pontiſaram; quam Abbatiam Puellis Ciſtercienſibus extruxerat, vbi & religioſum ſchema induit. Reginaldi in S. Victore tumulati, epitaphium tam acutè quàm verè concludit;

Conventus Auguſtinianorum.

Carthuſiani Lutetiæ inſtituti. Carmelitæ, an. 1257.

Mors eſt certa, brevis gloria, vita nihil.

Defuncti animam Cœlo recipi à ſe viſam, aſſeveravit Odo Epiſcopus Bajocenſis. Ejus ſucceſſorem Stephanum II. natum Aurelijs, teſtamenti ſui executorem deſignavit S. Ludovicus. Cujus etiam cenſura adverſus errores celebris manet inter Eruditos. Sublectus Rainulphus *Conceptionem* B. V. Mariæ ſolemni ritu celebrari inſtituit, pluribuſque beneficijs Eccleſiam Pariſienſem cumulavit. In Demortui locum cunctorum votis expetitus Ioannes de Allodijs, Cancellarius Eccleſiæ Pariſienſis, fugit ad Dominicanos. Sub Stephano III. Cœnobium *Cæleſtinorum* inchoat Iacobus Marcellus, Civis Pariſienſis, quod deinde abſolvit Carolus V. locupletat Ludovicus Dux Aurelianenſis, ornant ſepulchra magnificentiſſima. Sub Hugone Bizuntio acriter ſubinde ac fœliciter contra *Petrum Cunerium* pugnatum à Bertrando Auguſto-dunenſi Epiſcopo, exinde Cardinali, pro juriſdictione Eccleſiaſtica, pro qua pronuncians Philippus VI. *Catholici* nomen tulit. Sub Fulcone de Canaco, cui dignitatem reſignavit Guillelmus V. ejus patruus, annuente Clemente VI. damnati Errores quidam circa divinam eſſentiam: Ordoque Billetarum, aliàs de Charitate, ſub Regula D. Auguſtini. Lutetiæ inſtitutus, occaſione nequaquam tacenda.

ARCHI-EPISCOPATVS PARISIENS. Stephanus II. *an.* 1277. Conceptio B. V. Mariæ, *an.* 1283. Cœleſtini, *an.* 1313. Diſſertatio pro Iuriſdictione Eccleſiaſtica, *an.* 1329. Billetæ Pariſijs inſtituti.

PHILIPPI Pulchri temporibus, dum adhuc perfidis Iudæis Synagogæ permitterentur; Lutetiæ Pariſiorum Mulier quædam, premente anguſtiâ rei familiaris, à Iudæo (vt ejus peſſimæ Gentis mos eſt) fœneratore accipit pecuniam, collato veſtium cultiorum pignore. Adveniente porrò majori ſolemnitate, petijt ab homine veſtes Muliercula, quò decentiùs feſtivis diebus incederet; mox redditura, in acceptæ pecuniæ ſecuram cautionem. Impius remiſſionem totius ſummæ eâ lege ſpopondit, ſi in Venerabili Sacramento dum ad Synaxim accederet, ſacrilego furto ſublatum CHRISTI-CORPVS ad ſe deferat. Præſtitit ſummum flagitium ſcelerata mulier, CHRISTVM detulit Chriſtiana Iudæo. Mox furijs agitatus, acceptam ſacram Hoſtiam repetitis ictibus confodit: ad murum clavo affixam, flagellis diverberavit, lanceâ perforavit. Mirum largus è plagis fluxit cruor, neque tamen animi ſævitiam domuit ſacrum iſtud oſtentum. Dejicit in ignem Recutitus, vbi & Hoſtia remanſit illæſa. Inde ſcelere audacior, projicit in ebullientis aquæ caldariam. Sed nec in ferventi ollâ damnum vllum paſſa, rogo exiliens quaſi pennis erecta, volitare cœpit vndequaquè. Adventante è vicinia fœminâ, fortaſſis ignem conquirente, in ejus vaſculum evolavit ſacra Hoſtia. Hæc palàm tantæ rei prodigium conclamavit. Summa dein cum reverentia in vicinam Eccleſiam S. Ioannis de Graviâ, delata eſt SACRA HOSTIA, vbi ad hodiernum vſque diem, in tanti facti monimentum religioſiſſimè aſſervatur: deferturque ad noſtras Ædes annuatim, per ſacras ſolemneſque Auguſtiſſimi Sacramenti Proceſſiones. Comprehenſus Iudæus, vivi-comburio tanti ſceleris meritiſſimas exolvit pœnas. Ejus familiâ ad fidem converſâ, Domus in Eccleſiam: Eccleſia in Cœnobium ſtatim decreto Pontificio, Regioque convertitur. Illud inhabitarunt conſequentibus ſeculis Religioſi, quos dicebam, Billetæ; qui & à CHRISTO *bullito*, nomen traxiſſe creduntur. Tandem lapſu temporum cunctis ritè obſervatis tum apud Pontificem; tum apud Regem, cedit inſignis miraculo Domus *Carmelitis* ex Obſervantia Rhedonenſi: vocaturque deinceps, CONVENTVS CARMELITARVM REFORMATORVM SANCTISSIMI SACRAMENTI. Quodque nos vidimus, & ex DEI gratia effecimus; teſtamur, Hoſtiæ porrò miraculum palam loquuntur publica domi, foriſque monumenta, ſimulque Autores innumeri; quos expreſſo Libello collegit V. CL. *Petrus Milonius* genere, doctrinâ, virtute inſignis.

Miraculum Euchariſtiæ Billetar. *an.* 1290. Subſtituti Carmelitæ, *an.* 1633.

Sub Petro Foreſtano, etiam Franciæ Cancellario & Eccleſiæ Cardinali, Ioannes de Iuſtitia Canonicus, *Collegium* Iuſtitiæ: Petrus verò Becodianus Miles, Collegium de ſuo itidem nomine inſtituerunt. Sub Aimarico de Mignaco ædificatur Oratorium de Vicenis. Sub Petro de Hordeo-monte, fundantur *Collegia* duo, Fortetium & Trecorenſe. Gerardus de Monte-acuto Epiſcopus LXXXXII. Cappellam Hoſpitalis *Sancti-Spiritus* dedicavit. Sub Iacobo Caſterlenio *Eduardus* duodennis, Lutetiæ Rex invngitur à Cardinali Vinceſtrienſi, Guillelmi Chartierij Epiſcopi, fratres duo celebres extitere, Alanus

Collegium Iuſtitiæ, & de Boncour. Oratorium nemoris Vicenarum, *an.* 1379. Collegia Fortetium, & Trecorenſe. Capella Sancti-Spiritus, *an.* 1413.

Regi à ſecretis, ſui temporis diſertiſſimus: & Ioannes S. Dionyſij Monachus, autor Magnæ Chronicæ, quæ *Dionyſiana* vocitatur. Idem Præſul Eccleſiam dedicavit *Auguſtinianorum*, munificentiâ Caroli v. Illi nempe tertiam hanc ſedem occuparunt, ad Sequanæ ripam, emptam à Pœnitentiarijs, vulgò Saccarijs. Celebrem modò Mauſoleis, Cleri Comitijs, Collegio Ordinis Equeſtris Sancti-Spiritus: & aliquando Senatu Parlamenti, Regnique totius.

ECCLESIA GALLICANA.

Auguſtianorum Eccleſia dedicatur, *an.* 1451.

Minimi Nigionenſes, *an* 1490.

SVB Gerardo, *Anna* Armorica Caroli VIII. Vxor, Minimos Nigeone ſeu Chalioti fundat ad Sequanam. Stephanus Poncherius, quem Turones alumnum habuerunt, Iura Interpretem celeberrimum, Mediolanum Cancellarium: Francia Sigillorum Cuſtodem, Supremus Senatus Proto-Præſidem; ad Sedem Pariſienſem, virtutis nomine & eruditionis evectus eſt. Huic Decius ille Iuriſconſultorum ſui temporis facilè princeps, nonnullas Lucubrationes ſuas dedicat. Senonenſis poſteà Archiepiſcopus, Orator Regius ad Philippum Caſtellæ Regem mittitur à Ludovico. Illo ſedente vivere deſijt Philippus Comminæus, cui Lutetiæ in Eccleſia Auguſtianorum depoſito Ronſardus Epitaphium poſuit. Sub Franciſco cognomine & nepote, obijt *Paulus Æmilius*, Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus, idemque rerum Gallicarum Scriptor elegantiſſimus. Similiter & Raviſius Textor, ſepultus in Sacello Collegij Navarræi.

Paulus Æmilius, *an.* 1519.

Ioannes Bellæus, *an.* 1533.

Regij Profeſſores.

Collegium Claromontanum,

Ioannes Bellæus diſertiſſimus perinde ac nobiliſſimus, Maſſiliæ ſubitò obmuteſcentibus coram Clemente VII. Oratoribus Regijs, *extemporaneá* Oratione ſupplementum fuit. Cardinalis creatus à Paulo III. ſacri Collegij Decanus vixit. Vtque erat literatiſſimus, ejus ſuaſu Regios Profeſſores inſtituit Franciſcus I. in Academia Pariſienſi. Sub illius ſucceſſore, & cognato Euſtachio, Collegium Claro-montanum tranſtulit in Societatem IESV Guilelmus Pratæus Præſul Claro-montanus. Euſtachij gentilis Ioachimus Bellæus Eccleſiæ Pariſienſis Archi-diaconus, idemque Poëta laureatus.

Gundij tres, *an.* 1598

Fit Archiepiſcopatus, *an.* 1622.

Cardinales *Gundij* duo proſapiâ, doctrinâ, virtute, Cardinalatu, Regio Miniſterio celebres. Prioris nepos, frater poſterioris Ioannes-Franciſcus ſuam vidit Sedem in Archiepiſcopatum evehi à Gregorio XV. procurante Ludovico XIII. Succeſſit ex fratre nepos Ioannes-Paulus Gondius, qui ad magna quæque viam ſibi vel invenit, vel fecit. Novæ Sedi Archiepiſcopali ſubditi fuere, qui à Senonenſi diſtracti, *Epiſcopatus tres*; quos luſtrare per tranſennam, jubet ratio inſtituti.

EPISCOPVS MELDENSIS, *an.* 118.

Apud Sur. Octobr. 9.

IGITVR inter *Suffraganeos* noviter erecti Archi-Epiſcopatus Pariſienſis, primus in vicinia occurrit MELDENSIS Iatini ad Matronam; cujus fundator fuit S. Sanctinus, S. Dionyſij diſcipulus. Succeſſere inter alios S. Antonius, ſive Antoninus; cujus ſicut & Prædeceſſoris mentionem facit Hincmarus, in Epiſtola quam habet de Dionyſio Areopagita. S. Rigomerus. S. Pharo, cujus titulo præclara in vrbe Abbatia conſpicitur. S. Hildevetto, ex Monacho Lexovienſi in Comitatu Burgundiæ, olim Parochia S. Crucis Lutetiæ ſacra erat. S. Pathaſius, vivere deſinit ipſomet ſuæ electionis die. S. Ebregeſilli cultus ſolemnis in Ioaro Monaſterio. Landricus ſive Lenderinus, filius S. Madelgarij & S. Valderudis Patronæ Montium in Hannonia. Hildegarius, qui Carolomannum Diaconum ordinavit: & ad quem extat Hincmari Epiſtola, de judicio DEI per *aquam frigidam*. S. Gilbertus vir eximiæ virtutis, & gloriâ miraculorum inſignis. Galterus Epiſcopus XLVIII. è Ruſſia Regis filiam adduxit vxorem Henrico Regi, poſt Matildis obitum. Galterus II. ordinatus à Richerio Metropolitano, contra Robertum quem Hugo Lugdunenſis promoverat. Burchardus, ſepultus in S. Victore Pariſienſi. Stephanus, ſub quo inſtitutus ordo Redemptionis Captivorum, vulgò *Mathurini*. Goffridus quater in hebdomada per Adventum & Quadrageſimam, ab omni cibo abſtinens. Ioannes de Creſſiaco, Cardinalis Conſiliarius Philippi Pulchri, & Collegij de Monacho Fundator. Durandus à S. Porciano, infra inter Eruditos recenſendus. Philippus de Vitriaco, Poëſi vernaculâ celebris. Ioannes L'huilerius, Ludovici XI. Confeſſarius, idemque Major Eleemoſynarius. Guilelmus

S. Ebregeſillus cultus in Eccleſia *de Joarre*.

Hildegarius, *an.* 860.

Gilbertus, *an.* 1004.

Galterus, *an.* 1044.

Mathurini, *an.* 1193.

Collegium de Monacho, *an.* 1303.

Durandus, *an.* 1326.

Archi-Epiſcopat. Pariſiens. Briſſonetus, an. 1516

Briſſonetus *Contemplationes Idiotæ* Gallicas fecit, Bibliothecam S. Germani Pariſienſis, vbi erat Abbas, locupletavit: vitamque probatiſſimam Chriſtiana morte, humilique Epitaphio clauſit; *Guillelmus Briſſonetus, Eccleſiæ Meldenſis humilis Miniſter.* Ioannes de Tilleto, multiplici eruditione clarus. Dominicus Seguierius Franciæ Cancellarij frater vnicus, inſigni morum integritate Sedem hanc modò illuſtrat, ad eam tranſlatus ex Antiſſiodorenſi.

Monaſterium S. Faræ.

S. Fiacre de Brevil.

In ea Diœceſi claret frequentibus quoque miraculis *Pharæ-Monaſterium*, Ordinis S. Benedicti; vbi inſignes omni ævo Abbatiſſæ; S. Fara, S. Eddeburgis, filia Regis Saxonum Orientalium: Raſcendis & Luciana, ad quas reſcribunt Eugenius III. & Alexander III. Melduno haud procul inſigne quoque eſt Monaſterium *S. Fiacri*, qui Scotorum Regis filius vnà cum Sorore Syra fugiens ad S. Pharonem in agro Meldenſi, impetratâ à Deo leprâ Scotiæ Legatos, qui illum vrgebant ad paterni Regni cernendam, eamque Regiam hæreditatem eluſit. Beati Eremitæ Sepulcrum, quotidiana miracula exornant.

Epiſcopat. Carnotenſis. an. 46.

Vide Sebaſtian. Rouillard. in Hiſtor. Parthen.

Induſium B. V. M. an. 855.

Fulbertus, an. 1007.

Autor vitæ S. Odilon.

Ivo Carnotenſis, an 1116

Ioannes Sariſberienſ. an 1180.

Carnotensis Eccleſia Altari centum annos ante Christum Virgini Parituræ inſcripto, atque eximiâ Populorum in Deiparam pietate eminens; Epiſcopos numerat centum ſupra quinque. S. Adventitius SS. Potentiani & Saviniani Socius. S. Avianus. S. Solemnius. S. Hetherius. S. Leobinus. S. Caletricus, ſeu Caleſius. S. Betharius. Sub Frotbaldo, quem Pagani trucidarunt, Carnutum Aquiſgrano defertur à Carolo Calvo, B. V. M. *Camiſia linea.* Fulbertus Cancellarius Regis Roberti, ſapientiâ, ſanctitate, prophetiâ nominatiſſimus; *in cujus morte ſtudium Philoſophiæ in Francia perijt, & gloria Sacerdotum penè concidit.* Gaufridum omittit Thuani Cathalogus, vtpote depoſitum ab Vrbano II. *Ivo* cognomento Carnotenſis, ſuis Operibus notiſſimus. Ioannes Sariſberienſis eruditione & animi generoſitate celebris, S. Thomæ Cantuarienſis diſcipulus & comes: immò, ex Petro Bleſenſi, manus & oculus. Nicolaus Thuanus Proto-Præſidis frater. Hodiè demum Iacobus Leſcotus, ex Lectore Sorbonico, nec non Richelij Ducis Cardinalis Eminentiſſimi à Confeſſionibus, Inſulas rarâ pietate & doctrinâ exornat.

Ea in Diœceſi *Abbatiæ* numerantur non minus triginta. Præcipuæ ſunt Vindocinenſis, vbi religioſè aſſervatur Christi Lachryma. Bonæ-vallis, S. Ioannes in valle, Stella. S. Trinitatis de Tyronio; vbi ſepultus Philippus Partæus, olim Abbas. S. Launomari Bleſenſis. S. Mariæ de Colombis, & aliæ conſimiles; è quibus Viri Magni prodiere benemulti.

Epiſcopus Aurelianenſis.

Vide Carolum Sauſſeynm in Annal.

S. Evurtius, an. 385.

Concilium Aurelianenſe I. an. 507.

Aurelianensem Cathedram hactenus tenuere Epiſcopi vndecim ſupra centum. S. Altinus, Saviniani & Potentiani Collega, à B. Petro delegatus. S. Evurtius, cujus tempore condita eſt Baſilica S. Crucis paucis æquanda. S. Anianus, cui Templa paſſim dedicata. S. Proſper. S. Monitor. S. Floſculus. Sub Euſebio celebratum *Concilium* Aurelianenſe I. à Clodovæo convocatum, hortatu S. Remigij, ſtatuit in cæteris; vt Epiſcopi pauperes & infirmos tueantur, vt Monachi oraria & tzangis non vtantur. Vt ante Paſcha Quadrageſima obſervetur, non Quinquageſima. Vt Majores Feſtivitates nullus Civium in villa celebret. Vt Litaniæ ante Aſcenſionem Domini celebrentur. *Subſcribunt* in cæteris Epiphanius Epiſcopus Eccleſiæ Namneticæ, Melanius Redonicæ, Theodoſius Antiſſiodorenſis.

Aurelianenſe II. an. 536.

Aurelian. III. an. 540.

Concil. IV. an. 542.

Alterum haud ita multò poſt ibidem celebratum, ſub Rege Childeberto; jubet vt Metropolitanus ſingulis annis Provinciales ad Concilium vocet, vt Epiſcopi de Ordinationibus nihil accipiant. Ne quis vota reddat cantando, bibendo, vel laſciviendo; *quia* Devs *talibus votis irritatur potiùs, quàm pacatur.* Ne vllus, præter Epiſcopum, Apoſtolia dare præſumat, &c. Hinc & Tertium vetat pœnitentiam dari juuenibus, aut conjugatis, niſi ex mutuò conſenſu. Ne dies Dominici vllis operibus prophanentur, ne Miſſæ audiantur niſi integræ: nemoque ſacra petat cum armis bellicis. Ne Iudæi quadriduo circa Cœnam Domini, Chriſtianis vllomodo miſceantur. Mox & Quarto decernitur celebratio Paſchatis, juxta laterculum Victorij Capuani Epiſcopi, & denunciari per Epiſcopos Epiphaniorum die. Quadrageſimam vbiquè ritu æquali tenendam, etiam in Sabbato. Nil in Calice offerendum, niſi vinum aquâ mixtum: non jurandum ad animalium capita, more Gentilium; non ædificandum in agro Oratorium, niſi dotetur. Illic quoque, vt in alijs circa id tempus,

Eccleſia Gallicana.

Concil. v. an. 553.

multa circa ſervos & mancipia. Quintum deinceps, procurante eodem Rege Childeberto, occaſione præſertim trium Capitulorum. Cujus quidem Concilij Præfatio notatu digna, hîc opportunè videtur inſerenda. *Ad divinam gratiam referendum eſt, quando vota Principum concordant animis Sacerdotum; vt dum fit Pontificale Concilium, normam vivendi teneat recapitulatio antiqua Canonum: vel vt locus tempuſque eſt, in quibuſcumque titulis veteribus adhærens nova conſtitutio ſanctionum. Igitur cùm clementiſſimus Princeps, triumphorum titulis invictiſſimus, Domnus Childebertus Rex, pro amore ſacræ fidei & ſtatu Religionis in Aurelianenſi Vrbe congregaſſet in vnum Domini Sacerdotes, cupiens ex ore Patrum, audire quod Sacrum eſt: vt quod pro Eccleſiaſtico ordine, auctoritate promeretur Paſtorali, & venientibus ſit Normæ, & præſentibus diſciplina; quæ conveniat à præſenti tempore in poſterum cuſtodiri, præſtante Deo, ſignanter eſt titulis prænotatum.*

Duces accuſati, an. 585.

In altero Cœtu Epiſcoporum Gontrannus Rex expoſtulat adverſus Duces, qui agros depopulati Rem bellicam malè geſſerant.

Concil. vi. an.

In Sexto S.S. Eligij & Audoëni hortatu convocato, Rabula quidam Hæreticus è tranſmarinis Auguſtam Eduorum appulſus, tandemque in hac Synodo à Salvio Epiſcopo convictus, jubetur extra Gallias exulare. Poſt hæc damnatis Entychyanis & Neſtorianis, ſtabilitâ Clericorum caſtitate, Epiſcoporum diſciplinâ; jubetur incarceratos à Præpoſitis Eccleſiæ diebus dominicis viſitari, leproſos ab Epiſcopis ſuſtentari: Synodos Provinciæ, annuatim à Metropolitanis convocari. Epiſcopus xxxvi. S. Eucherius. XLII. Theodulphus, quem virum *vndequaque doctiſſimum* vocat Autor vitæ Ludovici Pij.

Cœnobium Floriacenſe fundatur a Leobodo, circa an. 623.

Antea Abbas erat Cœnobij *Floriacenſis* ad Ligerim, cujus primus Abbas S. Mummolus. Mummolo ſucceſſere Deothimus, & huic Theodulphus Epiſcopi Aurilianenſes. Rodulphus, & Gauſſinus, Bituricenſes Archiepiſcopi: S. Odo Abbas Climiacenſis, S. Abbo Martyr; alijque magni Heroës, quos recenſet *Bibliotheca Floriacenſis*, quam compegit Ioannes à Boſco, ex Cœleſtino Abbas. Tranſlatum illuc corpus S. Benedicti affirmant Galli, Itali negant; *Maneat pietas, donec veritas reveletur.*

Ionas *tametſi magni nominis* Scriptor cautè tamen alicubi legendus, vt habet Cenſura Magiſtri Sacri-Palatij. S. Theodoricus. Inſaniam Manichæorum Aureliam à fœmina delatam, reprimit *Concilium* inibi ſeptimum: obſtinatos in hæreſi, Robertus Rex flammis addicit.

Concil. vii. an. 1017.

Sub Ioanne vii. à S. Michaële, floruit Puella Aurelianenſis heroina illa inclyta.

Puella Aurelian. an. 1473.

Clariacum, an. 1475.

Sub Franciſco i. de Brilhaco, Ludovicus xi. Clariaci Eccleſiam Collegialem donat vnâ ex ſanctis Spinis Coronæ Christi Domini. Ioannes ix. Aurelianenſis, Cardinalis Longa-Villæus. Antonius Sanguînus, Cardinalis Meudonenſis.

Ioan. Morvillerij Epitaphium, an. 1552.

Ioannis Morvillerij, qui Concilio interfuit Tridentino, ſepulti Turonibus apud Franciſcanos, effigies marmorea hanc exhibet Epigraphen cedro dignam. *Ioannis Morvillierij effigiem ne fruſtrà contemplator, ſed ſimul ad æmulandas virtutes excitator.*

Gabriel Albaſpinæus, an. 1604.

Gabriel Albaſpinæus Pro-Cancellarij frater, verus Eccleſiaſticæ Antiquitatis promus condus. Ea in Sede reſidet modò, verus Paſtor Alphonſus Delbenæus.

S. Memin.

Gennabo non procul in fluminis decurſu ad lævam viſitur, inter cæteras, Abbatia *Miciacenſis* S. Maximini ſeu Maximij; quæ plures olim extulit Indigetes; SS. Euſpicium, Maximinos duos, Aritum, Theodomirum, & alios.

SELECTA SECVNDÆ Metropolis, Turonenſis.

TITVLVS XVIII. B *Archi-Epiſcopatus Turonenſis, cum Suffraganeis* XI.

IN Sede TVRONENSI poſt S. Gatianum, Præſules numerantur quatuor ſupra centum. S. Lidorius, quieſcit in Æde illi nuncupata. S. Martinus *perfecta regula vitæ*, vitâ & miraculis *toto famoſus in orbe*. Bricius Martini Diſcipulus, & Exagitator;

——Exilio, lachrymis, ſigniſque probatus.

S. Euſtochius, apud Gregorium ſubinde Succeſſorem; *vir magnificæ ſanctitatis, timens* DEVM, *& ex genere Senatorio*. S. Perpetuus, ſub quo *Concilium I.* præſcribit de ſanctitate & caſtitate Eccleſiaſticorum, & præſumptuoſis Epiſcopis. S. Voluſianus. Epiſcopus XIII. Leo ex Abbate Monaſterij S. Martini in vrbe, cujus Monachi Canonicam veſtem induerunt tempore Caroli Magni. Injurioſus, magni vir ſpiritus; qui pro immunitate Eccleſiaſtica, Regi Chilperico animosè reſpondit; ſepelitur in S. Martino. S. Euphronius ibidem jacens, & à Fortunato non ſemel nominatus. S. Gregorius κατ᾽ἐξοχὴν cognomento Turonenſis, erat enim ex Petro venerabili; *Alverno germine clarus*: corpore puſillus, animo, doctrina, virtute, ſcriptis ingens. Concilio Bremenſi purgavit ſe per juramentum, quod nihil jactaſſet injurioſum Fredegundæ Chilperici Regis vxori.

S. Gatianus, *an.* 84.
S. Martinus, *an.* 400.
Concilium I. *an.* 482.
Ad Petr. Pictav. Gregorius Turonenſis.

FAMOSA per id tempus Salonij Ebredunenſis Epiſcopi, & Sagittarij Vapigienſis digladiatio; occaſio fuit non vnius Concilij. Eminet inter ea *Turonicum II* vbi multa de pace inter Epiſcopos Servanda, de Corporis Dominici non in imaginario ordine, ſed ſub crucis titulo collocando in altari. De loco Clericorum à Laïcis in Eccleſia ſeparato. De pauperibus in vnaquaque Civitate alendis. De Epiſtolijs, id eſt de commendatitijs, formatis aut demiſſorijs non dandis niſi à ſolis Epiſcopis. De Clericorum ſeparato, & ſingulari decubitu. De obſervatione pſallendi, & cæteris; quæ omnia publicantur etiam ad Plebem, per Epiſtolam Synodalem. Alia quoque controverſia Papoli Epiſcopi Carnotenſis, & Ægidij Remenſis; qui Promotum in Dunenſi caſtro Epiſcopum temerè conſecraverat; ventilata in Concilio Pariſienſi IV. In alio ibidem peracta cauſa Prætextati Epiſcopi Rotomagenſis, pro qua plura paſſum ſe narrat Gregorius Turonenſis.

Salonij & Sagittarij jurgia; *an.* 567.
Concilium II.
Epiſcopus Caſtellóduni, *an.* 573.
Prætextati cauſa, *an.* 587.

Herbertus ex Abbate Majoris-Monaſterij, Collector Miraculorum S. Martini. Radulphus, ad quem plures extant Epiſtolæ Gregor. VII. Ejus tempore dedicata fuit Eccleſia *Majoris-Monaſterij* ab Apoſtolico, id eſt Vrbano II. Pontif. Max. B. Hildebertus ex Cœnomanenſi aſſumptus, verſu & proſâ eruditiſſimus. Bartolomæo II. Innocentius III. adjudicat *Dolenſem* Antiſtitem vt Suffraganeum, dirigitque caput de Sepulturis. Stephanus de Burgolio, fundat Pariſijs Collegium Turonenſe. Philippus Cœtkenus factus Cardinalis à Felice V. in Concilio Baſilienſi. F. Elias Bourdeillius, è nobili Proſapia Franciſcanus, è Franciſcano Epiſcopus Petracoricenſis: exinde Turonenſis, demum Cardinalis; ſcripſit pro abrogatione *Pragmaticæ Sanctionis*, obijtque miraculis clarus. Simon Maillæus ex Monacho & Abbate Oratorij, Græcè & Latinè doctus. Sub eo *Petrus Ronſardus* deponitur in ſuo Prioratu S. S. Coſmæ & Damiani, ad Ligerim. Franciſcus Guellæus Tereſianas, Recollectos & Fullienſes in vrbe admittit. Victor Bouteillerius nobilis, probus, pius eam nunc Sedem tenet.

Dedicatio Eccleſiæ Majoris-Monaſterij, *an.* 1196.
Collegium Turonenſe Pariſijs, *an.* 1333.
Elias Minorita, *an.* 1484.
Conventus inſtituti, *an.* 117.

---

3 EPISCOPVS CŒNOMANENSIS. S. Iulianus, *an.* 60.

COENOMANENSIS primus Apoſtolus ac Præſul, *S. Iulianus* è LXXII. CHRISTI Diſcipulis vnus: à Clemente Pontif. Max. cum Simone Leproſo, delegatus. Succeſſere imprimis S. Thuribius. S. Panatius, cujus vita inſeritur

ECCLESIA GALLICANA.

Abbatia S. Vincentij, — Bibliothecæ Floriacenſi. S. Victor. S. Victurus. S. Principius. S. Innocens; à quo extructa Pratum Abbatia Puellarum, juxta Vrbem. S. Domnolus, & ipſe ædificator Abbatiæ S. Vincentij. Bethgrannus evocator *S. Mauri* ex Italia, per Frodegarium, & Harderidum. De eo extat Epiſtola Gregorij IV. alibi non accuſando, quàm ad Sedem Apoſtolicam.

S. Maurus vocatur ex Italia an. 562. La Couture. — Idem Eccleſiam condidit in ſubvrbio, quæ modò Abbatia eſt *Culturæ* dotata à Conſtàntia Conani Comitis Britanniæ filia. Anſgradus filius Comitis Alenconij, mortuus Virduni rediens Hieroſolymâ. *Gaufridus II.* mortuus Anagniæ in Italia: ſepultus in Carthuſia, haud procul Cœnomano, quam magnificè locupletaverat.

Epiſcopus antea vxoratus. — Theobaldus Fiennæus ex vxorato, Monacho & Epiſcopo, Cardinalis deſignatus obijt Romam proficiſcens. Philippus Luxemburgæus Cardinalis, *Collegia* duo erexit; Lutetiæ alterum, alterum Cœnomani. Fuerunt ex Lavallæa, & Lavardina Gente plures. In iſtis Carolus Beaumanoirius, Apologiam ſcripſit pro Ieſuitis: hodiéque Philibertus-Emanuel, per Majorum veſtigia aſſurgens.

5

EPISCOPUS ANDEGAVENSIS.

ANDEGAVENSEM Sedem fundavit S. Defenſor, S. Iuliani Cœnomanenſis Diſcipulus. Succeſſores præcipui; S. Apothemius: S. Maurilius. S. Renatus.

S. Albinus, an. 540. Concil. Andegavenſe I. an. 453. — In Concilio Andegavenſi I. Vrbium expugnatores à communione, & convivijs arcentur: qui etiam à pœnitentia reſiliunt, & quæ Sanctimoniales decidunt. Iubetur abſtinentia à violentia, & perpotatione. Et condemnantur Monachi deſertores, & vagi.

S. Albinus, cujus nomine extat in vrbe inſignis Àbbatia. Domitianus à Fortunato laudatus, & inter Carnotenſes ab Aymonio falsò recenſitus.

S Licinius, an. 631. — S. Licinius, vindicatus à Ioanne Bordignæo contra Baronium, qui Licinium Turonenſem Epiſcopum affirmat. Solvenda tamen manet ſubſcriptio Concilij Aurelianenſis, *Licinius Epiſcopus Eccleſiæ Turonicæ Metropolis*. S. Magnobodus, cui Templum dedicatur.

Berengarij error, an. 1049. — Euſebius, qui & Bruno, Berengarij veneno afflatus. Vlgerius, cujus mentio eſt in Epiſtola D. Bernardi, & Goffridi Vindocinenſis. Guilelmus Chemillæus, ex confirmatione Innocentij III. Michaël Aris,

Dominicani, an. 1271. — Dominicanos in vrbe fundavit. Fulco Mathelonius, qui in Epitaphio ad D. Mauritium; dicitur *Staturâ decorus, linguâ facundus, multis ſcientijs providus, & in agibilibus circumſpectus: hoſpitij decus, honoris titulus, Zelator juſtitiæ, Pugil Eccleſiæ.*

Academia, an. 1350. — Sub Radulpho Machecoulæo fundatur Academia Andegavenſis. Eodem in Templo Mauritiano, viſitur Epitaphium neqnaquam omittendum.

Epitaphium Ioannis Bella-Vallæi. — *Hic jacet generoſus vir Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Ioannes de Bea-vau, hujus inſignis Eccleſiæ Paſtor egregius: omnium ſcientiarum, ac bonorum litterarum peritiſſimus; adeò decorus, vt ſuæ nobilitatis vigorem, ac ingenij acumen, etiàm facie præ ſe ferret. Obijt 1479. die 23. April.* Franciſci Rohani tempore vetitum placito Senatus Pariſienſis, ne vel obolus caperetur pro *Ordinum* collatione.

Diva Salmurienſis, an. 1553. — Fundatur Capella *Divæ Salmurienſis*, pietate Populorum ac miraculis famoſa. Ioannes Oliviarius, Poëta inſignis. Guilelmus Ruzæus Theologus, Eleemoſynarius, & Confeſſor Caroli IX. qui Commonitorium *Vincentij Lirinenſis*, Gallico Sermone explicuit; ſepelitur in S. Pauli Eccleſia Pariſienſi. Sub Carolo Miræo ingenio, doctrinâ, eloquentiâ celebri, Capucini & Minimi in vrbe recepti. Sed imprimis Collegium verè Regium Societatis IESV,

Collegium Flexienſe, an. 1603. — Flexiæ inſtituitur ab Henrico IV. Vbi & cor Magni illius Regis conditum fuit. *Guilelmus Fouquetius*, quod nomen totâ Galliâ magis ac magis cluet; maturatâ per ſanctiſſimæ vitæ labores morte, omnibus ingens ſui deſiderium reliquit. Eo clavum tenente Primigenius Rhedonenſis Obſervantiæ Conventus Carmelitarum ſub titulo *S. Ioſephi* erigitur, non ſine vi Numinis, inter Armoricorum & Andinorum confinia.

Carmelitæ S. Ioſephi, an. 1611. — Opus vtiquè Chriſtophori Fouquetij, ex Præſide Senatus Armorici, Sacri deinceps Conſiſtorij Comitis; qui vt erat erudițiſſimus, proprio ſtylo poſteritati teſtatum voluit ſequenti tabulâ, quam ſibi excgit ære perennius monumentum.

Autor Fundationis. — *Quod Dei Optimi Maximi nomen augeat, & pacem exoret; profiteor ego* CHRISTOPHORVS FOVQVET *Miles, excitaſſe à fundamentis, & ſupellectile inſtruxiſſe juxta Prætorium meum de Chalain: Baſilicam, Cellamque appendicem; illam S. Ioſephi, hanc S. Chriſtophori memoriam; cum membro tàm triclinari, quàm cubiculari, atque ambitu cripto-porticus. Quâ in re conſilium meum fuit vt* DEVS*, quibus Eccleſia ſolet, ritè colatur officijs: ſed Religioſorum*

Duntaxat Virorum ex Ordine Carmelitico, qui vitam agant ad canones Familiæ Rhedonenſis: & ſuffragentur mihi, Conjugi, liberis, Genti, deceſſoribus & ſucceſſoribus meis. Ideò ad exhibitionem Sacerdotum qui Deum curaturi ſunt, ſuper Iuniores & Miniſtros etiam dedi, donavi præbenda vini, frumenti: aliamque dotem, partim prædiorum cum inſtructo, partim pecuniæ. Quibus legibus, & conditionibus in publicis tabulis ritè, atque ordine exarata eſt, an. M. DC. XVI.

ARCHI-EPISCOPATVS TVRONENS.

6

EPISCOPVS REDONENSIS, *an.* 388.

REDONENSEM Sedem primus occupavit S. Moderanus, cujus Succeſſores ſeptem Sanctorum albo inſcribuntur. S. Iuſtinus. S. Riotiſmus, cujus ævo Armorica *Minor-Britannia* cœpit appellari. S. Electrannus. S. Ioannes, cognomento Albus. S. Amandus. S. Melanius Clodovæi I. Cancellarius, cujus meminit Gratianus & Martyrologium Romanum: extatque in ſuburbio, Abbatia illius nomine. S. Moderandus, vel Moranus, Berceti defunctus ad montem Bardonum in Italia; abdicato Epiſcopatu, & facultatibus ſuis pauperibus diſtributis. S. Marbodus moritur Monachus Andegavi, in Cœnobio S. Albini. Fulgerius qui, inſtar D. Hieronymi, caſtigatus memoratur ob nimium *Poëtices* ſtudium. Philippus ex Abbate Bernardino, dum Templi Cathedralis fodit fundamenta, *theſaurum* effodit. Petrus Guemenæus, eandem Baſilicam conſecravit. Sub Radulpho ſeu Realdo Trealæo, fundatur in vrbe Conventus Dominicanorum, pietate Populorum celebris. Anſelmus Cantemelæus ſingulis Parochijs, quas habet Diœceſis tres ſupra ducentas, legavit *Calices* argenteos. Robertus Guybæus, Cardinalis. Ivo Mayeucus Dominicanus; & Confeſſarius Caroli VIII. Ludovici XII. & Annæ Reginæ; tantæ vir ſanctitatis, vt nuper compertæ ſint Cruces Ieroſolymitanæ illius corpori adhuc integro inuſtæ. Bernardinus Brochetellus, Politicus verè illuſtris. Bertrandus Marillacus, pietate conſpicuus. Arnaldus Oſſatus, ſuo nomine clarus. Seraphinus Olivarius Cardinalis, doctrinâ conſpicuus. Ex hujus poſſeſſionem nuſquam adepti reſignatione; Franciſcus Larchiverus ſola morum integritate commendatus promovetur. Præſul vtique per omnia probus, Ieſuitas, Capucinos, Vrſulinas, Carmelitiſſas antiqui Inſtituti in vrbe admiſit. Sub eo quoque non tam exorta, quàm aucta CARMELITARVM OBSERVANTIA REDONENSIS. Prima illius ſcaturigo B. Ioannis Sorethij, olim Generalis, Reformatio: Sed per bella & hæreſes interrupta, revixit ſub finem Seculi decimi ſexti. Opus aggreſſi ſunt magno pietatis fervore, Septem Viri ſelecti. Eos inter præcipui duo; Petrus Behourtius, & Philippus Theobaldus: ille autor; iſte promotor inſignis. A quo ſanè tempore, fons parvus crevit in fluvium magnum: tantâ porro virtutis, & doctrinæ plenitudine exundans, vt ejus jam rivi in vniverſum Ordinem deducantur. Id verò præ cæteris mirum, quod ea Congregatio in Vita Spirituali ac Myſtica Eruditorem habuit Ven. *Fr. Ioannem à S. Samſone*; & Laicum ſcilicet, & Cæcum. Ejus hîc Elogium vt apponam jubet Viri ſanctitudo, meaque gratitudo non vulgaris:

Minor Britannia.

S. Melanius, *an.* 507.

S. Moderanus renunciat, *an.* 719.

Item S. Marbodus Studium Poëticæ.

Eccleſia Cathedralis dedicatur, *an.* 1359.

Theſaurus inventus, *an* 1169.

Nôtre-Dame de Bonne-nouvelle, circa *an.* 1380.

Cruces in cadavere. *an* 1520.

Arnaldus Oſſatus, *an.* 1598.

Franciſcus Larchiverius, *an.* 1602.

Obſervantia Carmelitarum Redonenſis.

Eſther. 10.

Ioannes à S. Samſone.

Verè profectò veritas ipſa locuta eſt, dum cæcos videre Ioanni juſſit renunciandum. Hic noſter *Ioannes*, cæcus fuit videns. Qui diſpoſitione DEI inter Senonenſes nobili familiâ natus, in Armoricam mirabiliter advectus, inter Fratres Laicos receptus fuit. Organa cromaticè ad extremos vſque dies tetigit; in omni muſices genere apprimè eruditus. Tantâ doctrinæ, & latinæ locutionis felicitate: tantâ Sacrorum Voluminum, & Theologiæ præſertim Myſticæ intelligentiâ: tantâ mentalis orationis aſſiduitate ditatus erat; vt ab eo Doctores ediſcerent; & in divinis vel maximè illuminatos doceret. Mirus homo certè, quem qui vidit miratus eſt: quem qui cognovit (ſi quis cognovit) obſtupuit; ad DEVM ſuum, quem jam ab annis triginta ſine intermiſſione cogitaverat, terrenis exutus, libenter & gaudens ſexagenarius in Redonenſi Carmelo evolavit. Multa dictavit de Vita Myſtica ſubtiliſſima, ſublimiſſimáque: quæ jam laudantur cum veneratione ab vniverſis, qui pleraque typis mandata legunt & intelligunt. Epitaphium alia inter plura, ſequens adſcribo.

Ex Delineatione & Menolog. Obſervantiæ Carmelitar. Redon.

ECCLESIA GALLICANA.

DILECTVS DEO ET HOMINIBVS, FR. IOANNES
A S. SAMSONE CARMELITA LAICVS;
OBIIT RHEDONIS, POSTRIDIE ID. SEPTEMB.
AN. M. DC. XXXVI.

F. L. M. E T A. P.

Θ

SOLVS inter Mortales, moriendo novum nihil:
Vivendo inter Immortales, pauca expertus;
Devixit Seculo, cui nunquam vixit:
DEOque ſuo junctus, à quo nunquam ſejunctus.
Sepulcri tenebris bimâ cæcitate aſſuetus,
Verum Solem puriſſima mentis acie ſemper intuitus eſt:
Et ſpiritali in terrâ lumine, quomodo alius nemo, deſuper illuſtratus;
DEVM ſuum videre, amare, amplecti, jamque toto frui

PERSEVERAT.

Siſte paulùm Viator, & hoc vnum advorte;
Cæcus videt, mortuus vivit,
Pauper evangeliſat:
Ignarus, indoctus
Facienda ſcribit, ſcribenda facit,
Beatus ſi audis, credis;
Et ſine invidiâ,
Meliorum chariſmatum æmulator
Imitaris.

1. Petr. 5. Decedenti Larchivero, quem oratione funebri proſecutus eſt Ægidius Camartus exhine Minimorum Generalis, ſucceſſit Petrus Cornulierius, verè *forma gregis ſui*. Tandem Henricus, frater Mareſcalli Motenſis: nobilitate, doctrinâ, integritate nulli ſecundus.

7 EPISCOPAT. DOLENSIS. S. SAMPSONIVS ex Archiepiſcopo Meneviæ in Wallia Angliæ Provincia, primus Præſul DOLENSIS; Eccleſiæ Cathedrali & nomen reliquit, & Crucem Archiepiſcopalem pro Pedo paſtorali; ſubſcripſit Concilio Pariſienſi. Demortui poſt annos ſupra viginti centum, corpus Aureliam defertur in Eccleſiam ſui quoque nominis, quæ ceſſit modò Societati IESV. Extat & alia conſimilis in Lutetiæ ſubvrbio, à Preſbyteris Oratorij occupata. Hujus Proto- Præſulis occaſione haud ſatis exactè ſcribunt Claudius Robertus & Ioannes Quercetanus, Præſidentiam obtinere illius Succeſſores in Comitijs trium Ordinum Armoricæ generalibus. S. Budocus. S. Genevæus. S. Iuamhelus. S. Armahelus. S. Thurianus. Rolandus ſepultus in monte S. Michaëlis, vbi Monachus anteà vixerat. Iohoneus expulſus, quia malè audiebat. Gilduinus electioni renunciavit coram Gregorio VII. ob defectum ætatis. Wlgrinus, Scriptor hiſtoriæ Belli ſacri. Hugo cæcus factus, ceſſit oneri. Carolum Eſpi-

næum Tridentino interfuiſſe ſcribunt, necdum conſecratum. Antonius Revolius, cujus memoria hodièque apud nos in benedictione eſt. Sedet modò Robertus Cupivus, muneris ſui Paſtoralis & ſciens, & amans.

ARCHI-EPISCOPATVS TVRONENS.

8

Ex ruinis Epiſcopatus Alethenſis, ortus eſt MACLOVIENSIS. Nomen vrbi & Epiſcopio, abs Proto-Præſule S. Maclovio ſeu Macuto; qui triginta ſupra centum annos vitæ, emenſus eſt. Succeſſores S. S. Gurvallus, Colaphinus, Armagillus, Evogatus, Melmonus, Gofridus, Hamonus. Epiſcopus XXVI. Salvator tranſtulit corpus S. Maclovij Pariſios, metu Normannorum. Eam quoque ob cauſam B. Ioannes de Craticula ex Aronis Inſula, Epiſcopi ſedem fixit vbi modò eſt in peninſula Oceani Armorici. Simon Cliſſonius ex Dominicano, ſepelitur in Conventu ſui Ordinis Dinani Sub Alano Gonthiero Canonici hactenus Regulares, migrant in Seculares. Dionyſium Briſſonetum extollunt eleemoſynæ, preces continuæ, durum vitæ genus: Franciſci Paulani canoniſatio, quam Franciſci I. Legatus, obtinuit à Leone X. Hujus ex ſorore nepos Franciſcus Boſietus, quædam Cuſani Cardinalis Gallica reddidit. Guilelmus Gubernator, plures Conventus Maclovio-Poli inſtituit. Achilles Harlæyus Sancius ex Legato in Oriente, & Preſbytero Oratutij. Ferdinandus, Villa-regij Mareſchali, necnon Lugdunenſis Archiepiſcopi frater. Ea in Diœceſi Eccleſiam Abbatialem *S. Mevennij* à Iudicaële Rege extructam, à Carolo M. ſtabilitam; frequentant ſanitatis ergo, pſorâ & furfuribus ſcabioſi. Extat in Oppido quoque Mon-fortio traditio vetus de *Anate*, quæ in ſtagno vicino perennare dicitur. Videtur equidem fermè quotannis, ad præcipuam Eccleſiam inter Sacerdotum & Plebis feſtivas ſupplicationes cum pullis intrepida accedere, poſtque in aquas eâdem pompâ redire. Fabulam quis Senſatorum non credat? At hiſtoriam ſincerè narrat Dargentræus, *non improbus Autor.* Scioque rei veritatem famâ tam conſtanti, quàm publicâ. Immo & juſſus olim ab Illuſtriſſimo Sancio Epiſcopo, juridicè inquirere ea de re; in Oppido teſtimonia excepi tum à Iudice Civili, & à Clero: tum ab ſenioribus, & tabulis alijſque monumentis indubitatis. Quidquid ſit, factum refero, de veritate non ambigo: quid inibi lateat, non aſſequor.

EPISCOPATVS SAN-MACLOVIENSIS.
Tranſlatio S. Maclovij.
Tranſlatio Sedis, an. 1140.
Briſſoneti pietas, an. 1515.
S. Mevennius.
Anas Monfortiana.
In Hiſtoria Britanniæ-Armoricæ.

S. BRIOCVS S. Germani Pariſienſis Diſcipulus, Vrbi nomen & Epiſcopatus titulum dedit. Inter Succeſſores eminent S. Guilelmus Pichonus, qui quotidiè perlegebat *Pſalmos* omnes, in Sanctorum album relatus ab Innocentio IV. Ioannes Pregentius Capellam S. Guilelmi, & Bibliothecam in Majori Templo extruxit. Stephanus Viraſellus, ex Regio Concionatore. Dionyſius Labardæus, ex Doctore Sorbonico, Canonico Eccleſiæ Pariſienſis, & Cleri Gallicani Syndico.

9

EPISCOPATVS BRIOCENSIS.
S. Guilelmus, an. 1237.

SVNT qui narrant deletâ Vetere Lexoviâ, Trecoram tranſlatum fuiſſe Epiſcopatum. Inde TRECORENSES Epiſcopi inſigniores, S. Tudgualdus, cujus caput Carnuti religioſè aſſervatur. Conſennanus à Normannis trucidatus, deletâ Lexoviâ. Gratianus primus ſedit Trecore ſeu Lantriguerij, Abbatiali Eccleſiâ in Cathedralem verſâ. Guilelmus ſubſcripſit fundationi Abbatiæ S. Gregorij Rhedonenſis, ab Alano III. Duce Britanniæ-Minoris. Sedente Gofrido Tourneminæo obijt S. Ivo, à Clemente VI. Sanctis mox aſcriptus. Sub Petro Morello, Guilelmus Cœrmaëtnus Lutetiæ fundat Collegium Trecorenſe. Ivo Hargœtus, ex Medico Ducis Britanniæ. Chriſtianus de Alta-ripa, aſſumptus ex Auguſtinianis. Raphaël, Cardinalis. Baptiſta Graſſus, ex Dominicanis. Ex ijſdem noſtro ævo Natalis Deſlandæus, morum candore & Chriſtiana facundiâ Plebi & Aulæ æquè acceptus. Hodiè Baltazarus, ex Regio Eleemoſynario.

10

EPISCOPATVS TRECORENSIS.
Tranſlatio Sedis Lexoviâ, an. 841.
Collegium Trecorenſe Pariſ. an. 1041.

LEONENSIS Ociſmorum Aſylus in vltima ora maris Armorici, Eccleſiæ Titularem, eumdemque Proto-Præſulem veneratur S. Paulum: Succeſſurem S. Golvenum, qui Rhedonis obijt in S. Melanio. Sub Ioanne Floruit *Henricus Bohicus* Leonenſis, Canoniſta famoſus. Guilelmus Ferronus, interfuit Concilio Florentino: Rolandus Nova-Villæus Scriptor vitæ S. Menevij, mortuus Rhedonis in odore Sanctitatis. Vix habebat quicquam ex dignitatis gradu, niſi nobilitatem. Veſtium etiam, (quod vidimus, hoc teſtamur,) in pauperes erogator: totus contemplationi deditus, plures ſæpè dies plenario jeju-

11

EPISCOPATVS S. PAVLO-POLITANVS.
S. Paulus, an. 600.
Henricus Bohic. an. 1361.

nio tranſigebat in rupe maris Armorici inſula. Illic Carmelitis Conventus Paulo-Politani velut appendicem, S. Annæ Alrænſis æmulam, Oratorium ſtruxit Populi frequentia devotum, Renatus Louetus nunc Epiſcopus Coriſopitenſis. Sacer loci genius, dum in vltimo terræ angulo mirabiles maris elationes olim intuemur: & cum infidis fluctibus, perfidas mundi vanitates comparamus; ſequens carmen, opinor, inſpiravit.

ECCLESIA GALLICANA Ora or, S. Annæ.

HENDECASYLLABVM DE ORATORIO B. ANNÆ, MARIS ET CAVTIS SINV INCLVSO.

TELLVREM ſimul ac meos labores
Æquor terminat, vltimam viarum
Metam tangimus. Hinc piget redire,
Quo grata otia ſeculi tumultus
Turbant. Armorica beata ſedes;
Iam totam cupit occupare vitam.
Leonenſis, vbi maris ſupremus
Dat finem generi ſinus Britannô:
Rupes eminet haud procul remotâ
Ripâ, quam Oceani æſtus hinc & inde
Cingit, dum gemino in dies refluxu
Pulſat littora. Primitùs ſacrarunt
Preces, votaque Præſulis beati;
Quam jam nobilitat parata Eremus;
CARMELI in ſpeciem jugi. Sacellum
Pietatis opus novum, ſolo extat;
Quod tuum alma Parens Dei Parentis
Anna, nomen, honoſque conſecravit.
Mox fervens pietas Plebis, frequenſque
Concurſus Populi facit celebre.
Adhærent modica caſa, ſupellex
Pauper; divite ſed penu redundant
» Vitam quæ faciunt beatiorem.
Nimirum juvat hîc procul remoto
Vrbium ſtrepitu, ſibi vacare:
Sibi vivere, jam mori paratis.
Hîc mentem juvat evolare ad aſtra,
Corporis gravibus levem catenis:
Et cœli dapibus replere cordis
Intima, atque DEO frui, Polumque totum
Pectore imbibere. O miſellus Orbis!
O tunc deliciarum, opumque inanes
Guſtus: vana, fugaxque pompa honorum!

ARCHI-EPISCOPATVS TVRONENS.

Sordent omnia , dum Poli patentes
Campos libera mens tuetur. Illic
Adeſt ſponte ſuâ innocens voluptas;
Abrupti ſcopuli hinc patent , & inde:
Pendenteſque petræ cadunt , manentque;
Et ſaxa aſpera , quæ crepidine altâ
Imminent pelago. Latent cavernis
Spelæa. Hinc peramœna ſolitudo ,
Quin arcana ſinu quies , locorum
Sancta poſſidet. Augeatur annis
Æternis Domus , & ſtupenda creſcat
Ædes prodigijs vbiquè clara:
Atque munere Primicerij aucta,
Autoriſque ſui favens amori,
Stet ſemper titulus perennis ævi.
At tu quiſquis amas frui receſſu,
Seculi , atque maris furore ſalvus;
Hunc portum Charitum potes ſubire;
Hic debes gratias pius referre.
» Nam votum ſolvunt in littore nautæ.

Poſt Renatum Reuxium , variè agitatum ; ſedet modò Henricus Lavallæus, nomine & ſtemmate Eccleſiæ & Regno conſecratis.

CORISOPITENSIS itidem Eccleſiæ Titularis & Archi-Præſulis S. Co- 72
rentini nomine , extat etiam Abbatia Ordinis Ciſtercienſis inter Carnutes. EPISCOPATVS CORISOPI-TENSIS. Cornoüaille,
Succedunt in reliquis S. Guenuchus , aliàs Evenus. S. Allorus. S. Bindicus. Iacobus ; anteà Dominicanus. Alanus Coëtivius , Cardinalis ſepultus ad S. Praxedem. Stephanus Boucherius , inter Patres Tridentini. Ludovicus Simoneta, Cardinalis. Antiquitatem horum in Armorica Epiſcopatuum ſugillat *Geographia-Sacra*. Verùm eam ſatis ſuperque aſſerunt tam publica Armoricæ vtriuſque monumenta, quàm Scriptores rerum ſuarum peritiores. Haud tamen abnuo rectè, vt alia plura, à Monacho-Antiſtite doctiſſimo obſervatum ; perperam ſæpè à multis confundi Notitiam Imperij Civilem, cum Eccleſiæ Epiſcopali.

VENETENSE Concilium in Ordinatione Paterni illic Epiſcopi , decer- 73
nit contra homicidas , falſos teſtes: Monachos vagos , Clericorum ebrie- EPISCOPATVS VENETENSIS, an. 453.
tatem, & convivia Nuptiarum ac Iudæorum ; denique contra auguria, & ſortes Sanctorum. S. Paterni præcipui Succeſſores nominantur S. Guinninus, S. Ignorocus , S. Hinguethenus , S. Meriadocus , S. Meldeocus. S. Chomeanus , fortè Gobrianus. S. Iuſtocus. Sub Conrantgeno , vrbs abs Normannis diruta. Iudicaël , filius Conani Ducis. B. Rodaldus , anteà Ciſtercienſis. Temporibus Petri Fuxij , Gaſtonis & Eleonoræ Aragoniæ filij , *Franciſca Amboſia* Petri II. vidua , grandi exemplo, ſeculi pompis nuncium remittens , ſchema induit Carmeliticum. Ab eaque ſubinde pullularunt in Armorica , Conventus quatuor Monialium veteris inſtituti Carmelitici. Laurentius Cibo, Genuenſis. Antonius Puccius , Cardinalis. Sub penultimo Sebaſtiano Roſmadecio , cui ſucceſſit Nepos non degener , emerſit S. ANNÆ Sacrarium ; tot miraculis inſigne , vt rei totius hiſtoriam hîc perſtringere è publico & poſteritatis bono eſſe putem.

Duciſſa fit Monialis Carmelitica, an. 1467.

Conventus S. Annæ miraculoſus, an. 1625.

DVORVS ab Vrbe Alræa (Aulam-Regiam vocant alij) in Venetorum

Ecclesia Gallicana.

Diœceſi quà inferior Armorica incipit ; Agricola Ivo Nicolazic miræ ſimplicitatis Ruſticanus , pagum Kanna , veteri Armorico nomine ſic nuncupatum, incolebat. Huic jam maturæ ætatis, & exploratæ probitatis viro ; obtigit per decem & octo menſes frequens *Viſio* de nocte, prægrandis & eximiæ formæ Mulieris, cœleſti lumine conſpicuæ. Illa hominem vrgebat, vt deſignatum cœleſti lumine agri de Bocenno locum foderet ; vbi ſpondebat ſe inventurum Imaginem obæſam, quæ olim Divæ Annæ apud Superos regnantis ſpeciem referret. Verba ipſe, noctu & à vigilante audita, retulit juratus in actibus publicis. Videbatur ergo ſibi videre in medio jubare venerabilem Matronam, ſic ſe alloquentem. O Ivo Nicolaſic, ego ſum Anna, quam toties precatus es. Sed vnum jam à te expoſtulo, vt tuo Rectori renuncies ; fuiſſe olim Ædiculam hîc in Bocenno, meo nomini & honori erectam. Hanc reſtitui, repararique placet modò ; quæ à nonagintis viginti quàtuor annis & menſibus ſex, funditùs corruit ſolo adæquata. Primarijs temporibus , condita fuerat ad honorem meum, & gloriam in hoc Britanniæ medio. Diſtulit tamen multoties minimè malus homo , cœleſtibus mandatis obſequi ; ſiquidem ejuſmodi viſa reſerens, etiam Sacerdotibus irridebatur : & pleriſque omnibus, vt aſſolet, videbatur inſanire. Tandem vi Numinis impulſus , præcedente micante in aëre Lumine : auditâ etiàm muſicâ & tumultu quaſi frequentis multitudinis , Vicinis quoque pluribus in ſocietatem ac teſtes accitis ; nocte concubiâ ad locum pervenit , vbi latebat vetus Imago. Subſiſtente ibidem lumine fodit, invenit Imagunculam, extrahit, aggeri ad modum Altaris raptim extructo frondentibuſque ramuſculis in Ædiculæ formam , ruſticè operto imponit : duodecim etiam nummi aurei quadrantes argenteos , velut in futuri Ædificij pignus & arrabonem accepit. Nam cum ſuam inter cetera ad tales auſus pauperiem, ſæpè cauſatus Divæ opponeret : ſpondet illa , nihil vtiquè defuturum. Manè evigilans Ivonis Vxor , Nummos reperit ſuper menſâ ; alios quidem vetuſtiores, alios recens cuſos : his emblema Gallicum , illis ignotum ; nullis ſigilla monetæ vllius vrbicæ , quæ in vulgaribus nunquam-non imprimitur. Vidi egò & palpavi ex illis aliquos, Ruſticum ſeriò interogans : & ex illis Nobilium quiſque ſibi arripuit, ſervandæ rei memoriæ. Mirum dictu ! ea die nullo præmonente, nullo novam erectionem propalante : ſed ſecreto quodam Numinis inſtinctu atque impulſu , concurrunt vndiquè Populi. Fiunt ſuplices Deo.

Vide Hiſtoriam impreſſam, apud Ioan. Guillemot, an. 1637.

Fiunt & Beatâ Annâ intercedente , votorum compotes. Plurimi ex diverſis morborum generibus redduntur ſanitati. *Volumen* integrùm antenticâ D. D. Epiſcoporum , Iudicumque autoritate eo argumento deinceps conſcriptum, & jam pluſquam ſemel plublici juris factum ; haud ſufficit referendis , quæ pium Locum adeuntibus ; vel divinam opem S. Annæ interventu inclamantibus , beneficia conferuntur : totæque paſſim Ædes , miraculoſis ſignis ad ſtuporem oneratæ ; cum tam continuâ , quàm incredibili Peregrinorum frequentiâ, rei veritatem affatim conteſtantur. Nec parùm adjuvarunt Plebis pietatem R.R. P.P. Capucini, à quibus nova devotio primùm ſanctiſſimè exculta eſt. Verùm poſtulante Plebe, jubente Sebaſtiano quem dixi Præſule (quod etiam Ruſticano viro divina viſio indicaverat) ſacri Loci cura committur Carmelitis ex Rhedonenſi Obſervantia. Actutùm ſtupendæ Baſilicæ novi Æditui , vt recipiendis vndiquè adventantibus aptum foret Cænobium : collatis à Fidelibus eleemoſynis extruunt peramplas Ædes , quas in dies inviſâ ſtructurâ perficiunt. Quodque imprimis laudem meretur , Sacellum cohoneſtant omni decoris ſpecie ; vt in totâ Minori-Britannia , nullum modò ſit illuſtrius

Monaſterij ſitus, & ſtructura. *Vide Henric. Spondan. Tom. 3 Annal.*

Armoricæ pietatis monumentum. Mirum ſiquidem in medio vaſtæ & deſertæ ſolitudinis angulo , ſtupendam ædificij molem paucos intra annos conſurrexiſſe : Populos è tota paſſim Armoricâ, varijſqte Galliarum Provincijs plerùmque ſecreto inſtinctu confluere, miracula omnis generis indies conſpici.

Acceſſit Regia protectio inſignis, ex quo præſertim felicis memoriæ Ludovicus XIII. ſacram D. Annæ *Reliquiam* , quam Melitenſium Equitum donò

Reliquia S. Annæ.

acceperat ; juſſit per P. Seraphinum à Iesv, ſolemni pompâ huc deferri. Nec minori zelo auguſtiſſima Conjux Anna Auſtriaca , poſt iterata ſæpiùs vota, quæ Delphini tandem natalitia à cœlo implevere ; eximiam hunc erga pietaris locum,

Locum, devotionem comprobavit. Hinc cum Regni Proceribus, nomen ſuum Confraternitatis Libro propriâ manu, inſcribere voluit. Quam nuper imitata eſt Majoris Britanniæ Regina, Henricеta-Maria Borbonia; fluctus, & tumultus Anglicos evadens per Armoricam. ARCHI-EPISCOPATVS TVRONENS.

Sed quod inſignius eſt, amotâ à publico *Loco* (ad quem ſæpè ſupra viginti, & triginta hominum millia concurrunt) omni licentiâ; illic animæ ad pœnitentiam validiùs *converſæ* cum lachrymis, eleemoſynis, pedum nuditate & ſimilibus: confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta frequentare, celebrare indies videntur. Novum certè hoc ſeculo Novorum! Cujus relatio nulla fidelior, quàm quæ æneis tabulis proſtat in Sacello. Eam in hunc locum tranſcribo, vt fidem publicam promereatur. Converſiones animarum.

MORTALIVM POSTERITATI,
IMMORTALIVM ÆVITERNITATI
SACRVM.

VETVS hic Armoricæ Gentis pietas, famoſo olim Sacello Divam Annam, CHRISTI *Parentis Parentem coluerat; nova ſubindè à Cœlo miracula Oratorium in Cœnobium conſecrarunt. Prodigioſo lumine inter exoleta Capellæ ruta, caſaque ſimplici Ruſtico Numen illuxit. Mox inſpirato, ſimul inſperato frequentiſſimæ multitudinis concurſu, ad majora deinceps præluditur. Adfuit illicò Paſtorali inter Venetos officio Illuſtriſſimus D. D. Sebaſtianus Roſmadecius proſapiâ magnus, infulis major, propriâ meritorum coronâ maximus.* Epitome fundationis.

Nempe ab anno ab Orbe per Chriſtum reparato M. DC. XXVII. *Orbis Chriſtiani Pontif. Max. Vrbano VIII. Franco-Gallici Imperatore Ludovico XIII. ſemper auguſto; obſequioſus erga Deum, Religioſus adverſus Familiam Chriſti, Matrem, Aviamque: liberalis ac munificus in hujus Filios, illius Fratres Carmelitici Inſtituti, nec non Armoricæ Reformationis Profeſſores: hæreſi, belloque collapſam in pago S. Annæ cognomine devotionem, poſtliminiò autoritate ſuâ revocavit: Religione auxit, liberalitate cumulavit.*

Neque diutiùs ſingulis deſcribendis immorandum reor, quando Semnæi novitas dixerim an majeſtas non lectores quærit, non auditores: ſed ſpectatores vocat, quos illicò vertat in admiratores.

NANNETENSIS Eccleſiæ Apoſtolus memoratur S. Clarus, B. Petri Diſcipulus. Exinde S. Ennius. S. Samilianus. S. Felix. S. Paſcaſius. S. Gohardus, inter ſacra occiſus à Normannis. Quiriacus, Ducis filius. Bernardus, ex Monacho Clarevallenſi. Gofridus Arturum primum Ducem Britanniæ baptizavit. Galerandus, vulgò *cauſarum Eccleſiæ Patronus* agnominatus. Sub Henrico II. Caleſtrio, Conventum in vrbe Franciſcanorum fundat Gulielmus Rieuxius. Sub idem quoque tempus Theobaldus de Rupe-forti Procomes Dongenſis, è Carmelo Ploarmelenſi, quæ prima Carmelitarum ſedes fuit in Armorica, ſex Nannetas adduxit. Poſt obſcura ſatis vnius Seculi initia, Conventus crevit miraculo per-illuſtri. Ioannes quippe v. Armoricorum Dux, Propinquorum (qui & Caroli Blæſenſis hæredes) interceptus inſidijs: atque contra auguſtam Principis reverentiam, Pictonenſi Caſtro incluſus, nec ſe- 14 EPISCOPATVS NANNETENSIS. S. Gohardus occiſus à Normannis, an 843. Carmelitæ, an. 1318. Nova Miracula, an. 1419.

ECCLESIA GALLICANA. mel jam jam carnificis gladio mactandus; inter fœdi loci anguſtias, nec non mortis ſæpiùs preſentaneæ horrorem, reſpexit ad Virginis Carmelitarum Patronæ opem. Vovitque, ſi liber evaderet, ſe tantum auri Sacræ Ædi collaturum, quantum ipſe in altera ſtateræ lance cataphractus adæquaret. Fit nihil remorante Cuſtodum diligentiâ, voti compos: & mirabiliter vinculorum, carceriſque catenis exolutus; Carmelum Nannetenſem appulit liber, votumque fideliter perſolvit. Quod carceris è ligno deaurato olim, nec non Ducis, ac Ducißæ conjugis imagines in Sacello B. Virginis appenſæ, & veteres in pergameno picturæ, ipſiuſque Ducis autentica inſtrumenta, & acta Supremæ rationum Curiæ etiamnum conteſtantur. Pondus auri. Pondus *auri* memorantur quattuor ſupra trecentæ ſelibræ, cum vncijs ſeptem; addidit & Fratrum vnicuique, Florenos quinque. Ab eo nimirùm tempore viſendus Conventus, Eccleſia præſertim varijs relucens ornamentis. Præcipuum profectò eſt Ducum Britanniæ *Mauſolæum*, candido marmore nitidiſſimum: cum iconibus è nigro, emblematiſque rubro incruſtato, egregiâ cælaturâ, eximijs ſtatuis condecorato. Tantâ Sepulchrum Ducale, an. 1488. porrò artis & ingenij culturâ, vt vel teſte Magno Henrico IV. tota Gallia ejuſmodi operis dives, par alibi monumentum reperire vix queat. Præcipuus molis eximiæ theſaurus, *cor* revera ſupra memoratæ, iterato hymenæo bis Galliarum Reginæ; quâ annoſo Parenti Franciſco II. ejus geminis vxoribus Margaretis hinc, inde collateralibus; juſta perſolvens, iſtud poſuit monumentum; quod ſequentes Iambi, videntur animare.

F. M. O. O. P. P. B. G. L. P.

AREMORICÆ Ducum viator, aſpice
Sepulchrum; vbi vita, neciſque prominent
Trophæa: palmis, atque cupreſſo inclyta.
Iacent coronæ, ſceptra, faſces, ſtemmata,
Omniſque Regum pompa. Diſce quiſquis es,
Solidum nihil, nihil perenne ſub polo;
Æquare cuncta mortis extremum, & vetus

IVS IMPERI.

Hæc vrna claudit vltimum Britanniæ
Decus, ſimulque lilia adnaſci videns
Tumulo, ſtupet: jungique cupit Armoricus
Franco, beatas inſeri per nuptias.
Poſt varia ſortis & martis pericula,
Franciſcus vltimam diem ſenſit ſenex
Regno, & ſibi. Superſtes Anna, duplici
Conjuncta vinclo lilijs, Gentem ſacro
Copulat vtramque glorioſo fœdere.
Memor Parentis optimi, hanc molem pia
Conſtruxit; ingens artis, & ſtupendum opus;
Quod videt Hoſpes & Civis, nemo tamen
Vidit ſatis. Viator aſpice in pulverem

ABIRE REGNA, REGESQVE.

C. C. M. M. P. P.

ARCHI-EPISCOPATVS TVRONENS.

Cor Annæ Reginæ.

Neque verò tacendum quod hîc accidit, ſub finem præcedentis Sæculi. Reſtagnantibus aquis ex gemino ad vrbem flumine: dum noctu horas matutinas ad pulpitum decantant Aſcetæ; inauditum neſcio quid, ſubtùs quaſi in aquam delapſum, monent Majores Monaſterij: hi ſummo mane Nannetarum Primates. Adſunt frequentes ex Arce, & Rationum Curiâ cum Iudicibus & Scabinis: apertoque ſepulchro, in aquæ fundo reperiunt ad ſolum arculam ligneam, in quâ theca aurea. Aperta hæc cor exhibet Annæ, quam dixi, Duciſſæ-Reginæ, non *integrum* modò, ſed adhuc florido ſanguine cruentum. Eſt & aliud majus, quod ex Archæis, ſcrinijſque Curiæ Rationum Nannetenſis comperi certiſſimum. Vix in noſtratibus Hiſtorijs aliud famoſum magis, quàm *Ægidij Ræienſis* nominatiſſimi ſuo tempore Mareſcalli fatum vltimum. Horret animus referre magni de cætero Viri, facinora propè vltra fidem. Crudelitate, petulantiâ, goëtiâ, veneficijs: ſed maximè prodigioſâ, nec lectâ vſquam alibi παιδεραστίᾳ infamis, publicâ Iudicum ſententiâ, damnatus eſt ad Vivicomburium. Lege dum agit carnifex, accenſo ferali rogo, dictu mirum: circumvolirantes flammæ vſtulant quidem ſcelerati membra: ſed tamen manet vita, ſpirituſque integer; donec ipſe vocato Chirurgo Sanctiſſimæ Crucis particulam brachio incluſam, carne inciſâ monet extrahi. Eamque iteratâ exomologeſi, Patribus noſtris, qui illi aderant, dono donavit: ſervaturque in hunc diem miraculis, præſertim Puerperarum, inter Nannetenſes notiſſima.

Miraculum Crucis.

HIS obiter delibatis, quia minimè vulgaria ſunt, & ea nequaquam ignorari è re noſtra eſt; repetenda modò Præſulum ſeries, tantiſper abrupta.

Simon Lingonius, Dominicanus. Henricus Barbatus, ex Abbate S. Mariæ de Precibus. Ioannes Maleſtroitus, Ducis Cancellarius, mox Cardinalis. Ioannes Lotharingius, itidem Cardinalis. Carolus de Burgo-novo Proto-præſidis Senatus Armorici frater, rarâ virtutum & doctrinæ famâ. Gabriël Beauvæus, quod nomen non ſemel in hiſce occurrit cum elogio. Vetus olim, ſed ſatis incerto tempore, *Concilium Nannetenſe* decernit nullum in Eccleſijs ſepeliendum, nihilque pro ſepulturâ exigendum: nullas prorsùs fœminas Clericis cohabitare: Eulogias panis benedicti Plebi elargiendas; decimarum portiones quattuor: De Collectis vel Confratrijs, quas Conſortia vocant: Ne fœminæ rebus agendis ſe immiſceant: denique de quibuſdam ſuperſtitionibus circa arbores, & lapides abolendis.

Le Cardinal de Maletroit, *an.* 1427.

Concilium Nannetenſe.

Nec minùs ea Vrbs eruditione quàm pietate floruit, quippe quæ Academiam habet omni genere literarum jam olim conſpicuam.

TITVLVS XIX. C

Archiepiſcopat. Bitur. cum Suffraganeis XI.

SELECTA TERTIÆ METROpolis, Bituricenſis.

Triplex titulus.

ECCLESIÆ hujus Antiſtites triplici elogio ornatos reperio. Vocantur ſiquidem paſſim Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi. Illis propterea dignitatis ſtemma prælucent ſemper in Eccleſia, cerei duo, quemadmodum ex Curopalata, Patriarchis in Oriente præfertur Lampas coronata. Vrbs Metropolis Avaricum, Sanctâ etiam Capellâ & Academiâ exornata. Primus in ea Præſul ab Apoſtolis ordinatus, & à S. Clemente miſſus, legitur in Martyrologijs, S. Vrſinus. Sunt qui & Nathanaëlem illum eſſe putant, & in vltima CHRISTI Cæna Lectoris Officio perfunctum. Vrſini Succeſſores circiter centum. Præcipuos, vt ſuevi, delibabo. S. Palladius, * quieſcit in Eccleſia Parochiali de ſuo nomine.

* S. Palais.

S. Leo; cujus Epiſtola, errore nominis, inſeritur inter Epiſtolas Leonis I. S. Sunplicius, de cujus promotione Concio extat Sidonij Appollinaris. Tetradius, qui necdum Antiſtes vocatur ab eodem Sidonio, *fons ſcientiæ meraciſſimus*. Humato Sedente miraculum de puero Iudæo, cui ſimile retulimus in Eccleſia orientali, occaſio fuit Eccleſiæ S. Mariæ de Furno-calido. S. Honoratus, S. Arcadius, S. Deſideratus. S. Probianus, Romæ ſepultus in Æde S. Laurentij extra Muros. Epiſcopus XXV. Felix juſſit Sanctiſſimum Sacramentum ſub cruce in turre, ad Plebis venerationem aſſervari. Poſt Remigij tranſitum, vrbs propè tota concrematur. De Sulpitio Severo, ſitne idem qui Scriptor laudatus, diſputant Eruditi.

Severus Sulpitius, *an.* 588. In vita S. Amandi. S. Sulpice de Vatan, *an* 640. S. Aouſt.

S. Apollinaris, quieſcit in Eccleſia de Caſtro ad muros Bituricenſes. S. Auſtregiſillus *vir in rebus divinis magnificus atque inſignis*, ſub quo floruit S. Bertrada. S. Sulpitij II. Vaſtino Oriundi tempore floruerunt S. S. Dulcardus, Euſicius, Remaclus. B. Stephani elogium fuit, *Bona Eccleſiæ patrimonia eſſe pauperum*. S. Aygulphus ex Eremita, jacet in Parœcia ſui nominis in Archi-presbyteratu Caſtri-Rodulphi.

S. Rodulphus, *an.* 866.

S. Rodulphus, cujus occaſione mentionem faciunt Scriptores contemporanei Patriarchatus Bituricenſis. B. Wlphando pallium miſit Adrianus II.

Ianus ob prudentiam, *an.* 920. Abbatiæ variæ.

Madalbertus cognomento *Ianus*, ob eximiam prudentiam. Sub Gerontio tranſfertur corpus S. Paterni in Monaſterium Exſoldunenſe, augetur Abbatia Virzionis, dotatur Prioratus Villæ-Dei: conduntur ab Ebbone Comite Gerontij patruo, Abbatiæ S. Gildaſij & Burgidolenſis. Poſterioris hujus Eccleſiam, ſanctis & miraculis illuſtrem, dedicavit Vrbanus II. Ex vtriuſque autem proventu coaluit Collegialis S. Martini apud Caſtrum-Rodulphi, id impetrante abs Gregorio XV. Henrico Proto-Principe Condæo.

Duæ vnitæ Collegiali, *an.* 1623.

Launo Comitis Biturigum frater, Stephani V. Legatus, *magnanimitatis Norma* appellatus. Richardus, ſordido cognomine *Avarus*. Gauſſinus vix admiſſus, quia Hugonis Capeti filius ſcilicet *Naturalis*, quamvis de cetero meriti non vulgaris.

Filius naturalis, *an* 1013. Concilium, *an* 1013.

Aymo frater Archambaldi Borbonij, Concilium celebrat Provinciale. Tempore Aldeberti, ſeu Ildeberti, Monaſterium Malanum S. Petri, evadit Caſale Benedictum, caput *Caſalinæ Congregationis*; quæ cœpta ab Andræa de Valle-Vmbroſa Etruſco, confirmata à Leone X. & Franciſco I. plures extulit Monachos pietate & doctrinâ illuſtres.

Congregatio Caſalina, *an.* 1095.

Eminent Guido Iuvenalis, Ioannes & Carolus Fernandi; quorum poſterior cæcus à teneris annis, raram nihilominùs doctrinam aſſecutus memoratur. Eidem vnitæ Abbatiæ plures, S. Sulpicij in vrbe, à Clothario II. conſtructa. S. Laurentij Monialium, cujus prima Abbatiſſa fuit Euphraſia, Caroli M. filia. S. Illidij, in Epiſcopatu Claro-montano.

* S. Alleire. Robert, in Sup.

Albericus, * *litterarum ſcientiâ & Conſilij prudentiâ clariſſimus*. Petri de Caſtro nominatio ab Innocentio II. inſcio Rege, multis difficultatibus obno-

xia fuit. Ad eum reſcribit Eugenius III. Miſſam Sacerdotis concubinarij nominatim excommunicati, minimè audiendam: confirmatque jus Primatiæ Crucis deferendæ, in Provincia Burdegalenſi. Tempore Stephani, Abbatis antea Dolenſis, Canonici Metropolitani adhuc vivebant ſub regulari diſciplina. Henricus de Soliaco conſecratus à Lamberto Cribello Mediolanenſi Archiepiſcopo Cardinale, poſtea Vrbano III. S. Gulielmus ex Canonico Sueſſionenſi & Pariſienſi, Monacho Grandi-montenſi, Abbate Ordinis Ciſtercienſis, moritur in cinere & cilicio, quod nunquam depoſuerat: habeturque Patronus Nationis Franciæ, in Academiâ Pariſienſi. B. Philippus Beruierius, Concionator omnium ſuo tempore eloquentiſſimus perinde ac ſanctiſſimus. Innocentio IV. adgeniculatus noluit ſurgere priùs quàm veniam impetraſſet pro Hugone Claro-montano, ob illatas Philippo injurias & contumaciam depoſito; vrgens ſe in Eccleſia ſedere, cujus Tutelaris *noverat pro perſecutoribus exorare.* Ad Epiſcopalem menſam tredecim quotidiè Pauperes admittebat. Vrbanus Pontif. Max. interdicto ligat Eccleſiam, & Canonicos S. Hilarij Pictavienſis; quod Ioannis de Soliaco Burgenſem ſeu Bituricenſem Primatem nollent recipere, Provinciam Burdegalæ Viſitantem. B. Guido de Soliaco, ſepultus apud Dominicanos in vrbe, ex quorum Ordine fuerat aſſumptus. Ejus Epitaphium hoc loco inſeruiſſe non erit importunum. *Hic jacet Frater Guido nobilitatit ſpeculum, cunctis exemplum, in ſæculo puer purus, in clauſtro morum gravitate maturus: Lector vtilis, Prior amabilis, in dignitate Præſul humilis, benignus omnibus, largus muneribus, ſibi parcus. Obijt ann. 1280. 3. Non. Martij.*

ARCHIEPISC. BITVR.

plem. Segebert. an. 1139.

Nominatio Regia, an. 1142.

Canonici adhuc ſub regula, an. 1178.

Gulielmus, an. 1209.

Orandum pro inimicis.

S. Hilarij Canonici excommunicati, an. 1265.

EPISCOPVS LXXIV. Simon de Bello-loco, quem Martinus Papa vocat *Magnis ſcientiarum dotibus præditum, converſatione laudabilem, honeſtate decorum, morum elegantiâ redimitum, varijſque gratijs & virtutibus inſignitum.* Excepit Bituricis corpus Philippi Audacis Perpiniani demortui, quod Philippus Pulcher defuncti filius ſuis ipſe humeris efferebat. Ægidius Columna Romanus ex Generali *Auguſtinianorum*, apud quos Pariſijs ſepelitur cum hac ſepulchrali inſcriptione. *Hic jacet aula morum, vitæ munditia, Archiphiloſophiæ Ariſtotelis perſpicaciſſimus commentator, clavis & doctor ſacræ Theologiæ, lux in lucem reducens dubia; Frater Ægidius de Roma, Ordinis fratrum Heremitarum S. Auguſtini, Archiepiſcopus Bituricenſis. Qui obijt Anno Domini* 1316. *die* 22. *menſis Decemb.* B. Rogerius Fortis Aureliæ Iuris Profeſſor, pietatis operibus illuſtris. Petrus Rogerius habuit Archidiaconum, poſtea Gregorium XIII. Vlciſceute Nemeſi illatas optimo Præſuli injurias, tota vrbs deflagravit, exceptis Eccleſiâ, & Archiepiſcopio. Moriens nonagenarius, opes ſuas Pueris litterarum ſtudioſis teſtamento legavit. Petrus Deſtamus creatur Cardinalis ab Vrbano V. Sub Bertrando Chanaco, deinde Cardinali, in vrbe inſtituuntur *Carmelitæ* in nucis platea, in fundo Ioannis Pelourdæi. Petrus Aynutius ex Claro-Montano Sanctam Capellam, Ioannis Bituricum Ducis opus, in honorem Sancti Salvatoris conſecravit.

Regiæ exequiæ, an. 1285.

Ægidius Romanus, an 1296.

B. Rogerius, an. 1343.

Punitio divina ob injurias in Epiſcopum, an. 1357.

Carmelitæ, an. 1374.

Vide Ioann. Catlamæum in Hiſtor. Bituric.

S. Capella, an. 1405.

Henricus Avaugourdæus eximiâ pietate & juſtitiâ, poſt viginti quinque annos Inſularum, ſeceſſit in Monaſterium Pigri-lacus vbi & ſepelitur. Interfuerat Concilio Baſilienſi. Ioannes Cordius, zelo & modeſtia inſignis; ſub eo, Academia Bituricenſis inſtauratur. Petrus Cadonetus litium, & munerum oſor; Monaſterium S. Claræ, ſumptibus ſuis ædificavit. Gulielmus Cambrayus, vt Papæ delegatus, Fontebraldenſes in Domo Filiarum DEI, Pariſijs ſubſtituit: peregitque exequias B. Ioannæ olim Reginæ, à qua Ordo Annunciationis Avarici primò fundatur. Michaël Buſſiacus, nullis adhuc Ordinibus initiatus, vixque anno ætatis viceſimo ſecundo; poſtulatur, & confirmatur ob eximias virtutum dotes. Andræas Formannus Scotus, Cathedrali dono dedit caput S. Luciæ, quod Româ attulerat. Franciſcus Buellius filius Iacobi Comitis Sancerrani, diu neutiquam pacificus; poſſeſſionem oppugnante, prætextu nuperi Concordati, Gulielmo Petito Dominicano, Franciſci I. Confeſſario. Franciſcus Turnonius ex Ordine S. Antonij Viennenſis, deinde & Cardinalis: pacis Caduceator Madriti inter Franciſcum I. & Carolum V. litterarum & litteratorum Mecænas; Turnoni ad Rhodanum in Sacello Societatis IESV, quod Collegium ipſe extruxerat, ſepelitur. Sub Iacobo Regio, priùs Mona-

Academia, an. 1466.

Exequiæ Ioannæ Reginæ, an. 1492.

Ieſuitæ, an. 1572.

ECCLESIA GALLICANA.

Reginaldus de Beaune, an. 1547.

Andræas Fremiot, an. 1603.

cho, Collegium Societatis IESV Bituricis inſtituit Ioannes Niquetius, poſteà Vniverſitati aggregatum. Reginaldus Beaunæus Turonenſis, magnus ſeculi ſui Orator, & varijs dignitatibus exornatus. Andræas Fremiotus, prædeceſſoris per omnia æmulus. Poſt Petrum Hardivilierum ex Parocho Lutetiæ, Sedem modò replet Anna Vantadourius, domeſticâ nobilitate & pietate cluens.

---

15 EPISCOPATVS LEMOVICENSIS.

S. Martialis.

Miſſi efficiam. ſicut parvul. iſte, &c. Matth. 18. Ioan. 6.

LEMOVICENSIS Proto-Epiſcopus, idem qui Aquitanorum Apoſtolus S. Martialis, ex LXXII. Diſcipulus vnus; quem narrant Stephani conſanguineum, parvulum adhuc à CHRISTO datum exemplar humilitatis: mox grandiorem, ipſi-met CHRISTO in deſerto obtuliſſe quinque panes hordeaceos. Illius titulo extat Abbatia in Vrbe modò Regularis, modò Sæcularis. Succeſſores electi S. Aurelianus. S. Æmilius aliàs Ennodius, vel Eubulus. *Ruricius*, corruptè Ruſticus, Fundator Monaſterij S. Auguſtini extra muros ad Vigennam; cujus & Epiſtolæ inſeruntur Bibliothecæ Patrum. S. Ferreolus. S. Lupus. S. Sacerdos, vulgò Sadrocus, jacet in Sarlatenſi Eccleſia ſibi dicata. S. Ceſſator. B. Turpinus, ſubſcripſit fundationi Abbatiæ Dolenſis Diœceſis Bituricenſis. Iordanus Loronus, quia conſecratus inſcio Bituricenſi Metropolitano; cum tota Diœceſi, excepto loco S. Martialis, excommunicatus; abſolutionem ſupplex & nudis pedibus, Avaricum adiens, obtinuit. Corpus elevavit S. Martialis, quo tempore de iſtius *Apoſtolatu* in Aquitania, Concilium celebratum eſt. Guido Loronus nepos, primus Præſulum ſepultus ad S. Stephanum. Humbaldus deponitur ad Vrbano II. qui Eccleſias S. S. Martialis & Stephani conſecravit. Bernardus de Favena *Dominicanos* in Vrbem inducit, jacet Artigiæ ſumpto habitu Auguſtiniano ex licentia Papæ; citra quam pedum, & infulas abdicare nefas eſt. Ioannes de Croſſo, autoritate Apoſtolicâ, Lutetiæ confirmavit ſtatuta Collegij Trium-Epiſcoporum. Tempore Bertrandi de Bona-Valle, Capitulum eximitur à poteſtate Epiſcopi. Franciſcus de Fayeta genere, virtute, ætate venerandus.

Lemovicum excommunicatum.

Dominicani, an. 1227.

Collegium Trium Epiſcoporum, an. 1379.

16 EPISCOPATVS TVTELENSIS.

Canonici veſtem ſecularem induunt, an. 1517.

TVTELENSIS, ex Abbatia S. Martini, è qua prodierat Cardinalis Hubertus; Epiſcopos quoque habuit Ioannem Fabri, & Bertrandum de Chanaco Cardinales. Sub Franciſco de Levi Vantadourio, Monachi canonicè induuntur. Petrus Caſtellanus, Eruditis charus. Ludovicus de Genoilacho, inter Patres Tridentinos conſpicuus. Ioannes Superioris abnepos admiſit Clariſſas, Fullienſes, Vrſulinas, Patres Societatis IESV. Hodiè ſolio Epiſcopali inſidet Ludovicus Guronæus, proſapiâ & generoſitate commendabilis.

17 EPISCOPATVS ARVERNENSIS.

Vide Savaron. de Origin. Claromont.

CLAROMONTIVM in Alvernia ſuperiori habuit Antiſtites LXXXX. Eccleſias nunc XXXVI. Concilia ſex. Excepit Pontif. Max. quinque Præſulum ſeriem orditur S. Aſtremonius Petri, apud Baronium, Diſcipulus. Continuant filo ſanctitatis, S. Vrbicus, & ipſe ex LXXII. Diſcipulus vnus. S. Leogontius, ſepultus in Eccleſia ad vrbem. S. Illidius, ſepultus itidem in Monaſterio ſui nominis ſuburbano, cui Archidiaconus fuit. S. Tigridius. S. Nepotianus. S. Arthemius, Treviris oriundus. S. Venerandus. S. Ruſticus. S. Namattus. S. Eparchus. * Sidonius Apollinaris, miraculorum & doctrinæ gloriâ clarus; cujus opera illuſtrarunt Savaro, & Sirmundus Alverni ambo. S. Aprunculus. S. Euphraſius. S. Apollinaris. S. Quintianus. S. Gallus. S. Deſideratus, cui Eccleſia dedicatur. S. Auvolus. S. Iuſtus. S. Cæſarius. *Concilium* Arvernenſe, conſentiente Rege Theodeberto, ſtatuit ante omnia; vt nullus Epiſcoporum aliquam priùs cauſam in illo cætu ſuggerere audeat, quàm ea quæ ad ‘ emendationem vitæ, ad ſeveritatem regulæ, ad animæ remedia pertinent, fi- ‘ niantur. Vetat deinceps necadavera pallis, vel Miniſterijs divinis obvolvan- ‘ tur; ne videlicet dum honorantur corpora, altaria polluantur. Concilio alte- ‘ ro, ſubſcripſit Flavianus Remorum Epiſcopus. Vnde falsò Hincmarus, & Flodoardus aſſerunt S. Remigium ſediſſe annis ſeptuaginta; cum conſtet illum obijſſe anno quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, aut ſecundo. S. Gallus II. S. Geneſius, ſepultus in Eccleſia quam S. Symphoriano ædificaverat *S. Præjectus*,* cujus memoria claret miraculis in agro Pariſienſi. S. Avitus vtrâque litteraturâ pollens. S. Bonitus, aliàs Euſebius, quem adhuc in vtero matris Siagriæ, Epiſcopũ

*. Cibar. Sidonius Apollinaris, an. 486.

Concilia duo, 1. an. 535.

Alterum, an. 541.

* S. Pris en la Vallée de Montmorency, an. 670.

ſalutavit Phrigio Preſbyter integerrimus, S. Stabilis. S. Sigo. Stephanus IV. ARCHI-
Pontium Comitem excommunicat, eo quod vxori legitimæ pellicem ſuper- EPISCO-
induxerat. Ranco Præſul LI. conſecravit Eccleſiam *Caſæ*-Dei fundatam à S. PATVS BI-
Roberto. Ea plures extulit Pontifices, etiam Clementem VI. E qua etiam TVRICENS.
aſſumptus Durandus Claromontanus, quem in Eccleſia S. Nicolai ſepelivit Caſa Dei, *an.*
Vrbanus II. toto Concilio aſſiſtente. Guilelmo Guimontio, exinde Leri- 1304.
nenſi Monacho confirmat Vrbanus II. jus præcedendi alios Aquitaniæ primæ Exequias per-
Epiſcopos. Hugo de Turre Franciſcanorum in Vrbe Fundator, obijt vltrà agit Pontifex,
mare in exercitu S. Ludovici. Guido de Turre Dominicanus, electus ante *an.* 1219.
annum ætatis vigeſimum. Aubertus Aycellinus elevat corpus S. Illidij, *Car-* Carmelitæ;
melitas in vrbem inducit. Aubertus, aliquando poſt Papa Innocentius VI.
cujus Claromonti Vicarius Guilelmus Grimoardi, & ipſe poſt modum Vrba-
nus V. Eam deinceps ſedem tenuerunt plures magni nominis viri Agrifolij,
Merloti, Gougæij, Comborij, Borbonij, Ambaſij, Prati, Salviati, San-
nectarij, Rupifucaldij, Deſtainæi. Ex vltimis fratri ſucceſſit Ludovicus Deſtai-
næus, ſtemmate, indole, virtute Cardinali defuncto Lugdunenſi, probiſque
cunctis amiciſſimus.

DVCONA CADVRCORVM pluribus ante Ioannem XXII. ſeculis, 18 EPISCOPATVS
contra quod opinatur Bzovius, Proto-præſulem agnoſcit S. Genulphum, à CADVRCENSIS.
Sixto II. miſſum. Succeſſere S. Deſiderius, S. Ambroſius, cui Avarici extat *Vide Guilelmum*
Eccleſia Titularis. S. Gauſbertus. Gaufridi ſepulti Grandimonte Epitaphium, *Crucium.*
hoc inter alia diſticho emicat;

Noſce quid es, quid eris, qui forſan cras morieris. Epitaphium;
Qui vivens moreris, tranſis cum ſtare videris. *an.* 1200.

Sub Guilelmo IV. inſtituti in vrbe Franciſcani, & Dominicani. Bartholomæus Franciſcani &
cunctis vſque adeò charus, vt publico epiphonemate exclamarent vniverſi; Dominicani,
vivat DEVS, *vivat Dominus Bartholomæus.* Sub Raimundo Carnelio fundan- *an.* 1226.
tur in vrbe *Carmelitæ*, & Clariſſæ. Sub Sicardo de Monte-acuto, Auguſti- Carmelitæ;
niani. Hugo Geraldi Avenione imminutus, quod adverſus Pontificem con- *an.* 1280.
juraſſet. Guilelmus, anteà Dominicanus. Franciſcus de Cardaillaco, anteà Auguſtiniani;
Franciſcanus. Ludovicus Dalbretus, deinde Cardinalis, ſicut & Alexander *an.* 1293.
Farneſius. Sub Simeone à Pompiano, Collegium Societatis IESV & Capuci- Ieſuitæ & Ca-
norum Conventus in vrbe inſtituuntur. Alanus ex Abbate Ciſterci S. Mariæ pucini, *an.* 1606;
de Cancellata Ciſtercienſi, Diœceſis Petraconiſenſis, rerum divinarum co-
gnitione, & duro vivendi genere ad ſenectutem perſeverans. Ea in Diœceſi,
oppidum *Figiacum* Abbatiam habuit ejuſdem nominis; fundatam à Pipino Figiacum.
Aquitaniæ Rege, divinitùs præſente Stephano III. P. M. conſecrata.

SANCTVS Florus, primus Epiſcopus Lutevenſis, oppido in jugis Indiacis 19
Alvernorum, fidem: & quia illic ſepultus, nomen quoque dedit. Eccleſiam EPISCOPATVS
è Cœnobitica ejus memoriæ extruxit Ambardus Biſonius, permiſſu Clemen- SAN-FLORIA-
tis II. & conſilio S. Odilonis. Eam conſecravit Vrbanus II. in Cathedralem NI.
evexit, ſi fides Dauſſayo in Martyrologio, Bonifacius VIII. ſi Roberto in
Gallia-Chriſtiana, & alijs apud eum, Ioannes XXII. Canonicos, Seculari veſte
donavit Sixtus IV. Quinque primi Epiſcopi antea Monachi, tres ex illis
poſtea Cardinales. Poſteriori ævo, Ioyeuſij duo: proximè Carolus Noüail-
læus ſanguine, pietate, ſcriptis commendatus. Modò Iacobus, ex Abbate
Mon-rougio Annæ Reginæ Matris Eleemoſynario.

ANICII, aliàs Podij Velaunorum, Templum Cathedrale illuſtrant Dei-
paræ patrocinium, devotio miraculis frequens: jus Pallij, & à Bituricenſi 20 L'EVESCHE' DV
exemptio. Eam Sedem tenuerunt S. Gregorius, miſſus à B. Petro. S. Paulia- PVY EN VEL-
nus, à quo Epiſcopatus dictus olim San-paulianus. S. Evodius, qui Sedem LAY.
Epiſcopalem Podium tranſtulit, Templumque illud inſigne erexit. S. Sua-
crius. S. Armentarius. S. Aurelius. S. Agripanus, cui Martyri Collegialis S. Agreve;
Eccleſia in vrbe eſt. Adelardo XXIV. Antiſti, Rodulphus Rex Anicium dono
dedit. Gotiſcalus peregrinus adit Compoſtellam. Tempore Guidonis, qui
in excelſo rupis vertice Ædem erexit Archangelo Michaëli, Rex inſignia Peregrinus
vrbi concedit Aquilam alis expanſis, cum lilijs decem: Ipſe Guido ſepelitur Compoſtell.
in Cœnobio S. Petri, abs ſe constructo, Guidonis nepos Stephanus, in Con- *an.* 923.

Ecclesia Gallicana. Exemptio à Metropolitano, an. 1051. Aymarus Legatus, an. 1098. Clemens I v. an. 1259. Carmelitæ, an. 1288.

cilio Romano deponitur à Gregorio v. Stephanum II. Mercurium Leo IX. Pontif. Max. exemptione à Metropolitano, & Pallio auxit. Ademarus, ſive Aymarus de Montilio, Legatus Pontificis in expeditione Godofridi Bullonij, ſepelitur Antiochiæ. Robertus Mechinus, pro libertate Eccleſiæ peremptus, Stephanus Chalanconius, S. Dominicum in ſua Vrbe excepit, ſicut Bernardus Vantadourius S. Ludovicum redeuntem è Palæſtina. Guido Falcodius-Groſſus etiam ex Cardinali S. Sabinæ, creatus Clemens I v. Guillelmus de Rota, Romæ conſecratus ab Vrbano I v. jacet in Caſa-Dei, vbi Monachus vixerat. Fredolus Seguſianus, *Carmelitas* in Vrbe recepit. Petrus Geraldi, exinde Cardinalis, ſicut & Petrus de Ahaco. Elias Leſtrangius, Theologiâ & eloquentiâ clarus in Concilio Conſtantienſi. Iacobus Deſſerræus Dominicanos, Ieſuitas, Capucinos, Vrſulinas initio Seculi hujus in vrbe admiſit. Henricus Maupaſius, Du-Tourius, Annæ Reginæ Proto-eleemoſynarius: doctrinâ, ſacrâ eloquentiâ, pietate Præſulis partes omnes adimplens.

21 L'Evesché de Mende en Gevodan. S. Hilarius, an. 541. L. 3. c. 21. Durantus, an. 1276.

Mimatenses Epiſcopi, ijdemque Comites Gabalitani in Gebennis ſeu Comenis montibus; S. Severianus, D. Martialis diſcipulus. S. Privatus. S. Veranus. S. Firminus. S. Hilarius, quem verſu alloquitur Fortunatus. S. Iſerus. S. Frodoaldus. Gulielmi electionem factam per compromiſſum, approbat Honorius I v. Gulielmus Durandus vel Durantes, diſcipulus Cardinalis Oſtienſis: Autor *Speculi Iuris, & Rationalis divinorum officiorum*; Romæ ſepultus in Minerva, ideoque creditus à nonnullis Dominicanus. Ioannes excommunicavit Petrum Valmanierum Canonicum Mimatenſem, quod in feſto Sanctæ Spinæ Pontificaliter celebranti Subdiaconi officium recuſaret. Petrus Riarius ex Savonenſi Minorita, deinde Cardinalis. Iulianus Cardinalis S. Petri ad Vincula. Clemens Ruverus, & ipſe ex Franciſcano Cardinalis.

22 Ruthenorum Episcopat. Franciſcani, an. 1232.

Ruthenensis inter Segodunos primus Præſul, S. Amantius; quem vicinitate nominis, cum Redonenſi confundit Galeſinus. S. Quintianus. S. Dalmatius. Petrus Henrici, Franciſcanos in vrbe admittit. Vivianus ſepulturam eligit inter Franciſcanos, de quorum ſodalitio fuerat aſſumptus. Bernardus Albigenſis, anteà Monachus, poſtea Cardinalis, ad quem verſus extant Franciſci Petrarchæ. Faydictus Agriſolius, & ipſe deinceps Cardinalis. Sub Iacobo Corneliano Ieſuitæ in vrbem inducti, Sub Bernardino Corneliano Capucini. Hardoüinus, ex Camerario Richelij Cardinalis, necnon Ludovici XIV. Præceptore meritiſſimo.

Ieſuitæ, an. 1561. Capucini, an. 1616.

23 Episcopat. Vabrincensis.

Vabrincensis, divulſa à Rutenenſi per Ioannem XXII. non pluſquam viginti Præſules extulit. Hos inter Guilelmus Bragoſus Cardinalis. Franciſcus Cornuſſonus, qui adfuit Concilio Tridentino. Habertus ex Eccleſiaſte Canonico Eccleſiæ Pariſienſis, eruditiſſimus.

24 Episcopat. Albiensis.

Albiensis Eccleſiæ ſub S. Cæciliæ patrocinio, Proto-Præſul S. Clarus. Exinde S. Salvius, & S. Theofridus. Sub Gerardo condemnantur Albigenſes, in Concilio Albigenſi. Procurante Bernardo de Conſtaneto, exinde Cardinali, Cathedralis Eccleſiæ Canonici togâ ſeculari donantur à Bonifacio VIII. Regiſque S. Ludovici canonizatio decernitur. Dominicus de Florentia, ex Dominicanis. Ludovicus Ambaſius autoritate Alexandri VI. nullum declaravit matrimonium Ludovici XII. cum Ioanna Ludovici II. filia. Bernardi nepos, itidem Cardinalis, ſepelitur in Diva Lauretana. Adrianus Gouffierus Cardinalis Buſſiacus. Plures deinceps Prati, Lotharingij, Medicæi, Delbeni, Ludæi. Pingue ſiquidem Pedum nemo non ambit, tametſi ſubjaceat Bituricenſi in temporalibus æquè ac ſpiritualibus.

Canonici Seculariʒati, an. 1297. Ludovicus Ambaſius ſepultus Laureti, an. 1512.

25 Episcopatus Castrensis, an. 1317.

Castrensem Epiſcopatum, vti alios circumquaquè plures, ex Abbatijs erexit Ioannes XXII. Ita-vt vltimi Abbates, primi extiterint Epiſcopi. Habuit ab eo tempore Raimundum Mayroſium, Ioannem II. Cardinalem creatum in Concilio Conſtantienſi, Fuerat anteà Confeſſarius Caroli VII. ſicut & ejus ſucceſſor Gerardus Marietus. Sub Iacobo Turnonio, Cathedralis planè exuit Monachiſmum.

Monachi deſinunt, an. 1535.

SELECTA

SELECTA QVARTÆ Metropolis, Burdegalenſis.

TITVLVS XX.
Archiepiſcopat. Burdeg. cum Suffraganeis XX.
S. Gilbertus.

BVRDIGALÆ, ſeu Biturigi Vibiſcorum ad Garumnam, ſederunt Archi-Epiſcopi numero & meritis plures. S. Gilbertus, S. Dephinus S. Amandus. Berterannus, filius Ingeltrudis filiæ Clotarij Franciæ Regis. Gofridus de Oratorio. Gerardus Mala-mortæus, in Angliam miſſus à S. Ludovico. Sub Roberto Angliæ Cancellario, Candalæi fundant Auguſtinianos, vbi viſitur ſepulchrum magni illius Sebaſtiani Foxij. Franciſcus Hugocionius, deinceps Innocentius VI. Sub Petro Berlando, qui contra Pragmaticam Sanctionem proteſtatus eſt, fundatur *Academia*. Arturus de Monte-Albano ſanguine prænobilis, profeſſione Cœleſtinus, Collegij Lutetiæ Montis-Acuti benefactor inſignis: Avunculus ſucceſſoris Andreæ Deſpinæj, exinde Cardinalis, ſepultus apud Cœleſtinos Pariſienſes. Antonius Prevoſtus Sanſacus, interfuit Tridentino: Concilium habuit Provinciale, *Societatem* IESV in vrbe admiſit. Illius tempore abeunt è vivis Elias Vinetus & Michaël Montagnius, inter Litteraros non ignoti. Franciſcus Deſcoublæus, Cardinalis Sourdius multa aggreſſus eſt, nec prope-modum minora frater illius, qui & ſucceſſor. Sub illo Burdigalam incolunt Capucini, Chartuſiani, Vrſulinæ, Thereſianæ, Minimi. Sedente modò Henrico Betunæo, Regij olim ad Pontificem Oratoris filio, efflorent Reformatio ex Rhedonenſi Obſervantia in Conventu Burdigalæ *Carmelitarum*; quem gemina Eccleſia, S. Simonis Stochij Lipſana, frequenſque Plebis devotio, *non ſine miraculis condecorant*.

Academia, an. 1451.
Ieſuitæ, an. 1573.

28
EPISCOPATVS SANTONENSIS.
S. Ambroſius, an. 402.

SANTONENSIS Eccleſia Apoſtolo gloriatur eodemque Epiſcopo S. *Eutropio*, cui Templum vetus nuncupatur in ſuburbio. Longo poſt intervallo nominantur Trojanus, cujus corpus tranſlatum Tholoſam. S. Ambroſius, quem nonnulli haud ineptè conjiciunt eum eſſe qui adfuit in ſpiritu exequijs S. Martini; eóque maximè quod Santonum, & Mediolanum nuncupatur. S. Bibianus. CONCILII Santonenſis cauſa extitit nominatio Emerij Epiſcopi, facta non à Clero, non à Populo, non à Metropolitano, ſed à Rege Clotario. Sic ergò promotus deſtituitur, poſtea tamen reſtituitur. S. Palladius; ad quem ſcribit Gregorius M. Epiſtolam, ex qua multitudinem Altarium eodem in Templo, conſequenter & Miſſas privatas colligunt Theologi Polemici.

De promotione Epiſcopi, Concilium, an. 563.
Multitudo Altarium, an. 596.
S. Iean d'Angeli, an. 761.

Angeriacum Monaſterium ad Boutonnam fundavit Pipinus, ſacrum S. Ioanni Baptiſtæ, de cujus capitis revelatione, conſulendi Eruditi. Epiſcopus XI. S. Leontius, qui Templum poſuit S. Bibiano anteceſſori ſuo. Sub Grimorado Batiacum Abbatia extruitur S. Stephano, in qua Hilduinus primus Abbas, anteà Miles. Gallardus Pureanus, Cardinalis. Ludovicus Rupi-cavardæus, Roberto Gaguino Literarum ſocietate amicus. Raimundus Peraldus, Cardinalis. Franciſcus Soderius obijt Romæ, Collegij purpurati Decanus. Triſtandus Biſetus, ex Monacho Clarevallenſi, ſedebat inter Patres Tridentinos. Vivit modò Ludovicus Baſſompieræus, nobilitatem *virtutibus æquans*.

Triſtandus adfuit Concilio Tridentino, an. 1557.

EPISCOPATVS RVPELLANENSIS.

MALEACENSIS Epiſcopatus ex Abbatia S. Remigeri, opus eſt, quemadmodum alij plures, Ioannis XXII. Primus illic Epiſcopus, Benedictus Abbatum vltimus, reſiduis hactenus Monachis: Petrus Turoyæus, Cardinalis. Fridericus Sanſeverinus, Cardinalis. Gofridus Deſtiſſacus. Deſcoublæi tres. Modò tranſlatâ *Rupellam* Cathedrali, Iacobus Raoulus ex Santonenſi

ECCLESIA GALLICANA.

Epiſcopo, priúſque Seneſcallo Nannetenſi vxorato, magnis animi dotibus illuſtris.

28 EPISCOPATVS LVCIONENSIS.

LVCIONENSIS Epiſcopatus, eadem ſorte eodemque tempore emerſit ex Abbatia B. Mariæ; cujus fundatorem Lucium Conſtantij & Helenes filium, Bouchetus nominare non dubitat. Suos inter Antiſtites, quos numerat viginti quinque, pleroſque prænobiles: Toüarſios, Rupifucaldæos, Poulliacos, Cordios, Saciergæos, Lotharingios, Borbonios, Ludæos; gloriatur imprimis, *Richeliorum* triade. Primus nominatur Iacobus Plæſſeus-Richelius, idemque Abbas de Niolio. Alter Alphonſus-Ludovicus, de quo dicam fuſiùs in Lugdunenſi. Tertius ARMANDVS ille eſt Ioannes Pleſſæus-Richelius: Dux ſummus, Cardinalis Eminentiſſimus, Regis Ludovici XIII. Adminiſter, titulis omnibus Major. Poſt res Eccleſiæ & Regni diù feliciter promotas, inter ſacros Eccleſiæ ritus omnes, piè decedens in manibus meis, (ita enim voluit, & demortui oculos claudere datum eſt) ſepelitur in Sacello Sorbonæ; quam, vt faciebat omnia magnificentiſſimè, ex lateritia tantùm-non marmoream effecit. Magno vſquequaquè Viro, procul modò omni adulatione, brevi Elogio parentare non verebor; vt ſit ſaltem animi mei nuſquam ingrati, teſtificatio ſempiterna.

Richelij tres.

Cardinalis Richelius obijt, 4 Decembr. an. 1642.

Vide Epiſtolam, funebrem, Gallicè, Latinè, Italicè, Hiſpanicè.

Fatigavit Magnus Richelius Mortalium ingenia, rerum à ſe geſtarum magnitudine: diúque attonitus Terrarum Orbis, veluti erga numen, non alio quàm ſilentij cultu tanti Viri laudibus operatur. Dixerunt in ſeculo Viri vtraque eruditione politi, adnaſcentem inter Lilia genituram ea Gallico imperio portendiſſe miracula; quæ anteacta ætas ignoravit, præſens intuetur, ventura ſupra fidem demirabitur. Prima raræ indolis rudimenta Lutetia ſuſcepit, ſuſpexit Roma: vtrumque theatrum Orbis ampliſſimum, ſed illius adoleſcentiâ minus, nec tum quidem orienti gloriæ ſuffecturum. Nihil deinceps intactum in divinæ Virtutis commendatione. Sed omnes Muſarum & Eloquentiæ conatus tam infrà tantum Heroëm, quàm eminet ipſe ſupra reliquos Mortales. Ætatem Inſularum decus, Purpuram merita anteverterunt. Poſt tantillum, auſpicatumque, vt in Sole, deliquium; ſplendores reſtituti, & aucti. Mox ingens, eaque ſeries miraculorum continua. Pacatæ res domeſticæ. Numinis, Majeſtatiſque Perduelles, poſito præter naturæ leges æſtu maritimo, apud Rheſiam debellati. Inſula pluſquam ſemel propugnata. Fuſæ, fugatæque Anglorum copiæ: frænati fluctus, captivus Oceanus, exciſa Rupella, profligata Hæreſis. Bis Alpes ſuperatæ, ſua Principibus fœderatis jura, totique Latio libertas vendicata. Receptum Nanceum, Lotharingia poſtliminio Lilijs ſuis annexa. Imperij Majeſtas æquâ lance librata; Briſaci, Attrebati, Perpigniani, ſparſa vbiquè Trophæa. Invidorum inſidiæ Autoribus ſuis capitales. Quid multa? Quod alij cogitatione vix aſſequuntur, & facili & felici auſu executus eſt MAGNVS RICHELIVS;

Quem veniente die, quem diſcedente canemus.

Digitized by Google

Richelio ſucceſſit in Epiſcopatu Emericus Bragelonius, tandemque ex hujus reſignatione Petrus Nivellius anteà Ciſtercenſium Generalis. Cujus quidem beneficio Sacellum in Vrbe Lucionenſi, optimi Sacerdotis Ioannis Boüini donum dotatum acceperunt *Carmelitæ* ex Obſervantia Rhedonenſi. Appendicem videlicet Conventus B. V. M. Lauretanæ, quem in ſuo Prætorio, Oppidoque nuper erexerat, ex pietatis teſtamento, Illuſtris Dom. Iacobus Maille-Brezæus, Marchio Floſſelerianus. Eadem in Diœceſi Abbatiam S. Michaëlis in Eremo fundavit Guilelmus Dux Aquitaniæ, cognomento Caput Stupeum: exornavit Abbas Iacobus Billius, Græci Idiomatis ſummè gnarus; qui Gregorium Nazianzenum, & Iſidorum Peluſiotam latinitate donavit.

ARCHIEPISCOPAT. BVRDEGALENS.
Carmelitæ Floſſeleriæ, *an.* 1641.
& Lucioni, *an.* 1646.

29
EPISCOPATVS PICTAVIENSIS.
Vide Annales Joan. Bocheti.
S. Hilarius.
S. Maxentius.

PICTAVIENSIS Epiſcopatus primus in Notitia Provinciarum & Civitatum Galliæ, ſubjacet Burdigalenſi Metropolitano. Epiſcopi inſigniores, S. Victorinus. S. *Hilarius*, quo nemo fidei conſtantiâ & integritate major; cujus ſanctum corpus manibus Angelicis tranſlatum eſt in Cœnobium, quod illi ſtruxerat Tudelius Abbas. S Gelaſius, in D. Hilario ſepultus. S. Maxentius, alter ab Anachoreta, ſub Clodovæo Rege ſanctitate & miraculis claro; cujus nomine extat in agro Pictavienſi, Abbatia & Oppidum. Illius fratri Iovino, dedicata quoque Abbatia eſt. S. Pientius, cui Fortunatus vitam S Hilarij dicat. Fortunatus, illius ſucceſſor Italus, Poëta, Scriptor notiſſimus. S. Euparchius, vulgò Cibardus. Inſigne Monaſterium S. Crucis in vrbe fundavit S. RADEGVNDIS. Ea primùm Bertharij Regis Thuringiæ filia, Clotarij Regis Victoris Franciæ vxor: exin Novioduni à S. Medardo DEO ſacrata, Auguſtoriti Pictonum vixit Monialis & Abbatiſſa. Mortuam tumulavit Gregorius Turonenſis, vbi ſepulcrum ejus quotidianis miraculis celebratur. Duplici Epiſcoporum *Conventu* agitur contra Chrodieldem, Chariberti Regis filiam, Baſinam Chilperici, aliaſque Moniales; adverſus Lemboram Abbatiſſam; poſt exceſſum B. Radegundis, in eo Pictavienſi Monaſterio rebellantes.

S. Radegundis.
Concilia duo, *an.* 589.

Epiſcopus XLVIII. Ebroinus, qui inaudito hactenùs exemplo, *Abbatiam* Epiſcopatui junxiſſe perhibetur. In Eccleſia Abbatiali S. Cypriani, qui fuit S. Savini frater, tumulatur Guilelmus Capitis-ſtupei Pictaviæ Comes, idem Dux Aquitaniæ. Iſambertus II. Caſtellaillonus Epiſcopus LV. fundat in vrbe *Monaſterium-Novum*, cujus Eccleſiam dedicavit Vrbanus V. in honorem S. Ioannis Evangeliſtæ. Eam verò dotavit Guido Gofrido Comes, in ejus navi ſepultus, cum filio Guidone. In ea etiam floruit Abbas Iſmarus, poſteà Cardinalis. Ibidem & Guilelmus de Lauduno, Toloſæ Iuris profeſſor inſignis. *Gilbertus Porretanus* multiplici doctrinâ clarus, ſed nec minori pietate; quippe qui convictus à S. Bernardo, rectam fidei formulam profeſſus eſt coram Eugenio III. Guilelmus Temperij, colitur in Monaſterio S. Cypriani. Concilium Auguſtoriti Pictonum CLX. Antiſtites celebrantes, Philippum Regem Bertrandam repetentem Sacris prohibent. Guilelmus Pictavienſis Comes, quos è Concilio redeuntes Epiſcopos nanciſci potuit, virgis cædit. Concilio Romæ habito, Philippus abſolutionem per Legatos obtinet. Mauricius Blaſonæus, tranſlatus à Nannetenſi, vt pote Eccleſia Minore; Sigillo impreſſerat hinc effigiem Epiſcopi, inde manum tenentem claves duas.

Dualitas Beneficiorum, *an.* 838.
Gilbertus Porretanus, *an.* 1148.
Concilium Pictavienſe, *an.* 1100.

IN inſigni Abbatia *Trinitatis* Monialium S. Benedicti; jacet in tumulo è candido marmore, Aleys vxor Ebbonis II. Comitis & Ducis, à quo fundatam ſcribit Ioannes Beſlius; licet à Mathilde Ebbonis Matre, affirmet Paradinus. Sedente Ioanne de Meloduno, Vrbanus IV. confirmat exemptionem Eccleſiæ S. Hilarij. Galterus Brugenſis Minorita, ſubit viſitationem juridicam Simonis Archiepiſcopi Bituricenſis, vt pote Aquitaniæ Primatis. Arnaldus, idem qui Cardinalis de Auxio; ſub quo per Ioannem XXII. Epiſcopatus Malcacenſis & Lucionenſis avulſi fuerunt à Pictavienſi. Sedente Aymerico de Montibus, capitur ab Anglis Rex Ioannes. Sub Simone Cramaudo, repertum S. Radegundis corpus illibatum. Ludovicus Barræus Ioannis Franciæ Regis ex ſorore nepos, Cardinalis. Yterius Martrolius, Franciæ Cancellarius ſub Rege Carolo VI. Sub Guilelmo Charpaignæo, inſtituitur à Carolo VII. *Academia* Pictavienſis. Sub Leone Guermeto, floruit *Nicolaus de Orbellis* Minorita. Gulel-

Sigillum Epiſcopi, *an* 1198.
Cœnobium Trinitatis.
Eccleſiæ S. Hilarij exemptio, *an.* 1264.
Duo Epiſcopatus avulſi.
Academia, *an.* 1431.
Nicolaus de Orbellis.

ECCLESIA GALLICANA.

mus Cluniacus, Franciæ Cancellarius. Regnante Ludovico XII. Claudij Huſſonij nepos Ludovicus Huſſonius, ex Antonieta Trimolliana, Bullas adeptus anno ætatis decimo octavo, Subdiaconus, diſpenſante ad inſtantiam Franciſci I. Pontif. Max. matrimonium init, cùm clariſſimæ Genti nullus hæres maſculus ſupereſſet. Sub Godefrido Sam-Belino admittuntur in vrbe Patres Societatis IESV, & Franciſci de Paula: viamque carnis vniverſæ ingreditur *Nicolaus Rapinus*, Poëta illuſtris. HENRICVS Ludovicus Caſtaneus-Rupipozæus, Romæ natus ex Patre Oratore Regio; nobilitate, generoſitate: & plura alia inter Opera, accuratis in totam Scripturam *Exercitationibus*, eximius. Succeſſorem modò habet Eminentiſſimum Principem Antonium *Cardinalem Barberinum*, eundemque Magnum Franciæ Eleemoſynarium. Sedente Rupozæo Iuliodum appoſitus eſt ad Patres ſuos *Scevola ille Sam-Martanus* proſâ & verſu felix, indole & ſenio venerabilis. Extitit ibidem celebris hiſtoria, de *Energumenis* Iuliodunenſibus: quæ inter plura veriſſima, id habuit lamentabile, quod Petrum Grangierium illic Parochum, ingenio elimato, ſed vitâ inquinatâ, ad rogum capitali ſententiâ perduxit.

Collegium Ieſuit. an. 15[?]2. Henricus Ludovicus Rupipoz. an. 1616.

Antonius Barberinus, an. 1655

Scævola Sam-Marthanus, an. 1623.

Energumenæ Iuliodunenſes, an. 1634.

30

EPISCOPATVS ENGOLISMENSIS.

S. Salvianus, an. 775.

ENGOLISMENSES Epiſcopos, qui Archi-capellanorum Regis in Aquitania titulo gaudent, inchoavit S. Anſenius, S. Martialis Diſcipulus. Continuant S. Dynamius. S. Salvianus, Valentienis Martyrio coronatus. Launus, ſub quo fundata tria Cœnobia; Nantulienſe, Bannenſe, & Carionenſe. Helias Scotus, Diſcipulus Theodulphi Aurelianenſis, Templum Cathedrale Reliquijs S. Benigni auxit. Hugo ex Comitibus Iarnacæis, Vir vndequaquè doctiſſimus; ſub quo ædificatur Buxiæ, Monaſterium S. Amantij. Occaſione Grimoaldi Epiſcopi XXVII. per Vidonem Vice-Comitem incarcerati, præcriptum fuit à Papa; vt qui Epiſcopum carcere attineret, eliſus equorum indomitorum calcibus, feris projiceretur. Gerardus ſepultus in San-Dionyſiano ad Lutetiam, vocatur Epiſcopus Aquiliſmæ Civitatis. Gerardus II. ex Magiſtro Scholarum electus, annonam alendis in menſa Epiſcopali duodecim pauperibus conſtituit: ſecutus deinde partes Anacleti contra Innocentium II. famæ maculam intulit. Sunt interim qui reſipuiſſe narrant. Lambertum vocabat D. Bernardus *Virum ſanctæ memoriæ*, adeò facundiâ & pietate pollebat. Sepelitur in extructo à ſe Coronæ Cœnobio. Sedente Petro III. Dominicani, & Franciſcani Inculiſmæ recipiuntur: Eccleſia Collegiata, Rupi-fucaldiæ fundatur. Fucaldus è familiâ Rupi-fucaldæâ, & S. Franciſci ſodalitio aſſumptus. Aquilinus vnà cum Epiſcopo Lemovicenſi, Inquiſitor pro B. Ivonis canoniſatione. De ejus aſſenſu Guido Comes Rupifucaldiæ, in ſuo oppido inſtituit *Carmelitas*, apud quos inhumatur. Octavianus San-Gelaſius Luſignanus, poëſi & hiſtoriâ clarus. Antonius Deſtainæus, ſcutum cum Lilijs ſine numero obtinuit à Franciſco Rege. Iacobi Babrei in D. Martini Turonenſis ſepulti ſucceſſor & nepos Philibertus, Græcè ac Latinè doctus; ſub quo Engoliſmam deprædantur Hugnonotti, Romæ moritur Cardinalis. Ioannes Iacobus Bovius Florentinus, Conſtitutiones Clementis Romani latinitate donavit. Sub Antonio Rupifucaldæo, Capucinorum domus in vrbe extruitur. Iacobus Du-Perronus nomine, & miſſione in Angliam cum Regina, clarus. Succeſſor vltimus, Franciſcus Pericardus, agnomine pariter inter Inſulas notiſſimo.

Epiſcopus incarceratus, an. 1160.

Dominicani & Franciſcani, an. 1260.

Carmelitæ Rupifucald. an. 1343.

Rabies Calviniſtica, an. 1564.

Capucini, an. 1614.

31

EPISCOPATVS SARLATENSIS.

* S. Sadroc.

SARLATENSIS Epiſcopatus crevit, ſicut & alij, ex Abbatiali Eccleſia Benedictina, ſacra hodiéque S. Sacerdoti * Epiſcopo Lemovicenſi quadrageſimo. Inter Præſules quos vltra triginta numerat, eminet Nicolaus Gouaddius, Cardinalis.

32

EPISCOPATVS PETRAGORISENSIS.

Chronopius, an. 507. L. 4, 6. 8.

PETRAGORISENSEM Eccleſiam fundavit S. Fronto, B. Petri Diſcipulus. In illius Templo celebratur divinum officium, Eccleſiâ Cathedrali S. Stephani, per furores Calviniſticos ſolo æquatâ. Frontonis ſucceſſor ſimul & Diſcipulus, S. Anianus. Pegaſianus recenſetur à Gregorio Turonenſi, inter *digniſſimos fidei, Religioniſque cuſtodes*. Chronopio, quem Broverus ait juxtà nomen vitæ longioris, epitaphium inſcribit Fortunatus. Radulphus Auguſti-

manorum in vrbe fundator, obijt Hieroſolymâ reverſus. Raynadus à Saraceñis occiſus in obſidione Antiochena, dum faceret in Altari. Radulphus de Turribus, Franciſcanos in vrbe admittit. Raimundus Pontæus, Cardinalis. Petrus Fournierus dormiens in ſuo Caſtro Epiſcopali, per ſicarios occiſus. Solium jam occupat Cyrus, ex Abbate Hiacintho & Regio Eleemoſynario. ARCHI-EPISCOPATVS BVRDEGALENSIS.

IN AGINNENSI Epiſcopatu Præſules præcipui S. Capratius, quem inſulas Martyrij cruore purpuraſſe probat ejus Eccleſiæ Canonicus. Phæbadius à Hieronymo laudatus inter Autores Eccleſiaſticos, & in Bibliotheca Patrum recenſitus. Dulcidius conſtructor Eccleſiæ parrochialis Sanctæ Fidis, & Arianorum vehemens impugnator. Gambaldus, filius Sanctij Aquitaniæ Ducis. Guilelmus Pontareſius ſepultus Lutetiæ in D. Martini, vbi fuerat Prior. Ioannes in Concilio Florentino electus, & confirmatus. Leonardus Groſſus-Roveræus, Cardinalis. Hodiè Bartholomæus Dalbenæus, gentili nomine Eccleſiæ conſecrato.

Auguſtiniani, an. 1013. Reginaldus, an 1098 Franciſcani, an. 1117. Epiſcopus occiſus, an 1574.

33 EPISCOPATVS AGINNENSIS.

CONDOMIVM Epiſcopatu decoravit Ioannes XXII. ex Abbatia S. Petri, ab Algaſio Duce Aquitaniæ olim fundata. Illic, vt & in tota paſſim Aquitania, confundentibus omnia Hæreticis, adnotantur ſolùm inter Præſules, Guilelmus de Teſta, Cardinalis. Bernardus, ſepultus in Carthuſia Pariſienſi. Ioannes Mayrus, Autor *Enchiridij Sacerdotalis*. Carolus Piſſelæus; Ronſardi Poëmatis celebratus. Ioannes Cheminæus; ſub quo inſtituti in vrbe Capucini. Antonius Conæus, Eccleſiæ Cathedralis reparator. Ioannes D'Eſtradæus & propriâ virtute, & fraternâ militari gloriâ clarus.

34 EPISCOPAT. CONDOMIENSIS.

Capucini, an. 1611.

ROMA VITT. EMANUELE

ECCLESIA GALLICANA.

TITULUS XXI. E Archi-Epiſcopatus Auxitanus, cum Suffraganeis x.

SELECTA QUINTÆ Metropolis, Auſciorum.

AUGUSTÆ Auſciorum Novempolulanæ Metropolitam, vno excepto Ioanne Fileſaco, agnoſcunt vniverſi S. Aſpaſium *, quem vt Patronum colit Melodunum, ad Sequanam. Succedunt S. Ciracius. S. Paternus. S. Orienſius, * cujus tutelâ & nomine gaudet vicinum oppidum. S. Leotadius, ex Abbate Moyſſacenſi. Tum deinde plures Armaniaci, Flavacouri, Dalbreti, Alenconij, Trimollij, Eſtenſes: aliique illuſtri proſapiâ, etiàm & ſæpè Cardinalitiâ dignitate inſignes.

* S. Aſpas.
* S. Oyens.

---

35 EPISCOPAT. LACTORIENSIS. LECTORENSES Epiſcopi; Vigilius ſubſcribit Concilio Agathenſi, Fauſtus Aurelianenſi. Geraldus Puteanus, Bertrandus Bordius, Renatus Priæus Cardinales. Guilelmus Bartonius Mom-baſus, inter Patres Concilij Tridentini; cui inſcriptum carmen ſequens, vtinam cunctis Eccleſiæ Prælatis aptari queat.

Quòd tam cenſeris generoſo ſanguine Præſul,
Quodque es tam multis clarus Imaginibus.
Illa quidem certè laus eſt non infima, ſed quæ
Tota ad Majores ſit referenda tuos.
Quod ſuperas opibus multos, quod honoribus anteis;
Fortunæ hæc dici munera poſſe vides.
Quod ſis auguſto ſpectandus corpore, forſan
Natura hanc dotem vindicet ipſa ſibi.
At quod tam multis fulges virtutibus, atque
Eximijs rari dotibus ingenij.
Quodque tuis lucem præferre nepotibus illam,
Quam tibi majores ante tulere, potes.
Hæc demùm eſt tua laus, hæc Præſul laus tua demùm eſt.
Vna hæc te ſuperis inſerit Ordinibus.

N. Vautordius, ex Regio Concionatore & fratre Regij Oratorij ad Germaniæ Principes.

36 EPISCOPATUS VASATENSIS. Concilia duo. Decreta Concilij Vaſenſis I. an. 442. Et II. an. 529. VASATENSES; Sixtus in Concilio Agathenſi per Procuratorem; Rufus in Aurelianenſi, Oreſtes in Matiſconenſi. *Concilia* hîc celebrantur, quæ Vaſenſia & Vazonenſia appellari alij jam obſervarunt. In I. excommunicantur, qui oblationes defunctorum retinent. Accuſandi licentia, etiam in Epiſcopis, repreſſa. De ſecreta correptione facienda, & de Expoſitis colligendis. Concilium II. præſcribit quædam circa Miſſarum ſolemnia, jubetque nomen Domini *Papæ*, cuicunque Sedi Apoſtolicæ præfuerit, reſervari. Combaldus Epiſcopus, inſtauravit Monaſterium S. Petri de Regula. Gaillardus Motæus, Cardinalis. Geraldus Puteanus, Abbas Majoris-Monaſterij, poſtmodum Cardinalis. Petrus Salpinus, è Franciſcanis. Petrus Bonaldus, Lector in Vniverſitate Tholoſana. Arnaldus Pontacus, eruditione & Eruditorum amicitiâ clarus. Hodiè L. Martineaudus, ex Canonico Eccleſiæ Pariſienſis.

L'Abbaye de Reole, an. 977.

ARCHI-EPISCOPATVS AVXITANVS.

ADVRENSES præcipui; Ruſticus. Robertus. Valdebrayus, Dublinenſis deinde in Hibernia Archiepiſcopus. Rogerius, miſſus in Hiſpaniam ad Regem Alphonſum. Ludovicus Dalbretus, eximiæ virtutis & famæ Cardinalis. Petrus Foxius, ex Minorita, itidem Cardinalis. Franciſcus Foxius Candalæus, proſapiâ, Literis Græcis perinde ac Latinis, Trimegiſti evulgatione: Philoſophiâ etiam Hermeticâ, Theologiâ, ſepulchro apud Auguſtianos Burdegalenſes notiſſimus. Hodiernus Carolus Bourlemontius. 37

ADVRENSIS. Franciſcus Foxius, an. 1579.

AQVENSIVM Epiſcopos orditur S. Vincentius Martyr, quem tamen Santonenſem facit Thevetus. Sequuntur inſigniores Iacobus Oſſatus, qui deinde fuit Ioan XXII. Petrus Yterius, Cardinalis. Petrus Ammalius, anteà Auguſtinianus. Bernardus, in Concilio Baſilienſi Cardinalis. Franciſcus Nouaillæus, Legatus Caroli IX. Conſtantinopolim ad Selinum. Iacobus Deſclauſæus, ad poſtulationem fratris integerrimi, qui Cardinali Richelio erat à Confeſſionibus. 38

AQVENSIS. L. 13. Coſmograph. Ioan XXII. an. 1316.

BAIONÆ Lapurdenſium pauci hactenus obſervantur. S. Supplitius. Iacobus, è Dominicanis. Ioannes Fraxineus, Orator Henrici II. in Germaniam, ſcripſit gallicè de ſtatibus & familijs in Orbe Chriſtiano. 39

EPISCOPATVS BAIONENSIS.

OLERONENSES in Bearnia; Antonius, Gratus, Lucerius varijs in Concilijs memorati. Amatus, Papæ Legatus, & Præſes Concilij Burdegalenſis. Petrus, ex Auguſtinianis. Arnaldus Maitiæus illatas ab Hæreticis Eccleſiæ ruinas reſarcivit, Capucinos in vrbe admiſit. N. Gaſſionus, Mareſcalli frater, Præſul magnæ ſpei in flore ætatis abreptus. 40

OLERONENSIS. Concilium Burdig. an. 1075. Capucini, an. 1623.

LESCARIENSES Bearni; S. Iulianus, cujus extat Eccleſia Suburbana. S. Galactorius ſubſignat Concilio Agathenſi, *Epiſcopus de Benarno.* Savinus ſubſcribit Matiſconenſi, *Epiſcopus Eccleſiæ Benardenſium.* Raimundus, exoleto more, eoque illegitimo, ſex ſimul Eccleſias tenuit. Ad Arnaldum Arbuſæum ſcribit Ioannes XXII. Ioannes, Orator Regis ad Pontificem. Amaneus Dalbretus, Cardinalis. Ioannes Petrus Dabadiæus. Ioannes de Salletta, in rebus Eccleſiæ reſarciendis vigilantiſſimus. 41

LESCARIENSIS. an. 506. Legatus Regis, an. 1481.

TARBIENSES in Caſtro Bigeronum, Eccleſia Deiparæ, olim Regulari; Syagrius in Concilio Eliberitano, Arnoldus in Lateranenſi. Arnaldus Mioſſanus. Gabriel Grau-montius, Cardinalis. N. Mallierus ex Oratore Veneto. 42

TARBIENSIS.

CONVENENSES, in Cathedrali S. Bertrando ſacra, Præſidius & Ruffinus circa annum quingenteſimum. Bertrandus Chanacus, Cardinalis, ſepultus Avenione apud Dominicanos. Amelinus Lautrechus, Cardinalis. Carolus Caraffa, Cardinalis. Petrus Dalbertus, in Concilio Tridentino. Hodiè Gilbertus Mareſcalli Pralini gloriâ, proprijſque meritis coruſcans. 43

CONVENENSIS.

CONSERANENSES, S. Valerius, cui Templum ædificavit illius in dignitate ſucceſſor Theodorus. *S. Licerius* *, S. Fauſti Epiſcopi Tarbienſis Diſcipulus, Cathedralis & Vrbis Patronus. Arnardus, anteà Dominicanus. Ioannes Iuvenis Picardus, Cardinalis. Andræas, interfuit Concilio Florentino. Ioannes Aulæus, Ioannem & Catharinam Reges Navarræ coronavit Pampelone. Franciſcus Bonardus, ex Franciſcano & Concionatore egregio. Hieronymus Linguæus itidem & Pedemontanus, & Franciſcanus. Bruno *Ruadus*, quem ex Carthuſia Pariſienſi eduxere pietas, doctrina, Magnatum amicitia. Bernardus Marmieſſæus, ex Doctore Pariſienſi, & Cleri Gallicani Agente Generali. 44

*CONSERANENSIS. * S. Licerr, ou Lizier, an. 506. Inauguratio Navarræor. an. 1494. Bruno Ruade, an. 1624.*

ECCLESIA GALLICANA.

TITVLVS XXII.

F

Archiepiſcopat. Toloſanus, & Suffraganei VII.

SELECTA SEXTÆ Metropolis, Tholoſanæ.

Nôtre Dame de La Dorade. an 356.
Epiſcopus depoſitus, an 1072.
Capitulare Toloſanum, an 843.
S. Dominicus, an. 1232.
S. Ludovicus, an. 1299.
Archiepiſcopus, an. 1349.
S. Thomæ tranſlatio, an. 1368.

TOLOSA Archiepiſcopatum non adepta ante Ioannem XXII. Antiſtites habuit pluribus titulis commendatos. Primus fuit S. Saturninus, cui præclara in vrbe Eccleſia eſt. Selecti deinde S. Honoratus. S. Hilarius. S. Silvius. *S. Exuperius*, ad quem & de quo ſæpè Hieronymus; Templum Minervæ, convertit in Eccleſiam Noſtræ Dominæ Deauratæ. S. Germerius. S. Hilaris. S. Evembertus. Iſamus, Eccleſiæ ſuæ Canonicos fecit Regulares. Nono ſeculo Carolus Iunior Calvus, per *Capitulare Toloſanum* decernit nonnulla circa Epiſcoporum autoritatem in Preſbyteros: illorum viſitationem, horum præſulationes ſeu impenſas, & ad Regem reclamationes; idque præſertim in Gothia, ſeu Septimania. Raimundum Rabaſtenſium, meritis exigentibus depoſitum narrat Hiſtoria Albigenſis. Fulco Maſſiliâ oriundus, à quo *S. Dominicus* Toloſam evocatur, cui Iacobus Vitriacus Cardinalis dicat vitam S. Mariæ Ogniacenſis; à quo *mortuum antea Epiſcopatum fuiſſe ſuſcitatum*, refert Guilelmus Puilaurentinus. Sepultus vbi & Monachus fuerat, in Cœnobio Grandis-ſilvæ, cujus etiam Abbas S. Bertrandus. Raimundus Falguerius, ſepultus apud Dominicanos. Bertrandus Inſulanus, primus Epiſcoporum depoſitus in Cathedrali. Hugo Maſcarius, quieſcit etiam apud Dominicanos. *S. Ludovicus* ſanguine Regio per Carolum II. Siliciæ Regem Provinciæ & Andegavi Comitem, & Mariam Hungaricam: profeſſione Franciſcanus, eodem loco & mortuus & natus Brignolæ, in Sanctorum numerum relatus. Petrus Darablayus, Franciæ Cancellarius, idemque Cardinalis. Gaillardus Mota-Preſſagius, nepos Clementis v. Cardinalis S. Luciæ. Ioannes filius Raimundi Comitis Convenarum, Primus Toloſæ Archiepiſcopus; factus Cardinalis maluit *Pontificatum recuſare*, quàm polliceri ſe Romam nunquam profecturum. Guilelmus Laudunenſus, Dominicanus. Tempore Stephani Albranſi jubet Vrbanus v. corpus *S. Thomæ-Aquinatis* ex Monaſterio Foſſænovæ, in Latio haud procul Româ Toloſam deportari. Dominicus Florentinus, ex Dominicanis, Confeſſor Clementis VII. cujus tempore *Ioannes Capreolus* vixit, Theologus ſubtiliſſimus. Bernardus Roſſergius, anteà ex Profeſſore Iuris Auguſtinianus. Ioannes Aurelianenſis, & Gabriel Granmontius Cardinales. Odorus Colinæus, Cardinalis, transfuga. Antonius Sanguînus, Robertus Lenoncourius, Georgius Armeniacus, Cardinales. Paulus Foxius Mureti oratione funebri, & Sammarthani elogijs dilaudatus. Ludovicus, Cardinalis Valletæus, Ducis Eſpernonij filius. Carolus Monchaldæus, magnæ vir litteraturæ. Petrus De-Marcatus, ex Præſidente Bearnenſi, & Epiſcopo Conſeranenſi, vtrâque eruditione pollens.

---

45 EPISCOPAT. VAVRENSIS. VAVRENSI Eccleſiæ Cathedrali, quam inſtituit Ioannes XXII. Titularis eſt S. Alanus. Præſules eximij Rogerius Armeniacus. Robertus Fuxius. Ægidius, Cardinalis, Petrus Marolius. Georgius de Selva. Petrus Da-
46 MONT-ALBANENSIS. neſius Delphini Franciæ præceptor, & Regis in Concilio Tridentino Legatus. Horatius Biragus. Claudius Vergierus. Ioannes Vincentius Tullenſis, ex
47 LOMBARIENSIS. Auriſicano poſt honoram legationem, quâ ſimul cum Mareſcalla Guebriandæâ Mariam Gonzaguam vxorem deduxit.
48 S. PAPVLI. EADEM cum Vaurenſi Epiſcopatu, initia habuere MONT-ALBANENSIS; cujus modò Cathedram replet Petrus Bertierus, Doctor Sorbonicus,
49 MIRAPICENSIS. Regiuſque Concionator. LOMBARIENSIS. S. PAPVLI. MIRAPICENSIS, eo quoque in Tractu RIVENSIS. Proptereaque vix quicquam ſuggerunt,
50 RIVENSIS.

gerunt vltra nominum enumerationem. Enimverò Rivenſis habet jam in ſuo territorio *Fulıacum*, anteà erat in Toloſano. Abbatia eſt eo maximè celebris, quod caput eſt & origo ſanctiſſimæ illius vtroque ſexu Congregationis in Ordine Ciſtercienſi; quam præduro vivendi genere orſus eſt vltimo labente ſeculo Ioannes Barrierius, qui Romæ obijt non ſine opinione ſanctitatis, ſepultus in S. Bernardo ad Thermas Diocletianas. Mirapicenſis autem Patronum habet S. Mauritium, Epiſcopos Cardinales duos; Davidem à S. Andrea, & Ioannem Suavium. Claudium quoque Guichæum, Tridenti in Concilio Regium Oratorem. Hodie Ludovicus Vantadourius, ex Societate IESV, raro hactenus exemplo.

ARCHI-EPISCOPATVS TOLOSANVS. Congregatio Fuliacenſis. Ioannes Barrierius, obijt, 1600.

APAMIENSIS ad Aurigeram in Comitatu Foxienſi, per Bonifacium VIII. inſtituti, primus Epiſcopus Bernardus Sacheti; ex Vltimo Abbate Canonicum Regularium, S. illic Antonini. Secuti ſunt Arnaldus, Cardinalis. Amaneus, ex Abbate S. Rufi. Ioannes Luxemburgus, qui vitam ſcripſit Annæ Mommorenciaci, Verſibus Gallicis. Robertus Pellevæus, zelans DEI & Eccleſiæ Leges. *Henricus Spondanus*, cui tantum propè debet Baronius, quantum Baronio Eccleſia.

51
APAMIENSIS. an. 1298.

SELECTA SEPTIMÆ Metropolis, Narbonenſis.

TITVLVS XXIII.
G
Archiepiſcopat. Narbonenſis, & Suffraganei IX.

NARBONENSIS Eccleſiæ Præſul, Archiepiſcopus Gaſconiæ, Primaſque Gothorum appellatur. In Præſulum Catalogo, eminent S. Paulus; cui Eccleſia Collegialis ex Abbatiali, in ſuburbio ad Atacem Fluvium conſecratur. Hilarius, præfuit *Synodo* Regienſi. S. Ruſticus, ad quem extat Epiſtola LXXXXII. S. Leonis, & Hieronymi Epiſtola IV. de inſtitutione Monachi. Celebratum ſub Nigetio, *Concilium* prohibet Clericis purpurâ indui, illos per plateas vagari, reos Monaſterijs includi, Iudæos mortuos ſuos pſallendo deducere, diem Iovis feſtiviter coli. S. Theodardus jacet in Monaſterio ſui nominis, quæ nunc Cathedralis eſt Montis-Albani. Aymerius, ad quem ſcribit Ioannes VIII. Gofridus, Narbonam tranſtulit corpus S. Iuſti de Pardiniaco. Arnaldus, ex Abbate Ciſtercienſi XVI. primus *Inquiſitor* & Legatus Pontificis contra Albigenſes. Guido Groſſus, Cardinalis. Sub Mauricio, Eccleſia-Major cœpit ædificari. Petrus, de cujus probitate & præſtantia ſcribuntur Epiſtolæ commendatitiæ ad Regem. Bernardus De-Fargijs, Narbonenſe *Collegium* fundat Lutetiæ. Petrus Iudicis, Cardinalis. Franciſcus Caſtelnaudus-Claromontius-Loſdevenſis, Cardinalis. Raynaldus, filius naturalis Caroli I. Borbonij Ducis. Franciſcus Hallæus ex Archidiacono Pariſienſis Eccleſiæ, in cujus Choro quieſcit. Franciſcus Guilelmi, Cardinalis. Guilelmus Briſſonetus, Cardinalis, Occitaniæ Pro-Rex. Hippolytus Eſtenſis, Ducis Ferrariæ filius, Cardinalis, in Cathedrali ſepultus. Simon Vigor, doctrinâ, etiam ante Infulas, Lutetiæ & Tridenti clarus. Ludovicus Verninæus, Dominicanus. Claudius Rebæus, meritis jam & ſenectute venerandus.

Synodus Regienſ, an. 493.
Concilium; an. 593.
S. Iuſti tranſlatio, an. 1058.
Inquiſitio fidei in Gallia, an. 1212.
Eccleſia Cathedralis, an. 1272.
Collegium Pariſ. an. 1317.

BITERRENSIS Eccleſiæ Titularis, S. Naſarius. Currente ſeculo quarto Pſeudo-Synodis Arelatenſi & Biterenſi, impellente Hilario Arelatenſi, inſtigantibus Arianis, S. Hilarius Galliâ pellitur à Conſtantio Imperat. & S. Athanaſius exagitatur. Quo tamen tempore formula fidei Sirmij apparuit,

52
EPISCOPATVS BITERRENSIS. Pſeudo-Synodus, an. 356.

Eccleſia Gallicana. Perfidia Sirmienſis, an. 958. Vrbs capta, an. 1211.

eodem ab Epiſcopis Galliæ condemnatur, loco Concilij incerto. Primus Biterarum Antiſtes S. Aphrodiſius. Succeſſor Paulinus Epiſtolam ſcripſit de *Prodigijs*, quæ tunc Biteras perterrefecerunt. Tempore Reginaldi vrbs Abigenſium Veneno infecta, expugnatur à Simone Mon-Fortio, ipſo die S. Magdalenæ. Berengarius, & Guilelmus Deſtouta-Villa, Cardinales. Ioannes Bureilus, jacet Lutetiæ apud Cœleſtinos. Ioannes Bonzius, Cardinalis Eleemoſynarius Mariæ Mediceæ; cui Bulengerus dicat ſuas diatribas, adverſus Exercitationes Caſauboni.

53 Alectenſis. An. 1530.

Alectensem Epiſcopatum à Narbonenſi diviſit Ioannes xxii. ex Monaſterio S. Benedicti, Monachi verò in Canonicos proximo ſeculo deſierunt. Antiquæ illic Eccleſiæ faciem renovat modò per rara pietatis exempla, *Nicolaus* Pavillonus, è Pariſino Sacerdote nobili quæſitus ad Infulas.

54 Carcaſſonenſes. an. 1495.

Carcassonenses Epiſcopi colliguntur ex Concilijs, alijſque inſtrumentis. Notiores juxta & recentiores, Bernardus, Comitis Mon-Fortij frater. Iſarnus Legatus Bonifacij viii. ad Regem Daniæ, pro libertate Ioannis Archiepiſcopi Lundenſis. Petrus Aymericus, Confeſſor Ioannis Bituricum Ducis, ſepultus in Cathedrali Nivernenſi. Martinus à S. Andræa, jacet in ſua Cathedrali, tumulo æneo. Chriſtophorus Daleſtagnus, aſcitus inter Præceptores Ordinis Sancti-Spiritus. Poſtremus Ludovicus Nogaretus, ſuo nomine, proprijſque meritis evectus.

55 S. Pontii Tomeriar. Res è Cœnobio, an. 936.

Sancti Pontii Tomerarium, ante tempora Ioannis xxii. Monaſterium erat Benedictinum, à Pontio Comite Toloſano extructum; è quo poſt quadraginta annos vitæ Cœnobiticæ, *Ramires* ad Hiſpaniæ Regnum fuit eductus. S. autem Pontium Eccleſiæ & Diœceſis Patronum, Martyrio coronatum referunt, eo quod Philippos Imperatores ad Chriſtianam fidem convertiſſet. Succeſſor hodiernus Michaël Tubevæus, ex Agente Generali Cleri Gallicani.

56 Lodevenſis. Inquiſitor, an. 1247. Speculum Hiſtoriæ, an. 1320. An, 1506.

Lvtevenses, ijdemque Comites Mon-Bruni diu, contra quod putant Maſſonus & Myræus, præceſſerunt Ioannem xxii. Nominantur enim in antiquis Chartularijs S. Florus. S. Georgius. S. Amantius. S. Fulcranus. Guilelmus, delegatus ab Innocentio iv. vt inquireret an ſenior Toloſæ Comes obijſſet Catholicus. Petrum Guilelmi poſt Berengarium ſucceſſorem, ſunt qui putent ſcripſiſſe *Præclara Francorum facinora*. Vidus, Inquiſitor fidei in Valdenſes. Bernardus Guidonis, Dominicanus, itidem Inquiſitor in Albigenſes, Ioanni xxii. dedicat *Speculum Hiſtoriæ*, à ſe confectum juſſu Berengarij, Dominicanorum Generalis; patriâ, non Epiſcopatu, Lemovicenſis. Guilelmo Briſſoneto, Guilelmi Cardinalis dum erat vxoratus, filio dicantur Ariſtotelis Politica à Iacobo Stapulenſi, Phyſica à Franciſco Vatablo, Opera S. Dionyſij à Iodoco Clictovao. Dominicus De Capra-Gabra, ex Legato ad Venetos, ſepultus Pariſijs in Choro S. Germani de Pratis. Gerardus Robinus, priùs Eremita Auguſtinianus. Ioannes Plantavitius, Antiquitatis Eccleſiaſticæ peritiſſimus. Ejus quoque characteris Franciſcus Du-Bouſquetus, antiquæ inſuper pietatis in ſua Diœceſi reparator.

57 Agathenſis. Concilium 1. Agathenſe, ſub Alarico, an 506.

Agathensis Eccleſia in Volcis Arecomicis ad fluvium Araurium, S. Andreæ ſacra, pluribus ac vetuſtis Synodis celebratur. Vnum hîc refero con„ vocatum ſub Sophronij regimine, permiſſu Regis, quo ſtatuuntur multa „ præclarè. Ne Epiſcopi excommunicent innocentes, vel levibus de cauſis. Ne „ ancillæ, vel libertæ ſecretum Clericis miniſterium impendant. Vt etiam „ omni Quadrageſimæ Sabbato jejunetur. Vt Presbyter aut Epiſcopus non „ ordinetur ante triceſimum ætatis annum, Sancti-Moniales non velentur „ ante quadrageſimum. Ne Clerici comam nutriant. Ne novum Monaſte„ rium erigatur inconſulto Epiſcopo, & Puellarum à Monaſterijs Virorum re„ moveantur. Ne plebs exeat è Miſſa, ante Sacerdotis benedictionem. Sub-

, ſcribit inter alios Agrecius, in CHRISTI nomine Epiſcopus de Antipoli. Præſules porrò Agathæ pauci comparent, quemadmodum & paſſim in vicinis harum Provinciarum Eccleſijs; quippe aut recentiores, aut remotiores. Nominantur itaque Trigidius, Georgius, Primus, Guntherus varijs in Concilijs. Berengarius, à Gregor. VII. excommunicatus, quod communicaret Narbonenſi. Franciſcus Fouquetius, domeſticis decoris non impar.

ARCHIEPISCOPAT. NARBONENSIS.

58 Tranſlatus Mons-Peſſulus, an. 1536

MONTIS-PESSVLANI Antiſtites hodièque poſt mortem ſepeliendi deferuntur in Inſulam Magalonam, quia inde tranſlata fuit Sedes Cathedralis. Magalonenſi porrò Eccleſiæ, hommagium debebat olim Regnum Majoritanum. Inter verò vtriuſvis Præſules poſt Boëtium, Gineſium, Vincentium, Arnaldum, &c. nominatur Goualterus Inſulanus in Flandria, *Pſalmorum* Interpres. Adoinus Alberti, Cardinalis. Bertrandus, Nuncius Eugenij IV. ad Concilium Baſilienſe. Ioannes Garnierus, ex Monacho Benedictino. Petrus Fenouilletus, ſui ævi Cicero Chriſtianus. Claret autem ea vrbs tum natalitijs S. Rochi, tum Academiâ præſertim Medicorum, reſurgitque paulatim ex cladibus Calvinianis.

59 Nemauſenſis.

NEMAVSENSES Epiſcopi, omiſſis vetuſtioribus quia nil habent ſingulare; Petrus De Blanſaco, Cardinalis. Bernardus Delbenus, in Concilio Tridentino. Petrus Valernodus, ſub quo Ieremias Ferrerius abdicato hæretico Miniſterio, Catholicè & eruditè ſcripſit de *Anti-Chriſto*. Claudius Toiratius, Mareſcalli frater. Dionyſius-Anthimus *Cohonus*, Gallicæ facundiæ Palmaris; qui inter cæteros eloquentiæ partus, inaugurationi Ludovici XIV. perorans ad miraculum, poſtulantibus Vniverſis Ordinibus ad hanc Sedem denuò revocatur. Illic ad Oſtium Rodani Occidentale Oppidum eſt S. Ægidij, Abbatia priùs Benedictina; à qua Gothicum olim Palatium ſeu Vallis-Flaviana, & quæ modò Linguadoca, pulſis Gothis dicta fuit Provincia S. Ægidij.

Orator Inaugurationis Ludovici XIV. an. 1654.
S. Ægidius, an. 1295.

60 Vcetic enſis.

VCETICENSIS Epiſcopatus Patronum habet S. Theodoritum, Preſbyterum & Martyrem Antiochenum. Præſules eminent Conſtantius, quem Hilarius Papa *Primatem* vocat; hoc eſt more Africano, Epiſcoporum Provinciæ antiquiſſimum. Elias de Sancto-Aredio, Cardinalis. *Nicolaus* Grilletus, ex Concionatore Regis graviſſimo.

TITVLVS XXIV. H Archiepiſcopat. Arelatenſis, & Suffraganei IV.

SELECTA OCTAVÆ
Metropolis, Arelatenſis.

S. Trophimus, D. Pauli Comes,

ARELATE fontem aperuiſſe Evangelij S. Trophimum, vnde rivi totam deinde Galliam irrigarunt, vetus & authentica traditio eſt. Relictum ibi à *Paulo*, dum pergit in Hiſpaniam ſubindicant, præter alia, domus & vicus, quæ etiam Pauli retinent nomenclaturam. Succeſſerunt S. Regulus, inde tranſlatus Silvanectum, ab eoque ordinatus. S. Feliciſſimus. Martianus, hæreſi notatus. Sub Monno celebratum fuit

Concil. Arelatenſe 1 an. 314. l. 1. de Bapt. c. 9. & Epiſt. 162.

Concilium illud, à quo ſua inchoat Sirmundus Concilia: quodque, poſt Auguſtinum, plenarium & vniverſale appellare non dubitat. Extatque Marini Epiſtola ad Sylveſtrum Papam, de rebus eo in Cœtu geſtis & Canonibus conſti-, tutis. Præcipui fuerant de Paſchate vno die & tempore celebrando, de ex-, communicandis Aurigis dum agitant, & Theatricis quandiu agunt: de Baptiſ-, mo Hæreticorum, de Tradentibus Scripturas & vaſa Dominica; de accuſa-, toribus fratrum, & conculcantibus Epiſcopos. De Diaconibus vrbicis, pere-, grinis Epiſcopis, & Epiſcoporum ordinatione nonniſi per tres celebranda. , In ſequenti altera Synodo prohibetur, ne Diaconi in ſecretario ſedeant inter

Concil. II. an. 452.

, Presbyteros: neve iſtis præſentibus, tradant Fidelibus Corpus CHRISTI. , Ne Clericis Mulieres cohabitent, ne Profeſſi nubant. Ne quis arbores, , fontes, vel ſaxa veneretur: ne confugientes ad Eccleſiam, tradantur. In Are-

Concil. III. Cauſa Ravenij, & Fauſti, an. 455. Prædeſtinatiani condemnati, an. 472.

, latenſi III. lis terminata inter Ravennium Epiſcopum, & Abbatem Lirinenſem. Sequenti ſeculo Synodus altera ibidem, *Prædeſtinatianos* condemnat. Interea Iulianus Præſul, jam Pelagianiſmo infuſcatus: ejuſque ſucceſſor Saturninus, præter Arianiſmi maculam & odium in S. Hilarium Pictavenſem, nullo non crimine commacularus, turbas cient in cauſis capitalibus. Clades priſtinas reparavit Heros, S. Martini diſcipulus, eximiâ probitate: ſed eam ob cauſam

L'Iſle de S. Honorat, an. 445.

vrbe pulſus, ſubſtituto Patroclo; cui ſucceſſit *Honoratus*, à quo Parochia in vrbis ſuburbio, & nomen innovatum Inſulæ Lirinenſi. Suppar *S. Hila-*

Damnatus Epiſcopus, à Papa abſolvitur, an. 444. Epiſt. 88.

rius, Apoſtolicus ſui temporis Sacerdos, multimoda virtute pretioſus, fidei torrens igneus, cæleſtis eloquij, & præceptionis divinæ indefeſſus operarius. Illi tamen ſuccenſet per epiſtolam Leo I. quâ reſtiruit Chelidonium Veſontionenſem Concilio incerti loci, dejectum de gradu; vt pote anteà maritum viduæ, Iudicemque Cauſarum capitalium. Ravennium contrà Hilarij ſucceſſorem, idem Pontifex fusè dilaudat. S. Eonius. Cæſarius, Cabilone ortus, condidit Monaſterium S. Crucis in vrbe; vbi primus Abbas S. Florentinus, cujus & Opuſcula habet Bibliotheca Patrum. Auxianus, vices gerens Papæ in Gallijs. S. Aurelianus. & ipſe delegatus à Vigilio. *Sabaudus*, à quo Allobroges nomen cum fide ſuſcepiſſe referunt. Vigilium Gregorius I. ſuum in Gallijs Vicarium conſtituit. Ibidem ſcribit Papa ad Candidum Presbyterum, Rectorem patrimonij Galliarum; vt ex illius reditibus pueros Anglos emat, in Monaſterijs educandos, & pro pauperibus veſtimenta. Idem reprehendit Serenum Epiſcopum Maſſilienſem, quod nimio zelo Imagines confregiſſet; ideo enim Picturæ *in Eccleſijs adhibentur, vt hi qui Litteras neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant quæ legere in codicibus non valent.* Idem ſanctiſſimus Pontifex Deſiderium Epiſcopum coarguit, quod Grammaticam exponeret; Nugas, ſæculares litteras, Iovis

Epiſcopus docens Grammaticam, redarguitur, an. 600. Stephanus P. M. an 731. Concilium, an. 813.

laudes cum CHRISTI laudibus vno ore capi non ſuſtinens. Eundem monet ne Clericos revocet à *Profeſſione Monaſtica*, Severum verò Maſſilienſem, ne pravos in ſocietatem admittat. Felix, Legatus Synodi in Trullo per Gallias. S. Concordius. S. Nazarius, cujus Epitaphium refert Baronius. Ioannes miſſus obviam Stephano Papæ, ſub quo Concilium quoque celebratur. Rolandus, captivus moritur apud Saracenos. Bernardus, ex Monacho, deinde Car-

dinalis. Imbertus Aquerius, ad quem ſcribit Innocentius III. mutum & ſurdum eſſe capaces Matrimonij. Gualbertus Vallæus, Ioannes Alarmetus, Ioannes Rochechouardæus, Petrus Foxius, Philippus De Levis, Andræas Deſpinæus, Robertus Lenon-courius, Proſper à S. Cruce, cuncti Cardinales. Ioannes Ferrerius, doctrinâ & legationibus clarus. Silvius à S. Cruce, Capucinos in vrbe inſtituit. Ioannes Ioubertus Barraudus, nobilitate, doctrinâ, pietate eximius. Franciſcus De Grignano, defuncti affinis.

ARCHIEPISCOPATVS ARELATENSIS.

---

61 MASSILIÆ Apoſtolus ſcribitur S. Lazarus. Epiſcopi deinde Proculus, Hieronymo laudatus. Salvianus, Treviris oriundus, de quo poſtmodùm inter Scriptores. Venerius, cujus hortatu Muſæus Preſbyter lectiones collegit totius anni. S. Honoratus, vitam ſcripſit S. Hilarij Arelatenſis, in eoque finitur Catalogus Gennadij. Serenus, non vna de cauſa Epiſtolis Pontificijs caſtigatus. S. Adelondus. Iacobus de Cartagine, ex Dominicanis aſſumptus. Fortanerius, antea Franciſcanus, inde Cardinalis. Guilelmus Sudræus Dominicanus, etiam Cardinalis. Bartholomæus Racoli, ex *Generali Carmelitarum*. Antonius De Furno, pietate & ſcriptis commendatus. Claudius Seiſſellius, in Lateranenſi Concilio Orator Franciæ: laudator Ludovici XII. mortuus Archiepiſcopus Taurinenſis. Sub Friderico Raguenaudo, fundantur in vrbe *Capucini* à Catharina Medicæa. Iacobus Turicella, Franciſcanus. Nicolaus Coeffetæus, ex Ordine S. Dominici, Scriptis vtrâque linguâ percelebris. Franciſcus Lomeniæus, ex Dominicano, dein Benedictino. Euſtachius Gaultius & Ioannes Baptiſta fratres, ambo ex Oratorianis: alter rarâ eruditione, alter rarâ pietate inſignis. Stephanus Pugetius poſt nobile matrimonium, ex Remenſi Suffraganeo.

MASSILIÆ. *Epiſt.* 4. *ad Ruſtic.*
Generalis Carmelitar. *an.* 1425.
Seiſſellius, *an.* 1515.
Capucini, *an.* 1579.

62 TOLONENSES Præſules ſelecti; S. Gratianus, S. Cleri Papæ diſcipulus. Cyprianus, ſcripſit in Concilio Arelatenſi vitam S. Hilarij Arelatenſis. Nicolaus Fliſcus, Cardinalis. Hieronymus Roverius, facundiâ & Cardinalatu eminentiſſimus. Sub Guilelmo Blanco, recepti in vrbe *Capucini*. Iacobus Daneſius, poſt firmatam claro in conjugio pietatem, & effuſâ in pauperes liberalitate, eam nunc Sedem locupletat.

TOLONENSES.
Vita S. Hilarij, *an.* 545.
Capucini, *an.* 1579.

63 ARAVSIENSES Epiſcopi eminent; S. Eutropius, ad quem ſcribit Sidonius: cujus & vita exarata eſt à Vero, quem habuit Succeſſorem. Seculo quinto *Concilium* celebratum in territorio Arauſico, in Eccleſiâ Iuſtinianenſi; decernit confugientes ad Eccleſiam, tradi non debere: Energumenis baptizatis, ſi monitis obtemperant, dandam eſſe Communionem. Arreptitios vel non ordinandos, vel ab officio repellendos. Diaconis ſervandam caſtimoniam, Diaconiſſas abrogandas. Viduitatem, aut caſtitatem profeſſis providendum. Epiſcopus infirmus per alium Epiſcopum res Eccleſiæ curet. Secundum ibidem Concilium totum inſumitur in conciliandis *Gratiâ*, *Liberoque Arbitrio*, illudque confirmavit Bonifacius II. Veri ſucceſſor nominatur S. Florentius. Guilelmus, in expeditione contra Saracenos. Petrus Carræus, Dominicanus, pietate, doctrinâ, eloquentiâ magnus. Hiacintus Cedronius, ex Socio Cardinalis S. Cæciliæ, dum Magiſtrum agebat ſacri Palatij. Quidquid ſit de nominatione ad hunc Epiſcopatum, ſatis eſt ad mei rationem inſtituti, Epiſcopos. Comitijs Cleri ſubſcribere.

ARAVSIENSES.
Concilium I. Arauſicanum, *an.* 441.
Concilium II. *an.* 529.
Expeditio Sacra, *an.* 1096.

64 TRICASTINENSIS S. Paulus, à quo vrbi & Dioeceſi nomen. S. Reſtitutus, cujus Reliquiæ Aureliæ honorantur in Eccleſia S. Evurtij. Raimundus, Cardinalis. Franciſcus Guilelmus Claro-montanus, etiam Cardinalis. Iacobus De Grignano, quod agnomen inter Eccleſiæ lumina frequens eſt.

S. PAVLI TRICASTINENSIS.

TITVLVS XXV. I

Archi-Epiſcopatus Aquenſis, & Suffraganei v.

SELECTA NONÆ
Metropolis, Aquenſis.

S. Maximinus.

AQVÆ-SEXTIÆ in Provincia Apoſtolum & Præſulem aſſerunt S. Maximinum, cujus vrbs vicina nomen poſtea obtinuit. Addunt Succeſſorem Chelidonium illum eſſe Cœcigenum, quem CHRISTVS perluminavit. Solium deinceps occuparunt illuſtriores; Petrus, qui Cathedralem Eccleſiam conſecravit Chriſto Salvatori Transfigurato, Palliumque accepit à Paſchali Pontifice Maximo. *Petrus Aureoli* de Verberia ad Æliam, Franciſcanus, Theologicâ ſcientiâ verè aureus. Guilelmus Philaſterij, Cardinalis. Aimo Nicolaï, Dominicanus. Bernardus, Cardinalis. Petrus Filgoli de Ganaco, Gubernator Lutetiæ; vbi & ſepultus apud Franciſcanos. Antonius ejus nepos, in Concilio Tridentino. Alexander Canigianus, Synodum habuit Provincialem, Capucinos in vrbe admiſit, Bleſenſibus Comitijs interfuit. Gilbertus *Genebrardus* Ricomagi in Alvernia natus, Moſaci Regulam Benedicti profeſſus: in Academia Pariſienſi Hebraicæ linguæ Regius Interpres, Chronologus & Theologus inſignis; ſepultus in ſuo Prioratu B. Mariæ Semuenſis, inter Burgundos. Paulus Huraldus Hoſpitalius, vir omnigenæ doctrinæ, facundiæ inexhauſtæ, zeli ardentiſſimi; Sacerdotes Oratorianos, Ieſuitas, Vrſulinas in vrbem evocavit. Michaël Mazarinus, ex Magiſtro Sacri-Palatij Cardinalis S. Cœciliæ. Eo Romæ mortuo, poſt longum ſatis Interpontificium, ſufficitur Cardinaldis Grimaldi; Religionis, prudentiæ, & fidei in Galliam conſtantiſſimæ.

Templum Majus, an. 1082.

Genebrardus, an. 1597.

Cardinalis S. Cœciliæ, an. 1645.

---

65 EPISCOPATVS FOROJVLIENSIS.

COLONIÆ OCTAVANORVM Epiſcopi S Leontius, Theodorus, de quibus mentio habetur in Epiſtolis S. Leonis. Leo Vrſinus, Romanus. Simon Aleotus, obijt in Concilio Tridentino. Bartholomæus Camelinus, vrbi dedit Capucinos. Zugo Donde-Dei ex Æmilia Nobilis Italus, Eminentiſſimo Mazarino ab intimis.

66 REGIANSIS.

REIENSES Epiſcopi; S. Proſper, cognomento Aquitanus, ad quem ſcribit Auguſtinus Libros de Prædeſtinatione. Certant tamen non parum Antiquarij de illius tum patria, tum Epiſcopatu. *Concilium* Regenſe decernit de legitimis ordinationibus, de Chorepiſcoporum legibus. Quod Preſbyteris liceat privatim benedictionem deſiderantibus impertiri, & quod defuncto Epiſcopo illius Eccleſiæ curam vicinus gerat. Sequenti Seculo Ioannes III. Pontif. Max. Contumelioſo hujus Eccleſiæ Antiſtite accuſato & convicto, Viſitatorem ſua autoritate creat. S. Maximus Majoris Eccleſiæ Patronus, ex primo Patre Cœnobij Lirinenſis. S. Fauſtus, cujus Scripta cautè legenda. Lancelotus De-Carlæus, poëſi Gallicâ clarus, & à Poëtis illius ævi celebratus. Carolus de S. Sixto, Conventum Capucinorum inſtituit. Guido Bentivolius prudentiâ, integritate, eloquentiâ Cardinalis dignus Pontificatu. Franciſcus Faræus ex Ordine Minimorum, quem verè Eloquentem habuerunt Comitia, Cleri Pictavis in obſidione Rupellana.

Decreta Concilij Regenſis, an. 439.

Viſitator nominatus à Papa, an. 535.

67 APTENSIS.

APTÆ Iuliæ Vulgienſium Cathedralis *Sanctæ* Annæ titulo & ſacris exuvijs decora, à primis ſeculis ſuos Præſules enumerat. Auſpicius, ſub Marco Aurelio. Prætextatus, in Concilio Epaunenſi. Sub Guilelmo, in Cathedrali ſepelitur corpus S. Elzearij; qui Comes Arij in Provincia, virginitatem in conjugio cum Delphina vxore itidem ſanctiſſima conſecravit. Sub Pompeio, an-

S. Auſpicius, an. 161.

SS. Elzearus, & Delphina.

teà Franciſcano, Capucini inſtituuntur.

ARCHI-EPISCOPAT. EBRODVNENSIS.

68 CISTARIENSES Epiſcopi illuſtriores, Pologronius, Brito: Gerardus, ad quem ſcribit Gregorius VII. Bertrandus, Carthuſianus. Imbertus Infulis abdicatis, Sodalis evadit *Dominicanus*. Petrus Dalamanus, ex eodem Ordine aſſumptus. Rainulphus de Monturico, Cardinalis. Andreas Fontanæus, ex Abbate Lirinenſi. Laurentius Burellus Carmelita, Confeſſarius Caroli VIII. & Ludovici XII. Heliadem Pariſijs in Majori Ordinis ſui Conventu Maubertino curavit depingi. Aymericus Rochechoüardus, jacet apud Franciſcanos Pictavienſes. Toſſanus Glandevenſis, recepit Capucinos Monoſquæ.

CISTARIENSES. Epiſcopus fit Dominicanus. Ludovicus Burellus, an. 1494.

69 VAPINCENSES; S. Conſtantinus, S. Trigides, S. Remedius. Sagittarius, depoſitus in Concilio Lugdunenſi. Potentiſſimus, ſubſcribit Concilio Cabilonenſi. Guilelmus, ad quem ſcribit Petrus Cliniacenſis contra Petro-Bruſianos. B. Arnulphus, anteà Monachus. Petrus Papavinus, Pſalmos aliquot παραφραςικῶς gallicè explanavit. Carolus Serræus, Capucinos recepit. Sedet hodiè Arturus Lionnæus, cui corona altera filius eſt è Secretario Reginæ: iterum Legatus ad Italiæ Principes, ob incredibilem in rebus agendis ſolertiam.

VAPINCENSES. Gap en Dauphiné.

SELECTA DECIMÆ
Metropolis, Ebrodunenſis.

TITVLVS XXVI. K

Archiepiſcopatis Ebrodunenſis, & Suffraganei v.

EBREDVNI in Alpibus maritimis ad Druentiæ euripos, Sedem tenuerunt inſignes; S. Marcellinus, Ingenuus in Epiſtola Hilarij Papæ, Metropolitanus, recens tamen; Concilium ſiquidem Regenſe ſub Cœleſtino, electionem Armentarij Ebredunenſis nullam declarat, vtpote factam abſque Metropolitani voluntate. Salonius, depoſitus in Concilio Lugdunenſi. Ariberto ſcribit Ioannes VIII. Guilelmo, Petrus Venerabilis Librum dedicat. Henricus Seguſianus *fons juris* appellatus, Cardinalis; quieſcit Lugduni, in Eccleſia Dominicanorum. Guilelmus Mandagotus, Cardinalis. Paſtor Albenacæus, Cardinalis. Bertrandus Deucianus, Cardinalis; ſub quo vitæ ceſſit *Franciſcus Mayronis*, iſtinc natus. Petrus Sarracenicus, Nicolaus Fliſcæus, Iulius Medices, Franciſcus Turnonæus, Cardinales. Guilelmus Davanconus, vixit poſtremus Prælatorum qui interfuerant Concilio Tridentino. Honoratus Du-Laurentius peroravit in exequijs Margaretæ Hiſpaniæ Reginæ, Pariſijs, vbi & ipſe mortuus eſt anno ſequenti; Guilelmus Hugonius, ex Generali Franciſcanorum. Georgius Daubuſſonus natalibus, ingenio, doctrinâ, eloquentiâ non vulgari.

Ad Leont. & c. Cant. 2. an. 570. — Henri de Suze, an. 1267. — Franciſcus Mayronis, an. 1325. — Cœtus Cleri, an. 1650.

---

70 DINIENSIS Sentiorum Patrona eſt B. Virgo. Primus Præſul reperitur S. Nicaſius, cui laus eſt ſingularis ſolum è noſtratibus adfuiſſe Concilio Nicæno. Alij varijs in Concilijs memorati. Recentiorum nomina accuratior diligentia notabit.

EPISCOPATVS DINIENSIS.

71 SANICIENSIS Eccleſia Patronum agnoſcens S. Auguſtinum, plures jam olim tulit Epiſcopos. Poſteriores nominantur Petrus Quinqueranus, Lutetiæ ſepultus apud Auguſtinianos, cum ſequenti Epitaphio.

SANIENSIS; an. 506.

Dum juvenilis honos, prima lanugine malas
Veſtit, & in calido pectore fervet amor:
Me rapuit quæ cuncta rapit, mors invida doctis;
Hei mihi! cur vitæ tam brevis hora fuit?
Cur brevis hora fuit? rerum ſic volvitur ordo,
Alternatque ſuas, tempus & hora vices.
Si fera longæva tribuiſſent fata ſenecta
Tempora, venturis poma dediſſet ager.
Flos perijt, periere ſimul cum cortice fructus,
Aridaque ante ſuos poma fuere dies.
Nemo tamen lachrymis, nec triſtia funera fletu
Fœdet, cur? volitò docta per ora Virûm.

Hic jacet Nobilis vir Reverendus in Chriſto Pater Dominus Petrus Quiqueranus Epiſcopus Senecenſis, filius Domini Antonij Quinquerani, Equitis & Baronis Bellojocani Illuſtriſſimi in Provincia: cujus libri tres de laudibus Provinciæ extant, diſciplinarum ac rerum cognitione eſſloreſcentes. Obijt, Ann. Domini 1550. 15. Kalend. Septemb. Annos natus 24.

Capucini, *an.* 1621. Ludovicus Quercetanus, ſub quo conditus in Vrbe Conventus Capucinorum, nunc deputatus à ſua Provincia in præſenti Cœtu Cleri Gallicani.

72 VENCIENSIS, *an.* 366. Pierre Du-Vair. VENCIENSIS Neruſionum Eccleſiæ, primus jam olim Epiſcopus, S. Veranus: decimus *S. Lambertus*, ſuæ Cathedralis Eccleſiæ Patronus. Raphaël, *Hiſpanus*. Robertus Cenalis, Theſaurarius S. Capellæ Pariſienſis. Ludovicus Du-Bueillus, in Concilio Tridentino. Petrus Verajus, Guilelmi frater, hâc vnicâ qualicunque Sponſulâ contentus. Antonius Gaudeaudus etiam nunc Poëſi Chriſtianâ vernaculâ, eâque cultiſſimâ: Paulinarum Epiſtolarum paraphraſi, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Epitome, Pijſque Opuſculis notiſſimus.

73 GRASSENSIS, *an.* 506. ABBATIA LERINENSIS. GRASSAM, fortè olim Crimnicum, ob frequentes Piratarum incurſus, tranſlatum Antipoli vrbe maritima Epiſcopatum tenuerunt, Agrecius, qui adfuit Concilio Agathenſi. Alij octo, indigetati in Concilijs & Chronicis Lerinenſibus. Nihil quippe majus habet Diœceſis iſta, in parvo ambitu, quàm Magnum & vetus LERINENSE Monaſterium. Inſula eſt Antipolim inter & Forojulium, procul littore non plus leucâ gemina. Tantâ porrò ſanctitate eſſloreſcens, vt *Inſula Sanctorum* jam olim dici meruerit. Certè vt nihil dicam impræſentiarum de *Vincentio* Lerinenſi, Hæreſeos ſui temporis Expugnatore juxta & nomen victorioſiſſimo, Abbatia illic Benedictina protulit Archiepiſcopos duodecim, totidem Epiſcopos, Confeſſarios ex Abbatibus decem, ex Monachis quattuor, Martyres quinque ſupra centum: Magnos pietate & doctrinâ Viros, vltrà numerum. Inde nimirùm, velut ex Equo quod ajunt Trojano, S. Honoratus, Archiepiſcopus Arelatenſis. S. Maximus, Epiſcopus Regienſis. S. Bononus, ad quem ſcribit Gregorius M. de cauta Monaſterij proviſione. S. Aygulphus, S. Amandus, S. Porcarius. S. Odilo, exinde Cluniacenſis. Bernardus Ayglerius, qui ſcripſit in Regulam S. Benedicti. Petrus de Hiſpania, itidem Cardinalis. Auguſtinus Grimaldus Abbas Modernus; ſuum vnivit Monaſterium Congregationi Caſſinenſi. Sub Bertrando igitur Epiſcopo, & Berengario Provinciæ Comite, permiſſu Innocentij IV. Sedes Epiſcopalis Antipoli, quod jam inſinuavi, Graſſam tranſlata eſt. Eam exinde tenuerunt Raimundus, ex Ordine Prædicatorum. Iſnardus, ex Abbate Lerinenſi. Stephanus Bonicautius, recepit Capucinos. Ioannes Graſſenſis. Ludovicus

Tranſlatio Sedis, *an.* 1634. Capucini, *an.* 1517.

Ludovicus Bernagius, ex Eleemoſynario Ludovici XIII. & Pariſienſis Eccleſiæ Canonico; ſeparato iterum Epiſcopatu à Graſſenſi, cui ſubinde vnitur.

ARCHI-EPISCOP. VIENN.

74 GLANDETENSIS ad fluvium varum in Alpibus Maritimis, Patronum habet S. Iuſtum inter Valles. Epiſcopi, poſt antiquiores, nominantur; Alziarius, ex Abbate Lirinenſi. Bertrandus Lagierus Cardinalis, ſcripſit de Schiſmate; ſepultus Avenione apud Franciſcanos, è quibus fuerat aſſumptus. Philippus & Iacobus Teraillij, Herois illius famoſiſſimi ambo fratres. Hugolinus Marcellus, ſcripſit de Calendario. Ioannes Dominicus, è Franciſcanis aſſumptus ob fidem in obſequio Regis, Burdigalæ inter vltimas civiles diſcordias, conſtantiſſimam.

Glandevenſis, an. 552.
Lagierius Cardinalis, an. 1374.

SELECTA VNDECIMÆ Metropolis, Viennenſis.

TITVLVS XXVII.
I. Archiepiſcopat. Viennenſis, & Suffraganei IV.

VIENNAM Allobrogum claram ſeculi litteraturâ, illuſtrant Præſules non alibi doctrinâ & pietate aut plures, aut laudabiliores. S. Creſſentius, Pauli Collega: ab eoque dum tranſit in Hiſpaniam, hîc in Gallia relictus, mox ſub Nerone coronatus. S. Zacharias, *Proto-Martyr* Galliarum. S. Verus. S. Iuſtus, CHRISTI confeſſione illuſtriſſimus. S. Dionyſius, alijs Deſiderius, ad quem de Paſchate ſcribit Victor Papa. S. Florentius vitâ, doctrinâ, exilio, martyrio clarus. S. Lupicius, ad quem extat Epiſtola Cornelij Papæ. S. Simplicius. S. Paſchalius. S. Claudius, de quo Baronius altercatur cum Adone. S. Nicetas. Mamertus *Litaniarum* vel inſtitutor, vel potiùs reſtitutor. Contra eum decernit Synodus, juſſu Hilarij Papæ, quod Deenſibus ordinaſſet Epiſcopum. Fratris illius, Claudij Preſbyteri, Libri extant de Statu Animæ. S. Iſicius. S. Avitus Iſicij filius, à Mamerto baptiſatus; Agobardo dicitur *fide catholicus, eloquentiâ facundiſſimus, ingenio acerrimus: Sacrarum-Scripturarum expoſitor ſuaviſſimus, litterarum etiam ſæcularium doctiſſimus, in metris facillimus, & doctor orthodoxus*. S. Dominus. S. Pantagathus. Namatum Epiſcopum XXIV. vocat Fortunatus *Stemmate nobilem, ſed vitâ nobiliorem.* S. Evantius. S. Verus II. *S. Deſiderius* Brunechildis ſuaſu, Aridij Lugdunenſis conſilio, à Theodorico Rege lapidibus obrutus in agro Lugdunenſi. S. Domnolus, Captivorum redemptione clarus & charus. S. Etherius. S. Clarentius. S. Georgius. Eoldus à ſe inſtauratam Cathedralem, hactenùs S.S. Machabæis ſacram, dicavit S. Mauritio. Bernardus, Conditor Romani Monaſterij ad Iſaram, vbi & ſepelitur. *S. Ado*, Autor Chronici, cui res ſuæ Eccleſiæ intexuit: veriùſque Scriptor Martyrologij, quàm alter Trevirenſis. Seculo vndecimo conditur Abbatia *S. Antonij Viennenſis* ad Fluraniam fluvium in mota S. Deſiderij, Ordinis Auguſtiniani; Caput videlicet Congregationis à Guaſtino Franco Nobili, curandis tunc morbo ſacro Ægrotis inſtitutæ. Rodulphus III. Burgundiæ Rex, Comitatum Viennenſem, dedit Buchardo Epiſcopo, ad cujus ſepulcrum miracula patrari fama eſt. Leodegarius, Regio Sanguine ſatus. Armanus primùm depoſitus, deinde excommunicatus.. Guido Burgundiæ Comitis Filius, Reginæ Adelaïdis patruus, ſed æquè clarus ſanctitate & doctrinâ; ſcripſit de *S. Iacobo Apoſtolo*, Viennæ ſuſcepit S. Anſelmum Cantuarienſem: tandemque Cluniaci electus Papa, ſub nomine Calixti ſecundi. Stephanum Sede expulſum, per Epiſtolam conſolatur Petrus Venerabilis. Hugoni Viennæ donationem confirmat Fridericus Imperator, ſicut & omnia privilegia Stephano II. Succeſſori, qui Archi-Cancellarius Regni Burgundiæ agnominatur. Humberto ſedente, qui antea fuerat Carthuſianus, Franciſcani in vrbe inſtituuntur. Ioannes Burninus, in Diplomatis Frideri-

S. Paulus in Gallia.
Proto-Martyr Galliarum.
Litaniæ Majores, *an.* 475.
L. 4. c. 27.
S. Deſiderius Martyr.
S. Ado, *an.* 898.
Abbatia S. Antonij Viennenſ. *an.* 1095.
Comitatus Viennenſ. *an.* 1023.
Calixtus II.
Confirmatio Imperator. *an.* 1153.
Franciſcani, *an.* 1212.

Eccleſia Gallicana. Concilium Vienneuſe, an. 1311. Carmelitæ, an. 1394. An. 1560. Capucini, an. 1601. Collegium S. I. an. 1609.

ci II. vocatur *Princeps.* Guilelmus Valentianus, celebrat Concilium Provinciale. Sub Simone de Archiaco Clemens V. Concilium celebrat Generale, vt dictum in ſuo Titulo. Sub Theobaldo Mon-rougæo, Cœnobium *Carmelitarum* fundat Viennæ Petrus Rivalius. Ioannes Noryæus Miſſam celebravit de Spiritu-Sancto, in Concilio Conſtantienſi. Angelus Cato, ex Medico, & Eleemoſynario Ludovici XI. Federicus San-ſeverianus, Cardinalis, Romæ ſepultus in Ara Cœli. Petrus Palmierus, habuit Synodum Provincialem. Ioannes Broſſęus liberalis in pauperes, duos ſecum Theologos ſemper habuit. Petrus Devilarius nulli Eruditorum ignotus, Capucinos & Ieſuitas recepit. Atque in iſtorum Collegio, ſequenti Epitaphio commendatur

Hic Petrus jaceo, ex nobili, & antiqua Vilariorum gente, civis Lugdunenſis, Theologus Pariſienſis: Epiſcopus Mirapicenſis primùm, demùm Archiepiſcopus Viennenſis, natus 5. nonas Martias 1545. Abij 15. Calend. Septembris 1613. horâ circiter meridianâ, in oppido Sancti Geneſij. Propè Lugdunum. Dixi, ſcripſi, egi pauca ad Dei gloriam: at plura, heu! nimis deliqui. Siſte ergo viator aliquantiſper, pijſque tumulum noſtrum premens genibus, Numen tui, meique cauſa venerator; idem pietatis beneficium, vitâ functus a poſteris recepturus. Vive interim. Vale, age feliciter. Hieronymus De Villars *Archiepiſcopus, & Comes Viennenſis, frater mœrens, fratri amantiſſimo amoris Monumentum D.*

Eccli. 33.

Mortuus non mortuus, Phœnicis in morem, reliquit ſibi ſimilem poſt ſe, eiuſdem & nominis, & ſtemmatis.

---

75 Episcopat. Vivarienſis. Aubenas. An. 1426.

DELETA à Wandalis Alba Auguſta Helviorum, Epiſcopatus transfertur VIVARIVM ad ripam Rodani. Inter Epiſcopos Gonſalvus Fahgnerius, antea Franciſcanus. Petrus de Bernia, Cardinalis. Ioannes de Broniaco, Præſes in Concilio Conſtantienſi. Iacobus Maria-Salæus, adfuit Tridentino. Sedet modò Ludovicus Baumæus-Suzanus, animi nobilis æquè & generoſi.

76 Valentinenſis. S. Lambertus. Concilium I. an. 374. Concilium III. an. 855. Donatio nova, an. 1157. Voio Dienſis, an. 1293.

COLONIÆ IVLIÆ Segalaunorum, vbi mactati pro fide Felix, Fortunatus, & Achillæus, occurrunt Epiſcopi, S. Apollinaris, frater Aviti ſeu Alcimi Viennenſis, qui & illi ſua Opera dedicavit. *Lambertus*, S. Apollinaris corpus transfert in Majorem Eccleſiam; quæ inde nomen traxit, obliterato S. Stephani titulo. Concilium hîc; Puellas DEO devotas, ſi ad terrenas nuptias „ redeunt, caſtigat, quod & ſequentia identidem repetunt: & eos qui poſt „ acceptum baptiſmum, ſacrificijs ſe Dæmonum vel inceſta lavatione polluerint. Tertium ſub Bonito Epiſcopo, agit contra *vocum novitates*: de DEI „ præſcientia, Prædeſtinatione, Redemptione, Gratia & Libero Arbitrio. De „ nonis item ac decimis Eccleſiæ perſolvendis, de ſingulari certamine inſtar „ homicidij puniendo: de Epiſcoporum vivendi norma, vt forma fiant gregis „ ex animo. Epiſcopus XVI. Robertus, fundator Monaſterij Cari-loci in Epiſcopatu Matiſconenſi. Remigarius, corpora Sanctorum trium, quos dixi, Martyrum tranſtulit ad B. Apollinarem. Goutardus, in vrbe excepit Vrbanum II. Odo Comitatu Valentinenſi donatur à Friderio Imperatore, intereſt Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. Vmbertus Mirabellæus, probitatem hauſerat in Carthuſia. Gerundus autoritate Honorij III. inquiſivit cum Hugone Lingonenſi, pro Canoniſatione S. Roberti Moliſmenſis. Guilelmus, Thomæ Comitis Sabaudiæ & Beatricis Genevenſis filius. Sub Guilelmo de

Mon-Lauror Gregorius x. Valentiæ & *Diæ* Diœceſes vnivit. Amedeus Salutianus, Cardinalis. Franciſcus Claro-Montanus obijr Avenione Legarus, & Decanus Cardinalium. Ioannes Mon-Lucæus, ex Perrnnij ſententiâ nuſquam conſecratus; Legarione ad Polonos, & Eruditorum amicitiâ clarus. Sub Petro Andræa Leberonæo, Capucini in vrbe collocanrur.

ARCHI-EPISCOPAT. VIEN.

An. 1579. Capucini, *an.* 1612.

ANTE vnionem cum Dienſi Eccleſia, hujus Epiſcopi ſeparati nominantur; S. Marcellus, qui adfuit Concilio Picæno. Nicaſius, quem Divinionenſem malè appellavit nonnemo. Hugo, in cujus conſecratione per Gregorium VII. lux effulſit miraculoſa. S. Stephanus, anteà Carrhuſianus. Vtrâque Sede donarus eſt Remis in Regia inauguratinne Daniel De-Canaco, proſapiâ & ingenio nequaquam vulgari. Vrbem exornar Academia, Diœceſim Cœnobium magni ſemper nominis S. RVFI, quod caput eſt Congregationis Canonicorum. Regularium celeberrimæ. Ea in Abbaria celebrata fuir olim Synodus Provincialis, eamque viſitavit Iulius II. Ex ea aſſumpti Anaſtaſius IV & Adrianus IV. Grimoardus, Guilelmus, Amedeus, Cardinales. Rufus autem perperam creditur à nonnullis Præſul Lugdunenſis, meliùs qui faciunt Avenionenſem; cui vicina erat olim Abbatia, in Provincia Arelatenſi.

S. Rufus. Synodus, *an.* 1317. Iulius II. circa, *an.* 1510.

SELECTA DVODECIMÆ Metropolis, Lugdunenſis.

TITVLVS XXVIII. *M Archiepiſcopatus Lugdunenſis, & Suffraganei IV.*

LVGDVNVM primus luce Evangelij colluſtravit Photinus, miſſus à Clemente Ponrifice Romano. Ab eo Præſules habuir, ſubinde Archiepiſcopos, hodièque Galliæ Primates, centum & ſexdecim. Templum Princeps celebre Ioannis Baptiſtæ Parrocinio, cæremonijs præanriquis: Capiruloque nobiliſſimo, quandoquidem omnes ex veteri eaque inremerata nobilitare junctim ſeorſimque Comirum Lugdunenſium titulo potiunrur. Pothini ſucceſſori S. Irenæo, Scripris & Martyrio celebri, Prioratus in vrbe dedicarur. *Concilia* Galliæ Antiqua colligens, & in tres Tomos ordine digerens, magnâ vir eruditione Iacobus Sirmundus; monet initio Lectorem omitti à ſe duo, Lugduni celebrara à S. Irenæo. In alrero, ex duodecim Epiſcopis; damnaræ fuerunt Valentini, Marcionis, aliæque hæreſes. In alrero, ex tredecim Epiſcopis; Paſchatis celebrario affixa fuit diei Dominicæ, contra Quarta-decimanos. Præfuerunt deinceps S. Zacharias, S. Helias. Fauſtini mentio extat in Epiſtolis S. Cypriani. S. Iuſtus ſepultus in Eccleſiâ S.S. Machabæorum, olim exrra vrbem, quæ inde S. Iuſti nomen induit; in qua Innocenrio IV. aſylus, Clementis verò V. coronario fuir. S. Albinus. S. Marrinus. S. Anriochus. S. Elpidius, ſepultus in pago cognomine. S. Eucherius, Lirinenſi diſciplinâ, lucubrationibus pijs, politis, eruditis radians. S. Veranus. S. Affricanus, patronus Eccleſiæ Vabrincenſis. S. Ruſticus. S. Stephanus, ad quem extat Ennodij Epiſtola. S. Lupicinus. S. Viventiolus, eximiè doctus, ſubſcripſit fundationi Cœnobij *Agaunenſis*, factæ per Sigiſmundum Regem Burgundiæ. S. Lupus quieſcit in Inſula Barbara, in qua vixerat anachoreticè. Eam haud procul Lugduno Arar efficir, vbi Abbatia olim Benedictina à Carolo M. ſaltem inſtaurara. Hanc nobilirat memoria S. Florentij Triti-Caſtrenſis, cujus caput truncarum à Wandalis ſuper rupe in medio flumine, per aquæ vortices ad Inſulam divinitùs delarum fuir. S. Sacerdos. S. Nicerius, cui Eccleſia in Vrbe præcipua eſt, *vir totius Religionis* vocatur à Gregorio Turonenſi. S. Priſcus, in præfarione Concilij Mariſconenſis nominatur Patriarcha. Concilio tunc celebrato ſtaruitur vt ab vno Epiſcopo excommunicatus, ita à cæteris repuretur: & vr in prima hebdomada novi menſis Litaniæ fiant, ſicut ante Aſcenſionem Domini. S. Ætherius ex Hiſ-

S. Irenæus, *an.* 200. Concilia duo.

Cœnobium Agaunenſe, *an.* 509.

Patriarcha, *an.* 569.

Eccleſia Gallicana.

Concilium, *an.* 587. * S. Gemnier. *In vita S. Vandregiſili.* *In vita S. Mauri.* Agobardus, *an.* 823. Concilium II. Lugdun. *an.* Epiſtola Lugdunenſ. *an.* 835. * Aynay. Concilium Anſanum, *an.* 1025. * S. Iubin.

pania Cabilonum adduxit Ermembergam, Vxorem Theodorico Regi. Aridius Baſilicas S. Crucis inſtituit, S. Iuſti reſtituit. Sub Tretrico Præſule XXXVIII. Floruit S. Baldoremus *. S. Annemundus, cognomento Delphinus. S. Geneſij corpus quieſcit in Abbatia de Cala Pariſienſi. S. Lambertus, *vir eximiæ Religionis.* Evaldus, *vir induſtrius.* Leidradus, ſcribit ad Carolum M. de ſuæ ſtatu Eccleſiæ. *Agobardi* Opera aliquibus in locis emendanda. Amuli Scripta contra Iudæos memorantur. Concilij Lugdunenſis III. ſanctio eſt, vt nullus, Epiſcoporum Natalem Domini aut Paſcha alibi niſi ad Eccleſiam ſuam, præter infirmitatis incurſum, aut ordinem regium, celebrare præſumat. S. Remigio Commentaria in Epiſtolas Pauli, tribuit Maldonatus: ejus profectò tempore ſcripta eſt Epiſtola nomine Eccleſiæ Lugdunenſis, adverſus Ioannem Schotum. S. Aurelianus, pluribus Concilijs ſubſcribit. Ambiardus, inſtaurator Abbatiæ Atanatenſis *; quam Brunechildis ædificaverat in honorem S. Martini vbi olim Athenæum, Minervæ ara. Buchardus, vel Brocardus, habuit *Concilium* Anſanum ad Ararim. Odelricum ob *ſapientiæ vbertatem & ſenectutis dignitatem* electum, poſt annos quinque invidia veneno ſuſtulit. S. Alinardus proſapiâ nobilis, ex Abbate S. Benigni Divionenſis, Romæ obijt. Gebuinus *, colitur à Plebe in Eccleſia S. Irenæi. Hugo *Religione, prudentiâ, autoritate mirabilis:* Galliarum omnium Primas, & Legatus, quo nomine multa peregit; cujus imperio, receſſit ignis à Parthenone Marcinianenſi. Raynaldus, ſepultus Cluniaci. Petrum Archiepiſcopum LXXII. *Patriarcham* vocat Petrus Venerabilis. Amedeo Primatum in tota Celtica, confirmat Cæleſtinus Papa. Humbertus ſolitudinem amplexus eſt in Carthuſia, quam in Brixia ædificaverat. Heraclius, frater Petri Venerabilis. Guichardus dedicavit Eccleſiam Abbatialem Bellæ-Villæ, in qua jacent plures Domini Belli-joci. Ioannes Belleſmæus, clarus natalibus: inſigni pietate abdicatis Infulis, *Monaſterio* Claræ-Vallenſi ſe includit. Sedente Raynaldo è Comitibus Seguſianis & Foreſianis, primum *Franciſcanis* in Gallijs Conventum Villæ-Franciæ in hacce Diœceſi ædificavit Guichardus Belli-jocenſis; ſtabilitumque Collegium Canonicorum Montis-Briſonis; *Guilelmus Peraldus* Autor Summæ de virtutibus & vitijs, dubitatur fueritne Pontifex Lugdunenſis, an ſolùm Pro-Pontifex ſeu Suffraganeus. Robertus, è Comitibus Arverniæ. Radulphus ſepultus Clara-Valle, juxta B. Aleidem, Matrem S. Bernardi.

Petrus Venerab. l. 1. Miracul. c. 22. & 26. Epiſcopus Carthuſian. *an.* 3149. Abbatia Bellæ-Villæ, *an.* 1179. Epiſcopus fit Monachus. Primus Conventus Franciſcanorum, *an.* 3210. Guilelmus Peraldus.

Concilium Generale. Epiſcopus abdicat.

Sub Aymerico celebratur *Concilium Generale* ab Innocentio IV. qui & hujus Eccleſiæ fuerat Canonicus. In illius manibus reſignato Archiepiſcopatu, Aymericus ſeceſſit Grandi-montem; vbi & ſepelitur in medio Chori, cum hocce epitaphio.

Laus Cenomanenſis, & gloria Lemovicenſis;
Quo doctore pius, & juſto judice fulſit
Inclyta Pariſius, & quo Paſtore reluxit
Lugdunum: patriæ decus, & arca Sophiæ:
Largus, famoſus, ſubtilis, & ingenioſus;
Hîc Emericus jacet, Ordinis huius amicus.
Et quoniam voluit in Grandi-Monte locari,
Fac Deus illius animam ſuper aſtra levari.

Conjugium infauſtum. Pontifex Max. Synodus Papæ. Carmelitæ Pariſienſ. *an.* 1353. Reliquiæ S. Irenæi, *an.* 1410. Ioannes Gerſon.

Philippus de Sabaudia, ejeratâ dignitate init conjugium: ſed, vt fit, ſterile & infelix. Petrus de Tarentaſia, Ordinis Prædicatorum, mox Innocentius V. Aymarus de Roſſillone, ex Monacho Cluniacenſi. Beraldus, frater Clementis V. Sub Henrico de Villaræo, Lugduni *Synodum* habuit Bonifacius Pontif. Max. contra Nobiles, qui imponebant Eccleſiæ vectigalia. Guido de Bolonia, Cardinalis; dedicavit Eccleſiam *Carmelitarum* Pariſijs, efflagitante Reginâ cognatâ ſuâ. Carolus Alenconius, Dominicanus, nepos Regis Philippi VI. Ioannes de Talaru, Cardinalis. Philippi de Tureyo Antiſtitis Petrus Cardinalis frater, relevat Corpus S. Irenæi. Sub Amedeo de Talaru, itidem Cardinali, ſepelitur in Æde S. Laurentij *Ioannes Gerſonius.* Carolus Borbonius, Cardinalis, in ſua

Cathedrali ſepultus : non verò Lutetiæ apud Cœleſtinos, in quo cæſpitat Onuphrius. Sub Andræa Deſpinæo, varia paſſim conduntur Monaſteria. Sub Franciſco Rohano, moritur apud ſuos Dominicanos *Santes Pagninus.* Sub Antonio Dalbone, qui Pio v. dicavit Commentaria Rufini in Pſalmos, Patres Ieſuitæ Lugduni inſtituuntur. Petrum Deſpinacum, divinarum & humanarum rerum peritia; Cœtuſque Bleſenſis celebrant. Dionyſius Simon Marquemontius, legationibus Romam frequentibus; pluriumque tàm in vrbe, quàm in Diœceſi Cœnobiorum fundatione commendatus. Suffraganeum habuit *Robertum Berthelotum*, Epiſcopum Damaſcenum; Inſtituti Carmelitani, multâ doctrinâ conſpicuum. *Alphonſus Ludovicus Richelius*, Epiſcopatu Lucionenſi abdicato, Majori ſe Carthuſia incluſerat. Inde à fratre, penes quem rerum ſumma ſub Ludovico XIII. revocatus ad Cathedram Aquenſem : mox ad Lugdunenſem, denique ad Cardinalatum. Integerrimi Præſulis vitam brevi & acuto ſtylo perſtringit Michaël Puræus, vt ipſe ingenij eſt per omnia acutiſſimi. Verùm non alius profectò melior penicillus, quàm Alphonſi ipſiuſmet; qui longam vitam probamque, brevi & ſancta morte concludens, dum corpus ſuum deponi jubet in Hoſpitali, vulgò *Charitatis* Lugdunenſis, hoc ipſe ſibi perſcripſit contra ſeculi inania perenne monumentum.

ARCHIEPISCOPAT. LVGDVNENS.
Santes Pagninus. Ieſuitæ, an. 1578.
Alphonſus Richelius, mortuus, an. 1553.

Pauper natus ſum, paupertatem vovi, pauper morior, cum pauperibus ſepeliri volo.

Defuncto ſucceſſit Camillus Nova-Villæus, Mareſcalli Villa-Regij frater, & in ea Provincia Regis locum tenens.

MATISSÆ in Æduis ad Ararim, Eccleſia Cathedralis S. Vincentium 79
Patronum veneratur. Præſules præcipui, Placidus. S. Salvinus. S. Nicetius.
S. Iuſtus. S. Euſebius. *Concilij* Matiſconenſis I. decreta ſunt præcipua; ne Clerici
, cum extraneis feminis habitent, ne mulier ſine duobus teſtibus, Epiſcopi cu-
, biculum ingrediatur. Vt à Feſto S. Martini ad Natale Domini jejunetur ſecun-
, dâ, quartâ & ſextâ Sabbati. Quod primum à Perpetuo Turonenſi inſtitutum,
cauſa pluribus fuit jejunium Adventûs obſervandi. Vt nullus Chriſtianus Iu-
, dæis ſerviat, vt Moniales maneant in diſciplina. Eſt & iſtud Matiſconenſis II.
, Generale ex omnibus Regni Provincijs, Præſide S. Priſco Patriarcha Lugdu-
, nenſi. In eoque ſtatutum vt quæcumque reliquiæ ſacrificiorum poſt peractam
, Miſſam ſacrario ſuperſederint, quartâ vel ſextâ feriâ Innocentes ab illo, cu-
, jus intereſt, ad Eccleſiam adducantur : & indicto eis jejunio, eaſdem reli-
, quias vino percipiant. Quæ dum poſtea vniverſo Cœtui ſecundum conſue-
, tudinem recitata innoteſcerent, Prætextatus & Papulus viri beatiſſimi dixe-
, runt; decernat itaque, & de miſeris Libertis veſtræ autoritatis vigor inſignis,
, qui ideo plus à Iudicibus affliguntur, quia ſacris ſunt commendati Eccleſijs :
, vt ſi quas quiſpiam dixerit contra eos ſe actiones habere, non audeat eos
, Magiſtratui contradere; ſed in Epiſcopi tantùm judicio, in cujus præſentia
, litem conteſtans, quæ ſunt juſtitiæ ac veritatis audiat. Indignum eſt enim
, vt hi qui in ſacro-ſancta Eccleſia jure noſcuntur legitimo manumiſſi, aut per
, epiſtolam, aut per teſtamentum, aut per longinquitatem temporis libertatis
, jure fruuntur, à quolibet injuſtiſſimè inquietentur. Vniverſa ſacerdotalis
, Congregatio dixit; Iuſtum eſt, vt contra calumniatorum omnium verſutias
, defendantur, qui patrocinium immortalis Eccleſiæ concupiſcunt. Et qui-
, cunque à nobis de Libertis latum decretum ſuperbiæ auſu prævaricare tenta-
, verit irreparabili damnationis ſuæ ſententia feriatur. Sed ſi placuerit Epiſco-
, po ordinarium Iudicem, aut quemlibet alium Sæcularem in audientiam eo-
, rum accerſiri, cum libuerit fiat; vt nullus alius audeat cauſas pertractare Li-
, bertorum, niſi Epiſcopus cujus intereſt, aut is, cui idem audiendum tradide-
, rit. Item jubet viduas & pupillos, nonniſi ab eorum Epiſcopis judicari : canes
, vel accipitres ab Epiſcopis non ali, violentiam Potentum in miſeros coërce-
, ri. Subſcripſeruntque tres Epiſcopi, non habentes Sedes. In altero Conven-

EPISCOPAT. MATISCONENSIS.
Vide Iacob. Severt. & San julianum.
Concil. Matiſconenſe I. an. 581.
Concilium II. an. 588.

ECCLESIA GALLICANA.

Regula S. Columbani vindicatur, *an.* 627.
In vita Euſtaſij Abbat Luxouienſ.
Dominicani & Franciſcani, *an.* 1246.

tu Matiſconenſi, *S. Columbani Regula* egregiè vindicatur ab Euſtaſio Abbate, adverſus Agreſtini cavillationes, quàm juvabit repetere ex Ionæ Monachi relatione. Poſt Euſebium, clavo admovetur S. Decius. In ſequenti ſerie S. Mommolus. S. Florentinus. Deodatus, à quo Ordines accepit S. Eligius. S. Decius II. Leduarnus, Archicancellarius Caroli M. Vichardus, Franciæ Cancellarius, S. Geraldus. Berardus, in Expeditione Godefridi Bullonij. Segusianus, *Dominicanos & Franciſcanos* in vrbe admittit. Ioannes Maceti, dedicavit Eccleſiam Cathedralem. Philbertus Hugonetus, Cardinalis. Ludovicus Chantereaudus, Ludovico XII. à Confeſſionibus, quieſcit Pariſijs apud Auguſtinenſes, è quorum Ordine aſſumptus fuerat. Carolus Hemardæus, Cardinalis. Gaſpar Dinetus, profeſſione Minimus, eloquentiâ Chriſtianâ ſummus. Succeſſit Nepos, Ludovicus Dinetus; huic tandem *Ioannes Delingendeu*, Concionator; cui nec Aula, nec tota paſſim Gallia ſimilem invenit.

Cluniacum, *an.* 900.

Capacitas Monaſterij, *an.* 1244.

Diœceſis hujus pars non vltima CLVNIACVM ad Gronam, in amœna planitie colliculis in modum coronæ redimitum; Oppidum eſt & Abbatia Benedictina, SS. Apoſtolis Petro & Paulo ſacra: caput Congregationis Monachorum, qui *Nigri* paſſim appellantur; fundata à Bennone Abbate, dotata à Guilelmo Duce Aquitaniæ, & Arverniæ Comite. Tantæ porrò amplitudinis, vt clauſurâ Monachorum illibatâ, ſuffecerit Innocentio Papæ, cum Cardinalibus XII. Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis pluribus: Imperatori itidem Conſtantinopolitano, Regi Franciæ cum tota familia & aula; filijs Regum Caſtellæ & Aragoniæ, Duci Burgundiæ, alijs Magnatibus innumeris. Tantâ ſanctitate, vt vocetur Petro Damiano *Paradiſus quattuor fluentis Evangeliorum irriguus: & ſpiritualis campus, in quo cœlum & terra congreditur.* Tantâ demùm fœcunditate, vt ſummos pietate, doctrinâ, autoritate Viros nunquam non extulerit. Eminent Berno, quem dixi è Comitibus Burgundiæ, S. Euticij Balmenſis Monaſterij fundatoris Diſcipulus, Cluniaci Abbas primus. S. Odo, pari nobilitate, eruditione, & ſanctitate. Aymarus, Comitis Engoliſmenſis filius; *ſimplicitate, & innocentiæ cultor eximius.* S. Majolus, & ipſe è Provinciâ nobiliſſimus, ſub quo Eccleſiam per-amplam dedicavit Henricus Archiepiſcopus Bituricenſis. *S. Odilo*, cujus pietati debet primò Eccleſia celebritatem annuam pro Omnibus *Defunctis*. Sub eo Caſimirus Rex Poloniæ, Monaſticam profeſſus eſt. Vitam illius ſcripſit Petrus Damiani, & à Fulberto *Archangelus Monachorum* appellatur. S. Hugo nobilis Burgundus, miraculis clarus: Eccleſiæ amplificator, diſcipulum habuit Hildebertum Turonenſem, Albericum Cardinalem: filium ſpiritalem in baptiſmo & in clauſtro, Hugonem II. Burgundiæ Ducem; Priores ſucceſſivè Gregorium VII. & Vrbanum II. Pontius Comitis Margulienſis filius, Cardinalis, Cluniaci ſepultus, ſicuti & Gelaſius II. cum hac Epigraphe.

Epiſt 97.
Vide bibliothec. Cluniac.

Abbates.

S. Odilo, *an.* 994.
Caſimirus Rex Monachus.
Epiſt 31. *&* 66.
S. Hugo, obijt ætatis 89. *an.* 1100.

Hîc pater orbis Apoſtolicus, ſummuſque Sacerdos,
Dormijt in proprio Romani juris aſylo.

Petrus Venerabilis, obijt, *an.* 1157.

Illic quoque ſubeligitur Calixtus II. Abbas IX. Petrus Mauricius, cognomento *Venerabilis*: Arvernus nobilis, ſuis & aliorum ſcriptis notiſſimus; qui habuit Priorem Matthæum, poſteà Cardinalem Legatum. *Depoſito* Roberto Groſſo jure parentelæ intruſo, erat enim è Comitibus Flandriæ, ſufficitur Hugo III. Fraſanæus. Rodulphus de Soliaco, abdicat poſt annos tres, & ſepelitur in S. Mariæ Prioratu de Charitate ad Ligerim, vbi etiam jacet Guilelmus Abbas XIV. Tunc *Conceptionem immaculatam B. V. M.* Cluniaci primùm celebratam, narrant Hiſtorici. Theobaldus, evectus ad Cardinalatum, & Cluniaci ſepultus. Gerundus, deinde Epiſcopus Valentinenſis, tandemque Patriarcha Hieroſolymitanus, ſepultus in ſancto Domini Sepulcro. Hugo VII. inde Epiſcopus Lingonenſis. Guilelmus III. Pontareſius, exin Epiſcopus Aginnenſis, Lutetiæ ſepultus in Eccleſia S. Martini de Campis. Ivo Poiſæus, Collegium Pariſijs Cluniarum inchoavit, ab Ivone nepote & ſucceſſore abſolutum, vbi quieſcit Ioannes Raulinus. Neque hîc omitti debet Cluniaci *Collegium* extare, Iuvenibus in pietate & ſcientia educandis. Hugo VII. recipit ſe ad *Carthuſianos*. Androinus de Rocca, inde Cardinalis; ſepultus Viterbiæ ha-

Vion. l. 5. *c.* 913.
Baron. in Martyrolog. 8. *Decembr.*

Hugo Carthuſiam init, *an.* 1351.

bitu Servitarum, quorum erat Protector. Ioannes filius Ducis Borbonij,
cônſtructor Domus Cluniacenſis Lutetiæ ad Thermas. Poſtremò Abbates ARCHI-
fuere plures, Lotharingij, Borbonij, Ambaſij, Richelius, Mazarinus, Emi- EPISCO-
nentiſſimi. PATVS

LVGDV-
NENSIS.
80

CABILONENSIS ad Ararim Eccleſiæ Apoſtolus S. Marcellus, Antiſtes S.
Sylveſter. Succedunt Philagrius, quem cum Cavellicenſi alicubi confundit CABILO-
nominum affinitas. S. Tranquillus. S. Diſiderius. S. Ioannes. S. Agricola. S. NENSIS,
Flavus, S. Veranus. S Gratus, ſepultus in Eccleſia S. Laurentij, quam crexe- an. 42.
rat, tranſlatus poſteà Paredum. S. Lupus, ex Abbate S. Petri, vbi & ſepul-
tus: pedo eburneo, & annulo aureo ſuæ Cathedrali legatis. Circa tempora
Fovæ Epiſcopi XVIII. habetur in vrbe Concilium, cujus LXVII. Canones Concilium, circa, an. 813.
refert Bini Collectio. Sub Rocleno, Concilium decernit de cauſa Epiſcopi Ma-
tiſconenſis & Abbatis Cluniacenſis. Valtherio Epiſcopo XXXVII. Gofridus de Aliud, an. 1072.
Donzio, Ieruſalem proficiſcens, partem ſuam Comitatus Cabilonenſis vendi- Expeditio Heroſolym. an.
dit. Sedente Valtherio II. obijt apud S. Marcellum prope Cabilonum, *Petrus* 1097.
Abaillardus Nannetenſis, in divinis nimiùm Philoſophus. Petrus *officium*
condit B. MARIÆ, approbatum poſteà in Concilio Claro-Montano. Erat is Mors Abaillardi, an. 112.
Abbas Tornuſius* in Araris ripa, cui præfuerunt Cardinales quam-plurimi. Officium B. V. M. an. 1080.
Sub eo pariter Præſule, Monaſterium CISTERCIENSE haud procul Di-
vione ad fluvium ſine fundo, condit *S. Robertus* Abbas Moliſmenſis: dotat * De Tournus.
Odo Dux Burgundiæ, ſepultus in porticu Templi. Evadit Ordinis caput ſub Ciſtercium, an.
Regula S. Benedicti, magnaque habet omnia. Primus poſt Robertum Abbas 1098.
Albericus, *vir Deo dignus.* Deinde S. Stephanus, cujus Magiſterio didicit ſan-
ctitatem Bernardus, qui & ſucceſſoris Raynardi mortem abſens, divinitùs
reſcivit. Faſtredo Abbati VII. Lutetiæ vitam finienti, Extremam-Vnctionem, *In Vita S. Roberti.*
præſente Rege Ludovico VII. contulit Alexander III. Alexandro Abbati
IX. dat Mathildis Duciſſa *Parvum-Ciſtercium* Divione. Petrus, aſſumitur ad
Epiſcopatum Atrebatenſem, Guido ad Archiepiſcopatum Remenſem. Sub Parvum Ciſtercium, an. 1171.
hujus regimine ſtatuitur inter *Ciſtercienſes & Carthuſianos*, ne quis eorum Or-
dinem permutaret, inſcijs Abbatibus vtriuſque. Arnaldus, ſub quo promul-
gata Ordinis *Statuta*: Legatus Pontificis contra Albienſes, Archiepiſcopus
Narbonenſis. Conradus, Cardinalis Legatus. Guido, itidem Cardinalis. Sub
Roberto, deinde Cardinali, claruit *Alanus*, cujus elogium viſitur Ciſtercij in
Clauſtro. Alanus, an. 1194.

Alanum brevis hora, brevi tumulo tumulavit;
Qui duo, qui ſeptem, qui totum, qui ſcibile ſcivit.
Labentis ſæcli contemptis rebus egens ſit,
Intus Converſus, gregibus commiſſus alendis;
Mille ducenteno, nonageno quoque quarto
Chriſto devotus mortales exuit artus.

Abbas XXXV. Ioannes Buxellius, Cardinalis. Gerardus, ſepultus in Collegio Bernardinorum Pariſienſi. Ludovicus Beſſayus, ad fuit Tridentino. Hieronymus Socherius, Cardinalis. Nicolaus Boncheratus, per Regia Diplomata obtinet Locum Senatoris in Parlamento Divionenſi. Ejuſdem nominis ſedet modò, frater Proto-Præſidis Divionenſis, ambo virtute clari. Exundante paulò poſt Ciſtercienſium multitudine, ſub Abbate Stephano, deductâ Coloniâ, permiſſu ejuſdem Gualteri Epiſcopi, in Sylvam Cragnæam; ſtatuitur
Abbatia *Firmitatis*; vbi multa Præſulum & Magnatum ſepulchra, cui etiam Firmitas, an. 1113.
ſubijciuntur Filiæ, quas vocant circiter triginta, cujus prima eſt Abbatia Maceriæ, in hac ipſa Diœceſi.

Petrum Epiſcopum XLI. Ciſtercij ſepultum conjectant nonnulli ex ſequenti deſticho.

Hi duo Pontifices, ſervi veri Salomonis
Pauſant; Henricus Æduæ, Petrus Cabilonis

Digitized by Google

ECCLESIA GALLICANA.

Engilbertus, adfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. Moritur inter *Carthuſianos*. Durandus, & Theobaldus ſepulti in Eccleſia Firmitatis. Sub Guidone, jus conceditur Canonicis Collegas ſibi cooptandi. Guilelmus de Oblato, ſepultus in *Cœmeterio* Mottæ, quod ipſe conſtruxerat. Nicolaus de Veris, obſcuris Natalibus, ingenio ſagaciſſimo; primus ex Epiſcopis, humatur in Cathedrali. Ioannes Darſon-Vallæus, Delphini Confeſſarius, jacet in Carthuſia Lutetiana. Ioannes Germanus, ſepultus Saiæ inter Franciſcanos; vbi Ioannes Portugalliæ Princeps Religionem profeſſus, quieſcit. Iacobus Fourræus, ex Dominicano & Regio Concionatore. *Pontus Thyardæus*, inter Eruditos eruditiſſimus, anno ætatis octuageſimò quarto, ſequens ipſe olorinum Carmen cecinit, à Succeſſore & Nepote Cyro marmori inciſum in Cathedrali.

Pontus De Tyars, obijt, an. 1605.

Non teneor longæ, dulciſque cupidine vitæ;
Sat vixit, cui non Vita pudenda fuit.
Nec fama illuſtris me tangit gloria, forſan
Per Genium vivent ſat mea Scripta ſuum.
Nilque moror quo ſint mea membra tegenda ſepulchro,
Hæc propria hæredis ſit pia cura mei.
Sed cupio, vt tandem mens CHRISTO innixa levetur
Pondere peccati duro, & ad aſtra vehar.

81 EDVENSIS. * S. Amand.

AVGVSTODVNVM in Æduis, vrbs olim Celticarum celeberrima, Præſules numerat Octaginta octo. Decimantur ex inſtituto, S. Amator. * S. Martinus. S. Reticius. S. Simplitius, interfuit Concilio Sardicenſi: caſtitatem cum vxore, velut cum ſorore, probavit prunas in Byrro ardentes deferens, ſepelitur in Polyandrio. S. Caſſianus, ex Ægypto Alexandrinus. S. Pigmenius. S. Euphronius, ſepultus in Baſilica S. Symphoriani extra muros, quam ipſe ædificaverat; nunc Prioratus eſt Ordinis S. Auguſtini, aliunde non dependens. S. Pragmatius. S. Proculus. S. Racho, cui Eccleſia Prioralis nuncupatur. S. Agrippinus. S. Nectarius. S. Flavianus. S. Syagrius, frater Brunechildis Reginæ, hîc ſepultæ in Monaſterio S. Andochij, ab eo conſtructo: *Pallium* illi recuſat Gregorius M. niſi Neophitos Hæreticos Galliâ pellat; cunctis dotibus illuſtris. S. Leodegarij ab Ebroino interempti, multæ paſſim extant Eccleſiæ: annulus Epiſcopalis in S. Victore Pariſienſi, oculis ſanandis adhibetur; exſectâ linguâ, concionari non ceſſavit. Sub Gerardo Reliquiæ S. Lazari Maſſiliâ Auguſtodunum deportantur, illique ſacratur Avallone Eccleſia Collegialis. Sub Aganone, Synodus Æduenſis celebratur. Stephanus Præſul LI. ſcriptis clarus, ſed multò magis ſpontanea paupertate; quam abdicatis omnibus profeſſus, expiravit in manibus Petri Venerabilis. Robertus, Hugonis Ducis Burgundiæ filius. Hambertus, ex Regali Franciæ proſapia. Gualtherus II. in Expeditione Sarracenica, & Albigenſi. Gerardus de Rocha, adfuit levationi corporis S. Flocelli Belnæ, * per Simonem Cardinalem S. Cœciliæ. Idem adminiſtravit Archiepiſcopatum Lugdunenſem. Mutuo enim *privilegio* ſic connectuntur hæ duæ Eccleſiæ, vt mortuo vno Antiſtite, alter illius vices obeat jure Regaliæ vſque ad novi electionem. Petrus, clarus doctrinâ, ſcriptis, fundatione *Collegij* Auguſtodunenſis Lutetiæ, in quo jacet Petrus Rebuffus: ſed præſertim victoriâ quam retulit de *Petro Cuenerio*, pro juriſdictione & libertate Eccleſiaſtica, quæ & illi purpuram promeruit. Sub Guidone II. Hugo S. Laurentij in Damaſo Cardinalis, Canonicus erat Eccleſiæ Belnenſis: ſub Godefrido, *tres Cardinales* Canonici erant hujus Æduenſis. Epiſcopus LXXI. Petrus II. Cardinalis. Sub Guilelmo de Vienna, Collegialis S. Mariæ & Hoſpitale S. Nicolai fundatur Molinis, ſeu Gergobinæ Bajorum à Ludovico Duce Borbonio. Sub Nicolao de Tolone, Canonicus erat Petrus Geraldi Cardinalis. Milo de Granceyo, voluit ſepeliri in ingreſſu Templi juxta Pauperum ſedem. Ioannes II. Rolinus, filius

Brunechildis ſepulta in S. Andochio, an. 600.

S. Leodegarius, an. 685.

Synodus, an. 1055.

Expeditio duplex, an. 1217.

* Beaune.

Lugdunenſis & Auguſtodun. Eccleſia.

Petrus diſputat cum Petro Cunierio, an. 1329.

Cardinales Canonici.

filius Nicolai Burgundiæ Cancellarij, cujus magnificentiâ, fundatum fuit inſigne illud Xenodochium Belnenſe; factus Cardinalis, plures Eccleſias, etiam S. Genovefæ Pariſienſis, locupletavit. Suffraganeum habuit Ioannem Buſſonium *Carmelitam*, Epiſcopum Bethleemicum. Philippus filius Cliviæ Ducis, ſepultus Bleſis in Abbatia S. Lonomari. Hippolytus Ateſtinus, filius Ducis Ferrariæ, Cardinalis. Petrus Saunierus induxit Capucinos Auguſtodunum & Belnam, Minimos Semurium, Ieſuitas Avalonem. Eo mortuo Æduenſem Eccleſiam adminiſtrante Marque-montio Lugdunenſi, Auguſtoduni inſtituitur Collegium Societatis IESV. Belnæ verò Carmelitinæ Thereſianæ, cujus præcipua fundatrix Puella Belnenſis. Illa peplum induta, nomine Sororis *Margaritæ à Sanctiſſimo Sacramento*, ſed brevi conſummata, cum ſanctitatis apicem adepta eſt; vt Vitæ illius hiſtoriam nuper evulgatam nemo legat ſine admirationis, & pietatis ſenſu incredibili. Sub ea Diœceſi, in territorio Semurienſi, in montis jugo Oppidum & Abbatia eſt *Flaviniacum*, * quæ ante belli clades plures Eccleſiæ dedit Prælatos, Viroſque eximios. Illic ſervantur Reliquiæ *S. Reginæ* *, quæ ob CHRISTI fidem paſſa Alexiæ, vbi fons varios quotidiè morbos ſanans. Extat quoque in montis jugo, Oppidum ſimul & Abbatia *Vezeliacum**. Ejus Eccleſiam dedicavit Ioannes VIII. Pontif. Max. D. Magdalenæ, cujus & Reliquias aliquando illuc è Provincia tranſlatas ſunt qui referant.

ARCHIEPISCOPAT. LVGDVNENSIS. Xenodochium Belnenſe, an. 1443.

V. Margarita Carmelitiſſa.

* Flavigny, an. 606.

* S. Reine.

* Vezelay

ANDOMADVNI LINGONVM Epiſcopatus Patronum priùs habebat S. Ioannem Evangeliſtam, nunc S. Mammetem. Epiſcopus Par Ducalis Franciæ, gradum habet in Regis inaûguratione, & ſedem in Parlamento Pariſienſi. Primus inter Epiſcopos nominatur Senator. Conſequenter S. Deſiderius. S. Vrbanus. Apruncúlus fugit ad Francos, quibus creditus eſt favere contra Burgundos. S. Gregorius, cujus vitam ſcripſit Gregorius Turonenſis illius nepos. Gregorij filius & ſucceſſor, Tetricus. Papulo Epiſcopo XVIII. mors divinitùs illata. Mommolus, cognomento *Bonus*. Circa tempora Eruphi, Martyrio coronatus eſt S. Genulphus in Burgundia, cujus nomine, plures extant Eccleſiæ. Iſac eximiâ ſanctitate & doctrinâ, Canones collegit in *Capitulare*. Geilo tranſtulit corpora SS. Prudentij, & Philberti: Algrinus S. Benigni, & S. Medardi. Ipſe Infulas exutus, Aſceticam amplexus eſt in Monaſterio Benigniano. Garnerius verò Benignianis refugium dedit Eccleſiam S. Vincentij, intra muros Divionenſes. Bruno Epiſcopus XLVII. filius Hugonis Burgundiæ Comitis, nepos Ludovici Vltra-marini, celebratur in Chronico Benigniano; *In eleemoſynis largus, in vigilijs ſedulus, in orationibus devotus, in charitate perfectus, in humanitate profuſus, in ſermone paratus, in converſatione ſanctiſſimus: irreverentibus terribilis, aſpectu jucundus, ſeveritate reverendus, inceſſu venerandus; cenſuram autoritatis, benignâ manſuetudine humilitatis temperans. Non perſonæ potentiam, ſed morum elegantiam attendens in ſingulis; tantò vnumquemque eminentiùs honorans, quantò ſanctiùs vivere didiciſſet. Clericorum, & Monachorum, Sanctimonialiumque, viduarum, & pupillorum protector: atque inter pauperes, & divites ita medius; vt pauperes illum quaſi patrem agnoſcerent, divites quaſi ſuperiorem timerent.* Pauſat in navi ſuæ Cathedralis, cujus tumulus inciſum oſtendit Baculum Paſtoralem, cum epitaphio breviſſimo; *Bruno Epiſcopus*. Lambertus, *ſcientiâ*, *Religione & bonitate* pollens apud Baronium. Hugo ex alumno Cluniacenſi, redit ad Monachiſmum Virduni, ſcripſit contra Berengarium. Raynaldus Epiſcopus LII. rediens Hieroſolymâ, Conſtantinopoli Lingonas attulit brachium S. Mammetis Martyris, cujus & vitam conſcripſit. Sunt qui Rainaldo tribuunt

82 LINGONENSIS.

Viſio divina.

S. Genulphus, an. 719.

Bruno veri Epiſcopi idea.

carmen illud Paſchale * dum eſſet Noviomi in carcere; quod alij attribuunt Theodulpho Aurelionenſi, Andegavi incarcerato. Robertus Regum proſapiâ oriundus, ſub quo Paſchalis II. dedicat Eccleſiam S. Benigni Divione: Magiſtrum gloriatur ſe habuiſſe S. Brunonem, ſepeliturque in Moliſmenſi Monaſticen profeſſus. Ioceranus jacet in Choro S. Stephani Divionenſis, vbi Canonicos Regulares inſtituit. Gothofredus S. Bernardi cognatus, & ejus Monaſticæ Socius, Prior Claræ-vallis, ſecutus eſt Ludovicum Iuniorem, in Expeditione Hieroſolymitana. Galtherus, patruus Hugonis III. Burgundiæ Ducis. Ab iſto *Comitatum* Lingonenſem accepit, ſicut à Ludovico VII. Vrbem à Corona Francica nuſquam poſſe alienari; Divione condidit Parvum-Ciſtercium. Hugo verò Dux è voto in Mari, dum Hieroſolymâ rediens periclitatur, *Sanctam Capellam* Divione erexit. Eam poſtmodum, regnante Philippo Bono, Summus Pontifex locupletat *Hoſtiâ miraculosâ*. Extat ſub imagine Salvatoris in throno ſedentis, gladio ſacrilegi Iudæi perforata, ijſque in locis adhuc cruentata; quæ hodièque, eâdem figurâ, perſeverat. Summi denique Præſulis Galtheri virtutes & vitam perſtringit vetus, ex Leonino verſu & vetere ritu, Epitaphium.

ECCLESIA GALLICANA.

* *Gloria, laus, & honor tibi ſit, &c.*

S. Benigni Eccleſia.

Sancta Capella, an. 1171.

Hoſtia miraculoſa, an. 1433.

Præſul Lingonicus, ſapiens, ac mente pudicus,
Nomine Galtherus, patiens, humilis quoque, verus:
Zelator cultûs CHRISTI, manet hîcque ſepultus.
Hîc nos fundavit, Templum pariter dedicavit:
Faſtum calcavit, mundum ſtercus reputavit,
Noſter & inde fuit factus; terreſtria ſprevit,
Ac habitum tenuit in quo cum pace quievit;
Anno milleno, centeno, ſeptuageno,
Octavo pleno, migravit corde ſereno.

Manaſſes ex Comitibus Barrenſibus ad Sequanam, pergit in Expeditione Hieroſolymitana cum Hugone Duce Burgundiæ. Is, ſicut & ſequens Garnierus II. cum Duce Hugone, multa contulerunt privilegia *Capellæ* divitum Divione: nec non Prioratui Societatis Vallis-Caulium, nuper inſtitutæ à Viardo viro religioſiſſimo. Ambo ſepulti Clare-valle. Sub Hilduino, Odo Dux Burgundiæ in ſuburbio Divionenſi fundat Hoſpitale Sancti-Spiritûs; qui Ordo fuerat, paulò-ante, Romæ inſtitutus. Sub Hugone II. Epiſcopo LXIII. Dominicanos Divione fundat Dux Burgundiæ. Roberto & Hugoni III. hommagium redditur de Comitatu Tornodorenſi. * Bertrandi Epitaphium extat pone Majus Altare.

Vallis-Caulium, an. 1188.

Ordo Sancti-Spiritûs, an. 1201.

* Tonnerre.

Qui jacet hîc lætus ſemper fuit, atque quietus,
Per varios inopes diſtribuebat opes.

Hugo IV. vnus ex tribus qui Lutetiæ fundaverunt *Collegium Cameracenſe*, modò Regium. Sub Guilelmo III. de Pictavia, *Carmelitæ* Divionem ingrediuntur; vbi Conventus modò viſitur nobili ſtructurâ, quem Magni ſemper Viri exornarunt. Bernardus de Turre, mittitur pacis Orator à Carolo VI. ad Ioannem II. Britanniæ Ducem. Hujus permiſſu conſecratur Divione Eccleſia *Carthuſianorum*, cujus fundator Philippus Audax; qui illic jacet cum Ioanne filio & Philippo Nepote, in Mauſoleis è puro marmore exquiſitiſſimis. Ludovicus II. Caroli VI. Franciæ Regis conſanguineus, Cardinalis Legatus; hanc Sedem permutavit cum Carolo de Pictavia, pro Cathalaunenſi. Philippus Viennenſis, antea Ciſtercienſis, ſepelitur apud Minoritas Divionenſes. Ioannes VI. Dauxius, Caroli VII. Confeſſarius, & Major Eleemoſynarius, Catalogum compegit Hoſpitalium Regalium. Ludovicus Amboëſius, Gentiles Antiſtites decem numeravit, ſepultus Divione ante Majus Altare Franciſcanorum; agnominatus,

Collegium Cameracenſe, an. 1371.

Carmelitæ.

Carthuſiani, an. 1388.

Pater Patriæ, Protector Eccleſiæ, Amator Iuſtitiæ, Nutritor Pauperum: Excellentiſſimus Oratorum, Religionis Obſervantiſſimus; Multarum Eccleſiarum & Domorum ſuæ Diœceſis Reparator, & plurimarum facultatum in pios vſus Elargitor. ARCHI-EPISCOP. LVGDVNENSIS.

Michaël Bordetus, omnium ſcientiarum cultor præcipuus; varia inter elogia, ſequenti Carmine decantatus.

Fulgida Francorum, Pariúmque Ducumque lucerna,
Lingonicæ Antiſtes, nihil hoc indignus honoris
Culmine; qui qualem perſcribit Apoſtolus, aut es,
Aut nullus toto reperitur Epiſcopus orbe.
Scilicet haud pompis turges, faſtuve ſuperbo,
Non iracundus, luxuve ſolutus: amator
Non furioſus opum, aut auræ ſectator inanis;
Nec ventrem faciens, vt plurima turba, ſepulchrum;
Sed ſimplex, animoque humili, ſed pectore miti
Sobrius, & lumbos præcinctus, lege ſevera.
Ipſe tuum corpus caſtigans, largus ad omnes,
Tutela & cuſtos alieni, prodigus æris
Es proprij, & Fratrum ſemper ſincerus amator
Victorinorum; quorum quia plurima debet
Sancta domus, nec habet quod dignè exſolvere poſſit,
Hugonem ipſa ſuum tibi dedicat, accipe donum;
Quò nihil ipſa poteſt majus præſtare, nec ipſe
Plurima cùm dederis, plura, aut majora repoſcas.

Obijt Muſſei poſt ſumpta Eccleſiæ Sacramenta, accinens pſalmum. *Quam dilecta tabernacula*, &c. Illo regente, Divio ab ingenti Helvetiorum obſidione *Pſal. 83.* divinitùs liberatur; in cujus memoriam beneficij, *Eleutheria* ſolemni annuâ proceſſione celebrantur. Confirmata etiam fuit ab eo: ſupplicatio, altera luſtralis; in qua Clerus cum Magiſtratu & Plebe Fontana pergens, Inſecta frugibus *Supplicationes, an. 1513.* infeſta adjurat, excantatque formulâ legendâ apud Claudium Robertum. Sub Claudio Cardinali Gyvræo, votum emiſere Divionenſes de Feſto *S. Annæ* obſervando, inſtar Dominicæ Reſurrectionis, pro peſte averruncanda. Sub Carolo Deſcarſo, fundatur Divione Collegium Societatis IESV. Conventus itidem Carmelinarum, Vrſulinarum, Minimorum, Dominicanarum: Fulienſium deniquè Fontanis, vbi cunæ D. Bernardi. Per id tempus obijt Dinetus Canonicus Lingonenſis, Regius Prædicator, Hieroglyphicorum Collector. *Sebaſtiano Zameto*, ingenio, doctrinâ, pietate perpolito; ſubrogatur demùm Ludovicus Rivieræus, proprio ingenio evectus ex Confidente olim Primario Ducis Aurelianenſis. *Feſtum S. Annæ.*

IAM inter triginta duas *Abbatias*, quas partim Virorum, partim Fœminarum amplectitur Præſulatus Lingonenſis, Eminentiores ſequenti ſerie inſinuantur: *Abbatiæ.* *S. Benigni* Divionenſis; S. Benigni, S. Euſtadij, S. Tranquilli: pluriumque tum Magnatum, tum Præſulum ſepulchretum. Ejus Abbas Primas eſt Cleri *S. Benigni Divion.* Divionenſis, idemque Senator in Parlamento. Bezuam haud procul Divione, condidit Amalgarius Palatij Regalis Magiſter, quo fermè tempore S. Columbanus Luxovium * inter Veſuntinos illuſtrabat. *Clara-vallis* tertia Ciſtercienſis filia, ad Albam fluvium, opus Theobaldi Comitis Campaniæ. Illic Abbas ** Bezũ.* primus; *D. Bernardus*; cujus ſanctitatis odor ſuper balſamum aromatiſans, *Clara-Vallis an. 1115.* pluſquam ſeptingentos Monachos congregavit, octingenta circiter Monaſte-

ECCLESIA GALLICANA.

L. 14. Hiſtoria Daniæ.

Caſtilio,

ria regit, tantâ porrò famâ pietatis; vt Cœnobium Clara-vallenſe *cœleſtem Ieruſalem* vocet Saxo Grammaticus, illud adiens Pontif. Max. obſtupuerit: plures Eccleſiæ Papas, Cardinales, Præſules dederit; Abbates ſucceſſivè habuerit, doctrinâ & virtute conſpicuos. *Caſtilio* ad Sequanam, in oppido cognomine vbi natus Philander; cujus Epitaphium Toloſæ legitur in Æde S. Stephani.

Guilel. Philand. Caſtilio, Civi Romano, eximiâ eruditione, doctrinâ ſingulari, virtute nobili, ac ſcientiâ claro, pietate inſigni, Religione non alienâ, morum ſuavitate facili, animi candore conſpicuo, ſenſu erga omnes probo: antiquitatis & architecturæ peritiſſimo, famâque celebritate etiam exteris noto; qui in ſtudijs litterarum multis annis conſumptis, dum antiquorum monumenta evolveret, ac ſe Anagnoſtem illuſtriſſimi Cardinalis Armagniaci præberet; tandem attritis viribus corporis, leni ſuſpirio vitam efflavit.

Georgius Cardinalis Armeniacus, fideliſſimo Anagnoſtæ ſuo ſpe futuræ reſurrectionis hoc Monumentum mœſtiſſ. P. C.

Vixit ann. 60. fato verò ſuo functus A. D. 1565. 10. Calend. Martias.

* Moncne, an. 980.
* S. Thierry.
Moliſmum, an. 1071.
Morimundum, an. 1115.
Vallis-Scholar. an. 1215.

Scripſit autem doctiſſimas in Vitruvium, & Quintilianum Annotationes. Melundenſe, * condit Clodovæa, rexit Agano Abbas primus S. Machaëlis Tornodori, vbi colitur religioſè corpus S. Theodorici. * Moliſmum, vbi primus Abbas *S. Robertus* fundator Ciſtercij. Morimundum in Baſſignoyo, quarta filia Ciſtercienſis; ſub ſe habet ſeptuaginta & ampliùs Cœnobia, & Ordines Militares quinque. Vallis-ſcholarium, ſuæ caput Congregationis, ſub Regula S. Auguſtini.

TITVLVS XXIX. *Archiepiſcopat. Senonenſis, & Suffraganei III.*

SELECTA DECIMÆ-TERTIÆ Metropolis, Senonenſis.

AGENDICVM vrbem Senonum primariam ad Ionæ fluenta, *primi docuere Patroni* S. S. Sabinianus & Potentianus, miſſi à S. Petro. Succeſſores, quod in primis illis ſeculis ſolemne nemo non videt, ordine ſatis confuſo referuntur à Tavello & Demochare. Cerriores ſunt, S. Vrſicinus, in Monaſterio Gervaſiano, quod extruxerat, ſepelitus. S. Ambroſius. S. Agricius. S. Heraclius, *Moniales* inſtituit in Eccleſia S: Ioannis Evangeliſtæ. S. Paulus. S. Leo, cujus extat Epiſtola ad Childebertum Regem; quâ deprecatur ne Meloduni, vel vt ipſemet loquitur, Mecledone novus creetur Epiſcopus. S. Arthemius. S. Lupus*, expulſus ambitione Magdegiſilli Abbatis. S. Senecius. Emmo, exemit ab juriſdictione Epiſcopali Monaſterium S. Columbæ ad vrbem; vbi annos quattuor exulavit S. Thomas Cantotberienſis, ſepeliturque Rex Rodulphus. Illi modò Commendatarius eſt *Matthæus Mangotius*, nobiliſſimæ Gentis germen vltimum; ingenio, virture, omnigenâ eruditione paucis par. S. Amatus diu afflictus ab Ebroïno, Duaci in Gallo-Flandria Patronus. Medericus, ſepultus in Monaſterio S. Symphoriani à ſe extructo. S. Wulphrannus, cui Eccleſiæ nuncupantur; Epiſcopatum reſignans Gerico, Monachiſmum induir. Gerici nepos & ſucceſſor S. Ebbo, ex Monacho *S Petri-Vivi*. Abbatia nimirùm in vrbe eſt, fundata à Theodechilde multis claris Monachis, ſacriſque pignoribus famoſa. S. Honobertus, ſucceſſorem habuit ſuum genitorem Honulphum. S. Gumbertus, abjectis infulis vixit *Eremita* in monre Vogeſo. S. Magnus ſepultus in Eccleſia S. Salvatoris, quam condidit, *Notas Iuris* dicavit Carolo M. Ieremias, ſepultus in S. Columba. S. Aldricus, ex Abbate Ferrarienſi. Ea vocatur aliquando Bethleem, fundata fuit à Clodovæo primo ad Lupam fluvium: in eaque Anſegiſus conſecravit Ludovicum & Carolomannum, Regis Ludovici filios. Venilo nobiliſſimus genere, litteraturâ clarus: moribus plenus, duorum Regum inunctor, plurium Eccleſiarum inſtaurator aut conſecrator; complurium corporum Sanctorum Tranſlator; ſepelitur apud Valilias, in Crypta S. Agathæ. S. Egilus, ex Monacho *omni bonitate conſpicuo*; ſepultus, quemadmodum alij plures, in Baſilica S. Petri-Vivi. Anſegiſus, collegit *Capitularia* Regum Franciæ. Evrardus Epiſcopus LII. ſepultus in S. Columba, vbi fuerat Monachus. Galtherus II. primi nepos & ſucceſſor, à Paganis trucidatus. Germanus, ſepultus in ſuo Monaſterio S. Germani Antiſſiodorenſis. Hildemannus, ex Monacho S. Dionyſij. Archambaldo mors *divinitùs* obtigit, in pœnam juvenilis petulantiæ. Anaſtaſius, miræ ſanctitatis & abſtinentiæ. Sevinus Templum Cathedrale dedicavit, Cœnobium S. Petri* Meloduni conſtruxit. Sub Leoterico conſtruitur Monaſteriolum*, ad confluentes Icaunæ & Sequanæ. Gilduinus; *deponitur* in Concilio Remenſi. Richerius; celebratâ Synodo Provinciali, ſanctiſſimè moriens; ſepelitur in Monaſterio S. Laurentij. Henricus Sanglierus; magni vir animi: & ipſe, convocato Concilio, errores damnavit Petri *Abaillardi*. In Stampenſi verò, ſuadente D. Bernardo, Innocentius II. legitimus Pontifex declaratur. Sub eodem, Cœnobium Vallis-lucentis ædificatur. Hugo in vrbe excepit Alexandrum III. qui inſtauratam S. Columbæ Eccleſiam conſecravit. Guilelmi ex Campaniæ Comitibus, duæ extant Epiſtolæ ad Alexandrum III. *de morte* S. Thomæ Cantuarienſis. Ipſi Guilelmo, ſuam dicat *Hiſtoriam Scholaſticam*, Petrus Comeſtor. Michaël *nobilis genere, ſed nobilior ſanctitate*, vocatur ab Innocentio III. In demortui locum electionem Hugonis Antiſſiodorenſis reprobat Papa, approbat Petri Cameracenſis: illique committit *litem* Lingonenſis Capitu-

Moniales, *an.* 530.
Epiſcopus Meloduni.
* S Leu, *an.* 538.
S. Columbâ.
S. Vulfrannus.
S. Petrus Vivus, *an.* 507.
Epiſcopus fit Eremita.
Capitularia; *an.* 872.
Dei vindicta in Epiſcopum diſſolutum, *an.* 968.
* S. Pere.
* Monsteream Faut-Yonne.
Epiſcopus depoſitus, *an.* 1048.
Concilium damnat Abaillard. *an.* 1140.
Stampenſe, *an.* 1113.
Lis Epiſcopi & Capituli.

li, contra Epiſcopum; gloriæ ducens, quod illum habuerit Pariſijs in Sacra Pagina Magiſtrum. Galtherus, Pariſijs coronavit S. Ludovicum; quod factitatum ſæpè videas, abs Sedis hujus Antiſtitibus. Epitaphium habet in Metropolitana.

ECCLESIA GALLICANA.

Coronant Reges, an. 1226.

Præſul Galtherus jacet hîc in pulvere, verus
Cultor Iuſtitiæ, Cleri Pater, arca Sophiæ;
Non parcunt generi, nec honori fata, nec ævi.
Traditur hic cineri fex modò, Præſul heri;
Dum viguit tua, dum valuit Galthere poteſtas:
Fraus latuit, pax magna fuit, regnavit honeſtas.

Gilo Cornutus Galtheri frater tranſtulit corpora Sanctorum, qui Stampis coluntur. Henricus amborum frater, Viterbiæ conſecratus ab Alexandro IV. Sub Guilelmo de Brocia fundantur Mathurini in Lupara Fombellaquenſi, quam nuper deſcripſit N. illic Miniſter.

Vicina eſt appendix Conventus *Carmelitarum* Sanctiſſimi Sacramenti Pariſienſis, Eremus, inter ſylvarum conſita, arborum frondoſa, vndoſa fluminum amœniſſima. Sacer loci genius Poëſim olim inſpiravit Eremicolæ, quam laxandi tantiſper animi gratiâ legiſſe hîc per tranſennam non pigebit.

VOTUM IN SOLITUDINE.

O DEUS alme,
Conditor Orbis,
Et Pater, audi;
Quæ tibi vota,
Mens mea fundit.
Iam procul vrbe,
Atque furentis
Turbine ſecli:
Spernimus vſquè,
Quidquid adorat.
Hîc vbi fas eſt
Fronte ſolutâ &
Pectore, vaſtos
Cernere campos,
Cernere colles:
Nectare puro,
Ambroſiâque
Vivimus. Ecce
Nocte repulsâ
Lucifer ortus,
Mellea Cœli,
Roſcida terræ
Munera ſpargit;
Nec mora, Phœbus
Æquore toto
Pulchrior exit.
Gaudia quæ tunc,
Templa ſubire:
Primaque lucis
Tempora, vitæ
Debita noſtra,
Solvere CHRISTO?
Hinc remeantem,
Cellula claudit:
Ac ſtudiorum
Grata voluptas,
Paſcit hiantem.
Seu modò Sacros
Volvere Libros,
Aut meditari
Dogmata Patrum:
Seu quoque noſtras
Condere curas
Aggredior, vel
Blanda Thaliæ
Fercula libo.
Tunc mihi nullus
Improbus hoſpes,
Nullus amicus
Otia turbat;

Exulat omnis
Perſida vulgi,
Lutetiaque
Aura, Theatri
Plauſus inanis.
Me tibi totum
Vendico, nec tum
Horrida Martis
Funera curo.
Pax mihi cordi eſt,
Atque ſilentis
Otia ruris.
Paupere Cellâ
Vivo beatus,
Vanaque ſortis
Munera temno.
Non Sycophanta
Dens genuinus,
Nulla tacentem
Lingua remordet:
Nec latitanti
Invidet ullus.
Vtque levamen
Innocuum adſit,
Cùm ſua Titan
Lumina condit;
Advocat inde
Blandius æquor;
Campus agreſtis,
Defluus amnis,
Hortus amœnus:
Florea dona,
Sylvaque frondens;
Atque cadentes
Montibus umbræ.
Enthea tum me
Vis rapit ad te,
Maxime Princeps,
Omnia certo
Fine gubernans:
Quem Orbis uterque,
Pronus adorat;
Cui famulantur
Ignea cœli
Sidera, tellus,
Pontus, & aër.
O Pater alme!
Cujus ad aras
Victima major
Nulla cadit, quàm
Hoſtia cordis
Candida puri;
Tu modò, noſtrâ
Excipe mentis
Vota, preceſque.
Dum mihi tempus,
Cætera vitæ
Stamina volvet;
Da Pater, ut ſim
Quem tua me vult
Eſſe voluntas.
Mente profundâ,
Pectore puro:
Nec prece fictâ
Te venerer, te
Semper adorem.
Sordeat omne
Quod tibi Sancte
Diſplicet, aut quo
Sordida mens ſit.
Sic tibi ſoli
Notus; & omni
Longiùs Vrbe;
Da, Bone, poſſim
Vivere mecum,
Teque potiri.

Secus curſum Sequanæ, reperiuntur Abbatiæ duæ Ciſtercienſes. Altera Barbelli * Sancti-Portûs, in qua jacet Rex Ludovicus illius fundator. Altera Lilij * infra Melodunum, quam fundavit Blancha S. Ludovici Mater. Archiepiſcopus LXXVII. Petrus de Charniaco, ex Cornutorum Pedagogo, quinque habuit fratres Canonicos in Cathedrali. Petrus de Aniſiaco ſepelitur in Cathe-

* Barbeau.
* Le Lis.

drali Antiſſiodorenſi, vbi Canonicus fuerat. Philippus de Marniaco, Lutetiæ ſepultus apud Carthuſianos. Eo Præſule Maria Luxemburga inhumatur in Conventu *Dominicanarum*, quem in hacce Diœceſi fundavit haud procul Montargio. Sub Guilelmo de Meloduno, cadavera cœperunt ſepeliri intra Civitatum pomœria; quod ante ſolis Præſulibus fas erat. Guilelmus de Meloduno, occidit in prælio Pictavienſi. Guilelmus de Dormanis, ſepultus Pariſijs in Collegio Bellovacenſi. Ioannes Montacutius, occiſus in prælio Azincourio. Guilemus Nantonæus, ſepultus in Eccleſia quam dedicaverat ad Iuniacum. Triſtandus de Salazardo, primum fœdus init cum Helvetijs nomine Ludovici XI. In eo electio Capituli ceſſavit, ſub eo vigebat Iacobus Almaynus Senonenſis. Stephanus Poncherus, Rebus Eccleſiaſticis & politicis inclytus; cui Auguſtinus Iuſtinianus Genvenſis dedicat *Doctorem Perplexorum*, ex Hebræo R. Moiſis Ægyptij, latinitate donatum. Antonius Dupratus Advocatus Regius Toloſæ, Proto-præſes Pariſienſis, Franciæ Cancellarius, Cardinalis, Legatus; Concilium Provinciale habuit Pariſijs. Ludovicus Borbonius, Cardinalis. Ioannes Bertrandi, Cardinalis, obijt Venetiæ Regis Orator, vbi & ſepultus. Ludovicus Lotharingius, Cardinalis Guiſius. Reginaldus Beaunæus ſepultus in Cathedrali Pariſienſi, vbi fuerat Canonicus. IACOBUS DAVY, CARDINALIS PERRONIUS, Magnus Franciæ Eleemoſynarius: inter Calviniſtas natus, Calviniſmi debellator, ingenio, memoriâ, omnium ſcientiarum apparatu, magnanimitate ſoli ſibi comparandus. Ferè tamen alter Ioannes Davy, frater & ſucceſſor; quo regnante, fundatur Mont-Argij *Collegium Barnabitarum*. Octavius Bella-Gardæus, Præſul probitatis eximiæ: Eccleſiam Valereyam, ab Henrico Proto-Principe Condæo inſtauratam dedicat. Coadjutorem habuit, qui modò ſucceſſor, Ludovicum-Henricum Gondrinum.

ECCLESIA GALLICANA.
Dominicanæ ad Montargium, an. 1325.
Cœmeteria extra Vrbes.
Fœdus Helvetiorum, an. 1518.
More Nevochim, an. 1520.
Concilium, an. 1519.
Cardinalis Peronius, obijt Parif. an. 1618.

83
EPISCOPAT. ANTISSIODORENSIS.
Epiſcopatus Bethleemicus.

EPISCOPUS AUTISSIODORENSIS veteri privilegio exemptus à jure Regaliæ, ſoluſque habens in oppido Clamecio Epiſcopatum *Bethleemicum* fundatum à Duce Nivernenſi, & Summo Pontifici immediatè ſubditum, Præſulum Centuriam computat. Præcipui S. Peregrinus Romanus, cujus Martyrij corpus quieſcit in Monaſterio San-Dionyſiano. S. Marcellinus. S. Valerius, quem aiunt adfuiſſe Concilio Nicæno. S. Eladius. S. Amator. * *S. Germanus*, vir ſupra miracula, Ravennæ moritur: ſepultus Antiſſiodori in Baſilica S. Mauricij, cui nomen ſuum deinceps indidit. Abbatia eſt percelebris, de qua Innocentius in Epiſtolis. Ea magnos extulit Viros Ericum, Remigium: Palladium hîc Epiſcopum, à quo conſtructa Eccleſia S. Germani Varziaci, & S. Iuliani juxta Antiſſiodorum; Allodium, Tetricum, Herevaldum, Gualdricum, indem Epiſcopos Antiſſiodorenſes. In ea igitur Epitaphium habuit S. Germanus.

* S. Amatre. S. Germanus, an. 435.

Doctrinâ inſignis, clariſque parentibus ortus
Germanus, tumulo Præſul in hoc recubat.
Burgundos rexit, vita fuit aſpera, & egit,
Dum vixit, citreis plurima digna libris.

Vitam verò illius ſcripſere proſâ Conſtantius Lugdunenſis, verſu Ericus Monachus. Epiſcopus X. S. Fraternus, die ipſa ordinationis *Martyrio* coronatus. S. Vrſus. S. Theodoſius. S. Gregorius. S. Optatus. S. Droctoaldus. S. Eleutherius. S. Romanus. S. Ætherius. S. Angarius. Circa id tempus Concilium „vetat Kalendis Ianvarij vetulâ aut cervolo facere, ad Arbores ſacrivos, vel „ad fontes vota exſolvere: vigilias in honore Domini mortui obſervare, duas „ſuper vno Altari Miſſas vno die dicere: & in eo, vbi celebravit Epiſcopus, „celebrari: mortuis Euchariſtiam, aut oſculum dari, corpora in baptiſterio ſepeliri, mortuum ſuper mortuum mitti: Miſſas poſt acceptum cibum vel poculum tractare, Monachis ad nuptias ambulare, Preſbyteris & Diaconis reorum „ſuppli-

Epiſcopus ſtatim Martyr.
Concilium Antiſſidor. an. 574.

, ſupplicia ſpectare, Mulieribus nudâ manu, & ſine dominicali, ſacram Eucha-, riſtiam accipere. Ea in Synodo ſenſibus plenâ, verbis obſcurâ; congregati fuere Epiſcopus vnus, Abbates ſeptem, Preſbyteri quattuor ſupra triginta. Epiſcopus xx. S. Deſiderius, qui ſepelitur more Majorum in S. Germano. S. Palladius ſepelitur in Eccleſia S. Euſebij, quam conſtruxerat. S. Vigilius occiſus ab Ebroino in Silva Cotia, ſepelitur in Eccleſia B. Mariæ quam condidit S. Terricus, Martyr. Sabbaricus, ob vitam ſolutiorem *fulmine* interemptus. S. Ammarus, lanceâ crudeliter perſoſſus. S. Adulphus. S. Maurinus. B. Aron. S. Angelelmus. Chriſtianus, natione Alemannus. B. Herifridus. Gualdricus; conſtruxit Caſtrum *Varziacum* *. Guido Senonenſis, ſepultus in Cathedrali quam inſtauravit. Ioannes, Civis Antiſſiodorenſis litteratiſſimus: modeſtiâ ſuperſtite, ſepulcrum elegit extra Eccleſiam S. Germani. Hugo Comitis Cabiloenſis filius, moriens ſchema induit Monaſticum in S. Germano; ſepelitur in Monaſterio Paredi Æduorum, quod ædificaverat. Heribertus ſepultus in S. Salvatore, pago Senoneoſi, vbi Monachus devixit. Gofridus filius Comitis Nivernenſis, jacet in oppido *Charitatis* ad Ligerim, vbi Prioratus Cluniacenſis nobilis & famoſus, qui & partem panis, quem coquit, decimam dare debet pauperibus. Epiſcopus LII. Robertus *multæ in ſeculo nobilitatis; erga Deum pietatis.* Humbaudus in ſuam Eccleſiam beneficus, Hieroſolymâ rediens naufragio perijt. Hugo ex primo Abbate *Pontiniaci*, quæ ſecunda Ciſtercij filia eſt, claro germine Monachorum fœcunda, vbi & ſepelitur. Hactenus Epiſcopi quinquaginta quinque, è quo numero triginta tres Sanctis annumerantur. Epiſcopus LVI. Alanus Clara-vallem ſe recipit, ibique ſepelitur. Guilelmus Toucyæus, primus in Cathedrali ſepultus. Hugo de Nucerijs, Romæ ſepultus in Eccleſia Lateranenſi. Sub eo, Philippus Auguſtus remiſit Eccleſiæ Antiſſiodorenſi *jura Regaliæ*. Tempore Bernardi de Soliaco, Dominicanos in vrbe fundat Comes Iuniacus: ſub Reginaldo de Siliniaco, *Franciſcanos* Mathildis Comitiſſa. Guidoni de Melloto, ſcribit Clemens IV. *Dedit tibi*, inquit, *Dominus Spiritum ſapientiæ; & linguam contulit eruditam: & ſenſum tuum inſuper multi jam temporis experientia ſolidavit, ita vt nihil tibi deſit in vlla gratia.* Erardus peroravit coram S. Ludovico, *vt cogerentur excommunicati abſolutionem intra annum petere.* Petrus de Mortuo-Mari, Talerandus, Petrus de Croſo, Audoënus; Cardinales. Michaël de Creneyo, Confeſſarius Caroli VI. jacet Pariſijs apud Carthuſianos. Laurentius Pinotus, ſepultus Antiſſiodori in ſuo Conventu Dominicanorum. Petrus Longolius, ſepultus Varziaci. Enguerrandus Confeſſor Ducis Burgundiæ, ſepultus Lutetiæ in ſuo Conventu Dominicanorum. Franciſcus de Tinte-villa, Orator Franciſci I. ad Clementem VII. Philippus Lenoncourius, Cardinalis. Philippus Babou, Cardinalis Bourdeſieræus. *Iacobus Amiotus*, educatione Prolis Regiæ, Plutarchi verſione, Collegij conſtructione nominatiſſimus. Sub Franciſco Donadæo Capucini inſtituuntur Antiſſiodori, Auguſtiniani Conadæ ad Ligerim. *Petrus de Broco* Natalium ſplendore, culturâ Richelij Cardinalis, judicij maturitate, vitæ conſtantiâ commendatus, novam modò incboat Præſulum centuriam.

ARCHI-EPISCOPAT. SENONENSIS.

Epiſcopus de cœlo fulguritus.

* Varzy.

Epiſcopi fiunt Monachi.

Prioratus Charitatis ad Ligerim.

Chronic. Antiſſiodor.

Pontiniacum fundatur a Theobaldo Campaniæ Comite, *an.* 1114.

Exemptio à debito Regali, *an.* 1206.

Dominicani, *an.* 1241.

Franciſcani, *an.* 1252.

Excommunicati.

Iacques Amiot; obijt, *an.* 1593.

EPISCOPI NIVERNENSES; S. Auſtremonius S. Petri diſcipulus, primus Alvernorum Apoſtolus. S. Patricius. S. Eulalius. S. Æoladius. S. Agricola; * cujus ſepulchrum colitur Decizæ, in Inſula quam Ligeris efficit ſupra Nivernum. S. Itherius, Nojenni vbi cunas habuit nactus & tumulum. S. Deodatus, ad Monachiſmum redijt in Vogeſi montis oppido cognomine. * S. Hieronymus *Templum Cathedrale* inſtauratum, S. Quiricio * nuncupavit; quod antea Tutelarem habebat S. Gervaſium. Fromondus, depoſitus in Eccleſia S. Mariæ quam locupletavit. Epiſcopus LII. Remundus, de cujus electione conqueritur D. Bernardus apud Eugenium Papam. Bernardus à S. Salvio miſſus in Angliam à Ludovico Iuniore, cum Rotrodo Archiepiſcopo Rothomagenſi, *pro reconciliatione* S. Thomæ Canturienſis. Theobaldus de Patientia adfuit Concilio Lateranenſi, fundavitque Aponiacum Carthuſiam in Madauris. Guilelmi à S. Lazaro in pauperes effuſiſſimi, tumulus incenſatur in feſtis ſolemnioribus, notâ venerationis haud vulgari. Sub Henrico, *Dominica-*

84

NIVERNENSIS.

* S. Agrile.

* S. Dié.

* S. Cir.

Epiſt. 175.

Interceſſio Regis pro Thoma Cantuar. *an.* 1173.

ECCLESIA GALLICANA.
Spiſamius deficit ad Novitates, & gladio petit, an. 1565.
Capucini, an. 1601.

nos in vrbe fundat Agnes Comitiſſa Nivernenſis. Petrus de Villaribus, Mauritius, & Philippus Frumenti, Dominicani. Ioannes Vivianus, in Concilio Baſilienſi primum tenuit locum inter Ducum Oratores. Iacobus Spiſamius, *vilis Apoſtata factus*, Genevæ velut perduelis vltimo ſupplicio affectus. Arnaldus Sorbinus de Sancta Fide, quia in eo oppido Curionem egerat; ex Concionatore Ordinario Caroli Regis, ſepultus ante Cathedram Concionalem. Sub eo *Capucini* Novioduni admittuntur. Euſtachius de Lilio, ex proſapiâ Puellæ Aurelianenſis, Minimorum, Capucinorum, Collegij Societatis IESV in vrbe initia comprobavit. Succeſſit modò, illius gentilis.

85

TRICASSINUS, *Vide Nicol. Camuzatum.*
S. Amator, an. 340.
Montier la Celle, an. 650.
Henric. l.3. vita S. German.
Synodus Papæ, an. 878.
S. Maſtidia.
Concilium confirmat Templarios, an. 1127.
Petrus Comeſtor.

TRECARVM Auguſtobonæ, poſt S. Potentiani Apoſtolatum, primus Epiſcopi titulo inſignitur S. Amator. S. Melanij, quinti Epiſcopi, Reliquiæ coluntur in Monaſterio Cellenſi Benedictino S. Petri Inſulæ Germanicæ. Illud fundavit in ſuburbio Tricaſſino, S. Frodobertus juvante Clodovæo II. Extulitque viros doctrinâ, & pietate illuſtres; imprimis Petrum Cellenſem Abbatem, cujus Epiſtolas evulgavit Sirmundus. Epiſcopus VII. S. Vrſus. Succedunt S. Lupus, *ſignis & claro nomine ſummus*. S. Camelianus. S. Vincentius. S. Robinus, ex Monacho Cellenſi, vbi jacet, coliturque. S. Paulus. Elias, alijs Eliſæus. S. Prudentius, Hiſpanus. Sub Rodone Ioannes VIII. Pontif. Max. Trecis Synodum habuit præſente Ludovico II. vbi Hincmaro Sedi ſuæ Laudunenſi reſtituto, tametſi excæcato, vt infra narratum, Miſſam cantare permittitur. Miſſitatæ tunc plures Epiſtolæ mutuæ, Summorum Pontificum, Regum, Epiſcoporum Galliæ. Milo Eccleſiam Majorem reparavit, invento in ea corpore S. Maſtidiæ. Sub Harone, Bernardo & Petro Venerabili amiciſſimo, Concilium *Templariorum* Ordinem confirmat. Henricus natalibus & legationibus illuſtris, Eleemoſynarium habuit *Petrum Comeſtorem* Collectorem Hiſtoriæ Scholaſticæ; qui aſcriptus Familiæ Victorinæ ad Lutetiam, ſequenti Epitaphio dignoſcitur.

PETRVS eram, quem petra tegit, dictuſque Comeſtor,
Nunc comedor: vivus docui, nec ceſſo docere
Mortuus; vt diſcat, qui me videt, incineratum;
Quod ſumus, iſte fuit, erimus quandoque quod hic eſt.

Franciſcani, an. 1248.
Capucini, an. 1610.
* S. Pere de Melun.

Præſul IX. Garnierus, Balduinum comitatus eſt in expeditione Conſtantinopolitana. Sedente Nicolao, *Franciſcani* Trecas ſubeunt. Petrus de Villaribus Dominicanus, Carolo V. à Confeſſione auriculari. Guilelmus Petitus Dominicanus, Confeſſarius Ludovici XII. & Franciſci I. Antonius Caraciolus, Parabata. Renato Benedicto S. Euſtachij, Curione nominatiſſimo, Pontificium diploma non adepto, ſufficitur Renatus Brelæus, ſub quo Capucini locantur in ſuburbio. Succeſſit N. Malierius, ex Abbate S. Petri * Melodunenſis, multa virtute exornatus.

SELECTA DECIMÆ-QVARTÆ Metropolis, Remenſis.

TITVLVS XXX. O Archiepiſcopatus Remenſis, & Suffraganei VIII.

REMENSIS Eccleſiæ decora nec pauca, nec parva. Ab illa, *Velut * præcipuo Religionis ſeminario; omnibus * Eccleſijs Gallicanis exemplum ruinæ extitit, aut reſurrectionis.* Illius Præſul, primus inter Duces-Pares Eccleſiaſticos;*

* Paulus III.
* Ivo Epiſt. 48: Guielm. Brito. L. I. Philippid.

Quem ſacrare ſuis Remorum Metropolites
Cum Compræſulibus, habet illo Chriſmate ſacro,
Hoc ad opus ſolùm, quod cœlica fudit oliva.

Primum Archipræſulem veneratur S. Sixtum, miſſum à S. Petro. Succeſſores notæ illuſtris, S. Sinicius. S. Amantius. Betauſius, natione *Græcus*, Papæ Euſebij ex ſorore nepos, à Melchiado ordinatus in Concilio Arelatenſi. S. Materniani Antiſtitis VI. corpus in Alemanniam tranſtulit Rex Ludovicus. S. Donatianus Romanus, cujus Reliquiæ *Brugas* Flandricas exornant. S. Viventius. *S. Nicaſius*, cujus nomine extat in vrbe celebris Abbatia fundata à Ludovico Pio.

Archiepiſcopus Græcus, an. 1611.
S. Donatianus.
S. Nicaſius.

Antiſtes XV. S. REMIGIVS, alter Franciæ Apoſtolus: Regis Clodovæi converſione, & baptiſmo, per miracula, nulli æquandus. Cujus ſepulcrum in Archi ſui nominis Monaſterio Benedictino, incredibili Populorum pietate colitur: inſtauratum, diù poſt, dedicavit Leo IX. in eoque *Synodum* habuit. In Cœtu Epiſcoporum, Epiſcopus Arianus Dialecticus locutuleius, coram S. Remigio divinitùs obmuteſcens, Catholicam fidem amplectitur. Cæterùm de Remigij longævitate, certant Chronologi. In *Concilio* Remenſi ſapienter de-
, cretum fuit, ne vllus temerè excommunicetur, ne Chriſtiana mancipia alijs
, quàm Chriſtianis vendantur, ne ſerviles perſonæ ad accuſandum admittan-
, tur, ne Clerici ſine Epiſcopi permiſſu lites ſuſtineant, ne Laici ſint Archi-
, Presbyteri: ne Epiſcopi vaſa Eccleſiæ frangant, niſi ad captivos redimendos.
, Ne mortuo Epiſcopo alius ſubrogetur, niſi loci illius indigena à Populo
electus. Circa ea tempora frequentes extitere, quod jam monui, Conventus ſeu Synodi partim Regij, partim Eccleſiaſtici. Sic *Aquiſgranenſe* II. tri-
, bus libris ad Pipinum Ludovici filium, Regem Aquitaniæ; decernit de vita
, & doctrina Epiſcoporum, aliorumque inferiorum Ordinum: de Perſona
, Regis, Filiorumque ejus & Miniſtrorum, deque alijs conſimilibus. Vbi doctrina extat Scripturarum, Patrumque explicatio accurata; præſertim contra Eos, qui res DEO ſacras invadunt. Clauſula allocutio eſt Sacerdotum, & ad Principem exhortatio; quâ permotus Pipinus, ablata Eccleſiæ actutùm reſtituit. Sic in alijs ibidem duobus, cauſa *Theutbergæ* vxoris Lotharij examinatur. Sic Conventus in *Villa-Colonia*, & alter apud *Launiacum*, præſcribit de cultu
, erga Eccleſiaſticam poteſtatem ſimul & Regiam. Similiter in Concilio Vernenſi
, multa decernuntur circa Regimen Regium, & Monaſticum. Imprimis caſtigatur Sancti-monialium zelus imprudens, qui Religionis causâ *Virilem* habitum ſumunt, vel crines attondent. Aliud Meldis inchoatum, Pariſijs abſolutum, antiquos Canones innovat & auget; præſertim de jure Pontificio & Regio, per ſtatuta quæ ideò vocat Epiſcopalia & Regalia. Notabilis eſt Canon
, XXXVII. Vt quicunque ex Clero eſſe videntur, arma militaria non ſumant,
, nec armati incedant: ſed profeſſionis ſuæ vocabulum religioſis moribus, &
, religioſo habitu præbeant. Quod ſi contempſerint, tanquam ſacrorum Ca-
, nonum contemptores, & Eccleſiaſticæ ſanctitatis profanatores, proprij
, gradus amiſſione multentur; quia non poſſunt ſimul DEO, & ſæculo mili-

S. Remigius, an. 499.
Synodus, an. 1049.
Remis Arianus Converſus à S. Remigio.
Concilium Remenſe, an. 630.
Aquiſgranenſ. an. 836.
Cauſa Tuetbergæ Imperatricis.
Vernenſe.

tare. Verùm enim ob ea diſſidentibus Regni Proceribus, excerpſit Rex in
[ECCLESIA GALLICANA.] Villa Sparnaco Remenſis Eccleſiæ, quæ voluit obſervari. Tunc etiam cautum
ſæpiùs, ne obſcæna in Baſilicis, aut earum porticibus & atrijs cantari permit-
[Archiepiſcopus exautoratus, an. 1741.] tantur. Archiepiſcopus XIX. Gillius ſeu Ægydius, in Synodo Metenſi ob
crimen Læſæ-Majeſtatis, obtento vitæ beneficio, exautoratur. Sub id tem-
[S. Baſolus.] pus floruit S. Baſolus Lemovix, cujus Abbatia extat in territorio Remenſi. S.
Nivardus dicitur in vita S. Bercarij, *ſanctitatis ac Religionis magnitudine toto*
[S. Nivardus.] *Francorum orbe famoſiſſimus*: quieſcit in Monaſterio Alti-villari, quod condide-
rat; ſicut ſucceſſor ejus S. Reolus, in Orbacenſi. S. Rigobertus expulſus à
Carolo Martello, abs ſe baptiſato, qui Milonem ſubintrudit. Turpinus Ec-
[Tulpinus, an. 774.] cleſiam S. Iacobi Compoſtellæ dedicavit, ſepelitur in Sancto Remigio, no-
men reliquit in fabulis Amatorijs celebre. Vulfarius, Synodum habuit tem-
pore Caroli, cujus teſtamento ſubſcripſit, poſtmodum Ludovici Pij Cancel-
[Abbo deponitur.] larius. Regis hujus collectaneus Antiſtes Abbo, *depoſitus* in Concilio Theo-
donis-villæ, reſumitur ad Sedem Hildeſmenſem. Illi Altigarius Cameracenſis
Librum nuncupavit, *de Remedijs Peccatorum & Pœnitentia*.

[Hincmarus, an. 882.] HINCMARVS, ex Monacho S. Dionyſij ad Lutetiam, dedicatione Ma-
joris Eccleſiæ, tranſlatione corporis S. Remigij, ſcriptis & geſtis famoſus,
[Hincmari dira perſecutio.] de quo fusè Flodoardus. Eo inſtigante, tametſi patruo, in *Concilio* Duziacenſi
tertiùm condemnatus Hincmarus Laudunenſis, oculis cœcatus in exilium
mittitur. Quæ cauſa fuit complurium Epiſtolarum Romanorum Pontificum
ad Epiſcopos & Reges Franciæ, cum expreſſo libello Hincmarus proclamaſ-
[Autoritas Pontificia, & Regia diſtincta, an. 881.] ſet ad Sedem Apoſtolicam. *Synodus* altera apud S. Macram, in finibus Remen-
ſis Parochiæ, ſtatuit initio diſcrimen autoritatis Pontificiæ à poteſtate Re-
gia: in fine addit exhortationem ad Regem, vt bonos deligat Conſiliarios.
B. Fulco ex Abbate S. Bertini & Vedaſti, Scholarum Remenſium reparator,
[* Hervieu.] occiſus à Vinemaro, Balduini Comitis fraude. Herveus *, ex Gente Caſtilo-
nea, Caroli Simplicis Cancellarius ſummus; triduò poſt vnctionem Roberti
[Synodus Troſleyana.] Fortis, abit è vivis. Seulphus habitâ *Synodo* apud Troſleyum, *veneno* tollitur
[Quinquennis, an. 925.] dolo Heriberti Comitis. Hugo hujus Heriberti filius *quinquennis*, quia nuſ-
quam conſecratus, plerumque omittitur. Artoldus, ex Monacho S. Remigij,
[Privilegia Remis conceſſa.] recepit à Ludovico Rege *Comitatum* Remenſem & jus Monetæ cudendæ; in
[Flodoardi hiſtoria.] eo deſinit Flodoardi hiſtoria. Adalbero Godefridi Comitis filius, Lotharij
Cancellarius, Moſſoni conditor, in Cathedrali habet ſequens Epitaphium
ænigmaticum.

Contulerat natura parens, quæ ſumma putavit,
Ad meriti cumulum tibi Præſul Adelbero; cùm te
Præſentem cunctis mortalibus abſtulit Orbi,
Quinta dies fundentis aquas cum pondere rerum.

Arnulphus, Lotharij filius Naturalis, depoſitus reſtituitur à Ioanne XV. Gil-
bertum Præſulem XL. *ſapientem* agnominat vita S. Bercarij. Ebalus, ex *Laico*
[Concilium à Papa, an. 1049.] electus. Vido Remis excepit Leonem IX. qui ibidem Concilium celebravit.
Elevavit corpus S. Bertini in Monaſterio Sithienſi. Gervaſius *nobilis genere,*
virtute nobilior: linguâ facundus, juſtitiâ inſignis; Philippum ſeptennem ſacravit,
[Epiſcopus depoſitus, an. 1080.] cujus & Cancellarius fuit. Manaſſes, Concilium Sueſſione celebravit: in
Lugdunenſi *deponitur* ab Hugone Epiſcopo Dienſi, Gregorij VII. Legato.
[Nuptiæ Regis. Epiſt. 13.] Raynaldo Contracto ſcribit Ivo Carnotenſis *jus nuptiarum Regis*, ad Archie-
piſcopum Remenſem pertinere; nimirum ex antiqua conſuetudine, & Apo-
[S. Angilbertus.] ſtolica autoritate. Radulphus Viridis, cui miracula *S. Angilberti* obtulit Auſ-
cherus Abbas *Centulæ* Diœceſis Ambianenſis: eruditione & facundiâ inclaruit
in Concilio Romæ, vbi & diem obijt extremum. Raynaldus de Pratis, ſepe-
[* Igny.] litur in Monaſterio *Igniaci* * quod ipſe fundaverat; cujus Abbas Guerricus,
[Guerricus.] monaſticâ pietate & ſtylo mellito Bernardi Diſcipulus. Sub Raynaldo, Inno-
[Concilium à Papa, an. 1131.] centius II. *Concilium* Remis celebravit. Sampſon, Raynaldi nepos, dignitatis
ſucceſſor, & tumuli ſocius; in Concilio Sueſſionenſi, *Abbaillardi* errores
damnat: in Remenſi, coram Eugenio III. Gilbertum Porretanum convincit.

Henricus Magnus, filius Ludovici Craſſi, ex Monacho Clara-vallenſi tranſtu-
lit corpus S. Rictrudis. Guilelmus Albimanus, filius Comitis Campaniæ, ARCHI-
Cardinalis Legatus in Gallia; ad quem ſcribit Alexander III. Regis *inaugu-* EPISCOP.
rationem, Remenſis eſſe privilegium ſingulare. Illi Galtherus ſuam *Alexan-* REMENSIS.
dreidem dedicavit, deque eo ſcribit præclarè Philippus Rex ad Lucium III. S. Rictrudis.
Pontif. Max. *Aſtitit nobis, inquit, ſuper omnes amicos & fideles noſtros cariſſimus* Regis inauguratio.
*avunculus noſter Vvilelmus, in Conſilijs noſtris oculus vigilans, in negotijs dextera
manus. Eum ad tempus, recedere à nobis, ſuccedere eſt hoſtibus noſtris. Retinuimus
eum clavum in oculis hoſtium noſtrorum, & in lateribus eorum lanceam; ſine ipſo fieri
nihil exiſtimantes, ſive de pace, ſive de bello cum hoſtibus agendum ſit.* Guido Pa-
ræus, ex Abbate Ciſtercienſi Cardinalis, Gandavi peſte abſumptus, Ciſter-
cium deportatur. Albericus de Humberto, inſtaurat Cathedralem incendio
deformatam, transfert corpus S. Lietberti: intereſt Concilio Lateranenſi, in S. Lietbertus, an. 1215.
Expeditione Albigenſi prædicat inſigniter; rediens Hieroſolymâ Papiæ mo-
ritur, ſepeliturque in Æde S. Petri. Guilelmus II. Ionvillæus, ſepultus Clara-
valle. Ivellus ex Concilio Lugdunenſi profectus ad Bellum ſacrum, obijt Da-
mietæ. Thomas Beaumeixius, obtulit Alexandro IV. Librum *de Statu Eccleſiæ
Gallicanæ*, Franciſcanos Remis ſtabilivit. Petrus Barbetus cum ſuffraganeis Franciſcani, an. 1250.
ſcripſit ad Papam, pro *Canoniſatione* Ludovici IX. Robertus Courtenayus ce-
lebrat Concilium provinciale, tres Reges inunxit. Guilelmus de Tria, Cardi-
nalis, Philippum Valeſium nepotem coronat in ſua Cathedrali. Archiepiſco-
pus LXV. Humbertus, ſeu Imbertus, Lutetiæ ſepelitur apud Dominicanos, Humbertus, obijt, an. 1356.
quorum priùs Ordinem ſuſceperat, vendito Delphinatu Philippo VI. Perpe-
ram verò ſcribi à Rebuffo ſepultum Lugduni, teſtatur ſequens Epitaphium.

Hîc jacet R. P. & Dominus ampliſſimus Humbertus, primò Viennæ Delphinus, deinde relicto Principatu frater noſtri Ordinis, Prior in hoc Conventu Pariſienſi: ac demùm Patriarcha Alexandrinus, & perpetuus Eccleſiæ Remenſis adminiſtrator, & præcipuus hujus Conventus benefactor. Obijt anno Domini 1356. Maij 22.

Ferricus Caſſinetus, magnus aſſertor *Immaculatæ Conceptionis*: ſepultus in Baſi-
lica Antiſſiodorenſi, vnde fuerat aſſumptus. Guido de Roya, fundat *Collegium* Conceptio B. V. M.
Remenſe in Academia Pariſienſi: Genuæ Ligurum ſepelitur, caſu extinctus Collegium Remenſe, an. 1399.
dum pergit ad Concilium Piſanum. Simon de Cramaudo, Cardinalis, ſepul-
tus in Metropoli Pictavienſi, vbi & Præſulem, quemadmodum in alijs quat-
tuor, egerat. Petrus Trouſſellus Mon-Hericius, obijt Lutetiæ; jacet in Baſi-
lica Bituricenſi, cum hocce Elogio.

Memorandiſſimi, & admodum famoſi viri Domini Petri Trouſſelli dudum citra & infra præmia, & honores ſubſcriptos Archiepiſcopi Remenſis: & eodem de pacto Ducis, & ſupremi Patris Franciæ.

Reginaldus Carnotenſis, Coronator *Caroli* VII. inſtante & aſtante Puella
Aurelianenſi: exinde Cardinalis, ſepultus apud Minoritas Turonenſes. Ioan- Coronatio Caroli, an. 1429.
nes Iuvenalis de Vrſinis, juſſu Callixti III. recognovit cum Guilelmo Pariſien-
ſi cauſam *Puellæ Aurelianenſis*: ſcripſit *Geſta Caroli* Regis, aliaque plura. Petri
Lavallæi Archiepiſcopi LXXVI. Tumulus in Cœnobio S. Nicolai ad Ande-
gavum, ſic loquitur.

Aſpice mortalis, greſſus qui dirigis iſtuc.
Proh! ſpeculum mortis cernis, me vermibus eſcam,
Regia cum fuerim proles; Dux, Præſul, & Abbas.
Octavi Caroli vnctor, deque Laval decus omne,

Eccleſia Gallicana.

Arriſit ludens mihi ſors mea fragile donum,
Quod dedit, hoc rapuit Clotho, nunc pro ædibus vrna eſt.
Luſtra decem, menſeſque duos mea vidit & ætas.
Diſce mori, qui regna petis; mors omnia ſternit.

Robertus Briçonetus, jacet Molinis Boïorum in Collegiali B. Mariæ. Defuncti frater Guilelmus in caula & aula potens, Regis oraculum, Regni columna; ſcripſit *Enchiridion Precum Chriſtianarum*, faciens in altari Diaconum & Subdiaconum habuit duos filios Epiſcopos, Meldenſem & Lodevenſem, ex legitimo Matrimonio ante infulas. Carolus de Carecto, Cardinalis De Finali. Robertus Lenoncourius, jacet in Cathedrali ante altare *Sancti Lactis.* Ioannes Lotharingius, Cardinalis. Carolus Lotharingius, Guiſius, ex anagrammate *Orator Gallicus vnus*, itidem Cardinalis, tres Reges vnxit. Vſque adeò doctrinâ, ſanctitate, nullâ non virtute eminens; vt paucos in Infulis habuerit pares, ſuperiorem certè neminem. Ieſuitas & Minimos evocavit in vrbem, vrbique Sedem Præſidialem & Seminarium procuravit. Ludovicus gente & dignitate ſucceſſor, Bleſis mactatus vnà cum fratre Henrico Duce Guiſio. Præſule LXXXIV. Philippo Lenoncourio, Hubertus Morus ſcribit *de ſacra Regum vnctione.* Nicolaus Pellevæus, Cardinalis, jacet in Senonenſi Metropolitana. Philippus Du-Beus ingenio, virtute, eloquentiâ pollens. Sub Ludovico Lotharingio, Cardinale nondum Sacerdote, corpus *S. Alberti* Leodienſis Epiſcopi, ex Baſilica Remenſi Bruxellam transfertur, impetrante Alberto Archiduce. Occaſione Ludovici non abs re obſervant è Gente *Lotharingia*, ſpatio ſeptingentorum annorum, floruiſſe Archiepiſcopos novem, Epiſcopos viginti, inter eos Cardinales octo: Electores Imperij quattuor, Stephanum IX. Pontificem Maximum. Ludovico mortuo inter Santones, durante obſidione Angeriaca, ex Suffraganeo Proto-Pontifice evadit in Pontificem Gabriel à S. Maria Giffordæus, Anglus Archidaliæ Epiſcopus, verè Hæretico-Maſtix. Sub eo *Petrus Friſonus*, hujus Eccleſiæ Pœnitentiarius, verſioni Annalium Eccleſiaſticorum ex Spondani Epitome in Gallicum idioma, operoſam operam navavit.

Altare Sancti Lactis. — Tranſlatio S. Alberti. — Gens Lotharingia.

---

86 Episcopat. Catalaunensis. * S. Menge, ou Menie. — Abbatia S. Petri ad Montes, an. 1006. — Vallis-Scholarium. Franciſcani, an. 1261 — Ordo Billetarum, an. 1347.

CATALAVNI ad Matronam Eccleſia Patronum habet D. Stephanum, Epiſcopos, Vrbis Dominos, Comites & Pares Franciæ. Proto-præſulem, S. Memmium, * de Memmiorum familia, B. Petri diſcipulum; cui Abbatia, ad vrbem, dedicata eſt. Succeſſere imprimis S. Donatianus. S. Domitianus. Sanctiſſimus. S. Alpinus, cui in vrbe Eccleſia eſt. S. Elaphius. S. Ludomerus. Rotgerus, fundator Abbatiæ S. Petri ad Montes. Guilelmus Venerabilis de Campellis, ex Canonico S. Victoris Lutetiani, S. Bernardum benedixit in Abbatem. Guido Danæus, *caſtitatis amator, & Eccleſiaſtici Officij aſſiduus frequentator.* Tempore Bartholomæi Epiſcopi LV. Eugenius III. dedicat Metropolitanam. Petrus Dehanſius jungit ſe Quattuor-Viris fundatoribus *Vallis*-Scholarium: ſub eo, Franciſcani Catalaunum introeunt. Ioannes Appæus, autoritate Clementis VI. confirmat Ordinem FFr. Charitatis B. Mariæ, vulgo *Billetarum.* Reginaldus, captus in prælio Pictavienſi. Hieronymus Burgenſis, Caroli IX. in Concilio Tridentino Orator. Nicolaus, Coſmas, Henricus Clauſſæi. Tandem Felix Vialardus ortu, doctrinâ, pietate magna promittens, conſecratur vnà ſimul cum patruo Abrincenſi.

87 Sylvanectensis. — Concilium Sylvanectenſe irritatum, an. 863.

SYLVANECTI Eccleſiam inſtituit S. Regulus, comes B.ᵗ Dionyſij: & priùs, S. Trophimi Arelate ſucceſſor. Inter Epiſcopos, S. Manulphus Chilpericum à Landrico interfectum ſepelivit. Acta Synodi Sylvanectenſis reſcindit Nicolaus Papa, reſtituto Rothado Sedi Sueſſionenſi, de qua inſtigante Hincmaro, fuerat dejectus. Eundem Hincmarum ſæpè graviùs admonet Pontifex per Epiſtolas, præſertim ob cauſam Walfadi Clerici Eccleſiæ Remenſis. Con-

Digitized by Google

cilio Provinciarum Senonenſis ac Remenſis Sylvanecti convocato, juſſu Caroli Regis, *Carolomannus* ejus filius ob varias perduelliones, de gradu Diaconi depellitur. Duziacenſe II. decernit adverſus inceſta conjugia: Duelam Monacham ſacrilegè corruptam, & rerum Eccleſiaſticarum invaſores. Concilium Pontigonenſe, Acta Ticinenſis confirmat. Epiſcopus L. Gofridus oneri cedens, recepit ſe in Monaſterium Caro-Loci. Guarinus, magni ſuo tempore nominis, Franciſcanos in vrbe admiſit: dedicavit Eccleſias Caro-Loci, tum de Victoria, quam fundavit Philippus Auguſtus in honorem B. V. Mariæ, poſt victoriam Bovniacam. Petrus de Trinaco, ex Dominicano & Regis Confeſſore. Adam, ex Franciſcanis, in quorum Eccleſia jacet illius ſucceſſor Ioannes Bonetus. Guilelmus Parvi, ex Dominicano, necnon Franciſci I. Confeſſario. Ludovicus Guillardus, Lutetiæ ſepultus apud Albi-Mantellos. Criſpinus Brichantæus, ex Monacho Dionyſiano, itidemque Confeſſore Franciſci II. Guilelmus Roſa, ex Regio Concionatore diſertiſſimo. Sub ejus nepote Antonio, *Capucini* Sylvanecti fundantur. *Franciſcus Rupiſucaldius*, Cardinalis, Magnus Franciæ Eleemoſynarius, Hæreticorum debellator, Monaſticæ diſciplinæ reparator; quo non *ſanctior alter*. Epiſcopatum reſignavit Nicolao Sanguino, antea Canonico & Senatori Pariſienſi; qui vitam per omnia ſanctiſſimam abſolvit morte nequaquam improviſa, tametſi ſubita, adeóque in ipſa Lupara. Patruo ſucceſſit nepos, ejuſdem characteris.

ARCHI-EPISCOP. REMENSIS. Carolomannus degradatur, an. 873. Duziacenſe. Epiſcopus fit Monachus, an. 1212. Abbatia Victoriæ, an. 1215. Capucini, an. 1610. Cardinalis Rupiſucaldius.

BELLOVACORVM Cæſaro-magi Proto-Epiſcopus S. Lucianus, à S. Pe- 88
tro baptiſatus & miſſus, à S. Dionyſio conſecratus. Abbatiam habet ſui nominis in ſuburbio, conditam à Rege Childeberto, inſtauratam à Chilperico. Diu poſt ſedente S. Hildemanno, antea Monacho Corbienſi, celebratur Concilium, ſeu magis propriè *Concordatum* inter Regem Carolum, & Epiſcopos Regni ſui. Rogerius, Epiſcopus XLI. Comitatum Bellovacenſem Eccleſiæ donavit. Sub Drogone fundantur Collegialis S. Laurentij, Abbatiæ S. Symphoriani, Bretholij, S. Pauli fœminarum. Guido poſt multa pia & magnifica, obijt Cluniaci Monachus. Fulconis, ex Monacho Beccenſi, mentionem facit D. Anſelmus in Epiſtolis. Philippus Epiſcopus LVII. ſanguine Regio, emendatur à Cœleſtino Papa; quod *Clypeum pro inſula, gladium pro ſtola, loricam pro alba, galeam pro mytra geſtans* militiam ſecularem exerceret. Sub Milone de Nantolio, recepti in vrbe Franciſcani: & fundatur Abbatia Regalis-Montis,* à S. Ludovico; qui illic flexis genibus, leproſo Monacho cibum & potum miniſtravit. Robertus Creſſonſartius, obijt in Cypro contra Saracenos. Sub Reginaldo, Vincentius Bellovaco oriundus, Autor *Speculorum*, vitam cum morte commutavit. Sub Simone de Nigella, Ioaones *Choletus* ex Canonico hujus Eccleſiæ, Cardinalis, fundat Lutetiæ Collegium de ſuo nomine. Guilelmus Bertrandus dedicavit Eccleſiam S. Martini, adfuitque tranſlationi *S. Furſei* Peronæ. Ioannes de Dormanno, Cancellarius, Cardinalis-Legatus: fundator *Collegij Bellovacenſis* Lutetiæ, vbi & jacet ante Majus altare Carthuſianorum. Milo ejus filius & ſucceſſor, humatus eo in Collegio Bellovacenſi. Petrus Cauchonus, è Patre Vinitore, latâ ſententiâ *Puellam Aurelianenſem* flammis addixit; ipſe miſerrimè obijt. Carolus, Cardinalis Borbonius. Renatus Potierus Capucinos in vrbe recipit, ſepultus Pariſijs ad S. Innocentium. Succeſſit frater, Auguſtinus, Annæ Reginæ carus, Aulâ melior. Demum alter ejuſdem Familiæ.

BELLOVACENSIS. Concilium, an. 845. Eccleſiæ conditæ, an. 1035. * Reaumont, an. 1231. Vincentius Bellovacenſis, an. 1256. Collegium Choletanum. S. Furſeus. Collegium Bellovacenſe, an. 1370. Sententia contra Ioannem Darciam, an. 1430.

AVGVSTÆ Sueſſionum, ſederunt Epiſcopi; SS. Sinicius, Principius* 89
frater natu major S. Remigij Remenſis: Lupus, Anſericus, Aldobertus, Dramiſius, Gaudinus, Arnulphus. Sub ea tempora Synodi Sueſſionenſes celebrantur in Eccleſia Abbatiæ S. Medardi, quam fundavit Clotarius Rex. In ea ipſe poſtmodùm ſepultus, Rodulphus Rex conſecratus, quadringenti olim Monachi vixerunt, plures inclyti. In I. *Concilio* Adalbertus condemnatur vt hæreticus, & plantatæ ab eo Cruciculæ igne abſumi jubentur. Secundo *Miſſionarij* delegantur, ad inſtaurandum DEI cultum per ſingulas Provincias; decernitúrque vt nullæ res Eccleſiæ, abſque Regis permiſſo, permutentur.

SVESSIONENSIS. * S. Princ. Abbatia S. Medardi, an. 1131. I. Concilium, an 744. II. Concilium, an. 813.

Digitized by Google

Ecclesia Gallicana.

Compendienſe, an. 757.

Conventus Regales.

Compendij, vbi Eccleſiarum primaria Abbatia eſt SS. Cornelij & Cypriani, fundata à Carolo Calvo, illic ſepulto; celebratum etiam Concilium, ferè totum inſumitur in regulis Matrimonij. Similes cjuſmodi *Conventus & Synodi Regales* ſub Pipino, & alijs frequentes extitere. Adverto etiam priſcis temporibus celebrata ſæpiùs Concilia in Epiſcoporum Ordinationibus, & in fine ſtatui ſemper de præſcriptorum Canonum obſervatione. Inſignes deinde Epiſcopi, Deo-datus *Monachiſmum* amplectitur in Majori-Monaſterio. Hugo, obijt in profectione Hieroſolymitana. Ioſlenus doctrinâ, pietate, Cœnobiorum conſtructione commendatus. Epiſcopus LIX. Nivelo Cheriſæus, interfuit electioni Balduini in Imperatorem Conſtantinopolitanum. Aynardus jacet in Monaſterio S. Ioannis de Vitibus, in quod Canonicus Regularis ſe recepit. Sedente Iacobo de Caſtro, Franciſcani in vrbe inſtituuntur, obijt trans mare cum S. Ludovico. Milo de Baſochijs, vnxit Remis Philippum Audacem, ſepelitur in Monaſterio Longi-Pontis. Ejus nepos Geraldus de Monte-Cormelo obijt in Italia, rediens è *peregrinatione* S. Nicolai Barienſis. Sub Geraldo de Cortanna, habitæ Compendij duæ Synodi. Matthæus de Longolio, Pariſijs quieſcit in Eccleſia S. Gervaſij, ſepulchro gentilitio. Carolus Rouſſiæus, interfuit Tridentino. Sub eo vrbs capta ab Hæreticis, & Minimi admiſſi. Sub Hieronymo Hennequino, Minimi & Capucini inducti Compendium. Simon Graſſæus, matura tum ætate, tum virtute, Ludovicum XIV. Remis conſecravit.

Balduinus Imperat. an. 1204.

90 *Laudunensis.*

LAVDVNENSI Eccleſiæ præfuerunt in cæteris, S. Genebaldus, S. Latro, filius Genebaldi. S. Chagnoaldus. Rorico, filius naturalis Caroli Simplicis; quem fuiſſe eruditiſſimum refert Aſſo Monachus in Libro de *Antichriſto*, quem ſcripſit rogatu Gerberæ Reginæ. Adelberoni Epiſcopo XXXV. Libros duos de *Rebus Normannorum* inſcribit Dudo Decanus S. Quintini. Idem eſt ille Aſcelinus, *vetulus traditor*; cujus perfidiâ capti Laudunum, & Carolus cum vxore. Baldricus doctrinâ & pietate clarus, Henrici Anglorum Regis Cancellarius, & ſæpè Legatus ad Franciæ Regem Henricum; bipenni capiti impacta, perijt, in tumultu Civili. Quod ſcelus non impunè reliquit Rex Philippus. Per id tempus floruit Abaillardi Magiſter. *Anſelmus*, in Æde Vincentiana ſepultus cum hocce Epitaphio.

Dormit in hoc tumulo celeberrimus ille Magiſter
Anſelmus, cui per diffuſi climata mundi,
Vndiquè notitiam contraxit, & vndiquè laudem;
Sana fides, doctrina frequens, reverentia morum,
Splendida vita, manus diffundens, actio cauta:
Sermo placens, cenſura vigens, correctio dulcis,
Conſilium ſapiens, mens provida, ſobria, clemens;
Sed cui larga DEI conceſſit gratia dotes.

Drogo, an. 1124.

Ordo Præmonſtrat. an. 1120.

Franciſcani, an. 1234.

Summi Pontif. ex Canonicis duo.

Bartholomæus *nobilitate & probitate famoſiſſimus*, Abbatem S. Ioannis, amotis Monialibus, conſtituit *Drogonem*; allectum deinde inter Patres Eccleſiæ Purpuratos, cujus & extat Tractatus *de Sacramento Dominicæ Paſſionis*. Galtherus de S. Mauricio ſepultus *Præmonſtrati*, vnde & aſſumptus; quod caput Ordinis eſt Præmonſtracenſis, inſtituti à S. Norberto ſub Regula S. Auguſtini. Sub Antonio Mauyæo conduntur in vrbe Franciſcani, fuitque hujus Eccleſiæ Canonicus Iacobus, poſteà *Vrbanus* IV. Primus in Eccleſia Cathedrali B. Virgini ſacra ſepelitur Garnierius, prædeceſſoribus depoſitis ad S. Vincentium extra muros. Sedente Guilelmo de Monaſterijs, Lauduni Canonicus vixit Ioannes Gaïetanus, idem poſtmodum Nicolaus III.

Epiſcopus LII. Gofridus, *laus Siciliæ, Caroliquè fiducia Regis*. Gazonis de Campania vultum repreſentat Nummus ex vna parte, ex alia Ludovici Hutini. Robertus Coquæus proditionis accuſatus, quaſi Anglis faveret, fugit in Arragoniam, vbi & donatus Epiſcopatu Calaguritano. Petrus Montacutius, Cardi-

Cardinalis, abdicato Epiſcopatu, Remis obijt non ſine ſuſpicione veneni. Succeſſit Ioannes Rouſſiæus, dictus vulgò *Bonus Epiſcopus.* Carolus Luxemburgæus, Comitis S. Pauli filius, ſuper ætatis defectu diſpenſatus à Sixto IV. cujus in ſua Eccleſia, tumulo cupreo ſequens Epitaphium inſcribitur.

ARCHI-EPISCOPAT. REMENSIS. Bonus Epiſcopus.

Me ſtirps clara tulit, Regumque Ducumque nepotem,
Et modò ſub gelido Carolus ære tegor.
Nuper Epiſcopio, Laudunenſique Ducatu
Inſignis patria, pars ego magna fui.
Mors rapit hos faſtus, mundique ruentis honores,
Poſt mortem pietas & benè facta manent.
Qua Mariam hoſpitio ſuſcepit Elizabeth almam,
Me ſacra ſit vobis inſtituente dies.
Sit precor hac feſtis jam Virginis addita teſtis,
Virgo autem memores viſitet ipſa ſui.
Funde preces, quondamque tuo cariſſima Patri
Plebs mea fer votis, quod modò reſtat, opem.

Viſitatio B Mariæ, 2. Iulij.

Obijt R. P. Dominus C. de Luxemburgo, 8. Calend. Decembris, anno Salutis 1509.

Carolus de Luxemburgo.

Ludovicus de Borbonio, Cardinalis, quieſcit in Cathedrali. Ioannes Docceus, Major Prior S. Dionyſij, & Prædicator eximius. Benjaminus Brichantæus, Pariſijs ſepultus in S. Genovefæ. Philippus præfati gentilis, pietate & prudentiâ clarus. Iam à Rege deſignatus Ludovicus Deſtræus, Mareſcalli filius.

Habet ea Diœceſis inter Loca pia, Divam *Lætienſem.* Ejus certè fundationem extollunt grande miraculum allatæ de cœlo Imaginis Deiparæ, & liberati è carcere Saracenico, hujus loci Domini. Ædes ſimiliter *S. Maculphi,* quas ſtatim poſt inaugurationem ſummâ pietate adeunt Reges Franciæ; velut ſanitatem ſcrophularum, per illius Sancti interceſſionem, à Numine impetraturi.

Diva Lætienſis, an. 1134. S. Maculphus.

91 NOVIOMENSES Epiſcopi, Franciæ Pares & Comites nominantur. In ijs S. Medardus frater Gildardi Rothomagenſis, initiatus à S. Remigio, tranſtulit Sedem Epiſcopalem *Vermando* Noviomagum. Et quoniam annexa illi erat Eccleſia Tornacenſis, duplici pedo ſtemma Epiſcoporum effulget. S. Acharius, ex Monacho Lexovienſi *. S. Eligius, miræ ſanctitatis Epiſcopus; cui revelata fuere corpora S S. Criſpini, Criſpiniani, & Quintini, cujus & vita à S. Andoëno conſcripta eſt; multas conſtruxit Eccleſias, plures etiam Romæ illi nuncupatæ. S. Mommolenus, ſocius in vita S. Bertini, in morte S. Acharij. S. Enuchius. S. Emundus, interfectus in vrbis direptione per Normannos. Fulcarus malè adeptus dignitatem, *miſer* reliquit. Ratholdo Epiſcopo LI. Drogo Monachus vitam inſcribit S. Godelinæ. Baldrici Epitaphium legebatur olim in Eccleſia Teroanenſi. *P. Baldricus hujus Eccleſiæ Cantor, & Epiſcopus Noviomenſis anno Verbi Incarnati 1112. Prælationis ſuæ 15. pridiè Calendas Iunij obijt meritis plenus, & Chronico Cameracenſi illuſtris.* Lamberto vitam S. Anulphi Sueſſionenſis Epiſcopi, dicat Ariulphus Abbas. Epiſcopus LIV. Simon Hugonis M. filius, in Comitatu Regis Ludovici obijt Seleuciæ. Gerardus de Boſchijs, in Cathedrali ſequens habet Epitaphium.

NOVIOMENSES. Antea Vermand. Tornacenſis olim vnitus. * Luxueil. S. Eligius, an. 159. S. Godelina.

Quid generis, quid opum, quid mundi gloria vana?
Sors humana, ſuper omnia vanus homo.

ECCLESIA C ICA-

Novioni Præſul, Par-Regni, nobilis heros:
Baſochiæ rutilans laude, Gerarde, jaces.
Morum norma, bonis inhians, reprobans mala, mundus
Carne, manu, linguâ, Iuris amator eras.
Te talem, tantùm brevis opprimit hora; ſubintrat
Invida mors, capit hæc foſſula quinque pedum.
Tranſitus iſte tuus ſit vita perennis, in ortum
Tranſeat occaſus; ſit tibi vita DEVS.

Petrus Carloti, nothus Philippi Auguſti, legitimatus ab Honorio III. Siciliæ Cancellarius. Sub quo Otho de Caſtro-Rodulphi, Cardinalis Legatus, dedicavit Eccleſiam Franciſcanorum *Peronæ*. Andreas Monachi de Creſſiaco, jacet cum fratre ſuo Cardinali in Collegio Pariſienſi Cardinalitio *. Philippus de Molinis tribus Franciæ Regibus à Secretis, conditus apud Cœleſtinos Pariſienſes. Ioannes de Malbiaco, conciliator Pacis Francos inter & Burgundos, Atrebati in Abbatia S. Vedaſti. Carolo Genlyæo dicavit *Poëma de Puella Aurelianenſi* Valcrandus Veranius, & Librum de ſenſu Carolus Bovillus. Sedente Carolo Balſaco, Novioni recipiuntur Minimi & Capucini. N. Barradas, fratris gratiâ apud Ludovicum XIII. propriaque integritate nunc Epiſcopatu potitur.

Franciſcani Peronæ, *an.* 1245.
* College du Cardinal le Moine.
Pax Atrebatenſis, *an.* 1435.
Capucini & Minimi, *an.* 1610.

92

AMBIANENSIS. *Vide Adrian. Morliceraum in Antiquitat.*

AMBIANA *micat Firmino Martyre Plebes.* Is videlicet Pampelonæ ortus, Picardiæ Apoſtolus, ſub Rictiovaro Martyrio coronatus. S. Euloyci nomine extat Eccleſia, vbi olim illius carcer. Eſt etiam Abbatia *S. Martini* ad Gemellos, vbi Martinus adhuc Cathecumenus & miles, partem chlamydis pauperi elargitus eſt. Sedente Eloyco Gratianus, Valentiniani filius, Ambiani Imperator declaratur. S. Firminus, primi illius Apoſtoli filius ſpiritalis, Eccleſiam habet in vrbe. S. Honoratus, cujus memoriæ ſacra Eccleſia extat Pariſijs. S. Salvius * Lipſana S. Firmini tranſtulit in Cathedralem, habetque Abbatiam ſui nominis Monſtrolij in hacce Diœceſi. Berthefridus quattuor ab vrbe leucis dedicat Eccleſiam Abbatiæ in oppido *Corbienſi*, fundatam à Clothario Rege & Batilde vxore. Abbatiam plures tituli celebrant, oppidum ortus *S. Coletæ* Clariſſarum Reformatricis. Ab eodem Rege Clothario conditum eſt Vivacenſe Monaſterium, ſeu S. Valderici ad mare. Nec multò poſt haud procul Abbæ-villâ, *Centula* Abbatia S. Richario conſecratur. Epiſcopus XX. Ieſſe, teſtis in teſtamento Caroli M. velamen pœnitentiæ impoſuit Ludovico Imperatori: Caroli Legatus Conſtantinopolim, ad Nicephorum. Guido filius Comitis Ambianenſis, ſcripſit *Victorias* Guilelmi Normaniæ Ducis in Anglia, tranſtulitque corpus *Paſchaſij Ratberti* Corbienſis. S. Godefridus, decus Pontificum, ſacra faciens in Natalitio Domini, oblationes recuſavit Calamiſtratrorum, qui pœnitentiâ tacti comam illicò depoſuerunt. Sedente Richardo Gerboredo allatæ Conſtantinopoli Reliquiæ *S. Ioannis Baptiſtæ*, deponuntur in Majori Templo, B. Virgini ſacro; quod ejus ſucceſſor Geraldus eâ ſtructurâ reparavit, vt non ſit aliud in tota Gallia magnificentius. Sub Arnulpho Epiſcopo XLV. Dominicani & Franciſcani Ambiani ſtabiliuntur, Franciſcani Royam introducuntur. Guilelmus Matiſconenſis, magnæ vir exiſtimationis, fundavit Carthuſiam Abbatis-villæ, Auguſtinianos in vrbe recepit. Sub Ioanne Creſemontio, Eduardus Angliæ Rex hommagium facit Philippo Valeſio, in Eccleſia Ambianenſi; de Ducatu Guiennæ, & Comitatu Pontivij. Ioannes de Grangia, Cardinalis. Ioannes Rolandi, itidem Cardinalis: *virtutis thalamus, & Pauperum, quos hæredes reliquit, largifluus adjutor.* Eo Præſule nuptiæ celebrantur in Eccleſia Ambianenſi, Caroli VI. cum Iſabela Bavarica. Philibertus Sauxæus, cognomento *Bonus Epiſcopus*, in cœmeterio vulgi ſepulcrum elegit. Petrus Verſæus, Minimos in vrbe ſuſcepit. Franciſcus Haluinus-Piennæus, dedicavit Eccleſiam Franciſcanorum Montis-Deſiderij. Carolus Hemardus, Cardinalis, jacet in ſua Cathedrali. Antonius Crequyæus, Cardinalis. Sedente

* S. Savre.
Corbie, *an.* 662.
S. Coleta.
Abbatia S. Valderici.
Centula.
S. Richarius.
Paſcaſius Ratbertus.
Reliquiæ S. Ioannis Baptiſtæ, *an.* 1210.
Auguſtiniani, *an.* 1307.

Gofrido Marthoniæo vrbem recuperat Henricus IV. Capucinos, Carmelitas, Ieſuitas Ambianum admittit. Sub Franciſcò Fabro Caumartino Vrſulinas, Fulientinos, Oratorios. Regnat modò Inſulatus Franciſcus Favrus, ex Franciſcano & Concionatore Regis. ARCHI-EPISCOPAT. REMENSIS.

93 BONONIENSIS.

DELETA per Carolum V. Imperatorem *Teroanâ* Morinorum, illinc tranſijt Epiſcopatus Bononiam in ora Oceani Britannici; vbi olim Abbâtia Auguſtiniana. Vtriuſvis Præſules S. Antimundus miſſus à S. Remigio. S. Audomarus *, cujus nomine extat modò vrbs Epiſcopalis. S. Bainus. S. Erkembaldus. S. Folquinius. S. Hunfridus. Drogo, autor vitæ S. Godoleni. B. Ioanni Epiſcopo XXIX. *Vitam B. Caroli* Flandriæ Comitis dicat Galtherus. Miloni Commentarios *in Cantica*, Lucas S. Cornelij Abbas. Viguit tunc adagium; *in Bernardo charitas, in Norberto fides, in Milone humilitas.* Adam Epiſcopatu abdicato, Clara-vallem ſe recipit. Engerannus Crequiæus, Hæretici corpus exhumavit, mox crematum. Robertus Gebennenſis, poſtea Clemens VII. ſepultus Avenione, apud Cœleſtinos quos condiderat. Girardus, fundator *Collegij* ſui nominis in Academia Pariſienſi. Ioannes Tabari, è *Medico* Caroli VI. ad quem ſcripſit ſex Libros de Medicina. Matthæus, ex Confeſſario Caroli VII. ſcripſit vitas Pontificum Romanorum. Ioannes Iuvenis, Philippus Luxemburgæus, Ioannes Lotharingæus, Antonius Crequiæus, Cardinales. Claudius Andreas Dormy, primus Bononienſis Epiſcopus in Comitijs Bleſenſibus. Claudius ſuperioris nepos, ex Monacho Cluniacenſi.

* S. Omer.

Hæretici corpus exhumatur. Clemens VII. Collegium Bonon. *an.* 1368. Epiſcopus è Medico.

Tranſlatio Epiſcopatus, *an.* 1588.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TITVLVS XXXI. P *Archiepiſcopat. Rothomagenſis, & Suffraganei* VI. *Vide Nicol. Taillepied, & Ioannem Dadræum in Antiquitat.*

SELECTA DECIMÆ-QVINTÆ Metropolis, Rothomagenſis.

ROTHOMAGI Eccleſiam fundavit S. Nicaſius, miſſus vnà cum S. Dionyſio. Succeſſerunt deinceps Neuſtriæ Primates, S Mello, patriâ Britannus, ordinatus à S. Stephano. S. Severus, cui Eccleſia ſuburbana nuncupatur. S. Victricius S. Evodius. S. Gildardus S. Medardi frater, quorum communionem indicant verſus ſequentes.

Vna dies peperit, Mithras dedit altera, mortem
Altera, & in Sanctos lectus vterque fuit.
Felices fratres, quorum communis origo,
Vita, corona, habitus, gloria, feſta dies.

S. Audoënus, obijt, an. 677.

* Poüilly.

* S. Oen.

* Iumieges, an. 640.

S. Vandregeſili, an. 645.

S. Flavius. S. Prætextatus, occiſus odio Fredegondæ Reginæ. S. Romanus, ex proſapia Regia. *S. Audoënus*, aliàs Dado, ſæpè enim & binomios ac trinomios invenias, Cancellarius & Auricularius Dagoberti. *Vitam S. Eligij* tribus libris ſcripſit, ad Robertum Epiſcopum Pariſienſem. Sanctam Auſtrevertham conſecravit, primam Pauliaci * Abbatiſſam. Obijt Clipiaci, quæ villa deinceps illius nomine * inſignitur in agro Pariſienſi. Habet quoque Rothomagi Abbatiam, conditam à Clothario Bege; cujus vxores duæ Bertrudis & Gertrudis, illic jacent. Adagoberto ſimiliter extruitur *Gemetica*, * in peninſula Sequanæ, vbi nongenti Monachi à Danis combuſti memorantur. Iam præceſſerat *Fontanella*, S. Vandregeſilo ſacra; vnde educti Lambertus Lugdunenſis, Erembertus Toloſanus, Wlfranus Senonenſis, Baynus Tornacenſis: & Audoëni ſucceſſor Auſtrebertus, Franciæ Cancellarius, amator pauperum, quibus ſerviebat in menſa. Remigius, patruus Caroli M. cujus ſuaſu Romanum *canendi ritum* receperunt Eccleſiæ Gallicanæ. Franco baptiſavit Rolonem Ducem Normanorum, qui jacet in Cathedrali quam inſtauraverat. Robertus, Richardi primi Ducis filius, cujus & ſuaſu baptiſatus eſt *Olaus* Norvegiæ Rex, poſtea & Martyr. Maugerius, depoſitus tametſi filius Richardi Intrepidi. Præſul XLVII. Ioannes Baiocarum Comitis filius, cujus Epitaphium relatu dignum.

Rolo baptiſatus, an. 912.

Et Olaus Rex Norvegiæ.

Dona DEI ſubeo venalia nulla fuere.

Abbatia Becci.

Normania recuperata, an. 1204.

Clemens VI.

Hugo, ex Priore Cluniacenſi Præſul L. ſcripſit *de Hæreſibus* in Armorica natis. Rotrodus dedicavit Eccleſiam *Becci*, vbi Monachi Lanfrancus & Anſelmus: poſteà Abbates S. Stephani Candomenſis, poſtremò Cantuarienſes Archiepiſcopi. Sub Valthero de Conſtantijs, Franci totam *Normaniam* recuperant. Theobaldus, Franciſcanos & Dominicanos admittit in vrbe. Mauricius II. ſibi parcus, pauperibus largus, etiam miraculis claruit. Petrus de Collemedio, genere Italus è Campania: conſpicuâ Religione, magnaque litteraturâ, dignitate Cardinalis. Odo Rigaldus è Franciſcano Lugduni, conſecratus ab Innocentio IV. cognominatus *Regula vivendi*, cujus extant Sermones de Tempore. Petrus Rogerij, ex Cardinali SS. Nerei & Achillei Clemens VI. ſepultus Caſæ-Dei, vbi Monachus vixerat. Petrus de Foreſta Suzanus Cœnomanenſis, S. Dionyſij Monachus: Franciæ Cancellarius, Eccleſiæ Cardinalis, peſte interemptus Avenione. Philippus Alenconius, Cardinalis: Romæ ſepultus, in S. Maria Tranſtyberina. Guilelmus Deleſtrangijs, Epitaphium habet in Carthuſia ad vrbem, quam ipſe fundaverat. Ioannes Rochetailladæus, Cardinalis: Bononiæ mortuus, ſepultus Lugduni. Tempore Hugonis

ARCHIEPICOP. ROTHOMAGENSIS.

Thomas Valdenſis. Puella Aurelianenſ. Academia Cadomenſis, an. 1431. Academia Pariſienſ. reformator, an. 1452. Podium, certamen Poëticum, an. 1483.

de Orgijs *Thomas Valdenſis Carmelita*, Viclefi debellator, Rothomagi expirat: Puella Aurelianenſis ad ignem damnatur, Academia *Cadomenſis* inſtituitur. Ludovicus Luxemburgenſis, Cardinalis, ſepultus in Eccleſia Angliæ Elienſi. Tempore Rodulphi Rouſſelli Præſulis LXXVII. Cœleſtinos Rothomagus admittit. Gulielmus Toutta-villæus, Cardinalis, Legatus in Gallia: reformat *Academiam Pariſienſem*, Rothomagi iuſtituit Clariſſas, Romæ Eccleſiam ædificat S. Auguſtini; vbi & deponitur, pietate & magnanimitate celebris. Sub Roberto Coiſmaræo inſtituitur in vrbe Podium, certamen Poëticum de laudibus *Immaculatæ Conceptionis*. Habent quid ſimile Floralia Toloſana, ſed materiâ promiſcuâ. Archiepiſcopus LXXX. Georgius Amboſius, Cardinalis, ſummus Regni Miniſter; mortuus Lugduni, Rothomagi ſepelitur in primario Templo cum hac Epigraphe.

Paſtor eram Cleri, Populi Pater, aurea ſeſe
Lilia ſubdebant, Quercus & ipſa mihi.
Mortuus en jaceo, morte extinguntur honores:
At virtus mortis neſcia, morte viget.

Portus-Gratiæ, an. 1516. Carolus Borbonius, obijt, an. 1590.

Succeſſit nepos Infulis, pileo, tumulo; ſub eo *Portus-Gratiæ*, vrbs ad Oſtium Sequanæ, conditur à Franciſco I. Carolus Borbonius Regio ſanguine, purpurâ Cardinalitiâ, Colloquio Piſciacenſi, fundatione domûs profeſſionis Societatis IESV Pariſijs, Rothomagi Collegij clarus; cujus vitam ſcripſit Iacobus Brulius, Monachus S. Germani Pratenſis. Carolus alter nepos, itidem Cardinalis; ſepultus *Gallione*, in Carthuſia juxta patruum à quo fuerat ædificata. Carolus, Antonij Navarræ Regis filius naturalis, Carmelinas admittit Pontiſaræ; in ædibus *Andreæ Vallæj*, doctrinæ & pietatis famâ percelebris. Abdicato Archiepiſcopatu, moritur in Majore-Monaſterio. *Franciſcus Ioyenſæus*, Cardinalis-Legatus, vndequaque eminentiſſimus; quem ita alloquitur Poëta Synchronus.

Cardinalis Ioyeuſæus, an. 1615. Philippus Berthenus.

Muricis Auſonij ſplendor, qui ducis ab alto
Principibus noſtris cognatam ſanguine gentem.
Cujus conſilio Sceptri moderator aviti
Henricus diviſam odijs, armiſque frementem
Italiam, placidæ revocavit ad oſtia pacis.

Moritur Avenione, transfertur Pontiſaram, ſepelitur in Hoſpitio quod illic Ieſuitis ædificaverat. Franciſcus Harlayus Champ-Valonius, multigenæ eruditionis; Succeſſorem habet nepotem, qui domeſtica decora proprijs ſplendoribus illuſtrat.

EPISCOPATVS LEXOVIENSIS.

NEOMAGI Lexoviorum poſt Launoboldum nominatur Freculphus, antea Benedictinus, qui *Hiſtoriam* dicat Elizacharo. Giſlebertus ex Medico Regis Angliæ, ludis & venationi deditus. Ioannes, vrbem mœnijs cinxit. Arnulphus redux ex transmarina expeditione, ſeceſſit ad S. Victorem Pariſienſem, vbi quieſcit. Radulphus, Regis Angliæ Cancellarius, à Petro Bleſenſi ob ſordidam avaritiam exagitatus. Guido Harcuriæus, fundator *Collegij Harcuriani* Pariſijs. Adamarus, Cardinalis, ſepultus Avenione. Epiſcopus XXVI. *Nicolaus Oreſmius* ex Præpoſito Collegij Navarræj, præceptor Caroli V. cujus hortatu, primam gallico idiomate ſacrorum Bibliorum verſionem evulgavit. Guilelmus Deſtoute-villæus, *Collegij Lexovienſis* Lutetiæ fundator. Brando de Caſtilliano Lombardus, Cardinalis. Ioannes Venator, Cardinalis. Iacobus Annebaudus, Admiralis frater, Cardinalis. Ioannes Hennuyerus, Henrici II. Confeſſarius. *Gulielmus Vairius*, Lutetiæ ſepultus apud Bernardinos; vitæ emendatæ elogium ſibi ipſe, modeſtiâ verè Chriſtianâ, temperavit. *Guilelmus* 94

Epiſt. 92. Collegium Harcurianum. Nicolaus Oreſmus. Collegium Lexovienſe Pariſ. Guilelmus Du Vair, obijt, an. 1621.

Ecclesia Gallicana.

Du Vair Epiſcopus Lexovienſis, Franciæ Pro-Cancellarius; hîc reſurrectionem, & miſericordiam expecto. Sarcophago inſculpti ſunt, ex veteri Eccleſiæ ritu, characteres duo; A, & Ω. Guilelmus Aleaumus, pari eruditione ac virtute. *Philippus Coſpeanus*, Montibus in Hannonia Medici filius: Lovanij & Pariſijs Doctor, Concionatorum in Gallia ſuo ævo parens ac princeps. Mortuo Pariſijs, & apud Benedictinas Calvarienſes recondito quidni, vtpote quem habui Sacerdotij ac Prædicationis initiatorem & proxenetam, hocce μνημοσύνῳ parentare liceat?

MORARE HOSPES, ET MIRARE

Clauſum heic ſpolium Triſmegiſti,

PHILIPPI OLIM COSPÆANI,

Eruditione magni, facundiâ majoris,
Morum nitelâ maxumi.
Ex Hannoniæ Montibus, adlectus inter
Galliæ Lilia;
Seculi ſui amor, & ſtupor.
In Sorbona redivivus Auguſtinus,
In ſacro ſuggeſtu Paulus Eloqūens,
Concionatorum Parens.
In Polemica, Fidei Tutor:
In Epiſcopio, Antiſtitum norma:
In Popularibus, Pauperum Pater:
In adverſis, vtiquè Paraclitus;
In Aula Integer, & Liber.
Henrici Magni Elogium,
Ludovici Iuſti Exodum,
Filij à Deo-dati Geneſim;
Eloquentiâ, Sacramentis, Benedictione
Inluſtravit.
Thiaram promeritus,
Adurenſium, Nannetenſium, Lexovienſium
Inſulis prælusit.
Qui in CHRISTO vixerat, in CHRISTO devixit,
Poſtrid. Non. Maij, an. M. DC. XLVI.
Ætatis LXXVI.
Dilecti DEO & Hominibus
Prima & vltima ambitio, CHRISTO demùm
In hocce Calvario
Conſepeliri.

Eleonorus Matignonus, nominis claritatem præclaris ſuis dotibus amplificat,

ARCHIEPISCOP. ROTHOMAGENSIS.

BAIOCENSES Epiſcopi; S. Exuperius, * cujus ſacras exuvias Corbolium tranſlatas ad Sequanam, deſcribunt Maſſonij fratres, annua miracula illuſtrant. S. Renobartus, à S. Exuperio baptiſatus, inque ejus Eccleſia ſepultus. S. Rufinianus. S. Lupus, qui vitam ſui ſcripſit Prædeceſſoris. S. Manneus; *bonus in juventute, melior in medio, optimus in fine.* S. Conceſſus. S. Patricius. S. Vigor. S. Gertrannus. S. Gerbolelus. S. Framboldus. S. Robertus. Odo, frater Guilelmi Conqueſtoris, Normaniæ Ducis. Præſule Roberto Ablagelo, Gregorius ſocius *S. Franciſci* adhuc viventis Conventum fundat Bajocæ. Gregorius, nepos Gregorij IX. Papæ, vitam ſcribit Vrbani IV. Guilelmus Bonetus, fundat *Collegium* Lutetiæ. Auguſtinus Trivultius, Cardinalis. Præſul XLV. Carolus Humieræus, cui *Prateolus* ſuum dicat de Sectis Hæreticis Catalogum. Carolus Borbonius, Cardinalis *Vindocinenſis*. Arnaldus Doſſatus, Cardinalis. Iacobus D'Angennæus, ex Nobili & Catholica Gente Ramboüilleta. Sedem nunc occupat Franciſcus Servienus, Magni illius noſtro ævo Miniſtri Germanus.

95 BAJOCENSIS. * S. Spire. *In Breviar.* Franciſcani, *an.* 1221. Collegium Lutetiæ, *an.* 1308. Prateolus, *an.* 1568.

CASTRÆ-CONSTANTIÆ Epiſcopi celebriores; S. Ereptiolus. S. Exuperantius. S. Poſſeſſor. S. Laudus *. S. Rumpharius, natione Anglus. S. Leo. S. Leontius. S. Vrſicinus. S. Vlphobertus. Theodericus Reliquias S. Laudi tranſtulit Rothomagum, tempore Rolonis Ducis Normanorum. Epiſcopus XLI. Gofridus, cognomento *Bonus*, inſtautatam à ſe Eccleſiam Gemeticenſem dedicavit. Algarus, Canonicos Regulares poſuit in Eccleſia S. Laudi. Hugo, fundator Domus-Dei in vrbe. Gillanus Minorita, abnegat certos errores. Ægidius Campenſis, Confeſſarius Caroli VI. Cardinalis. Philibertus de Monte-Iocoſo primam Miſſam celebravit, habuitque Concionem in Concilio Baſilienſi. Ioannes Caſtillionæus, Mediolanenſis, & Cardinalis. Richardus Olivarius, Cardinalis; *in dicenda ſententia liber, & in propoſito conſtans.* Bernardus & Florentius, Epiſcopi LXX. & LXXI. Cardinales. Philippus Coſſæus, anteà Benedictinus. Claudius Daubrayus, ex Cubiculario Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini.

96 CONSTANTIEN. * S Lo. S. Laudi tranſlatio, *an.* 911. *An.* 1057.

INGENÆ ABRINCANTVM Eccleſiam, S. Andreæ ſacram, rexerunt S. Leontius. S. Paternus, quem à primo Venetenſi ægrè diſtinxeris. S. Fegaſius. S. Senator *. S. Rabentrannus. S. Leodevaldus. S. Autbertus, condidit inſignem illam Eccleſiam *S. Michaëlis* in periculo Maris; tantæ molis opus, vt nihil natura ſimile, nihil ars imitari queat. In ea Benedictinos conſtituit Maugiſius, Epiſcopus XIII. Herbertus elevavit corpus *S. Firmati*, apud Moretonium, ſepeliturque in Eccleſia Becci. Guilelmus, ſapiens, eloquens, litteratus. Fulco Bardoulus, Redonenſis. Robertus Cœnalis, noſcitur ſuo Epitaphio in Parœcia S. Pauli Pariſienſis.

97 ABRINCENSIS. * S. Senter. S. Michaël ad Tumbam, *an.* 709. S. Firmatus.

Iure ſub hoc tumulo Pauli ſacra continet Ædes,
Ejus præconem, mentis & eloquij.
Quem fuerat vivens imitatus moribus, alto
Eloquio, ſcriptis, oreque fulmineo.
In hoc diſſimilis, quòd lecto es funera paſſus;
In reliquis, Præſul candide, Paulus eras.
Principibus coram, illius tu more fuiſti
Vas lectum, conſtans, verbiger æthereus.

Pericardi tres, egregio nomine & famâ. Carolus à S. Paulo Vialardus, ex Abbate Generali Congregationis Fulienſis; Autor, inter cætera, *Notitiæ Antiquæ Epiſcopatuum Eccleſiæ univerſæ.* Gabriel Bbilevæus, Andegavenſis ex Canonico & Senatore Pariſienſi.

Eccleſia Gallicana.

98 Sagienſis.
* Hiemes.
* S Lohier.
S. Oportuna.
Franciſcani, an. 1126.
Collegium Sagienſe Pariſ. an. 1399.
* Le Portugais

Deleto Oximo, * Epiſcopatus *Sagium* transfertur, quem rexerunt Epiſcopi vnus ſupra ſexaginta. Illuſtriores, S. Latuinus. S. Landricus. S. Milcardus, cujus tempore florebat S. Serancius in condito abs ſe Monaſterio. S. Raverenus. S. Alnobertus, affuit Concilio Rothomagenſi, in quo confirmata fuere Concilia S. Vandregiſilli. S. Lotharius *. S. Godegrandus, S. Oportunæ frater. S. Adelinus, à quo vita *S. Oportunæ* ſcriptis conſignata. Ivo Belliſmenſis, Metropolis S S. Gervaſio & Protaſio nuncupatæ, reparator. Giraldus, *vir apud* Devm *& Homines laudabilis.*. Ioannes Epiſcopus xxxv. providus & litteratus, Canonicos ex ſecularibus effecit Regulares. Sub Sylveſtro, fundantur in vrbe Franciſcani. Gulielmus-Rancæus, Dominicanus, Confeſſor Regis Ioannis, ejuſque teſtamenti executor. Gregorius Langleſius, Collegiorum Sagienſium Lutetiæ & Andegavi inſtitutor. Sub Petro Vallæo eruditione claro, Canonici togam ſecularem reſumunt. Ludovicus Molineus, Romæ conſecratus, interfuit Tridentio, juvit converſionem Henrici iv. perquàm rarò à Grege avelli ſe permiſit. Claudius Morennæus, Orator & Poëta, prius Curio S. Gervaſij & Protaſij, Lutetiæ. Ioannes Bertaudus, Poëta inſignis. Iacobo à S. Maria Suareſio Luſitano *, Pariſijs apud Franciſcanos condito, Epitaphium poſuit ejus in Epiſcopatu Succeſſor.

Iacobo Suarez à S. Mariâ
Olyſiponenſi, Ord. S. Franciſci,
Theologo eximio, Epiſcopo Sajenſi;
Cujus Conciones Chriſtianiſſimus
Populus adveneratione multâ, & concurſu
Frequentiſſimo comprobavit.
Iacobus Camus Epiſcopus Deceſſori ſuo B. M.
Secundùm voluntatem teſtamenti.
F. C.
Vixit annos Lxii. *menſes* vi.
Pontific. ann. iii.
Depoſitus in pace iii. *Calend. Iun.*
Anno M. DC. XIV.

N. Medavidius Granſæus, Mareſcalli frater; diu opus bonum non deſideratum, ſed detrectatum, magna cum laude ſuſtinet.

99 Ebroicenſis.
Franciſcani, an. 1270.
Prima Eccleſia S. Ludovico, an. 1299.
Coadjutor.

Ebroica Mediolanum Aulercorum, Cathedrali gaudet Deiparæ conſecratâ, Epiſcopis ſexaginta duobus. Selectiores; S. Taurinus, à B. Clemente miſſus; cui Abbatialis Eccleſia, in vrbe, dedicata eſt. S. Gaudus. S. Landulphus. S. Ætherius. S. Aquilinus, cujus vita extat apud Surium. Giſlebertus, cognomento Grandis, quia procerus, Cadomi ſepultus in Æde S. Stephani ab eo conſtructa. Radulphus Chevrierus, Cardinalis, Legatus: S. Ludovici Cancellarius, cum eo in Bello-ſacro. Eo Præſule, Franciſcanos Eburovicum ſuſcipit. Præſul xxxiii. Philippus de Cadurco, ſepultus Pariſijs apud Dominicanos. Euſtatius, anteà Ordinis S. Franciſci. Sub Gaufrido Bavecio Dominicani in vrbe recepti, primam Eccleſiam dedicant *S. Ludovico*. Ioannes à Prato, Minorita. Robertus de Brucunia compellitur præ ſenio, aſſumere *Coadjutorem*, qui poſtea ſucceſſit, Gulielmum de Valone, Dominicanum. *Claudius Sanctæus*, Simonis Vigoris ſynchronus, & commiles in Colloquio Poſciaco, adverſus Spinam & Roſerium Calviniſtas. Poſt Pericardos duos, ſolium nunc replet Ægidius Boutaudus Turonenſis.

SELECTA

TITVLVS XXXIII. *Epiſcopi Adaucti vi.*

SELECTA AVCTVARII Epiſcopatuum Gallo-Franciæ.

ECCLESIÆ, vt habet ſe modò, Gallicanæ aggregatos varijs ſubinde temporibus & cauſis *Epiſcopatus quinque*; inſtar cæterorum delibare, erit operæ-pretium. Ante alios itaque occurrit METENSIS.

100. EPISCOPATVS METENSIS.

In eo primus Præſul nominatur S. Clemens, B. Petri Diſcipulus, S. Clementis Papæ patruus. Succeſſerunt S S. Cæleſtius, Felix, Patiens, Ruffus, Adelphius, Actor, Heſperius, Firminus: Arnulphus, ex progenie Clodovæi, Dagoberti Educator. Alter * ejuſdem tum nominis, tum ſanguinis, ex Monacho Lirinenſi, *mirabilis in Epiſcopatu*; nobilem Abbatiam nuncupat, ex ſuburbio intra mœnia tranſlatam, cujus privilegia recenſet *Andreas Valadertus*, in ſua Auguſta Baſilica.

Vide Paul Varneſid. lib. de Epiſcop. Metenſ. * S. Arnoſſi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Goëricus ſepultus primùm in S. Symphoriano, inde tranſlatus in Caſtrum Eſpinæum. Godulphus, Arnulphi Epiſcopi filius, inde Archiepiſcopus Trevirenſis. Godegrandus, Franciæ Cancellarius, Pipini Regis ex ſorore nepos. Drogo, Caroli M. filius, ex Concubina, nomine tenus Reginâ, antea Monachus Lexovienſis; cujus hortatu *Angelomus* ſcripſit Commentaria in Libros Regum, ſepelivit fratrem ſuum Ludovicum Pium in Eccleſia S. Arnulphi. Deſignatur à Sergio II. Vicarius Sedis Apoſtolicæ in Gallia & Germania, ſed incaſſum; opponentibus ſe illis, quorum intererat.

Angelomi Commentaria; *an.* 844.

S. Adventitius, ex Abbate S. Arnulphi. Valla, interfectus à Normanis, ſepultus in Æde S. Salvatoris, quam condiderat. Robertus, vel Rupertus, interfuit Concilio Metenſi. Habita autem fuere Concilia in Eccleſia S. Arnulphi, & Triburienſi.

Varia Concilia.

Ad eum ſcripſit Stephanus Papa, Flavio nihil nocere ad promotionem, quod ei *digitus* eſſet à Normanis abſciſſus. Concilium Romanum Synodum Metenſem damnat, & Tuutgaudum Trevirenſem ac Guntharium Colonienſem Antiſtites, vt præcipuos divortij Lothariani Aſſertores, deponit. Aliud ibidem, Rhotadum priſtino honori reſtituit; ſuper quo & habita *Concio* eſt à Nicolao Papa ex Ambone inter Miſſarum ſolemnia in Baſilica S. Mariæ ad Præſepe, in pervigilio Nativitatis Domini.

Papa Concionatur.

Idem Summus Pontifex Galliæ Epiſcopos ſollicitat, vt ſcribant contra objectiones Græcorum adverſus Latinam Eccleſiam. Exautoratus Ludovicus in Conventu apud *Compendium*, reſtituitur in alio apud S. Dionyſium: iterùm in tertio ad Theodonis villam, dein & Metis continuato; dejecto de gradu Ebone Remorum Antiſtite, Lothariànæ conſpirationis autore.

Ludovici Imperatoris fortuna varia, *an.* 834.

Illum poſt viginti annos Lotharius reſtituit, cum Agobardo Lugdunenſi eodem crimine Majeſtatis implicato. Concilium aliud Metenſe antiquos Canones abrogans, ‘ Sacerdotibus prohibet: ne vllam fœminam in domo habeant, nec matrem, ‘ nec ſororem. Ne quis cum Iudæis edat, aut bibat. Preces pro Rege Arnul- ‘ pho, & jejunia pro avertenda DEI ira indicit. ‘

Concilium Metenſe, *an.* 888.

Epiſcopus L. Aldebero, vir magnæ prudentiæ & ſanctitatis. Theogerus, Monachus moritur Cluniaci. Stephanus Calixti II. abnepos, ab eo jure Pallij donatus. Reginaldus Barræus, *Iura Eccleſiæ* tutatus contra Ducem Lotharingium, veneno extinguitur. Sub Theodoro Beyero-Bopardo, *Carmelitas* Metis fundat, Robertus Barri Dux, Barri Auguſtinianos. B. Petrum Luxemburgæum Cardinalem, Avenione coli apud Cœleſtinos indicat ſequens Epigraphe.

Iura Eccleſiæ defenſa, *an.* 1316. Carmelitæ, *an.* 1382.

Hoc colitur Templo, legitur ſimul aurea virtus,
Clara Luxemburgi ſoboles, nitidiſſima merces
Orbis, & vnus honos mortali corpore cœlum
Transfertur meritis Petrus inter Numina Numen,
Annis mille denis ſepelitur, ſicque trecentis.

Petrus de Luxemburgo, *an.* 1387.

ECCLESIA GALLICANA.

Propontificem habuit Bertrannum Dominicanum, qui Librum de *Dæmonum Illuſionibus* inſcripſit Archiepiſcopo Trevirenſi. Conradus II. Bayerus, Franciſcanis & Dominicanis Ædes conſtruxit. Ioannes à Lotharingia, adhuc quadrimus, nominatus Epiſcopus & Cardinalis : deinde Legatus, incredibili beneficiorum numero onuſtus. Franciſcus Beaucarius, interfuit Tridentino, in quo & orationem de victoria Druidenſi pronunciavit; Librum edidit *de Abortivis*. Sub Carolo à Lontharingia, Minimi & Capucini Metis recipiuntur. Iacobus Deſcarſus, ex Benedictino, deinde Cardinalis; obijt Vici, oppidum eſt hujus Diœceſis peramœnum, ſepultus in Cathedrali, laudatus à Valadiero, mortis tempore, hocce numerali carmine ſubindicato.

LaVs pIa pVrpVreI CœtVs, ClaVſtri-Ve ColVmna;
Anno hIC eXpresSo GIVrIVS aſtra petIt.

Cardinalis Mazarinus.

Permutatione Beneficiorum, Henrico Borbonio Vernueillio ſubeligitur Eminentiſſimus Cardinalis IVLIVS MAZARINVS; de quo quidem nunquam ſatis, quia nondum finis. Cum verò per tot gloriæ ac prudentiæ, perque tanta virtutis ac felicitatis miracula attigerit metam; tunc porro incipient laudes puræ, quia ſine ſpe & fuco : elogia demum ſincera, quia abſque metu & citra invidiam. Interim ſeu Pyramidis, ſeu Solis inſtar;

Ipſe ſuas conſumit Sol & Pyramis umbras.

101 VIRDVNENSIS.

VERODVNENSES Epiſcopi egregij; S. Salvinus. S. Arator. S. Pulchronius, Cathedralem S S. Petri & Pauli è ſuburbio in vrbem tranſtulit in Eccleſiam B. Mariæ, quam ipſe exædificaverat. S. Poſſeſſor, S. Firminus. S. Videnus *, habet Monaſterium in vrbe, vbi cœpta *Reformatio Benedictina*. S. Deſideratus, primus in B. Maria ſepultus. S. Agricus *, quem ita alloquitur Fortunatus;

* S. Venne.
* S Agron. L. 3. c. 29.

In Templis habitando pijs, ſic purus haberis;
Vt tua corda, Pater, ſint pia Templa Dei.
Eligit in tali CHRISTVS ſe vaſe recondi,
Quam ſibi purgavit, diligit ipſe domum.

S. Paulo, fratri Germani Pariſienſis; Eccleſia extat Abbatialis olim Ordinis Benedictini, nunc Præmonſtracenſis. S. Magdalucus. Inſignes quoque, Hilduinus, Franciæ Cancellarius. Hatto, ex Monacho Antiſſiodorenſi. Dado, cujus rogatu *Bercharius* Pontificum Virdunenſium Geſta collegit. Sub eo celebratur Concilium. Aymoni Epiſcopo XXXVIII. Comitatum Virdunenſem dat Comes Fridericus. Raymbertus obijt Belgardæ in Hungaria, Hieroſolymam proficiſcens. Vrſio, poſt annum redit ad ſuos in Monaſterium S. Dionyſij Remenſis. B. Albero Chinyæus, Regulam S. Norberti profeſſus in S. Paulo; pro quo celebrans D. Bernardus, *collectam Confeſſorum* mutaſſe dicitur in collectam Defunctorum. Albertus Marcyæus, juſſu Pontificis, inviſit *S. Hildegardem* in monte S. Roberti. Iacobus Pantaleon, aſſumptus Pontif. Max. Vrbanus IV. Ludovicus Barræus, Cardinalis. Nicolaus Pſalmæus, adfuit Tridentino, *veram Eccleſiæ Imaginem* depinxit: Monaſterium S. Pauli, in vrbem tranſtulit; induxit Minimos, apud quos ſepultus illius Succeſſor Nicolaus Bouſmardus. Carolus, Ericus, & Carolus alter, Lotharingæi; quo vltimo Societatem IESV ingreſſo, Franciſcus ejus frater hac Sede potitur.

Concilium, an. 895. Epiſcopus redit ad Clauſtrum, an. 1130. B. Albero, an. 1150.
S. Hildegardis, an. 1150. Pontifex. Max.
* Le vray portraict de l'Egliſe.

102 TVLLENSIS.

TVLLENSES Epiſcopi eximij; SS. Manſuetus *, Aper, Adimandus, Bodo. Gribaldus dotator S. Michaëlis *. Iacobus quieſcit in S. Benigno Divionenſi, vbi & Monaſticam amplexus eſt. Per ea quoque tempora Romerici-Montis ad Moſellam, Cœnobium fundat S. Romericus *, qui filiam ſuam Gertrudem, primam illic Abbatiſſam conſtituit. Sub Arnulpho Concilium Tullenſe apud Saponarias (vrbis ſuburbium eſt) Epiſcopi duodecim Provinciarum celebrant;

* S. Manſu.
* S. Miel
* Remiremont, an. 620.
Concilium Tullenſe in ſuburbio Saponariarum, an. 859.

, vbi concordia inter Fratres Ludovicum & Carolum Reges, reformata. EPISCO-
, Statueruntque cuncti Reuerentiſſimi Anſtitites, *vt pro ſe invicem omnes dum* PATVS
, *adviverent*, certas Miſſas ac preces perſolverent. Illic quoque relecta decre- QVINQVE.
, ta Synodi Lingonenſis, iterataque præceptio eſt de *Scholis* Sacræ-Scriptu- Scholæ vtriuſque litteraturæ.
, ræ & Humanæ-Litteraturæ, paſſim & accuratè inſtituendis. S. Gerardus. Bibo revocatus
Bertoldus, *genuinæ honeſtatis ſectator mirabilis*. S. Bruno, poſtea Leo IX. reten- ex Monaſterio.
to titulo huius Eccleſiæ; cui, in vtroque ſolio, ſuffectus Vdo. Bibo à Papa, poſtulante Clero, *revocatus* ex Monaſterio Divionenſi. Probus, è Franciſcanorum Allemaniæ Provinciali. Otto de Columna Romanus; poſtea Martinus V. dictus in Epitaphio; *ſuorum temporum felicitas*. Ioannes Neuchaſtellus, Cardinalis. Eiuſdem agnominis Antonius, ſepultus Pariſijs *in S. Cruce Bretoneria*. Sub Tuſſano Hocediæo, venit Vrbs in poteſtatem Regis Franciæ. Sub Vrbe potiuntur Franci, an. 1552.
Chriſtophoro Vallæo, Minimos in vrbe fundat Dom. Baſſompieræus: Capucinos verò eius ſucceſſor, Ioannes Porceletus. Poſt longum interpontificium à morte Caroli Lontharingæi, conſentientibus demum Rege ſimul ac Pontifice, huic Sedi admovetur *Andræas Sauſſayus*; Martyrologio Gallicano; Sauſſayus.
Pantoplijs diverſis, alijſque laboribus commendatus.

ATREBATENSI Eccleſiæ, à Cameracenſi ſejunctæ, Pontifices ſeorſim 103 ATTREBATENSIS.
nominatiores; Lambertus Epiſcopus XXXIV. Robertus, primus *horas Deiparæ*, à Canonicis cantari curavit. Alviſius, antea Abbas in Ordine Præmonſtracenſi, obijt in Expeditione Turcica. Godeſcalcus, obijt in Monte S. Divellitur à Cameracenſi, an. 1094.
Martini, vbi profeſſus fuerat Monachum. Andreas, prius Ciſtercienſis. Robertus II. miſerè occiſus. Rodulphus, Cardinalis. Epiſcopus LIV. Petrus Officium B. Mariæ.
Rogerius, mox Clemens VI. Andreas Ghinius, Cardinalis, Pariſijs fundat Pontif. Max. Colleg. Longobardor. an. 1331.
Collegium Longobardorum. Ioannes Galvanus, Cardinalis; ſub quo *fœdus Attrebatenſe*, Francos inter & Anglos. Gerardus Dain-villæus, fundator Lutetiæ Pax Attrebatenſis, an. 1335.
Collegij cognominis. Ioannes Canardi, ex Monacho Sant-Dionyſiano, Arteſiæ Cancellarius. Martinus Porræus, Dominicanus. Sub Hugone Cajevæo, Colleg. Dainvill. an. 1380.
pax inita inter Carolum VIII. & Philippum Burgundum, in Æde S. Vedaſti. Monaſterium eſt, aliàs Nobiliacum, pluribus titulis celebre; cujus Abbates; inter cæteros, S. Hedulphus, S. Fulco: Carolus Calvus Rex, Leduinus; *vir* Pax vedaſtina.
planè dignus omnium Bonorum dilectione. S. Popo. Ioannes Faber, poſteà Epiſcopus Carnotenſis; alijque meriti nequaquam vulgaris. Epiſcopi; Ioannes Ioſfridius, Philippus Luxemburgicus, Petrus Aconitanus, Antonius Perrenotus, Cardinales. Franciſcus Richardotus, in Tridentino doctiſſimus. Matthæus Moular- Quinque Cardinales.
tus Capucinis Conventum, Societati IESV Collegium in vrbe permittit; quo anno obit Ioannes Ploichæus, fundator *Academiæ Duacenſis*. Academia Duacenſ. an. 1600.

BELLICVM, caput Comitatus Beugeſij, Gallicanæ Eccleſiæ accenſetur ex 104 BELLINCENSIS.
permutatione Henrici IV. cum Sabaudo. Eccleſiæ illic Cathedralis, Patrona eſt Virgo Deipara. Præſules exhibent Concilia, jam à ſeculo ſexto. Eminent Fit Gallicus, an. 1601.
S. Anthelmus, ex VII. Carthuſienſium Generali. Edoidus, Philippi Pedemontij Principis filius. Percevallis, Cuſtos Conclavis in Cætu Baſilienſi. Antonius Chambræus, inter Patres Tridentinos. Ioannes Petrus-Camus linguâ facundus, calamo fœcundiſſimus. S. Anthelmus, an. 1163.

HACTENVS Eccleſiæ Gallico-Franciæ Chriſtianiſſimæ Synopſis, non prorſus illiberalis. Cæterum nimius foret labor, fortè & ingratus, *cauſas* rimari; cur initio tot Concilia à Gallis Præſulibus celebrata, tot Sancti vindicati: tamque longa à primo aut ſecundo ſeculo, ad quartum aut quintum Interpontificia. Sanè frequentes ſubinde Prælatorum *Cætus* impedivere rationes partim Eccleſiaſticæ, partim Politicæ. Divinabit quiſque pro genio, vlterius procedere nefas crediderim. Quanquam & Patrum ævo nomen obtinuere, Concilia imprimis duo; *Turonenſe*, & *Burdigalicum*. In vtroque, ſicut & in Rothomagenſi, Andegavenſi, alijſque ſimilibus; plura ad doctrinam, plura ad diſciplinam, plura ad Mores ſanctiſſimè conſtituta. Necdum tamen ha- Concilia. Sancti.

bentur pro plenārijs & indubitatis, quia deeſt character S. Petri; approbatio, inquam, Sedis Apoſtolicæ.

ECCLESIA GALLICANA. *Interpontificia. Pſ. 12. Titus Livius l.1.*

Sancti videntur hodiè, non ita multi; quia præter-quam quod fervent principia, diminutæque ſunt veritates à filijs hominum: pauci revera ſunt (dabunt veniam veritati) qui ſeriò attendant & ſibi, & Gregi. Primi illi temporum *hiatus* ne impleantur, non vnâ ratio effecit. Magnarum vtiquè rerum exordia ſemper & parva, & obſcura. Satagebant primi Eccleſiarum Apoſtoli & Patres ſcribenda facere, non ſcribere facienda. Aurei tunc Epiſcopi latitabant, Infulæ nonniſi per Martyria & miracula, per pietatem & doctrinam inclareſcebant. Ad extremum Eccleſiarum Chartularia, ſimulque Præſulum Catalogi, non eiuſdem ſemper tenoris ac fidei. Multa tradit vetus & ſancta conſuetudo, etiam & pietas popularis, à quibus diſcedere non eſt tutum. Nominum inſuper hinc ſimilitudo, inde varietas, frequens etiàm tam Epiſcoporum quàm Epiſcopatuum demutuatio & clades; pluraque ejuſmodi eas hiſtoriæ Tabulis Eccleſiaſticis affundunt tenebras, quas nemo facilè diſcutiat. Mihi quidem rara potiùs ad Eloquentiam Chriſtianam, quàm indubitata ad hiſtoriæ ἀκριβείας ſeligenti; nihil ſine Autore, nequaquam arundineo, retuliſſe ſatis fuit. Fuſiora ſimul & exactiora propediem evulgabit Gallia-Chriſtiana, Claudij Roberti Presbyteri Lingonenſis; quam auctam, recognitam & illuſtratam reddunt luci publicæ fratres duo *Sammarthani*, per Patrum veſtigia communi ſtudio & labore feliciter gradientes.

Nexus & commiſſura.

PORRO ex omnium ſimul Eccleſiarum conſenſu Catholico, vnàque Conciliorum velut perenni nexu, commiſſurâ & ſcaturigine, fluit Eccleſiæ-Chriſtianæ hinc *Sanctitas*, inde Doctrina. Eam ob rem pretium eſt adiungere pima fronte, quæ ſpectant illius ſanctitatem.

SELECTA ECCLESIÆ Sanctæ.

TITVLVS XXXIII. *Cur Sancta vocatur Eccleſia.*

SANCTA creditur Eccleſia, duplicem præcipuè ob cauſam. Altera, quòd per ritus ſanctiſſimos colit Numen. Altera quòd Sanctos effert, omni virtutum genere excultos. *Ritus* ſacros primùm paucis delibabo. Equidem animadverto fluxiſſe illos omnes vel ab Hebræorum imitatione, vel ab inſtitutione Apoſtolica: vel quoniam vſu jam receptos in falſa Religione, ad veram traducere fidei pretium fuit. Initium ducam ab exterioribus. Sacri Ritus.

Ante omnia dubio procul eſt jam à temporibus Apoſtolorum, Loca DEO ſacra extitiſſe; in quibus frequenti cœtu conveniebant Chriſtiani ad preces Eccleſiæ, ad Conciones, ad ſacram Synaxim. Ideo *Eccleſias* Græci appellavetunt, quæ prius quàm publicæ permitterentur, privatæ erant & domeſticæ. Cœnacula vocant Actus Apoſtolorum, quia in ædium parte ſitæ erant aut ſuperiore, aut ſecretiore. Vocatas etiam reperio Titulos, Domos, Oratoria, Dominicas, Martyria ſeu Concilia Martyrum, Templa. Delubra verò & Fana nunquam, niſi admodùm ethnicè. Quoties igitur Minutius Felix, Origines, alij-ve ſcribunt Templis caruiſſe Majores noſtros; intelligi vtique debent de publicis illis amplis & ſplendidis Tectis, quas etiam Baſilicas hodièque nuncupamus. Non verò de Oratorijs & Cryptis, quò clanculùm ad divina concurrebant. Exterior Sanctitas. Templa & Eccleſiæ. Varia nomina.

Sub Chriſtianis deinde Imperatoribus, amplificatas Ædes ſacras, cultuque plurimo exornatas recitant etiam inter Exteros, Lucianus & Lampridius. Sic autem *extruebantur*, ad Orientalem plagam, vt eſſet extra Porticus, vbi ſiſtebant Pœnitentes. Intrà, Atrium pro Plebe: Sancta, vbi Chorus Sacerdotum; Sancta-Sanctorum, vbi altare divini Sacrificij. Erant etiam Cubicula, quæ modò Capellæ: & Paſtophoria, modò Secretaria, vulgò Sacriſtiæ. Locis quoque ſeparatis intererant Sacerdotes diſtincti à Monachis, vtrique à Laicis: Viri à Mulieribus, Virgines à Nuptis; nec fas Egenis, intra Eccleſias captare eleemoſinas. Retinuerunt inſuper ex Iudaïci ritûs imitatione, *fontes* aquæ communis; in quorum vicem habemus modò vaſa Aquæ, à Sacerdotibus benedictæ. Celebre fuit illud Conſtantinopoli, in Templo S. Sophiæ magnificentiſſimo; cujus in margine extabat ſequens epigraphe, cancrinò artificio elaborata. *Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν.* *In Philipp.* *In Alexandr.* Earum ſitus & ſtructura. Locorum ac Sedium diſtinctio. Fontes & aqua.

ORNAMENTA porro Eccleſiarum, erant jam olim *Imagines*. Ejuſmodi fuit ſtatua illa Syrophæniſſæ, ad pedes CHRISTI à profluvio ſanguinis ſanatæ. Imago vultûs Chriſti impreſſa Sudario, quo Berenice, alias Veronica, faciem ejus abſterſit. Totius eius corporis impreſſa Sindoni, quâ corpus Chriſti involutum fuit: aſſervaturque Taurini, & Veſuntione. Tabella CHRISTI Domini & Beatæ illius Matris, abs S. Luca depictæ. Alia quam ipſemet CHRISTVS impreſſiſſe linteo faciei admoto, & ad Abagarum Edeſſenorum Regem miſiſſe, vetus fama eſt. De ea Feſtum extat inter Græcos, mentióque habetur in ſecunda Synodo Nicæna. Demum relata à Tertulliano Chriſti ipſiſſimi, Paſtoris effigie ovem ſuper humeros geſtantis, ſacris Calicibus inſculpta. *Crux* paſſim aut effigiata, aut depicta. *Reliquiæ* præſertim Martyrum, revelatæ, inventæ, tranſlatæ, velatæ probatæ: dividi & diſtribui ſolitæ, ob continua per eas miracula; demum cultæ, omni veneratione. Eas etiam geſtabant Fideles, ſicut & Evangelij codicem, *ſignanter* initium Evangelij κατὰ Ἰωάννην, *In principio*, ſacra velut amuleta. Fuit quoque ſacra *Supellex*, & quidem pretioſiſſima; lucernæ, cerei accenſi, vaſa aurea, argenteaque: veſtes Clericæ & Pontificales, quarum vſus extra Eccleſiam interdictus. Ornamenta & ſuppellex Sacra. Imagines. *Evagr. 4. Hiſtor. c. 26.* Crux. Reliquiæ. Supellex vaſa & veſtes.

ECCLESIA. *Pſal. Hymn. & Cantic. Spirit in gratia cantantes, &c. Coloſſ. 3.* Piæ Ceremoniæ. Cœmeteria. Agapæ. *1. Cor. 11.*

In Eccleſijs *celebrabantur* Preces, Vigiliæ nocturnæ, Cantus, adhibitis etiam muſicis inſtrumentis: Eulogiæ, ſeu oblationes ex pane fermentato & benedicto, quod aliquando ſacramentum appellabant: ſacra itidem Synaxis, lectio Scripturarum, Conciones, Feſta, Proceſſiones. Hinc inde jacebant à Gentilium diſtincta Fidelium *Cœmeteria*, Areæ, Catacumbæ, Cryptę, ſuperſtructis aris, vbicumque Martyr aliquis erat tumulatus. Suetas illic Cœnas, convivia, ἀγαπὰς, propter abuſus, poſterior ætas abolevit: temperavitque Euchariſticas, connubiales, funerales, & in Eccleſiarum dedicationibus ſolemnes.

Chriſtianorum Sanctitas. Eccleſiaſtici. *2. Cor. 6.* *Actor. 2 & 4.* Nulla Beneficia.

SI ea locorum ſanctitas fuit, quanta quæſo *Perſonarum*? Erant certè in DEO dicatis & charis Sacerdotibus ac Clericis, omnia ad egregiam vitæ ſanctimoniam, nec-non ad ſacri Miniſterij majeſtatem ac venerationem inſtituta. Hierarchia inter illos & πολιτεία, Cœleſtis atque Angelicæ æmula. Ordines, per gradus diſcreti. Pontificum dignitas tanta, vt Regiæ præcelleret. Autoritas tanta, vt ſoli Epiſcopi Iudicium exercerent in Fideles. Soli cenſuris & anathematis in improbos animadverterent. Soli, cum Martyribus, Indulgentias & libellos lapſis ac pœnitentibus concederent. Vtque in Eccleſiæ illo antiquo rigore, effuſis ſingulorum facultatibus ad Apoſtolorum pedes, omnia erant communia; non alia tunc *Clericis* annona, quam Fidelium oblationes, ex primitijs præſertim decimiſque.

Laici. *Rom. 1.* *1. Cor. 6.* *Vide Tertull. & Atenagor. Apolog. Minutij Dialog.*

QVOD porro *Laicos* attinet, Chriſtiani tunc omnes & vocabantur, & erant revera *ſancti*. Caſtitas in illis apud Ethnicos hactenus inaudita, Nuptiæ incontaminatæ, Mulier nulla ſine velo: Viduæ pietati addictæ, Virginum greges illibati, Monachi in Aſceterijs ſanctiſſimi, Pœnitentes ad ſtuporem: abſtinentiæ, jejunia, hoſpitalitas, eleemoſinæ, modeſtia ad miraculum; verbo dicam, mores vndequaque integerrimi. His nimirum characteribus & indicijs dignoſcebantur Chriſtiani. His virtutum exemplis provocabant Gentiles paſſim ad Fidem.

Martyrologia. Diverſæ Epiſtolæ.

Atque vt vigeret ſemper ea morum diſciplina & ſanctitudo, vigilabant in officio & ſpecula Epiſcopi: legebantur Acta Martyrum, vnde & noſtra jam *Martyrologia*. Mittebant ſibi invicem Eccleſiæ *Epiſtolas* ſeu Litteras, non vnius generis. Encyclicæ, ad omnes vbiquè terrarum ibant: Synodicæ ad diverſos. Formatæ, velut teſſeræ, erant certâ quâdam formâ exaratæ; quâ Chriſtiani, nominatim peregrini, dignoſcebantur. Eædem ſunt quæ alio nomine Communicatoriæ, Canonicæ, Eccleſiaſticæ, Pacificæ. Commendatitiæ non dabantur niſi Clericis; vel in fide Inſignioribus & de Eccleſia optimè meritis. Tractatoriæ, Diplomata erant Convocatoria. Aliquando etiam alicujus damnationem, alijs Epiſcopis & Eccleſijs intimabant. Privatæ ſcribebantur à Catholicis ad Hæreticos, Schiſmaticos, aut etiam Paganos, nullo ſcilicet ſigno appoſito ſalutis, oſculi, pacis, benedictionis, aut ſimili. Dimiſſoriæ ſignificabant factam à Præſule Clerico poteſtatem, proficiſcendi ſuam extra Diœceſim. Commonitoriæ, ſeu Memoriales, Legatos de agendis ſigillatim inſtruebant. Decretales propriæ ſunt Romanorum Pontificum, Paſtorales Epiſcoporum. Confeſſorias ſcribebant Martyres ex carcere in Lapſorum favorem, ſicut litteræ Captivorum erant pro illis redimendis.

Deus Sanctus Sanctorum. *Pſ. 67.*

IAM deinde eadem Eccleſia, potiori adhuc elogio, ſancta nuncupatur, quoniam Sanctos omnes complectitur, plures memorat, inſigniores colit. DEVS quippe ter Sanctus, mirabilem ſe præbet in Sanctis ſuis; Cœleſtibus ſcilicet & Terrenis, Angelis & Hominibus. Et *Angelis* quidem ſanctos appellari, proprium eſt. Illos aio qui gratiæ, in qua conditi fuere, adhærentes, mox æternùm DEO perfruuntur. Feſtiviori ſanè cultu celebrantur

Angeli Sancti.

SANCTI ANGELI { *Michaël, Gabriel:*
Raphael, Angelus Cuſtos.

Angelis nomen ab officio, & collatis in Genus-Humanum beneficijs. Michaël, quis vt DEVS? celeſtis militiæ contra rebellantes Dæmonum turmas, Princeps; Tutor Synagogæ Iſraëliticæ, Eccleſiæ Protector, Francici Imperij Defenſor: animarum dum corporeis vinculis exolvuntur, Curator. Commune Sancto Michaëli, cunctiſque ſimul Angelis feſtum Septembris vigeſimo-nono addixit Bonifacius P. M. Præcipuum & peculiare octavo Maij Gelaſius primus, ex apparitione & juſſu ipſiuſmet Michaëlis Archangeli in Gargano monte, cujus radices incolunt in Apulia Sipontini. Eſt & in Armoricorum, Normanorumque confinio locus illi ſacer, in ipſo maritimi æſtus meditullio; ſtructurâ ſtupendâ, ſacrario prædivite, arce inexpugnabili, & concurſu ex tota Gallia Peregrinorum celebris. *Gabriel* DEI virtus, Cœli nuncius: Incarnationis ſponſor; Mariæ χειτοθίκα Proxeneta, Ioannis Baptiſtæ nomenclator, Ioſephi monitor; ſuâ quoque feſtivitate colitur pleriſque in Eccleſijs, Martij die decimo octavo. *Raphaël*, Medicina DEI, Iunioris Tobiæ Dux, Comes, Præceptor, Medicus, Paranymphus; Angeli cuique Hominum Cuſtodis typus eſt. Et hujus quidem *Tutelaris* feſtum ex cujuſque ritu, vel affectu, inſignique Sodalitio concelebratur.

SANCTA. Feſtum S. Michaëlis inſtitutum. Apparitio. Ab Audeberto Abrincenſi Epiſcopo, *an.* 709. S. Gabriel. S. Raphaël. Angelus Cuſtos.

VARII SANCTORVM ORDINES.

TITVLVS XXXIV. *Sanctorum Hominum Hierarchia.*

SANCTI ſeu Divi in Hominibus vocari ſolent ij, quos virtutis heroïcæ rara aliqua facinora ſupra communem Proborum ſortem attollunt. Tales extitere in Veteri, inque Nova

LEGE { *Patriarchæ, Prophetæ, Chriſti familia:*
Apoſtoli, Martyres, Confeſſores,
Monachi, Virgines, Viduæ.

PATRIARCHÆ ante Legem illuſtriores, Adamus; qui primigeniam culpam, impoſitâ ſibi abs offenſo DEO pœnitentiâ diluit. Abelus ſimul virgo, ſacerdos & martyr; trucidatus à fratre Caïno, quòd ſummi ac ſupremi Numinis veritatem & providentiam tueretur. Enos Sethi filius, qui *cœpit invocare nomen Domini.* Henochus Iaredi filius, DEO acceptus; ab eo tranſlatus in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. Noëmus inventus perfectus & juſtus, Generis humani per octo animas in arca incluſas, & teſtamentorum Seculi ſervator. Sem Noëmi filius, idem fortè qui & Melchiſedech. Abrahamus Pater Fidelium, cui nemo ſimilis. Iſacus Patris gladio victima ſpontanea, ſed tandem incruenta. Iacob etiam contra DEVM fortis, omnium gentium benedictione cumulatus. Ioſephus pomis cœli, fructibuſque Solis ac Lunæ dives. Iob ſpeculum patientiæ, per dira omnia exercitæ. Sub *lege Iſraelitica*, Moyſes dilectus DEO & hominibus, divinuſque Iudæis Legiſlator. Aron frater illius, ſummo ſacerdotio evectus. Ioſüe dux præliorum Domini, magnus ſecundùm nomen ſuum. Samuël probatus Propheta, captus à DEO Pontifex, Regum primus inaugurator. David Vrſi, Leonis, Gigantis mactator: Rex Saüli ſubrogatus, purgatus à CHRISTO per pœnitentiam, Regiuſque ac divinus Vates.

PATRIARCHÆ, IN LEGE NATVRÆ. Enos, *an.* 236. *Geneſ.* 4. Henochi tranſlatio, *an* 987. Noëmus, *an.* 1057. Melchiſedech, *an.* 1557. Abrahamus, *an.* 2039. SVB LEGE SCRIPTA. Moſes, *an.* 2544. David, *an* 2969.

IN PROPHETIS, Elias totus ignis, vir DEI: Carmelitici jugi accola igneo curru raptus, & ſecundi Adventûs præcurſor reſervatus. Ejus Diſcipulus Elizæus, gemino patris ſpiritu pollens; qui in vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt. Ieremias ab vtero matris conſecratus, Iſaias ſerrâ diſſectus: Ezechiel conſpectu gloriæ felix, Daniel vir deſideriorum. Tobias virtutum omnium idea. Onias Sacerdos magnus, Machabæi bello inclyti. Atque ex illis ſeptem fratres, pro lege & paternis traditionibus ab Antiocho excruciati. Illi nempe omnes *Viri glorioſi, homines magni, virtute divites, ſuam apotheoſim* ab ipomet DEO meruerunt.

PROPHETÆ. Elias, &c. *Eccli.* 44.

AC licet in hoc illorum albo *Mulier* nulla annumerari videatur, non defuere

tamen ante CHRISTVM, quas omnium tituli virtutum eximiè commendant.

ECCLESIA Sanctæ Veteris Teſtamenti.

Eva ſicut viro criminis procuratrix, ſic pœnitentiæ comes individua. Sara ex ſterili divinitùs fœcunda, Rebecca modeſtiæ exemplar, Rachel contemplationis typus, Iudith capite Holophernis triumphans: Eſther plus jejunijs & precibus apud DEVM, quàm apud Aſſuerum ſpecie & venuſtate, Gentis ſuæ reparatrix. Suſanna calumniâ, & caſtitate famoſa. Machabæorum mater liberorum exhortatrix, & ipſa tandem filiorum martyrio adaucta.

Iuditha, an. 1560. Suſanna, an. 3168. Eſther, an 36 . Familia CHRISTI IESV. Ioannes Bapt.

CHRISTI IESV familiam Sanctiſſimam conflant Ioachimus & Anna, Ioſephus & Maria, Zacharias & Elizabeta; cum Ioanne, eodem Meſſiæ Prodromo & Tinctore. Quibus accenſere non omninò abs re fuerit Simeonem & Annam, vtrumque Υπαπαντῆς beatos teſtes.

Daniel. 9.

Poſt CHRISTVM, qui Sanctus Sanctorum voctus eſt, quantus DEVS bone, Sanctorum numerus? Ante omnes APOSTOLI duodecim, quorum Vitas & Geſta ſuppoſititia & conficta ab ementito Abdia Babylonico, emendavit *Ioachimus Perionius* Benedictinus Cormeriacenus. Princeps Sacri Collegij Petrus, ſicut Paulus Gentium Apoſtolus; Romam ambo, proprio ſanguine, dedicarunt. Alij omnes, vno Ioanne excepto, morte atroci CHRISTO litaverunt.

Apoſtoli.

Petrus & Paulus Romæ paſſi.

Martyres.

MARTYRES, ex ipſo nominis etymo, CHRISTI fidem effuſo cruore conteſtati ſunt; quod ſanè argumentum tum doctrinæ, tum miraculis longè antecellit. Antè verò omnia juvat obſervare cum Baronio, *diſcrimen* ex veteri vſu Eccleſiæ notatu dignum. Confeſſores quidem appellabant majores noſtri, qui quoquo modo pro Fide vexabantur. Martyres, qui eamet de cauſa quæſiti mortem appetebant per tormenta, vel in exilio. Profeſſores denique, qui ipſi ſe Martyrio animosè offerebant. Expuncti tamen, qui id faciebant temerè: aut qui, dum frangebant Idola, necabantur. Sacræ Cohortis anteſignanus, fauſto nomine occurrit *Stephanus*. Is videlicet ex ipſo nomine laureâ redimitus coronâ, jam à primi poſt CHRISTVM Seculi exordio, divina inter θεάματα, lapidibus obruitur à Iudæis. Martyrij cippus lapidum, Sauli adhuc adoleſcentis, ſed & propemodum carnificis, cunarum inſtar fuit. Ab eo, per quattuor ſæcula deſævierunt *Perſecutiones duodecim*; ſub Nerone, Domitiano, Trajano, Aurelio, Severo, Maximino, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletiano, Conſtantio, Iuliano. Per eas igitur tempeſtates Petrus patibulo, Paulus gladio vno ſimul die, Romanam Eccleſiam-Apoſtolicam Romæ conſecrant. Exin paſſi ſunt præter Apoſtolos, Apoſtolorum Diſcipuli propemodum vniverſi. Vtiquè inſigniores memorantur S. Flavius Clemens Coſ. conſobrinus, & Flavia Domitilla vxor aut neptis Domitiani Imperatoris; cum duobus Eunuchis, Neræo & Achillæo. S. Ioannes revocatus ab exilio ex inſula Pathmo, vbi & Apocalypſim adumbravit; ætatis nonageſimo ſecundo, conſcripto adverſus Cerinthum, Ebionitas, & alios diviniſſimo Evangelio, devixit anno ætatis nonageſimo ſecundo. Inventum non ita multò poſt in illius tumulo manna, ſunt qui referant.

Nomina diverſa.

Proto-Martyr S. Stephanus, an. 34.

Perſecutiones duodecim.

Mors SS. Petri & Pauli, an. 67.

S. Ioannes Evang. an. 101.

Celebriores ſubinde, Romæ Laurentius. Clemens Ancyranus totos viginti octo annos per tormenta redivivus, cum Agathangelo ſocio. Coſmas & Damianus, divini Æſculapij. Sebaſtianus in Aula, Georgius in Capadocia, Mauritius cum Legione Thebana in Agauno. Chriſtophorus è Cananæa oriundus, lyciæ Apoſtolus; cujus opinor nomen anſam pictoribus dedit, vt eum CHRISTI bajulum repræſentarent. Vincentius Valentiæ, in Hiſpania. Geneſius quam in theatro repræſentabat, vt Chriſtianis illuderet, de Baptiſmo comœdiam; ſubitò movente DEO, ſanguinis profuſione felicem tragœdiam effecit. Criſpinus & Criſpinianus, Apoſtoli Picardiæ, Sutorum nobiliſſimi. Alterum par fratrum Donatianus & Rogatianus, Nannetis in Armorica. Cypriani & Iuſtinæ exempla evincunt fidem Evangelij, cunctis Dæmonum præſtigijs & machinis potentiorem. Inter hæc catervatim quoque tria millia Chriſtianorum in exilium pulſa, innumera quæſitiſſimis tormentis mactata; donec litteris Plinij Iunioris Proconſulis Trajanus Imperator, aliàs Clemens, in Chriſtianos inhumanus eſſe deſijt. *Cineres* Virginum quinque Martyrum, æri ex quo conflatum Trajani balneum admixti, intrantes caligine & vertigine correptos necabant.

S Laurentius, an. 261.

S. Sebaſtianus, an. 286.

S. Mauritius, & Socij, an. 297.

S. Geneſius Comœdus, an 303.

Cineres Virginum balneo admixti.

necabant. In Golgotha Iovis, in Bethleem Veneris, & Adonidis in Calvario Templa juſſu Adriani Imperatoris conſtructa, Statuæ erectæ; vt periret divinorum Myſteriorum memoria, ac veneratio.

SANCTA. Loca ſacra prophanata.

Perſecutionem octavam movit *Valerianus*, Magorum Ægyptiorum impulſu. Exardeſcente perſecutione nona ſub Aureliano, Eutychianus Papa XXVIII. rexit annos novem, iſque Martyres trecentos humaſſe ſuis ipſe manibus memoratur. Chriſtianorum viginti millia, ſub noctem Natalis Domini, in Eccleſia Nicomedienſi conflagrant. In Phrygiâ vrbs tota Chriſtiana, igne itidem abſumpta.

Perſecutio Valeriana. Aureliana.

Perſecutione *decima* ingraveſcente, infinita vbique Chriſtianorum ſtrages adigit Marcellum Pontific. Max. ad thus Idolis offerendum. Mox Concilio Sueſſano crimen deprecatus, fuſo poſtea ſanguine eluit. Librum ſub Actorum Pilati nomine, contra Chriſtianos Maximinus vulgari iubet. Pontifices deniquè Romani, quod ſupra jam adverti, ad vſque S. Sylveſtrum, vniverſi ſummæ autoritatis faſtigium non alio quàm necis pretio coëmerunt. Conſequentibus deinde ſeculis laureatâ Martyrij coronâ palmares fuere Edmundus Rex, & Thomas Pontifex in Anglia, Staniſlaus in Polonia. Plures à Vandalis, Saracenis, Lutheranis, Calviniſtis, Anglis; & quotidiè in vtroque Orbe, à Barbaris mactati innumeri.

Secul. Chr. IV. Perſecutio decima.

S. Thomas Cantuarcenſis, an. 1170.
S. Staniſlaus, an. 1709.

INTER CONFESSORES quis neſcit Nicolai Smyrnenſis eleemoſinas, Exuperij Toloſani ſollicitudinem, Martini Turonenſis miracula: Alexij Romani, qui *mundum nova arte deluſit*, latebras domeſticas, & abjectiones ad ſtuporem: Germani Antiſſiodorenſis zelum, Remigij Remenſis pietatem; Ioannis Eleemoſinarij in pauperes miſericordiam, Ivonis Armorici patrocinia; Rochi Maſſilienſis contra peſtem auxilia, Caroli Boromæi vitam per omnia Sanctiſſimam?

Confeſſores.
S. Nicolaus, an. 325.
S. Martinus, an. 566.
S. Alexius, an. 405.
Ioannes Eleemoſinarius, an 122.
S. Carolus Borom. an. 1584.

MONACHOS, itidemque Moniales ſanctitate illuſtriores, reddet proprius ſubinde laterculus.

Monachi.

IN VIRGINUM choro quàm, te precor, candida lilia; Martha Chriſti Hoſpitio clara, Petronilla D. Petri filia, ſaltem ſpiritalis. Praxedis, Babyla, Euſtochium Paulæ filia, Demetrias Romana: Genoveſa Lutetiæ patrona, Liduvina patientiæ inter morbos excruciatæ mirabilis? Vt alias omittam ſubinde vindicandas.

Virgines.
S. Genoveſa, an. 429.

Roſas proprio cruore purpuratas liliis intexuerunt *Tecla* Pauli ſpiritalis primo-genita, & in devoto ſexu Proto-Martyr. Cæcilia, organis & Angeli familiari conſortio celebris. Barbara, cui Pater carnifex fuit. Apollonia jam ſenex, & maxillis contuſa, in rogum proſiliens. Margareta, aliis Marina; Draconis, & Tyranni domitrix. Agatha mammillis exciſis, Siciliæ Patrona. Lucilla per baptiſmum illuminata, Columba Senonenſis, Suſanna neptis Domitiani. Theophila Nicomedienſis, itidemque Lucia Syracuſana caſtitate immobiles. Eulalia Luſitana, Agnes vel in ipſo proſtibulo illibata. Emerentiana ad Agnetis ſepulchrum lapidibus obruta, Dorothea per aſperos hyemis rigores vernantibus roſis è cælo donata per Angelum, Iulita, cum filiolo trimulo mactata. Catharina Alexandrina, ſapientiâ & conſtantiâ triumphans. Martina Romana, Vrſula numeroſa phalange victrix. Repertæ etiam plures Chriſtianæ Lucretiæ, quæ nonniſi ex ſpeciali Numinis inſtinctu, illatâ ſibi violentâ morte, caſtitatis jacturam & periculum Fidei præverterunt.

Agatha, an. 254.
Lucia, an. 303.
Agnes, an 303.
Emerentiana.
Dorothea, an. 304.
S. Catharina, an. 307.
S. Vrſula, an. 383.
Sophronia, Pelagia, &c.

NEC VIDUITATI defuerunt Sophia, cum tribus filiabus; Fide, Spe, Charitate: Natalitia, Symphoroſa, Felicitas cum ſeptem filiis: Helena Conſtantini mater, Monica Auguſtini: Paula Hieronymi Diſcipula, Proba & Iuliana ad quas ſcribit Chryſoſtomus; Marcella, Bleſilla, Clotildis, Galla, Radegundis, Batildis, Elizabetæ tres, Franciſca Romana, Brigitta Sueva.

Viduæ.
Sophia & tres filiæ, an. 128.
Helena, an 326.
S. Clotildis, an. 514.
S. Brigitta, &c. an. 1360.

Quid? quod in ipſo *thoro* genitali, renovato rubi ardentis necnon fornacis babylonicæ miraculo, illibatæ; Baſiliſſa conjuge Iuliano, Cunegundis Imperatrix cum Henrico, Cunegunda cum Boleſlao Duce Poloniæ, Salomæa cum Colomano: cum Elzearo, Delphina Comes Arriani in Provincia. In ipſo-met vſu *Matrimonij* Serena vxor Diocletiani, Melania cum conjuge Piniano, Pimemola cum S. Lupo, Roxana deinde Humilitas dicta.

Vxoratæ.
S. Delphina, an. 1315.

ECCLESIA

Quanta verò POENITENTIA, quàmque crudeli & diuturnâ ante-actæ vitæ ſordes eluerunt Magdalena CHRISTI dilectrix, Maria Ægyptiaca, Pelagia Antiochena? *Turba* denique ne ſim infinitus, Sanctorum quam dinumerare cum poſſit nemo, indigitant Græcorum Menologia: Latinorum Martyrologia Adonis, Bedæ, Vſuardi, Petri de Natalibus, Molani, Baronij, Sauſſæi, & aliorum.

Pœnitentes. S. Maria Ægyptiaca, *an.* 515.

Apoc. 7.

TITVLVS XXXV. *Viri in Eccleſia Eruditi.*

SELECTA ECCLESIÆ Doctrinâ conſpicuæ.

OMMVNIONIS Sanctorum pars altera *Doctrina* eſt ſana, pura, integra.

Illam tradunt
- Scriptores Canonici, in lege { Veteri, & Nova.
- Patres Eccleſiæ { Vexatæ ſub Perſecutionibus; Florentis contra Hæreſes.
- Theologi { Scholaſtici, & Myſtici.
- Canoniſtæ, & Caſuitæ:
- Interpretes, & Concionatores.

CANONEM ſanè vtriuſque Inſtrumenti, replent afflati DEO benè multi. *Veteris* enim Scriptores Moſes ipſas etiam Mundi cunas revolvens, Hiſtoria multiplex: Pſalmi Davidis, ſeu Hymni ſacri centum quinquaginta, Salomonis ſapientiales libri quinque. Prophetæ ſeptem ſupra decem, Geſta Machabæorum bellica, duobus comprehenſa voluminibus. In *Novo* Codice quattuor Evangelia, Acta Apoſtolica, Epiſtolæ Canonicæ vna & viginti, cum Apocalypſi.

Vetus Teſtamentum.

Novum.

PATRES agnoſcit Eccleſia Viros Apoſtolicos, Apoſtolorum Diſcipulos, nec-non ſerie conſequenti Eruditores Fidei Chriſtianæ-Catholicæ. Illos intelligo, qui debacchante Tyrannorum & Hæreſeon perſecutione, Religionis Evangelicæ dogmata vel defenderunt, vel probaverunt.

PATRES.

SECVL. CHRISTI, I. Philo, *an.* 45. *Libr. de vita Contemplat.* Clemens Romanus, *an.* 92.

NVLLI profectò ſeculorum defuere ejuſmodi decora. Ipſo namque Apoſtolorum ævo floruit Philo Hebræorum Theophraſtus, allegoriarum redundantiâ Origenis præcentor: Chriſtianorum, ſub Eſſenorum vel Ieſſeorum nomine, Encomiaſtes. Hauſerit-ne fidem ex conſuetudine quam Romæ Legatus ad Caium, habuit cum Petro, dubitatur. Clemens I. Pontif. Max. cujus Conſtitutiones Apoſtolicas, itidemque Recognitiones expurgat ac vindicat magnâ vir eruditione Turrianus. *Dionyſius* Areopagites eclipſeos in CHRISTI Paſſione fœtus, Plato Chriſtianorum: Celeſtis ſimul & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ delineator, Myſticæ Theologiæ coriphæus. Ejus Apoſtolatus in Gallijs, mors ad Lutetiam in Monte olim Martis, nunc Martyrum, & Lucubrationes ſtylo ſublimiſſimo; aſſeruntur à Maximo Monacho, Michaële Syncello, Methodio, Georgio Pachimere, Andrea Cretenſi: Theodoro apud Photium, Metaphraſte: Anaſtaſio Bibliotechario, Hilduino, Hincmaro, Stephano Papa: ex recentioribus, Delrio, Cordiero, Spondano; & qui cuncta Dionyſiana Gallico idiomate conveſtivit, Ioanne à Franciſco,

Dionyſius Areopagita, paſſus ſub Feſcennio, anno *ætatis* 110. *Patres, & Doctores.*

Fulienſium Generali. Nam contraria Gregorij Turonenſis opinio excuſanda, vt alibi paſſim, ex Autoris facili indiligentia. Euſebij verò ſilentium, Arianarum partium ſtudio tribuendum. Hieronymi Catalogus, non reſumit niſi ſeriem Euſebij. Dionyſium deniquè decem ſupra centum vitæ annos attigiſſe, res nova minimè eſt. Ignatius, Martialis, Polycarpus ſcriptas Eccleſijs Epiſtolas ſuo ſanguine obſignarunt. Hermas, ſeu Hermes, à quo creditus LIBER Paſtoris in Eccleſia Græca celeberrimus: in Latina tantùm nominatus, & valdè inſincerus. Autorem Pij Pontific. Max. fratrem credunt antiqui, mentionem illius haberi in Epiſtola ad Romanos: agnominatum Paſtorem, à ſuo opere, ad quod illum ſollicitavit Angelus habitu Paſtoris; & vixiſſe vltrà centùm & triginta annos.

SAINCTA. Ignatius, Martialis, & Polycarpus. Hermas. *Cap. 16.*

PAPIAS Epiſcopus Hieropolitanus, Ioannis Senioris, non autem Apoſtoli, diſcipulus: quæ ſcripſit, ex ore excepit Apoſtolorum; niſi quod ex textu Apocalypſeos perperam intellecto, Chiliaſtarum ἡγεμόνου viſus eſt præire. Ab eo errorem hauſerunt plerique illius ævi, ſed nondum ab Eccleſia damnatum. Quadratus & Ariſtides, primi ſcripto Chriſtianam Religionem defendunt. Agrippa, primus in Hæreticos ſtylum ſtringit. *Iuſtinus*; è Samaria Philoſophus eruditiſſimus; ſcriptâ imprimis Apologiâ ad Imperatores Romanos, & ad Gentes Parænesi, Martyrij lauream promeruit. Hegeſippus, ex Iudæo, primus à CHRISTO Hiſtoriam quinque libris exorſus; alius ab illo eſt, qui excidium Hieroſolymitanum deſcripſit ſub Conſtantino. Dionyſius Corinthius, tanta vir autoritate; vt Epiſtolas ſcripſerit ad pleraſque Eccleſias Romanam præſertim: eaſque corruperint Hæretici, vt ſuis erroribus patrocinarentur. Munere Apologetico defuncti ſunt Melito, Apollinaris, & Tatianus. Verùm poſtremi duo benè cum cœpiſſent, malè finierunt. Apollinaris quippe Hierapolitanus Præſul, ſeceſſit ab Eccleſia. Tatianus, natione Syrus, S. Iuſtini Auditor, Romæ diu magni nominis Explanator, Encracitarum parens evaſit. *Atenagoras*, Athenienſis, & ipſe antea Philoſophus, Supplicem Libellum exhibuit, vt habet in Epigraphe; *Imperatoribus M. Aurelio Antonino & Aurelio Commodo, Armeniacis; Sarmaticis: &, quod maximum eſt, Philoſophis.* *S. Irenæus* Græcus, Lugdunenſis Eccleſiæ fundator: multa edidit, præcipuè contra Hæreſes. Adhuc Presbyter delegatur ad Eleutherium Papam, Pontifex Victorem in controverſia de Paſchate, incuſat ſeveritatis nimiæ. Martyrio, penè cum totâ plebe, afficitur ſub Severo. Pantænus, è Stoica Secta Concionator revera Apoſtolicus. *Clemens Alexandrinus* verè πολυμαθὴς, veteris Pantæni diſcipulus: Magiſter Origenis, Alexandriæ Eccleſiaſtes. Apollonius, Senator; latinam pro Chriſtianis Apologiam cùm in Senatu Romæ recitaſſet, truncatur imperante Commodo.

SAECVL. CHRISTI II. Papias, *an.* 118. Quadratus, Ariſtides. Agrippa. Iuſtinus, *an.* 150. Hegeſippus, *an.* 167. Dionyſius Corinthius, *an.* 175. Apollinaris, Tatianus, *an.* 172. & 174. Athenagoras, *an.* 179. S. Irenæus, *an.* 179. Pantænus, *an.* 183. Clemens Alexandrinus, *an.* 196. Apollonius, *an.* 189.

MINVTIVS FELIX, Dialogo vndequaquè gemmeo quem *Octavium* inſcribit, Romæ Patronus Chriſtianorum diſertiſſimus. *Tertullianus* eruditione omnigena, rarâ eloquentiâ, ſtylo acri & maſculo, ſibi ſoli comparandus; invidiâ in Romanenſem, vt loquitur, Eccleſiam transfugit ad Montanum, ideoque à Zepherino Papa excommunicatur. Ad matris tamen Catholicæ gremium, ante mortem reverſus creditur à nonnullis. Ammonius, Origenis & Plotini in Philoſophiâ Alexandriæ Præceptor; cujus eſt Conſonantia Moiſis & IESV, primum ex Evangelijs Monoteſſaron: &, qui Euſebio prҿluſerunt, Canones Evangelici. Hinc falsò à Chriſtianis ad Ethnicos transfugam, calumniatur Lucianus: nec credat meliori fide ex Suida Volaterranus, aſinum ſuæ auditorem doctrinæ habuiſſe.

Origenes ſicut Patrum, ſic & errorum ferè omnium pater. Sunt nihilominùs qui cum Stapletono tam doctrinâ illibatum, quàm vitâ innocentem tueantur, corrupta ab Hæreticis tanti Viri ſcripta aſſeverantes. Iulius Africanus quinque ſcripſit de Temporibus, ſeu Generalis Hiſtoriæ volumina; ab

SAECVL. CHRISTI III. Minutius Felix, *an.* 290. Tertullianus, *an.* 230. Ammonius Alexandrinus, *an.* 234. Origenes, *an.* 226. *Vide ſupra Titul. XIV.*

Eccleſia Origene redarguitur, quod *Suzannæ* hiſtoriam Mythologijs annumeret. Hip-
Iulius Africa-nus. polytus ex Arabiæ Metropolitano, Epiſcopus Portuenſis & Martyr, Cle-
Hyppolytus, an. 229. mentis Alexandrini diſcipulus, Chronologicæ Scientiæ peritiſſimus; reliquit
multa de conſummatione Mundi, de Anti-Christo, de ſecundo Adven-
Cyprianus, an. 250. tu. *Cypriani* Carthaginenſis, olim Rhetoris, eloquentia proprijs radijs ſole
Gregorius Taumaturgus. clariùs elucet. Conſule de eo, Eccleſiam Africanam. Gregorius Neocæſarienſis,
Pierius Iunior Origenes. cognomento Taumaturgus, antea Theodorus, cum fratre Athenodoro, ad
Philoſoſophiam Chriſtianam ab Origene traductus. Regulam fidei de San-
ctiſſima Trinitate à Deipara accepit per S. Ioannem Evangeliſtam, calum-
niam paſſus eſt de hæreſi Sabelliana. Pierius Sacerdos Alexandrinus, propter
Dionyſius Alexandrinus. eruditionis vbertatem, *Origenes* Iunior cognominatur. Dionyſius Alexandri-
nus, non vnus. Famoſior doctrinæ cujuſvis promus-condus, Origenis diſci-
pulus, mox antagoniſta; ſcripſit pro iterando baptiſmo Hæreticorum; ſed
reſipiſcens multam operam Eccleſiæ navat. Zeno Veronenſis Epiſcopus con-
Zeno Veronenſis ciones exaravit, à Guarino recens evulgatas. Apollinares duo, parens ejuſque
Apollinares duo filius, ambo omnium in Syria Diſciplinarum Profeſſores celeberrimi. Sed tan-
Methodius. dem, quæ humani ingenij imbecillitas eſt aut veſania; ambo in hæreſim
Arnobius. prolapſi. Methodius, alias Ebulius, ſcriptis & Martyrio celebris. Arnobius
fidem, quam contra Gentes priùs defenderat, amplectitur; vel certè jam
Lactantius, an. 302. ſuſceptam tuetur. Africani hujus (alter enim Iunior Commentaria in Pſalmos
poſtea edidit) diſcipulus L. Cœlius Firmianus *Lactantius*: Cicero Chriſtia-
nus, Rhetor elimatus; qui licet Criſpi Cæſaris in ſenectute eruditor, ſumma
in egeſtate moritur. Habet nonnulla, ad *Fides* amuſſim non ſatis exacta; haud
aliter quàm per ea tempora Patrum plerique; vel quia dogmata Fidei non-
dum adhuc plenè erant ſancita, vel quia præceptas in ſæculi eruditione
opiniones nondum penitùs exuerant. Lactantij verò, ſicut & Tertulliani car-
mina, fœtus eſſe ſuppoſititios nemo ambigit.

Secul. Christi. Eusebius Cæſareæ in Paleſtina Epiſcopus, cognomento Pamphilus ob
Euſebij plures. amicitiam cum Pamphilo Martyre; Harmoniam Evangelicam concinna-
Pamphilus, an. 325. vit, Præparationem & Demonſtrationem Evangelicam inchoavit, Hiſtoriam
Eccleſiaſticam continuavit: magnus Origenis Encomiaſtes, ſcriptâ pro eo
Apologiâ, nec minor Arianus. In perſecutione Diocletiani apoſtata, in Hiſto-
ria Conſtantini non ſatis ſincerus, in Nicæna Synodo ἀλλότειος: Sanctus à
nonnullis, perperam appellatus. Eſt & Emeſenus, Arianorum quoque ſignifer,
à ſua Eccleſia ob Aſtrologiæ ſtudium expulſus; Conſtantio Imperatori comes
aſſiduus; cui falſo tribuuntur homiliæ illæ latinæ elegantiſſimæ. Euſebius Nico-
Vercellenſis. medienſis, à quo Euſebiani Arianorum ſoboles. Eſt & Vercellenſis, à quo
Commentaria Euſebij Cæſarienſis Latinitate donata; ſummam quâ tam in
oriente quàm in occidente pollebat autoritatem, martyrio & miraculis cu-
Iuvencus. mulavit. Fuerunt & alij ſubinde doctrinâ, & eloquentiâ clari. Iuvencus Hiſ-
Macharius. panus, quattuor Evangelia verſibus illigavit. Macharius Ægyptius, S. Anto-
nij diſcipulus, Præceptor Evagrij, maturâ ante ætatem virtute dictus παιδα-
ριογέρων; plures edidit Homilias, eaſque pervtiles, ſi legantur cum cautelâ.
Athanaſius Alexandrinus, an. 372. Fuerunt & alij nominis ejuſdem. *Athanaſius* Alexandrinus doctrinâ, conſtan-
tiâ, & apud Treviros exilio toto orbe notus. Scriptis verò tantum pretium,
vt ſi deeſſet charta, veſti inſcribenda moneat Abbas ſanctiſſimus. Lucifer Ca-
ralitanus ſtylo & fortitudine ſic eluxit, vt etiam ſchiſmatis autor, in cauſa Lap-
Hilarij plures. ſorum, non niſi reverenter tractetur ab Orthodoxis. *Hilarius* Præſul Picta-
Pictavienſis, an. 369. vienſis Quintiliani, judice Hieronymo, imitator, & Gallicæ Eloquentiæ
Rhodanus. Eo etiam nomine celebrantur Epiſcopus Arelatenſis, & alij. Ma-
Victorinus Afer. rius Victorinus Afer, non obſtante Africanâ in ſtylo duritie, ſtatuam in foro
Apollinarius Trajani Romæ promeruit. Apollinarius Laodicenus, contra Porphyrium tri-
Titus Boſtrenſis. ginta voluminibus decertavit. Titus Boſtrenſis Manichæorum oppugnator,
Commentaria tamen in Matthæum & Lucam, alij Tito tribui debent.
Ephrem. Ephrem Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconus, multa Syro, quædam & Græco ſermone

compoſuit: maximè Aſcetica, & in Eccleſijs olim poſt Scripturam legi ſolita. *Optatus* Epiſcopus Milevitanus Afer, ſtrenuus Hæretico-maſtix. Gregorius *Nazianzenus*, inter Græcos fermè Tertullianus: Orationes habet præcipuè de Theologia, de Baptiſmo & Στηλιτευτικοὺς, nervoſiſſimas. Baſilius Cappadox, Epiſcopus Cæſarienſis, profundus, ſubtilis, elegans: frater illi Gregorius Nyſſenus, terſus & perſpicuus. Theophilus Alexandriæ Epiſcopus, Hieronymi amicus, Origeni adverſus. Iulius Maternus Firmicus, egregio Volumine Prophanas Religiones confutavit. Philo Carphatij Epiſcopus ab Epiphanio ordinatus, Commentaria edidit in Cantica Canticorum; quæ plurium coagulum eſſe, perſpicaciores ſuſpicantur. Cyrilli Hieroſolymitani *Catecheſes* eruditione, antiquitate, pietate refertas, non eſt cur ſuggillent Ariſtarchi. Evagrij Hiſtoria, aliæque ab eo Lucubrationes quædam, ſpongiam deſiderant. Damaſus Romanæ Sedis apici ſacram *Poëſim* intulit, alia ejus ſcripta deſiderantur. Aurelius Prudentius Clemens, Hiſpanus Palatinus, Poëſeos Chriſtianæ Virgilius. Paciani Barcilonenſis Epiſcopi Parœneſes vrgent ad pœnitentiam, & Novatianos diverberant. Didymus Alexandrinus corpore cœcus, mente illuminatiſſimus, Origenis ſectator ſtudioſiſſimus; cujus & errores Rufino, ac Melaniæ propinavit. Epiphanius, ex Monacho Conſtantiæ ſeu Salaminæ vrbis in Cypro primariæ Epiſcopus, ſcribebat adverſus *Hæreſes* omnes, aliaque vſque ad vltimam ſenectutem. Fuit & alius, cognomento Scholaſticus. Baſilium latinè imitatus eſt Ambroſius Mediolanenſis, acuminibus ſæpè exiliens & deſcriptionibus exultans. Amphilochius, Iconij Epiſcopus, inſignis Homiliaſtes; vita Baſilij ſub illius nomine, non putatur ſincera. Philaſtrij Brixienſis Epiſcopi, Hæreſeon Cathalogus prudenter evolvendus. Ejus ſucceſſor Gaudentius, varios Sermones & Tractatus invulgavit. Idacius Clarus in Hiſpania Epiſcopus, Hæreticorum malleus.

SANCTA.
Optatus, *an.* 368.
Gregorius Nazian. obiit, *an.* 389.
Vide Eccleſias Patriarchales.
Gregorius Nyſſenus.
Theophilus Alexandri.
Iulius Maternus.
Philo Carphatius.
Cyrillus Hieroſolymitanus.
Evagrij.
Damaſus.
Prudentius.
Pacianus.
Didymus.
Epiphanius, *an.* 392.
Ambroſius, obiit, *an.* 397.
Amphilochius.
Philaſtrius.
Gaudentius.
Idacius.

IOANNES CHRYSOSTOMVS natione Antiochenus, Diodori Tarſenſis Epiſcopi, ſed magis Pauli Apoſtoli Diſcipulus, inſtitutione Monachus, exin Patriarcha Conſtantinopolitanus; Chriſtianæ ſuadæ medulla, nec-non idea abſolutiſſima Concionatoris Evangelici. Baſilij Seleuciæ Archiepiſcopi habentur Protheoria, & Homiliæ ſelectæ.

SECVL. CHR. V.
Chryſoſtomus, obiit, *an.* 407.
Vide Titul. XXV.

HIERONYMVS Stridonenſis, acerrimo ingenio, raraque eruditione toto mundo nominatiſſimus: Scripturarum genuinus Interpres, Eccleſiæ vindex; Monachus, Presbyter, Damaſi Secretarius. Rufinus Presbyter Aquilejenſis, æquè laudandus; ſi de Origene altercatio, veterem cum Hieronymo amicitiam non diſſolviſſet. Diadochus, Photices Epiſcopus, centum Capitulis quidquid virtutis eſt præſcripſit. Chromatius, Aquilejenſis Epiſcopus, pijs & doctis Concionibus inclaruit. Sophronius, editionem *Bibliorum* ex latino Hieronymi græcam fecit.

Hieronymus, obiit in Bethleem, *an.* 420.
Rufinus.
Diadochus.
Chromatius.
Sophronius.

AVRELIVS AVGVSTINVS, Hipponenſis Epiſcopus, per omnia verè aureus; cujus nomen plenum elogium eſt, ſubtilis æquè & facundus. Non omnia æqualis ponderis; vnde ſuas ipſe in doctrina Retractiones, ſicut in moribus Confeſſiones edidit. Ex ejus cunctis Operibus jam olim collegit Milleloquium veritatis, Bartholomæus Pręſul Vrbinas: auctum & recognitum, nuper publicavit Ioannes Collierius. Victorinus Aquitanus, autor Cycli. Ioannes Caſſianus Schyta, in Ægypto Monachus: Maſſiliæ Presbyter, ibique gemini Monaſterij, Virorum ſcilicet & Mulierum, fundator; Monaſtica quàm plurima collegit, vnde & illi *Collatoris* agnomen. Æqua in illo pietatis fama, & ſemipelagianiſmi convictio. Syneſius, è Philoſophia ſubitò traductus ad Inſulas Ptolemaidis Pentapoleos; multa reliquit tùm proſâ, tùm verſu, vividi & ſubtilis ingenij monimenta. Paulus Oroſius Presbyter Hiſpanus, miſſus ad Auguſtinum, vt eum de Varijs conſuleret; cujus hortatu ſcripſit contra Paganos, Hiſtoriarum ab Orbe condito libros ſeptem. *Paulinus*, ex Palatino & conjugato, cum vxore Theraſia Monachus, omni politiori litteraturâ emendatus: & tantâ porrò pietate, vt nolâ à Vandalis direptâ, illis ſe tradens captivum ſuâ ipſius ſervitute

Auguſtinus obiit, *an.* 430.
Victorinus Aquitanus.
Ioannes Caſſianus, *an.* 433.
Syneſius.
Paulus Oroſius.
Paulinus obijt, *an.* 431.

ECCLESIA
Sulpitius Severus.
Lucianus.
Heſychius.
Poſſidonius.
Salvianus, an. 439.
C. Cælius Sedulius Scotus.
Nilus.
Theodoretus.
Proclus.
Eucherius.
Vincentius Lirinenſis.
Maximus Taurinenſis, an. 465.
Iſidorus Peluſiota.
Polychronius.
Falconia.
Petrus Chryſologus.
Gennadius, an. 458.
Proſper.
Salonius.
Sidonius, obijt, an. 484.
Victor Vticenſis.
Æneas Gazæus.
Gelaſius.
Gildas.
Cæſarius Arelatenſis.
Paſchaſius.
Ratbertus.

redemerit. Illi ab intima fuit amicitia Sulpitius Severus, magnus Autor, ſed cautè legendus; deceptus à Pelagianis, mox reſipiſcens, *ſilentio* ad mortem vſque ſeipſum mulctavit. Lucianus, Nicomediæ Epiſcopus, autor ſeptimæ Bibliorum editionis, ideò *Λουκιανῆ* à nonnullis appellatæ. Heſychius, Abbas Palæſtinus, S. Hilarioni familiaris, in Scripturis verſatiſſimus. Illiuſ-ne an Heſychij Hieroſolymitani, qui fuit auditor Gregorij Nazianzeni, ſit Heſychiana totius Scripturæ Tranſlatio, à multis ambigitur. Poſſidomius, meliùs Poſſidius, Indiculo librorum Auguſtini ejus vitam attexuit. *Salviani* Maſſiliæ Preſbyteri, fortè & Præſulis, eloquentiâ nihil in eloquentiâ Chriſtiana eloquentius; ideo jure ſui temporis Ieremias, lugens Galliæ & Hiſpaniæ clades à Vandalis illatas, Epiſcoporum Magiſter vocatur à Gennadio. C. Cælius Sedulius Scotus, proſâ & verſu celebris. Nili Sanctiſſimi Monachi, D. Chryſoſtomi Diſcipuli, ſcripta Aſcetica verè gemmea, ſi aſperſa ab Hæreticis fuligo abſtergatur. Sunt & alij eodem nomine plures. Theodoretus ex Monacho Cyri in Syria Epiſcopus, multa meditatus eſt erudita ſimul & polita: Theodori Mopſveſtini, Neſtorijque amicitiâ, & iſtius contra S. Cyrillum patrocinio pollutus, Leoni tandem Papæ reconciliatur. Procli Conſtantinopolitani Patriarchæ Epiſtola de fide ad Armenos, celebratur. Eucherius Gallus, Lugdunenſis Epiſcopus, pietate, doctrinâ & eloquentiâ floruit. *Vincentius Lirinenſis* in Galliæ Inſula Mediterranea, nervosè, acutè & eleganter pugnat adverſus Hæreſes; pro *Eccleſiæ* tum antiquitate, tum vniverſitate. Maximus, Antiſtes Taurinenſis, Concionator extemporaneus, Leoninæ Majeſtatis in Stylo æmulus. Iſidorus Peluſiota Abbas, Chryſoſtomi diſcipulus, decem mille *Epiſtolis* gemmas omnes tùm Scripturæ, tùm Litteraturæ inſeruit. Polychronij Apameni varia quoque extant in Scripturam Commentaria. Proba Falconia, Conſulum filia, vxor, Mater: Sapho Chriſtiana, *Vergilio-Centonas* coagmentavit. Petrus, Archiepiſcopus Ravennas quantâ fuerit eloquentiâ, declarat nomen *Chryſologi*. Ejus Homiliarum *Epitomen* nuper evulgavit ex Auguſtinianis nonnemo. Gennadius Præſul Conſtantinopolitanus ingenij acumine, ſtyli nitore, variâ eruditione, eximia Sanctitate commendatus. Alter Preſbyter Maſſilienſis, inde à Pelagianiſmo reſipiſcens, Epiſcopus; ſcripſit *Cathalogum* de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & contra Hæreſes. Proſper Aquitanus, Epiſcopus Rhegienſis (in Provincia-ne, an in Æmilia incertum) *Auguſtinianæ* doctrinæ tutelâ, variâque eruditione conſpicuus. Salonius Honorati, Hilarij, Salviani, Eucherij diſcipulus, ex eremo Præſul (licet dubitet Bellarminus) Viennæ ad Rhodanum, præclara edidit in Scripturas Commentaria. Sidonius Apollinaris Arvernus, Orator & Poëta inſignis, donatus Romæ ſtatuâ & coronis; ſanatus ad limina Apoſtolorum, Præfectura & Patriciatu ab vxoratus, Anthemio Imperatore, cujus erat gener. Adhuc creatur Claro-montis Epiſcopus; ſtyli Apulejani affectator, ſed eruditione mirabilis; ante mortem à duobus ſuis Preſbyteris indignè vexatus, ſed non ſine Numinis vindictâ. Victor Epiſcopus Vticenſis, perſecutionem Wandalicam ſcriptis conſignavit. Æneas Gazæus Philoſophus Platonicus, cujus extat Theophraſtus de Immortalitate animæ, & corporum reſurrectione. Gelaſius Cyzicenus, Hiſtoriam Synodi Nicænæ compegit. An autor ſit libri de duabus CHRISTI naturis contra Eutychetem, dubitatur. Gildas cognomento *Sapiens* Britanniæ excidium, Clerique corruptelas proſequitur. Cæſarius Arelatenſis Aſcetica multa, multaque de Gratia conſcripſit. Eſt & alter ex Abbate Lirinenſi Epiſcopus itidem Arelatenſis, doctrinâ & virtute non inferior. Paſchaſij Cardinalis de Spiritu-Sancto Libri duo, vberes & luculenti. Ratbertus Abbas Corbienſis, proſâ & verſu æquimanus.

SECVL: CHRISTI VI:
Fulgentius, an 517.
Fauſtus.

FVLGENTIVS ex genere Senatorio, vitaque Monaſtica poſt viſitata Apoſtolorum limina, Ruſpæ in Africa Epiſcopus, acuminum Auguſtini æmulator: doctrinâ & conſtantiâ contra Arrianos, contraque ipſum Regem Traſamundum clarus. Fauſtus ex Abbate Lirinenſi Epiſcopus Rhegienſis in

Galliæ, dùm acriter & venuſtè Gratiæ patrocinatur, viſus eſt aliquando exotbitare. Ennodius ex Conſulari, & vxorato, Papienſis ſeu Ticinenſis Epiſcopus; Apologiâ pro quarta Synodo, varijſque Epiſtolis, & ad Imperatorem Anaſtaſium legationibus inclaruit. Boëtius ex antiqua Manlij Torquati genere, decem & octo annos Athenis ſtuduit Philoſophiæ Ariſtotelicæ, Romanorum ſicut & Eruditorum vltimus, reverâ omni-ſcius. Dionyſius Exiguus, natione Scytha Monachus, græcè & latinè eruditiſſimus; Paſchalem Cyclum exordiens, ad nonaginta quinque annos perduxit. Et ea quidem ratione, vt non ampliùs tempora, quod olim conſuetum erat, per Olympiadas, Conſules, Indictiones, aut annos Diocletiani: ſed à Christi Nativitate numeraret, qui mos deinceps in Eccleſia permanſit. Nonnihil autem erraſſe in aſſignando vero Natalis Christi tempore, Eruditi autumant. Ideo quam ſecutus eſt rationem Exiguus, vocant Epocham vulgarem. Idem Dionyſius à Stephano Salonitano Epiſcopo rogatus, veterem Græcorum Canonum Collectionem emendavit: & ea ſunt Iuris, quod Canonicum vocamus, incunabula. Avitus Alcimus Viennenſis Epiſcopus, & Horſmiſdæ P. M. in Gallijs *Vicarius*, Rhetor & Poëta non illaudatus. Anaſtaſius de Monte Sina, vbi diù ſolitarius vixit, exin Antiochiæ Epiſcopus, multa in Scripturam elucubravit. Aratoris Cardinalis Poëſim ſuper Apoſtolica Hiſtoria, quater publicè coram Vigilio P. M. ab autore lectam cum audientium voluptate & admiratione, refert Sixtus Senenſis. Primaſius in Africa Epiſcopus, Paulinas Epiſtolas & Apocalypſim interpretatur. Iunilij in Africa Epiſcopi, Commentaria in Geneſim non habemus niſi adulterata. Libri duo de Partibus Legis, genuini ſunt. Procopius Gazæus ex Sophiſta, Sacri Codicis ſedulus Commentator. Ioannes Scholaſticus Abbas in Monte Sina, ab Opere cultiſſimo Vitæ Spiritalis *Climaci* nomen adeptus, paucos robore ingenij & ſtyli habet conſimiles. Agathias hiſtoriam Græcam contexuit. Marcus Aurelius Caſſiodorus Ravennæ Abbas, Theodorico Regi ab Epiſtolis, florido & illuſtri ſtylo multa dictavit. Venantius Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis, inter multa ſtrictâ & ſolutâ oratione elaborata, ſcripſit Ὁδοιπορικὸν ſuæ vitæ relationem. Gregorius Turonenſis totus eſt in perſequendis Sanctorum, & Francorum geſtis, ſed diligentiâ aliquando non ſatis diligenti. Evagrius Scholaſticus, Hiſtoriam Sozomeni continuat ad Imperium Mauritij. Dorotheus Archimandrita vitâ ſanctiſſimus, ſcriptis devotiſſimus: ſed ab alijs, præſerrim ab Hæretico, diſcernendus. Petrus Diaconus, ex Benedictino Epiſcopus Oſtienſis; pietate, doctrinâ, eloquentiâ inſignis. Sophronius Hieroſolymitanus ſcripſit de Natali Christi Domini, & de Angelis. Illi *Pratum Spirituale* dedicavit Ioannes Moſchus, aliàs Eviratus. Leontius, Ioannis Eleemoſinarij vitam evulgavit. Antiochus Monachus, viginti novem Homilijs cladem Eccleſiæ ſub Heraclio deplorat.

Sancta. Ennodius. Boëtius, necatus à Theodorico, an. 526. Dionyſius Exiguus, an. 532. Avitus. Anaſtaſius. Primaſius. Iunilius. Procopius. Ioannes Climacus. Agathias. Dionyſius. Alexandrinus. Caſſiodorus, obijt, an 562. Fortunatus. Gregorius Turon. Evagrius Scholaſticus. Dorotheus. Petrus Diaconus. Sophronius. Eviratus. Leontius. Antiochus.

Isidorus Hiſpalenſis, ſeu Iunior, ob variam πολυμαθίας quintus Eccleſiæ Latinæ Pater à nonnullis appellatur. De quibuſdam illius Operibus ambigit Bellarminus. Quædam in genuinis, haud ſatis examinata. Hujus diſcipulus Ildephonſus, ſeu mavis Alphonſus, Archiepiſcopus Toletanus, virginitatem Dei Paræ validè propugnavit contra Elvidium. Maximus Monachus Conſtantinopolitanus Centurijs, Myſtagogiâ Eccleſiaſticâ: Commentarijs in Dionyſium Areopagitam, & martyrio celebris. Iulianus Toletanus in Iudæos ſcribit, & Prognoſtica de futuro ſeculo. Anaſtaſij Nicæni Opera exhibet inter plures alios Bibliotheca Patrum.

Secvl. Christi VII. Iſidorus Hiſpal. Ildephonſus. Maximus. Iulianus Toletanus. Anaſtaſius Nicænus.

Pavlvs Diaconus Aquilejenſis, ſuo ævo Hiſtoricus inſignis, præceptor Albini Flacci, cognomento Alcuini; qui ex Anglia oriundus, Abbas Sancti Martini Turonenſis, Præceptor fuit Caroli Magni; Sacras Litteras publicè docuit, emendavitque editionem vulgarem vtriuſque Inſtrumenti. Vſuardus in Gallia Monachus, Alcuini Diſcipulus: juſſu Caroli M. compegit Martyrologium, auctum poſteà notis à Molano. Germani Conſtantinopolitani Theo-

Secvl. Christi VIII. Paulus Diaconus. Albius Flaccus. Vſuardus, an. 778. Germanus.

Ecclesia Beda Strabus. Meliſſa. Smaragdus. Samonas.

ria rerum factarum, & Epiſtolæ tres circumferuntur. Beda Monachus Anglo-ſaxo, vel ex eo *Venerabilis* quod reverâ omni ſcius & Sanctus. Fratrem habuit Strabum, Monaſtices & ſtudiorum collegam: Diſcipulos Scotum, & alios. Antonius Meliſſa Monachus, Locos Communes è Patribus collegit. Smaragdus Abbas S. Michaëlis, Scripturarum Interpres. Samonæ Gazæ Archiepiſcopi Diſceptatio cum Achmeto Saraceno, veritatem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ enucleat. Dacriani Abbatis Benedictini Speculum Monachorum, nitidum & vtile.

Secvl. Christi IX. Nicephorus. Eginardus. Angelomus. Haymo. Rabanus, obijt, an. 856. Strabo. Eulogius. Hincmarus, obijt, an. 882. Metaphraſtes. Anaſtaſius Bibliothecarius. Ratbertus. Ariſbertus. Ioan. Diaconus. Photius. *Vide Eccleſiam Conſtantinopolitan.* Ado. Remigius Autiſſiodorenſis. Ionas. Theodorus. Almarius. Vualfridus. Hilduinus.

Nicephorvs Conſtantinopolitanus, ſcriptis & exilio ſub Leone III. Iconomacho claruit. Eginardus Cancellarius Caroli M. præter ejus vitam, alia ſcripſit quam-plurima. Angelomus Lexovienſis Benedictinus, Stromatum ex varijs voluminibus, præſertim Aponij, collector. Haymo Alberſtadenſis in Saxonia Epiſcopus, Scripturæ Interpres. Rabanus Magnentius Maurus, ſextus Moguntiæ Archiepiſcopus, anteà Fuldenſis quartus Abbas, ſui ævi doctiſſimus, ſed in Verſibus *technicis* incomparabilis. Diſcipulus Rabani Strabo, primus *Gloſſæ Ordinariæ* ſarcinator. Eulogius Toletanus, ſcripta Martyrio obſignavit. Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis, Clodovæi per Sanctum Remigium inaugurationis aſſertor; de quo fuſiùs in Eccleſia Remenſi. Simeon Metaphraſtes *Vitas Sanctorum* pluribus Tomis diſtinxit, majori labore quàm ſinceritate. Anaſtaſius Bibliothecarius, & Romæ Abbas, multa è græco in latinum vertit: ſed ob amicitiam cum Photio, tantiſper ſuſpectus. Paſchaſius Ratbertus, Abbas Corbienſis, proſâ & verſu æquimanus. Ambroſius Ariſbertus, Scripturæ Interpres. Ioannes Diaconus, vitæ S. Gregorij M. ſcriptor. Photius Conſtantinopolitanus, raram eruditionem prophanâ ambitione corrupit. Ado Archiepiſcopus Viennenſis, Chronologicis relationibus, fortè & Martyrologio celebris. Remigius, ex Benedictino Autiſſiodorenſis Epiſcopus, Evangelij Cathenam nexuit. Ionas Epiſcopus Aurelianenſis pro Imaginum cultu cautè legi debet, vt & Agobertus, ſimulque alij ſynchroni. Illi enim, vt fit, dum ab hæreſi aliqua procul recedere ſatagunt, abeunt interdum in extrema. Theodorus Studites ſcriptis, & Martyrio inclytus. Almarius Fortunatus, multa ſcripſit Eccleſiaſtica. Walfridus Strabo Augiæ Abbas, ſcripſit quoque de rebus Eccleſiaſticis. Hilduinus Abbas Dionyſianus, poſcente Ludovico Pio, ſcripſit *Areopagitica*.

Secvl. X. Idiota. Marcus Eremita. Rhegino. Moſes Barcepha. Radulphus. Luitprandus. Frodoardus, an. 941. Vvitichintus.

Idiota, divinarum Contemplationum ſcientiſſimus. Marci Eremitæ opera ſic extant corrupta, vt credantur paſſim adulterata. Rhegino, Abbas Prunienſis, inſignis Chronologus. Moſes Barcepha, ſcripſit Syriacè de Paradiſo & ſuper Evangelia, ſed non ſatis emendatè. Radulphus Flaviaci Monachus, Levitici & Pauli interpres. Luitprandus, ex Diacono Ticinenſi Cremonæ Epiſcopus: Hiſtoricus, ſed vt alij plerique interpolatus. Frodoardus, alijs Flodoardus, ſcriptor Hiſtoriæ Remenſis,& Chronici; ejectus, quod nollet conſentire electioni pueri quinquennis in Archiepiſcopum. Witichintus, & ipſe temporis ſui Scriptor. Vixque ſuppetunt alij Scriptores hoc ſeculo, quod ideo vocant *obſcurum*; ſicut plumbeum, ob morum vbique laxationem: & ferreum, ob dira & violenta.

SELECTA

ECCLESIÆ DOCTORES poſt annum à CHRISTO milleſimum.

TITVLVS XXXVI. *Doctores ab anno milleſimo.*

SECVL. CHRISTI XI. Suidas. Fulbertus, *an.* 1028. Berno. Hermannus Contractus. Oecumenius, & Olympiodorus, Humbertus. Lantfrancus. Adelmannus. Anſelmus. Petrus Damianus, obijt, *an.* 1072. Ioannes Micrologus. Marianus. Ivo Carnotenſis. Hiſtoria Tripartita. Nicephorus Calliſtus. Aimericus.

SVIDÆ Lexico, omnigenæ eruditionis promptuario, tot inſerta ſunt & inſerta; vt nec quo tempore vixerit, nec vnus-ne ſit aliquis autor ſatis ſciatur. Fulbertus, ex Monacho Carnotenſis Epiſcopus, ſanctè vixit, ſanctè & ſcripſit; præſertim de EVCHARISTIA occaſione Berengarij, quem & optimus Magiſter peſſimum habuit diſcipulum. Idem præſtitere Berno Abbas Augienſis, & Guitmundus Epiſcopus Averſanus. Hermannus, à membrorum paralyſi cognomento Contractus, nullius non doctrinæ ad miraculum gnarus; autor creditur antiphonæ *Salve Regina*, & ſimilium. Oecumenius & Olympiodorus, aceurati Scripturæ Concathenatores. Humbertus Cardinalis Legatus Conſtantinopolim miſſus, plura contra Græcos aptavit. Lantfrancus Papienſis, ex Abbate Benedictino Cadomenſi, Archiepiſcopus Cantuarienſis; contra Berengarium, verbo & ſcripto diſputavit. Suppar Lantfranci, Adelmannus Epiſcopus Brixienſis. Diſcipulus verò, idem qui ſucceſſor, *Anſelmus*; doctrinâ, ſanctitate, conſtantiâ illuſtris. Fuit & alter Anſelmus Mantuanus, Epiſcopus Lucenſis; qui & ad Monaſterium redijt, poſitis *infulis*. Tertius Anſelmus Laudunenſis, Autor *Gloſſæ Interlinearis*. Petrus, Damiani filius, qui ſe peccatorem agnominat, ex Abbate Benedictino Cardinalis; amore ſolitudinis *ad Monaſterium* reverſus, ſanctitate, doctrinâ, & legationibus inclaruit. In illius Scriptis ſunt nonnulla, quæ cenſuram merentur. Ioannes Micrologus, Eccleſiaſticas obſervationes collegit. Marianus Scotus, Monachus Fuldenſis; Hiſtoriæ ſcriptor, & Evangeliorum conciliator. Ivo Epiſcopus Carnotenſis, poſt Bruchardum Wormacenſem, & ante Gratianum Decretorum collectores, *Pannomiam* concinnaſſe creditur à nonnullis. Cerrè Decretum ab illo collectum, recens & aceuratius exijt in lucem. *Hiſtoria Tripartita* primùm ab Epiphanio viro doctiſſimo, ſuaſu Caſſiodori Latinitate donata, continuata & concarhenata ex narrarionibus Socratis Conſtantinopolitani, Hieremiæ Sozomeni, & Theodoreti Cyri Epiſcopi; in quibus multa inerant Græci fermenti. Opus ad ſua tempora produxit Nicephorus Calliſtus Xantopulus, ſtylo quidem rudi: ſed minoris adhuc fidei tum in dogmatis, tum in hiſtoria. Aimericus de Samiliaco Patriarcha Antiochenus, teſte etiam non ſuſpecto Geſnero; *cùm audiret in Carmelo monte Eremitas Latinos græcas Literas ignorare, è græco in Latinum tranſtulit Ioannis Hieroſolymitani Epiſcopi volumen, de Inſtitutione primorum Monachorum.*

SECVL. CHRISTI XII. Sigebertus. Godefridus. Berengoſius. Leo Oſtienſis. Euthymius. Rupertus, *an.* 1135. Zonaras. Ioan. Curopalates. Theophilactus.

SIGEBERTVS Gemblacenſis Benedictinus, Chronologiâ, poëticâ, & poſitivâ clarus: ſed erga Sanctam Sedem iniquus, Imperatoris & matrimonij Sacerdotum fautor. Godefridi, ex Abbare Cadomenſi Cardinalis, diverſa extant Opuſcula. Berengoſius Abbas, Sanctæ Crucis cultor eximius. Leo Marſicanus, ex Monacho Caſſinenſi Oſtienſis Cardinalis, multa edidit; in queis firmior Theologiæ, Iuriſque Pontificij notitia deſideraretur. Euthymius Zigabenus, Monachus S. Baſilij; Græcorum Patrum, maximéque Chryſoſtomi abbreviator, & Hæreticorum exagitor. Rupertus Abbas Tuitienſis ad Coloniam Agrippinam, opera Sanctiſſimæ-Trinitatis ſigillatim per tres Perſonas executus eſt, divinâ vnctione Scripturarum peritiſſimus. Fallente tamen veſtigio panem in Euchariſtia, nihilo ſeciùs quàm in Incarnatione, à verbo aſſumi comminiſcitur. Ioannis Zonaræ, S. Baſilij Monachi, Hiſtoria, aliaque Opera græco ſchiſmate fermentata. Ioannes Curopalates, Gregorius Cedrenus, & Adam Bremenſis itidem Hiſtorici, haud ſatis Chronologi. Theophylactus, Bulgariæ Archiepiſcopus, Chryſoſtomi abbreviator,

ECCLESIA

Quanta verò POENITENTIA, quàmque crudeli & diuturnâ ante-actæ vitæ ſordes eluerunt Magdalena CHRISTI dilectrix, Maria Ægyptiaca, Pelagia Antiochena? *Turba* denique ne ſim infinitus, Sanctorum quam dinumerare cum poſſit nemo, indigitant Græcorum Menologia: Latinorum Martyrologia Adonis, Bedæ, Vſuardi, Petri de Natalibus, Molani, Baronij, Sauſſæi, & aliorum.

Pœnitentes. S. Maria Ægyptiaca, *an.* 525.

Apoc. 7.

TITVLVS XXXV. *Viri in Eccleſia Eruditi.*

SELECTA ECCLESIÆ Doctrinâ conſpicuæ.

COMMVNIONIS Sanctorum pars altera *Doctrina* eſt ſana, pura, integra.

Illam tradunt
- Scriptores Canonici, in lege
  - Veteri,
  - &
  - Nova.
- Patres Eccleſiæ
  - Vexatæ ſub Perſecutionibus;
  - Florentis contra Hæreſes.
- Theologi
  - Scholaſtici,
  - &
  - Myſtici.
- Canoniſtæ, & Caſuitæ:
- Interpretes, & Concionatores.

CANONEM ſanè vtriuſque Inſtrumenti, replent afflati DEO benè multi. *Veteris* enim Scriptores Moſes ipſas etiam Mundi cunas revolvens, Hiſtoria multiplex: Pſalmi Davidis, ſeu Hymni ſacri centum quinquaginta, Salomonis ſapientiales libri quinque. Prophetæ ſeptem ſupra decem, Geſta Machabæorum bellica, duobus comprehenſa voluminibus. In *Novo* Codice quattuor Evangelia, Acta Apoſtolica, Epiſtolæ Canonicæ vna & viginti, cum Apocalypſi.

Vetus Teſtamentum.

Novum.

PATRES agnoſcit Eccleſia Viros Apoſtolicos, Apoſtolorum Diſcipulos, nec-non ſerie conſequenti Eruditores Fidei Chriſtianæ-Catholicæ. Illos intelligo, qui debacchante Tyrannorum & Hæreſeon perſecutione, Religionis Evangelicæ dogmata vel defenderunt, vel probaverunt.

PATRES.

SECVL. CHRISTI, I. Philo, *an.* 45. *Libr. de vita Contemplat.* Clemens Romanus, *an.* 92.

NVLLI profectò ſeculorum defuere ejuſmodi decora. Ipſo namque Apoſtolorum ævo floruit Philo Hebræorum Theophraſtus, allegoriarum redundantiâ Origenis præcentor: Chriſtianorum, ſub Eſſenorum vel Ieſſeorum nomine, Encomiaſtes. Hauſerit-ne fidem ex conſuetudine quam Romæ Legatus ad Caium, habuit cum Petro, dubitatur. Clemens 1. Pontif. Max. cujus Conſtitutiones Apoſtolicas, itidemque Recognitiones expurgat ac vindicat magnâ vir eruditione Turrianus. *Dionyſius* Areopagites eclipſeos in CHRISTI Paſſione fœtus, Plato Chriſtianorum: Celeſtis ſimul & Eccleſiaſticæ Hierarchiæ delineator, Myſticæ Theologiæ coriphæus. Ejus Apoſtolatus in Gallijs, mors ad Lutetiam in Monte olim Martis, nunc Martyrum, & Lucubrationes ſtylo ſublimiſſimo; aſſeruntur à Maximo Monacho, Michaële Syncello, Methodio, Georgio Pachimere, Andrea Cretenſi: Theodoro apud Photium, Metaphraſte: Anaſtaſio Bibliotechario, Hilduino, Hincmaro, Stephano Papa: ex recentioribus, Delrio, Cordiero, Spondano; & qui cuncta Dionyſiana Gallico idiomate conveſtivit, Ioanne à Franciſco,

Dionyſius Areopagita, paſſus ſub Feſcennio, anno *ætatis* 110. *Patres, & Doctores.*

Fulienſium Generali. Nam contraria Gregorij Turonenſis opinio excuſanda, vt alibi paſſim, ex Autoris facili indiligentia. Euſebij verò ſilentium, Arianarum partium ſtudio tribuendum. Hieronymi Catalogus, non reſumit niſi ſeriem Euſebij. Dionyſium deniquè decem ſupra centum vitæ annos attigiſſe, res nova minimè eſt. Ignatius, Martialis, Polycarpus ſcriptas Eccleſijs Epiſtolas ſuo ſanguine obſignarunt. Hermas, ſeu Hermes, à quo creditus Liber Paſtoris in Eccleſia Græca celeberrimus: in Latina tantùm nominatus, & valdè inſincerus. Autorem Pij Pontific. Max. fratrem credunt antiqui, mentionem illius haberi in Epiſtola ad Romanos: agnominatum Paſtorem, à ſuo opere, ad quod illum ſollicitavit Angelus habitu Paſtoris; & vixiſſe vltrà centum & triginta annos.

Sancta. — Ignatius, Martialis, & Polycarpus. — Hermes. — Cap. 16.

Papias Epiſcopus Hieropolitanus, Ioannis Senioris, non autem Apoſtoli, diſcipulus: quæ ſcripſit, ex ore excepit Apoſtolorum; niſi quod ex textu Apocalypſeos perperam intellecto, Chiliaſtarum δυλεφόου viſus eſt præire. Ab eo errorem hauſerunt plerique illius ævi, ſed nondum ab Eccleſia damnatum. Quadratus & Ariſtides, primi ſcripto Chriſtianam Religionem defendunt. Agrippa, primus in Hæreticos ſtylum ſtringit. *Iuſtinus*, è Samaria Philoſophus eruditiſſimus; ſcriptâ imprimis Apologiâ ad Imperatores Romanos, & ad Gentes Paræneſi, Martyrij lauream promeruit. Hegeſippus, ex Iudæo, primus à Christo Hiſtoriam quinque libris exorſus; alius ab illo eſt, qui excidium Hieroſolymitanum deſcripſit ſub Conſtantino. Dionyſius Corinthius, tanta vir autoritate; vt Epiſtolas ſcripſerit ad pleraſque Eccleſias Romanam præſertim: eaſque corruperint Hæretici, vt ſuis erroribus patrocinarentur. Munere Apologetico defuncti ſunt Melito, Apollinaris, & Tatianus. Verùm poſtremi duo benè cum cœpiſſent, malè finierunt. Apollinaris quippe Hierapolitanus Præſul, ſeceſſit ab Eccleſia. Tatianus, natione Syrus, S. Iuſtini Auditor, Romæ diu magni nominis Explanator, Encracitarum parens evaſit. *Atenagoras*, Athenienſis, & ipſe antea Philoſophus, Supplicem Libellum exhibuit, vt habet in Epigraphe; *Imperatoribus M. Aurelio Antonino & Aurelio Commodo, Armeniacis; Sarmaticis: &, quod maximum eſt, Philoſophis.* *S. Irenæus* Græcus, Lugdunenſis Eccleſiæ fundator: multa edidit, præcipuè contra Hæreſes. Adhuc Presbyter delegatur ad Eleutherium Papam, Pontifex Victorem in controverſia de Paſchate, incuſat ſeveritatis nimiæ. Martyrio, penè cum totâ plebe, afficitur ſub Severo. Pantænus, è Stoica Secta Concionator revera Apoſtolicus. *Clemens Alexandrinus* verè πολυματὴς, veteris Pantæni diſcipulus: Magiſter Origenis, Alexandriæ Eccleſiaſtes. Apollonius, Senator; latinam pro Chriſtianis Apologiam cùm in Senatu Romæ recitaſſet, truncatur imperante Commodo.

Sæcvl. Chriſti II. — Papias, an. 118. — Quadratus, Ariſtides. — Agrippa. — Iuſtinus, an. 150. — Hegeſippus, an. 167. — Dionyſius Corinthius, an. 175. — Apollinaris. Tatianus, an. 172. & 174. — Athenagoras, an. 179. — S. Irenæus, an. 179. — Pantænus, an. 181. — Clemens Alexandrinus, an. 196. — Apollonius, an. 189.

Minvtivs Felix, Dialogo vndequaquè gemmeo quem *Octavium* inſcribit, Romæ Patronus Chriſtianorum diſertiſſimus. *Tertullianus* eruditione omnigena, rarâ eloquentiâ, ſtylo acri & maſculo, ſibi ſoli comparandus; invidiâ in Romanenſem; vt loquitur, Eccleſiam transfugit ad Montanum, ideoque à Zepherino Papa excommunicatur. Ad matris tamen Catholicæ gremium, ante mortem reverſus creditur à nonnullis. Ammonius, Origenis & Plotini in Philoſophiâ Alexandriæ Præceptor; cujus eſt Conſonantia Moiſis & Iesv, primum ex Evangelijs Monoteſſaron: &, qui Euſebio præluſerunt, Canones Evangelici. Hinc falsò à Chriſtianis ad Ethnicos transfugam, calumniatur Lucianus: nec credat meliori fide ex Suida Volaterranus, aſinum ſuæ auditorem doctrinæ habuiſſe.

Orígenes ſicut Patrum, ſic & errorum ferè omnium pater. Sunt nihilominùs qui cum Stapletono tam doctrinâ illibatum, quàm vitâ innocentem tueantur, corrupta ab Hæreticis tanti Viri ſcripta aſſeverantes. Iulius Africanus quinque ſcripſit de Temporibus, ſeu Generalis Hiſtoriæ volumina, ab

Sæcvl. Chriſti III. — Minutius Felix, an. 190. — Tertullianus, an. 130. — Ammonius Alexandrinus, an. 214. — Origenes, an. 226. Vide ſupra Titul. XLV.

ECCLESIA Origene redarguitur, quod *Suzannæ* hiſtoriam Mythologijs annumeret. Hippolytus ex Arabiæ Metropolitano, Epiſcopus Portuenſis & Martyr, Clementis Alexandrini diſcipulus, Chronologicæ Scientiæ peritiſſimus; reliquit multa de conſummatione Mundi, de Anti-CHRISTO, de ſecundo Adventu. *Cypriani* Carthaginenſis, olim Rhetoris, eloquentia proprijs radijs ſole clariùs elucet. Conſule de eo, Eccleſiam Africanam. Gregorius Neocæſarienſis, cognomento Taumaturgus, antea Theodorus, cum fratre Athenodoro, ad Philoſoſophiam Chriſtianam ab Origene traductus. Regulam fidei de Sanctiſſima Trinitate à Deipara accepit per S. Ioannem Evangeliſtam, calumniam paſſus eſt de hæreſi Sabelliana. Pierius Sacerdos Alexandrinus, propter eruditionis vbertatem, *Origenes* Iunior cognominatur. Dionyſius Alexandrinus, non vnus. Famoſior doctrinæ cujuſvis promus-cundus, Origenis diſcipulus, mox antagoniſta; ſcripſit pro iterando baptiſmo Hæreticorum; ſed reſipiſcens multam operam Eccleſiæ navat. Zeno Veronenſis Epiſcopus conciones exaravit, à Guarino recens evulgatas. Apollinares duo, parens ejuſque filius, ambo omnium in Syria Diſciplinarum Profeſſores celeberrimi. Sed tandem, quæ humani ingenij imbecillitas eſt aut veſania; ambo in hæreſim prolapſi. Methodius, alias Ebulius, ſcriptis & Martyrio celebris. Arnobius fidem, quam contra Gentes priùs defenderat, amplectitur; vel certè jam ſuſceptam tuetur. Africani hujus (alter enim Iunior Commentaria in Pſalmos poſtea edidit.) diſcipulus L. Cœlius Firmianus *Lactantius*: Cicero Chriſtianus, Rhetor elimatus; qui licet Criſpi Cæſaris in ſenectute eruditor, ſumma in egeſtate moritur. Habet nonnulla, ad *Fidei* amuſſim non ſatis exacta; haud aliter quàm per ea tempora Patrum plerique; vel quia dogmata Fidei nondum adhuc plenè erant ſancita, vel quia præceptas in ſæculi eruditione opiniones nondum penitùs exuerant. Lactantij verò, ſicut & Tertulliani carmina, fœtus eſſe ſuppoſititios nemo ambigit.

Margin: Iulius Africanus. Hyppolytus, an. 229. Cyprianus, an. 250. Gregorius Taumaturgus. Pierius Iunior Origines. Dionyſius Alexandrinus. Zeno Veronenſis. Apollinares duo. Methodius. Arnobius. Lactantius, an. 301.

EVSEBIVS Cæſareæ in Paleſtina Epiſcopus, cognomento Pamphilus ob amicitiam cum Pamphilo Martyre; Harmoniam Evangelicam concinnavit, Præparationem & Demonſtrationem Evangelicam inchoavit, Hiſtoriam Eccleſiaſticam continuavit: magnus Origenis Encomiaſtes, ſcriptâ pro eo Apologiâ, nec minor Arianus. In perſecutione Diocletiani apoſtata, in Hiſtoria Conſtantini non ſatis ſincerus, in Nicæna Synodo ἀλλοτεως: Sanctus à nonnullis, perperam appellatus. Eſt & Emeſenus, Arianorum quoque ſignifer, à ſua Eccleſia ob Aſtrologiæ ſtudium expulſus; Conſtantio Imperatori comes aſſiduus; cui falſo tribuuntur homiliæ illæ latinæ elegantiſſimæ. Euſebius Nicomedienſis, à quo Euſebiani Arianorum ſoboles. Eſt & Vercellenſis, à quo Commentaria Euſebij Cæſarienſis Latinitate donata; ſummam quâ tam in oriente quàm in occidente pollebat autoritatem, martyrio & miraculis cumulavit. Fuerunt & alij ſubinde doctrinâ, & eloquentiâ clari. Iuvencus Hiſpanus, quattuor Evangelia verſibus illigavit. Macharius Ægyptius, S. Antonij diſcipulus, Præceptor Evagrij, maturâ ante ætatem virtute dictus παιδαριογέρων; plures edidit Homilias, eaſque pervtiles, ſi legantur cum cautelâ. Fuerunt & alij nominis ejuſdem. *Athanaſius* Alexandrinus doctrinâ; conſtantiâ; & apud Treviros exilio toto orbe notus. Scriptis verò tantum pretium, vt ſi deeſſet charta, veſti inſcribenda moneat Abbas ſanctiſſimus. Lucifer Caralitanus ſtylo & fortitudine ſic eluxit, vt etiam ſchiſmatis autor, in cauſa Lapſorum, non niſi reverenter tractetur ab Orthodoxis. *Hilarius* Præſul Pictavienſis Quintiliani, judice Hieronymo, imitator, & Gallicæ Eloquentiæ Rhodanus. Eo etiam nomine celebrantur Epiſcopus Arelatenſis, & alij. Marius Victorinus Afer, non obſtante Africanâ in ſtylo duritie, ſtatuam in foro Trajani Romæ promeruit. Apollinarius Laodicenus, contra Porphyrium triginta voluminibus decertavit. Titus Boſtrenſis Manicheorum oppugnator, Commentaria tamen in Matthæum & Lucam, alij Tito tribui debent. Ephrem Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconus, multa Syro, quædam & Græco ſermone

Margin: SECVL. CHRISTI. Euſebij plures. Pamphilus, an. 325. Vercellenſis. Iuvencus. Macharius. Athanaſius Alexandrinus, an. 372. Hilarij plures. Pictavienſis, an. 369. Victorinus Afer. Apollinarius. Titus Boſtrenſis. Ephrem.

compoſuit : maximè Aſcetica, & in Eccleſijs olim poſt Scripturam legi ſolita. *Optatus* Epiſcopus Milevitanus Afer, ſtrenuus Hæretico-maſtix. Gregorius *Nazianzenus*, inter Græcos fermè Tertullianus : Orationes habet præcipuè de Theologia, de Baptiſmo & Στηλιτευτικοὺς, nervoſiſſimas. Baſilius Cappadox, Epiſcopus Cæſarienſis, profundus, ſubtilis, elegans : frater illi Gregorius Nyſſenus, terſus & perſpicuus. Theophilus Alexandriæ Epiſcopus, Hieronymi amicus, Origeni adverſus. Iulius Maternus Firmicus, egregio Volumine Prophanas Religiones confutavit. Philo Carphatij Epiſcopus ab Epiphanio ordinatus, Commentaria edidit in Cantica Canticorum; quæ plurium coagulum eſſe, perſpicaciores ſuſpicantur. Cyrilli Hieroſolymitani *Catecheſes* eruditione, antiquitate, pietate refertas, non eſt cur ſuggillent Ariſtarchi. Evagrij Hiſtoria, aliæque ab eo Lucubrationes quædam, ſpongiam deſiderant. Damaſus Romanæ Sedis apici ſacram *Poeſim* intulit, alia ejus ſcripta deſiderantur. Aurelius Prudentius Clemens, Hiſpanus Palatinus, Poëſeos Chriſtianæ Virgilius. Paciani Barcilonenſis Epiſcopi Parœneſes vrgent ad pœnitentiam, & Novatianos diverberant. Didymus Alexandrinus corpore cœcus, mente illuminatiſſimus, Origenis ſectator ſtudioſiſſimus; cujus & errores Rufino, ac Melaniæ propinavit. Epiphanius; ex Monacho Conſtantiæ ſeu Salaminæ vrbis in Cypro primariæ Epiſcopus, ſcribebat adverſus *Hæreſes* omnes, aliaque vſque ad vltimam ſenectutem. Fuit & alius, cognomento Scholaſticus. Baſilium latinè imitatus eſt Ambroſius Mediolanenſis, acuminibus ſæpè exiliens & deſcriptionibus exultans. Amphilochius, Iconij Epiſcopus, inſignis Homiliaſtes; vita Baſilij ſub illius nomine, non putatur ſincera. Philaſtrij Brixienſis Epiſcopi, Hæreſeon Cathalogus prudenter evolvendus. Ejus ſucceſſor Gaudentius, varios Sermones & Tractatus invulgavit. Idacius Clarus in Hiſpania Epiſcopus, Hæreticorum malleus.

SANCTA. Optatus, *an.* 368. Gregorius Nazian. obiit, *an.* 389. *Vide Eccleſias Patriarchales.* Gregorius Nyſſenus. Theophilus Alexandri. Iulius Maternus. Philo Carphatius. Cyrillus Hieroſolymitanus. Evagrij. Damaſus. Prudentius. Pacianus. Didymus. Epiphanius, *an.* 392. Ambroſius, obiit, *an.* 397. Amphilochius. Philaſtrius. Gaudentius. Idacius.

IOANNES CHRYSOSTOMVS natione Antiochenus, Diodori Tarſenſis Epiſcopi, ſed magis Pauli Apoſtoli Diſcipulus, inſtitutione Monachus, exin Patriarcha Conſtantinopolitanus; Chriſtianæ ſuadæ medulla, nec-non idea abſolutiſſima Concionatoris Evangelici. Baſilij Seleuciæ Archiepiſcopi habentur Protheoria, & Homiliæ ſelectæ.

HIERONYMVS Stridonenſis, acerrimo ingenio, rarâque eruditione toto mundo nominatiſſimus: Scripturarum genuinus Interpres, Eccleſiæ vindex; Monachus, Presbyter, Damaſi Secretarius. Rufinus Presbyter Aquilejenſis, æquè laudandus; ſi de Origene altercatio, veterem cum Hieronymo amicitiam non diſſolviſſet. Diadochus, Photices Epiſcopus, centum Capitulis quidquid virtutis eſt præſcripſit. Chromatius, Aquilejenſis Epiſcopus, pijs & doctis Concionibus inclaruit. Sophronius, editionem *Bibliorum* ex latino Hieronymi græcam fecit.

AVRELIVS AVGVSTINVS, Hipponenſis Epiſcopus, per omnia verè aureus; cujus nomen plenum elogium eſt, ſubtilis æquè & facundus. Non omnia æqualis ponderis; vnde ſuas ipſe in doctrina Retractiones, ſicut in moribus Confeſſiones edidit. Ex ejus cunctis Operibus jam olim collegit Milleloquium veritatis, Bartholomeus Pręſul Vrbinas: auctum & recognitum, nuper publicavit Ioannes Collierius. Victorinus Aquitanus, autor Cycli. Ioannes Caſſianus Schyta, in Ægypto Monachus: Maſſiliæ Presbyter, ibique gemini Monaſterij, Virorum ſcilicet & Mulierum, fundator; Monaſtica quàm plurima collegit, vnde & illi *Collatoris* agnomen. Æqua in illo pietatis fama, & ſemipelagianiſmi convictio. Syneſius, è Philoſophia ſubitò traductus ad Inſulas Ptolemaidis Pentapoleos, multa reliquit tùm proſâ, tùm verſu, vividi & ſubtilis ingenij monimenta. Paulus Oroſius Presbyter Hiſpanus, miſſus ad Auguſtinum, vt eum de Varijs conſuleret; cujus hortatu ſcripſit contra Paganos, Hiſtoriarum ab Orbe condito libros ſeptem. *Paulinus*, ex Palatino & conjugato, cum vxore Theraſia Monachus, omni politiori litteraturâ emendatus: & tantâ porrò pietate, vt nolâ à Vandalis direptâ, illis ſe tradens captivum ſuâ ipſius ſervitute

Sæcvl. Chr. V. Chryſoſtomus, obiit, *an.* 407. *Vide Titul.* xxv. Hieronymus, obiit in Bethleem, *an.* 420. Rufinus. Diadochus. Chromatius. Sophronius. Auguſtinus obiit, *an.* 430. Victorinus Aquitanus. Ioannes Caſſianus, *an.* 433. Syneſius. Paulus Oroſius. Paulinus obiit, *an.* 431.

ECCLESIA — redemerit. Illi ab intima fuit amicitia Sulpitius Severus, magnus Autor, ſed
Sulpitius Severus. — cautè legendus; deceptus à Pelagianis, mox reſipiſcens, *ſilentio* ad mortem vſque
ſeipſum mulctavit. Lucianus, Nicomediæ Epiſcopus, autor ſeptimæ Bibliorum
Lucianus. Heſychius. — editionis, ideò Λουκιάνεια à nonnullis appellatæ. Heſychius, Abbas Palæſtinus,
S. Hilarioni familiaris, in Scripturis verſatiſſimus. Illius-ne an Heſychij Hiero-
ſolymitani, qui fuit auditor Gregorij Nazianzeni, ſit Heſychiana totius Scri-
Poſſidonius. — pturæ Tranſlatio, à multis ambigitur. Poſſidomius, meliùs Poſſidius, Indicu-
lo librorum Auguſtini ejus vitam attexuit. *Salviani* Maſſiliæ Presbyteri, fortè
Salvianus, an. 439. — & Præſulis, eloquentiâ nihil in eloquentiâ Chriſtiana eloquentius; ideo jure
ſui temporis Ieremias, lugens Galliæ & Hiſpaniæ clades à Vandalis illatas,
C. Cælius Sedulius Scotus. — Epiſcoporum Magiſter vocatur à Gennadio. C. Cælius Sedulius Scotus, pro-
ſâ & verſu celebris. Nili Sanctiſſimi Monachi, D. Chryſoſtomi Diſcipuli,
Nilus. — ſcripta Aſcetica verè gemmea, ſi aſperſa ab Hæreticis fuligo abſtergatur. Sunt
Theodoretus. — & alij eodem nomine plures. Theodoretus ex Monacho Cyri in Syria Epiſ-
copus, multa meditatus eſt erudita ſimul & polita: Theodori Mopſveſtini,
Neſtorijque amicitiâ, & iſtius contra S. Cyrillum patrocinio pollutus, Leo-
Proclus. — ni tandem Papæ reconciliatur. Procli Conſtantinopolitani Patriarchæ Epiſto-
la de fide ad Armenos, celebratur. Eucherius Gallus, Lugdunenſis Epiſcopus,
Eucherius. Vincentius Lirinenſis. — pietate, doctrinâ & eloquentiâ floruit. *Vincentius Lirinenſis* in Galliæ Inſula
Mediterranea, nervosè, acutè & eleganter pugnat adverſus Hæreſes, pro *Ec-
cleſiæ* tum antiquitate, tum vniverſitate. Maximus, Antiſtes Taurinenſis,
Maximus Taurinenſis, an. 465. — Concionator extemporaneus, Leoninæ Majeſtatis in Stylo æmulus. Iſidorus
Iſidorus Peluſiota. — Peluſiota Abbas, Chryſoſtomi diſcipulus, decem mille *Epiſtolis* gemmas om-
Polychronius. — nes tùm Scripturæ, tùm Litteraturæ inſeruit. Polychronij Apameni varia
quoque extant in Scripturam Commentaria. Proba Falconia, Conſulum fi-
Falconia. Petrus Chryſologus. — lia, vxor, Mater: Sapho Chriſtiana, *Virgilio-Centonas* coagmentavit. Petrus,
Archiepiſcopus Ravennas quantâ fuerit eloquentiâ, declarat nomen *Chryſo-
logi*. Ejus Homiliarum *Epitomen* nuper evulgavit ex Auguſtinianis nonnemo.
Gennadius, an. 458. — Gennadius Præſul Conſtantinopolitanus ingenij acumine, ſtyli nitore, variâ
eruditione, eximia Sanctitate commendatus. Alter Presbyter Maſſilienſis, inde
Proſper. — à Pelagianiſmo reſipiſcens, Epiſcopus; ſcripſit *Cathalogum* de Scriptoribus
Eccleſiaſticis, & contra Hæreſes. Proſper Aquitanus, Epiſcopus Rhegienſis
(in Provincia-ne, an in Æmilia incertum) *Auguſtinianæ* doctrinæ tutela, va-
Salonius. — riâque eruditione conſpicuus. Salonius Honorati, Hilarij, Salviani, Eucherij
diſcipulus, ex eremo Præſul (licet dubitet Bellarminus) Viennæ ad Rhoda-
Sidonius, obijt, an. 484. — num, præclara edidit in Scripturas Commentaria. Sidonius Apollinaris Arver-
nus, Orator & Poëta inſignis, donatus Romæ ſtatuâ & coronis; ſanatus ad
limina Apoſtolorum, Præfectura & Patriciatu ab vxoratus, Anthemio Impe-
ratore, cujus erat gener. Adhuc creatur Claro-montis Epiſcopus; ſtyli Apu-
lejani affectator, ſed eruditione mirabilis; ante mortem à duobus ſuis Presby-
Victor Vticenſis. — teris indignè vexatus, ſed non ſine Numinis vindictâ. Victor Epiſcopus Vti-
Æneas Gazæus. — cenſis, perſecutionem Wandalicam ſcriptis conſignavit. Æneas Gazæus Phi-
loſophus Platonicus, cujus extat Theophraſtus de Immortalitate animæ, &
Gelaſius. — corporum reſurrectione. Gelaſius Cyzicenus, Hiſtoriam Synodi Nicænæ com-
pegit. An autor ſit libri de duabus CHRISTI naturis contra Eutychetem,
Gildas. — dubitatur. Gildas cognomento *Sapiens* Britanniæ excidium, Clerique corru-
ptelas proſequitur. Cæſarius Arelatenſis Aſcetica multa, multaque de Gratia
Cæſarius Arelatenſis. — conſcripſit. Eſt & alter ex Abbate Lirinenſi Epiſcopus itidem Arelatenſis, do-
Paſchaſius. — ctrinâ & virtute non inferior. Paſchaſij Cardinalis de Spiritu-Sancto Libri
duo, vberes & luculenti. Ratbertus Abbas Corbienſis, proſâ & verſu æqui-
Ratbertus. — manus.

SECVLI CHRISTI VI. Fulgentius, an 517. — FVLGENTIVS ex genere Senatorio, vitaque Monaſtica poſt viſitata
Apoſtolorum limina, Ruſpæ in Africa Epiſcopus, acuminum Auguſtini
æmulator: doctrinâ & conſtantiâ contra Arrianos, contraque ipſum Regem
Fauſtus. — Traſamundum clarus. Fauſtus ex Abbate Lirinenſi Epiſcopus Rhegienſis in

Galliâ, dùm acriter & venuſtè Gratiæ patrocinatur, viſus eſt aliquando exorbitare. Ennodius ex Conſulari, & vxorato, Papienſis ſeu Ticinenſis Epiſcopus; Apologiâ pro quarta Synodo, varijſque Epiſtolis, & ad Imperatorem Anaſtaſium legationibus inclaruit. Boëtius ex antiqua Manlij Torquati genere, decem & octo annos Athenis ſtuduit Philoſophiæ Ariſtotelicæ, Romanorum ſicut & Eruditorum vltimus, reverâ omni-ſcius. Dionyſius Exiguus, natione Scytha Monachus, græcè & latinè eruditiſſimus; Paſchalem Cyclum exordiens, ad nonaginta quinque annos perduxit. Et ea quidem ratione, vt non ampliùs tempora, quod olim conſuetum erat, per Olympiadas, Conſules, Indictiones, aut annos Diocletiani: ſed à CHRISTI Nativitate numeraret, qui mos deinceps in Eccleſia permanſit. Nonnihil autem erraſſe in aſſignando vero Natalis CHRISTI tempore, Eruditi autumant. Ideo quam ſecutus eſt rationem Exiguus, vocant Epocham vulgarem. Idem Dionyſius à Stephano Salonitano Epiſcopo rogatus, veterem Græcorum Canonum Collectionem emendavit: & ea ſunt Iuris, quod Canonicum vocamus, incunabula. Avitus Alcimus Viennenſis Epiſcopus, & Horſmiſdæ P. M. in Gallijs *Vicarius*, Rhetor & Poëta non illaudatus. Anaſtaſius de Monte Sina, vbi diù ſolitarius vixit, exin Antiochiæ Epiſcopus, multa in Scripturam elucubravit. Aratoris Cardinalis Poëſim ſuper Apoſtolica Hiſtoria, quater publicè coram Vigilio P. M. ab autore lectam cum audientium voluptate & admiratione, refert Sixtus Senenſis. Primaſius in Africa Epiſcopus, Paulinas Epiſtolas & Apocalypſim interpretatur. Iunilij in Africa Epiſcopi, Commentaria in Geneſim non habemus niſi adulterata. Libri duo de Partibus Legis, genuini ſunt. Procopius Gazæus ex Sophiſta, Sacri Codicis ſedulus Commentator. Ioannes Scholaſticus Abbas in Monte Sina, ab Opere cultiſſimo Vitæ Spiritalis *Climaci* nomen adeptus, paucos robore ingenij & ſtyli habet conſimiles. Agathias hiſtoriam Græcam contexuit. Marcus Aurelius Caſſiodorus Ravennæ Abbas, Theodorico Regi ab Epiſtolis, florido & illuſtri ſtylo multa dictavit. Venantius Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis, inter multa ſtrictâ & ſolutâ oratione elaborata, ſcripſit Ὁδοιπορικὸν ſuæ vitæ relationem. Gregorius Turonenſis totus eſt in perſequendis Sanctorum, & Francorum geſtis, ſed diligentiâ aliquando non ſatis diligenti. Evagrius Scholaſticus, Hiſtoriam Sozomeni continuat ad Imperium Mauritij. Dorotheus Archimandrita vitâ ſanctiſſimus, ſcriptis devotiſſimus: ſed ab alijs, præſertim ab Hæretico, diſcernendus. Petrus Diaconus, ex Benedictino Epiſcopus Oſtienſis; pietate, doctrinâ, eloquentiâ inſignis. Sophronius Hieroſolymitanus ſcripſit de Natali CHRISTI Domini, & de Angelis. Illi *Pratum Spirituale* dedicavit Ioannes Moſchus, aliàs Eviratus. Leontius, Ioannis Eleemoſinarij vitam evulgavit. Antiochus Monachus, viginti novem Homilijs cladem Eccleſiæ ſub Heraclio deplorat.

SANCTA.
Ennodius.
Boëtius, necatus à Theodorico, *an.* 526.
Dionyſius Exiguus, *an.* 532.
Avitus.
Anaſtaſius.
Primaſius.
Iunilius.
Procopius.
Ioannes Climacus.
Agathias.
Dionyſius.
Alexandrinus.
Caſſiodorus, obijt, *an* 562.
Fortunatus.
Gregorius Turon.
Evagrius Scholaſticus.
Dorotheus.
Petrus Diaconus.
Sophronius.
Eviratus.
Leontius.
Antiochus.

ISIDORVS Hiſpalenſis, ſeu Iunior, ob variam πολυμαθείαν quintus Eccleſiæ Latinæ Pater à nonnullis appellatur. De quibuſdam illius Operibus ambigit Bellarminus. Quædam in genuinis, haud ſatis examinata. Hujus diſcipulus Ildephonſus, ſeu mavis Alphonſus, Archiepiſcopus Toletanus, virginitatem DEIPARÆ validè propugnavit contra Elvidium. Maximus Monachus Conſtantinopolitanus Centurijs, Myſtagogiâ Eccleſiaſticâ: Commentarijs in Dionyſium Areopagitam, & martyrio celebris. Iulianus Toletanus in Iudæos ſcribit, & Prognoſtica de futuro ſeculo. Anaſtaſij Nicæni Opera exhibet inter plures alios Bibliotheca Patrum.

SECVL. CHRISTI VII.
Iſidorus Hiſpal.
Ildephonſus.
Maximus.
Iulianus Toletanus.
Anaſtaſius Nicænus.

PAVLVS Diaconus Aquilejenſis, ſuo ævo Hiſtoricus inſignis, præceptor Albini Flacci, cognomento Alcuini; qui ex Anglia oriundus, Abbas Sancti Martini Turonenſis, Præceptor fuit Caroli Magni; Sacras Litteras publicè docuit, emendavitque editionem vulgarem vtriuſque Inſtrumenti. Vſuardus in Gallia Monachus, Alcuini Diſcipulus: juſſu Caroli M. compegit Martyrologium, auctum poſteà notis à Molano. Germani Conſtantinopolitani Theo-

SECVL. CHRISTI VIII.
Paulus Diaconus.
Albius Flaccus.
Vſuardus, *an.* 778.
Germanus.

ECCLESIÆ DOCTORES poſt annum à CHRISTO milleſimum.

TITVLVS XXXVI. *Doctores ab anno milleſimo.*

SECVL. CHRISTI XI. — Suidas. — Fulbertus, *an.* 1028. — Berno. — Hermannus Contractus. — Oecumenius, & Olympiodorus, — Humbertus. — Lantfrancus. — Adelmannus. — Anſelmus. — Petrus Damianus, obiſt, *an.* 1072. — Ioannes Micrologus. — Marianus. — Ivo Carnotenſis. — Hiſtoria Tripartita. — Nicephorus Calliſtus. — Americus.

SVIDÆ Lexico, omnigenæ eruditionis promptuario, tot inſerta ſunt & inſerta, vt nec quo tempore vixerit, nec vnus-ne ſit aliquis autor ſatis ſciatur. Fulbertus, ex Monacho Carnotenſis Epiſcopus, ſanctè vixit, ſanctè & ſcripſit, præſertim de EVCHARISTIA occaſione Berengarij, quem & optimus Magiſter peſſimum habuit diſcipulum. Idem præſtitere Berno Abbas Augienſis, & Guitmundus Epiſcopus Averſanus. Hermannus, à membrorum paralyſi cognomento Contractus, nullius non doctrinæ ad miraculum gnarus; autor creditur antiphonæ *Salve Regina*, & ſimilium. Oecumenius & Olympiodorus, accurati Scripturæ Concathenatores. Humbertus Cardinalis Legatus Conſtantinopolim miſſus, plura contra Græcos aptavit. Lantfrancus Papienſis, ex Abbate Benedictino Cadomenſi, Archiepiſcopus Cantuarienſis; contra Berengarium, verbo & ſcripto diſputavit. Suppar Lantfranci, Adelmannus Epiſcopus Brixienſis. Diſcipulus verò, idem qui ſucceſſor, *Anſelmus*; doctrinâ, ſanctitate, conſtantiâ illuſtris. Fuit & alter Anſelmius Mantuanus, Epiſcopus Lucenſis; qui & ad Monaſterium redijt, poſitis *infulis*. Tertius Anſelmus Laudunenſis, Autor *Gloſſæ Interlinearis*. Petrus, Damiani filius, qui ſe peccatorem agnominat, ex Abbate Benedictino Cardinalis; amore ſolitudinis *ad Monaſterium* reverſus, ſanctitate, doctrinâ, & legationibus inclaruit. In illius Scriptis ſunt nonnulla, quæ cenſuram merentur. Ioannes Micrologus, Eccleſiaſticas obſervationes collegit. Marianus Scotus, Monachus Fuldenſis, Hiſtoriæ ſcriptor, & Evangeliorum conciliator. Ivo Epiſcopus Carnotenſis, poſt Bruchardum Wormacenſem, & ante Gratianum Decretorum collectores, *Pannomiam* concinnaſſe creditur à nonnullis. Certè Decretum ab illo collectum, recens & accuratius exijt in lucem. *Hiſtoria Tripartita* primùm ab Epiphanio viro doctiſſimo, ſuaſu Caſſiodori Latinitate donata, continuata & concathenata ex narrationibus Socratis Conſtantinopolitani, Hieremiæ Sozomeni, & Theodoreti Cyri Epiſcopi; in quibus multa inerant Græci fermenti. Opus ad ſua tempora produxit Nicephorus Calliſtus Xantopulus, ſtylo quidem rudi: ſed minoris adhuc fidei tum in dogmatis, tum in hiſtoria. Americus de Samiliaco Patriarcha Antiochenus, teſte etiam non ſuſpecto Geſnero; *cùm audiret in Carmelo monte Eremitas Latinos græcas Literas ignorare, ègræco in Latinum tranſtulit Ioannis Hieroſolymitani Epiſcopi volumen, de Inſtitutione primorum Monachorum.*

SECVL. CHRISTI XII. — Sigebertus. — Godefridus. — Berengoſius. — Leo Oſtienſis. — Euthymius. — Rupertus, *an.* 1111. — Zonaras. — Ioan. Curopalates. — Theophilactus.

SIGEBERTVS Gemblacenſis Benedictinus, Chronologiâ, poëticâ, & poſitivâ clarus: ſed erga Sanctam Sedem iniquus, Imperatoris & matrimonij Sacerdo'um fautor. Godefridi, ex Abbate Cadomenſi Cardinalis, diverſa extant Opuſcula. Berengoſius Abbas, Sanctæ Crucis cultor eximius. Leo Marſicanus, ex Monacho Caſſinenſi Oſtienſis Cardinalis, multa edidit; in queis firmior Theologiæ, Iuriſque Pontificij notitia deſideraretur. Euthymius Zigabenus, Monachus S. Baſilij; Græcorum Patrum, maximéque Chryſoſtomi abbreviator, & Hæreticorum exagitor. Rupertus Abbas Tuitienſis ad Coloniam Agrippinam, opera Sanctiſſimæ-Trinitatis ſigillatim per tres Perſonas executus eſt, divinâ vnctione Scripturarum peritiſſimus. Fallente tamen veſtigio panem in Euchariſtia, nihilo ſeciùs quàm in Incarnatione, à verbo aſſumi comminiſcitur. Ioannis Zonaræ, S. Baſilij Monachi, Hiſtoria, aliaque Opera græco ſchiſmate fermentata. Ioannes Curopalates, Gregorius Cedrenus, & Adam Bremenſis iisdem Hiſtorici, haud ſatis Chronologi. Theophylactus, Bulgariæ Archiepiſcopus, Chryſoſtomi abbreviator,

ECCLESIÆ
Algerus. &c.
Petrus Venerabilis.
Drogo.
Gratianus, an. 1151.
Petrus Lombardus, obijt, an. 1165
Petrus Comeſtor.
Guilelmus Tyrius
Petrus Bleſenſis.
Cæſarius Heiſterbachenſis.
Ioan. Cypariſſiota.
Turrianus.
Zacharias.
Gofridus Vindocinenſis.
Guilel. Neubrigenſis.
Rogerius.
Glicas.
Hildebertus.
Hugo Eterianus.
Ioan. Sarisberienſis.
Arnoldus Bonavallenſis.
Gotefridus vitembergenſis.
Balſamon, an. 1191.

ſed ſchiſmaticus. Algerus Scholaſticus Leodienſis, ſcripſit de EVCHARISTIA pleniſſimè, niſi quod ſpecies Sacramentales corrumpi poſſe inficiatur. Petrus Cluniacenſis; doctrinâ, pietate, autoritate *Venerabilis*. Drogonis ex Abbate Benedictino Laudunenſi Cardinalis, extat Parænesis in CHRISTI Paſſionem cultiſſima. Gratianus, S. Proculi, aut S. Felicis Bononienſis, Monachus, *Decreti* compilator laborioſior quàm exactior. *Petrus Lombardus* Novarienſis, Præſul Pariſienſis, Magiſter Sententiarum; mirabili compendio avus Theologiæ Scholaſticæ; à Diſcipulis, in viginti ſex articulis caſtigatus. Petrus Comeſtor Trecenſis, dictus ἀντονομαστικῶς Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ, non ſatis electæ. Horum Gratiani, Lombardi, Comeſtoris germana *fraternitas*, anilitas eſt pluſquàm Iberica. Guillelmus Tyrius Archipræſul; viginti tribus libris Belli ſacri hiſtoriam proſequitur, teſtis oculatus. Petrus Bleſenſis, ab educatione Wilelmi Siciliæ Regis per aulicam invidiam remotus, Regis Angliæ Secretarius & Archidiaconus Bathonienſis; Varia ſcripſit, à Ioanne Buſæo recognita. Cæſarius Heiſterbachenſis Ciſtercius, habet inter cætera prolixè Hiſtorias memorabiles ſui temporis. Ioannes Cypariſſiota cognomento *Sapientis*, decem Decadibus divinam planè Theologiam ex Patrum ſententijs concinnavit; quibus magnam attulit lucem, doctiſſimi Turriani editio luculentiſſima. Zacharias Chryſopolitanus, quattuor Evangelia Commentarijs illuſtravit. Gofridus, Abbas Vindocinenſis, & Cardinalis, Opuſcula varia edidit. Guillelmus Neubrigenſis, libris quinque Hiſtoriam Anglicanam exequitur. Rogerij Annales idem præſtant. Michaël Glicas, Hiſtoriam Byſantinam, aliaque multa effudit. Hildebertus proſâ & verſu pollens; vnus-ne fuerit an duo, ex Epiſcopo Cenomanenſi Archipræſul Turonenſis, liquidò non conſtat. Hugo Eterianus Italus; Conſtantinopoli ſcripſit Græcè & Latinè. Ioannes Sarisberienſis Carnutenſis Epiſcopus, varia condidit. Arnoldus Carnotenſis; Abbas Bonæ-vallis; D. Bernardi amicus & ſequax. Gotefridus Vitembergenſis; Imperatorum Notarius, Chronicon vniverſale *Pantheon* inſcripſit. Theodorus Balſamo, è Carthulario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Patriarcha Antiochenus, Nomocanonem evulgavit, alia quoque amaro ab invidia in Eccleſiam Latinam animo.

SECVL. CHRISTI XIII.
Guilel. Pariſienſis.
Petrus Bercorius.
Alexander de Hales.
Vincentius Bellovacenſis.
Hugo Carenſis.
Nicolaus Lyranus.
Henricus de Gandavo.
Ioan. Taulerus.
Harphius.
Rusbrochius.
Lullitæ.

GVILELMVS Alvernus, Epiſcopus Pariſienſis, ingenij vbertate & πολυμαθείᾳ nulli ſecundus. Defuit, vt & alijs paſſim pleriſque per hæc tempora, *Latinitas* etiam probabilis. Petrus Bercorius Benedictinus, grandia quattuor Volumina inſcripſit, Reductorium, Repertorium, Inductorium, Breviarium. Albertus merito & cognomine *Magnus*, natione Suevus, voto Dominicanus, dein dignitate Ratisbonenſis Archiepiſcopus, quo abdicato in Clauſtrum redijt; vno verbo, Magni Thomæ Magiſter. Alexander Halenſis Britannus, ſub quo Theologiæ operam dedit Doctor Seraphicus Bonaventura. Vincentius Bellovacenſis, *Speculo* Doctrinali, Hiſtoriali, Naturali, Morali incluſit quidquid extat in rerum natura; ingenti volumine ſumptibus Regis Gallorum Philippi Valeſij, divulgato. Hugo Carenſis, vel de Caro, aut S. Theodorico, ex Dominicano Cardinalis; vtili prorſus inventione, compactor *Concordantiæ Biblicæ*; cui inſudaverunt ex eodem Ordine Prædicatorio Conradus Halberſtadius, alijque plures. Nicolaus Lyranus, ex Iudæo Franciſcanus, *Poſtillarum* in vniverſum Bibliæ corpus augmentator. Henricus Gandavenſis, in Theologia ſubtilior. Ioannes *Taulerus* Dominicanus, ex famoſo inter Germanos Concionatore ad vitam myſticam non ſine miraculo traductus; plura reliquit eximiæ, & intimæ pietatis monumenta. Henricus Harphius Mechliniæ Franciſcanus, non minùs Scholaſticus quàm Myſticus. Ejuſdem ſecreti & characteris, Ioannes Ruſbrochius Prior Vallis-viridis ad Bruxellas; à Sixto Senenſi perperam, credo, Carthuſianis annumeratus. Non lectum, ſuſpectum habuit Gerſonius, quia à Luteranis laudatum; animadverti ego quædam olim, haud ſatis examinata de corpore CHRISTI in Euchariſtia patibili, mortis triduo. Raymundus Lullius Eremita Majoricenſis, *Novæ Artis* & Logices adinventor, de quo plura nos in ſequenti Rhetoricæ

circulo. Ioannes à Sancto Geminiano Ordinis Prædicatorum, Prædicatoribus proſunt Summa Similitudinum & Exemplorum, Sermones & Collationes. Iacobus de Vitriaco, Gallus Cardinalis, verbo & opere in oriente, inque occidente notiſſimus. Nicetas Coniates ſeu Acominatus, Hiſtoricus. Raymundus de Penna-forti Dominicanus, collectione Decretalium, quam juſſu Gregorij IX. in quinque libros digeſſit, Summâ Caſuum Conſcientiæ, ſanctitate & miraculis ſacram à Clemente VIII. meruit apotheoſin. Henricus Cardinalis Epiſtolas Decretales expoſuit, ſummam Canonicam fabricavit. Martinus Polonus, ex Monacho Archiepiſcopus, ſuo Chronico multa futilia inſerſit. Matthæi Pariſienſis Hiſtoriam Anglicanam lectu dignam, depravavit multis in locis Hæreticorum licentia. Humbertus, Dominicanorum quintus Generalis, inter multa pietatis Opuſcula Tractatum condidit de Vita Spiritali, quem N. Monialis Hiſpana in Conventu Avenionenſi, *Gallicè* vertit, Commentarijſque auxit & illuſtravit. Guillelmus Peraldus, ſive de Petra-alta, Viennenſis; varios Sermones, & Tractatus emiſit. Cantapratenſis, alijs Thomas, alijs Guillelmus, alijs Henricus, naturalis ſcientiæ peritus: &, quod eo ſeculo rarum, in gratiam D. Thomæ, Ariſtotelem latinitate donavit. Robertus à *Sorbona*, ſuo cognomine, ſuaque prole magis quàm ſuis Opuſculis toto orbe notiſſimus. Ricbardus de Media-villa, Franciſcanus doctiſſimus. Ægidius Romanus, ex Generali Auguſtinianorum Archiepiſcopus Bituricenſis, in Philoſophica nec-non in Theologica palæſtra exercitatiſſimus. Iacobus de Voragine, Genuenſis Epiſcopus: Sermonum, vt ferebat ætas, autor. Georgius Pachymeres, Dionyſij Areopagitæ ſubtilis Commentator.

DOCTORES.
Ioan. à S. Geminiano
Iacobus de Vitriaco.
Nicetas Coniates.
Raymundus Penna-fortius.
Henricus Cardinalis.
Martinus Polonus
Matthæus Pariſienſis.
Humbertus
Guillelmus Peraldus.
Cantapratenſis.
Robertus Sorbonus
Richardus de Media-villa.
Ægidius Romanus.
Iacobus de Voragine.
Georgius Pachimeres.

PETRUS PALUDANUS natione Burgundus, ex Vicario Patriarcha Conſtantinopolitanus, Bellarmino Hieroſolymitanus, Iuris Canonici conſultiſſimus. Ludolphus Saxo, è Dominicano Carthuſianus; VITÆ CHRISTI, ex Evangelijs conſarcinator. Petrus Aureolus, aliàs Verberius, Minorita: Rector Academiæ Pariſienſis, Concionator & Doctor facundus, tandem Archiepiſcopus Aquenſis. Durandus à S. Portiano, è Dominicano Epiſcopus Meldenſis juxta Bellarminum, doctrinæ Thomiſticæ æmulus præſubtilis. Ioannes Dunſius, à patria potiùs quàm ab obſcuritate *Scotus*, ab ingenio Doctor ſubtilis, abs vitæ inſtituto inter Minoritas Ariſtoteles. Guilelmus OKAMUS Franciſcanorum Nominalium parens, Sedi Pontificiæ iniquior. Auguſtinus Triumphus Anconitanus, ex Ordine S. Auguſtini, poteſtatem Eccleſiæ egregio volumine ſuffulſit. Franciſcus Mayronis de Integra Minorita, Scoti diſcipulus: magnum, quem Theologiæ Candidati Actum vocant, à mane ad veſperam, primus & inſtituit, & ſuſtinuit. Gregoras, Hiſtoricus Græcus. Ioannes Villanus Hiſtoriæ Florentinæ vernaculo Idiomate, multa inſeruit Eccleſiæ pervtilia. Henricus Suzo Dominicanus, divina patiens & ſcribens. Robertus Holkotius Anglus, Ordinis Prædicatorum, varias ſuper Scripturâ Lecturas adaptavit. Gregorius Ariminenſis, nec-non Thomas Argentinas Auguſtinianorum Generales, Theologi inſignes. Nicolaus Cabaſilas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, præclara ſcripta fermento Græco infecit. Paulus Venetus, Minorita, multæ & curioſæ eruditionis; Harmoniam Mundi edidit, & in totam Scripturam Problemata, quæ cenſoriâ virgulâ opus habuere.

SECUL. CHRISTI XIV.
Paludanus.
Ludolphus, an. 1330.
Aureolus.
Durandus.
Scotus.
Okamus.
Auguſtinus Triumphus.
Franciſcus Mayronis.
Gregoras.
Villanus.
Suzo.
Holkotius.
Gregorius Arimineus
Thomas Argentinas.
Nicolaus Cabaſilas
Paulus Venetus.

PETRUS de Alliaco Cameracenſis. Archiepiſcopus, idemque Cardinalis literatiſſimus, Aſtrologiæ paulò addictior. Ioannes Gerſonius florentiſſimæ Academiæ Pariſienſis Cancellarius, Sanctique Ioannis in Gravia Parochus, pietate, integritate, zelo, poëſi, Theologiâ commendatus. Ioannes Capreolus, Tholoſæ Dominicanus, Scholaſticus ſubtiliſſimus. Vincentius Ferrarienſis Dominicanus, vbiquè Apoſtolus, Venetijs in Armorica ſepelitur. Alphonſus Toſtatus, ab Epiſcopatu vulgò Abulenſis, doctrinæ, laboris & ſcriptionis immenſæ. Bernardinus Senenſis, inter Franciſcanos pietate & doctrinâ inſignis Verbi Divini præco. Ioannes Nider Suevus Dominicanus, multa ſcripſit

SECUL. CHRISTI XV.
Alliacus.
Gerſon.
Capreolus.
Vincentius Ferrerius.
Toſtatus.
Bernardinus.
Nider.

ECCLESIÆ
Richardus Radulphus. Capiſtranus. Petrarcha. Georgius Scholarius. Ioſephus Methonenſis. Beſſarion. Manuel Caleca. Cuſanus. Palmerius. Capnion. Antoninus. De Indagine. Harphius. Ioannes de Turre-Cremata. Dionyſius Carthuſianus. Argentinas. Sebundus. Zarabella.

Theologica ac Moralia. Richardi Radulphi, Archiepiſcopi Armacani, Scripta non intaminata. Laurentius Iuſtinianus, ex Canonico Regulari Parriarcha Venetus, totus pietatis balſamo conditus. Ioannes Capiſtranus, pietare & doctrinâ Beatis annumeratus. Franciſcus Petrarcha Florentinus, Canonicus, Scriptorum inter Italos ſuo ævo politiſſimus. Ejuſdem characteris inter Græcos Georgius Scholarius, Ioſephus Methonenſis, Gregorius Protoſyncellus, Beſſarion Cardinales doctiſſimi. Manuel Caleca Græcus, ſcripſit pro Larinis. Nicolaus de Cuſa Germanus, Cardinalis pius æquè & doctus. Matthæus & Matthias Palmerius, Chronologi. Ioannes Capnion Reuclinus, per Galatinum Arcana fidei multa ex Hebræis laticibus eruere conatus eſt. Antoninus, ex Ordine Prædicatorum Archiepiſcopus Florentinus, Scriptor prolixiſſimus. Ioannes Hagen, dictus de Indagine, Teuronicus Carthuſianus; ſcripſir quàmplurima, pia æquè & docta. Ioannes de Turre-Cremata, Hiſpanus, Dominicanus, Cardinalis, Iuriſconſultus eximius. Dionyſius Leuvius Germanus in Carrhuſia Rure-mundana, totam Scripturam *ſtylo* Patres inter & Scholaſticos medio illuſtravir. Argentinas, Dominicanus, Eccleſiam Aſceticis juxta & Theologicis voluminibus excoluit. Raimundi Sebundi Theologia Naturalis, non illegitimè *Theſaurus divinarum conſiderationum* nuncupatur. Alia ejus Opuſcula eandem ſapiunt vim ingenij, judicij, pietatis. Franciſcus Zabarella, Cardinalis, Logicâ & Iuriſprudentiâ eminentiſſimus: nonnulla tamen ſcripſir de ſchiſmate, retractanda.

Paulus Burgenſis. Panormitanus. Nauclerus. Platina. Bergomenſis. Albertus Krantzius. Iacobus de Valentia. Vvernerus. Chalcondilas. Biel. Marſilius Almarius Major. Mirandulani. Ficinus. Sabellic. Trithemius. Titelmanus.

Paulus ex Rabbino Levitico, Epiſcopus Burgenſis in Hiſpania; Poſtillas Lyrani partim correxit, partim auxit. Nicolaus Siculus de Tudeſchis, ex Benedictino Cardinalis Panormitanus omniſcius. Thomas de Vio Cajetanus, ex Dominicano Cardinalis, ſcriptis & pietate eminentiſſimus. Ioannis-Naucleri Chronographia, ampliſſima ſimul & opulentiſſima. Baptiſta Platina, *vitas Pontificum* in ordinem miſit, ſtylo nimis interdum piperato. Iacobus Philippus Bergomenſis Auguſtinianus, Hiſtoriam ſcripſit à Mundi exordio. Alberrus Krantzius Bambergenſis, & ipſe Hiſtoricus. Iacobus de Valentia, Epiſcopus Chryſopolitanus, Pſalmos omnes Davidicos mira facilitate explanavit. Werneri Weſtphali Faſciculus Temporum, continuatur à Ioanne Linturio. Leonicus Chalcondylas Athenienſis, Rerum Turcicarum Enarrator. Biel, Marſilius, Almairius, Major Theologiam Scholaſticam exornant. Pici duo Mirandulæ Comites, ingeniorum & ſcientiarum prodigia. Marſilius Ficinus, Florentinus, Philoſophus, Medicus, Theologus. Ioannes Ekius, Suevus; Lutheranorum in Germania primus, ac præcipuus debellator. Marcus Antonius Coccius Sabellicus, autor eruditiſſimus. Robertus Gaguinus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Generalis, hiſtoriâ & pietate non ignotus. Ioannes Trithemius Abbas Spanchemenſis, multa ſcivit: nimia ſciviſſe in Steganographia, à ſeverioribus arguirur. Franciſcus Titelmanus, Belga Franciſcanus, pietate & doctrinâ conſpicuus. Ioannes Fiſcherus, Roſtenſis Cardinalis, & Thomas Maurus: pro fide in Anglia ſub Henrico VIII. doctrinâ, & conſtantiâ Martyres.

Ioannes Faber. Latomus, Driedo, Cochlæus. Victoria, Soto, Catharinus. Aſpicueta.

Ioannes Faber, Epiſcopus Viennenſis, malleus Lurheranorum. Eodem in pulvere deſudarunt Iacobus Latomus, Ioannes Driedo & Cochlæus. Franciſcus Victoria, Soto, & Ambroſius Catharinus, Theologi inter Prædicatores eximij. Vltimus quædam haber, quæ paſſim improbantur. Martinus Aſpilcueta, à patria Doctor Navarrus: Iuris norma, & conſcientiæ regula.

SECVL. CHRISTI XVI. & VII.

SEQVENTIBVS ſeculis ſeſqui-duobus, credi vix poteſt quot in Eccleſiæ firmamento ſtellæ cujuſvis doctrinæ radijs effulſere. Noti namque ex omni gradu, ſacræ doctrinæ Proceres; quos ad noſtri dumtaxat ſpicilegij complementum, ſaris erit nominare.

Cardinales.

Longa nimirum ſerie prodeunr *Cardinales* Contarenus, Sadoletus, Bembus, Ximenes; cujus operâ prodierunt Biblia Regia, aucta ſubinde diverſorum idiomatum tranſlationibus. Spinellus, Toletus, Bellarminus, Baronius, Perronius, Rupifucaldius, Richelius, Lugo.

DOCTORES. Epiſcopi.

Epiſcopi, Ioannes Steuchus Eugubinus, Lipomanus, M. Hieronymus Vidas, Guevarra, Melchior Canus, Cornelius, Ianſenius Gandavenſis. Auguſtinus Iunianus, Nebrienſis; qui opus Veteris Teſtamenti quinque præcipuè linguis molitus eſt. Atque etiam Novum Teſtamentum, quod antea per litteras tantùm alphabeti diſtinguebatur; per verſiculos, quomodo nunc extant, diſcriminavit. Claudius Santonenſis, Amiotus Antiſſiodorenſis, Genebrardus Aquenſis, Harlajus Rhotomagenſis, Albaſpineus Aurelianenſis, Rupipozæus Pictavienſis, Spondanus Apamienſis, &c.

Exteri.

Inter *Exteros* Marcus Marulus, Albertus Pigius, Quinquarboreus, Iodocus Coccius, Lorichius, Ludovicus Vives, Lindanus, Tapperus, Benedictus Arrius Montanus, Ioannes Sutor, Snoygaudus, Petrus Bungus, Iacobus Pamelius, Prateolus, Bernardus Luxemburgus, Aubertus Miræus, Alphonſus Ciaconius, Oppomerus, & alij.

Galli.

Ex noſtratibus *Gallis*, Gaguæus, Clictovæus, Guillaudus, Deſtpencæus, Fileſacus, Beſſæus, Iſambertus, Duvallius, Gamachæus, Friſonus, Stephanus Durantus Proto-Præſes Tholoſanus de Ceremonijs Eccleſiæ, Antonius La-Vallæus, ſingularis Pſalmorum enarrator vernaculus.

Dominicani.

Ex *Dominicanis*, Savanarola, Granatenſis, Medina, Bannes, Vega, Vignerius, Pagninus, Sixtus Senenſis, Sylveſter, Abrahamus Bzovius, Compeſtem, &c.

Franciſcani.

E *Franciſcanis*, Capiſtranus, A Caſtro, Iavellus, Stella, Carthagena, Feuardentius, Panigarola, Ioannes Dela-Hayus, &c.

Carmelitæ. Ex diverſis Ordinibus.

Ex *Auguſtinianis*, Onuphrius Panuinus, Valderamus, Villa-Vincentius, Crucius, Stelartius, &c. *Carmelitas* inſinuat Hiſtoriæ Monaſticæ clauſula. Ex alijs paſſim *Ordinibus* Surius, Lanſpergius, Molina Carthuſiani. Hector Pintus Hieronymianus, Paulus Morigia Ieſuatus, Martius Lainerves, Præmonſtracenſis, Goronus Celeſtinus. Ludovicus Bloſius, Billius Gazæus, Laurentius, Benedictini. Euſtachius à S. Paulo, Ioannes à S. Franciſco, Petrus à S. Ioſepho è Fueillentinis. Villagagnonius, Eques Melitanus. Camartius, Humblotus, Blanchotus, Nigeronus, Merſenius, &c. Minimi. Torellius, ex Oratorio Nerio. Ex Berulliano Gibbius, &c. Monacho, & Novarinus Theatini.

Societas IESV.

Quanta verò & quàm perennis ſcaturigo Virorum omni eruditione limatorum, vel vnica illa SOCIETAS IESV? Repleret ſanè volumen integrum, parcitque calamus ſigillatim recenſere; tum quod labor foret infinitus, quo ipſimet defunguntur ex inſtituto: tùm quia vbi omnia egregia, electioni locus vix vllus ſupereſt.

HINC igitur & inde in tota, quanta quanta eſt Encyclopædia, *Turba* nominatim Interpretum, Scholaſticorum, Caſuiſtarum, Concionatorum, Aſceticorum tanta creſcit in dies; vt nonnullis (nec opinor immeritò) nimia fortaſsè videri queat. Hos enimverò à CHRISTI ærâ pleroſque omnes, præter ſuperiùs delectos, reperias diſperſos hinc inde in noſtro Contextu Scientiæ Humanæ & Divinæ. Sigillatim verò *referunt*, & recognoſcunt; Hieronymus in Catalogo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Græco-Latino: Gennadius, Sixtus Senenſis, Bellarminus, Poſſevinus: aliórumque tum Indices generales, tum ſpeciatim ex omni Ordine, nec-non in omni Diſciplina obvij Nomenclatores.

Bibliothecarij.

Neque moror etiam in hujus fine laterculi, Libros quos vocant, APOCRYPHOS, qui omni ævo ſuppullularunt. Ejuſmodi fuere, in cæteris, Eſdræ & Machabæorum Libri Tertius & Quartus. Thomæ Evangelium, Circuitus Ioannis, Periodi Pauli & Teclæ, Itinerarium Clementis, Infantia Salvatoris, Pœnitentia Adæ, Sanctorum Legendæ quædam fide ſubleſtâ: Abagari, Lentuli, Senecæ & Pauli, Hieronymi & Chromatij Epiſtolæ; aliaque id genus ſexcenta aut fictitia, aut ſuppoſititia, aut varijs ac diverſis ſubinde attributa.

Apocripha.

SVPERIORA duo veræ & γνησίας Chriſtianitatis decora, *Sanctitatem* dico & *Doctrinam* quoniam oppoſita acie impugnant Impietas & Error; attexemus ſerie conſequenti, Hæreſeon & Schiſmatum præcipua.

Nexus & commiſſura.

TITVLVS XXXVI.
Hæreſes præcipuæ.

SELECTA DE HÆRESIBVS.

Quattuor hominum genera. *L. 1. init.*

1. Barbariſmus.

2. Scythica Idololatria.
3. Elliniſmus.
4. Iudaiſmus.
Inter Iudæos Sectæ variæ.

NON immeritò Hæreticis accenſeri poſſunt in Lege *Naturæ*, quotquot derelicto DEI vnius cultu vero ac ſincero, ad prophanos ritus & Idolorum propudia exerrarunt. Quæ cauſa movit Epiphanium, vt in eo quod adverſus Hæreſes ſcripſit Volumine, primùm, vt quattuor hominum genera appoſitè ſatis diſcriminaret. Nam ab Adamo, inquit, ad Noëmum *Barbariſmus* obtinuit. Quo tempore vnam Epiphanius agnoſcit Eccleſiam, & Patriarchas vtiquè Chriſtianos adumbraſſe. A Noëmo ad Turris extructionem, Scythica Idololatria quam vocat Σκυθικὴν Δεισιδαιμονίας. A Turris extructione ad Abrahàmum, Ἑλληνισμὸς, ſeu Gentilis ſuperſtitio. Ab Abrahamo, ejuſque poſteris, *Iudaiſmi* ſincera Religio. Ex iſta Gentili admixta, orti ſunt *Samaritæ* ſeu Samaritani. Cuſtodes interpretatur; vel ex eo quod Regioni illi cuſtodes eſſent appoſiti, vel quod præſcripta ſolùm à Moſe in Pentatatheuco obſervarent. Hi iterum diviſi in Eſſenos, Sebuæos, Gorthenos & Doſitheos. Neque aliter inter Iudæos numerat Saducæos, à juſtitia nominatos. *Scribas*, Legem Moyſi grammaticis cavillationibus interpolantes. *Phariſæos*, quaſi ſeverioribus inſtitutis à cæteris ſeparatos. Hemerobaptiſtas, ex eo quod lavarent quotidiè. *Nazaræos*, ſanctiorem aliam legem comminiſcentes. Oſſenos, id eſt firmos ac ſolidos. Herodianos, qui Herodem Meſſiam eſſe adulabantur.

In Lege CHRISTI, quinam cenſendi Hæretici.
Quinam Schiſmatici.
1. Cor. 11.

Verùm in Eccleſia tandem Chriſtiano-Catholica, obtinuit vſus & invaluit conſuetudo; vt *Hæretici* appellentur qui notæ veritati pertinaciter & obſtinatè rebelles, conſequenter blaſphemi adverſus Spiritum-Sanctum, dogmata ad libitum comminiſcuntur contra Eccleſiæ Generalis decreta. Ac importunâ quidem neceſſitate, hæreſes eùm eſſe oporteat ex Pauli effato; dolendum dicam an indignandum à CHRISTO nato pluſquam ducentas Sectas veſtem illius inconſutilem laceraſſe, Eccleſiæ vnitatem diſſecaſſe. Potiores hîc, de more, perſtringam.

SECVL. CHRISTI I.
Hæretici ipſi Apoſtolorum temporibus, Thebutes, Herinthus, Philetus, &c.
1. & 2. Timoth. 1. & 2. cap. 2.
Simon Magus, Menander.

IAM certè ipſo Apoſtolorum ævo, pullularunt ea iniquitatis vitulamina. Thebutem etenim ob repulſam Epiſcopatus, à fide deficientem ſecuti ſunt Creobus, Baſilides, Diotrephes, Maſbotheus. Cherinthus adverſus D. Petrum inſurgens, negat vnicuique Baptiſmum neceſſarium eſſe ad ſalutem: Deiparæ Virginitatem, CHRISTI Divinitatem; denique Chiliaſtarum errori viam primus aperuit. Alexander Ærarius, Philetus, & Hymenæus Sathanæ à D. Paulo traditi, aſſerebant Reſurrectionem jam factam eſſe. Ebion, CHRISTVM & Spiritum in cœlo creatos mentitur. *Menander Simonem* Magum æmulatus, à DEO miſſum ſe jactitat. *Nicolaus* mulierum communitatem propugnans, divinum odium incurrit.

SÆCVL. CHRISTI II.
Aquila Ponticus
Phodicus.
Valentinus.

AQVILA Ponticus ſemi-Iudæus & ſemi-Chriſtianus, Ebionitarumque veneno infectus, Sacras-Scripturas Græcè interpolavit. *Phodicus*, Adamitarum parens; Elementa Solem & Lunam Deos eſſe pronuncians, orationem & matrimonium reijciebat. *Valentinus*, Epiſcopatus ambitu repulſus; ſomnia & figmenta mendaciſſima de Chao profundo, de ſilentio, intellectu & voluntate ſeculorum, de numeris Pythagoricis effutiens; Mariam CHRISTI canalem aſſerebat, non revera matrem. Peccatum non Libertati, ſed Sathanæ aut Naturæ Mundanæ attribuebat, negabatque corpus humanum ſalvandum. *Gnoſtici* ſive Scientes, aliàs Barboriani, Stratiotici, alijſque elogijs infames; Anteceſſorum colluuiei nova inquinamenta, velut ſibi à CHRISTO credita, ſuperaddebant. Inter cætera duos eſſe Deos, alterum bonum, alte-

Gnoſtici.

Digitized by Google

rum malum, Bruta intellectu prædita: animam humanam naturæ divinæ particulam, peccatum præmio non pœnâ dignum, &c. *Nazaræi*, Chriſtianæ Legi Iudaicam admiſcere fatagebant. *Ophitæ*; ſerpentem Adami deceptorem, CHRISTVM aſſerentes, in ciſta nutritum adorabant. *Cainani*, Valentinianorum progenies, Caïnum Patrem venerari, Abelem vecordiæ inſimulant: Iudæ CHRISTI proditoris, velut divini hominis, confictum Evangelium amplectuntur. *Sethiani*, Sethum Adami filium, CHRISTVM & Salvatorem ſuum jactabant. *Baſſus*, rerum omnium perfectionem: vitamque & generationem hominum in viginti quattuor Alphabeti litteris, ſeptemque Aſtris collocans, ſalutem à CHRISTO ſperare ridiculum putabat.

HÆRESES. Nazaræi. Ophitæ. Cainani. Sethiani, Baſſus.

Cerdo, duos Deos, creaturas naturâ ſuâ malas & à malo DEO aſtruebat: vtriuſque Teſtamenti ex libidine interpolator, reſurrectionem animæ non corporis admittebat. *Marcio* mus Pontica, vt habet Tertullianus: Eccleſiæ deſertor quia Virginis ſtuprator, mille modis delirat. *Apelles* Marcionem Magiſtrum erroris redarguens, & Philumenâ energumenâ muliere vſus, infeliciùs nugatur. *Hermogenes*; Perſonas in Trinitate confundebat. *Symmachus* Ebionita, Scripturas ad libitum interpretatur. *Lucianus* Samoſatenſis, Apoſtata, Epicureus Chriſtiana Myſteria deridet, à canibus laceratur. *Cataphrygum* hæreſis, autore *Montano* Phryge, & Eunucho; quem ſui, ob vitæ auſteritatem *Paracletum* appellavere: Confeſſionem & Pœnitentiam reijciebant; nullâ ſpe veniæ lapſis relictâ. Montano, cujus lapſus magna Eccleſiæ tentatio fuit, quòd dona Prophetiæ & miraculorum habere videretur, adhæſere Mulieres duæ Pſeudo-Propheti ſſæ, divites æquè & nobiles, Priſcilla & Maximilla. Ipſe demum Hæreſiarcha, eodem cum Iuda ſupplicio ſe ipſum punivit. Theodotus quæſtor, Melchiſedecorum Princeps, CHRISTVM Melchiſedecho reputabat inferiorem. *Praxeas* Sabellianorum anteambulo; Trinitatis Perſonas confundens Patrem Cruci affigebat.

Cerdo. Marcio, *an.* 134. *L.* 1. *advẽſ. Marcion.* Apelles. Hermogenes, *an.* 170 Symmachus. Lucianus. Cataphryges. Montanus, laqueo ſe ſuſpendit, *an.* 173. Praxeas.

TERTVLLIANVS è Iuriſconſultô Carthaginenſi ſanè eruditiſſimo, traductus ad Chriſtianam Philoſophiam; ejus patrocinium egit ad miraculum. Verùm, vt erat acri & feroci ingenio, inferioris gradûs impatiens, in Romanenſem Eccleſiam bilem acuit & ſtylum. Atque non vnius erroris miſerabili lapſu, magnos Viros docet non plus ſapere; quàm oportet ſapere. Sunt qui anathemate fulminatum à Zephyrino Papâ, antè mortem reſipuiſſe ſcribant. *Patritiani* carnem Sathanæ opus eſſe credentes, ita oderant, vt Donatiſtarum fanaticæ in ſeipſos crudelitati præluſiſſe videntur. *Origenes* priſcis hæreſibus bellum inferens, & ipſe errorum phalange debellatur: ab eoque, velut ab equo Trojano, Origeniſtæ varij effuſi. Sunt tamen qui aliunde illatas tanti Viri lucubrationibus plures ex illis maculas putent. *Elxeus* Chriſtos finxit duos, Celeſtem & Terrenum. Valeſiani ſeu Eunuchi, autore Valeſio Arabe, ſeipſos ſuoſque hoſpites caſtrabant; non auſi quicquam animatum eſitare, ne cibus fomes eſſet libidinis. *Elceſaitæ*, ſeu Samceani, & Adamitæ, nudi ambulabant: incantationibus infames, aquam vt Deum adorabant; Librum venditabant, cujus obſervatione ſalus obtingebat à CHRISTI ſalute diverſa.

SÆCVL. CHRISTI III. Tertullianus, *an.* 213. *Rom.* 12. Patriciani Origenes. *Vide Eccleſ. Alexandr.* Elxeus. Valeſiani-Eunuchi. Elceſaitæ.

Novatianus primus Antipapa, factus in Affrica Epiſcopus, ſchiſmati hæreſim, vt moris eſt, adjungit; abraſo Confirmationis Sacramento, quia clinicus & non Confirmatus Epiſcopatum acceperat: inductâ è Stoicorum dogmatis peccatorum æqualitate, interdictis ſecundis Nuptijs, lapſis poſt baptiſmum denegatâ Pœnitentiâ; ſuos, inter communicandum jurejurando ſibi aſtringebat. Ab eo edocti *Cathari* candidas veſtes gerebant, baptiſma rejectæ Pœnitentiæ ſufficiebant: tingebantque denuò, qui è Catholicis transfugæ ad eos ſe recipiebant. Hydroparaſtatæ, ſeu *Aquarij*, ſolâ aquâ in Miſſæ ſacrificio vſi. *Noëtus* cum Sabellio Diſcipulo, Patri-paſſianorum parens. *Angelici*, ex eo nuncupati quod Mundum ab Angelis factum, vel quod vitam ſe vivere Angelicam jactitarent: vel quia in Angelinâ Meſopotamiæ vivebant, vel quod demùm Angelos adorarent. *Apoſtolici*, ſeu Apotactici, id eſt Renuntiatores, di-

Novatianus, *an.* 255. Cathari. Aquarij. Noetus. Angelici. Apoſtolici.

Digitized by Google

ECCLESIÆ

vites & nuptos à communione reijcientes, apocryphis SS. Andreæ & Thomæ Actis vtebantur.

Manichæi, an. 310.

Manes Servus Perſa, Curbicus ſeu Vrbicus primùm appellatus; Buddæ Libris ſibi comparatis, illius erroribus ſuos adjungit. Apoſtolum ſe CHRISTI, quin & Paracletum à CHRISTO promiſſum dicens; duodecim ſibi, vt CHRISTVS, diſcipulos adſciſcit. Viginti ſeptem Epiſcopos, plures Preſbyteros, Electos plurimos creat, & vbique immittit; vt ſuam diſciplinam propagarent, Spiritumque Sanctum è Cælo illuminati, conferrent. Principia duò contraria eademque æterna, bonum & malum aſtruebat. Perijt infeliciter cute detractâ, quòd Perſarum Regis filium non ſanaſſet. Ab eo progeniti

Varia geminis.

Acuani, Chariſtæ, Macariani, Apocratitæ, Dicartitæ, Brachitæ, alijque innumeri; quos inter Abſtinentes, qui Gallias & Hiſpaniam ſuis erroribus inficiunt, Spiritum-Sanctum creaturis annumeravere. *Millenarij*, poſt generalem Reſurrectionem CHRISTVM è Cælo in terras accerſebant, mille annos cum Sanctis voluptuosè regnaturum. Dionyſij Alexandrini ſcriptis convictus *Coraciqn* eorum tunc Princeps, hæreſim palàm abjurat.

SECVL. CHRISTI. IV. Traditores, Meletiani.

LIBRI Sacri flammis erogati, quos qui dederunt, *Traditores* appellati. *Meletiani*, autore Meletio Lycopolienſi Epiſcopo, cum ijs qui in Perſecutione lapſi pœnitentiam deinde egerant, orare recuſantes, Ario poſteà adhæſerunt.

Arius, an. 336. *Vide Eccleſ. Alexandrin.* Coluthus. Aceſius. Audiani Anthropomorphitæ. Semi-Ariani, Euſebiani.

Arius Trinitatis imminutor, Eccleſiam hæreſi latiſſimâ, Orbem gemitu & miſerijs complet, viſcerum effuſione punitus. Ab eo Ariani, Soboles innumera. *Coluthus*, malum pœnæ à DEO proficiſci negabat. *Aceſius*, DEVM ſolum Apoſtatas poſſe abſolvere contendebat. Audiani, ſeu Vadiani & Anthromorphitæ DEVM humanâ formâ corruptibili effingebant. *Semi-Ariani* Trinitatem ὁμοιούσιον, non ὁμοούσιον eſſe contendunt. Conſtantinopolitanus Patriarcha III. Euſebius Nicomedienſis, tantus Arij fautor, vt ejus ſequacibus *Euſebianorum* nomen attribuerit; Paulum è Sede deturbatum, ſtrangulari curat.

Macedonius. Acacius. Aetius. Anomæi.

Conſtantinopolitanus Patriarcha IV. *Macedonius* Pneumatomachorum Parens, Spiritum-Sanctum in Creaturarum ordinem relegat. *Acacius* Sanctorum venerationem & jejunia reijcit, veſtem Philoſophicam præfert Pontificali, matrimonium prohibet. *Aerius* Epiſcopis pares facit Presbyteros, alijſque pluribus Calviniſmo præludit. *Anomæi*, alias à ſuis autoribus & fautoribus Eunomiani, Athiani & Eudoxiani; Patri diſſimiles ſtatuunt Filium, & Spiritum-Sanctum: Catholicos Antiquarios appellantes, Sectarios ſuos baptizant capite deorsùm pedibus ſursùm verſis, in nomine DEI Increati, Filij, & Spiritus-Sancti creatorum.

Troglodita. Meſſalianorum Varia nomina. Lucifer. Rhetorius. Euphrates, an. 346.

Troglodita, ſpecie ſerpentum, Idola in antris colunt. *Meſſaliani*, alias Pſalliani, Euchitæ, Precatores, Spirituales Euphemitæ, Adelphij, Saccophori, Enthuſiaſtæ, Martyriani & Sataniſtæ; orationem ad ſalutem ſufficere, Baptiſma & Euchariſtiam inutiles imaginantur. *Lucifer* Calaritanus, Eccleſiam velut meretricem deſerit: animam hominis cum, & ex carne gigni profitetur. Agnoitæ, DEVM mutabilem aſſerunt. *Rethorius*, Hæreticos omnes veritatem profiteri aſſerebat. In Concilio Agrippinenſi Euphrates, ejus Coloniæ Epiſcopus exautoratur.

Paterniani. Collyridæ. Antidico Marianitæ. *Hæreſ. 77. & 78.*

Paterniani, ſeu Venuſiani, mentem à DEO: inferiores verò corporis partes ab Antitheo creatas comminiſcuntur, in omne turpitudinis genus effuſi. *Collyridianorum* hæreſis ex eo dicta, quòd Mulieres quædam in Arabiâ certo anni die, κολλυρίδας Deiparæ Virgini, tanquam Deo ſummo, cum cultu & adoratione offerebant. Ex adverſo ſtabant *Antidico-Marianitæ*, Helvidij paroavi; qui Mariam poſt divinum partum, Ioſepho Marito conſueſſe cavillabantur, confutati ab Epiphanio.

Seleuciani. Priſcillianus. Iovinianus, an. 412.

Seleuciani, ſeu Hermiani, DEO corporeo coævam materiam, baptiſmum igne & Spiritu, CHRISTI corpus abſidi ſolis inſidere, Infernum mundum eſſe aſſerebant. *Priſcillianus*, veteres Hæreſes interpolat. Iovinianus Mediolanenſis Pſeudo-monachus, Mariam commaculat: jejunia tollit, &c. ab Stonovio relegatus

gatus inter infames epulas animam evomit. *Bonoſus*, CHRISTVM FILIVM DEI adoptivum inducit, non naturalem. *Donatiſtæ*, Rogatiani, Circumcelliones Eccleſiam vexant in Africa.

Felicianus Arianus, res Fidei rationibus, priùs quàm teſtimonijs atque auctoritatibus tractandas eſſe contendit. *Agapetarum* ſecta, ab Agapâ Hiſpanâ muliere exorta; ſine matrimonio ſpiritualiter conjugati, impudiciſſimè vivebant. *Diſcalceatorum* agmen erronea biblici textus, *ſolve calceamentum de pedibus tuis*, interpretatio parit.

HÆRESES. Donatiſtæ. Felicianus. Agapetæ. Diſcalceati. *Actor. 7. & 13.*

VIGILANTIVS, Hiſpanus, Imaginum & Votorum oppugnator. *Pelagius* Scotus, Gratiæ impugnator. Abeloitæ ſeu Abeliani in Hipponenſi agro, volebant omnes matrimonio jungi: Virgines tamen permanere Abelis inſtar, acceptiſque aliunde adoptivis filijs. Verùm brevi, errore detecto, Eccleſiam audierunt.

SECVL: CHRISTI V. Vigilantius, *an.* 406. Pelagius. Abeloitæ. Hæretici converſi.

Leporius Gallicanus Monachus Neſtorianæ hæreſi præludens, edocetur ab Auguſtino. At non ita multò poſt *Neſtorius* ipſe ob eloquentiam electus Conſtantinopolitanus Epiſcopus XV. Virginem Mariam Χριστοτόκον, non Θεοτόκον: CHRISTVM Θεοφόρον, non verò DEVM appellans, duas Perſonas ſicut & Naturas admiſit: pane fermentato, & calice etiam Laïcis communicato, hæreſim invexit. Eam ob rem in Amaſim amandatus, verminante linguâ emoritur, Libris illius Theodoſij edicto flammis addictis. *Semipelagiani*, Galliam præſertim infeſtant: maximè in Provincia, vnde & dicti Maſſilienſes. *Eutyches* dum Neſtorium oppugnat, naturarum in CHRISTO diſcrimen omne tollit.

Leporius. Neſtorius, *an.* 430. *Vide Eccleſ. Antiochen.* Semipelagiani. Eutiches, *an.* 450. *Vide Eccleſ. Conſtantinopolitar.*

Timotheus Ælurus, ex Monacho Preſbyter Neſtorianus, à Proterio damnatur. Is ſimul cûm Petro Moggo Diacono, qui Angelum ſe eſſe dicebat ad hoc miſſum, vt Alexandrinos Proterio Timotheum Epiſcopum ſubrogare juberet, ita Monachos hæreticos commovit; vt ipſo die Paraſceves, in Baptiſterio S. Proterius obtruncatus fuerit, Timotheus Sedem Epiſcopalem invaſerit. S. Proterij interfectores linguæ abſciſſione Leo mulctat, Timotheum Epiſcoporum judicio reſervat. *Petrus Fullo* Cnapheus, Theopaſcitarum hæreſim invehit.

Timotheus Ælurus. Petrus Fullo. Theopaſcitæ.

Prædeſtinatianorum hæreſis ex malè intellectis D. Auguſtini Libris exorta in Galliâ, Concilio Arelatenſi damnatur. Sed enim *Fauſtus Rhegienſis*; dum impoſita diſputandi de Gratiâ & Libero Arbitrio Provinciâ defungitur, nonnunquam extra lineas exorbitat. Eutichianorum vitulamina, *Acephali*, aliquando Severiani, Diacrinomeni & Hæſitantes; ſic dicti quòd neque Catholicis, neque Petro Moggo, qui Ἑνωτικὸν receperat, ſine capite aſſentirentur. Xenaias, ſeu *Philoxenus*, Genere Perſa, conditione ſervili, Eutychianus, etſi nondum baptiſmo initiatus, creatus à Petro Cnapheo Hierapoli Epiſcopus; ſacras adverſus *Imagines*, primus impietatis vexillum ſuſtulit. *Anaſtaſius* Imperator, *Acephalorum* & Manichæorum fautor; poteſtatem cuique facit, quam vellet *ſectam* profitendi.

Prædeſtinatiani. Fauſtus Rhegienſis. Acephali. Hæſitantes. Anaſtaſius.

SEVERVS Monachus in ſpem obtinendæ Antiochenæ Sedis ab Anaſtaſio erectus, ſi modò Eutychianam hæreſim tutaretur; magiam profeſſus, Acephaliſque favens, cum ducentis Monachis Conſtantinopolim advenit. Dumque CHRISTI Corpus corruptibile, Iulianus verò incorruptibile aſſerit; ille Corrupticolarum, hic Incorruptibilium ſeu Phantaſtarum Sectas concipiunt. *Petrus*, *Apamenſis* Epiſcopus, Sacros Eccleſiæ Canones reijcit: Sanctorum imagines & memorias tollit, Monachis è Clauſtro pulſis, meretrices ſubſtituit. *Monachi Scythæ* quæſtionem movent, vtrum vnus de Trinitate paſſus dici debeat. Acœmetæ, ſeu Inſomnes, Neſtorij aſſeclæ. *Agnoitæ* negant CHRISTVM, vt hominem, diem Iudicij cognoviſſe. *Tritheitæ* à Philopono edocti, tres Deos, in CHRISTO Perſonam vnam ponunt: mortuorum re-

SECVL. CHRISTI. VI. Petrus Apamenſis. Monachi Scythæ. Inſomnes. Agnoitæ. Tritheitæ.

Google

ECCLESIÆ

Chryſolitæ. Origenes condemnatus, an. 546.

ſurrectionem, eodem cum corpore negant. *Monophytæ* aſſerunt naturam vnam ex duabus compoſitam, vnamque voluntatem eſſe in CHRISTO; vnde Monothelitæ, aliàs etiam Ægyptij & Scematici dicti. Chryſolitæ, CHRISTVM in Inferis humanitatem reliquiſſe ſomniabant. *Origenes*, Iuſtiniani decreto, Paleſtinis Monachis cum Pelagio Romanæ Sedis Apocriſiario inſtantibus, damnatur. Condemnationi Vigilius P. M. Mennas Conſtantinopolitanus Patriarcha, & alij ſubſcribunt.

Heicetæ.

Heicetæ Pſeudomonachi & Pſeudocatholici, cum Monialibus ſuis in Monaſterio choræas agebant; velut Moſis & Mariæ, in exitu Maris rubri, imitamento.

SECVL. CHRISTI VII. Gnoſimachi. Ecthesis. Theocatagnoſtæ. Armeni, an. an. 687. Chaziuzanij. Thnetopſychitæ. Ethnophrones. Pſeudo-interpretes. Lampetiani. Aginnenſes. Maronitæ.

Gnoſimachi ſcientias Chriſtianis inutiles, ſolamque honeſtam actionem ſufficere contendebant. Heraclius edicto, *Ecthesim* appellant, Monotheliſmum proponit. Theocatagnoſtæ, ſeu Contumelioſi; in DEVM, DIVOS & Divina blaſphemi. *Armeni* à Iacobo Zauzalo orti, Iudaïſant, paſſimque delirant. Ab ijs *Chaziuzanij*, ſeu Staurololatræ; ſolam Crucis imaginem venerati, canis nigri memoriam colebant. *Thnetopſychitæ*, animas cum corporibus interire contendebant. *Ethnophrones* Paganorum ritu, magicis augurijs & Iudiciariæ addicti. Parermeneutæ, ſeu Pſeudo-interpretes. *Lampetiani*, cuique Cœnobitæ vitam ad libitum permittebant, rati Chriſtianum nil invitò facere debere. *Aginnenſes*, carnibus & matrimonio abſtinebant. Maronitæ, Monotheletarum germen.

SECVL. CHRISTI VIII. Chriſtiano-Cathegori. Iconomachi, an. 723. Aldebertus.

AGONYCLITIS nomen, ex eo quod genibus flexis orandum negarent. *Chriſtiano-Cathegori*, ſeu Chriſtianorum accuſatores; CHRISTI, B. Virginis, Sanctorum, Angelorumque *Imagines* adorabant. Ex oppoſito *Iconoclaſtarum* ſeu Iconomachorum rabies, Iudæi cujuſdam ſuaſu, incipit ſub Leone Imperatore. *Aldebertus*, Gallus, acceptis Sanctiſſimis ab Angelo Reliquijs omnia ſe à DEO poſſe impetrare jactitans; dicatis ſibimet Sacellis, ad Limina Apoſtolorum peregrinos, deridens avertebat.

Pauliciani.

Pauliciani, ſeu Paulotannitæ & Attingani, ſuper Manichæorum & Valentinianorum fabulis, addebant Baptiſmum his verbis conſiſtere, *Ego ſum aqua viva*: Eucharistiam illis, *accipite, manducate & bibite*. Cultum Crucis rejiciebant, Catholicos Romanos, ſeipſos Chriſtianos appellabant. Concordenſes, ſeu Bagnolenſes, Albanienſium congreges. Felix Vrgelitanus & Elipandus Toletanus, CHRISTVM FILIVM DEI non admittunt niſi adoptivum. Albanenſes, plures hæreſes ſimul ferruminant.

Concordenſes. Felix & Elipandus.

SECVL. CHRISTI IX. X. & XI. Ioannes Scotus.

IOANNI *Scoto* Benedictino, Bedæ Diſcipulo, tributum (perperam) contra Euchariſtiam volumen. Hincmarus Remenſis Epiſcopus Godeſcalcum refutat, damnatque: & viciſſim à Floro Magiſtro Lugdunenſi Diacono, ſub Eccleſiæ Lugdunenſis nomine, erudito Commentario refutatur.

Nulla ſeculo decimo nova Hæreſis exorta, durat Græcorum Schiſma: pluraque, & ea quidem diriſſima Latinam Eccleſiam diſſecant, vt proximo Titulo inſinuabitur.

Manichæi puniti. Simoniaci. Berengarius, an. 1035.

Sequenti vndecimo *Manichæi* in pluribus occidentis vrbibus, ab Heriberto & Liſoio Preſbyteris edocti, vivicomburio addicti. Hæretici quidam *Simoniacos* ad Eccleſiam redeuntes, Sacris rursùs initiandos eſſe docent. Berengarius, Archidiaconus Turonenſis, Fulberti Carnotenſis diſcipulus; malè ſentiens de Euchariſtia, errores ſæpè-ſæpius & abijcit & reſumit, exitu vitæ ſatis dubio. A ſuo condiſcipulo Adelmano Brixienſi, à Durando Leodienſi, alijſque magnis Viris Scriptus confutatur. Nicolaitæ, Mediolani cœlibatum Preſbyteris adimunt. Romæ actum in Concilio, contra Voluptuarios Hæreticos.

Digitized by Google

HÆRESES.

HÆRESEON SEQVELA Seculo duodecimo.

TITVLVS XXXVIII. *Continuatio* SECVL. CHRISTI XII.

Durandus. Marſilius Paduanus. Bongomilli. Tandemus.

ROSCELLINVS, novus Sabellianus, damnatus. *Durandus* de Waldach, Matrimonium occultam impudicitiam appellans, igne punitur. *Marſilius Paduanus* negans Papam CHRISTI Vicarium Generalem, Imperatorio judicio ſubijcit: omnem Antiſtites inter & Preſbyteros diſtinctionem tollit, & vtriſque poſſeſſiones aufferendas docet. *Bongomilli*, autore Baſilio Medico Iconoclaſta; qui Monachi veſtem indutus, docebat nullam eſſe Trinitatem, Moſis Libros rejiciendos: DEVM formâ humanâ efformatum, Mundum creatum à Dæmonibus, Archangelum Michaëlem incarnatum fuiſſe. Aſſerebat inſuper omnes ſuos Sectarios Verbum Divinum, eodem prorsùs modo quo Beata Virgo, concipere. Demùm permittebat quemque Fidem ſuam tacere, vt mortem evitaret; quam ipſe ab Alexio Imperatore comprehenſus, ignique damnatus ſubijt. Tandemus, ſeu Tanchelmus, tribus hominum millibus ſtipatus, impios & impudicos errores Antuerpiæ promulgat.

Petrus de Bruis. Cotriarij. Abaillardus, an. 1140. Porretanus.

Petrus de Bruis, è Provinciâ ortus, negat Infantes ante rationis vſum baptiſmatis virtute ſalvari poſſe: Templa ædificari debere, Sanctæ Crucis ſigna perfracta flammis ſubijcit; quibus & ipſe poſtmodùm addictus eſt. Cotriarij, ſeu Cotterij, Petro-Bruſſianorum erroribus ſuperaddebant B. Virginem Angelum revera fuiſſe. *Abaillardus* Nannetenſis de Trinitate cum Ario, de Gratiâ cum Pelagio, de CHRISTI Perſonâ cum Neſtorio ſentiens; compoſitionem in Divinis admittit, Patri ſoli poteſtatem, Filio ſapientiam, Spiritui-Sancto, quem Mundi Spiritum appellat, benignitatem: medium aliquid Creatorem inter & Creaturas invehit, Angelis virtutem defert creatricem, nihil non intellectum credi ſinit, &c. *Gilbertus Porretanus*, Præſul Pictavienſis; multa quoque nugatur circa Trinitatem, merita, Baptiſmum, &c. Ambo ope S. Bernardi reſipiſcunt. Ab eodem confutati *Pſeudo-Apoſtoli*, qui ſe Apoſtolicos, Apoſtolorum veros ſucceſſores, Corpuſque Eccleſiæ CHRISTI: continentiæ & caſtitatis votum profeſſi, matrimonio damnato, mulieres ſecum circum ducebant; lacticinijs cibarijſque omnibus, quæ ex carnali copulatione prodeunt, abſtinebant. Emerſerunt per id quoque tempus Henricij, & Patrini ſeu Publicani; quorum errores, conflati ex diverſis.

Eo Brito. Ioachimus Abbas. Vvaldenſes. Inſabbatati. Albigenſes.

Eo ſeu Eudo, à ſtella cognominatus, Brito, Pſeudo-Propheta, Magiæ addictus: Sectariorum vni Sapientiæ, alteri Scientiæ, tertio Iudicij: alijs Angelorum, alijs Apoſtolorum nomina imponens; eum ſe eſſe jactitabat qui venturus eſt judicare vivos & mortuos, & ſeculum per ignem; cui, cum ſuis, addictus eſt. Ioachimus, Ciſtercienſis Abbas de Curatio in Sicilia, multa vaticinans magiæ ſuſpectus; hæreticus accenſeretur, niſi Scripta Sanctæ Sedis Apoſtolicæ judicio ſubmiſiſſet. *Vvaldenſes* ab autore, Pauperes de Lugduno à profeſſione vocati, Calviniſmo præludunt. Sicut illorum progenies, Inſabbatati: & Manichæorum, Albigenſes. Nec minùs Ioachimi Abbatis Diſcipulus Petrus Ioannes, Eccleſiam Babylonicam meretricem, Papam Anti-Chriſtum vocitans.

SECVL. CHRISTI XIII. Almaricus. David Dinancius. Lullius. Flagellantes. Fraticelli.

ALMARICVS Carnutenſis, Doctor Pariſienſis; negat in ſtatu Innocentiæ Sexuum differentiam, coitum & generationem: Beatos DEVM in ſeipſo videre, animam aiebat per contemplationem in divinam ſuam ideam redire; de Paradiſo, & Inferis nugatur. Superaddit David Dinancius, DEVM eſſe materiam primam. Raimundum Lullium Gualterius hæreticis accenſet, ſed perperam. *Flagellantes* flagellationem Confeſſioni, Martyrioque præferebant. *Fraticellorum*, ſeu Biſochorum ſecta, autore Hermano Italo, tertium S. Fran-

ECCLESIÆ

ciſci Ordinem exteriùs & falsò profeſſa ; paupertatem ſummamque rerum omnium communitatem, præſertimque mulierum inducit.

Beguardi, & Beguinæ,

Beguardi & Beguinæ in inferiore Germaniâ pietatem ementiti, docent Hominem poſſe in hac vitâ perfectam beatitudinem conſequi : naturam omnem intellectualem ex ſe, non per divinam Gratiam lumen-ve ſupernaturale, beatam eſſe; Hominem in ſtatu perfectionis & libertatis poſitum, nullâ obſervantiâ humanâ teneri : Eccleſiaſticis jeiunijs non adſtringi, ne quidem ad DEVM preces fundere debere. Conſimilium deliramentorum autores, Iacobus & *Bononatus* ; ille ſuos ad hæreſim damnatos martyres vocans, carceri perpetuò datur, hic vivicomburio abſumitur.

Dulcinus.

Dulcinus communitatem & charitatem prædicans, ſex virorum mulierumque millia cogit ; qui occupatis Alpibus, nefaria omnia perpetrabant.

Lollardus Vvalterus,

Lollardus Vvalterus Coloniæ concrematus, hæreticè aſſerens Luciferum, cum ceteris Apoſtatis, injuſtè è celo ſuiſſe deturbatum, cæleſtique beatitudini reſtituendum eſſe : S. Michaëlem, cetereſque Angelos æternis ſupplicijs deberi; Deiparam, poſt partum, Virginem non permanſiſſe. DEVM aut ignorare, aut ſaltem non punire quæ ſub terris crimina patrantur.

Ioannes de Poliaco,

Ioannes de Poliaco, Doctor Pariſienſis, erroris damnatus à Ioanne XXI. P. M. quòd doceret neminem apud Mendicantes Religioſos peccata poſſe conſiteri; quin ea rurſus Curioni, vt proprio Paſtori detegat : nec Pontificem, neque verò DEVM ipſummet, generalem confeſſiones audiendi licentiam cuiquam poſſe concedere.

Petrus Cognieterus,

Petrum Cugnerium hoc quoque Elogio infamat Gualterus, ob immunitates Cleri, acriùs quàm par erat, ab eo exagitatas.

Ianoveſius. Borbacenſis.

Bartholomæus Ianoveſius, Librum in lucem edit de Anti-Chriſto haud dubiè extituro ipſo Pentecoſtes die. Bertholdus Borbacenſis, Beguardi erroribus addit CHRISTVM in Paſſione à Patre relictum : & dolore oppreſſum, de ſuâ ſalute dubitaſſe.

Armacanus.

Richardus Armacanus Hibernus, Franciſcanis infeſtus, turpem Chriſtianis voluntariam paupertatem & mendicitatem reputat : atque Sacerdotes quoſvis, abſentis Epiſcopi partes poſſe ſuſtinere.

Turilupini.

Turilupini, ſeu Cinici, à Gregorio XI. igni adjudicati; Beguardorum erroribus addebant nil à naturâ datum turpe, orationes vocales ſuperfluas.

Vvicleplus.

Ioannes Vvicleplus, Anglus Preſbyter; Euchariſtiæ realitatem, Preſbyteri & Epiſcopi diſcrimen, graduſque affinitatis tollit. Preſbyterum, aut Epiſcopum mortali peccato infectum, nihil poſſe conferre; quamlibet creaturam, DEVM poſſe vocari aſſerit. Egregiè refutatus à Thoma Waldenſi Carmelita, quem Martinus V. ſuo propterea reſcripto diplomate honoravit.

SECVL. CHRISTI XIV

Ioannes Hus. Petrus Dreſdenſis, an 1406. Iacobellus.

IOANNES HVSSITA Bohemus, Waldenſium & Wicleſitarum errores ſuo novo modo diſſeminat. *Petrus Dreſdenſis*, ſeu Tracenſis Germanus, ob Waldenſium virus exul Pragam ſecedit : junctoque ſibi *Iacobello*, docet præſertim Euchariſtiam duplici ſpecie Laïcis adminiſtrandam. Hinc Boëmia peſſumdata.

Ziſca, Taboritæ, &c, an. 1419.

Nam Ioanne Huſio & Wiclefo erogatis, Sectæ patrocinium ſuſcepit Ioannes Ziſca nobilis Boëmus. Is occupato à ſe caſtello, Taboris nomen imponit; aſſerens cum tribus Apoſtolis CHRISTI Transfigurationem ſe vidiſſe eo in monte : illieque didiciſſe inſani capitis deliria, quas Fidei veritates appellabat. Dux demum non ſemel victor contra Sigiſmundi copias, peſte extinguitur, jubens cadaver ſuum feris exponi cute primùm detracta ; ex qua tympanum conficeretur, cujus percuſſi ſonitus terrorem in prælijs hoſtibus afferret. Hinc tres Huſſitarum Sectæ; Pragenſium, Taboritarum, & Orphanorum qui Ziſcam deflebant. *Orebitæ* inſurgunt adverſus Preſbyteros, & CHRISTI Incarnationem.

Nicolaus Galecus,

Huſſitarum variæ ſectæ, in quibus potior *Nicolaus Galecus*, contra Baſileenſes Patres diſputavit. Ex ijs plures, Catholicam Fidem amplectuntur Obſtinatiores Taboritæ, Bohemiam populantur : generalique certamine victi reliquiæ ſecedunt in Poloniam.

Palmerius.

Mathæus Palmerius, Florentinus, Chronicarum Generalium ab anno 449. ad ann. 1449. autor; ſcripto libro de Angelis, hæreſeos damnatus, igne pe-

Digitized by Google

rijt. Secta per id tempus exorta, negat vllum poſt D. Petrum CHRISTI Vicarium fuiſſe, niſi qui illius actiones imitaretur. *Academici*, inter quos Platina, quibus omnia in dubio erant poſita, Hæreticis accenſiti à Paulo III. *Petrus de Oſma*, Profeſſor Salmanticenſis, Confeſſionem aſſerens eſſe inſtitutionis humanæ, damnatur à Sixto IV. Hermannus Riſvuich Hollandus, errorum cloaca.

HÆRESES. Academici. Petrus de Oſma. Hermannus.

SÆCVL. CHRISTI XV. Martinus Lutherus. Anabaptiſtæ. Caroloſtadius. Oecolampadius. Libertini.

MARTINVS LVTHERVS occaſione Indulgentiarum, perniciem Eccleſiæ & Germaniæ machinatur, ſub Leone X. Iacobus Præpoſiti, Lutheri congerro, Monaſterium, cujus erat Prior, Antuerpiæ inficit: ideoque funditùs evertitur, Pontificis juſſu. *Anabaptiſtæ*, autore Petro Muntzerio, pueros iterùm baptiſant: negant filium DEI, ex Virgine carnem ſumpſiſſe; realitatem, & ſacrificium Euchariſticum reijciunt. Andreas *Caroloſtadius*, Witembergenſis Archidiaconus, Luthero relicto, quocum per biennium amiciſſimè vixerat, Berengarij errorem renovat. Ioannes *Oecolampadius* Germanus, Inſtituti S. Brigittæ, Luthero primùm adhæreſcit; poſt modùm Sacramentarijs adiunctis, negat bellum Chriſtiano licitum, Liberum Arbitrium & Sanctorum invocationem. *Libertini* à Quinto Picardo Sartore, Coppinoque ſocio edocti; vnum immortalem Spiritum Deum admittunt, Angelos, Dæmones, Animas, peccatum, nihil eſſe dicunt.

Zuinglius. David Georgij. Ruſtici deleti, an. 1525. Melanctonius, an. 1530. Bucerus.

Zuinglius, Conſtantienſis Canonicus, cum Luthero contra Indulgentias, contra Lutherum cum Berengario & Oecolampadio ſentit. Ipſe narrat ſe in ſomnijs, ad realitatem Euchariſticam impugnandam, à quodam Spiritu, albone an nigro ambigit, edoctum: legitque Verbum Caro facta eſt, pro *Verbum Caro factum eſt*. David Georgij, filius Vitriarij Gandavenſis, ſe DEI nepotem, ex ſpiritu non carne natum, verum Meſſiam: tertiúmque Davidem, qui in terris regnare deberet, fingere auſus eſt. *Ruſtici* Lutherani, Anabaptiſtarum ſoboles, negantes vllum tributum Magiſtratui eſſe perſolvendum; ducibus Montzerio & Chriſtophoro Scaplero, ad centum millia congregati, cæduntur in Germaniâ. Philippus *Melanctonius* Lutheranus, germanicè Soccus appellatus, mollium Lutheranorum dux, Auguſtanam confeſſionem conſcribit. Martinus *Bucerus*, ex Dominicano Sacramentarius, inde Lutheranus: poſteà Zuinglianus, iterum Lutheranus; tandem fabricat ſectam novam, Sacramentarios Lutheranis tentans conciliare.

Apoſtaſia Anglicana, an. 1535. Genevenſis Rebellio.

Occaſione nequaquam tacenda, MONSTRVM hactenus ſatis inauditum *Henricus* VIII. Angliæ Rex; ex fidei Defenſore factus Lupus rapax, Eccleſiæ Anglicanæ Caput ſemet conſtituit. Ea autem occaſio lamentabilis repudium fuit ab eo oblatum Catharinæ Auſtriacæ, ſuperinducta pellice, Anna Bolena, quod Pontifex renuit approbare. Mox actus in furorem Princeps adulter, vltra Iuliani Apoſtatæ dira, conſtantes Orthodoxos nullo non pœnarum genere afficit. In cæteris Thomas Morus, Regni Cancellarius: ſimulque Ioannes Fiſcherius Præſul Roffenſis, abs Pontifice Romano in ipſomet carcere creatus Cardinalis, Martyrio coronantur. Nec abſtinens à ſacris etiam monumentis, oſſa S. Thomæ Cantuarienſis, vt pote Eccleſiæ vindicis, jubet exuri. Eodem hæreſis œſtro perciti *Genevenſes* Lacus Lemani, pulſo Epiſcopo, novam Reipublicæ formam arripiunt. Hermanus Coloniæ Archiepiſcopus, Concilio contra Lutheranos ritè celebrato, ad illos nihilominus poſtmodum transfugit.

Calvinus. Inverecundi. Caſtalonius. Bulingerus.

Ioannes *Calvinus*, Canonicus Noviodunenſis, Galliâ pulſus ob ſcelera, Baſileam ſeceſſit. Mox Genevæ ſedem figit; vbi Inſtitutionem, & ſectam Zuinglianis accedens, parturit Galliæ & Angliæ exitialem. *Inverecundi* ferro fronte cruentatâ & oleo inunctâ, Chriſtianos ſe fieri aiebant: Spiritum Sanctum non plus eſſe quàm animæ motionem, vt qui eum adoraret Idolatriæ flagitio ſeſe pollueret. Sebaſtianus *Caſtalonius* docet Genevæ, licere cuique quam voluerit Religionem profiteri. Henricus *Bulingerus* Zuinglianus, nullum Anti-Chriſtum alium à Summo Pontifice expectandum ſcribit. S. Ioannem Evangeliſtam

Idololatriæ accuſat, quod Angelum in Apocalypſi venerabundus adoraverit.

ECCLESIÆ
Poſtellus.
Beza.
Oziander.

Guilelmus *Poſtellus* ſcientiſſimus, lectis Rabbinorum & Tamuldiſtarum fabulis multa nugatur, ab Eccleſia tamen extorrem nemo ſcribit. Theodorus *Beza* Vezelienſis, prior Longumellæus, Calvini Symmiſta. Oziander Lutheranus, ſecundum Enochum ſeſe appellat. Bernardus Okinus, Polygamiam inducit.

Okinus.
Cœtus Vittembergenſis.

Conventiculum *Vittembergenſe*, generale ab Hæreticis appellatum; Luthero Præſide ex trecentis Miniſtris, celebratum. Servetianorum autor Michaël *Servetus* Hiſpanus, Prophetam ſe Vniverſi deprædicans; Alchorano lecto, Mahumetiſmum Chriſtianiſmo miſcet. *Vbiquetary* à Ioanne Brentiano, rejectâ Tranſſubſtantiationis doctrinâ, Corporis tamen CHRISTI realitatem in Euchariſtiâ agnoſcentes; aſſerunt corpus CHRISTI, poſt Aſcenſionem, vbiquè adeſſe. *Carolus Molineus* Iuris Conſultiſſimus, Ioviniani inſtar, partum CHRISTI contaminat. Eum tamen nunquam pertinaciter fuiſſe hæreticum, nudius-tertius editâ Molinei vitâ, ſatagit Brodæus.

Serveriani.
Caſtalio.
Vbiquetarij.

Molinæus.

Deiſtæ.

Deiſtæ ſeu Trinitarij, novi Ariani dicti, aſſurgunt in Poloniâ duce Gregorio Pavio Cracovienſi Miniſtro. *Antitrinitarij*, ſeu Avtotheani, Trinitarijs ſeſe opponentes, Sabelliani hæreſim renovant. *Ioannes Sturmius* Sectam novam, quam vocat viam medij ſine Catholicorum aut Proteſtantium offenſione, meditatur. *Interimiſtæ* dicti, qui Interim Auſburgenſe Lutheraniſmo jungunt: *Adiaphoriſtæ*, qui interim Lipſienſe. Nudipedes, ſeu Spirituales, aut Segregati. Anti-Lutherani Anabaptiſtis accedunt, ſicut & Liberi. Hutiſtæ Sacramentarij plures; Auguſtiniani, Boguini, Socinnæi, Significativi, Evergici, Arrabonarij, Iſcariotiſtæ, Metaphoriſtæ, Neutrales, Independentes, aliaque nomina infanda.

Antitrinitarij.
Sturmius.

Interimiſtæ.
Adiaphoriſtæ.
Nudipedes.

SI quis fuſiora deſiderat circa gravem materiam, conſulat Autores; qui varijs ſubinde ſæculis, Hæreſeon Catalogos ſeriatim contexuere. In illis præcipui Epiphanius, noſter Guido Perpinianus, Philaſtrius, A Caſtro: & noſtro ævo, Gualterus in ſua Chronologia.

TITVLVS XXXIX.
Schiſmatum ſeries.

SCHISMATVM IN ECCLESIÆ-Catholicæ, Chrono-taxis.

Hæreſis, & Schiſma differunt.
L.2. contra Creſcon. c. 12.
Quinam propriè Schiſmatici.
Schiſmata in hæreſes deſinunt.
I. Schiſma Novatiani, *an.* 254.

NON vno loco difficile putat Auguſtinus, diſcrimen ſtatuere Hæreſim inter & Schiſma. Adeòque Schiſma deſcribit *recentem ex aliqua ſententiarum diverſitate diſſenſionem, hæreſim autem Schiſma inveteratum.* Communi tamen vſu, *Schiſmatici* modò appellantur; qui in ſubſtantia Fidei hactenus indiviſi, multiplicato Capite, velut membra ſcinduntur, & à reliquo Corpore ſeparantur. Quo etiam loco juvat obſervare, monſtra hæc duo ſic colligari; vt omnis hæreſis ortum ſemper ducat ab aliquo ſchiſmate, nullumque naſcatur Schiſma quod tandem in hæreſim non deformetur. Vtrumque videre eſt in primo omnium, quo *Novatianus* à paucis electus Antipapa adverſus Cornelium, primus CHRISTI tunicam laceravit. Facta conſequenti ſeculo per Imperatorem Conſtantium, Felicis in locum Liberij ſubſtitutio, debeat-ne cenſeri ſchiſmatica, diſquiritur in Eccleſia-Romana. Neque ita multò poſt *Vrſinus*, Vrſicinus aut Vrſatius, Eccleſiæ Romanæ Diaconus; ex veteri factione pro Liberio, Damaſum ex parte Felicis Pontificem electum indignatus, à Schiſmaticis eligitur. Quod quidem patratum fuit cum ſeditione vſque adeò crudeli, vt in Baſilica Sicinni, quam occupaverat juxta forum exquilinum, reperta vno die centum triginta ſeptem cadavera recitet ipſe Ammianus. Mortuo Zozimo poſt vnum dumtaxat diem vacationis, Pontifex eligitur Bonifacius 1. Preſbyter. Facto autem Cleri diſſidio, à minori parte ſubeligitur & *Eulalius* Archidiaconus. Elatus videlicet favore Symmachi, vrbis Præfecti: perque hujus mendacem relationem, autoritate Honorij Imperatoris; S. Petri Baſilicam invaſit, Bonifacium in S. Paulum extra vrbem ſecedere compellit. Verùm haud ita multò poſt tam ab Imperatore, quàm à Sy-

II. Felicis vivente Liberio, *an.* 355
III. Vrſini, *an.* 367.

Lib. 7.

IV. Eulalij; *an.* 418.

Digitized by Google

nodo Eulalius cedere cogitur vtpote illegitimus. Anaſtaſio mortuo; ſuble- **SCHISMATA.**
ctum Symmachum oppugnabat *Laurentius* Archi-Preſbyter, in Baſilicam S.
Mariæ intruſus. Vnde turbatum non mediocriter inter Clericos, ipſoſque v. Laurentij,
etiam Senatores, ad necem vſque; donec controverſia terminatâ per Theo- an. 498.
doricum Regem, in prima Synodo Laurentius creatur Epiſcopus Nuccri-
nus. Iterùm verò tumultus ciens, abs Synodo Palmari pellitur in exilium.
Damnaturque Petrus, Altinæ Civitatis Epiſcopus; quod miſſus à Rege, Vi-
ſitatorem agere vellet Sedis Apoſtolicæ; *contra Religionem, contra ſtatuta vete-
rum, contra regulam majorum, cum DEVS voluerit B. Petri ſucceſſores cœlo tantùm* Suprema Sedes a nemine judicatur.
ſuam debere innocentiam. Vnde & tandem reſcribit Princeps, *in Synodi eſſe arbi-
trio, in tanto negotio ſequenda præſcribere: nec aliquid ad ſe, præter reverentiam, de* Modeſtia Regis erga Eccleſiaſticos.
Eccleſiaſticis negotijs pertinere. Hinc & ſancita multa, circa Pontificum electio-
nem. *Dioſcori* Eccleſiæ Romanæ Diaconi Schiſma contra Bonifacium II. ip-
ſius autoris morte brevi poſt extinguitur. *Vigilij* adverſus Sylverium tricas & VI. Dioſcori, an. 530.
conjurationem, ſupra reperies in Romanis Pontificibus. Mortuo Conone VII. Vigilij, an. 538.
Pontif. Max. pro Thiara digladiantur inter ſe *Theodorus* Archi-Preſbyter, &
Petrus Archi-Diaconus. Mox idem-met Theodorus cum Paſchali, ſed vtro- VIII. Theodori & Petri, an. 686.
que amoto à Plebe, creatur Sergius. *Theophilactus*; Archi-Diaconus ſchiſma-
ticè electus, haud ita multò poſt accedit Paulo I. Stephani defuncti fratri, IX. Theodori & Paſchalis, an. 787.
vnanimiter electo. Paulo defuncto Totus Dux Nepeſinus, fratrem *Conſtanti-
num* adhuc Laïcum: & per Georgium Præneſtinum Epiſcopum Sacris initia- X. Theophilacti, an. 757.
tum, in Sedem intrudit. At poſt annum cum menſe, expellitur à Chriſtopho- XI. Conſtantini, an. 767.
ro Primicerio. Quippe collectâ militum manu Romam ingreſſus, Tolonem
occidit, Conſtantinum fugat. Fugato eâdem operâ Philippo quodam Abba-
te, omnium votis creatur Stephanus IV.

PHOTII ſciſſuram, exhibuit jam Laterculus Eccleſiæ Conſtantinopolita-
næ. Ea certè *prima mali labes, & Schiſmatis Græcorum origo.* Nempe commoti XII. Græcum Schiſma, an. 867.
à Photio, Romanæ Sedi Conſtantinopolitanam præferente, Latinorum Tem-
pla & Monaſteria occludere incipiunt. A quo quidem tempore Romanæ Ec-
cleſiæ per quattuordecim vices, nativâ levitate ſe adjunxerunt, totidemque
renunciaverunt.

ELECTO Eugenio II. opponitur *Zinzinus*, etiam populari tumultu nomi- XIII. Zinzini, an. 824.
natus. Inde obortas inter Romanos diſcordias vt componeret, Romam mit-
titur à Patre Ludovico, Lotharius filius & collega; quo juvante, Eugenius
multa conſtituit de Pontificum electione. Ejecto *Ioanne Diacono*, qui Sedem XIV. Ioannis Diaconi, an. 844.
violenter occupare tentabat, eligitur Sergius II. quem fingunt nonnulli pri-
mum ex Pontificibus nomen mutaſſe. Quod alij *tribuunt* Ioanni XII. alij Ser- XV. Sergij, an. 891.
gio IV. qui nomen Petri, quod tulerat è baptiſmo, noluit præ reverentia re-
tinere. Mortuo Leone IV. atque in Tabulas Eccleſiaſticas inter Sanctos rela-
to, cunctorum ſuffragijs invitus creatur Benedictus III. Verùm mox Legati
Imperatorij, alijque ſceleſti intrudunt *Anaſtaſium*, Preſbyterum tituli S. Mar- XVI. Anaſtaſij, an. 855.
celli, quem in Synodo Leo depoſuerat. Eodem auſu, Benedictus carceri man-
cipatur; vnde eductus eſt à Clero, Populoque Romano; vti narrat Anaſta-
ſius, teſtis oculatus. Formoſo ex Portuenſi Epiſcopo, electo in Pontificem,
factione plebeiâ oppoſitum *Sergium*, ſcribit Luitprandus horum temporum
Hiſtoricus. Defuncto Formoſo *Bonifacius* ob ſcelera primum à Diaconatu, XVII Bonifacij, an. 897.
inde à Preſbyteratu depoſitus, vi Pontificem agit per dies quindecim; donec
fortior Stephanus VIII. depulſo invaſore, & ipſe Sedem occupat. Accedente
tamen Eligentium conſenſu, habitus eſt legitimus; quemadmodum & alij
ſubinde plures, quos potiùs admittere pretium tunc fuit, quàm luctuoſiſſi-
mis temporibus per ſchiſmata Eccleſiæ calamitates augere.

IVRGIIS vtriquè graviſſimis obortis inter Ioannem XII. & Ottonem Im-
peratorem; hic captâ Româ, convocatoque Conciliabulo, Pontificem cu-
rat exautorari; ſubintruſo *Leone VIII.* Eccleſiæ Romanæ Protoſcrinario.
Sed recedente Imperatore, Romani Ioannem revocant; qui convocato Ro- XVIII. Leonis, an 963.
mæ Concilio acta omnia tum Leonis, tum Ottonis, tum Pſeudo-Synodi con-
demnat. Sublato è vivis Ioanne, nec fortaſſis ſine Numinis vindicta ob pra-
vos mores; eligitur Benedictus V. Sed advolans Imperator Leonem Pſeudo-

ECCLESIÆ xix. Boniſacius, an 975. xx. Ioannis Placentini, an. 996. xxi. Gregorij, an. 1012.

Pontificem iterùm intrudens, Benedictum adducit captivum in Germaniam; vbi Hamburgi Sanctiſſimo fine quievit. *Boniſacius* Franconienſis, Cardinalis Diaconus, ſublato Benedicto vi. Pontificatum vſurpat, donec expellitur à Benedicto vii. *Philagatus*, natione Calaber, patria Roſſanenſis, Epiſcopatu Placentinus, ſub nomine Ioannis xvi. intruſus à Creſcentio Romæ Tyranno, adverſus Gregorium v. punitur ab Othone iii. Imperarore, qui & Creſcentium vltimo ſupplicio affecit. *Gregorius* à Romanis intruſus, contra Benedictum viii. dein exturbatus.

xxii. Tres ſimul Antipapæ, an. 1044.

PVLSO ob ſcelera laſcivientis adoleſcentiæ Benedicto ix. è Comitibus Tuſculanis, qui diu Electionem vexarunt, tumultuariè & ſimoniacè ſubrogatur *Sylveſter iii.* Paulo poſt redit Benedictus, qui deinde acceptâ pecuniâ cedit *Ioanni xx.* vnde tres ſimul Romæ, pravis æquè moribus ſedent; primus in S. Ioanne Lateranenſi, alter in S. Petro ad Vaticanum, tertius in S. Mariæ Majore. Pacando lamentabili diſſidio, eligitur demum Gregorius vi. antea Gratianus; qui Pſeudo-Pontifices oblatâ publicè pecuniâ adduxit vt cederent, ejuſmodi arte redimens Eccleſiæ vexationem. Sed ea nihilominus de cauſa ſimoniæ inſimulatus, ipſe abdicat ſe in Synodo Sutriana, ſubſtituto Clemente ii.

xxiii. Ioannis Veltrinenſis, an 1058. xxiv. Cadaloi, an. 1061. xxv. Guiberti, an. 1080.

Ioannes, Epiſcopus Veltrinenſis, ſub nomine Benedicti x. extruditur à Nicolao ii. *Cadalous* Epiſcopus Parmenſis, vitæ infamis, factione Guiberti Parmenſis, creatus Antipapa adverſus Alexandrum ii. Romam adiens cum exercitu fugatur à Godofredo Tuſciæ Duce. Eundem Guibertum, poſtea Pſeudo Pontificem Parmenſem, Cancellariumque Germaniæ, ſub nomine Clementis iii. eligunt in Conciliabulo Brixionenſi fautores Henrici iv. Imperatoris, adverſus Gregorium vii. Defuncto Guiberto ſubrogant Schiſmatici

xxvi. Alberti, Theodori, & Maginulphi. xxvii. Petri Columna, an. 1102. xxviii. Mauritij Burdini, an. 1118.

Albertum, *Theodoricum*, & *Maginulphum* Pſeudo-Pontifices. Petrus itidem *Columna*, Abbas Farfacenſis, ſumpto Sylveſtri iii. nomine promotus à Warnero Aquinatis Præfecto, adverſus Paſchalem ii. poſt modùm à Catholicis fugatus. *Mauritius Burdinus* Lemovix, Archiepiſcopus Bracarenſis, jam anteà excommunicatus à Paſchali, ſub nomine Gregorij viii. intruſus ab Henrico v. adverſus Gelaſium ii. Hujus Succeſſore Caliſto ii. Romam è Gallia appellente, includit ſe Burdinus arce Sutrina; vbi captus à Pontificijs, poſt mille ludibria vitâ vix per Caliſtum obtentâ, in carcerem perpetuum relegatur.

xxix. Theobaldi & Honorij, an. 1124.

Theobaldus, Preſbyter Cardinalis, ſub nomine Celeſtini ii. dum ipſe nondum conſentiens acclamatur; advolans armatâ manu Robertus Frangipanus, Lambertum Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem ſuggerit. Is ſentiens ſe non legitimè captum, poſt ſeptem dies in frequenti Cardinalium cœtu abdicat, donec conſenſu vnanimi iterum electus, Honorius i. agnominatur.

xxx. Petri Leonis, an. 1138.

DECESSV Honorij, grave Schiſma Eccleſiam affligit. Eadem quippe die metu tumultûs, Gregorius Cardinalis Diaconus, conclamatur Innocentius ii. Quia verò deliberatum antea fuerat, vt electio non fieret niſi apud S. Marcum; illic non pauci *Petrum Leonem* Cardinalem, ſub Anacleti ii. nomine, contra eligunt. Is ex Vrbis & Eccleſiarum præda, largitionibus ſuas partes roborat. Rogerium Siciliæ Ducem, nundinatione tituli Regij ſibi concilians, Legatoſque mittens vbiquè ad Reges & Principes; Innocentium in Gallias fugere cogit. Tandem à pleriſque derelictus, & non ſemel excommunicatus, moritur impœnitens. Miſerè igitur defuncto ſubrogatur à Cardinalibus Schiſmaticis,

xxxi. Victoris.

Victor, antea Gregorius Cardinalis. Sed brevi poſt tam Petri Leonis fratres, quàm ipſe-met Gregorius depoſitis Pontificatus ornamentis ſe abdicans; petitâ ab Innocentio veniâ, Eccleſiæ pax redditur.

xxxii. Octaviani, an. 1159. & 164.

Octavianus Cardinalis S. Cœciliæ, à duobus tantùm Cardinalibus electus, & Victor iv. appelatus, impoſitam Alexandro iii. Pontificiam Chlamydem fruſtrà conatus abripere, aliam induit: multiſque gladiatoribus ſtipatus; Alexandrum cum Cardinalibus in arcem cogit fugere. Inde evadens Pontifex, Octavianum cum Rege Frederico excommunicat. Octaviano vix à ſuis ſepulto, in Civitate Lucenſi, factio Imperatoria ſubſtituit Guidonem Cremenſem, ſub nomine

Guido Cremenſis, & Ioannes Abbas.

Paſchalis iii. Cui etiam mortuo, ſubrogatur *Ioannes* Abbas Strumenſis, ſub nomine Caliſti iii. qui Alexandro reconciliatur.

SECVLO

SECVLO decimo tertio, nullum ex DEI gratia, Schiſma Eccleſiam polluit. Sub initia verò ſequentis, *Petrus de Corbario*, qui relictâ poſt quintum connubij annum vxore, Franciſcanum habitum induerat; abs Ludovico Bavaro Imperatore evehitur, ſub nomine Nicolai v. adverſus Ioannem XXI. quem Apoſtolicâ Sede indignum proclamaverant Imperatorij. Mox Ioannis Conſtitutiones contra Franciſcanos abrogat, Michaëlem de Ceſenna reſtituit Generalatui. Vxori illum repetenti, ex ſententia Reatenſis Epiſcopi addicitur; â Ioanne Sacris privatur, quem viciſſim ferit anathemate. Tandem in vincula conjectus à Piſanis, ad Ioannem adducitur; ad cujus genua ſupplex provolutus, veniam petijt: carceri tolerabili redditus, poſt tres annos expirat.

SCHISMATA. 1412 Seculum immune à Schiſmatis. XXXIII. Petri de Corbario, an. 1328.

SCHISMA dirum ac diuturnum, ad annos circiter quinquaginta incipit; cum alij Romæ, Avenione alij Pontifices ſederent. Antipapa igitur *Robertus*, Gebennenſis Comitis frater, Clementis VII. nomine ſubeligitur à Cardinalibus Gallicanarum partium adverſus Vrbanum VI. Ij nempe Vrbani moroſitatem averſati, vel Ioannæ Neapolitanæ ſuaſionibus; quæ Vrbanum verita, animos injecit vt illatam prioribus Comitijs ſibi vim cauſarentur. Hunc ſecuti ſunt Franci, Hiſpani, Scoti, & Neapolitani. Clemens Caſtellum S. Angeli, Francis auxiliantibus occupat: poſtmodum fuſus ac fugatus, in Galliam ſecedit, vtroque ſacris ſibi invicem interdicente. Interim Caroli v. Regis Galliæ precibus, *Carolum Luxemburgenſem* ætatis decimo ſexto, Cardinalem creat. Angli Comitijs generalibus cavent, ne quis in poſterum Romam litigândi caoſâ accedat. Clementi ſuccedit *Petrus de Luna* Tarraconenſis, ſub nomine Benedicti XII. aut XIII. deponiturque in Concilio Conſtantienſi. *Annates* primum inſtituit, Galli neutrum Pontificem agnoſcunt, novam electionem procurantes. Benedictus Papæ dignitatem nolens deponere, Avenionenſi Caſtro à Mareſcallo Baucicautio includitur per triennium. *Ægidius*, ſub nomine Clementis VIII. ſubvectus ab Alphonſo Rege Aragoniæ, adverſus Martinum v. vltrò abdicat. In Concilio Baſilienſi eligitur *Amedeus* I. ex Duce Sabaudo, deinde Eremicola, adverſus Eugenium IV. cui vltrò cedens in Concilio Lugdunenſi, creatur Cardinalis. A quo quidem tempore, tantâ cum prudentiâ cautum eſt Pontificiæ electioni; vt nullum deinceps Schiſma, Eccleſiæ vnitatem attentarit.

XXXIV. Duo Pontifices, Romæ & Avenione, an. 1378.
Carolus Luxemburgæus.
Lites Romæ prohibitæ ab Anglis.
XXXV. Petri de Luna, an. 1393.
Deponitur, an. 1416.
XXXVI. Ægidij, an. 1428.
XXXVII. Amedei, an 1439.
Cedit, an 1449.

QVONIAM Eccleſiæ non minùs adhæret Profeſſio *Monaſtica*, quàm vmbra corpori; brevem illius appendicem rebus Eccleſiaſticis ſubnectere, pretium operæ duxi. Neque vagabor per ſingula Inſtituta, ſelectiora contentus tantiſper delibaſſe. Solùm æqui bonique conſultum rogo, ſi peculiaris mihi Ordinis *Carmelitici* brevem contuitum, velut per tranſennam & pro coronide repræſento. Procedat igitur tertio gradu Monaſtica.

Nexus, & commiſſura.

TITVLVS XL.
Electa Monaſtica.

SYNOPSIS
Hiſtoriæ Monaſticæ.

Adumbrata in Lege veteri 1. Cor. 10.

PRINCIPIO vt Eccleſiæ pars nulla eſt, cui non fuerit *in Lege veteri* typus: ſic præeunte Hieronymo, paucisque & nec ſatis ſeriò impugnantibus, Monaſticen (quæ vera inter Chriſtianos philoſophia eſt) adumbraverunt haud dubiè cum Recabitis & Eſſenis; Elias, Elizæus, alijque filij Prophetarum. Ab ea nimirum radice propagati tum Eremitæ, tum Cœnobitæ. Inter quos omni ævo floruiſſe inſignes pietate & doctrinâ Viros benè-multos, nec ipſa invidia auſit inficiari.

Secvl. Christi I.
In Nova lege Chriſtus Dominus.
Apoſtoli.
Chriſtiani Alexandrini.
Virgines, & Monachi.
Epiſt. 8.
Cap. 10.

Et verò, vbi figuris ſucceſſit veritas *in Nova Lege*, conſiliorum, nedum præceptorum, Evangelicorum exemplar non minùs quàm conſummator legitimè deputatur CHRISTVS IESVS. Veſtigia tanti Ducis preſſerunt Apoſtoli, & in prima Chriſtianitate plerique tùm primò Hieroſolymis, tùm inſigniter Alexandriæ; quod egregiè adnotant Philo, & Hieronymus. Specialiùs hoc primo Seculo, Sacras DEO Virgines, Monachoſque gradu inter Sacerdotes & Laïcos medio, recitant Ignatius & Autor Eccleſiaſticæ Hierarchiæ.

Secvl. Christi II.
Theleſphorus, & Dionyſius.
Secvl. Christi III.
Paulus, & Antonius
Votum paupertatis.

Theleſphorus ex Therapeutis ad Sedem Pontificiam evocatur; Narciſſus contrà Hieroſolymitano Patriarchatu relicto ſecedit in Eremum. Pius I. Pontif. Max. ritus velandi Virgines præſcribit. Tertullianus ac Cyprianus earum ſæpiſſimè mentionem ingerunt. Dionyſius ſecundus ex Monachiſmo, ad Divi Petri ſolium evehitur. Paulum ſub perſecutione Decij, anachoretam diù nutrivit corvus. Antonius, qui cœlo monitus Paulum ſepelierat, famoſus in Thebaïde Archimandrita. Demortui vitæ per Athanaſium deſcriptæ lectio, Auguſtini converſionem promovit. Vrbanus I. Pontif. Max. Votum paupertatis inter Cœnobitas validat.

Secvl. Christi IV.
Pacomius.
Plerique Patrum.

Hilarion, Antonij in Palæſtina ſanctiſſimus imitator. Pacomius regulâ ex Angeli ore tranſcriptâ, Tabennenſes in Ægypto gubernat. Monaſticen propagant Euſebius Vercellenſis in Italia, Martinus Turonenſis in Gallia, Baſilius Cæſarienſis in Græcia, Auguſtinus Hiponenſis in Africa. Hieronymus Solitudinem habet pro Paradiſo. Ceteri Patres Eccleſiæ omnes tam in Oriente, quàm in Occidente; ſemotum illud vitæ genus aut exercuerunt, aut coluerunt. Ipſe Ambroſius Mediolani in Cœnobio à ſe extructo, Myſtagogum habuit Sulpitium emeritæ virtutis Senem. Quin & plerumque annexâ tunc *Sacerdotio* clauſtrali diſciplinâ, fit *Canonica Regularis*. Adeò vt, referente Hieronymo, ipſo etiam Calvino teſte, non alij fermè (quod adhuc viget in Orientali Eccleſiâ) ad Epiſcopium aſſumerentur. Vnde iſto & ſequenti Seculo, Vrbes & Provinciæ integræ in Monaſteria converſæ.

Annexus Sacerdotio Monachiſmus.
Vide Baron. ad an. 328.

Secvl. Christi V.
Simon Stylites moritur, *an.* 460.

Celebriores memorantur, Honoratus ex Abbate Lirinenſi Archiepiſcopus Arelatenſis: Patricius Martini Turonenſis nepos, Iberniæ Apoſtolus. Simeon Stylites, à columna ſcilicet in qua duravit ſub dio per octoginta circiter annos; Orbis ſtupor, & miraculum. Eum imitatus eſt Daniel, & alij; inter quos Simonem Iuniorem, in ſua columna fulmine peremptum ſunt qui referant. Tunc quoque vivebat in Syria Monachus præcipuæ ſanctitatis, Simeon; qui ea lingua Salus, ſeu Stultus dicebatur; quod initio, occultandæ virtutis atque vt plauſus hominum fugeret, ſtultitiam finxiſſet. Enimverò omnem ſuperat admirationem expreſſa illa heroïcæ, ac propemodum incredibilis ſanctitatis imago, quam exprimit VITA PATRVM. Ac licet faciem habeant paradoxi divina Solitariorum ejuſmodi pietas, crudum vitæ genus, jugis contemplatio, miracula fermè vltra fidem; eorum tamen veritatem nemo in du-

Vita Patrum.

MONASTICA.

bium revocaverit, qui recordabitur vitæ illorum Scriptores & oculatos teſtes eſſe, eoſque omni exceptione majores. Tales porro exſtitere Hieronymus, Anaſtaſius, Rufinus, Palladius, Evagrius, Severus Sulpitius, Caſſianus, & Theodoretus.

Canonici Regulares. 1. *Petr.* 2.

SEQVENTIBVS Seculis & in Occidente Monachiſmus mirum quantùm effloruit, ex quo præſertim Sacerdotio fuit annexus. Edictis etiam Pontificijs, præire debent *Canonici Regulares*; qui ſuam referunt originem (fortaſſis non illegitimè) per Sanctum Marcum alioſque Apoſtolos, ad ipſummet CHRISTVM, primum Sacerdotem, Pontificem Maximum & Epiſcopum animarum. Nec dubiâ fide inſtauratores ſaltem habuere vario temporum decurſu, Auguſtinum, Ivonem Carnotenſem, Alexandrum II. Abhinc diverſæ, præſertim in Italia, Congregationes; S. Salvatoris in Lateranenſi-Friſonaria, nunc Regularis, nunc Secularis. S. Marci Mantuæ, Sancti Georgij in Alga ſeu Azzurina, & Sancti-Spiritûs apud Venetos, S. Petri Piſis in Etruria. S. Rufi in Gallia, S. Genovefæ Lutetiæ, promotore Eminentiſſimo ſanctiſſimoque Rupifucaldio. Quot & quantos (vt de reliquis taceatur) fœcunda Mater liberos extulerit, documento ſunt in Lutetiæ ſuburbijs Adamus, Hugo, & Richardus Victorini. Vnuſque inſtar omnium eſſe queat, quem ſibi in Belgio vendicant, Benedictinis ſeſe opponentibus, *Thomas à Kempis*; cujus aureo de CHRISTI IMITATIONE Libello, quid quæſo, ſecundùm ſacras Paginas pretioſius habet Eccleſia? Mirum! latinitate neſcio cujus Calviniſtæ infracto Operi divino, nil tamen deperijſſe Gallicâ noſtrate poëſi politiſſimâ. Et vt finiam de Canonicis Regularibus, Romæ obſeruavi Summum Pontificem illorum adhuc veſtem & indumenti genus ſub purpura retinere.

A Bartholomæo Columna, *an.* 1396.
A B. Rufo, circa *an.* 1107.
Thomas à Kempis, *an.* 1411.

SECVL. CHRISTI VI.
S. Benedictus, *an.* 510.

BENEDICTVS patricio genere ex magni Boëtij poſteris, in Latina Eccleſia alter Elias. Mirum dictu quantâ ſanctitate, doctrinâ, prudentiâ, opulentiâ, prole effloruerit ab eo inſtitutus Ordo ſexus vtriuſque, per omnes titulos excellentiſſimus. Equidem jam centum ante annos in eo & ex eo numerabantur Reges centum & quadraginta, Reginæ quinquaginta plus vna: Imperatores tres & viginti, Imperatrices viginti quinque, Principes & Dynaſtæ vltra numerum. Sancti vindicati, centum quinquaginta millia & ſeptingenti. Pontifices Maximi quadraginta continuati per tria fermè Secula, Cardinales ducenti, Patriarchæ quinquagiuta, Archiepiſcopi mille centum ſexaginta: quattuor triginta mille quingenti & ampliùs Epiſcopi, Abbates demùm & Doctores revera innumeri. Et certè non niſi apud Eos per multa ſecula omnis nobilitas, diſciplina omnis & eruditio, politica etiam adminiſtratio. Opulentia verò tanta, vt Ordini mole ſuâ ruenti lemma non illegitimè tribuatur; *Inopem me copia fecit.*

Diverſæ Congregationes Benedictinæ.
Cluniacenſis, *an.* 912.
Camaldulenſis, *an.* 997.
Vallis-vmbroſæ, *an.* 1073.
Grandimontenſis, *an.* 1080.
Ciſtercienſis, *an.* 1098.
S. Bernardus, obijt, *an.* 1153.
Humiliati, *an.* 1180.
Olivetana, *an.* 1274.
Celeſtini, eodem anno.
Caſſioenſis.
Privilegia Monachis conceſſa, *an.* 589.

Ac ingentis quidem trunci rami ſanè quam plurimi. Congregatio *Cluniacenſis*, ab Odone. *Camaldulenſis* Eremitica in Apenninis, à Romualdo. *Vallis-vmbroſæ* in Apennini quoque latere, à Ioanne Gualberto, ſorte æqualiter inæquali. Romualdus videlicet hoſte perempto, pœnitentiam quæſierat: Gualbertus hoſti dum parcit, veniam à DEO emeruit. *Grammontenſis* in Tractu Lemovicenſi, à Stephano Tiernaudæo. *Ciſtercienſis*, à Roberto Abbate inter Lingonas Molimenſi. Ejus præcipuum decus Sanctus BERNARDVS, illic à Sancto Stephano indutus: poſt modum Abbas Clarevallenſis in valle Abſynthij, pietate rariſſimâ, doctrinâ mellitiſſimâ, prudentiâ & miraculis toto Orbe famam adeptus. *Humiliatorum*, quos Friderici Ænobarbi tyrannis, ex occaſione, Mediolani peperit: tentata verò per ſummum nefas vita Caroli Borromæi, illis reformandis intenti, extinxit. *Olivetana*, à tribus Senis in Etruria Nobilibus. *Celeſtinorum*, à Celeſtino Pont. Max. antea Petro Morono; qui exemplo ſingulari abdicatâ Thiarâ, redire voluit ad ſolitudinem. *Sanctæ Iuſtinæ*, ſeu *Caſſinenſis*, à Ludovico Balbo nobili Venetiano.

Eodem Benedicti ævo Monachi & Abbates clari, Theodoſius, *Dionyſius*, Columbanus, Raperus, Medardus, Caſſiodorus; ipſe demùm Pontif. Max. Gregorius Magnus; à quo hinc præſcriptæ Monachis Regulæ ſeveriores, conceſſa inde privilegia quam-plurima. Sophronius & Maximus inſignes adverſus Monothelitas fidei defenſores. Sigebertus duodecim fundat Monaſteria.

Electa Secvl. Christi vii. & viii. Multi Principes. Ioannes Damaſcenus, an. 718. Beda ejuſque diſcipuli, an. 731

Hac ætate *Imperatores*, *Regeſque* quamplurimi clauſtris addicti. Edilretus & Coëndus in Anglia, Rachis & Anſelmus in Italia, Conradus Pipini frater ex Gallia. In Græcia Theodoſius Iunior, qui tumulum vno verbulo juſſit inſcribi, ὑγιία. Monaſtica quoque clari *Ioannes Damaſcenus*, qui & Chryſoroa & Manzurim appellatur, Græcæ Theologiæ Aquinas: & reſtitutâ per miraculum manu, divinus Imaginum propugnator. Eginardus, Caroli M. Cancellarius. Beda ejuſque diſcipuli Alcuinus, Rabanus, & alij; demùm Columbanus Pictonum, Raperus Bavarorum, Auguſtinus, Paulinus, & Furſius Anglorum, Kilianus Franconiæ, Wilfridus & Lugerius Friſiæ, Hubertus & Willebrodus Weſtphaliæ, Bonifacius Germaniæ, Anſgarius Corbienſis, Danorum Apoſtoli. Eleſbaam Rex Æthiopum, miſſo diademate ſuo Hieroſolymam: relictaque Regni ſui adminiſtratione, vitam Monaſticam in cacumine montis ſummâ auſteritate excoluit. Lotharius Occidentis Imperator, Michaël Curopalates in Oriente: Carolomannus è Regibus Franciæ, Alphonſus Rex Hiſpaniæ, Hugo Italiæ, alijque plures, Monaſticæ ſe dedunt. Waldebertus Monachus, heroïco carmine Martyrologium exornat.

Secvl. Christi ix, x. & xi.

Carthuſienſes, an. 1086.

Brvno natus Coloniæ Agrippinæ, Remenſis Canonicus, Doctorque Pariſienſis; aſſumptus ſecum ſocijs ſex, ſecedit in Carthuſiam. Ea Delphinatum ad Gratianopolim in montibus eſt, feris dumtaxat pervia. In ea igitur aſperrima Eremo, Brunoni conceſſa dono Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani, Ordinem fundavit; cui à loco inſtitutionis, *Carthuſiani* nomen ineſt. Præcipuum vitæ genus pertinax ſolitudo, preces continuæ: votiva abſtinentia; quâcunque neceſſitate ineluctabilis. Vnde & ſola hæc profeſſio hactenùs illibata perſeverat. Inſtitutor Romam accitus ab Vrbano ii. illius antea diſcipulo, in Calabria diem ſupremum claudit jam cœlo maturus. Primi à Seculo ſeceſsûs cauſa-ne fuerit fatum illud dirum *Canonici Pariſienſis*, ſunt qui affirment ex picturis in ipſis etiam Carthuſienſium Clauſtris paſſim obvijs, nec novis. Sunt qui negent, ex eo præcipuè quod portentum illud à Petro Cluniacenſi, & Guiberto Abbate Nogentino, Scriptoribus coætaneis, omninò ſiletur.

Vide R. P. Theoph. Raynaud. in Triade Patriarchar.

S. Antonij, an. 1111. Ex Hiſtoria Antoniana Aimari Falconis, an. 153.

Antoniani, à Gaſtone nobili Viennenſi, curæ deſtinantur Ægrotorum; quos ſacer ignis eâ tempeſtate effervefcens, depaſcebat. Ordinis Stemma eſt T. cæruleum, pullæ veſti inſutum; quod ex auro cum campanula ſimili, Iacobus Hieroſolymorum & Siciliæ Rex ſibi, ſuiſque poſteris velut torquem è collo pendere teſtamenti tabulis edixit.

Secvl. Christi xii. Fontebraldenſis, an. 1117.

Robertvs non Bleſælius Pariſienſis, vt habet Miræus, ſed *Arbruſcellenſis* in Armoricæ & Andinorum confinio; primùm Andegavi Canonicus Regularis, in Abbatia Omnium-Sanctorum. Exin ſecedens in deſertum *Fontis Ebraldi*, tribus à Salmurio milliaribus, cum Petronilla novum molitur Inſtitutum. Nam retentâ Canonicorum Regularium veſte, ſuperinduxit multa ad normam S. Benedictini. Sed quod peculiare & inſuetum, nuncupato expreſsè voto, Viros Puellis Sanctimonialibus mancipat. Inſtituti ratio mutua Mariam inter & Ioannem Evangeliſtam ſocietas, ac reciproca dependentia. Caput ergo Ordinis & dux Fœmina, ex ſtirpe vt plurimum regia; Abbatiſſæ Generalis officio Conventus totâ Galliâ circiter ſexaginta regit per Prioriſſas, à ſuis Monaſterijs ſingulo quoque triennio eligendas. Temporum lapſu & calamitatibus labentem in Ordine diſciplinam reſtauravit Maria Britannica, egregiâ reformatione procurata per Archiepiſcopos Lugdunenſem & Bituricenſem à Sixto iv. in hoc ſpecialiter negotio deputatos. Quod ſucceſſu vſque adeò felici peractum eſt; vt ea vivendi norma, divini Officij ritus, ipſe etiam habitus inſinuaverit ſe: diuque perſeveraverit inter omnes in Gallia Benedictinas.

Ecce Filius tuus, ecce Mater tua. Joan. 19.

Præmonſtracenſis, an. 1120. ex Chronico Præmonſtracenſi Auberti. Miræ.

Norbertvs Colonienſis, Archiepiſcopus Magdeburgenſis; Ordinem in agro Laudunenſi fundat, ſub regula S. Auguſtini; fortè ex divino viſu, Præmonſtracenſem appellatum. Sparſa latè Societas per Galliam, Belgium, Lotharingiam, Germaniam; fert hodièque Viros cùm pietate, tùm doctrinâ inſignes.

Ordo Sancti-Spiritus, an. 1198.

Ordini Sancti-Spiritus id proprium eſt ac peculiare, curam Pauperum ſolemni voto profiteri, immò & ſervitutem; ſi quidem inter vovendum expreſsè

dono ſe dant, dicant ac dedicant ſecundùm DEVM *Dominus Pauperibus*, ſic enim conceptis verbis eos appellant. Societatis Nota crux eſt alba Archiepiſcopalis, ac propè Hieroſolymitana, pallio nigro inſerta. Inſtitutorem agnoſcit Innocentium III. vigetque inſtitutum Romæ in Hoſpitali Sancti-Spiritûs de Saxia. Nec deſunt in Gallia, qui pares vt minimùm, prærogativas pro Hoſpitali Montis Tremuli, nunc Peſſulani, quoquo modo vendicare ſatagunt.

MONASTICA.

Crucigerorum originem referunt alij ad Cyriacum Epiſcopum Hieroſolymitanum, alij ad Cletum Petri in Romana Sede ſucceſſorem; qui celeſti monitu proprium Palatium in Hoſpitium peregrinorum deſtinavit, ſub curâ ſelecti Sodalitij Cruce velut ſtemmate inſigniti. In Italia, Crucem argenteam geſtant ad manum. *Inſtauratus* Ordo eſt à Viris quinque Eccleſiaſticis, qui ſeſe Hugoni Cardinali & Apoſtolico per Germaniam Legato obtulerunt. Caput Congregationis, Cœnobium eſt illuſtre Hoij ad Moſam. Sunt & aliæ Congregationes inter Germanos duæ; alteri ſtella rubea inſigne eſt, alteri navicula.

Crucigeriani approbantur, *an.* 1198.

IOANNES Mattha ex Provinciâ oriundus, Doctor Pariſienſis: ſimulque *Felix* Valeſienſis Anachoreta divinitùs monitus per Angelum veſte candidâ indutum, deſuper bicolori rubrâ & cœruleâ cruce; Ordinem inſtituit in Eremo *Cervi-frigidi*, hodiè S. Agnetis, apud Meldas, quem Innocentius III. Ordinem Sanctiſſimæ *Trinitatis & Redemptionis Captivorum*, voluit appellari. Iuſſit inſimul vniuſcujuſque eo in Ordine Monaſterij Bona, ſic trifariàm dividi; vt vna Religioſos alat, altera Pauperes ſuſtentet, tertia Captivos redimat. *Petrus Nolaſcus*, vrgente Raimundo Penna-forti Dominicano, nec-non promovente ac protegente Iacobo I. Rege Arragoniæ, *Mercenarios* inſtituit; Captivis è Turci ſervitute redimendis conſecratos. Veſtis illis candida, quam ornat ad pectus in ſcuto rubro hinc Crux alba, inde ſtemma Regni Arragoniæ.

SECVL. CHRISTI XIII.
SS. Trinitatis, *an.* 1197.
Ex Iacobo Burgueſ. in Statut. Ordin. *an.*1588.

Ordo S. Mariæ de Mercede & Redemptione Captivorum, *an.* 1218.

DOMINICVS Guſmanus ex Canonico Regulari, occaſione Albigenſium in Volcis, Ordinem *Prædicatorum* inſtituit ſub Regula Divi Auguſtini. Quod munus Evangelicum Sequaces adeò feliciter ſunt executi, vt deinceps plurium ad juſtitiam eruditione, novis velut Cœli conſtellationibus innumeris, collucere viſa ſit Eccleſia. Non aliud certè Collegium radiat pluribus in vtroque Orbe ornamentis. Nam *penes eos* ſacra Fidei Inquiſitio, Sacri apud Pontificem Palatij præfectura: ſacri in honorem Deiparæ Roſarij, etiam nuper annui, inſtitutio. Pontifices Romani, alijque innumeri: Sancti vindicati plures, in pluribus. *S. Hiacynthus* Polonus continuis miraculis clarus. Doctores in ſacra præſertim de DEO ſcientia; & numero & merito illuſtriſſimi. Vnum nominabo in exemplar. THOMAS ille eſt Comitis Aquinatis in Campania filius; Prædicatorij Ordinis decus: tertium, ſi quid ſentio, ab Orbe ſecundùm Ariſtotelem & Auguſtinum, inter ingenia miraculum; verbo abſolvam, Scholaſticæ Theologiæ parens, phœnix, coryphæus. Angelici Doctoris Summam Theologicam in Græcum vertit Demetrius Sydonius Theſſalonicenſis.

Prædicatorum, *an.* 1205.
Confirmatus, *an.*1220.
Daniel. 12.

S. Hiacynthus Canoniſatus, *an.* 1594.
S Thomas Aquinas, moritur, *an.*1274.

Summa D. Thomæ fit Græca, *an.*1306.

FRANCISCVS Aſſiſij in Vmbria natus, altera velut Columna, Eccleſiam Lateranenſem viſus eſt per revelationem Innocentio III. ſuſtentare. Nempè dum nomine ducto ab humillima pauperie, humilitateque pauperrimâ Ordinem *Minorum* inſtituit; Eccleſiam ex ipſiuſmet oraculo, *novæ prolis fœtu*, mirum quantùm amplificavit. Neque enim vllus alter Cœtus toto Orbe eſfloreſcit aut multitudine numeroſior, aut omnibus Diſciplinis excultior: aut infulis illuſtrior, aut Eccleſiaſticis perinde ac Politicis rebus tractandis induſtrior; aut Martyrio demum, & quovis pietatis genere ſanctior. Laborarem in delectu, ſi referre ſuſciperem tanti Corporis membra dumtaxat potiora. Noti nimirum Conventuales, Obſervantes, Recollecti, Vrbaniſtæ, Tertiarij. Et Reformatore Matthæo Baſchio, *Capucini*; qui numero præclariſque factis & virtutibus ſic clareſcunt, vt jure videantur efficere *in corpore corpus*.

Franciſcanorum *an.*1209.
Confirmatus, *an.*1223.

Capucini, *an.* 1525.

SERVITARVM, ex celeſti revelatione, viſiſque ſtellis ſeptem, totidem Mercatores Florentini autores extiterunt. Initio Solitarij, veſte pullâ, velut CHRISTO mortuo, Matriſque luctui parentabant. Semel dum ſtipem in vrbe mendicarent, inclamantibus ad eorum conſpectum Florentiæ puerulis,

Servitæ, *an.* 1252.

Digitized by Google

Electa In Gallia, an. 1157.

erogate eleemoſynam Servis Virginis Mariæ; felix, ex ore Infantium & Lactentium, nomen retinuerunt. Fuit & conſimilis Ordo in Gallia, cui veſtis candida, ejuſque ôlim ditionis Monaſterium Alborum-mantellorum Pariſijs; vbi nunc Benedictini, antea Guillelmitis conceſſum.

TITVLVS XLI. *Continuatio Monaſticæ.*

SELECTA MONASTICA, poſt Concilium Lugdunenſe.

Eremitæ Auguſtiniani confirmati, an. 1256.

PLVRIBVS alijs partim extirpatis, partim coadunatis juſſu Innocentij IV. extiterunt deinceps *Eremitæ Auguſtiniani*: magni Patris fœcunda propago, per varias ſubinde Familias diſtributa. Potiores Guillelmitæ, Ioannis Boni, Conventuales, Obſervantes, & aliæ id genus. Extulit verò ſubinde *Viros*, pietate, doctrinâ, zelo perquàm illuſtres. Noti quippe SS. Nicolaus Tolentinus, & alij quamplurimi. Inter *eruditos* Ægidius à Præſentatione, Villanovus Ambroſius Calepinus; cujus inſtitutum miror à ſuis taceri in illo Generali Vocabulario, cui nomen dedit: Valderamus, Cruſius, Lancellotus, Proſper Stellartius, & alij.

Billetæ, an. 1347.

Hoſtia Pariſienſis miraculoſa, an. 1290. Titul. 17.

BILLETÆ, ſub Auguſtini regula auſpicijſque Deiparæ, curandis tùm Hoſpitibus, tùm Ægrotis primùm deſtinati. Recens nomen illis tributum creditur ab inſigni facinore, ſuprà commemorato. Recutitus Iudæus redemptam à muliercula Hoſtiam flagello, clavo, gladio, cultro laceſſitam: & quod ſtupor eſſe debuerat, etiam ex vulneribus cruentam, injicit caldariæ. Sacrum pignus *bullienti* aquæ ſupervolitans, redintegratâ Hoſtiæ formâ devolat in manus vicinæ, prunas ad ignem quiritantis. Dirus Carnifex vivicomburio abſumitur, Carnificina in Sacellum conſecratur. Ingens mox, vt fit, Religio in locum in quo CHRISTVS EBVLLITVS. Labaſcens demùm nunquàm ſatis firmus Ordo, ſtipulatione ſuperſtitum, juſſuque tùm Regio, tum Pontificio deſinit in *Carmelitas Obſervantiæ Rhedonenſis.*

Conventus Sanctiſſimi Sacramenti Pariſienſis Carmelitar. an. 1432.

S. Brigittæ, an. 1363.

S. BRIGITTA regiâ inter Suevos & Danos proſapiâ, Fontebraldenſis Inſtituti aliquatenus imitatrix, Monachos ſuos Monialibus ſubjicit: vtroſque vno clauſtro includit, mœnibus tamen ſeparatos, eodemque in Templo divina perſolventes. Pallio bætici & ſubfuſi coloris affixa crux purpurea, cum candidæ *Hoſtiæ* figura, character eſt quo dignoſcuntur Monachi: Monialibus annulus aureus, & coronula candida purpureis quinque notis, velut totidem CHRISTI vulneribus diſtincta.

Hieronymiani.

Ieſuatæ, an. 1354.

Monachorum *S. Hieronymi* in Hiſpania, autores duo Palatini; Petrus Fernandus, & Petrus Romanus; à quibus variæ deinceps Congregationes, queis famoſa Cœnobia Scuriacum S. Laurentij, & S. Iuſti. *Ieſuatas* Hieronymianos, inſtituit Ioannes Colombinus, nobilis Senenſis, divino planè inſtinctu. Nam lectâ fortuitò Mariæ Ægyptiacæ tàm durâ, quàm diutinâ pœnitentiâ, illius imitandæ zelo ardens, adjuncto ſibi ſocio *Vincentio* itidem ſuos inter Cives prænobili, exemplum dedit ſequacibus ſexûs vtriuſque, rigidioris vitæ normam amplectendi. Ieſuatas vocaverunt, ceu inſpirati, Infantes. Hieronymi agnomen adjunxit Alexander IV. ex eo præcipuè, quòd ſolitudinis & pœnitentiæ amantiſſimum, cultu præcipuo ſibi proponerent ad imitandum.

Secvl. Christi XIV. Minimi, an. 1473.

Franciſci Aſſinatis imitator & ipſe FRANCISCVS PAVLANVS Calaber, novum Ordinem tribus præſertim fundamentis inædificavit. Humilitati, vnde illis diminutivum nomen *Minimorum*. Charitati, quæ & illis pro ſtemmate eſt. Abſtinentiæ tandem rigidiſſimæ; quâ ova, etiam & omnia lacticinia, niſi in ſumma infirmitate, eſitare prohibentur. Vir ſanctus à Ludovico XI. in Gallias accerſitus, in Pleſſæo ad Turonas moritur.

Clerici Vitæ Communis, an. 1376. Barnabitæ, an. 1484.

Fratres Clerici *Vitæ Communis*, autore Gerardo Magno Daventriano, apertis publicè Scholis non litteras modò, ſed mores præcipuè docent. Apoſtolici ſeu Apoſtolini, aliàs *Barnabitæ*, eadem munera obeunt, ſed voto aſtricti

ſub regula D. Auguſtini. Nec multùm diverſi *Somaſchi*, ſic dicti à loco vbi
Hieronymus Æmilianus Dux Venetus è carcere miraculo elapſus, Congre- MONASTICA.
gationem inchoavit. Congregatio Clericorum *S. Pauli*; opus trium Nobilium Somaſchi, *an.*
Mediolanenſium; qui vrbe bello & peſte infami, totos ſe pœnitentiæ, con- 1532.
templationi, prædicationi, & *Paulinarum Epiſtolarum* lectitationi applicuerunt. S Pauli, *an.* 1533
Theatini iiſdem propemodum veſtigijs inſtituuntur à Petro Carapha, Theati- Theatini, *an.*
no inter Neapolitanos Epiſcopo: inde Cardinali, tandem Paulo IV. Congre- 1524.
gatio equidem primâ per Italiam nobilitate, doctrinâ in Scripturis præſertim
& eruditione Rerum vitæ ſpiritalis peritiâ: ſed imprimis heroïca dependentiâ
per totam vitam à Numinis providentiâ, DEO & Hominibus commendatiſ-
ſima.

SOCIETAS IESV vel ipſo elogio auguſta, omnigenæ cùm pietatis; tum Ieſuitæ, *an.* 1535.
doctrinæ compendium eſt & magiſterium. Caput illi *Ignatius Loyolanus*, Eques
inter Hiſpanos prænobilis. Is dum Pampelonam tuetur adverſus obſidentes
Gallos, vulnere ſaucius, totum ſe ad pietatem traduxit. Poſt igitur impen-
ſam aliquor annos ſtudio litterarum operam, vnà cum novem ſelectis Sodali-
bus, prima emittit vota ipſo Aſſumptionis die, in Sacello Montis-Martyrum
vno abs Lutetia milliari. Ab eo perenni fonte vtrumque Orbem *Viri* poſt
Franciſcum Xaverium, revera Apoſtolici: Academias omnes, Doctores in
omni diſciplina eruditiſſimi: Suggeſtus omnes, Concionatores eloquentiſſi-
mi; Mundum denique vniverſum pietate, eruditione, martyrijs, miraculis
compleverunt.

QVO verò tempore vbiquè terrarum reflorebat Monaſtica, *Sacerdotium* Sacerdotia inſtaurata.
pariter inſtaurare, non ſine Numinis afflatu nec-non ſucceſſu feliciſſimo, ag-
greſſus eſt in Italia PHILIPPVS NERIVS Sacerdos Florentinus. Ad eum Neriani, *an.*
ſcopum collimat morum integritas, ſacra eruditio, Eccleſiaſticæ præſertim 1564.
Hiſtoriæ: Concionum, excepto Sabbatho, quotidiana exercitatio. Beata cer-
tè Congregatio vel hoc vno capite, quod labore herculeo concinnandis An-
nalibus Eccleſiæ dedit magnum illum *Cæſarem Baronium*. Simile conſilium imi- Cæſar Baronius,
tatus eſt ciſalpes Eminentiſſimus BERVLLIVS, à quo in Gallia *Oratoriani*; Oratoriani.
pietate, eruditione, ceteriſque titulis tanto Parente nequaquam indigni. Am-
bobus proximè accedunt *Vincentiani*, quibus tamen proprio vocationis ge- Miſſionarij.
nio, incumbit ſacris initiandos Ordinibus aptare: & ruſticam per oppida ac
villas plebem, χριστιανικῶς erudire. Ambiguo quoque hactenus inter vota &
Clerum inſtituto, *Doctrinæ Chriſtianæ Patres*; qui autore in Provincia Provin- Doctrinarij.
ciæ *Cæſare Buſenſi*, informandis intra privatos lares tum puerulis, tùm famu-
lis egregiam, & CHRISTO parvulorum Doctore dignam operam navant.

IVVAT quoque potiores, quos vocant, ORDINES MILITARES bre- Ordines Militares indicati.
vi hîc Cathalogo perſtringere. Primi omnium occurrunt Milites *S. Ioannis* in Vide Dubert. Miræum, & Favinum.
Hieruſalem, olim Rhodienſes: Rhodo per Solymanum captâ, nunc Me-
litenſes, ab Inſulâ ſcilicet cognomine, illis ab Imperatore Corolo V. conceſſâ.
Non admittunt niſi paterno, maternoque genere per quattuor gradus nobi- Melitenſes, *an.* 1118.
les, habentque ejuſdem Inſtituti Moniales. Illi ſanè Chriſtianitatis propugna- Rhodus capta, *an.* 1522.
culum contra Turcas, & *immenſi tremor Oceani*. Ejuſdem propemodum & Templarij.
temporis & inſtituti, *Templarij*; quos D. Bernardus in præſcripta illis Re-
gula, *pauperes Chriſti Commilitones* vocitat, in curam & tutelam peregrinorum
Terræ Sanctæ, non mediocriter floruerunt. Verùm brevi nimiâ opulentiâ laſ-
civiam, aut invidiam provocante, quomodo fuerint extincti in hocce Volu-
mine non ſemel inſinuatum reperies. Idipſum profitebantur cum ſolemnibus
votis *Teutonici*, & ſolâ cruce pullâ diſtincti. Poſt captam Hieroſolymam, à
Federico traducti in Alemaniam, egregiè bellarunt contra Pruſſianos, Lithua- Teutonici deſinunt in Ducatum, *an.* 1525.
nos, & Tartaros Chriſtiani tunc nominis hoſtes infenſiſſimos. Mutatus fuit
Ordo in ducatum Pruſſiæ à Rege Poloniæ, primo Duce Alberto Brande- S. Iacobi.
burgenſi, antea Ordinis Majori Magiſtro. Milites S. Iacobi in Hiſpania, du-
bia inter Autores origine, eodem perfungebantur officio erga Peregrinos
Compoſtellam accedentes. *Calavatrenſes* ſic dicti ab vrbe Calavatra, quam De Calavatra.
Ciſtercienſes duo contra Mauros egregiè propugnarunt.

HABET denique Roma Milites S. Petri, Sabaudia SS. Mauritij & Lazari, Aliæ paſſim Romæ. Sabaudiæ.

& Annunciationis virgineæ ſub Amedeo; quibus ſtemma F. E. R. T. id eſt, *fortitudo eius Rhodum tenuit.*

ELECTA Navarræ. Arragoniæ. Italiæ. Venetiæ. Burgundiæ.

Navarra Lilij, Salvatoris Arragonia: IESV CHRISTI contra Albigenſes, & Glorioſæ Virginis Mariæ à Dominicano, ad conciliandam inter vrbes Italiæ concordiam inſtituti. Dela Galſa inter Venetos, quorum torques hoc fulget Lemmate; *Pax tibi Marce.* Burgundia, Igniarium è cilice ignem excutiens, cum vellere aureo, dupliciqúe itidem emblemate; *ante ferit quàm flamma micet*, & *pretium non vile laborum.*

Scotiæ.

Scotia S. Andreæ, torques medius inter carduos cum hac epigraphe; *nemo me impunè laceſſet.*

Daniæ. Armoricæ. Etruria. Galliæ.

Dania S. Mariæ, ſeu Elephantis. Britannia Minor coronæ ſpiceæ, cum Mure Pontico; *à ma Vie.* Etruria S. Stephani, Mantua Sanguinis CHRISTI. Francia demùm ſub Ioanne Rege, Milites Stellæ, cujus Symbolum, *Monſtrant Regibus Aſtra viam.* Sub Ludovico XI. S. Michaëlis, Galliæ Tutelaris. Sub Henrico III. SPIRITVS-SANCTI, contra Hæreſes pro fide Chriſtiana Apoſtolica-Romana.

Equites Montis Carmeli, an. 1607.

Sub Henrico IV. *Montis Carmeli.* Iſtis inſigne torques coloris caſtanei, ſeu Carmelini, appenſâ Virginis imaguncula. Rarum verò Privilegium, etiam in matrimonio Beneficijs Eccleſiaſticis frui ad vſque certam pecuniæ ſummam. Viennæ in Auſtria, novus Equeſtris ordo inſtituitur; ſub protectione B. Mariæ Virginis, Sanctorum Michaëlis & Franciſci.

Militia Chriſtiana, an. 1619.

Illi, à Paulo V. poſt modum approbato, nomen inditum, *Militia Chriſtiana*; cui multi, poſt Ducem Nivernenſem, ex omnibus Europæ regionibus, nobile nomen dederunt.

Moniales.

POST Virorum Cœtus tùm Clericos, tùm Monaſticos, tùm Militares; haud minùs neceſſaria appendix, credo, videbitur de ſequiori & devoto *Sexu* ad pietatis exercitia, aliter quoque & aliter ſubinde congregato.

In Templo Salomonis. Virgo Maria.

Ac in veteri quidem Lege, Sacrarium Templo attiguum ſelectis ex Iudæa Puellis in pitate erudiendis deſtinatum, vel vnius VIRGINIS MARIÆ exemplo manifeſtum fit. In Nova autem conſultò à me omittitur illa ipſamet Virginum Regina, quæ poſt funus Vnigeniti ſimili Parthenæo immortua perhibetur.

Martha & Magdalena.

Ex geminis certè ſororibus CHRISTI diſcipulis, Martham Gynecæo, ſeu Mulierum Collegio, præfuiſſe apud Tharaſconem: Magdalenam abruptæ rupis ſpeluncæ incluſam Angelis per totos triginta annos aſſueviſſe, conſtans opinio eſt & nuper non vnâ Lucubratione vindicata.

Cypriani.

Enituit deinceps vbiquè *illuſtrior illa portio gregis* CHRISTI, *floſque Eccleſiaſtici germinis: decus, & ornamentum ſanctitatis.*

Sanctimoniales. Nonnæ.

SANCTIMONIALES vocantur, derivatâ à Sanctitudine & Monachuſino nomenclaturâ. Nonnæ, quia priſca latinitate nonnus idem quod ſanctus & caſtus: vel quia Major in Monaſterio, olim vocabantur Nonnus; vel fortaſſis in honorem Nonnæ Matris Gregnrij Nazianzeni, mulierum ſuo ævo ſanctiſſimæ. Ritus haſce Virgines, & ſi fas eſt dicere ſacras Veſtales, tùm capiendi tùm velandi perſcripſere Pius Pont. Max. Tertullianus, & alij, vt mox dicebam.

Nec parva per omnes ætates illarum multitudo. Quattuor nimirum prioribus ſeculis notæ, Tecla Pauli Spiritalis Primogenita. Eugenia, Philippi in Ægypto Præfecti filia; quæ ſexum virili habitu ementita, vixit in Monaſterio Abbas. Paula & Euſtochium Romanâ proſapiâ, Hieronymi elogio, nec-non Bethleemicâ ſolitudine inclytæ. Sequentibus deinceps ſeculis, Illa Pipini vidua ſimul cum filia Gertrude, ſacro peplo decoratur. Ebbam Abbatiſſam cum ſuo grege Dani perimunt, propterea quod nares ſibi & labra ad Virginitatis cautelam præcidiſſent. Roſvida Monialis, pietatem ſcriptis aſceticis exornat. Quid? quod & ipſis meretricantibus, reperti paſſim continentiæ aſyli.

Pœnitentes, an. 1434.

Sic Pœnitentes in Lutetiæ meditullio, Tyſſerandi Franciſcani ſtudio & operâ inſtitutæ; quarum exemplo, cum malis remedia quotidiè ſoboleſcunt.

Atque vt multa abſolvam paucis, nullum videas novum inter Viros vivendi genus, cui continuò non adhæreat muliebris imitatio. Annon Benedicti ſanctitatem æmulata eſt Scholaſtica, Bernardi ſoror itidem cum ſocijs quas *Billetas* vocitabant: Franciſci Clara, virtute quàm nomine ſplendidior? Quin verò, vt taceatur de reliquis paſſim obvijs, habet & Carthuſia ſuas Solitarias.

Vrſulinæ.

Pullulantque per hos dies Vrſulinæ, Puellis erudiendis: & aliæ Virginum Congregationes, vltra modum. Vixque vllum datur intueri ſanctitate conſpicuum, cui non ſit Parthenæi conſimilis efformandi aut cura, aut occaſio, aut à DEO

injecta

injecta mens. Teſtes, inter ceteros, duo omni exceptione majores. Beatæ & ſuaviſſimæ memoriæ Franciſcus Saleſius, Epiſcopus Gebennenſis; qui in honorem *Viſitationis*, Filias Sanctæ MARIÆ inſtituit. Et Antonius ille Yvanus, qui cum vita omni auſteritatis genere horrida, Numinis impulſu Congregationem Puellarum Beatæ Virginis de *Miſericordia* conſecravit. Atque vtinam data ab optimo Patre Filiabus ſolidæ & exactæ pietatis conſilia, cunctis fiant norma vivendi procul à ſeculi contagio, hominumque conſortio. Præceſſerunt *Thereſianæ*, & Calverianæ. Hæ Ordinem Bedictinum dura Capucinorum auſteritate cumularunt, opera P. Ioſephi Pariſienſis Capucini. Illæ ſub initia currentis ſeculi advectæ ex Hiſpania, per Betrum Berullium; poſtquam diu litigatum eſt inter Diſcalceatos Carmelitas, & delegaros à Pontifice Superiores in Gallia tres, iſtis adjudicatæ fuerunt; Annâ à S. Bartholomæo, S. Thereſiæ Sociâ, cum aliquot alijs in Belgium recedente. Reſiduæ in Regno, Moniales efferunt in dies multas pietate conſpicuas. Ejuſmodi Maria ab Incarnatione, Magdalena, Margareta, &c. Vt aſylus ſit ea Congregatio, cunctis propè Puellis nobilioribus ab Aula in Clauſtrum recipientibus ſe velut in aſylum.

MONASTICA. Viſitalinæ. Miſericordiæ. Thereſianæ. Calverianæ.

CETERVM iſto ac præcedenti ſeculo præter novellas plantas, vetuſtiores excolere ſtudium fuit. Propterea expurgatis paulatim bellorum & hæreſeon corruptelis, erectum vbique cernitur inter vtriuſque Sexus Regulares, STRICTIORIS OBSERVANTIÆ vexillum. Inde plures toto orbe Chriſtiano *Congregationes Reformatæ*, magnis nobilitate, pietate, doctrina, eloquentia, prudentia Viris fœtæ. Puta Benedictina S. Mauri, Bernardina Fueillentinorum. Adde Recollectos, Dominicanos, Auguſtinianos. Nec affulgentibus celeſtis gratiæ radijs publico defuit zelo, non incogitanter (vt nempe promiſſa expleam) vltimo hocce loco reſervatus Ordo Carmeliticus.

Reformationes. Benedictini S. Mauri, *an.* 1621. Fueillentini, *an.* 1577.

ORDO CARMELITARVM.

TITVLVS XLII. *Selecta Carmelitica.*

NOSTER, placet enim, inchoare cum Hieronymo, *Princeps Elias, noſter Princeps Elizæus: noſtri Duces, Filij Prophetarum, qui in agris & ſolitudine habitantes, habitacula conſtruebant juxta fluenta Iordanis.* Hunc ſanè Prophetam filium Sabaci, de familia Levitarum, totius quidem Monaſtici Inſtituti, ſed ſignanter *Carmelitici*, Patrem ac Inſtitutorem agnoſcunt Autores benè multi: decernunt Pontifices Maximi, qui adhuc viventis feſtivitatem Carmelitis annuam permittunt, neque aliorum vllus ſibi vendicat. Quid enim-verò manifeſtius auguſtâ Regum Hiſtoriâ, cum Eliæ pariter & Elizæi refert ſacri veſtimenti in tunica, zona, pallio à reliqua multitudine diſcrimina? In victu, jejunij, ſilentij, ſolitudinis, zeli, pœnitentiæ ſpecimina? In cellulis, lectuli, menſæ, ſellæ, candelabri tenuem ſupellectilem? In omni demùm vita paupertatis, caſtitatis, obedientiæ, ſacri Sodalitij; verbo abſolvam, totius Aſceticæ expreſſiſſimam ideam? Ab illis igitur duobus Patriarchis, non ſolùm Prophetarum Filios, ſed ipſum quoque CHRISTI Præconem & Tinctorem *Joannem*, vitâ Eremiticâ, veſtitu præaſpero, victu auſtero in ſpiritu & veritate Eliæ Iudæis illuxiſſe nemo, poſt Evangelij oracula, inficias jerit.

Prærogativa Ordinis Carmelitarum. Elias & Elizæus Monachiſmi Cultores primi. *Epiſt. ad Paulin. & Ruſtic.* Præſertim Carmelitarum Patres & Patriarchæ. *Vide noſtram Delineation.* *Lib.* 3. & 4. S. Ioannes Baptiſta. *Luc.* 1.

Et ea videtur, *ætas prima* Carmelitarum; quibus nomen à Carmelo Monte inter Phœniciæ & Galileæ confinia, non procul Ptolemaïde, Eliæ ac Elizæi morâ & miraculis celeberrimo.

I. Ætas Carmelitarum.

SVCCESSIT in Lege Nova, *Secunda* velut *ætas* Carmeliticæ Religionis. Nam vt primùm CHRISTVS Salvator jejunis elementis perfectionem, fugacibus vmbris veritatem, obſoletæ Legi finem attulit: ſurrexerunt ſtrenuiſſimi Viri ſolitarij contemplationi dediti, in ſpiritu & virtute Eliæ; qui & ipſi ad fidem converſi, & ſtatim Apoſtolorum Coadjutores effecti, in tota Palæſtina fidem Chriſti conſtantiſſimè diſſeminaverunt. Mox ingruentibus adverſum Eccleſiam perſecutionibus, partim Martyrij coronam profuſione ſanguinis ſunt adepti; partim in ſolitudinibus & cavernis, quaſi his dignus non

II. Ætas Carmelitarum.

ELECTA

eſſet mundus, ignotam vitam ſanctiſſimè duxerunt. Pacatis deinceps Eccleſiæ rebus, nati pro Patribus filij, vel ipſo nomine venerandi, Hilariones, Pachomij, Baſilij, Hieronymi, Auguſtini, &c. qui Eliæ, ſucceſſorumque Carmelitarum (vt ipſi profitentur) veſtigijs inhærentes, novas ſubinde varijs in locis Monachorum colonias ſuis præceptis ſimul & exemplis inſtituerunt.

Variæ Congregationes ſubortæ.

Ac illos quidem omnes, toto paſſim Orbe & vbiquè ſolitudinum, præciſè Carmelitis annumerare, propè dixerim ineptire eſt. Quamquam priſcos Aſcetas illos prorſus omnes filios fuiſſe ejuſdem Patris conſtanter aſſeram, non tamen ejuſdem Matris. Nam Baſilius, Hieronymus, ceterique id genus ſecuti quidem ſunt, citra controverſiam, veſtigia Eliæ & Elizæi; ſed novas ipſi colonias inſtituêre. Eamque ob rem ſunt revera è *Carmelitis*, haud tamen ſtrictiùs Carmelitæ. Quo planè modo Ciſtercienſes, Camaldulenſes, ſimileſque, Filij ſunt magni Patris Benedicti, at quaſi ex aliâ Matre. Vnus illis velut Iſaco & Iſmaëli Pater Abraham, matres diverſæ.

Manſerunt interim ex illis circum Carmeli Montem, permulti Monachorum greges; in quibus genuina Eliadum, ſeu Carmelitarum ſoboles & conſervata, & verò propagata fuit. Vita tunc illis vltra omne carnis ac mundi commercium, jugi divinorum meditationi intenta: nullis Seculi negotijs implexa, nullis implicita ſtudiorum curis, aliâve ſollicitudine. Vna illis cura benè latuiſſe, ideoque ſanctè vixiſſe. In quo ſecundo ſtatu, paſſim vocati ſunt Patres noſtri; *Therapeutæ*, *Eremitæ*, *Anachoretæ*, *Solitarij*, *Aſcetæ*, *Philoſophi ac Cœnobitæ*.

III Ætas.

Hinc nimirùm, TERTIA CARMELITARIÆ RELIGIONIS ÆTAS. Cum videlicet varijs in Oriente perſecutionibus exagitati Majores noſtri, ſimulque à Principibus Chriſtianis evocati, migrarunt in Latinam Eccleſiam; quæ illos non ita multò poſt abs eremitica & ſolitariâ vitâ, ad publicam, Proximorumque vtilitatem traduxit.

I. Regula, Sacra Scriptura & vita Eliæ.

II. Ioannis Hieroſolymitani Inſtitutio, *an.* 412.

III. Alberti Patriarchæ, *an.* 1205.

Carmelitis eâ origine, nec-non ætate triplici, trina quoque Regula aſſignatur. Ante videlicet CHRISTI natalitia annis circiter nongentis triginta duobus, non alia profectò fuit cum Sacro Canone, quàm imitatio Eliæ ipſius Ducis & Patriarchæ. Secundam Regulam definivit Ioannes XLIV. Patriarcha Hieroſolymorum, à Petro Waſtellio nuper legitimè vindicatus. Tertia longè contractior ab Alberto, Gallo Ambianenſi, Patriarcha identidem Hieroſolymitano; tum vt ordinario illic Præſule, tùm vt Sanctæ Sedis Legato Apoſtolico.

Superiores Generales, poſt Græcos, Latini.

Hinc migratio in Europam; propagatio: & Mendicantium Ordinibus adnumeratio, cum Supremi Pontificis, Conciliorumque approbatione. Indeque quadraginta Generalium ex Latinis, à Bertoldo ad hodiernum vſque Marium Venturinum continua ſucceſſio; adnotatâ cautè & diligenter, propter Eccleſiæ Schiſmata, ſæpè duorum ſimul Generalium neceſſariâ diſtinctione.

Carmelitici Ordinis Privilegia. S. Eliæ feſtum, vt Patriarchæ. Ordinis confirmatio, *an.* 1286. Agnomen Fratrum B. V. M. Scapulare B. Simoni Stok, ingens Virginis favor. *Vide noſtrum fœdus Virginitatis cum Deipara, & Theophili Raynaudi è Societate* IESV, *Opus rarum.* Ludovicus XIV. *an.* 1644. A S. Ludovico Carmelitæ Lutetiam adducti, *an.* 1246.

Claruit certè Ordo per tempora eximijs *prærogativis*, Viriſque doctrinâ & ſanctitate conſpicuis. Potiores velut in grandi & eleganti horto flores colligere nec mihi, nec opinor Lectori erit faſtidio.

CARMELITIS hæreditariam Eliæ ſucceſſionem, aſſerunt plures Supremi Pontifices. Ordo ipſe confirmatur ab Innocentio III. Honorio IV. & *Concilio Lugdunenſi.* Illuſtrem, *Fratrum Beatæ Virginis* titulum, etiam cum Indulgentiarum auctuario, conceſſit Vrbanus VI. MARIANI SCAPVLARIS privilegia B. Simoni Stokio Anglo, ſexto Carmelitarum Generali divinitùs indulta, rata habent ſeptem Pontifices Maximi; quotidiana miracula approbant, pietas non Plebis modò, ſed & Pontificum, Principum, Regumque cultus in dies magis ac magis extollunt & amplificant. Eâ nimirum purpurâ, vt alios plures omittam, eminet Alexander VII. Caput modò & ſpes Orbis Chriſtiani. Etiam anno proximè elapſo, per nos tantillos Parthenico ſchemate indutus, inter ipſa Aſſumptionis ſolemnia, Ludovicus XIV. Adeodatus, Patris ea in re Ludovici XIII. Iuſti, veſtigia ſecutus. Vtriuſque anteceſſor & Patronus S. Ludovicus, ad Carmeli radices ſalvus ex naufragio, exinde Patres non primus in Europam, in quo aberrat magnæ vir eruditionis Aubertus Miræus, ſed Lutetiam adduxit.

Albertus.

Tranſlatum primò Lauretum in Æmilia, Angelorum miniſterio Nazarethi Sacrarium, Carmelitis, velut antiquis olim in Paleſtina Æditiis, commiſſum refert ipſe Turſelinus.

MONASTICA.

Primi Cuſtodes Sanctæ Ædis Lauretanæ, *per annos 40.* Carmelitæ Sanctitate conſpicui.

IAM eximios *Homines* non vacat niſi decimare, quos & conſultò nonniſi notiores attingam. Suſcitata à Perſis ſub Choſroë perſecutio, S. Anaſtaſium cum ſeptuaginta Fratribus martyrio coronavit; cujus celebris Imago depicta, referente ſecundâ Synodo Nycænâ, contra Dæmones miræ eſt ἐνεργείας. *S. Angeli* Hieroſolymitani è ſtirpe Davidica, SS. Dominici ac Franciſci Synchroni & Comprophetæ, in Sicilia pro caſtitate Martyris, cruor adhuc recens hodièque purpurat. *S. Albertus* Drepanus, rarâ prærogativâ, & nulli hactenus conceſsâ, per Angelorum Symphoniam inter Divos ἀποθέωσιν conſequitur. *Petri-Thomæ*, Patriarchæ Conſtantinopolitani nec-non Apoſtolici in Oriente Legati, vitam & geſta, poſt Philippum Mancerium Cypri Cancellarium, deſcripſit è noſtris P. Michaël à Sancto-Spiritu. *Nicolaus Brito* abdicato Generalatu, vt vacaret contemplationi in ſolitudine, Libro cui titulus eſt SAGITTA IGNEA; Ordinis ſui jacturas, alter velut Ieremias, lamentatur. *Andreas Feſulanus*, ex lupo agnus, Epiſcopales Infulas non quotidianâ virtute honeſtavit. *Ioannes Soretus*, Latinorum Generalium XXV. Ordinem rexit, & correxit. *Franciſcus Senenſis*, gradum Laicorum Sanctiſſimâ vitâ nobilitavit. *Baptiſta Hiſpaniolus*, vulgò à Patria & Virgilij imitatione *Mantuanus*; Theologiâ, Poëſi, Eloquentiâ, pietate, omnibus ſui ſeculi Eruditis, clarus æquè & charus. *Thomam Connexium*, Britonem Armoricum ſui ſeculi Apoſtolum, Romæ frequenti coronâ concionantem, in ipſo ſuggeſtu feliciter exanimatum, Bzovij Annales referunt.

S. Anaſtaſius Martyr, *an.* 635. S. Angelus Martyr, *an.* 1214. S. Albertus Confeſſor, *an.* 1297. Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus, *an.* 1366. Nicolaus Brito, *an.* 1270. Andreas Corſinus, *an.* 1373. Ioannes Soretus Generalis, *an.* 1451. Baptiſta Mantuanus, *an.* 1513. Thomas de Connecta, *an.* 1428.

Inter alios *doctrinæ* famâ celebres, *Guidonem* Perpinianum commendant Infulæ, Harmonia Evangelica ſeu Quattuor-vnum, & contra Heterodoxos Catalogus. *Ioannes Baconius* in alma Facultate Pariſina, Doctoris *Reſoluti* nomen promeruit. *Michaël Angrianus*, & ipſe etiam Doctor Pariſienſis, per-vtili in Pſalmos Commentario jam olim INCOGNITI elogio notiſſimus. *Thomas Valdenſis* Wicleſiſtarum & Huſſitarum profligator, Martinum v. cui elimatum contra Hæreſes Volumen dedicaverat, Encomiaſten habet. Ioannes Palæonydorus Batavus, Carmeliticæ Hiſtoriæ ſedulus Inquiſitor. Comes illi omni eruditione perpolitus, *Ardoldus Boſtius*. *Nicolaus Audetus*, Cypriota, XXXI. Generalis; ingenio, doctrinâ, virtute, zelo pollens, Conſtitutionum volumen pro Reformatione collegit. *Thomas Marinarius*, natione Apulus, officio in Ordine Procurator Generalis: doctrinâ tantâ, & memoriâ tam felici; vt in Concilio Tridentino quinquaginta Hæreticorum argumenta, ſuper allegatis omnibus illorum rationibus & autoritatibus, retulerit: mox ordine retrogrado, ſingula mirâ arte refutaverit.

Viri Docti. Guido Perpinianus, *an.* 1318. Ioannes Baconius, *an.* 1346. Thomas Valdenſis, *an.* 1430. Paleonydorus, *an.* 1495. Arnoldus Boſtius, *an.* 1501. Nicolaus Audetus, *an.* 1255. Thomas Marinarius, *an.* 1530.

Floruerunt & proximioribus retrò ſeculis, inter plures alios, *Thomas Belſamius*: potens ore & calamo, Henrico III. Valeſio à Concionibus ſimul & Confeſſionibus. *Hieronymus Gratianus*, Sanctæ Matris Thereſiæ Elizæus. *Anaſtaſius Cocheletus*, Concionibus & Scriptis verè Hæretico-maſtix, Remis, Lutetiæ & Antuerpiæ ſatis notus. *Diego de Coria*, Rerum Carmeliticarum Hiſtoricus accuratiſſimus. *Petrus Cornejus*, evulgatâ Theologiâ nemini Scholaſticorum ignotus; quem à ſe auditum cum voluptate & admiratione Paulus v. VERE DIGNVM ECCLESIÆ DEI DOCTOREM appellavit. *Chriſtophorus Avendanius*, ſui ævi & regni Chryſoſtomus; cuius Conciones linguæ omnes ex Hiſpanica, ſui idiomatis & juris effecerunt. Sylveſter, in Scholaſtica Theologia palmaris. Vivi ne à me nominentur, vel ex ſola noſtra Turonenſi Provincia plures, obſtat illorum modeſtia: aliorum invidia, genius meus ab omni palpo, fuco, & fumo alieniſſimus.

Thomas Belſamius, *an.* 1589. Hieronymos Gratianus, *an.* 1596. Anaſtaſius Cochelet, *an.* 1600. Diego de Coria. Petrus de Cornejo. Chriſtophorus de Avendano. Sylveſter.

Non abibit interea, ſuo nomine ſatis magna THERESIA à IESV, cum Reformato vtriuſque ſexus Sodalitio; in quo hinc pietas rara, inde doctrina ad miraculum ex æquo certare videntur. Quales enim & quanti Ioannes à Cruce, Petrus à Matre DEI, Nicolaus à IESV, Ioannes à IESV MARIA, Thomas à IESV, Franciſcus à Puero IESV Laicus?

Thereſia à IESV, *an.* 1562.

Thereſiæ ſanctitate, revelationibus & miraculis penè ſuppar in Antiquo

Ordine *Maria Magdalena Pazziana*, nuper Beatorum albo inſcripta; ſicut anteceſſerat per omne genus virtutum *Franciſca Amboſia*, ex Minoris Britanniæ Duce-Vidua, antiquioris Carmelitici Inſtituti ſectatrix.

ELECTA B. Maria Magdalena Pazziana mortua, *an.* 1607 beatificata ab Vrbano VIII, *an.* 1627. Franciſca Amboſia, *an.* 1448. In Provincia Turonenſi, Rhedonenſis Obſervantiæ Soreti veſtigijs continuatur, *an.* 1564. *Vide R. P. F. N. le Febure, Manuale hiſtoricum, an* 1645 *pag.* 364.

Abſolvet me demùm mea mater. Rhedonis (vrbs Armoricæ metropolis eſt) inchoata ſtrictior OBSERVANTIA, ex tenuiſſimis initijs; ſic, aſpirante cœlo, amplificatur in dies per pietatis & doctrinæ incrementa; vt in Capitulo Generali Romæ celebrato, illius *Reformationis Statuta* pro omnibus alijs tàm Reformatis, quàm Reformandis in toto Ordine Conventibus, communi voto recepta fuerint, & Innocentij x. Apoſtolicâ autoritate confirmata.

DELINEATIS hoc modo, pro mearum virium tenuitate, ijs omnibus quæ Eccleſiam ſpectant jam ab Orbe condito Chriſtiano-Catholicam, cum Hæreſeon ſtrumis, & Monaſtices appendice; vltro ſeſe offert pars altera, quâ in *Civili* vita regitur Genus Humanum.

TITVLVS XLIII. *Electa Imperialia.* Nexus, & commiſſura.

SELECTA IMPERII DEI, toto orbe Generalis.

TERTIA hæc claſſis adnotat *Res Politicas*, quæ poſt Orbem conditum continuato variè Imperio vniverſali, obtigerunt; tempore Patriarcharum, Iſraëlitarum, Chriſtianorum.

Adamus.

ADAMVS igitur primus omnium, ſub DEO, & ſolus totius orbis Monarcha; donec per ſucceſſivas Patriarcharum genealogias ejuſmodi autoritas devoluta eſt ad *Moſem*; quem penes, relicto fratri Sacerdotio, remanſit cura & ſumma Reipublicæ Iſraëliticæ. Poſt Moſis in Nebo vertice exceſſum, variaſque peregrinationes ac victorias, ſubſtitutus à DEO *Ioſue*, Hebræos inducit in terram Palæſtinam, manantem lacte & melle. Ille è vivis abeunte anno ætatis decimo vltra centeſimum, Populum rexere Seniores, ſeu *Iudices*. In illis præcipui Othoniel, Aod, Debora. Gedeon, ab altari Baalis noctu diruti, Ierobaal dictus; Iephte nothus, dux Prædonum; qui è prima victoria redux, filiam obviam temerariè devovet. Samſon matre ſterili natus, & in vtero conſecratus: nonnullis creditus Hercules, ob incredibile robur. Eo, cum capillaturâ, ab vxore privatus: à Philiſtæis captus, excæcatus & illuſus; redditis viribus vnà cum cæſarie, propriâ ruinâ hoſtes involvit. Samuel, Heli Iudicis ſimul & Pontificis ſucceſſor, vrgente Populo, deſignatum à DEO Saülem vngit in primum Regem Iſraëlitarum. Sed intempeſtivâ clementiâ & pietate DEO inviſus Rex infœlix, deleto à Philiſtæis exercitu, ipſe proprio ſe gladio jugulat. Patri ſublectus Iſboſeth à Præfecto exercitus Abnero, regnat biennium. At priùs clàm à Samuële, DEI juſſu, vnctus David; qui occiſo deinde in lecto Iſboſeth à proprijs ſervis, in vniverſâ Iſraelitarum Gente tertiò inunctus, regnum tenuit.

Moſes moritur, *an.* 2501.

SECVL. XXVI. Ioſue moritur, *an.* 2512.

Iudices.

Samuel.

Saul Rex 1. moritur, *an.* 2496.

SECVL. XXIX.

David, *an.* 2094.

DAVIDIS vita filij Ieſſè paſtoris, reportatâ in ſingulari certamine contra Goliatum Gigantem victoriâ, multiſque præclarè geſtis inclyta celebratur. Sionis arcem vendicat à Iebuſæis, Arcam recipit à Philiſtinis. Ammonitas domat, ob malè acceptos miſſos à ſe Legatos. Rabathan quadriennali obſidione expugnat, & Regis coronam auream ſuo capiti imponit. Intereà Berſabeæ adulter, Vriæ necator, Populi vanus recenſitor; divinitùs punitur peſte, quæ conſumpſit ſeptuaginta hominum millia. Tumultu Abſalonico à proprio filio, ſed & poſtea occiſo, vrbe fugatur. Demum poſt annos imperij tres ſupra triginta, Salomonem Berſabeâ è quatuor filijs poſtremo-genitum, Regem decernit impulſu Nathanis Prophetæ. Adhuc adoleſcentem Sadoc vngit, rejecto Adonia qui ſe Regem jactabat. Poſt quæ moritur confecto teſtamento, & traditâ filio Salomoni Templi conſtruendi ichnographia.

Moritur, *an.* 2937. Salomonis geſta.

Salomon ſapientiam à DEO in ſomnis obtinet, Templum & Regiam con-

dere incipit; illud annis ſeptem, hanc tredecim. Templi dedicatio inchoata die octavo menſis ſeptimi, in illudque poſtmodum Arca illata. Hiramo Tyri Regi transfert viginti Galileæ oppida, veluti honorarium pro lignis & operarijs, quos ad extruenda templum & regias domos miſerat. Pharaonis filiam ducit, & vrbem vltimam Chananæorum Gazer in dotem accipit. Ex quo totam Promiſſionis Terram poſſident Iſraëlitæ, annis quadringentis quinquaginta poſt inceptam à Ioſue Terræ diviſionem. *Regina Saba* venit ad Salomonem. Mulieroſus ſeptingentas vxores, concubinas trecentas vndiquè accerſit; à quibus ad Idola ſenex converſus, illis Templa miſer extruit. Actâ, vt creditur pœnitentiâ, regno perfunctus annos quadraginta; vitâ defungitur Mortalium ſapientiſſimus & opulentiſſimus, ſi tantæ gloriæ libidinis maculam non intuliſſet.

ISRAELITICVM.

Aſſer. 13. Regina Saba; *an.* 2964.

Mors Salomonis, *an.* 2976.

Statim à morte ob filij, itidemque ſucceſſoris Roboami, nimiam in exigendis tributis ſeveritatem, & minas conſilio Iuniorum adhuc acriores, Regnum diſcinditur. Inde Roboam regnat in Iuda. Ieroboamus Salomonis antea famulus, decem Tribubus ob nimia vectigalia deficientibus, Rex Iſraël ſedet in Sichem; erectis Idolis, ne Incolæ Hieroſolymam pergere cogerentur.

Regni Davidici; diviſio propter vectigalia.

In Samaria Idola erecta.

AZA Iudæ Rex Zaram Æthiopum Regem, cum decies centenis millibus, profligat invadentem cum Menilecho Salomonis filio, paternum regnum per arma petente. Priapi ſimulacrum comburit, Matremqne ſuam ſacra infami Idolo facientem de ſolio deijcit. Zambri Iſraël Rex v. per ſeptem dies obſeſſus ab Amri, ſe cum palatio comburi voluit. Samariam in monte Someron condit Amri, quæ Regnum denominabit Iſraëliticum ſeu Samaritanum. Aza Ananum Prophetam vitiorum objurgatorem conijcit in Nervum, hinc tribus annis podagrâ divexatus obit. Ioſaphat Iudæ Rex IV. excelſa tolli & Populum erudiri jubet, miſſis vbiquè Levitis & Sacerdotibus. Idem vndecies centena ſexagena millia virorum fortium, ad Regni præſidium numerat. *Elias* triennalem ſiccitatem, & æqualem famem prædicit. Iezabel Achabi vxor, Ecchaalis Sidoniorum Regis filia, DEI Prophetas inſequitur, quos Abdias in ſpelunca latitantes nutrit. Ioſaphat Achabo ſuppetias ferens, vix evadit ex conflictu; exinde tot Moabitas & Ammonitas precibus, delet, vt triduo exportari præda non poſſet.

SECVL. MVNDI XXXI.

Aza.

Priapæa.

Zambri Rex ſe comburit.

Amri.

Regnum Samariæ, *an.* 3032.

Ananus Propheta à Rege incarceratus.

Ioſaphat Rex curat Religionem.

Regni vires.

Elias Propheta, *an.* 3045.

Ieſabel

Ioſaphat victoria, *an.* 3055.

Iudæ Rex x. Oſias, ſeu Azarias, regnare incipit anno Ieroboami viceſimo ſeptimo, quod ſacra refert Scriptura. Annum hunc dum *Chronologi* plures ab initio regni Ieroboami tentant numerare, quo modo id collocent ignorant. Ne tamen Biblia erroris inſimulemus, placet ex conjectura Gordoni ad viceſimum ſeptimum non regni, ſed ætatis Ieroboam referre. Iſraëlitarum Rex XIV. Zacharias ad annum I. ex Auzolio; cum anni illi vndecim, interregno tribuantur ab alijs Chronographis. Ille enim, ex Sacris Litteris, ſex menſibus regnavit & annis triginta octo. Ozias Iudæ Rex, Sacerdotium invadens leprâ corripitur. Ioathamus Regni adminiſtrationem ſuſcipit, reliquo vitæ Patris tempore.

SECVL. MVNDI XXXII.

Oſias ſeu Azarias.

Diſſidium de anno 27.

Zacharias, *an.* 3169.

Ozias leproſus, *an.* 3186.

Ioatham.

Iudæ Rex XII. Achaz ſceleratiſſimus Ioathamo pio patri ſuccedens, Teglathphalaſſarem muneribus è Templo expilatis, advocat adverſus Phoceam: filium igne luſtrat, Templum claudit, Dijs aras erigit. Iſraël Rex XIX. Oſee, occiſo Phacee anno Ioathami viceſimo, inquit Scriptura. Is annus *honoris* appellatur ab Auzolio, cùm jam ipſe Ioathamus obijſſet, & quintum inijſſet ejus filins Achaz.

SECVL. MVNDI XXXIII.

Achas Rex impius, *an.* 3210.

Samariam obſidet Salmanaſſar ſeptimo Oſee anno, qui Suam Ægypti Regem advocat. At Samariâ captâ obſidionis anno tertio, Regnum Iſraëlitarum ruit, abductis in ſervitutem, cum ſuo Rege & ſeniore Tobiâ, totis decem Tribubns, ſubinductis ex Aſſyria Colonis. Hi novi incolæ à Leonibus vexati, ab Sarcerdote Iſraëlitico DEI cultum edocti illum ſuis commiſcent falſorum Deorum ceremonijs; vnde *Samaritanorum*, ſeu Cuteorum Religio coaluit. Sennacherib Hieroſolymam obſidens, centum octoginta quinque hominum millibus nocte vnâ Angeli manu peremptis; ad ſuos reverſus, Iſraë-

Samaria capta & Regnum Iſraëliticum everſum, *an* 3229.

Vnde Religio Samaritana.

Sennacherib exercitus a Deo deletus.

IMPERIVM DEI.
Ezechias ſanatus, *an* 3136.
Manaſſes impius, crudelis, captivus, *an.* 3169.
Ieremias diſſectus.
Holofernis à Iuditha obtruncatio *an* 3500.
Manaſſes regno reſtituitur, *an.* 3196.

litas divexat. Moribundo Ezechiæ, quem *ducem Iſraëlitarum* vocat Scriptura, quindecim anni additi; votivis precibus annuente DEO per Iſaïam, ſignoque ſanitatis accepto receſſu vmbræ ſolis per lineas decem in horologio ab Achab Rege fabricato. Ad eumque miſſi cum muneribus Regis Berodacbaladani Oratores, de portento quod acciderat quæſituri. *Manaſſes* Iovis ſtatuam τετραπρόσωπον in Templo collocat, Iſaïam ſerrâ ligneâ jubet diſſecari: à Præfecto Nabuchodonoſoris, captivus in Babyloniam deportatur. *Holofernes* pro Nabuchodonoſore ducto in Syriam exercitu dum Bethuliam obſidet, à IVDITHA piâ viduâ eluſus proprio gladio obtruncatur. Manaſſi ſub Aſſyriorum jugo gementi ac pœnitenti, vincula ſolvuntur, ac Regnum reſtituitur; quod deinceps religioſior factus, tenet annis triginta ſex.

SECVL. MVNDI XXXIV.
Ioſias temerario bello occiſus *an* 3310.
Prima Tranſmigratio ſub Ioachim *an* 3342.
Daniel & Socij
Iechonias.
Secunda Tranſmigratio.
Sedecias.
Ezechiel.
Tertia Tranſmigratio, *an.* 3361.
Ieremias necatus, *an.* 3363.

IVDÆORVM Rex XVI. Ioſias, Amone Patre occiſo. Ioſias Nechaoni Ægyptio contra Aſſyrios moventi, inconſultè cum copijs auſus occurrere, ſauciatur: & ex vulnere, intra paucos dies interit. *Ioachimus* deficiens à Nabuchodonoſore, abducitur Babylonem cum ſuis, eaque prima *Tranſmigratio* computatur. Daniel, Ananias. Miſaël, Azarias, & ipſi cum Rege captivi, regiâque ſtirpe orti erudiendi traduntur Eunuchus à Nabuchodonoſore. Ioachimus Regno reſtitutus, iterùm deficit à Nabuchodonoſore, reclamante Ieremia. Hinc capti ab eo rurſum Hieroſolymâ; *Iechonias* cum Matre, & Liberis: cum Mardochæo, Ezechiele, Pontifice Ioſedecho, & decem Iudæorum millibus in Babylonem deportati. Hæcque ſecunda *Tranſmigratio* eſt. Iudæorum Rex XX. *Mathanias*, Iechoniæ patruus, ab Nabuchodonoſore declaratus: mutatoque nomine Sedecias dictus, regnat annos vndecim. Ezechiel anno ætatis trigeſimo (vt ait Gregorius) prophetare incipit. Sedecias in Reblata ad Nabuchodonoſorem ductus, occiſis coram ipſo liberis, excæcatur. Vrbem, Templum, Regiam incendit Nabuzardam, princeps exercitus Nabuchodonoſoris. Eaque tertia deportatio eſt. *Ieremias* peractis Threnis, poſt quam ab Iſmaële occiſus eſt Godolias, in Ægyptum invitus adducitur cum Barucho; vbi Iudæorum ſceleribus obſiſtens, lapidatur.

SECVL. MVNDI XXXV
Reverſio in Ieruſalem ſub Cyro, *an.* 3432.
Problema coram Rege.
Aggæus & Zacharias Prophetæ.
SECVL. MVNDI XXXVI.
Hebdomades LXX.
Machabæi.

IVDÆIS ſeptuagenaria ſervitute, ab exciſa Hieroſolyma, perfunctis, reditum in patriam edicto concedit Cyrus: jubetque Templum, reſtitutis omnibus quæ ex eo Nabuchodonoſor aſportaverat, à fundamentis inſtaurari. *Zorobabel* Iunior, & ſecundus Darij σωματοφύλαξ, grato problemate coram Rege de vini, mulierum, & veritatis præſtantia: obtinuit, vt Iudæi hactenùs impeditam Templi ædificationem repeterent; Aggæo & Zacharia Prophetis, opus ſacrum vrgentibus. Incipiunt Hebdomades ſeptuaginta annorum, quas Daniel ab inſtauratione vrbis ad CHRISTI adventum prædixit. Interea Res Iudæorum adminiſtrant modò Pontifices, modò Duces. Vtroque ſimul titulo *Aſſamonei*, quorum geſta præclaraque facinora deſcribunt Libri Machabæorum duo. Primus inter eos Regis nomen obtinuit Ariſtobulus, Mathariæ per Simonem & Ioannem abnepos. Vltimus Antigonus, quem Antiochiæ gladio ſubjecit M. Antonius ſuaſu Herodis. Hic itaque cum ſucceſſoribus Regnum occupavit, occiſa Mariamne vxore, ejuſque fratre Ariſtobulo; donec Iudæâ in Provinciam redactâ, ſummâ rerum potiti ſunt Romani Imperatores, provt refert ſequens Hiſtoria Extera. Exinde per quattuor à CHRISTO nato ſecula, ijdem Principes Eccleſiæ qui & Supremi Pontifices; donec mitiori tempore, ſingulari Numinis Providentia, cœperunt Chriſtiani Imperatores.

IMPERATORES CHRISTIANI Orientis ſimul & Occidentis.

TITVLVS XLIV. *Imperium Chriſti.*

PRINCIPIO quidem per Romanos ipſos Imperatores, præſertim à Iudæa per Veſpaſianum & Titum ditioni Romanæ annexa, continuatum vtiquè vnum & idem DEI Imperium, non temerè crediderim ex D. Leonis duplici argumento. *Diſpoſitæ namque divinitùs Chriſtianæ Reipublicæ maximè congruebat, vt cuncta Orbis regna vno confœderata Imperio eandem ſimul Evangelij fidem* reciperent. Vt etiam fuſus per Imperatores Martyrum ſanguis, fieret vbiquè ſemen Chriſtianorum. Immo, divina diſponente providentia, damnati è Chriſtianis ad metalla, exules & captivi diſſeminandæ fidei non mediocriter inſervierunt. Horum igitur ſucceſſu felici, Eccleſiâ palmæ inſtar, ſub perſecutionum attritu efflореſcente; primi ex Imperatoribus Evangelio nomen dedere Philippi duo, qui ante baptiſmum occiſo Gordiano, & ipſi à Decio necati fuerunt. Conſequenti ſeculo *Diocletianus* Militum factione electus Imperator, victo Carino, Maximianum Herculium, Collegam ſibi adjunxit. Sed poſt triumphum de Perſis, ambo Imperium deponunt. Spontaneæ abdicationis cauſam, aliam alij prætendunt. Quidquid ſit, Diocletianus Saloniæ in Dalmatia ruri inter hortenſes delicias, poſt dira morborum tormenta, hauſto veneno ſubduxit ſe Conſtantini iræ; ſuſpicanti eum Maxentio, Maximiani Herculij genero, faviſſe. Contrà Maximianus Imperium repetens, ab eodem Conſtantino cui & ipſe inſidias ſtruebat, Maſſiliæ trucidatur. Iam Cæſares electi Conſtantius Chlorus, & Galerius Maximianus, poſt abdicationem Auguſtorum titulo renas Imperij capeſſunt. Partitoque Imperio, Galerius Maximianus Orientem adminiſtrans, inque Chriſtianos crudeliùs deſæviens pudendâ morte Numinis vindictam experitur. Renunciati ab eo ante mortem Cæſares, Severus pro Italia, in Oriente Maximinus ipſius ex ſorore nepos. Ac Severus quidem miſſus Romam ab avunculo, aut certè à conſortis impatiente Maximino adverſus Maxentium, vtriuſque fraudibus in itinere perit. Severo, Galerius Maximianus ſubrogat Licinium; vt virtute quâ pollebat militari, Imperium tutaretur adverſus Valentem. Ex adverſo CONSTANTIVS Chlorus Galerij Maximiani, cui Occidentis Imperium obtigerat, gener, tantâ clementiâ & pietate ſe geſſit; vt Chriſtianæ rei fautorem, non alienum ſit conjectare. Is igitur Gallijs & Britanniâ contentus, Eboraci in Anglia deceſſit. Sub mortis tempus Româ fugiens, Galerij Maximiani inſidias CONSTANTINVS, Eboracum advolat. Erat is Chlori primogenitus, ex *Helena*, non Bythina, vt nugantur Græci, ſed Britanna: Coëlis Regis filia apud quem diverterat Conſtantius, ab Aureliano cum exercitu miſſus in Angliam. Helenæ porro coactus eſt Conſtantius ſuperinducere Theodoram Auguſtam, privignam Maximiliani Herculij, vt ab eo in Cæſarem adoptaretur. Hujus itaque filijs quattuor poſthabitis, prælatus eſt in Imperij hæreditate Helenæ, quam dixi, vnigenitus. Solvens igitur ex Anglia Conſtantinus, in Gallia Alemannos & Francos vincit: Fauſtam Maximiani Herculij filiam, ſibi matrimonio jungit; ſocerum de Imperio recuperando tertiò cogitantem, Maſſiliæ ad necem ſibi inferendam compellit. Maxentij Duces, cœleſti etiam *Crucis* oſtento, vicit ad Veronam. Ipſum-met denique, poſt ſex annos Tyrannidis; ad Pontem Milvium opprimit: ejuſque, Tiberi ſubmerſi, caput Romæ ac per Africam jubet circumferri. Mox Licinio, cui Conſtantiam ſuam ex Theodora ſororem junxerat; quòd pluſquam ſemel monitus & rogatus, in Oriente à Chriſtianis hoſtilem in modum vexandis minimè temperaret; pio bello vitam adimit. Succeſſus igitur adeò felix Conſtantinum inducit ad Sacra *Chriſtianæ* Religionis. Eam amplexus, ſentienſque Senatûs odium ob Idola contempta, Romam cedens Pontifici Maximo, Sedem Im-

SECVL. IV.

Serm. 1. de S. Petro.

Philippi duo, *an.* 224.

Tranſitus Imperij Romani ? Chriſtianos.

Diocletianus. Maximianus abdicant, *an.* 104.

Galerius Maximianus.

Severus.

Licinius.

Conſtantius Chlorus, *an.* 304.

Conſtantini victoria, & Converſio, *an.* 312.

Conſtantinopolis fixum Imperium.

IMPERIVM DEI

perij, non ſine cœleſtibus prodigijs transfert ad Boſphorum Thraciæ; vbi vetus olim Biſantium, nova modò Roma, & à ſuo fundatore dicta Conſtantinopolis. Criſpus Cæſar ex priori Conſtantini conjuge Minerva filius, ſtupri cum Noverca Fauſta falsò accuſatus, occiditur. Sed Fauſta, falsâ accuſatione compertâ, balnei calore ſuffocatur.

Mors Conſtantini, an. 337.

Ipſe demum Conſtantinus ætatis ſexageſimo quinto, ipſo Pentecoſtes die in ſubvrbio Nicomediæ paulò poſt ſuſceptum baptiſmum expirat, non ſine veneni à fratribus illati, ſuſpicione. Victoriarum ac Virtutum claritudo à Prophanis ἀποθέωσιν, à Chriſtianis venerationem, ab vtriſque *Magni* cognomen impetravit.

Conſtamini filij tres.

Conſtantinus Iunior, Conſtans, Conſtantius Conſtantini M. filij tres, Imperium partiti; per varia bellorum hæreſeonque diſſidia variè adminiſtrant, donec ad Conſtantium Arianum, morte fratrum, Orbis regimen devolvitur.

Iulianus Parabata, an. 360.

Interea Iulianus tunc Lutetiæ Pariſiorum commorans, jam Cæſar creatus à Conſtantio, cujus & ſororem Helenam conjugem accepit, devictis ſeptem Alemanorum Regibus Gallias incurſantibus, per Milites Auguſtus acclamatur. Is ſimul ac rerum potitus eſt, defuncti Conſtantij amicos omnes quà nece, quà exilio mulctat. Chriſtianam Religionem, diù à ſe ſimulatam etiam ſub Philoſophico & Monaſtico pallio, publicè ejerat; vnde illi *Apoſtatæ* cognomen infame. Magicis & Idolorum cultui addictus, perſecutionem in Chriſtianos, quos Galilæos vocitabat, molitus eſt eò graviorem, quod occultis cuniculis eam ſubvertebat. Contra Perſas profectus, ab Antiochenſibus deriſus, Satyrico quem *Miſopogonem* inſcripſit, ſe vltus eſt. Tandem acceptâ divinitùs plagâ, medio in conflictu perit in Perſide; exclamans, *Viciſti Galilee.*

Mors Iuliani, an. 363. Iovianus,

Parabata eo modo extincto Iovianus *Ieumianus*, dux ſtrenuus, non prius oblatum à Militibus Imperium acceptat, quàm exercitus omnis Chriſtianam Religionem viſus ſit profiteri. Cum Sapore pacem ſancit inhonoris conditionibus, ſed neceſſarijs. Idola iterum peſſumdat, liberam tamen cuique relinquit fidei profeſſionem. Suffocatur fumo prunarum, intra cubiculum occluſarum ad deſiccandum parietem recens calce illitum.

Valentinianus & Valens, an. 364.

In illius locum concordantibus votis electus, licet abſens, *Valentmianus* ex Pannonia dux clarus, Valenti fratri aſcito in collegam Imperij, curam Orientis relinquit; vbi egregias fratris virtutes Arianiſmo polluens, victus à Barbaris vivus in agreſti caſa comburitur. Illius juſſu multi occiſi, quod de ejus ſucceſſore curioſis inquiſitum artibus dicebatur: ac prima illius nominis Elementa prodita T. H. E. O. D. Vnde & Theodorus Senior, poſt ſuſceptum baptiſmum, interfectus in Africa putatur. Ceterùm Valentinianus in Legatos Quadorum, adverſus quos parabat exercitum, acriùs invehens, apoplexiâ aut ſanguinis fluxu ſubito correptus interit.

Gratianus & Valentinianus fratres, an. 375.

Patri ſucceſſit *Gratianus*, conſortem imperij fratrem Valentinianum adſciſcens, imperat cum patruo Valente nondum ſublato. Tandem vtroque potitus imperio, per Theodoſium cooptatum Orientis Auguſtum, victor paſſim triumphat; donec in Maximum Tyrannum ſe accingens, Adragathij dolo non procul Lugduno interijt.

Theodoſius, an. 379.

THEODOSIVS ſingulari DEI beneficio & præſidio fretus ad Aquileiam Maximum occidit, Valentinianum II. Gratiani fratrem, Occidentis imperio reſtituit. Theſſalonicenſium plurimos, propter Boterici Ducis necem interficit. Ob id Mediolanum veniens, Eccleſiæ aditu ab Ambroſio prohibitus, pœnitentiam ſuſcipit: legeque cavet, vt latæ in reos ſententiæ executio in trigeſimum diem differretur. Valentinianus porrò adhuc cathecumenus, Viennæ in Gallijs ſtrangulatur in lecto, Arbogaſti Comitis fraude. S. Ambroſij oratione funebri laudatur. Theodoſius ipſe nulli Imperatorum ſecundus, atque ob egregia facinora *Magni* nomen adeptus, Mediolani viam init carnis vniverſæ.

Arcadius & Honorius, an. 395.

Ante mortem *Arcadium & Honorum* in Cæſares creatos, Arſenij diſciplinæ erudiendos crediderat. Defuncto Patre alter in Oriente, in Occidente alter imperat.

Ruffinus & Stilico. Secul. Chriſti v.

Ruffinus & Stilico, relicti à Theodoſio Imperatorum & Imperij tutores, pupillorum faſces captant. Inde Ruffinus à Militibus occiditur. Stilico, detectis ab Olympio machinationibus, Ravennæ dolo extractus ab Eccleſia in quam confugerat, Heracliani manu jugulatur.

Arcadius

Arcadius autem pluribus præclarè geſtis, victoque Gaina rebelli, Eudoxiæ tamen vxori nimiùm

addictus;

Digitized by Google

addictus; ob pulſum in exilium Cbryſoſtomum, ab Innocentio Papa excom- CHRISTIA.
municatur. Moriens Theodóſij 11. octennis filij tutelam, Tzdigerdi Perſa- ORIENT.
rum Regi teſtamento relinquit; qui Antiochum erudititiſſimum virum curato-
rem adhibuit, ſed plus multò profecit Sororis *Pulcheriæ* ſollicitudo. In Occi-
dente verò Alaricus ad pacem inclinans, ab Honorio repulſus *Romam* occu- Roma capta,
pat, diripit: mandatque vt qui ad Baſilicas confugerent, præſertim Apoſto- *an.* 410.
lorum Petri & Pauli, incolumes haberentur; Placidiam Honorij ſororem,
Ataulpbo vxoris fratri tradit. Conſtantinus Tyrannus cum Liberis victus à Conſtantinus
Conſtantio Comite, jugulatur ad Ravennam Honorij juſſu; cùm ſe Arelate licet Sacerdos
ad Oratorium fugiens, *Sacerdotio* initiandum ante curaſſet. *Conſtantium* Ducem occiditur.
inclytum, cujus ope ſæpiùs de Barbaris & Tyrannis triumphaverat Honorius, Conſtantius III.
collegam Imperij adoptat, eique matrimonio jungit ſororem ſuam Gallam
Flacidiam. Extincto Conſtantio, atque ex ſumma familiaritate obortis jur-
gijs Honorium inter & Placidiam; hanc, cum prole gemina, *Honorius* in
Orientem amandar. Ipſe Imperator pietatis zelo commendatiſſimus, Romæ
moritur improlis. Ea occaſione Ioannes Primicerius Notariorum, cum tyran-
nide Ravennam occupans, Imperium affectat. Theodoſius 11. in Oriente
bellum Perſicum, per Ardaburium Ducem non ſine ingenti miraculo confi- Victoria mira-
cit, perterritis ac fugâ conſternatis Barbaris. Ardaburius contra Ioannem in culoſa.
Iraliam miſſus, tempeſtate jactatus in Tyranni poteſtatem venit. Sed Angelo,
Paſtoris ſpecie, per invias paludes illius filium Aſparem Ravennam deducen-
te, necato Ioanne; Valentinianus Placidiæ filius, ductâ Eudoxia Tbeodoſij Valentinianus
conſobrini filiâ, in ſolio paterno ſtabilitur. Sub eo *Boniſ.scius* Comes rebel- III, *an.* 425.
lans, Wandalos ex Hiſpaniâ in Africam evocar. Poſtmodùm, Valentiniano
reconciliatur: & ab illis ſemel & iterùm ſuperatus, Romam ſe recipit. Ibique
vel morbo, vel ſauciatus ab Aëtio veteri adverſario, moriens conjugi præce-
pit vt ne alteri quàm Aëtio nuberet. Tbeodoſius verò in Oriente *Pulcheriæ*
ſororis, quam in conſortium imperij allegerat, optimis conſilijs multa piè
& feliciter peregit. Verùm Eudoxiæ conjugis & Chryſaphij Eunucbi calum-
nijs adductus, eam in ordinem redigit. Mox damnum ſuum ſentiens, revocat: Mors Theodoſij
ejuſque hortatu plura à ſe acta inconſultè retractans, ex lapſu equi in venatio- Iunioris, *an.*
ne moritur. Pulcheria Flavium Valerium *Marcianum* bumili loco natum in 460. Marcianus.
Illyrico, ex Tribuno Militum, ſed pluribus prodigijs Imperio deſtinatum,
aſſumit in Maritum; eâ lege, vt ſibi Virgini liceret perſeverare. Is egregijs vir-
tutibus inſignis, pacatum Orientem tenet annis ſex. Pulcheria obit ſeptem- Mors Pulche-
bris decimo, quâ die Eccleſiaſticis tabulis conſecrata legitur. In Occidente riæ, *an.* 453.
Valentinianus III. Theodoſij conſobrinus & gener, ambiguâ pietatem inter
& laſciviam famâ, imperat; occiſo *Aëtio* militiæ magiſtro, Imperijque in Oc-
cidente columine, falſis criminationibus *Maximi* Senatoris. Hujus etiam frau-
de, in vindictam violatæ à Valentiniano vxoris; ab Aëtij amicis, Romæ in
campo Martio confoditur. Quo facto Maximus Eudoxiam Valentiniani vi-
duam, cum Imperatorijs ornamentis, capit in vxorem. At mulier indignata
Maximum ſui amore in Valentinianum conſpiraſſe, *Genſericum* cum Wandalo- Genſerici ir-
rum exercitu in Italiam evocat ex Africa. Hujus adventu territus Maximus ruptio in Ita-
fugiens, laniatus in Tyberim à ſuis projectus eſt, altero Imperij menſe con- liam, *an.* 455.
fecto. Genſericus verò vrbe captâ, S. Leonis Papæ oratione mitigatus, in-
cendio ac cædibus abſtinet, Eudoxiam & filias abducit ſecum in Africam. Cor-
ruente tunc Imperio Occidentis plures ſeu Imperatores, ſeu potiùs *Tyranni* Plures Tyranni.
extiterunt; Avitus, Autius, Majoranus, Severus, Anthemius, Olybrius,
Clycerius, Iulius Nepos; Oreſtes: Auguſtus, per deriſum Auguſtulus appel-
latus. Quo tempore Roma, illa quondam Orbis domitrix & domina, ſpatio
Sæculi vnius ſemel à Wandalis, ter à Gothis expilatur. Tandem *Odoacer* He- Finis Romani
rulorum Princeps, è Pannonia in Italiam irrumpens, Oreſte acie victo, Au- Imperij in Oc-
guſtulo in Campaniam relegato, finem imponit *Romano* in Occidente Impe- cidente, *an.* 475.
rio; quod ab Auguſto ortum, cum Auguſtulo extinctum, ſtetit ſolùm annis
circiter quingentis.

TITVLVS XLV. *Imperatores Orientis.*

CONTINVATIO IMPERII Chriſtiani in Oriente.

Leo I. Imperator Orientis electus, *an.* 457. Zeno, *an.* 474.

Theodoricus, *an.* 493.

ET verò qui Marciano ſucceſſerat *Leo* I. Græcus, Thrax genere, cognomento Macelles; non agens in Oriente feliciùs, Leoni Nepoti ex filia Ariadna Zenoni Iſauro collocata, Imperium legat. Vtroque Leone mortuo, ſolus *Zeno*, per omnia fœdus & inconſtans; Odoacrem Italiæ Tyrannum, per *Theodoricum* Amalum Oſtrogothorum Regem, ad Ravennam opprimit. Inde Italia *Theodorici* præda. Cumque Zeno à Marciano Comite, futurorum præſcio, didiciſſet Imperij & conjugij ſucceſſorem ſibi quendam è Silentiariorum ſcbola futurum, innocentes plurimos nece afficit. Eos inter Pelagius virtutibus eximius, teſtem innocentiæ ſuæ moriens DEVM appellat.

Conciliatorium Zenonis, *an.* 482.

Quin & Acacio Patriarchæ Conſtantinopolitano, clam cum Eutichianis ſentienti; Ἑνωτικὸν promulgavit Edictum, quo certam conſtituit Fidei formulam, cui jubebat ſubſcribere tàm Epiſcopos, quàm Archimandritas; quaſi diverſas de CHRISTI naturis duabus, ſententias conciliaturus. Ea tres priores œcumenicas Synodos Nicænam, Conſtantinopolitanam, & Epheſinam admittebat: ſimulque Neſtorio, & Eutichi anathema impingebat; nulla Chalcedonenſis facta mentione, quo ſilentio illam tacitè abrogabat Imperator. Neque multò poſt epilepſiâ correptus, crapulâ ſive inteſtino dolore corruit; identidem Pelagij à ſe interfecti, nomen appellans. Ab ipſa conjuge Ariadna ſe-

SECVL CHRISTI VI.

pulchro illarum vivum narrant. Mox ab eadem Imperio admovetur *Anaſtaſius* Dicorus, politicis rebus ſatis clarus, ſed Eutychianâ labe & in Catholicos odio infamis. Sub eo Orientis Imperij limites invadunt Perſæ, Amidam expugnant proditione Monachorum; quos victor Cabades, ex Templo extractos jubet interfici. Tandem ætatis octuageſimo octavo, viſo terribili ſpecie viro, qui librum manibus tenens annos ex eo vitæ illius quattuordecim ob impietatem deletos increpabat; fulmine ictus ad ripam Euphratis Conſtantinopoli interijt,

Ex Baron. Anaſtaſius Imp. fulmine extinctus, *an.* 518. Iuſtinus.

feria quinta majoris hebdomadæ. Anaſtaſio extincto, *Iuſtinum* è bubulco & carcere, etiam invitum ad thronum evehit virtutum omnium fama. Illum in Oriente primum Ioannes Romanus Pontifex, Conſtantinopolim miſſus à Theodorico ne Arriani in Oriente vexarentur, Imperatoris ornamentis exor-

Iuſtinianus, *an.* 527.

nat. Iam morbo ſenioque gravis, omnium Ordinum poſtulatione *Iuſtiniano*, ſuo ex ſorore nepori diadema imponit. Renunciatus Imperator, ſtatim facultates ſuas omnes domeſticas largitur Eccleſijs. Primùm per Beliſarium vbiquè victorijs clarus. Quin etiam legibus per Conſultiſſimos viros, licet ipſe planè ἄμυσος, in Iuris corpus contractis, celebratus. Mox Religionis inconſtantiâ, mulieroſitate in vxores nimiâ, in Beliſarium & fidiſſimos quoſque crudelitate ingratiſſima infamis, Procopij calamum acuit; qui adverſus tot Principis flagitia, Ἀνέκδοτον, quaſi Suppreſſam Hiſtoriam compoſuit. Con-

Seditio adverſus Imperatorem.

ſtantinopoli adverſus Imperatorem, commota incredibili *ſeditione*, Hypatius Patricius Imperator acclamatus eſt, cum Probo & Pompeio conſobrinis, qui omnes Anaſtaſij nepotes erant. Iuſtinianus cum de arripienda fuga dubitaſſet, Theodoræ vxoris hortatu palatium munijt. Ac brevi Beliſarij, è carcere educti, & Narſetis operâ factioſos repreſſit. Inde ſtragês hominum triginta millium, Eccleſiæque plures ſubverſæ, quas Iuſtinianus poſteà inſtauravit. Is ipſe Beliſarius, plures inter victorias ac triumphos Carthagine *Gelimerem* Regem, tota obſeſſum hyeme capit, & ad Iuſtinianum adducit; quem ille poſt trium-

Cum Gelimero finis Regni Vandalici. Beliſarij caſus, *an.* 561.

phum coactus eſt adorare identidem inclamans, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Cumque eo extinctum Vandalorum Regnum in Africa, anno nonageſimo ſexto poſt occupatam Carthaginem. *Beliſarius* tot victorijs inclytus, tandem (quæ eſt fortunæ rota) Theodoræ Auguſtæ artibus in ſuſpicionem adductus conjurationis adverſus Iuſtinianum, non modò fortunis ſpoliatus;

Digitized by Google

ſed etiam orbatus oculis, & ſtipem coactus mendicare, à nonnullis memoratur. Eodem propemodum fato exturbatus eſt Ioannes Præfectus Prætorij, cujus & opera vſus eſt Imperator in compingendo Codice, ideo etiam *fortunæ pila* nuncupatus. Quæ quidem humanæ inconſtantiæ exempla ne fabulis annumerentur, præter gravium Autorum pondus, impediunt noſtro ævo clades multò magis illuſtres, magis propterea miſerandæ. Iuſtinianus verò præclaras dotes hæreſi Incorruptibilium, ſuper qua & admonitus eſt per Epiſtolam egregiam Niceti Epiſcopi Trevirenſis: inconſultâ rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione, alijſque dedecoris corrumpens; morte repentina noctu abreptus, & famam & ſalutem reliquit in ancipiti. Eodem obitus die *Iuſtinus* II. defuncti per ſororem nepos, idemque maritus Sophiæ neptis Theodoræ Auguſtæ, jam antea creatus ab Avunculo *Curopalates*, ſeu Curator Palatij, inſignia ſuſcepit Imperij. Mox exactiones Avunculi reſtituit, quicquam in fide vetat innovari. Avaritiâ denique & luxuriâ corruptus, ex vertigine frequentiori lapſus in amentiam, Tyberium II. cooptat in Imperium. Iuſtini invidiâ *Narſes* ex Perſide Eunuchus, Italiæ reparator occiſo *Totila* Gothiſque penitùs deletis, exautoratus; ejus in locum ſubvecto Longino Patricio, qui primus Italiæ *Exarchus* eſt appellatus. Narſes eâ atroci injuriâ, ſimulque Imperatricis Sophiæ contumelioſis litteris ad lanarum penſa, quod Eunuchum decebat, redire juſſus; talem illi ſe telam texturum, reſpondit, quam nec ipſa, nec vir ejus vnquam retexerent. Eâ animi iracundiâ Longobardos à Scandinavia auxiliares, quibus vſus erat in Gothis debellandis, ad Italiæ ruinam revocaſſe ſcribit Paulus Diaconus.

CHRISTIA. ORIENT.

Iuſtinianus Iunior, *an.* 565.

Cum Totila Gothicum Regnum finit in Italia, *an.* 553. Narſes.

Li. de Geſt. Longobard. c. 5.

Iuſtini igitur hæres, idem qui gener, *Liberius* pace & bello clarus, ſed præcipuâ liberalitate meruit opes à DEO. Nam dum jubet crucem teſſalati pavimenti vbi inambulabat, tolli veritus conculcare; ingentem ſubter theſaurum reperit. *Mauritius* Cappadox Tiberij gener itidem & ſucceſſor, Choſrois Perſarumque victoriâ commendatus, vitiorum pœnitens, à DEO pœnam cum venia impetrat. Nam *Phocas* Centurio, linguâ promptus, ob idque vulgo militum acceptiſſimus; ab eis ſalutatus Imperator, Mauritium comprehendit, ante ipſum trucidari conjugem & filios jubet. Quod ille inſpiciens, id vnum ingeminabat, *juſtus es Domine, & rectum judicium tuum*. In parricidam armat Narſes, fortè alter à ſuperiori temporibus Iuſtini Iunioris. Hunc Phocas ſpecioſis ſollicitationibus deceptum, vivum jubet comburi. Mox per Mauritij necem, flagitiorumque genus omne Tyrannus infelix, vaſtatâ à Coſdroa Syriâ, direptâ Hieroſolymâ, ablatâ in Perſidem ſacrâ Cruce; ab Heraclio Africæ præfecto Procerum rogatu bellum movente, victus, captus diris ſupplicijs afficitur. *Heraclius* initio imperij felix, Coſdroam divinitus ſuperat: Syriam ac Hieroſolymam recuperat, Crucem CHRISTI humili triumpho Calvario reſtituit. Sed malum! beata initia corrupere primum inceſtæ cum Martina fratris filia nuptiæ, deinde ignavia: tum Monothelitarum vecors inſania, pro qua & impiam *Echteſim* promulgavit. Quibus accensâ Numinis irâ, *Mahumetus* infauſtum Orbi nomen, non plus quàm ſexennio Arabiam, Perſidem, vicinaque loca novâ ſectâ & immani tyrannide oppreſſit.

Tiberius II. *an.* 579.

Mauritius, *an.* 585.

SECVL. CHRISTI VII.

Heraclius, *an.* 610.

Echteſis Heraclij.

Mahumetus, *an.* 628.

HERACLIO hydropiſi ſublato, filius *Conſtantinus* II. ſufficitur. Sed eo intra annum Martinæ novercæ odio per venenum extincto, Heracleonas ſeu *Heracleon* decennis, cum Martina matre ſenis dumtaxat menſibus regnat. Quibus exactis Senatus decreto, præciſis filio naribus, matri linguâ, ambo in exilium amandantur. Subrogatur Heraclij nepos *Conſtans* II. qui & ipſe Monothelita, poſt expilatam Romam in Sicilia balnei vapore à ſuis præfocatur. Vltus patris necem *Conſtantinus Pogonatus*, ſeu Longibarbus, fratres Tiberium & Heraclium aſſumit in Collegas: tum res novas molientes, redigit in ordinem. Tandem poſt multa erga Eccleſiam Romanam beneficia, diem claudens extremum, Imperium reliquit filio Iuſtiniano II. Initia illi fauſta multis in Hiſpania, Albania & toto Oriente reportatis victorijs. Hinc ob hæreſim contra Cononem & Sergium Romanos Pontifices excandeſcens, ab Arabibus ſuperatus, à Leontio Duce naſo mutilatus (ex quo Rhinotmiti cognomen tulit) in Cherſoneſum relegatur. Sed & viciſſim ipſummet Leontium pari ſupplicio

Conſtantinus II. Heracleon.

Conſtans, *an.* 641.

Conſtantinus Pogonatus, *an.* 668.

SECVL. CHRISTI VIII.

Iuſtinianus II. *an.* 681.

IMPERIVM DEI.

punitum carceri tradit Tiberius Abiſmarus. Poſt decennale exilium Iuſtinianus, Bulgarorum ad quos confugerat ope, Imperium recuperat; Leontio priùs, Tiberioque jugulatis. Deinceps in Romanum Pontificem, & in alios immanis. Nam odio in Cherſonitas, penè omnes delet. Vnde rediens armata illius claſſis naufragio perit, tribus & ſeptuaginta millibus ſubmerſis. Verùm Imperator etiam ægrè ferens à Cherſonitarum parvulis milites abſtinuiſſe, novam ad illos jugulandos claſſem apparans, tantâ crudelitate cunctos ita movit; vt Cherſonenſes Boſphorianique *Philippicum* exulem Imperatorem ſalutaverint, à quo Iuſtinianus purpurâ & vitâ mox exutus. Sed & tertio poſt anno is ipſe *Philippicus* Bardanes à ſuis in convivio exoculatus, abigitur in exilium. Sublegitur *Anaſtaſius II.* antea dictus Artemius, & à Secretis Imperatoris. Eruditus ille quidem æquè ac religioſus, turbante milite, vltrò Monaſticum ſchema induit. Mox *Theodoſius III.* Adramittenus, ſeu Atremitenus, id eſt inconcuſſus; tributorum antea exactor, invitus per ſeditionem & quaſi per ludicrum proclamatus à militibus, ipſe pariter à *Leone III. Iſaurò* captus Sacris Ordinibus initiatur. Leo igitur regnat. Moxque velut œſtro percitus bello ſacris Imaginibus indicto, Iconomachi nomen invenit: Sectam per ſæva edicta, diraque ſupplicia latè propagavit. Patris ſcelus & impietatem auxit *Conſtantinus II.* cui cognomen duplex Porphyrogenetæ, quod bimus ad purpuram vocatus eſſet à Patre. Et Coprohymi, quod infans ſacri aquam baptiſmatis ſtercore contaminaſſet in omen futuræ iniquitatis. Nec divinam vindictam effugit. Nam claſſis duarum millium ſexcentarum navium à Copronymo miſſa contra Bulgaros, tota ſubmergitur. Ipſe adverſus Saracenos ducens exercitum, lethali & ignotâ medicis ægritudine correptus & in navigium impoſitus, perit; inclamans æterno ſe damnatum incendio, ob dehoneſtatam B. DEI-GENITRICEM, cui & deinceps venerationem tribui imperat. Patri ſucceſſit *Leo IV.* & ipſe Porphyrogenetus perinde ac Iconomachus, licet initio venenum celaret, à DEOque tandem punitus. Quippe gemmarum cupidus, lapillis radiantem coronam, quam in S. Sophiæ Eccleſia dedicarat olim Mauritius, detractam inde, ſuo capiti imponit. Ex quo erumpentes carbunculi cum ardenti febre, ſacrilegum brevi feraliter extingunt. Leonis vxor vidua *Irene* imperitat cum filio *Conſtantino*, itidem Porphyrogeneto; qui mox Stauracij potentiæ pertæſus, matrem redigit in ordinem, ſoluſque regnat annis octo. Dein Mariâ conjuge in Monaſterium detruſâ, Theodotam cubiculariam ducit. Infames nuptias junxit, Ioſephus quidam Abbas connivente *Taraſio* Patriarcha; metu videlicet ne (quod minabatur) libidine ardens Iuvenis, Idolorum templa patefaceret. Quamobrem Plato & Theodorus Studita, viri ſanctiſſimi, à Taraſij communione recedunt. Irene filij flagitia non ſuſtinens, Stauracij ope illum exoculat Auguſto menſe die Sabbathi, quo quinquennio antè patruum luminibus orbaverat. Oculis orbatus Imperator non ita multò poſt exſpirat, ſecutaque eſt per totos dies decem & ſeptem horrenda caligo, προγνωστικὸν imminuti in Oriente Imperij. Nam deficiente tunc Eccleſiæ Græcorum Imperatorum patrocinio, Leo III. Pontif. Max. variè impetitus: ſed egregiè purgatus, & à Carolo Magno defenſus in Concilio Romano, dignitati aſſertus; ipſum Carolum primum in *Occidente* Imperatorem coronat. A quo quidem tempore, modò Caroli poſteri, modò varij Italiæ Reges: modò Germaniæ, modo Auguſti & Imperatores dominantur. Variâ nimirùm ſorte; donec Hungaris in Germaniam effuſis, Itali preſſi Berengarij tyrannide Othonem Regem Germaniæ advocant. Eumque de Hungaris, Turcis. Italiæque Tyrannis Victorem, Italiæ Regno auctum Ioannes XII. Romæ cumulat titulo Imperatoris. Atque eo facto à Francis, poſt annos centum circiter & quadragintâ, tranſit in alias manus, fitque electivum.

Philippicus.

Anaſtaſius.

Theodoſius.

Leo Iſaurus Iconomachus, *an.* 717.

Conſtantinus. Copronymus.

Leo IV. *an.* 755.

Irene & Conſtantinus, *an.* 789.

Carolus Magnus Franciæ Rex, primus Occidentis Imperator, *an.* 800.

Migratio Imperij, *an.* 962.

IMPERIVM ORIENTIS.

TITVLVS XLVI.

Imperij Orientis, & Occidentis diviſio

Nicephorus Logotheta, *an.* 802.

PRIMVM pactum quidem erat, vt ambo Imperia in *vnum* coaleſcerent per Caroli M. cum Irene matrimonium. Sed ſponſalia ac fœdus rupit Nicephorus Patricius. Quippe Auguſtâ in Leſbum relegatâ, Imperium vſurpavit. Initoque per Legatos fœdere cum Carolo, ſancitum fuit; vt alter Orientis, alter Occidentis Imperatores, fratreſque inter ſe appellarentur. Geſta Imperatorum Occidentalium, quandiu ſub Carolinis Aquila lilijs inſeſedit, perſtringit noſtra conſequens Hiſtoria Gentilitia. Facinora primò Orientalium, deinde & Occidentalium hîc tantiſper delibaſſe erit ſatis.

Imperator ſolius Orientis.

Stautarius.

Michaël Curopalata, *an.* 811.

Leo Armenius. *an.* 814.

Michaël Balbus, *an.* 820.

Theophilus, *an.* 830.

Michael Porphyrogen. *an.* 842.

Baſilius, *an.* 867.

AC NICEPHORVS quidem Logotheta, ſordidâ avaritiâ pecunias vndiquè corradit, ipſis Eccleſijs prædijs inhiat; faſſus cor ſuum, vt olim Pharaonis, DEO ita volente, obduruiſſe. Pace à Saracenis auro redempta, Bulgaros vincit. Sed oblatas legitimas conditiones detrectantem, victi Duce Crumo nocturno impetu victores debellant: & obtruncati Imperatoris caput ſtipiti infixum, barbaro ludibrio exponunt. *Stautario Nicephori* filio paternis, proprijſque flagitijs exoſo, vocatur ad Imperium *Michael Curopalates* cognomento Rhangabenus. Stautarius ſimul cum vxore Theophania, Monaſterio ſe incluſit. Michaël pius quidem ac munificus, ſed pace quàm bello melior, & Monaſterio aptior quàm Imperio; amiſſo contra Bulgaros exercitu, vltrò inſignia Imperij mittit *Leoni* Armenio copiarum Præfecto, quem legiones Imperatorem ſalutaverant, ſeque vnà cum vxore & filijs Monaſterio includit. Leo de Bulgaris triumphat, juſtè & ſanctè primò adminiſtrat. Mox Iconomachorum impietate cunctis exoſus, à Satellitibus *Michaëlis Balbi* morti deſtinati, ipſe interficitur; dum in ipſa nocte Natalis Domini, Sacris intereſt. *Balbus* adhuc in carcere compeditus, Imperator ſalutatur. Sed vſquequaquè impius, Monialem ſibi matrimonio copulans; in pœnam ſacrilegi conjugij actus in phreneſim, ex dyſenteria animam exhalat. Filius patri ſimillimus *Theophilus*, qui Imagines vel etiam depingi vetuit; loco illarum pecudum, aviumque figuris delineatis. Tandem mœrore, ob patriam à Barbaris vaſtatam, abſumitur; imperio devoluto ad *Michaëlem* Porphyrogenetum, cujus adhuc infantuli cura commiſſa Theodoræ Matri. Mulier non vulgari pietate, pace & bello felix, ereptum à marito ſacris Imaginibus cultum reſtituit. Quem & auxit plurimùm ſalus Manueli tutori Imperatoris jam moribundo reddita à DEO, ex Monachi pollicitatione ſi ſacras Icones tutaretur. Verùm Michaël major factus pravo Bardæ avunculi conſilio, amotis à regimine matre ac tutoribus, ſocordiâ & licentiâ ſolutus, à Saracenis caſtris exuitur. Bardam deinde proditionis compertum, nepotis juſſu interficit *Baſilius* Dux Macedonum; qui in ſocietatem imperij aſcitus, ipſum adoptantem in convivio obtruncat. Arreptum ſic Imperium, pari nihilominus juſtitiâ & pietate adminiſtrat. Vnde & propitio Numine, bella geſſit contra Saracenos. Sed inter venandum cervi cornibus transfoſſus, viſcera ſimul & vitam effudit.

Leo Philoſophus, *an.* 886.

Conſtantinus VIII. *an.* 911.

Romanus, *an.* 960.

IMPERII faſces excepit *Leo* VI. cognomento Sapiens. Diù ante à patre Baſilio cooptatus, & proditionis accuſatus, ſeptem annos carcerem tenuit. Pietatem & eruditionem Scripta illius demonſtrant. In publica per plateas ad Eccleſiam ſupplicatione, vecte caput percuſſus ab homine inſano, *Conſtantinum* filium penè in cunis, ideoque & Porphyrogenetum dictum, Cæſarem creat; collegâ, & Imperij adminiſtratore Leonis fratre. Ipſe Imperator ventris profluvio expirat. *Alexandrum* crapula, & ob impietatem Numinis vindicta enecat. Conſtantinus adhuc adoleſcens, vt dignitatem tueretur adverſus rebelles, *Romanum* Patricium aſſumit in ſocerum & collegam. Sed iſto cum filijs in ordinem redactis, ſolus imperat; donec veneno potatur à filio Romano; qui vix egreſſus ex ephebis, diuturnum patris imperium ægrè ſuſtinebat. Is igitur propterea *Puer* cognomentus, delicijs intra triennium conſumptus, ſuc-

ceſſorem habuit *Nicephorum Phocam*; varijs cladibus, rapaci avaritiâ, Eccleſia-

IMPERIVM DEI

rum expilatione: perfidiâ in Otthonem Imperatorem, nuptiarum prætextu,

Nicephorus Phocas, *an.* 963. Ioannes Zimiſces, *an.* 969.

notiſſimum. Ad vltimum, juſſu propriæ matris, in lecto interficitur à *Ioanne*
Zimiſce; qui factus eo facinore Imperator Theophaniam Phocæ filiam Otho-
ni Cæſari à patre deſponſatam, miſit: Baſilium & Conſtantinum Romani Li-
beros, Imperij conſortes capit. Bulgaris, Ruſſiſque bello victis, triumphan-
tis more Conſtantinopolim ingrediens; Divæ Virginis effigiem, ferculo trium-
phali impoſitam ſolemni per vrbem pompa devehit. Primus Imperatorum ſo-
lidos aureos CHRISTI numiſmate cudi jubet. Magno Imperij damno intem-

Baſilius, *an.* 975.

perantiùs in Baſilium Eunuchum invectus, lento veneno ab illo extinguitur.
Sublato apud Conſtantinopolim Nicephoro, revocantur Romani prædeceſ-
ſores filij Baſilius, & Conſtantinus, cum matre Theophania. Ac *Baſilius* qui-
dem pacatâ Syriâ, è Bulgaris prælio victis, quindecim millia exoculat, vno
ſingulis centurijs monoculo præeunte. Quo crudeli ſpectaculo, Samuel Bul-
garorum Princeps exanimatus eſt. Baſilius ex voto in acie pro victoria con-
cepto, reliquo vitæ curriculo monaſticè vixit. Repentino interitu abſumpto

Conſtantinus ſolus, *an* 1025. Romanus Argyropilus.

Baſilio, ſolus imperat *Conſtantinus*, ob tributa plebi inviſus. Mortuo ſufficitur
Romanus Argyropilus, qui repudiatâ conjuge Zoëm duxit Conſtantini filiam;
cujus adulteræ veneficijs, & ipſius-met conjugis ſuffocatione de medio tolli-
tur. Sub eo primùm clemente, mox crudeli amiſſa Syria, ab Georgio Mania-

Zoë & Michael.

cho aliquandiu defenſa. Hinc *Zoë* Auguſta neglecta à Romano Imperatore,
quia infœcunda, *Michaëli* Paphlagonio adultero; & Romani cum illa ſtran-
gulatori, Imperium defert. At ille arreptitius, & pœnitens moritur. Eodem

Michaël Calephatus.

die Zoë *Michaëli Calephati*, navium refectoris ex ſorore Paphlagonis filio,
adultero & mariti interfectori, ſe ipſam cum Imperio detulit. Vafer Princeps
cognatos omnes Auguſtæ exſecuit, Zoëm ipſam detonſam relegavit. Illa à
Senatu & Populo revocata ingratum Michaëlem, qui vitæ metuens Monaſte-
rio ſe receperat, luminibus orbat. Paulum cum Theodora ſorore germana re-
legans, jam ſexagenaria *Conſtantinum Monomachum* thori æquè ac ſceptri con-

Conſtantinus Monomachus, *an.* 1042. Michael, *an.* 1057.

ſortem adhibuit. Theodora Porphirogeneta filia Conſtantini decimi, vxor
Zoës Auguſtæ, regno admota, paulò ante obitum Imperatorem creat *Mi-*
chaëlem Stratonicum; qui militiæ peritus, ſed Aulæ inexpertus, cœnobio ſe ab-

Iſacus Comnenus. Conſtantinus Ducas. Eudoxia, *an.* 1067.

dit. Idem factitat illius ſucceſſor *Iſacus Comnenus*, in gravi morbo avaritiæ &
ſacrilegiorum pœnitens. Diu vivus & privatus, ſucceſſorem habuit *Conſtanti-*
num Ducas, pietate clarum ſed avaritiâ ſordidum. Eo mortuo, Barbariſque
Imperij provincias latè populantibus, *Eudoxia* conjux tutorio nomine ſeptem
menſes ſola imperat. Exinde contra juſiurandum, quo morienti viro fidem
obſtrinxerat vitricum ſe neminem communibus liberis illaturam, *Romano Dio-*

Romanus Diogenes.

geni nubit. Ceterùm Diogenes ſecundis aliquot in Sarracenos prælijs, po-
ſtremò Andronici proditione victus; victori Sultano ſolium aut currum ſca-

Michaël Parapinacius.

denti, pro ſcabello fuiſſe perhibetur. Succedit *Michaël* v. *Parapinacius*, Con-
ſtantini promogenitus, Eudoxiâ in Monaſterio abſtruſâ. Verùm homo libris
potiùs quàm ſceptro natus, dum poëticæ alijſque inanibus cum præceptore

Pſellus, *an.* 1071. Michaël Ducas.

Pſello totus incumbit; Alphaſal Turcarum Sultanus, Ponticam oram ſubju-
gat, & Turcomanniam appellat. *Michaël Ducas* ex cænobio, vbi cluſus fuerat

Nicephorus Botoniates.

à *Nicephoro Botoniate*, profugus ad Gregorium VII. Viſcardum impetrat cum
ingenti claſſe, in Græciam trajicientem. Interea & ipſe Botoniates Monaſte-

Alexius Comnenus, *an.* 1081.

rio recluditur ab *Alexio Comneno*. Hic cum centum ſeptuaginta millibus, à
Guiſcardo Apuliæ Duce Normanno non vltra quindecim millia numerante,
victus caſtris exuitur. Idem per ſummam fraudem Francis, Godofrido Duce
ad ſacram expeditionem pergentibus obſiſtens, maximâ ſtrage repulſus eſt.

Ioannes Comnenus, *an.* 1118.

Ioannes Comnenus, Alexij filius, patre initio fidelior perinde & fortunatior; de
Barbaris triumphans laureato currui DEI-PARÆ, cujus ope vicerat, Imagi-
nem impoſuit, quam ipſe pedes inſequebatur. Dum verò fortunâ abutens,
Latinos, Viroſque ſanctiſſimos exagitat; jaculum in aprum librans, ſibi ma-
num vulnerat. Hanc præcidi renuit, negans tantum Imperium vnâ manu regi
poſſe. Igitur eo ex vulnere moriens, præterito Iſaco natu majore, vt pote in-

Manuel,

dole ferociori, *Manueli* natu minori legat Imperium. Is ductâ in vxorem, ſo-

CHRISTIA. ORIENT.

rore conjugis Conradi III. Regis Romanorum; eundem nihilominus cum exercitu pergentem in Terram Sanctam, per Turcas atterit. Moriturque ſumpto pœnitentiæ habitu Monaſtico.

Alexius II. an. 1180.

Andronicus, an. 1181.

Alexius II. duodennis patri Manueli ſuffectus, Agnetem ſeu Annam Ludovici Franciæ Regis filiam, octennem ſibi deſpondet. Græci inclinantem ad Latinos Imperatorem averſi, ab exilio revocant *Andronicum* Alexij Patruelem; qui protinus Auguſtum enecat, & pluſquam barbarâ inhumanitate in Latinos, quotquot Biſantij extitere, debacchatus eſt. Rabie etiam adverſus Populares conversâ, ab ijs captus manu vnâ præciſa, altero oculorum eruto, cameló vectus ad ludibrium; tandem duas inter columnas verſo deorſum capite ſuſpenſus, frequenti mucrone lancinatur; iſtud tantum, tot inter dira ingeminans, *Domine miſerere, quid contritum calamum infringitis?*

Iſacus Angelus, an. 1185

Alexius.

COMNENIS eliminatis, Imperium invadit *Iſacus Angelus*; qui luxu enormi Barbaris ipſis ludibrio, & inito fœdere cum Suladmo adverſus Latinos, à ſuo etiam fratre *Alexio III.* conſorte Imperij, luminibus orbatus in carcerem detruditur.

Imperium Trabezuntinum.

Balduin. Conſtantinopoli. Imperator, an. 1204.

FRANCORVM, Venetorumque exercitu ſub Balduino Duce, Alexius IV. Angeli filius, paterno Imperio redditur. Alexius Comnenus Vſurpator, Trabezuntem ſe recipiens, illic fundat Imperium *Trabezuntinum*. At dum reſtitutus Princeps, promiſſam liberatoribus pecuniam à Plebe exigit, concitatâ ſeditione à Mitrilo obtruncatur. Verùm ab eodem exercitu capta iterùm vrbe regia, Procerum omnium conſenſu Imperium *Balduino* Flandriæ Comiti defertur; à quo Ægæi, Ionijque Maris inſulæ omnes, ipſa etiam Creta Venetis præda relicta. Atque* in eum modum anno ab Orbe per CHRISTVM reparato ducenteſimo, Orientis Imperio potiuntur *Latini* annis octo & quinquaginta. Interea Theodorus Laſcaris Niceæ ſalutatur Imperator. Alexius ac Michaël Comneni, ex Angelorum ſtirpe varias quiſque Provincias occupant. Balduinis inſidijs bellicis perit, Latini ſubrogant fratrem ejus *Henricum*. Eo mortuo ſuccedunt Petrus & Robertus *Courtenæi*-Antiſſiodorenſes, tandemque Balduinus II.

Henricus, & alij

Theodorus Laſcharis.

Michaël Palæologus.

Andronicus.

Nihilominus *Theodorus Laſcharis* Alexij gener, cognomento crudelis, captâ Andrinopoli Imperatorem agit: Turcas internecione delet, eorumque Sultanum perimit. Igitur Theodorus Laſcharis vitâ fungens, Ioanni filio Imperium, & Michaëlem Palæologum tutorem reliquit; qui ea occaſione, Imperium vſurpat. Verùm *Andronicus* Palæologi filius, avum à quo conſors Imperij aſcitus fuerat, bello vincit. Victus extinctis mœrore oculis dum Monaſterio clauditur, id vnum pronunciavit; *Convertere anima mea in requiem tuam.* Andronicus gula & ingluvie ſuffocatus ſceptrum liquit *Ioanni* parvulo filio, cujus rutela credita *Cantacuzeno*; quâ abutens Imperium abripuit, & malo facto filiam ſuam Orchano Turcarum Imperarori collocavit.

Ioan. Cantacuzenus, an. 1347.

Calo-Ioannes.

Gradum poſtea recuperat Calo-Ioannes Genvenſium ope. Sed vt poſtmodum Bulgaris obſiſteret, ſuoſque contra filios dignitatem tueretur; fœdere cum Turcis inito, ruinæ totius Græciæ præluſit. Nam regnante *Conſtantino* Dragoſio ſucceſſore, Mahumetes Turcarum Imperator *Conſtantinopolim* poſt obſidionis dies quattuor & quinquaginta expugnat. Qui caſus trina obſervatione celebratur. Vrbs capta ipſo Pentecoſtes die, quidni in pœnam blaſphemiæ Græcorum adverſus Spiritus-Sancti Divinitatem? Ipſe Conſtantinus fugientium multitudine, & mole oppreſſus. Atque vt Imperium quod cœperat ſub Auguſto, deſivit in Auguſtulo: haud ſecùs quod Chriſtianum eſſe cœperat ſub Conſtantino M. in Oriente redijt in Barbarorum poteſtatem ſub Synonimo altero Conſtantino, ſed vel hac calamitate infeliciſſimo.

Conſtantinopolis capta à Mahumete ſub Conſtantino, an. 1453.

TITVLVS XLVII. *Imperatores Occidentis.*

IMPERIVM OCCIDENTIS ab Ottone I.

Otho I.

OTHO igitur, Henrici Aucupis Regis Germaniæ filius; primus, vt ſupra, nominatus Imperator; rebus pace ac bello præclarè geſtis, *Magni* nomen ſibi comparat; pacatâ Italiâ, Rebellibus punitis, Romanâ

Otho II. an. 964.

Sede vindicatâ. *Otho* II. paterni quidem Imperij, ſed non itidem virtutis & felicitatis hæres; Germanis, Gallis, Italis ſatis impunè rebellantibus. Italiam intrans cum ingenti exercitu, Proceres factionis ad convivium invitatos jugulat, continuato cum reliquis convivio; vnde *Crudelis* illi agnomen. Inde Græcos & Saracenos aggrediens, victus navali prælio, à nautis capitur; At minimè agnitus, ab vxore Theophania Græca redemptus, Beneventinos proditores profligat: Romamque reverſus, mœrore animi abſumitur. *Otho* III. avo

Otho III. an. 996.

quàm patri ſimilior, initia Imperij illuſtri juſtitiæ exemplo dedicavit. Vxor quippe, Arragonum Regis filia, Comitem Mutinenſem ad ſui amorem fruſtrà allectum, Marito Imperatori de tentata pudicitia accuſat. Credulus Princeps, innocentem vltimo ſupplicio afficit. Comitis conjuge Auguſtæ ſcelus & Mari-

An. 226.

ti innocentiam per candentis ferri laminam manibus impunè tractatam, in Comitijs publicis coram Imperatore probante; Otho vxoris impudicitiam ſimul & calumniam, flammis expiat. Exinde Romanos iterùm contra Pontificem tumultuantes, Creſcentij Conſulis artibus, caſtigat. Saracenos Campaniam vaſtantes debellat. Ad Archangeli Michaëlis Ædem in Gargano monte, egregia dat pœnitentiæ documenta: parùmque abfuit quin S. Romualdi conſilio, purpuram cum cucullo commutaret. Sedenim paulò poſt venenatis Chirothecis à Creſcentij viduâ, illius amore ſauciâ, pro munere amatorio miſſis, indigna morte præripitur.

Henricus & Cunegunda, an. 1014.

HENRICVS II. bellicâ virtute, ſanctitate & jugi caſtimoniâ cum vxore Cunegunda, ſacris diptycis inſeri meruit. A Benedicto VIII. quem Sedi Pontificiæ reſtituerat, coronatus ſimul cum Auguſta; aureoque Pomo, cui Crucis ſignum infixum videtur, primus Imperatorum donatus eſt. Henrico Bamber-

Conradus, an. 1027.

gæ mortuo, ſublectus Dux Franconiæ *Conradus* per Septem-viros Electores à Gregorio V. paulò ante conſtitutos. Ipſe compreſſis in Italia, ac præſertim Mediolani, conjuratis: domitis Hungaris, Petroque eorum Rege in ſolium reſtituto, Pandulpho Capuano Principe ob defectionem caſtigato, decedit

Henricus III. an. 1046.

anno Imperij decimo tertio. Patri Conrado ſuccedit *Henricus* III. depoſito Gregorio Pontif. Max. à Clemente II. cum Agnete Auguſta Romæ coronatur. Multa agit præclarè contra Hiſtriones, Simoniacos, Manichæos, Normannos. Sed jus eligendi Pontifices vſurpare cœpit, pœnitentiam tamen egit: & in ſinu Victoris II. quem ſecum in Germaniam duxerat, animam efflavit.

Henricus IV.

Succeſſit filius *Henricus* IV. adhuc quinquennis, nunquam tamen auguſtalibus decoris potitus. Quippe pravis Domeſticorum conſilijs, circa Beneficiorum

Diſſidium inter Pontificem & Cæſarem.

quam vocant inveſtituram, enorme illud *diſſidium* excitavit; quo certantibus hinc Pontificijs, inde Imperatorijs, tota Chriſtianitas nimis diù labefactata eſt. Semel quidem pœnitentiam ſimulans, à Gregorio P. M. interventu Mathildis Tuſciæ Comitis, & ſtrenuæ Sedis Romanæ vindicis, veniam obtinuit. Sed ad vomitum rediens, iterùm à Pontifice diris devovetur. Interimque *Ro-*

Robertus Viſcardus.

bertus Viſcardus Imperatorijs officijs defungitur, donec ab Henrico filio necnon Germaniæ Proceribus victus, captus & ad extremam mendicitatem redactus in Spirenſi Eccleſia victum quæritans & locum tenens Clerici in choro; vitæ & quinquaginta annorum imperio, meliùs dixerim tyrannidi finem im-

Henricus V. an. 1106.

ponit. *Henricus* V. paternorum ſcelerum primò vltor, deinde æmulator; donec bonâ & conſtanti ad mortem fide Caliſto II. reconciliatus, moritur anno principatus viceſimo quarto.

LOTHA-

LOTHARIVS III. è Duce Saxoniæ electus Imperator, anteceſſorum nequitiam egregiâ in Sedem Apoſtolicam fide & reverentiâ compenſavit. *Conradus III.* Lotharij frater à Septem-Viris Electus, grave bellum ſuſtinet contra Henricum Saxoniæ Ducem, alioſque fœderatos. Michaëlis Comneni fraude ingens ille exercitus à Conrado Cæſare & Ludovico Franco ductus in Saracenos, miſerabili exitu perit. Conradus Apulium bellum meditans, repentino morbo ad extrema deducitur. Adhuc incolumis Imperatoria inſignia Friderico fratris filio relinquit, curam filiorum patrui fidei committens. Is *Fridericus eſt Ænobarbus*, vulgò Barbaruſſa; initio ſingularis erga Pontificem cultus, levi ſatis cauſâ in apertam rebellionem degenerat. Recuſat nimirùm Alexander III. deſignatum ab Imperatore Ravennæ Antiſtitem conſecrare. Inde prima mali labes. Nam repetitis è Germania veteribus, ſicut odijs ita & nominibus, Gibellinorum & Guelphorum factionibus tota conflagravit Italia. Illi Imperatoris, iſti Pontificis fautores. Quæ ingens totâ Europâ & Schiſmatum, & cladium fomes extitit; donec reſipiſcens Ænobarbus, Alexandro ſumma veneratione ſeſe ſubmittit. Ænobarbo poſt Iconienſem de Sultano inſignem victoriam, neſcio quo caſu, fluminis vorticibus abſorpto, filius ſuccedit *Henricus* VI. Is ſubactâ Neapoli, oppreſsâ Siciliâ, impoſito Græco Imperatori tributo, Pontificia ditione vſurpatâ, ſacris etiam expilatis; morbo, ex venatione contracto, ceſſit è vita. In deligendo apud Germanos Imperatore orta inter Proceres diſcordia; alijs Philippo Henrici VI. germano, alijs Othoni Saxoniæ Duci faventibus; bellum concitat, annis vndeviginti continuum. Philippo ſublato, & exanimatâ ad mortis nuncium illius vxore Irene Iſaaci Græci Imperatoris filiâ, *Otho IV.* Imperator ab Innocentio III. coronatur. Sed ingratus ditionem Pontificiam invadens, Romæ habito Concilio ictus anathemate, in Lugdunenſi depoſitus: illique ſubrogato *Friderico* Siciliæ Rege, in Brabantiæ ſeu Saxoniæ angulo latitans, miſeram vitam triſti morte finivit. Is igitur *Fridericus II.* Ænobarbi nepos, ab Honorio III. Imperij titulis decoratus; furore quaſi hæreditario, Eccleſiam ſtatim vexare aggreditur. Ab ipſomet Honorio exautoratus, hortante poſt modum Gregorio IX. redemptâ à Sultano Hieroſolymâ, titulos Imperij viſus eſt iterum promereri. At revocatâ confeſtim exoletâ Gibellinorum & Guelphorum tetrâ factione, Italiam ad vltima deducebat; niſi intervenientis ex Oriente Balduini præſentia, furorem repreſſiſſet. Dum verò in Siciliam ſe recipit, veneno perimitur. Inde per viginti & ampliùs annos, facto velut interregno, electi Cæſares varij. Conradus Friderici II. filius à Manfredo fratre notho, veneno tollitur. Henricus Lantgravius Turingenſis, ſagittâ ad vlnam transfoditur. Guillelmus Batavus Romam pergens coronandus, obit. Electi quoque Alphonſus Hiſpanus, & Ricardus Anglorum Rex. Tandem omnium conſenſu, eligitur *Rodulphus I.* Haſpurgenſis; qui victis Badenſi, Suabis & Boëmis, debitâ erga Pontifices veneratione omnes ſibi conciliavit. Succeſſor *Adolphus Naſſovius*, mox ab avaritiam à Germanis neglectus, & ab *Alberto* Auſtriaco in pugna Spirenſi occiſus, victori Imperium reliquit. Ipſe poſtmodùm à Ioanne fratris filio, cui velut dilapidatori Ducatum Saxoniæ abſtulerat, mactatur. *Henricus VII.* Comes Luxemburgenſis, primuſque extra Romam à Pontifice auguſtalibus ornamentis inſignitus: Dum Gibellinos extollit, Italiamque concutit vniverſam; in Etruria extinguitur, non ſine veneni ſuſpicione. Diviſis ſuffragijs *Fridericus III.* Auſtriacus Bonæ, *Ludovicus Bavarus* Aquiſgrani coronantur. Prior poſt octo annos bello captus, vacuum Imperatoris nomen retinet. Eoque tandem defuncto, reſtat Ludovicus; qui Eccleſiam Schiſmatis, Italiam tyrannis vbique innumeris miſerè lacerat. Vtrique occaſio fuit & color, Pontificatus Avenionem tranſlatus. Itaque per Pontificis anathema exautorato Ludovico IV. ſubſtitutus *Carolus IV.* ſtatim à Ludovici morte reijcitur, ſuffecto *Gonterio* Schuartzburgenſi. Huic Carolus vitam adimit, per pharmacum venenatum; cujus partem, ſenſerat enim virus æger, Medicus bibere coactus ſubitò corruit exanimis. Carolus itaque ſuperſtes ex Italia redux, in Conventu Metenſi condit celebrem illam Imperatoris Eligendi Bullam, quam *Auream* vocant: Venceſlaoque filio, Procerum ſuffragia conciliat. Vixque ab eo dein-

Lotharius III. an. 1125. Conradus III.

Fridericus Ænobarbus, an. 1152.

Gibellini, & Guelphæ.

Henricus VI. an. 1191.

Otho IV.

Fridericus II. an. 1220.

Rodulphus I. an. 1273.

Adolphus. Albertus.

Henricus, an. 1310.

Fridericus III. & Ludovicus, an. 1314.

Carolus IV. an. 1346. Gonterius.

Bulla aurea.

IMPERIVM DEI
Venceſlaus.
Robertus, *an.* 1400.

ceps quiſquam Imperatorum, de more, per Pontif. Max. coronatus. Patre mortuo *Venceſlaus* per corporis deformitatem & animi vitia monſtro quàm Principi ſimilior, Imperio amovetur. Amoto ſubſtitutus *Robertus* Comes Palatinus Rheni, victus in Italia à Galeaſſo Mediolanenſi; de cetero intra Germaniæ fines ſe continens, pacificè devixit.

Sigiſmundus, *an.* 1451.
Albertus II.
Fridericus III. *an.* 1452.
Maximilianus.

Sigiſmundus ex Rege Hungariæ ſimul & Boëmicæ Imperator renunciatur, Chriſtianæ rei pervtilis. Quid enim non egit Princeps pius, prudens & ſtrenuus; vt pro pace Eccleſiæ celebrarentur Concilia, Schiſmata extirparentur: fides vigeret, refloreſcet diſciplina? Sigiſmundi gener & hæres *Albertus II.* Auſtriacus, intra electionis annum nimiâ mellitorum peponum eſitatione de medio tollitur. Succeſſit *Fridericus III.* qui Germaniæ haud minùs quàm Eccleſiæ pace conciliatâ extinguitur. Succedit filius *Maximilianus*, Litterarum in Germania inſtaurator: ſed bellis in Italiâ, Siciliâ & Helvetiâ non vſquequaque felix.

Carolus V. *an.* 1530.
Mors Caroli V. *an.* 1558.

Eo obeunte, tentatis per Francos Procerum ſuffragijs, præeligitur CAROLVS V. Rex Hiſpaniæ, per Philippum Patrem defuncti Imperatoris nepos, vario rerum eventu nominatiſſimus. Nam per illum tentata factio Lutherana, Franciſcus I. Papienſi prælio captus: Roma (quod nefandum) expilata, copiæ Turcarum ad Viennam fugatæ, domita Affricæ pars. Mox, vertente fortunâ, Germanorum conjuratione tantumnon exautoratus, podagrâ æger, rerumque humanarum faſtidio: poſt triginta & octo annos ſummæ poteſtatis, Bruxellæ tum Regno tum Imperio ſe abdicans; illud Philippo filio, iſtud Ferdinando fratri reſignat. Ipſe verò navigans in Hiſpaniam, in Monaſterio S. Iuſti Scuriaci ad Matridum, vitam conſummavit exitu Chriſtiano Imperatore digniſſimo. Succeſſorum nullus Imperij coronam à Papa recepit.

Ferdinandus I. *an.* 1556.
Maximilianus II. *an.* 1564.
Rodolphus II. *an.* 1576.
Matthias, *an.* 1612.
Ferdinandus II. *an.* 1619.
Ferdinandus III. *an.* 1636.

Ferdinandus I. igitur Imperator in Occidente CXLII. demum etiam feſſus pondere Imperij, Cæſarem adoptat *Maximilianum II.* Sub quo irruptio Solymani in Pannoniam, Chriſtianitati nimis quàm luctuoſa. Sublato è vivis ſucceſſit filius *Rodulphus II.* Hungariæ itidem & Boëmiæ Rex, qui inducias pactus cum Gente Otthomanica ſine liberis deceſſit; inſulis translatis ad *Matthiam*, ex Maximiliano patre germanum fratrem. Poſt quem *Ferdinandus II.* antea jam Archidux Auſtriæ, necnon Hungariæ Rex. Tandem Ferdinandus III. poſt multa cum Sueco & Fœderatis bella pace ad Munſterum conſtituta, hodièque imperat.

TITVLVS XLVIII.

SYNOPSIS IMPERII Vniverſalis.

Recapitulatio Imperij DEI.

HVc vſque continua videri poteſt vnius præcipuè Imperij propagatio, tranſlata nihilominus de Gente in Gentem (quod Sacrum prodit Volumen,) ſtupendâ profectò diverſitate. Nimirum poſt Patriarchas, ſub Moſis Lege primùm Iudices, abhinc Reges, mox Duces ac Pontifices, ſubinde Tyranni: poſtremò ex Aſamonæis Ariſtobulo ſuffocato, & Mariamne illius ſorore interfectâ, poſt Regnum ab Herode nutu Romanorum vſurpatum: poſt Herodem & Philippum Tetrarchas, Archelao in Gallias relegato; Iudæa Syriæ ſub Romanorum poteſtatem redacta Provincias auxit & Imperium. Propterea diviſas toto paſſim Orbe Dynaſtias, complexæ ſunt celebres imprimis *Quattuor-Monarchiæ*; quæ & ipſæ pariter in vnam, non aliter quàm in Oceanum flumina confluxerunt.

Quattuor Monarchiæ.

1. ASSYRIORVM, *an. circiter* 1932. Nemrod.

PRIMA omnium Chaldæa ſeu Babylonica, cœpit (vt ceteræ omnes) ab vſurpatione. Nemrodus quippe *quem* Scripturæ magnum venatorem vocant (ſtrenuum bellatorem intellige) in alios dominationem vſurpavit in Babylone. Demortuum patrem erectâ ſtatuâ, aliiſque divinis honoribus proſecutus eſt filius ſuperſtes: eumque, Saturni nomine, exteræ etiam Gentes coluerunt.

Succeſſor igitur *Ninus* devictis *Aſſyrijs*, primam fundavit Monarchiam Aſſyriorum. Hanc in Ninive tenuere deinceps per annos mille quingentos vnum, inter alios plures Semiramis, Ninias, Arius, Xerxes, Baleus, Belochus, Sardanapalus, Sennacherib, Nabonaſſar, Merodach, Evilmerodach, Nabuchodonoſor, Baltazar, Sardanapalus. Iſto in laſciviam ſupra modum emollito, Duces ſtrenui duo diviſum Imperium, retento Aſſyrio titulo, arripuerunt. Inde Arbaces regnavit in Media, Belochus in Babylone,

CHRISTIA. OCCIDENT. Ninus.

Tandem ſucceſſu temporis victo Baltazare, Cyrus ſecundam inchoavit Monarchiam PERSARVM. Hanc continuarunt in Perſide poſt Cyrum, Cambyſes, Smerdis, Darius, Hyſtaſpes, Xerxes I. Artabanus, Artaxerxes Longimanus, Xerxes II. Sogdianus, Darius Nothus, Artaxerxes Mnemon, Artaxerxes Ochus, Arſes, Darius.

II. PERSARVM, an. 3317.

Perſica demum, victo per Alexandrum Dario, ad GRÆCOS tranſijt. Eoque Gentium victore, aut prædone extincto; quidquid in Oriente Imperij tenuit, partiti ſunt Principes duodecim, mox quattuor qui prævaluerunt. *Ægyptum* quippe occupavit Ptolemæus, ejuſque Succeſſores duodecim itidem Ptolemæi, ſed variè agnominati; Philadelphus, Evergetes, Philopator, Dionyſius; poſtque tandem omnes, Cleopatra. Eâ cum Antonio victâ per Cæſarem Auguſtum, Ægyptus Romanorum Provincia facta eſt. Syriam & Babyloniam tenuit Seleucus, à quo Antiochi diverſi; Epiphanes, Magnus, Grypus, Alexander, Zebina, Demetrius, alijque ſex & viginti; aucto Regno, acceſſione Syriæ. Nam cum Antigonus Aſiam & Pontum obtinuiſſet, ejus ſucceſſor Demetrius I. ditionem ſuam conceſſit Regi Syriæ Seleuco I. Tractu autem temporis à Syris, vt illis imperaret, vocato Tygrane Rege Armeniæ, eoque per Lucullum devicto, Syriam Pompeius in Provinciam redegit. *Macedonia* Philippo ceſſit Aridæo. A quo Caſſander, Alexander, Antipater, Demetrius, Pyrrus, Lyſimacus, Ptolemæus Ceraunus, non vltra quindecim; Perſei filium verum, vel ſuppoſitum, vicit Q. C. Metellus, & Macedoniæ regnum in Provinciam demutavit.

III. GRÆCORVM, an. 3742.
Quattuor Regna inter Succeſſores Alexandri.
Ægypti regnum finit in Cleopatra, an. 4044.
Syria quoque Provincia, an. 3998.
Macedonia fit Provincia.

Illis itaque omnibus, eo quo dixi modo, debellatis ac ſubjugatis, quarta ROMANORVM Monarchia coaluit. Eam primò ſeptem à Romulo Reges fundaverant. Occiſo vltimo Tarquinio Superbo, Conſules poſt Brutum & Collatinum tenuerunt; donec Iulius Cæſar, Dictatoris perpetui titulo, arripuit. Illo poſtmodum in Senatu trucidato per Brutum & Caſſium, atque è Triumviris Lucullo in ordinem redacto, Antonio Navali victorio profligato, Rerum ſummâ potitus eſt Octavius Auguſtus. Exinde Imperatores partim vniti, partim diviſi circiter quinquaginta, toto Orbe dominantur. Rurſus ſupremâ autoritate coadunatâ in *Conſtantino M.* Poſt illum imperitarunt quà in Oriente, quà in Occidente viginti ſex; donec ſub Auguſtulo, Odoacer *Gothorum* Regnum in Italia fundavit.

IV. ROMANORVM, an. mundi 4302. vrbis, 707.
Conſules Romæ
Iulius Cæſar Dictator perpetuus.
Octavius Auguſtus, an. 3942.
Conſtantinus M. an. 337.

Remanſit tunc imminuta poteſtas Iuſtino & alijs viginti vni, ad vſque Conſtantinum & Irenem matrem. Quo quidem tempore *Carolus M.* à Leone III. Pontif. Max. creatur Romanorum Imperator, à quo cœpit *Imperium Occidentis*. Orientale retinuerunt poſt Nicephorum, qui Irenem expulit, Græci Imperatores octo vſque ad Theodorum Laſcaris. Tunc enim Balduinus I. alijque *Latini* Henricus, Petrus, Robertus & Balduinus II. regnarunt. Quanquam poſtliminio revocati Ioannes Ducas, alijque è Græcis duodecim vſque ad Conſtantinum Dragoſem. Sub illo nimirum capta Conſtantinopolis à *Mahumete*, cujus ſucceſſores etiamnum dominantur Turcici Imperatores.

Primus Imperator Occidentis Carolus M.
Latini Imperatores in Oriente, an. 1204.
Deſinit in Conſtantino, an. 1453.

SED & ipſum *Occidentale* Imperium, non diſſimiles vices tulit. Quandoquidem Carolo M. ſucceſſere Ludovicus Pius, Lotharius, Ludovicus II. Carolus Craſſus. Tum ereptum Francis Imperium reciprocaverunt Guido Spoletanus, Arnolphus, Ludovicus IV. Bonoſi Regis Provinciæ filius, Lambertus Guidonis filius, & Conradus. Demum Henricus Auceps Othonis Ducis Saxoniæ filius, pater Othonis II. quem Ioannes XV. coronavit. Abhinc per varias Schiſmatum mutationes, Cæſares ſeu Imperatores circiter quadraginta ad vſque hodiernum Ferdinandum III. creantur ex Septem-Principum electione, Summique præſertim Pontificis confirmatione.

Occidentale Imperium, variè etiam mutatum.
An. 962.

IMPERIVM DEI

SIC ergo conſtant IMPERIVM VNIVERSALE, *Septem Monarchiæ* ab Orbe condito illuſtriores; Iudæorum, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum: Germanorum, Otthomanorum, quos vltimos deſignat ſacer Codex per Gog & Magog. Illis omnibus ſupereminet continuatum ſubinde per diverſas lineas, vnicum DEI ET CHRISTI Imperium; quod ſubdividunt hodièque Principatus, Dynaſtiæ, & Monarchiæ plures. Quibus ſaltem obiter perluſtrandis, deſtinatur ſequens Diagramma.

TITVLVS XLIX. *Electa Gentium diverſarum.* SECVL. XXX.

SELECTA HISTORIÆ Exteræ.

QVARTA hæc Claſſis continet res geſtas à varijs Nationibus minimè Gallis. Non quod ſingulas perſequi conſilium ſit, is enim eſſet labor infinitus, & extra mei fines inſtituti. Sed potiora dumtaxat & illuſtriora denotaſſe erit ſatis.

Regina Sabæ, *an.* 2958.

ÆTHIOPVM Regina Maxada ſive Nicaula, & alijs *Candace*, Sacris litteris Sabæ Regina, Salomonem ſeptimo regni ſui anno inviſit: ſuſcipitque ex eo Menilechum, id eſt filium Sapientis, & Moſis legem ſuos docet. Is igitur Menilechus annos quatuordecim natus ad patrem venit erudiendus, poſtmodum in Æthiopia regnat annos plures. *Lycurgus* Lacedemone tutor Charilai adhuc infantis, pupillo adulto regnum quod retinere poterat reddidit: terraſque peragrans, leges vndiquè ad ſuos aſportavit; quas ob multos ſudores, ſuo ſanguine ſcripſiſſe Græci fabulantur. Latinorum Rex XXIV. Aventinus Romulo Sylvio tonitru, quod imitabatur, extinctо. Aſſyriorum Rex XXXV. vltimuſque ſecundùm Euſebium, Sardanapalus qui dum à conjuratis Principibus quæritur ad necem, ipſe ſe in pyram conjicit. Inde rebellium duces duo Medorum Monarchiam ordiuntur; Arbaces in Media, Belloſus Babylone. Latinorum Rex XXVI. vltimuſque Amulius cum fratre Numitore, quem fugat. Corinthi *Prytannes* annui Magiſtratus, occiſo Teleſte Rege conſtituuntur; quorum primus Automenes, Rex Euſebio reputatus. Abaris ex Hyperboreis legatus in Græciam venit, ſagittam circumferens magicam. *Ephori* quinque Spartæ conſtituti à Rege Theopompo. Athenis *Archontes* decennales creantur, abrogatis perpetuis.

SECVL. XXXI. Lycurgus Lacedemon. *an.* 3085.

SECVL. XXXII. Latinus Rex tonitru extinctus, *an.* 3114. Sardanapalus Aſſyriorum Rex vltimus, *an.* 3218. Medorum Monarchia, *an.* 3238. Latinorum Rex vltimus. Corinthij Prytannes, *an.* 3190. Abaris Hyperboreus, *an.* 3202. Ephori Spartæ, *an.* 3210. Athenis Archontes, *an.* 3215.

Romæ Rex I. Romulus, *an.* 3217.

REMVS & Romulus Amulio ſublato, Numitorem avum in Regnum reſtituunt. *Romæ* Rex primus ROMVLVS (Remo fratre ſuper Vrbis fundamentis occiſo) à Convenarum manu ſalutatus regnat annis triginta octo. Aſylus; Patricij centum, Equites treceriti, Populi Tribus & Curiæ; conſtituuntur hoc vrbis anno ſecundo, qui Dionyſio Halicarnaſſæo primus reputatur. Sabinarum Raptus ludis conſualibus, primus Romuli triumphus.

Bellum Meſſeniacum. Legati violati. Sennacherib. *Cap.* 20. Pater filiam immolat. Parthenij.

Meſſeniacum bellum primum, annorum viginti, excitant Meſſenij, raptis per ſacrorum ſpeciem Lacœnis: occiſoque Telechri Lacedemoniorum Rege, illas repetente. Tatius Regni cum Romulo conſors Lavinium profectus ad ſolemne ſacrum, occiditur ab eis quorum Legatos violari paſſus erat. Aſſyriorum Rex XLII. *Sennacherib*, qui & Sargon apud Iſaiam appellatur. Ariſtodemus filiæ interitu, patriæ quærit victoriam oraculo promiſſam. Aſſyriorum Rex XLIII. Aſſaradon, cujus fratres Patrem Sennacheribum in templo occiderant. Lacedemonij ab Ariſtodemo Meſſenenſium Rege atteruntur, & vxores proſtituunt, vnde nati Parthenij. Ariſtodemus viſâ in ſomnijs filiâ vulnera oſtentante, atque auream ſibi coronam & albam veſtem induente, ſeipſum ad ejus ſepulchrum jugulat. Athenienſis Arcon IV. Hippomanes, deprehenſam in ſtupro filiam vorandam equo famelico offert.

Romulus interficitur, *an.* 3254.

Romulus cum ad Capreæ paludes exercitum luſtrat, diſcerptus creditur à Senatoribus: & ſuadente Proculo, Quirini nomine ficta apotheoſi conſecra-

tur. Hinc interregnum annuum, quo Senatores viciſſim Rempublicam per quinos dies regunt; donec Rex II. *Numa Pompilius* Sabinus Sacra, Sacerdotes, Ancilia, Salios inſtituit: Templum Iani extruit, Nnmos ſuâ effigie ſuoque nomine inſignit, vnde forſitan *Numiſmata*: annum, antea decennalem, auget; additis Ianuario & Februario, ab Egeriâ Nymphâ plura ſe diſcere prædicans, regnat annis tribus ſupra quadraginta.

EXTERA.
Numa Pompilius, *an.* 3256.

Lydorum Rex VI. Mermnadorum primus *Gyges*, interfecto Candaule Heraclidarum vltimo, qui denudatam vxorem illi viſendam dederat. Inde Hiſtoriam orditur *Herodotus*. Deiocles, ſeu Deioces, Sacris-Litteris Arphaxadus, vel Arceus; Ecbatanarum conditor, primus Rex Medorum. Ante enim αὐτόνομοι dicuntur Herodoto. *Archontes* Athenis fiunt annui, ex decennalibus. Tyrtæus Poëta Athenienſis, claudus, luſcus, & omni membrorum parte deformis; Dux Lacedæmonijs, ex oraculo, petentibus renunciatur. Aſſyriorum Rex I. Mardokempadus, ſeu Ben, id eſt filius Merodaci, fortè ipſe eſt Nabuchodonoſor; qui anno Imperij ſui duodecimo, Arphaxado Medorum Rege debellato, Manaſſem Iudæorum Regem ad ſuos redire permittit: ſive potius cum adverſus Arphaxadum moveret, ne abſenti ſibi negotium Iudæi faceſſerent.

Giges, & Herodoti Hiſtoria, *an.* 3256.
Archontes, *an.* 3285.
Tyrtæus Poëta deformis, Dux Lacedæmon.
Nabuchodonoſor, *an.* 3299.

TVLLIO Romanorum Rege tertio, igne celeſti cum totâ familiâ abſumpto, ſuccedit Ancus Martius. Periander Corynthi tyrannus. *Draco* leges Athenienſibus ſcribit. Medi cum Lydis pugnam committentes; defectione *Solis*, quam Thales prædixerat perterriti, interveniente Lybinito ſeu Nabuchodonoſore, pacem ineunt datâ Aſtyagi Aliettis filiâ. *Solon*, Legiſlator Athenienſis. Anacharſis è Scythia Philoſophus, Athenas venit. Tyrus obſidione annorum tredecim cingitur ab Aſſyrijs. Nabuchodonoſor Magnus, poſt viſionem mirabilis arboris in furorem verſus, cum feris ſeptennio verſatur. Romanorum Rex VI. Servius Tullius ſervâ natus, Tarquinio ſocero ab Anci filijs occiſo.

SAECVL. XXXVI
Tullius Rex fulminatur, *an.* 3330.
Corynthi Tyrannus.
Draco Legiſlator. *an.* 3346.
Solis eclipſis, *an* 3376.
Solon Legiſlator Athenienſ.
Anacharſis.
Tyrus obſeſſa.
Nabuchodonoſoris fatum, *an.* 3379.
Servius Tullius, *an.* 1393.

ATHENIS tyrannidem primò Piſiſtratus occupat. *Cyrus* Cambiſis ex Mandone Aſtyage nata filius, Harpagi conſilio avum devicit: & Perſicum regnum init, annos ducentis triginta duraturum. Aſſyriorum Rex LI. *Darius* Medus; qui & Nabonidus, & Cyaxares Aſſueri filius, à quibuſdam pro Aſtyage non inſcienter reputatus (occiſo Baltazare) ætatis ſexageſimo ſecundo. *Piſiſtratus* tertiò dominatum vi recuperat. Cyrus Sardes decimo quarto die expugnat *Crœſum*, quem pyræ jam impoſitum, Solonemque & ejus dictum, quo neminem beatum ante mortem eſſe ſæpiùs dicebat, inclamantem liberat. Servius Tullus anno regni quadrageſimo quarto necatur à *filiâ* & Genero Tarquinio Superbo; Romanorum Rege ſeptimo, & vltimo. *Polycrates* Samius, tyrannidem in ſuos exercet.

SAECVL. XXXV.
Piſiſtratus Tyrannus.
Cyrus I. Rex Perſarum, *an.* 3411.
Darius Medus, *an.* 3414.
Crœſus, *an.* 3426.

Cyrus à Thomiri Scytharum Reginâ cum ducentis Perſarum millibus obtruncatur, ne nuncio quidem tantæ cladis relicto; Cyri capite in vas plenum auri fuſi, vel vt alijs placet humani ſanguinis immerſo. Tarquinius Superbus dum Ardeam obſidet, ob vim ab ipſius filio Lucretiæ illatam, Regno exactus ad Perſennam ſe recepit. Tuncque *Conſules* primùm creati L: Iunius Brutus, & Lucius Tarquinius Collatinus. Eodem tempore, Manilius Papirius primus *Rex ſacrificulus* renunciatur.

Rex occiſus à filia, *an.* 1436.
Tarquinius Superbus.
Polycrates Tyrannus.
Thomiris Cyrum vincit, *an.* 1440

DARIVS Satraparum viginti quattuor, Gentium ſexaginta octo dominus, bellum in Europam ferens; Boſphorum & Danubium pontibus jungit, contra Scythas pugnat infeliciter. Sybaris everſa, cæſis civium trecentis millibus à centum millibus Crotoniatarum, Milone Duce.

Tarquinij fuga.
Primi Conſules, 6. Kalend. Maij, *an.* 3461.
Rex Sacrificulus.

Capitolini Iovis Templum octo mille hominum facilè capax, à duobus Tarquinijs ædificatum Horatius Coſ. dedicat. Poſthumius Coſ. primus *ovat*. *Dictaturam* (ſemeſtris Magiſtratus erat) primus init T. Lartius aut Largius. *Seceſſio Plebis* in montem Sacrum ob fœnebre malum, à Menenio reprimitur comparatione corporis humani, duobus Tribunis plebis primùm creatis.

Darij exercitus, *an.* 3462.
Sybaris everſa.
Templum Iovis Capitolini, *an.* 3465:
Ovatio, *an.* 3467.
Dictatura, *an.* 3470.

Maratoniâ pugnâ, Perſas delet Miltiades Athenienſium dux; qui Perſarum reliquias inſecutus, Paron aggreditur. Hinc ad ſuos reverſus, ſolvendæ mulctæ impar, in vincula conjectus obit. Coriolanus maternis precibus victus, obſidionem patriæ dimittit.

Seceſſio Plebis, *an.* 3477.
Tribuni Plebis.

HISTORIA
Pugna Marathonia, an. 3480.
Coriolanus.
Xerxis expeditio, an. 3489.
Pugna ad Thermopilas.
Athenienſes, & Lacedæmonij certant de Principatu.
Perſæ bis victi.

XERXES nomine quàm re bellicoſior, movens in Græciam, Helleſpontum jungit, Athon perfodit, mare inambulat: terram navigat, flumina deſiccat. Neptuno compedes, Celo vulnera minitatur. Contra quem Spartani trecenti *Thermophylas* ſtrenuè defendunt duce Leonida, ac tandem à ceteris Græcis deſerti pereunt. Athenienſes oraculo moniti vt ſe ligneis muris tutarentur, autore Themiſtocle patriâ relictâ, ſe ſuaque omnia in naves imponunt. Xerxes Athenas incendit. Sed fuſus prælio navali ad Salaminam, fugit, relicto Mardonio belli duce. Græcia ab externis bellis ad domeſtica convertitur, Athenienſibus & Lacedæmonijs de Principatu decertantibus. *Themiſtocles* à Lacedæmonijs falsò proditionis inſimulatus, fugit ad Perſarum Regem. Cimon Miltiadis filius, navali prælio Perſas ſuperat ad Cyprum. Eodemque die ſuos milites Perſarum veſtibus induens, in horumque naves imponens; terreſtres Perſarum copias, ad Eurimedontem fluvium cædit.

SECVL. XXXVI.
Dictator ex aratro, an. 3512.
Decem Tribuni Plebis.
Leges XII. Tabular. an. 3519.
Conſules reſtituti.
Secunda ſeceſſio plebis.
Græcia.

QVINCTIVS Cincinnatus Dictator ab aratro vocatus, victos ſub jugum mittit, & die ſextâ dictaturam deponit. Lege jubetur vt decem *Tribuni Plebis*, bini è ſingulis, creentur. Legati tres Româ in Græciam miſſi, ad Leges è Græciâ ſuis transſcribendas. Mox Decem-Viri pro duobus Coſſ. ad Leges XII. *Tabularum* condendas creantur. Coſſ. & Tribuni Plebis reſtituti, abrogatis Decem-viris ex occaſione Virginiæ; quam pater occidere maluit, quàm libidini Appij Claudij vnius è Decem-Viris permittere; vnde altera Plebis ſeceſſio.

Connubia cum Plebe.
Cenſores.
Tribuni Militum.
Regnum affectans.
Legati occiſi.

Artaxerxes ignominioſas pacis conditiones à Græcis accipit, quibus non liceret ad mare propiùs quàm quantum equi curſus eſt accedere. Bellum tricennali fœdere ſopitum dum inter Græcos recrudeſcit, Megaram Duce Pericle Athenienſes capiunt. Romæ Connubia Patrum cum Plebe, Canuleij ſuaſu, tum primùm permittuntur. *Cenſores* primùm creati, ſicut & Tribuni Militum, qui pro Conſulibus ſe gerunt. L. Caſſius gemino triumpho, nec-non triplici conſulatu ſuperbiens; per occaſionem prævalidæ famis latâ lege agraria & in plebem frumento diviſo, aditum ſibi parans ad Regnum; L. Quinctij Dictatoris juſſu, occiditur à Servilio Hâla Magiſtro Equitum. Fidenates Legatos Populi Romani occidunt, & ad Tolumnium Vejentum Regem deficiunt. Occiſis ſtatuas in foro ponunt Romani.

Bellum Peloponneſiacum.
Thucididis Hiſtoria, an. 3539.
Filius patris juſſu occiſus.
Pericles peſte perit.
Spolia opima.

Bellum *Peloponneſiacum*, viginti ſeptem annis geſtum inter Lacedæmonios & Athenienſes, incipit verno tempore à Platæarum invaſione. Hanc Hiſtoriæ ſuæ materiam habuit Thucidides, à Pericle in exilium miſſus. Aulus Poſtumius Dictator, de Æquis & Volſcis triumphat: & *filium*, quòd injuſſu ſuo pugnaſſet, ſecuri percutit. *Pericles* obit peſtilentiâ. Cornelius Coſſ. Tribunus Militum *ſpolia opima* Iovi feretrio, alter à Romulo, tulit.

Darius Nothus, an. 3546.
Præſagium.
Athenienſe Imperium, an. 3558
Quæſtores, an. 3561.
Dionyſius Tyrannus, an. 3565.
Artaxerxes Mnemon.

DARIVS ſeu Ochus Longimanus, vel Nothus quia ex pellice; occiſis legitimis Artaxerxis ſucceſſoribus, Regnum Perſicum occupat. *Servi* de recuperandâ Româ conjurant. Hermæ, id eſt Mercurij imagines, Athenis noctu præciduntur, imminentis in Siciliam cladis præſagium. Alcibiades Athenas redir. Populari Imperio ſublato, *Oligarchia* ſub quadringentis Principibus conſtituta. Pulſis quadringentis Athenienſibus Rectoribus, quinque millium regimen inſtituitur. Romæ Quæſtores è plebe tres, primùm creati. Syracuſis tyrannidem Dionyſius occupat. Perſarum Rex x. Artaxerxes Mnemon, id eſt Memorioſus.

Obſidio decennalis.
Receptus Xenophontes cum exercitu, an. 3568.
Gallorum expeditio, an. 3580.
A Camillo victi Sacrilegi, victores oppreſſi.
Anarchia quinquennalis, an. 3584.

Veios, decennij obſidione Romanus cingit, ac tum primum ſub pellibus Hyemen agit. Græci per Armeniam, Paphlagoniam, & infeſtos Perſarum exercitus redeunt duce Xenophonte. *Galli* Romanos obvios fundunt ad Alliam, Romam incendunt: Capitolium de nocte invadentes pelluntur à Manlio, anſeris clangore excitato. Camillus exul revocatus, Dictatorque factus adveniens Gallos profligat: vrbem triumphans ſubit, Romulus & pater patriæ appelatus. Carthaginienſes Imilcone duce Syracuſas obſidentes, ex ſacris prophaniſque prædas dum agunt, peſtilentiâ & hoſtili claſſe opprimuntur. M. Manlius ob Plebem in Patres concitatam ex Capitolij arce, quam à nocturno Gallorum impetu defenderat, deturbatur; adjectâ notâ, ne quis in poſterum M. Manlius vocaretur. Romæ Anarchia quinquennalis incipit;

INCRVENTA Lacedæmoniorum victoria, cæſis Arcadum decem millibus. Syracuſarum Tyrannus Dionyſius Iunior, patre ex *crapula* pereunte. Ædiles Curules Romæ primùm creantur, & è Plebe Conſulum alter. T. Manlius *Torquati* cognomen obtinet, à torque occiſi à ſe ad Anienem eximiæ proceritatis Gallo.

Sociale bellum adverſus Athenienſes gerunt Mauſolus Cariæ Rex, Rhodij, Byzantij, & Coi. Alexander Phareus Tyrannus, ab *vxore* necatus. Alexander Magnus naſcitur hecatombæonis ſexto die. C. Marius Rutilus, Dictator primus è Plebe creatus, Faliſcos fudit. *Bellum Sacrum* dictum adverſus Phocenſes, qui Delphicum Templum autore Philomelo diripuerant, incipit ad annos decem. Victis Phocenſibus à Thebanis, Philomelus Dux ſe præcipitat. Onomarchus Phocenſis dux alter, à ſuis demerſus in mare. Carites in centum annos inducias impetrant. M. Valerius Tribunus Militum viginti tres annos natus, Gallum ad pugnam Romanos provocantem vincit, cum Corvi auxilio; vnde *Corvini* cognomen obtinuit.

Philippus Phocenſium vrbes evertit præter Abilas, quæ ſacrilegij participes non fuerant: Amphictyonibus Iudicibus accenſetur, & donatur jure duplicis ſuffragij quod ante Phocenſes habuerant. Timoleon Corinthius Dionyſium exuit regno, mittitque ad Pædagogium. Genutius Romanus, lege cavet ne cui liceat *eundem Magiſtratum* intra decem annos capere. Latini devicti à Decio Coſſ. ſe pro exercitu *devovente*, Manlio Torquato filium injuſſu ſuo pugnantem, victoremque feriente. Latini rebellantes, penitùs ſubacti: ex Antiarum navibus roſtra Romæ fiunt, Conſulibus ſtatuæ in foro collocantur. Philippus bellum parans, occiditur à Pauſania ſtipatore, cum ludos ageret Ægis. Græci deficiunt ab *Alexandro*, qui advolans ab Athenienſibus placatus Thebas diruit. Is per Helleſpontum tranſmiſſo exercitu, Perſas vincit ad Granicum; interim dum Memnon Græcus Darij Dux, Inſulas populatur. Victo Dario pereunte poſt ducentos triginta annos tertio Perſarum dominatu, ſuboritur novum Imperium.

EXTERA. SECVL. XXXVII. Dionyſius Iunior tyrannus. Ædiles, Conſul à plebe, *an.* 3604. Torquatus Gallum vincit. Sociale bellum, *an* 3612. Tyrannus ab vxore necatus. Alexander M. *an.* 3613. Bellum Sacrum, *an.* 3615. Induciæ ad centum annos. Corvini victoria de Gallo. Philippus Macedo. Tyrannus ad pædagogium. Latini victi à Romanis, *an.* 3630. Roſtra Romæ. Philippus occiditur, *an.* 3631. Alexander M.

TERTIA MONARCHIA Græcorum.

TITVLVS L. *Monarchiam Græcorum inchoat Alexander*, *an.* 3640.

ENim verò dum Lacedæmonios Antipater Alexandri Præfectus debellat, occiſo Agi Lacedæmoniorum Rege; ALEXANDER victorijs potiùs quàm paſſibus Orientem peragrat, Hircaniam domat, Paramiſidas Caucaſi incolas ſubjugat, Scythas fugat: Aornon petram expugnat, Roxanen ducit; Indum tranſmittit, Porum Indorum Regem capit: Ptolemeum ſanat, navigat in Oceano, vrbes ad oram Hydaſpis condit, Parmenionem & Philotam occidit. In Ecbathana Epheſtionem magnificè ſepeliri jubet. Tandem Alexander Magnus Babylonem ingredi diſſuadetur à Chaldæis, qui ipſi periculum vitæ portendebant. Illic auditis Legatis omnium penè Orbis terræ provinciarum, moritur; ex crapulâ, an ex veneno incertum; Iulij viceſimo primo, cum regnaſſet annos duodecim menſibus ſeptem. Mox partito Imperio, ceſſit Ægyptus Ptolemeo Soteri filio Lagi, vnde Lagidæ dicti Reges. Syria Laomedonti Mytileno, Paphlagonia & Cappadocia Eumeni, Cilica Philotæ, Media Pithoni, Pamphylia Lycia & Phrygia Antigono, Caria Caſſandro, Lydia Meleagro, Thracia Lyſimacho, Macedonia Antiparro, Phrygia minor Leonnato. Verùm Perdiccas omnia in ſeſe transferre cupiens, bellum contra Ptolemeum movet: ſed in ipſo Nili tranſitu, à ſuis occiditur ob ſuperbiam.

Mors Alexandri M. & ejus Imperij diviſio, *an.* 3646.

PALÆPOLITANIS (jam Neapolitani) à Romanis victis, primus Proconſul triumphat Publicius. *Romani* ſub jugum miſſi, cum Conſulibus à Pontio Samnite ad furcas Claudinas: viciſſim Samnitum ſeptem millia ſub jugum miſſa,

Primus Proconſul triumphat. Romani miſſi ſub jugum, *an.* 3647.

HISTORIA

Agatocles Tyrannus, *an.* 3653. Decius ſe devovet, *an.* 3675. Tertia Plebis ſeceſſio, *an.* 3684. Ptolemæus Philadelphus.

à Papyrio. Syracuſis tyrannidem occupat *Agathocles* Rheginenſis, figlinam à patre edoctus. Decius Coſſ. in prælio contra Gallos & Samnites pro Legionibus, exemplo patris, ſe *devovet*, victoriamque parit. M. Curius Coſſ. bis vno die triumphat. Primùm de Samnitibus, tum de Sabinis. Plebs *ſecedit* in Ianiculum. Q. Hortenſius in Dictaturâ primus obit. Ægypti Rex XI. Ptolemæus Philadelphus, à Patre in Regni collegam aſſumptus.

Pyrrhus Romanos vincit, *an.* 3690. SECVL. XXVIII. Bellum Punicum a Romanis, *an.* 3706. Reguli fides.

Pyrrhus Epiri Rex, à Tarentinis evocatus in Italiam, bellum ſex annorum init; Romanos Elephantorum aſpectu territos primo conflictu vincit, captivos ſine pretio remittit. Bellum Punicum primum annorum viginti quatuor incipit, ex quo Appius Claudius Caudex, auxilio Mamertinis veniens, Syracuſas obſidet. Attilius Serranus Coſ. Claſſe vincit Annibalem ſeniorem, qui à ſuis in crucem actus. Attilius *Regulus* Pœnis pacem petentibus, niſi iniquis conditionibus dare recuſans, à Xantippo Lacedæmonio victus, captus & Romam à Pœnis miſſus vt de pace ageret, id ne fieret interceſſit: & Carthaginem, ad certiſſimam carnificinam, ſponte redijt. Antiochus Laodicen revocat, à qua veneno tollitur cum Berenice ejuſque filio. Lybicum bellum cum mercenarijs militibus, per annos tres & menſes quattuor Carthaginenſes exagitat.

Bellum Lybicum, *an.* 3729. Annibal.

Amilcar confecto Lybico bello filium Annibalem novennem ſecum ducit in Hiſpaniam, & ad aram jurare jubet nunquam ſe in amicitia cum Romanis fore.

Ianus ſecundo clauſus, *an.* 3735. Lex Agraria. Tutor Regni. Legati occiſi. Galli cæſi, *an.* 3745. Opima Spolia. Obſidio Saguntina, *an.* 3751. Bellum atrox.

IANI Templum alterâ poſt Numam vice clauſum. Gallico bello originem dat *lex Agraria*, diviſis Piceni Agris qui Senonum erant. Macedonum Rex XVI. Antigonus, *Δώσων* dictus, ſeu potiùs tutor datus Philippo Demetrij filio. Teuta, Illyricorum Regina, Romanum *Legatum* occidi jubet; vnde bellum, à Fulvio Coſ. feliciter geſtum. Gallorum quadraginta millia cum Regibus Conſolictano & Antoreoſto cæſa. Viridomaro Gallorum Imperatore occiſo, Marcellus Coſ. *opima ſpolia* tertius à Romulo Iovi ſuſpendit. Saguntus Romanorum Socia, poſt ſeptem menſes ab Annibale capta; cujus cives partim hoſtili gladio, partim ſuâpte manu cadunt. Bellum Punicum ſecundum incipit ad annos duodetriginta. Sed vſque adeò *dirum*, *vt ſi quis conferat damna vtriuſque Populi*, *ſimilior victo ſit populus qui vicit*, ait Florus.

Annibal.

Annibal, cum exercitu nonaginta millium peditum, equitum duodecim millium, ſuperatis Alpibus in Italiam penetrat; Conſulem vtrumque P. Cornelium Scipionem ad Ticinum, Sempronium ad Trebiam primo impetu fundit. Philopator Cœleſyriam recipit, Antiocho ad Raphiam Syriæ oppidum magno prælio victo. Illud prælium *Lunæ* defectione notat Polybius. Annibal ad *Cannas* cœdit vltra Romanorum quadraginta quinque millia. Quos inter Æmilius Paulus Coſ. Senatores octoginta: Equitum tanta multitudo, vt aureorum annulorum modius Carthaginem mitteretur; vnde Romæ trepidatum eſt.

Lunæ eclipſis, *an.* 3752. Annibalis ingens victoria ad Cannas, *an.* 3754.

Archimedes tuetur Syracuſas, *an.* 3758. Duo Scipiones occidunt. Annibal victus. Et victor. Scipio Africanus, *an.* 3768.

Syracuſas ab Archimede meliùs quàm à civibus defenſas, capit Marcellus Conſul. In Hiſpania duo fulmina belli *Scipiadæ* cadunt. Marcellus Pœnorum octo millibus cum Elephantis quinque cæſis, Annibalem poſſe ſuperari docet. Is poſtmodum quintùm Coſ. ab Annibale per inſidias opprimitur, & humatur. Scipio cum Vermina Siphacis filio, & Annibale ad ſuos revocato, pace per colloquium nequicquam tentatâ, congreditur: luculentamque patriæ victoriam, & ſibi nomen Africani acquirit. Exin in triumphum ducit Syphacem, qui mox obit in carcere.

Gaudium de pace, *an.* 3774. Scipio Aſiaticus, *an.* 3780. Annibal ſe venenat, *an.* 3788. Pater filium occidit.

Pax Philippo victo data. Pretium victoriæ, libertas fuit Græciæ; quam per ſolemne *Iſthmiorum* ludicrum præconis voce pronunciatam, tantus cum applauſu clamor excepit; vt ſupra ſtadium volantes volucres, in terram decidiſſe narrentur. L. Scipio Coſ. Affricani fratris conſilio vſus, Antiochum Magnum vincit in Aſia; cæſis quinquaginta millibus peditum, equitum quattuor millibus, vnde Aſiaticus nominatus. Scipiones peculatus accuſati à Tribunis. Annibal apud Pruſiam Bythiniæ Regem à Romanorum Legatis quæſitus ad necem, epoto tauri ſanguine vitam finit. Philippus Macedo, Rex adverſus Romanos bellum meditans, Demetrium filium interficit; quem Romanis, apud quos diù obſes vixerat, gratiſſimum eſſe ſciebat. Sed is, non ita multò

poſt

poſt obit, mœrore confectus ob detectam fraudem. Ambo Coſſ. primùm è Plebe facti.

EXTERA.
Conſules ambo è Plebe, *an.* 1798.

PAVLVS Æmilius triduò triumphat, Perſeo ante currum protracto. Poſtremus triumphi dies & victori Æmilio Imperij, & victo Regi vitæ finem ex more facit. Pruſias Bythiniæ Rex cum Nicomede filio Romam profectus, ſervilem in modum Patribus adulatus eſt, eos Soſpitatores Deos appellans. Eumenes Aſiæ Rex occulti in Perſeum favoris ſuſpectus, purgandi ſui gratiâ Attalum fratrem Romam mittit cum Stratio Medico. Antiochus Epiphanes poſt infelicem in Perſide expeditionem, ad delendos Iudæos à ſe deficientes rediens, viſcerum torminibus & vermibus exeſus; ſcelerum veniam ſibi à DEO, à Iudæis gratiam & fidem erga filium in ſuorum beneficiorum memoriam fruſtra expoſtulans: datiſque Philippo amico ornamentis regijs, obit proprio fœtore ſibi ipſe gravis. Demetrius Soter, Seleuci quarti filius, Romanos ſibi conciliat; traditis Leptine, qui Octavium Legatum Romanum interfecerat; & Iſocrate Grammatico, qui factum probaverat.

SECVL. XXXIX.
Triumphans moritur.
Adulatio.
Antiochus Epiphanes.

Belli Celtiberici initia Coſſ. Fulvio Nobiliori & T. Annio Luſco, qui à Kal. Ian. *Magiſtratum* inire primi cœperant. Ariarathes Cappadociæ Rex, ab Holoferne fratre de Regno deijcitur. Verùm Ariarathe Romam profecto, Senatus decrevit vt ambo fratres regnarent. Pompalus ſortis extremæ juvenis à Regibus Cappadociæ, Pergami & Ægypti ſubornatus; ſub Alexandri Balæ nomine, Epiphanis ſe filium dictitans, contra Demetrium inſurgit, cupidèque ab Antiochenſibus excipitur.

Bellum Celtibericum
Magiſtratus Kalend. Ianvar. *an.* 3817.
Duo fratres regnant.
Pompalus fingit ſe Regis filium.

TERTIVM bellum Punicum annorum quattuor, ſuſceptum inſtante M. Catone Cenſorio; qui in Senatu ſententijs ſuis omnibus ſolebat adjungere, *delenda Carthago eſt.* Maſſiniſſa Numidiæ Rex in Scipionis complexu moritur, ætatis nonageſimo ſeptimo; relictis quadraginta quattuor filijs, quibus à Scipione regnum diviſum eſt. Andriſcus ſe pro Philippo Perſei filio gerens, Macedoniam occupat. Sed cum viginti quinque millibus occiditur à Cecilio Metello Prætore, qui inde Macedonici cognomen indeptus eſt. Ex hoc tempore Græcia omnis Achaïæ nomen accepit, conſtitutumque vt quotannis Prætor Iuris dicundi cauſâ eò mitteretur. Scipio Carthaginem funditùs evertit. Viriathus primùm venator, inde latro, tandemque Luſitanorum dux factus; Vrtilio Prætore cum exercitu deleto, *Luſitaniam* occupat.

Bellum Punicum tertium, *an.* 3850.
Regnum 44. filijs diviſum.
Andriſcus rebellat.
Achaia Provincia.
Carthago everſa, *an.* 3824.
Luſitania occupatur à Viriatho.

Ægypti Rex VII. Ptolemæus, Evergetes & Phiſcon dictus, Philometore obeunte; cujus vxorem ſororemque Cleopatram ducit, filiumque in ipſo matris complexu nuptiarum die necat. Numantini Popilium Prætorem cum exercitu cædunt. Inde Mancinus Coſ. indecoram pacem cum Numantinis ſancit. Quâ ſolutâ Numantinorum quattuor millia cædunt Mancinum Conſulem, cum triginta millibus Romanis. Sed nec Senatus pacem à Mancino Coſ. factam, ratam habere voluit; immo Numantinis dedunt, quem hi remittunt. *Servile* bellum incipit in Sicilia, Euno quodam Syro, qui Syriæ Deæ ſacrificans furorem ſimulabat, Servos ad libertatem excitante. Collectos ad ſeptuaginta millia, Prætores quattuor debellant. Scipio Numantinos vincit, intraque vrbem obſeſſos mutuis vulneribus perire cogit: captam vrbem, ſolo adæquat. Attalus Rex Pergami, moriens hæredem facit S. P. Q. R. Tiberius Gracchus, Tribunus Plebis, latâ lege *agraria*, ne quis ampliùs quingenta poſſideret agri jugera; ſeditionem maximam movens, interficitur in Capitolio. M. Aquilius Coſ. Aſiam omnem Romanis vſquequaquè ſubijcit; quo anno Scipio in lecto mortuus repertus eſt, non ſine ſuſpicione veneni ab vxore ingeſti. Vnde illud Iuſtini, *Aſia Romanorum facta, cum opibus vitia quoque Romam tranſmiſit.*

Ptolemæus Evergetes.
Numantini vincunt.
Bellum Servile, *an.* 3835.
Numantia diruta.
Romani Regis hæredes.
Lex agraria, *an.* 3837.
Aſia ſubjugata, *an.* 3841.

Seleucus à Matre Cleopatrâ ſagittâ confoditur, quod injuſſu ipſius diadema ſumpſiſſet. Ptolemæus Evergetes ob crudelitatem ſuis invisus, in Cyprum fugere cum vxore & liberis cogitur. Illic audito ſtatuas ſuas ab Alexandrinis eſſe diſiectas, filium quem ex ſeniore Cleopatrâ ſuſceperat, diſſectum ad eos mittit in ciſtâ. Grypus Alexandrum Zebinam occidit, matremque venenum ſibi propinantem illud ebibere cogit. Ptolemæus Evergetes moriens Ægypti regnum Cleopatræ vxori relinquit, & ei quem ex liberis ipſa delegiſſet. Ægypti

Mater filium occidit.
Patris in filium crudelitas.

HISTORIA

Rex octavus Ptolemæus Laturus, Phiſcon, Soter, & Philometor dictus; à Populo contra voluntatem parentis Cleopatræ electus, regnat annis decem & ſeptem.

Mithridates, *an* 3876. Bellum Marſicum.

Romani in Aſia interfecti, *an.* 3880 Romæ ſeditio. Marius.

Gladiatores, *an.* 389.

Bellum vno & viginti annis, adverſus *Mithridatem. Sociale* ſeu Marſicum bellum, cœptum contra Latinos & Marſos; qui per ferias Latinas Philippum & Cæſarem Coſſ. occidere conati fuerant, indignè ferentes ſe laborum non imperij & honoris communione participes eſſe. Mithridates interim Romanos exercitus profligat, Italos omnes ad condictum diem per totam Aſiam interficit. *Cinna* Coſ. ab Octavio Collega pulſus, vrbem capit; adjunctis ſibi Mario, Sertorio & Carbone qui cives multos necant. Marius ſepties Conſul, perit ex morbo. Cinna quartò Coſ. ab exercitu occiſus. Cn. Pompeius, tantùm Eques, de Africâ triumphat. Sylla ætatis ſexageſimo, pediculari morbo obijt. Bellum Servile, in Italiâ incipiunt Gladiatores; qui effracto Capuæ Lentuli ludo, Romanos exercitus fundunt.

SECVL. XI. Luculli victoria, *an.* 3901.

Cicero exul, *an.* 3912. Rex ſe necat. Conſul ſolus.

Iul. Cæſaris Dictatura, *an.* 3941. Pompeius necatur. Quattuor triumphi continui. Annus confuſionis, *an.* 3914 Cato Vticenſis ſe necat. Cæſar occiditur, *an.* 3916. Antonius profligatus.

LVCVLLVS Tigranem, & Mithridatem vincit: Tigranocertam Armeniæ caput, & Niſibim capit. Ægypti Rex XII. Ptolemæus, Auletes abs tibiarum ſtudio dictus, à Ptolemæorum ſtemmate alienus; infinitâ pecuniâ, regnum & amicitiam mercatur à Romanis. Mithridates vndiquè pulſus fugam in Gallias meditans Pharnacis filij & exercitus defectione territus, necem ſibi conſciſcit. *Ciceronem* in exilium mittit Claudius Pulcher, à Patricijs ad Plebeios tranſlatus & Tribunus factus. Ptolemæus Cypri rex pecunijs in mare projectis, ſeipſum trucidat antequàm regno à Catone ſpoliaretur. Pompeius Conſul ſine Collega, Candidatis omnia ambitu turbantibus. CÆSAR Conſules & Pompeium Bacchanalibus feſtis pellit Italiâ, Hiſpaniam occupat, Petreio & Afranio ſuperatis; vnde rediens Maſſiliam, Siciliam & Sardiniam capit, inque Vrbem reverſus Dictaturam primò init. Inde quidam *Monarchiæ* Romanorum initium ſumunt. Iterum Conſul ſub tempore meſſis vincit in Pharſaliâ Pompeium, qui ad Ptolemæum fugitivus necatur. Ad Pharnacem Mithridatis filium venit, vidit, vincit. Quattuor triumphos totidem diebus continuis agit. Tunc numeratur *Annus* Confuſionis, quadringentorum quadraginta & quinque dierum, Cato voluntariam ſibi necem apud Vticam afferens, *Vticenſis* nomen obtinet; quippe *victa Dijs cauſa placuit, ſed victa Catoni.*

Annus primus Iulianus, Cæſar quintùm Dictator, ætatis quinquageſimo ſexto Bruti & Caſſij conſpiratione confoditur in Senatu, ad Idus Martij. Antonius oſtenſione veſtis cruentatæ Populum adverſus Conjuratores excitat, qui ejus corpus publicè concremat. Antonius victus ad Mutinam ab Octavio Cæſare, Coſſ. Hirtio & Panſa ſibi adjunctis. Illis ex vulneribus mortuis, ſubrogati Q. Pedius & Octavius circa ætatis viceſimum primum. Et hic revera *Imperij Romani* primus annus. *Trium-viri* Octavius, Lepidus & Antonius Cives quamplurimos, Senatores centum & triginta proſcribunt; quo fato, oppreſſus & Cicero. Caſſius & Brutus Philippis ab Octavio & Antonio victi, ſe occidunt. Ad Actium, Epiri promontorium, victi quoque Antonius & Cleopatra. Antonius territus claſſis defectione ad Cæſarem, ſeipſum interimit. Cleopatra, metu victoris, aſpide admota perit. Tunc Ægyptus in Provinciam redacta, *annos* ſuos ex eo die *Senatus* decreto numerat.

Primus annus Romani Imperij, *an.* 3927. Trium-viratus.

Victoria Philippica, & Actiaca. Antonij & Cleopatræ mors. Ægyptus Provincia. Anni Senatus. Ianus tertiò clauſus.

Auguſti agnomen, & Imperij initium veriſſimum, *an.* 3941. Ianus quartò clauſus.

OCTAVIVS Cæſar eodem ſextili menſe, tres triumphos; Dalmaticum, Actiacum, & Ægyptiacum agit. *Ianum* tertiò claudit. De abdicando Imperio in Senatu cogitare ſe ſimulans, abs Senatu & Populo confirmatur; inde legitimum Imperium init octavò Conſul, *Auguſtus* ab Senatu appellatur. *Ianus* quartò clauditur. Nec malè hoc affigitur loco CHRISTI Ætas.

ÆRA CHRISTIANA.

TITVLVS LI. *Monarchia Romana.* SECVL. CHRISTI I.

CVIVS quidem annus primus contigit Coſſ. Caio Cæſare, qui ab Auguſto fuerat adoptatus, & L. Æmilio Paulo. Auguſtus Nolæ moritur, auguſti decimo nono, ætatis ſeptuageſimo ſexto, Imperij ſeptimo ſupra quinquageſimum. Princeps bellicâ virtute, eloquentiâ, prudentiâ felix.

Tiberius III. Imperator.

Romanorum Imperator III. *Tiberius* Nero, id eſt fortis ac ſtrenuus, militiæ & laborum amans: hypocriſi, crudelitate, libidine lutum ſanguine maceratum; regnat annos viginti duos, menſes ſex. Romanorum Imperator IV. Caius *Caligula*, à militari calceamento, cognominatus; poſtquam patruo Tiberio animam agenti fauces ſuâpte manu intercluſiſſet, regnat annos tres, menſes decem. Omnia vno verbo abſolvit Suetonius, vbi ait; *hactenus quaſi de Principe, reliqua vt de monſtro.* Ob crudelitatem, luxuriam, impietatem à ſuis ſatellitibus occiditur. Notatumque omnes Cæſares quibus Caij prænomen, ferro perijſſe. Veſanus ſuam imaginem juſſit in Templo Hieroſolymitano adorari. Herodes Antipas regium decus Romæ poſtulans, Lugdunum relegatur, illius Tetrarchiâ Agrippæ datâ. Iudæi Alexandrini à Flacco Avilio indignè habiti, Philonem ad Caium legant, à quo ille ejectus eſt.

Caligula IV.

Caij imago in Templo Hieroſolymitano, an. 40.

Claudius Imperator.

Romanus Imperator V. *Claudius*, Druſi filius, nepos Tiberij, patruus Caligulæ, à *natura inchoatus* non perfectus, literatus & initiò felix: non tam ſuâ ſponte, quàm alieno ductu malus. Mox totus in laſciviam, crudelitatem, & vecordiam verſus; à Meſſalina, mulierum impudiciſſima, quam & occidit, vt caperet neptem Agrippinam, à qua veneno ſublatus; vnde Senecæ Ἀποκολοκύντωσις. Herodes ſibi tanquam Deo acclamari paſſus, ſcatentium è corpore vermium tabe conficitur.

Herodes vermibus exeſus, an. 44.

Romanus Imperator VI. *Nero*, Domitio Ænobarbo & Agrippina genitus, humani generis ſtruma. Primum enim magnæ ſpei Iuuenis, continuò peſſimus; matrem occidit, Senatu factum approbante: Octaviam vxorem necat, Pythagoræ denubit, prodit in ſcenam; vrbem incendit, vt ardentis Trojæ ſpeciem velut per ludicrum exprimeret. Burrhum, & Senecam præceptorem, mori jubet: Chriſtianos, tunc temporis inviſos, horrendum in modum affligit. Ab eo miſſus contra Iudæos Veſpaſianus, Iapha, & Iotapata expugnat: Ioſephum Iudæorum ducem, qui Veſpaſiano imperium prædixit, liberat. Nero à ſuis quæſitus ad necem, ſeipſo carnifice perit illo ipſo die, quo vxorem Octaviam ante octo annos interemerat.

Nero moritur, an. 68.

Sergius Galba è veteri Sulpitianorum ſtirpe, primus extra Cæſarum familiam à Prætorianis electus Imperator VII. ab ijſdem poſt octo menſes trucidatur; fraude ſucceſſoris Othonis, qui prædictum ſibi à Mathematicis Imperium vſurpavit. Is VIII. Imperator, nobili proſapiâ, Tiberioque vultu ſimillimus; liberalitate, clementia, magnanimitate cunctis carus; cùm Vitellio ab Germaniæ exercitu electo poſſet obniti, ſeipſum jugulat. *Magna pars hominum incolumem deteſtata, mortuum laudibus tulit.* Vitellius itaque Imperator IX. luxu, gula, crudelitate, impudicitate ſpintria, à Veſpaſianis dirè cruciatus in Tyberim proijcitur.

Capta Hieroſolyma à Tito.

HIEROSOLYMA à Tito obſeſſa per azymorum dies, quinto Auguſti die Templo ſucenſo, capta penitus Gor. octavo, qui Septembris primo reſpondet. Obſeſſos impulerat fames, humanis veſci carnibus, ita vt natorum corpora matres abſumerent, & vndecies centena millia vnâ illâ obſidione perierint. Vrbi ſolo æquatæ, aratrum victor impreſſit. Inde Regio Balſamum ferre deſijt, omnique decore ſpoliata eſt. Hinc Titus, cum Patre, de Iudæis triumphat; Coronam non ſibi ſed DEO Iudæis irato deberi profeſſus, Tabulas tamen Legis ferens inter victoriæ fercula.

Balſamum.

Vespaſianus, an. 69.

Vitellio igitur vt ſupra extincto Veſpaſianus ex Flavinianis, invitus per Legiones in Oriente electus, egregiè agit Imperatorem. Ante electionem,

Digitized by Google

tricies cum hoſte confligit: in *Carmelo* Vaticinijs animatus, miracula patraſſe perhibetur. Pietatem, prudentiam, ſobrietatem, fortitudinem, modeſtiam avaritiæ ſordibus commaculavit. Stans moritur Imperij nono, ætatis ſexageſimo nono. Patri ſucceſſit primogenitus filius, *Titus*; à natura, à Litteratura Latina, Græcaque: à victorijs, à virtutum omnium cultura ſic beatus; *vt amor, & deliciæ Generis humani* appellari meruerit. Aiebat, in ceteris, neminem à Principe triſtem oportere diſcedere: diemque perditum, quem nulla liberalitas ſignaret. Præmaturè mortuus ſucceſſorem Imperij, non virtutum, nactus eſt fratrem *Domitianum*; Tito, vt creditum eſt, per venenum interfecto, cujus etiam filiam Iuliam violaſſe perhibetur. Præclaras naturæ dotes, omni diſciplinarum genere, & ſingulari dexteritate, juſtitia, liberalitate excultus; brevi corrupit ea ambitione, vt Dominum ſe ac Deum, & ſatum Virgine appellaret. Ea crudelitate, vt nullus plures Martyres effecerit: vno verbo, per omnia *alter Nero*. Eâ vitiorum ac virtutum mixturâ, aliquas de Barbaris victorias per legatos & duces obtinuit; donec domeſticâ conjuratione, per Stephanum libertum in Palatio jugulatur. Atque in eo duodecim primos Cæſares abſolvit *Suetonius*.

Æra

Moritur, *an.* 83.

Domitianus Impet. XII.

Secvl. II. Nerva, *an.* 96.

Traianus Imperator XIV *an.* 97.

Adrianus, *an.* 120.

PESSIMO Principi optimus ſucceſſit Imperator XIII. Cocceius *Nerva*, totus à Domitiano diverſus, cujus & acta reſcidit. Sentiens tamen ſe ob grandem ætatem minùs aptum publicæ rei, *Trajanum* nulla ſibi affinitate conjunctum, abſentemque adoptat. Is genere Hiſpanus, per omnia magnus, immò victorijs maximus; niſi quod falſæ Religionis zelo, Veram gravi perſecutione vexavit; à qua tamen ceſſavit, ſuaſu Plinij Iunioris. Rediens ex Oriente triumphaturus, Seleuciæ diem clauſit ſupremum. Ab eo ante mortem adoptatus Imperator XV. Ælius *Adrianus*, ejus conſobrinus. Is corpore prævalido, ingenio vltra communem ſortem beato: Scientiarum & Artium penè omnium perito, præſtanti memoriâ præditus; in obeundis Provincijs vſque adeò aſſiduus, vt tantum terrarum nemo peragrarit. Sed & avitæ Religionis adulteræ tenaciſſimus. Hieroſolymam à ſe inſtauratam, Æliam Capitolinam nominat: eòque coloniam deducens, Templum vbi alterum ſteterat, in honorem Iovis conſtituit, vt Chriſtianis injuriam faceret. Iudæos iterum rebellantes attrivit, non modò acceſſu vrbis Hieroſolymorum inſtauratæ, ſed etiam proſpectu ſub pœnâ mortis prohibitos; niſi quod vno quotannis die, lugendi gratiâ, illam adire conceſſum fuit. Apologijs interim Ariſtidis & Quadrati mitior factus erga Chriſtianos, CHRISTI quoque effigiem habuit in Larario, & de illo inter Numina referendo deliberavit. Vxorem Sabinam, Trajani Neptem, Suetonio Hiſtorico qui illi erat à Secretis, familiariùs vtentem malè habet. Tandem, dictu mirum; vitæ pertæſus mortem ſibi tentans afferre, hæmorragia extinguitur ætatis ſeptuageſimo ſecundo.

Antonius Pius, *an.* 140.

M. Aurelius Philoſophus, & L. Verus, *an.* 165.

Legio fulminatrix.

Adoptatus ab eo Imperator XVI. M. *Antoninus Pius* tanta virtute ac benignitate, vt exempla omnia ſuperaverit. Exteris verò Regibus & Populis tanto terrori ac venerationi fuit, vt controverſiarum arbiter à cunctis poſtularetur. In eos qui contra ſe conſpiraverant, inquiri vetuit, ſe malle dictitans civem vnum conſervare, quàm mille hoſtes occidere. Adoptatur ab Antonino ejus per Fauſtinam filiam gener, *Marcus Aurelius* Antoninus verus. Nemauſo in Gallia oriundus, à Secta Stoïca, aut animi æqualitate, cognomento *Philoſophus*. Statim, inaudito hactenus exemplo, *L. Verum* fratrem Collegam aſſumpſit. Virtute etiam bellica inclytus, bello Marcomanico, in Chriſtianos fit benignior. Nam Legio in exercitu Chriſtiana, militibus ſiti enectis pluviam, Duci victoriam, hoſtibus fugam precibus à DEO impetravit; vnde & *Fulminatrix* appellata. Per ejus belli ſumptus exhauſto ærario, ne Plebs gravaretur, ſuam ipſe ſupellectilem diſtraxit.

Commodus, *an.* 181.

Pertinax, *an.* 193.

Optimi patris peſſimus filius *Commodus*, egregiam oris formam, laſcivia, crudelitate, fatuitate deformavit, alter vtiquè Caligula. Abs Martiâ, ex trecentis quos habebat pellicibus vnâ, & Ælio Læto Cohortium Prætorianarum Præfecto, veneno extinguitur: cadaver, Senatus-conſulto Tyberi immergitur. Lætus dormienti in lecto P. Helvio *Pertinaci* faſces defert, quas invitus à Senatu acceptare cogitur. Is ſpecie præclara, corpore prævalido, ingenio

CHRISTIANA. Iulianus Didius,

felix, eloquentiâ potens: ex filio Propolæ Grammaticus, Rhetor, Patronus, militiæ ſe dedit felici ſucceſſu. Et verò dignum ſe Imperio præſtabat, cùm poſt tres menſes à Prætorianis diſciplinam non ſuſtinentibus, *Iuliani* Iuriſperiti fraude obrruncatur.

SECVL. III. Septimius Severus, *an.* 283. Caracalla, & Geta Fratres, *an.* 213. L. Septimus Geta. Macrinus & Diadumenus. Heliogabalus, *an.* 220.

EADEM ſorte ſublatus Iulianus Didius, à Septimo *Severo*; qui Imperium tenuit æquâ tum virtute, tum felicitate. Exerta in omnes, præcipuè io Chriſtianos ſeveritate, nomen explevit. Ab eo murus in Britanoia, per rraoſverſam Inſulam ductus. Patris ſeveritatem & doctrinam, ſed non itidem virtutes, imitatus filius Antoninus Baſſianus *Caracalla*, per omnia vitiorum genera effrænis: fratrem ex patre Getam, Imperij conſortem, in ipſo ſinu matris interficit: ipſammet Novercam, vxorem ducit; mox & Papinianum de medio tollit, quod fratricidium legibus noller excuſare. Tandem à ſuis ioterfectus, ſucceſſores habuir *Macrinum* & hujus filium *Diadumenum*. Quibus quoque interemptis, ſucceſſit M. Aurelius Antoninus, Heliogabalus ſeu *Elagabalus* ideſt ſolis Sacerdos; qui falsò Caracallâ genitum ſe jactabar. Eo nemo aut formoſior, aur ad omnia obſcœna projectior; vt non immeritò occiſi anno ætatis decimo octavo, in Tyberim, cadaver dejectum ſit.

Alexander Severus, *an.* 224. Maximinus, *an.* 237. Gordianus, *an.* 241. Gotthi. Philippi Chriſtiani reputati, *an.* 249.

Succeſſit conſobrinus, *Alexander Severus*; qui Mammæa egregiâ muliere, & per Origenem Chriſtianâ fide imbutâ, filium formavit per omnium diſciplinarum ac virtutum genera, pace & bello ſummis Imperatoribus parem. Quin & Chriſtianos adeo parum exhorruit, vt CHRISTVM Deorum numero inſerere fruſtra conatus, in Larario ſuo coluerit. Nihilominus contra Germanos movens, paucorum militum conſpiratione, Moguntiaci cum matre occiditur. Vacuum tunc Imperium primus, non quæſitâ Senatus autoritate, invaſir *Maximinus* Gotho patre, Alanâ matre genitus: ovium primùm cuſtos, octo pedibus alrus; quo nihil crudelius, in Nobiles præſertim & Chriſtianos. Decollari edicto Senatus à Maximo Pupieno, Claudio Balbino & Gordiano Cæſare, caput totâ Itatiâ circumlatum Romæ palo ioſigitur. Alijs duobus jugulatis, reſtat ſolus *Gordianus*; præclara indole, moribus incorruptis, niſi primam ætatem corrupiſſent adulatores Palatini. Sed mox Miſithei ſoceri conſilijs factus cautior, præclarè ſe geſſit. Sub eo è Scandia *Gothi* profecti in Scythiam, ad Pontum conſident; quorum qui ad orientem, Oſtrogothi: qui ad occidentem Wiſigothi dicti ſunt. Illis Rex ex antiquiſſima Amalorum ſtirpe, Agunte: Iſtis, ex Balthico genere. Interim Gordianus gravis, Miſitheo Socero defuncto, fraude Philippi & Militum ſeditione ipſum Cæſarem adoptat, à quo demum opprimitur. Sed ſimili flagitio Philippi, Pater & filius, Arabes, quos deinde CHRISTIANORUM ſacris initiatos Annales referunt, Decij dolo jugulantur; ſenior Veronæ, Iunior Romæ.

Decius, *an.* 253. Gallus, & Voluſianus, *an.* 254. Æmilianus Maurus. Valeriannus, & Gallienus, *an.* 257. Tyranni triginta. Flavius Claudius, *an.* 269. Quintillus, *an.* 271. Aurelianus.

DECIVS itaque ab exercitu electus, parem ſe imperio præſtitit; niſi, odio fortè deceſſoris Philippi, ſævitiem redinregraſſet in Chriſtianos longè ſæviſſimam. Verùm altero principatus anno, ſignis contra Gothos commiſſis, fugientem obvia palus hauſit. Poſt Decium *Gallus, & ejus filius Voluſianus*, vix exacto biennio vitâ cadunt; conjuratione militum, à quibus Imperium acceperant. Eadem ſors *Æmiliani Mauri*, intra tertium menſem ab electione. Longè infortunatior *Valerianus*. Nam vltore DEO, ob diritatem in Chriſtianos, Macrini proditione capitur à Sapore Rege Perſarum. Illi victoriâ prætumido, quoties equum cooſcendebat, pro ſcabello diù cùm fuiſſet; excoriatus demum & ſalirus memoratur, grandi humanæ vanitatis documento. Interea pateroæ calamitatis negligens *Galienus*, licer in Chriſtianos tantiſper indulgeotior, effuſâ luxuriâ ruinæ Imperij litavit. Nam erumpentibus vndiquè tum Barbaris, tum Tyrannis ad minus triginta, dum Galienus ipſe ex iſtis vnum bello perſequitur Aureolum, ejuſdem dolo ad Mediolanum interficitur. Res Imperij afflictas reparavit, non plus quam biennio, *Flavius Claudius*. Electus à Senatu, Barbaros prius quàm Tyranoos oppreſſit; illos dictitans Imperij hoſtes eſſe, iſtos Imperatoris. Subrogatus à Senatu *Quintillus* Claudij frarer, natura & virtute ferè alter; auditâ *Aureliani* ab exercitu nominatione, venis vltro ſibi apertis, illi Imperium reliquit. Sueta ergo felicitate in Barbaros & Ty-

rannos pugnavit *Aurelianus*, ſed demum luxu & in Chriſtianos ſævitia corruptus; ſervi ſui fraude, ab amicis jugulatur.

Zenobia, *an.* 274.

Victoria, exercituum mater.

Per ea tempora Regillianus, *Auguſtulus* appellatus per ludibrium, & à militibus trucidatus. *Zenobia* Odenari Regis Palmyrenorum, & paſſim in Oriente victoris vxor caſta æquè & erudita, defuncto marito in Oriente Imperium occupat. Sed victa, ab Aureliano, occiſoque Longino Philoſopho, Romæ in triumphum ducta eſt. Plurimum tamen cum ab Imperatore, tum à Senatu exiſtimata; Tiburæ, deinceps Romæ vixit Chriſtianis Sacris initiata. Victoria, ſeu Victorina, Exercituum mater vulgò appellata, Imperatorium munus ſuſcipit apud Treviros.

Tacitus Imperator, *an.* 275.

Florianus.

Aurelius Probus.

Varij Imperatores nominati.

POST ſex annos interregni, Senatu & Prætorianis mutuò ſibi electionem deferentibus; nominatur à Senatoribus, *Tacitus*. Vir nimirum egregiè moratus, qui à Tacito Hiſtorico genus ſuum deducebat: virtute bellica, abſtinentia, modeſtia, prudentia, juſtitia haud dubiè reparaturus caducum Imperium; ſi jam ætate maturum Imperatorem febris, Militum-ve conjuratio, intra ſex menſes non extinxiſſet. Hæreditario velut jure Imperium ſibi arrogavit *Florianus*, Taciti germanus frater. Sed brevi voluntariâ morte, thronum deſerit M. Aurelio *Probo*. Is è Pannonia Syrmienſi ignobili patre genitus, ſed omni laude cumulatus, Imperio, & pace reſtitutis; à Militibus diſciplinam non ferentibus, occiditur. Proculus inter Alpes natus, à Lugdunenſibus Imperator ſalutatus, occiditur à Probi militibus; cum vxore Viturgia, *Samſona* ob fortitudinem dicta. Bonoſus Brito Rhetoris filius, Imperator à Rheni accolis proclamatus; potator inſignis à Probo victus, laqueo mortem quærit.

Carus, *an.* 285.

Catinus.

Numerianus.

Diocletianus, & Maximianus, *an.* 286.

Maximus Galerius.

Conſtantinus Chlorus.

Aureliano ſublectus Imperator *Carus*, bello & pace charus vtiquè & clarus. Is. Seleucia & Meſopotamia receptis, caſtriſque ad Tigrim poſitis, fulminis ictu exanimatus perit. Succeſſor Patri per omnia diſſimilis, *Carinus*; ſævitiâ & libidine adeò vſque infamis, vt de ipſo pater dixerit *non eſt meus*. Contra *Numeranus*, filius alter, nimio ob patris obitum fletu ocularem in morbum incidit: ac dum in lecticâ vehitur, Apri ſoceri inſidijs opprimitur. Carino à militum Tribuno, cujus coniugem contrectaverat, interfecto; ab exercitu ad ſolium evehitur *Diocletianus*, Dalmata ignobili genere: ſed vt fit, ſuperbiâ, & vltimâ in Chriſtianos atrocitate tumens. Imperium partitur cum *Maximiano*. Amboque ſuſtinendæ rerum moli, Collegas ſibi aſſiſcunt. Ac Diocletianus quidem capit *Galerium* generum cognomento Armentarium, quòd armentorum ductor fuiſſet, ob pulchritudinem & generoſitatem inſignem. Maximilianus verò Herculius *Conſtantium Chlorum*, qui adoptantis filiam Theodoram duxit; rejectâ Helenâ, non Bythiniâ ſed Britannâ, Coëlis Anglorum regis filia.

Imperium Chriſtianum.

HI ergo, partito inter ſe Imperio, mirabili concordia adminiſtrant. Diocletianus Ægyptum, Maximianus Africam: Galerius Orientem, Chlorus Occidentem; paribus vbiquè victorijs. Diocletianus qui divinos honores affectaverat, ſimulque Maximianus pari conſenſu ſimul Imperio ſe abdicant. Hincque devoluta ad Conſtantinum Chlori filium ſuprema dominatio, Chriſtianum fundavit *Imperium*, mox antè delineatum. Dum ergo illic continuatur, ſola reſtabit deinceps Hiſtoriæ Exteræ continuatio.

Digitized by Google

RERVM EXTERNARVM Sequela.

TITVLVS LII. Secvl. Christi iv. & v.

Continuatio Hiſtoriæ Exteræ.

Muſcis ſoluta obſidio, an. 350. Pax ſuper Danubio, an. 369. Attilæ internecio, an. 457. Veneti.

SAPORES Perſa Niſibim iterum aggreſſus, ad preces S. Iacobi Epiſcopi, muſcis infeſtatus fugam capeſſit. Wiſigothorum Rex primus *Athalaricus* cum Imperatore Valente, ſuper Danubium poſitis vtrinque Principum navibus, pacem ferit. Attila cum Gepidis & Oſtrogothis ingenti prælio victus in campis Catalaunicis, ab Ætio, Merovæo, & alijs Confœderatis; occiſis vtrinque 170000 vel 300000 trecentis hominum millibus. Ea Barbarorum incurſio, *Venetiarum* origo prima fuit. Illam alij ad Venetos Belloveſi Comites referuut, alij ad Armoricos. *Theodoricus* fraudulentâ cum Odoacre pactione factâ, vt Italiam communiter obtinerent, hunc inter epulandum interficit; vnde *Gothorum* in Italia Regnum incipit.

Regnum Gothicum in Italia, an. 493. Secvl. Christi vi.

THEODORICVS Symmachum, ejuſque generum Boëthium, falsò ad ſe delatos obtruncat. Quo peracto ſcelere, cœnanti ipſi cum caput piſcis miræ magnitudinis appoſitum eſſet, viſus eſt in eo ſibi Symmachi intueri caput. Eoque portento perterritus, brevi poſt obit nonageſimo nono die ex quo Ioannes Papa ipſius in carceribus mortuus eſt. Sclavini populi è Sarmatia orti, Illyricum, Iſtriam, & Dalmatiam occupant; huic nomen ſuum, dialectum toti Germanici maris littori communicant. *Totilas* S. Benedictum adit, ab eoque diſcit ſe novem adhuc annis regnaturum, ac decimo moriturum. Exarchi ſeu Præfecti ab Imperatore conſtituti, qui Imperij reliquias tuerentur in Italia, Ravennam tenent annos circiter centum octuaginta quinque. Eorum primus Longinus, amoto Narſete. Alboinus Longobardorum Rex, Italiam invadit. Sed cum Roſimundæ vxori vinum in Patris, ab eo interfecti, calvario propinaſſet; cum theſauris, & adultero Hermige, mariti interfectore, fugit ad Longinum. Hujus ſuaſu venenum propinans Hermigi, cùm iſte partem hauſiſſet, reliquum ſtricto gladio eam bibere cogit.

Mors Theodorici, an. 526. Totilas. Exarchæ in Italia Ravennæ, an. 568.

Mahumetes, an. 1630.

MAHVMEDES Idololatra, vt ceteri Arabes, ex ſervo Camelorum procuratore, heræ conjugio locuples, conſanguineos omnes interemit: regnumque affectans, Prophetam mentitus: Bairæ, Iacobitæ, & Sergij Pſeudomonachorum magiſterio, novam Sectam conflat πολυσπερμαγυῆ; ex Arianiſmo, Neſtorianiſmo, Iudaïſmo ac Paganiſmo, toti Orienti ſubinde feralem. Alchoranum novæ Legis ſuæ codicem, abs Gabriele Archangelo ſibi divinitùs datum fingit. Ob quæ novus Impoſtor coactus eſt ad fugam, quam Hegyram ideſt perſecutionem vocant Arabes, à quâ ſuam *Epocham* computant. Longobardorum Leges ſub Rachiſi Rege Codici inſeruntur, quem *Edictum* vocant. Saraceni occupant Africam, incautum aggreſſi Gregorium Præfectum, nil niſi de rebellione cogitantem.

Secvl. Christi vii. & viii. Poloniæ Rex primus, an. 702. Legionis, an. 717. Exarchatûs finis & Aiſtulphi, an. 754.

POLONI Regem primum Cracum eligunt, à quo Cracovia condita nominataque; relictis Vaivodis, ſeu Palatinis duodecim. Perfidia Iuliani Tigitani in Africa Comitis, Saraceni Hiſpaniam occupant. Legionem Pelagius vertit in Regnum, primuſque *Domnum* nomini anteponit. Poloniæ Rex vi. Premiſlaus, aliàs Leſco dictus, electus eſt; cum Wenda Regina, procorum neſcio quem fugitans, in Viſtulam ſe demerſiſſet. Longobardorum Rex, captâ Ravennâ, Exarchatum finit in Italia; donec ipſemet pluſquam ſemel victus à Pipino Rege Francorum, omnis illa ditio Eccleſiæ reddita eſt.

Scotiæ Rex Monachus cum vxore, an. 785. Galliæ & Scotiæ fœdus, an. 779. Alphonſus Caſtus.

9. *Scotiæ* Rex Bermondus, ſuſceptis ex Imilona vxore Ramiro & Garcia, cum illa monaſticum habitum ſumpſit. Scotiæ Rex LXV. Achaius cum Carolo-Magno fœdus perpetuum Scotiam inter & Franciam init, ſcutumque Scoticum lilijs duplici ordine poſitis ſepſit. Legionis Rex IX. Alphonſus II. Fopilæ olim Regis filius, à perpetua caſtimoniâ cum vxore Berta ſorore Caroli M. *Caſti* cognomen conſecutus eſt.

HISTORIA ſæcvl. Christi ix. & x.

Regina gaudio ob victoriam extincta, an. 837. Rex ob virtutes electus. Rex virtute inſignis.

Legionis Rex xii. Alphonſus iii. *Magnus* dictus, Ximenam è familia Francia vxorem habuit; quæ auditâ ſupra Maurorum viginti millia ab Alphonſo reportatâ victoriâ, nimio gaudio extincta eſt. Poloniæ Rex xi. Piaſtus, ex obſcura familiâ ob virtutes electus, Popilio à muribus exeſo. Angliæ Rex vi. Alphredus naturalis *diei* partem primam lectioni, meditationi, orationi: ſecundam regno, tertiam corporis curæ dediſſe narratur.

Garſias Navarr. Hungari Chriſtiani, an 989. Ictus Poloni, an 965. Mauri Caſtiliâ ejecti, an. 966. Moſcoviæ Chriſtiani

Navarræ Rex quartus Garſias Sanctius, qui à tremore cognomen invenit. Hungarorum Rex primùs Geiza, Chriſtianam fidem amplectitur opera S. Adelberti Pragenſis in Boëmia Epiſcopi. Horum viciniâ & conjunctione Poloniæ Dux Meiſco, ductâ Dambronâ primi Boëmorum Ducis filiâ, Chriſtianam Religionem amplectitur. Navarræ Rex v. Sanctius ii. *Magnus* dictus, Arragoniæ etiam præfuit; è quâ, vt ex Caſtiliâ, Mauros & Saracenos ad vnum ejecit. *Moſcovitarum* Dux vi. Valodimirus, Chriſtianam Religionem primus amplectitur, ductâ Imperatoris Græci ſorore.

Sæcvl. Christi xi.

Caſimirus è Monacho Rex Poloniæ, an. 1041.

Defvncto Micczlao Poloniæ Principe, Caſimirus ſub Rixſchæ matris tutelâ Principatum tenens; Polonorum diſſidio, vicinorumque incurſionibus fugatur. Inde ſub Odilone Abbate Cluniacenſi, ſumpto Caroli nomine, ſchema Monaſticum induit. Atenim ad poſtulationem omnium Poloniæ Ordinum, diſpenſante Benedicto ix. Pontiſ. Max. tum de votis, tum de Diaconatù, ad coronam revocatur, vxoremque ducit. Northmanni Melpham, deinde Apuliam totam occupant; conſpirantibus Italis, Græci Imperij pertæſis. Angliam Aroldus occupat, pulſo S. Eduardo Rege; qui poſtremus ex Anglo-ſaxonum ſtirpe ſine hærede moriens, regnum Northmannorum Duci legat. Angliam Guilelmus, Nothus & Bellator dictus, è Northmannica Gente primus Rex occupat; Haroldo victo, & interfecto.

Northmanni Italiâ potiuntur, an. 1041. S. Eduardus Angliæ Rex. Northmanni Angliam capiunt, an. 1067.

Turcicum Imperium, an. 1071 S. Stanislaus Martyr, an. 1082.

Turcæ Ponticam oram armis ſubigunt, & Turcomanniam regnum condunt. Poloniæ Rex xx. Boleſlaus occiſo Cracovienſi Archiepiſcopo *Staniſlao*, Sacris privatus, biennio poſt regno exutus eſt: ipſique Vladiſlaus, Hermannus dictus illius frater, Comitijs generalibus habitis ſuffectus.

Godefridus Bolionius Rex Hieroſolymorum, an. 1099.

Hierosolymæ expugnatæ rex Primus creatur *Godefridus Bolionius*, Euſtachij Bononienſis Comitis filius & Ducatus Lotharingiæ hæres. Alij Sacræ Expeditionis Duces, diverſis Regnis & Provincijs imperitant.

Sæcvl. Christi xii.

Luſitania Lotaringo obvenit, an. 1108. Siciliæ regnum, an. 1130. Item Portugallia, an. 1139.

Lvsitaniæ Comitatum, ob præclara facinora cum Theraſia Alphonſi Caſtellæ Regis filiâ, accipit Henricus à Lotharingia. *Siciliam* vtramque regio nomine ab Anacleto Pſeudo-pontifice datam; primus tenet Rogerius Tancredi Northmanni nepos. *Portugalliæ* Rex primus appellatus Alphonſus Henricus, quinque Sarracenis regibus devictis, eorumque ditione occupatâ. Rogerius Apuliam, Ranulpho mortuo, recuperat. Innocentium Pontific. M. obſiſtentem capit, ab eoque veniam & regium in vtraque Sicilia nomen obtinet.

Poloniæ Rex xxiii. Boleſlaus iv. Criſpus dictus; Vladiſlao fratri ſibi partem deneganti fugato, ſublectus. Siciliæ vtriuſque Rex ii. Guilelmus primus, Rogerij filius, *Malus* cognominatus. Daniæ Regnum ſibi dividunt Suevus, Canutus quintus, & Waldemarus. Hos ille conviuio exceptos, neci deſtinat; cui ereptus Waldemarus Suevum vincit, à Ruſticis poſtea necatum. Inde ſolus regnat, & Magni ſibi nomen fecit. Scotiæ Rex xcii. Guilelmus, *Leo* dictus. Siciliæ Rex iv. Guilelmus ii. *Bonus* dictus, Mali filius.

Rex Malus. Daniæ Regnum, an. 1161.

Rex Leo dictus. Alter Bonus.

Hieroſolymorum rex octavus Balduinus v. Guilelmi Montis-ferrati & Sibyllæ Amalarico genitæ filius, ab Avunculo quinquennis deſignatus. Illius ſucceſſor Vido Luſignianus, ductâ Sibyllâ Montisferrati Comitis viduâ, biennio poſt Tripolitani Comitis proditione captus à Saladino eſt; cum totâ ferè Iudæâ, ipſâque vrbe Hieruſalem. Angliæ Rex vi. Richardus, à *Leonis corde* Cognominatus. Cyprum Inſulam centum nummorum millibus ab Angliæ Rege, Templarijſque Equitibus emptam, regio nomine primus tenet Vido *Luſignianus*, Hieroſolymorum Rex. Siciliæ Regna occupat Henricus vi. Imperator, qui Guilelmo cum matre tribuſque ſororibus captivo abducto oculos effodit, teſteſque amputat. Angliæ Rex vii. Ioannes *Sineterra* dictus, Richardo fratre in Caſtelli cujuſdam obſidione ſpiculo occiſo, cujus corpus in

Hieroſolyma capta à Saladino, an. 1187 Cypri Rex Vido Luſignianus, an. 1195.

Ioannes Sineterra, an. 1197.

Mona-

Monaſterio Fontis Ebraldi cum paterno depoſitum eſt.

EXTERA. SECVL. CHRISTI XIII.

TARTARI hactenùs Indiæ regibus ſubjecti, à Cangio Fabro ferrario excitati jugum excutiunt: ipſoque Changio Magno *Chamo* ſeu Clandalcuth, ideſt Imperatore conſtituto, Scythiam vtramque occupant nominantque. Caſtellæ Rex XI. Alphonſus V. *Sapiens* cognominatus, Aſtrologiæ peritiſſimus; cujus filius major natu Ferdinandus decennis, Blancam S. Ludovici filiam duxit.

Tartarorum primus Chan, an. 1202. Alphonſus Sapiens, an. 1252.

Conrado injectione enematis venenati interfecto, Siciliæ Regnum occupat Manfredus: Simulanſque illud ſe duntaxat adminiſtrare pro Conradino Conradi filio, pupillum hæredem miſſis quoque fructibus veneno conditis tollere tentavit. Propterea ab Alexandro IV. & Vrbano V. ſacris privatur. Siciliæ vtriuſque Rex XII. Carolus Franciæ, Andegavorum Comes, S. Ludovici Germanus ab Vrbano IV. inde à Clemente IV. PP. MM. appellatus: ac Romanæ Senator vrbis factus, cum pacto annuæ penſitationis aureorum duodequinquaginta millium. Carolus occiſo Manfredo, victor ad Beneventum, Regno potitur. Conradinus Friderici olim Imperatoris nepos ex Conrado Filio, ad Fucinum lacum devictus ab eodem Carolo: atque fugiens per annulum agnitus, annò ſequenti Neapoli capite plectitur. Eoque fato Sueviticæ familiæ ſtirps prorsùs extinguitur.

Conradini carnificina, an. 1267.

Africæ Monarchiam condit Iacob Aben Ioſeph, Abdalaci minor natu filius, occupato *Maroco*, Regni ſede Fezia vrbe conſtitutâ; vnde Regno nomen factum eſt. *Navarræ* Rex XV. Philippus Pulcher, Francorum Imperator, ductâ Ioannâ Navarræ Campaniæ & Briæ Comitiſſa, Henrici ſine maſculis obeuntis, hærede. *Veſperæ Siculæ*, Petri Arragonum Regis Manfredi generis conſpiratione factæ adverſus Francos. Nempe ipſo die Reſurrectionis CHRISTI ſacro, veſpertini officij dato ſigno, ſine vllo ætatis ſexus-ve diſcrimine à Siculis mactantur; prægnantium etiam vteris, excutiendis fœtibus, ferro ſcrutatis. Exin Siciliæ Rex XIII. *Petrus Arragonus*, Siciliâ à Neapolitano Regno diviſâ. Vnde ille à Pontifice diris devotus, duorum ſe regnorum patrem & Maris Dominum appellavit. Carolus Rex Neapoli Siciliam aggreſſus repetere, navali prælio frangitur, capto Carolo Claudo filio Salernitano Principe; cui Petrus Arragonus, qui Conradini necem vlturus putabatur, pepercit. Turcarum Imperator I. *Otthomanus*, Orthogulis filius, pulſis ex Aſia-minore Tartaris, ac ſeptem Satrapis diviſâ, totam tandem ſolus tenet annos viginti novem; Pruſâ Regni ſede conſtitutâ, ſubactâque magnâ Bythiniæ parte.

Regnum Maroco, an. 1268. Navarræ Regnum Franciæ annexum, an. 1274. Veſperæ Siculæ, an. 1282. Otthomanus Aſiæ victor.

SECVL. CHRISTI XIV.

Suediæ Rex Birgerius, à fratribus in vincula conijcitur. Equites Sancti Ioannis Hieroſolymitani Turcis Rhodum inſulam adimunt, nomenque ex eâ ſibi aſſumunt. Suediæ Regno Birgerus redditur à fratribus, quos poſtea in convivio capite multat. Neapolis Regina Ioanna, Roberti neptis, Andreæ Viro gulam laqueo frangit, Ludovicum Tarentinum ſibi copulat: Ludovicum Andegavenſem Comitem, Caroli V. Francorum Regis fratrem adoptat. Neapolis Rex XVI. Carolus Duracenus, Ludovici Hungariæ Regis Nepos; fuſis Ioannæ copijs, quam laqueo jubet ſuffocari. Heduigis Poloniæ Regina, Iagellum Lituaniæ Ducem Chriſtianam fidem amplexum, Vladiſlaumque appellatum ducit.

Equites Rhodienſes, an. 1309. Ioanna Neapolitana, an. 1343. Iagelli Lituaniæ, an. 1385.

Turcarum Imperator IV. *Bajazethes* Amurathis filius, qui & Gilderim nominatur; Theſſaliam, Macedoniam, Myſiam, Phocydem, Atticam, & Bulgariam ſubigit, Conſtantinopolimque pluribus annis obſidet. Contra quem Imperator Emanuel Caroli VI. Francorum Regis implorans opem, venit in Galliam. Tartarorum Imperium capeſſit *Tamberlanes*, ſeu Temires ex bubulco. Scotiæ Rex IC. Robertus III. aliàs Ioannes dictus; cujus tempore *Scotiæ cohortes* à Carolo VII. Francorum Rege inſtitutæ ſunt. Angliæ Rex XIII. Henricus IV. Lancaſtrius, Richardo II. abdicare coacto, interfectoque ab Inſulanis; Richardo Regi perpetuâ cuſtodiâ damnato, ſuffectus.

Bajazethis victoriæ. Tamberlanes. Scotiæ cohortes.

SECVL. CHRISTI XV.

TAMBERLANES Bajazethem, cæſis Turcarum millibus ducentis, vivum caveâ includit: & feræ inſtar ad ludibrium circumducit, totâ Aſiâ potitus annos ſex. Æthiopiæ ſceptrum ignobili cuidam adoleſcenti è familia Davidis Zara-Iacob, Principes rebelles committunt. Sed mox eos omnes punit, Re-

Bajazethus caveâ includitur, an. 1401. Æthiopiæ Imperium, an. 141[illegible].

HISTORIA

Amurathis victoriæ an. 1444.

gnumque capeſſit. Amurathes poſt multas clades, Chriſtianos Warnenſi prælio in Moëſia profligat; quo Rex Poloniæ & Hungariæ Vladiſlaus perit, ipſiuſque caput totâ Græciâ circumlatum.

Scandebergus, an. 1447.

Mahumetes II.

SCANDEBERGVS, id-eſt Alexander, Caſtrioti filius ab Amurathe deficiens, Epirum ſeu Albaniam paternam ditionem recipit, Rexque ſalutatus à ſuis; belli facinora vix credenda edidit in Otthomanorum dedecus, & perniciem. Inde adeò Amurathes Croiam Epiri caput fruſtra obſidens, obit ex mœrore. Turcarum Imperator Mahumetes II. Amurathis filius, Chriſtiana matre natus, ſed Religionis omnis contemptor: Diſciplinis varijs eruditus, præſertim Aſtronomiæ, tum Græcæ, Latinæ, Arabicæ, Perſicæque Linguæ peritus.

Angliæ Regina victrix, an. 1460.

Anglis Galliâ ejectis, orta domi Principum factio; cujus autor Richardus Eboracenſis, contra Henricum v. Lancaſtrium. Richardum rerum potitum devicto Henrico, hujus vxor Margareta, *virili animo fœmina*, vincit, & interficit: Warnicenſem Comitem Richardo faventem fugat, maritumque in regnum reſtituit. Mahumetes II. obit expugnatis duobus Imperijs, regnis duodecim, vrbibus pluſquam ducentis. Granata ex Mauris recepta, poſt annos ſeptingentos ſeptuaginta novem. CHRISTOPHORVS COLVMBVS novas in novo Orbe Provincias detegit, ſub Ferdinandi v. Regis Hiſpaniæ & Iſabellæ auſpicijs. Perſarum Rex VII. Iſmaël Sophus, victo & occiſo Alamutio; *Perſidis Imperium* transfert à Turcis ad Indigenas, qui bellum cum Otthomanis penè aſſiduè exercent.

Granata Mauris erepta, an. 1492. Chriſtophorus Columbus, an. 1492. Perſicum Imperium, an. 1497.

SECVL. CHRISTI XVI. & XVII.

Navarra invaditur ab Hiſpano, an. 1512.

Solimanni victoriæ.

Equites Melitenſes, an. 1529.

IN Diœceſi Spirenſi Ruſtici duo conjurationem ordiuntur adverſus Epiſcopum & Nobiles, mox in Principes, cunctoſque Magiſtratus. Ea conjuratio *Agricolarum* dicta, totam paſſim Germaniam deformavit; donec ope Maximiliani Imperatoris, compreſſa eſt. Navarram invadit Ferdinandus Hiſpaniæ Rex, pulſo Ioanne Albreto. Turcarum Imperator XIII. *Solimannus*, vir prudens & bellicoſus; Selimo Patri carcinomate abſumpto, occiſis fratribus ſuccedit ad annos quadraginta ſeptem. Is Belgradum capit, Rhodum expugnat ſexto poſt quàm obſederat menſe, proditione Andreæ Meralij Equitis Luſitani. Budam fuſis Hungarorum copijs, quorum Rex Ludovicus ætatis anno viceſimo primo, per paludes admiſſo equo in cœnoſam voraginem implicatus interijt. Hungariâ vaſtatâ, ab Viennæ mœnibus magnâ acceptâ clade repellitur. Equitibus Rhodo fugatis Melita conceſſa, *Melitenſes* deinceps agnominat.

Fides in Anglia reſtituta, an. 1551

Ioanna Navarra.

Elizabetha Bolena, an. 1558.

Maria Eduardo fratri ſuccedens junctaque matrimonio Philippo Hiſpaniarum Principi, Catholicam Religionem reſtituit in Anglia; ope præſertim Reginaldi Poli Cardinalis, regiâ proſapiâ, doctrinâ, virtute & zelo incomparabilis. Navarræ Regno ſuccedit Ioanna III. Henrici II. filia quæ Antonio Borbonio Vindocinorum Duci nubit: ſed odio in Pontificem, ſuas omnes ditiones Calvini labe infecit. *Elizabetha* Henrici VIII. poſt repudium Margaritæ Auſtriacæ, ex Bolena filia, Angliæ Regnum capeſſit, caducamque hæreſim reſuſcitat; Mariâ ſorore, & Polo Cardinali, eodem anno extinctis. *Maria Stuartia* Scotiæ Regina, Franciſci II. Galliæ Regis vidua, Henricum Stuartium Ducem Lenoxium, virum ſibi optat. Eo ab hæreticis interfecto, Maria è Solio deijcitur in cuſtodiam; vnde dilapſa in Angliam ſe recipit, vbi carceri reddita. Interim Iacobus VI. ipſius filius, nondum bimulus, Regno præficitur ſub prorege Maraviæ.

Ducis Albæ in Belgio ferocitas.

Pater filium necat, an. 1568.

Cyprum invadunt Mahumetaoi, an. 1570.

Victoria Naupactenſis, an. 1571.

Ferdinandus, Albanus Dux, ab Hiſpano miſſus ad Belgium placandum; Comitem Egmontium, Horneum, alioſque capire plecti jubet. Ipſe Carolus Philippi filius, patris mandato ſerico filo ſtrangulatur. Turcæ Venetis *Cyprum* eripiunt, Salaminâ poſt vndecim menſium obſidionem captâ, Chriſtiani omnes contra pactam fidem jugulantur. Præfectus Bragadinus naſo & auribus truncatus, excoriatur. Victoriâ ad Naupactum prope Echinadas; ſeptimo Octobris ſub Pio Pontif. Max. tàm fœlix; vt cæſi captive fuerint Infidelium viginti quinque millia, Chriſtianorum liberata viginti millia.

Libertas Batavorum, an. 1572.

Battavi, quos Hollandos vocant, & Mattiacarum Inſularum Incolæ, Zelandicas vulgò nominant, primi excutiunt Hiſpanicum jugum; quod Alba-

nus immodicis exactionibus, inviſum reddiderat. Dux Andegavenſis Henricus, dum Rupellam obſidet, Polonorum Rex renunciatur; Sigiſmundo, ſine liberis, obeunte. Perſarum Sophus x. Mahometes cœcus, Iſmaëli fratri ſuccedit ad annos ſex. *Sebaſtianus* Portugalliæ Rex, ætatis quarto & viceſimo in Affrica pugnans occiditur; cujus poſt annos duos, Regnum occupat Philippus Hiſpaniarum Rex, pulſo Antonio qui in Gallias migrat. Ordines Fœderati apertè ab Hiſpanis diſcedunt, Ducem Alenconium advocant, Flandriæque Comitem renuntiant. Alenconio in Franciam redeunti, Guilelmus Arauſicanus: vtrique mortuo, Mauricius filius ætatis decimo octavo ſufficitur. *Maria* Scotiæ Regina poſt viginti annorum carcerem, ab Elizabetha Angla infando parricidio obtruncatur. Hiſpanica claſſis centum triginta navium partim tempeſtate, partim Draci claſſis Anglicanæ præfecti induſtriâ, miſerè perit. *Pax Vervinenſis* Francum inter & Hiſpanum. Dux Mercœurius ex Hungaris exercitum recipiens, ad Rheni ripam fatalem diem obijt. Victus ad Pragam ab Imperatore, operâ R. P. Dominici Carmelitæ Diſcalceati, Federicus Rheni Palatinus. Guſtavus Sueviæ Rex bello ſtrenuus, totam Germaniam concutit, tandemque in prælio Lutzenſi occumbit. Multa ambiguo marte, ſed Francis ſemper felici; acta in Italia, Germaniaque. Pax ſancita Imperij cum Batavis & Francis, in Cœtu Monaſterienſi.

EXTERA.
Henricus electus in Regem Poloniæ.
Rex Cœcus.
Luſitaniam invadunt Hiſpani, *an.* 1578.
Defectio Batavica.
Maria decollatur, *an.* 1587.
Pax Vervinienſis, *an.* 1598.
Pragenſis victoria, *an.* 1620.
Guſtavus occiſus, *an.* 1632.
Pax Monaſterienſis, *an.* 1648.

INSPEXIMVS, velut per tranſennam, Regna illa vniverſa noſtratibus quodammodo exotica. Iam animum & calamum vocat ad ſe omnium, citra controverſiam, antiquiſſimum, Chriſtianiſſimum: &, quoties ſe agit toto vireſque vnitas exerit, potentiſſimum Gallo-Francia;

Nexus, & commiſſura.

TITVLVS LIII. *Hiſtoriæ Gallo-Francorum breve Compendium.*

SELECTA HISTORIÆ Gallo-Francorum Gentilitiæ.

Seculum ab orbe condito XXXV.

Francorum origo. Varia Nomina. Leges. Salica.

Luc. ix.

Triplex expeditio in Græciam, an. 3689.

Galatia, an. 3689.

Narbonenſis Colonia.

PAVLO fuſiùs æquè & accuratiùs, in gratiam ſcilicet Patriæ explicabit Titulus iſte Res quas habet, olim Gallia, nunc Francia, ſcitu dignas. Ac *Gallorum* quidem nomen (vndecumque duxeris) confuſum primò cum Germanis. Origo autem vetus à Sicambris, à Trojanis enim per Francionem quis credat, niſi Fabula? Ab illis igitur effuſi, quia primùm Danubij, mox Rheni, Moſæ, & Moſellæ ripas incoluerunt; Riparij, interdum appellantur. Ducum præcipui Wiſogaſtus, Bodogaſtus, Sologaſtus, Widogaſtus Multitudini Leges præſcripſere; quas in vnum deinceps volumen compegerunt Clodovæus, & Carolus Magnus. Eas inter *Salica* eminet, nam & Salij etiam nuncupati Majores noſtri comperiuntur; cujus in primis edicto, *Lilia non nent*; ſiquidem *Hæres Imperij Francorum, maſculus eſto.* Gens ipſa ſupra fidem potens virtute bellicâ, eloquentiâ, ac Religione. Vnde ante CHRISTVM, Gallorum in Græciam memoratur expeditio triplex. Primò enim, Cambaule Duce, in Thraciam penetrant. Secundò diviſis copijs, alij Cerethrio Duce Thraciam invadunt: alij Ductoribus Brenno & Acichorio, Pannoniam; reliqui ſub Belgio, Macedoniam & Illlyricum devaſtant. Tertiò Brennus & Acichorius, Peditum centum quinquaginta millibus, Equitum viginti millibus cum quadriogentis numeratis, Soſthenem Macedoniæ Regem occidunt. Victi mox ad Thermopylas, tùm ad Parnaſſum Montem, quò Delphici Templi ſpoliandi cupidine perruperant. Inde Brennus ipſe vulneratus, largiùs hauſto mero vitam ſponte fioir. Gallorum reliquiæ Thraciam depopulantur, Byzantihis rributum imponunt: Galatiam obtinent Duce Cemontorio, illique Provinciæ nomen dediſſe à nonnullis perhibenrur. Exinde ſæpiùs etiam cum Germanis in Italiàm irrumpunt, Romam ipſam invadunt modò victores, modò victi; ſemper tamen tanto impetu, vt inter Romanos imminente *tumultu Gallico*, nemo ab armis capiendis eſſet immunis. Romani viciſſim Galliam non ſemel adoriuntur, donec rotam ſubjugavit Iulius Cæſar, quomodo referunt ſigillatim Cæſaris Commentaria; quorum autorem eſſe victorem ipſum Cæſarem, cur aliqui ambigant, non ſatis video. Priocipiò quidem Gallia Narbonenſis Romanorum Provincia evadit, deductâ inibi Colooiâ. Fuit & vetus arctaque Romanorum confœderatio cum Nemauſibus, Hæduis, & Remenſibus. Quod reliquum eſt, per Præfectos adminiſtrabant; donec concuſſo & propriâ mole ruente in Europa Romano Imperio, vnaquæque Gens quod potuit arripuit.

PRIMA REGVM GALLIÆ Familia Merovingiorum.

TITVLVS LIV. *Reges Gallo-Franciæ.*

1. Rex Francorum Pharamundus, *circa an.* 360.

PHARAMVNDVS, Marcomiri Filius, primus ſignanter Rex Francorum. Hoc nimirùm elogio, cujus mentio nulla ante Galieni imperium, denotantur plures Populi, qui inito pro libertate fœdere, Romanum jugum primi excutere auſi ſunt. Pharamundi nomen idem ſonat, quod *Princeps verax* promiſſorumque tenaciſſimus. *Clodio* Comatus, à comæ ſtudio, Pharamundo Patri ex Lege ſuccedens; Gallias invadit ſub Theodoſio, & Valentiniano. Verùm ab Aëtio Galliarum Præfecto repreſſus, regnat ad Rheni ripam annos viginti quinque.

Rex II. Clodio, *an.* 425.

Rex III. Merovæus, *an.* 480. Attila victus in campis Catalaunicis.

Merovæus Clodionis Filius, Propinquus, aut certè Nothus; accitus ab Aëtio, Atilam DEI Flagellum debellat in Prælio Catalaunico, vbi vtrinque centum octoginta millia hominum cæſa. Et ab eo quidem exorta eſt inter Francos, prima *Merovingiorum* Proſapia ſeu Dynaſtia. Ditio autem *Franciæ*, ſic deinceps appellatur ad Ligerim vſque propagata. Mortuo poſt novem imperij annos Merovæo, Childericus defuncti proles, effræni libidine ſitis odioſus; Guinomandi conſilio, fugit ad Biſſinum Regem Turingiæ. Ejuſdem Guinomandi artibus Franci Principem eligunt Ægidium, Imperatoris in Gallia præfectum, quem & callidè in Gallorum odia impegit; donec miſſu, ex pacto, mediæ partis annuli, Childericum revocat. Vxor deinde illi *Baſina*, Biſſini, apud quem exulaverat, non conjux, ſed Filia. Hanc primâ nuptiarum nocte, ſunt qui referant à Rege exoraſſe vt eſſet illibata. Moxque ambobus objectas primùm ſpecies Leonum, exinde Luporum, poſtremò Canum; quibus ſcilicet prolis ex illorum matrimonio futuræ, præſagia denotari aſſerebat. Devictis poſteà Ægidio circa Rhenum, Anglis-Saxonibus ſub Odorado ad Aureliam, Paulo Imperatoris locum tenente inter Andegavos, Saxonibus in Hollandia; poſt annos Regni quattuor ſupra viginti, ceſſit è vita.

Rex IV. Childericus, *an.*

Baſinæ Auguſta ſpectra

SÆCVL. CHRISTI IV.

Rex V. Clodovæus, *an.* 484.

CLODOVÆVS, idem qui modò Ludovicus, Childerici Filius, ætatis anno circiter decimo quinto, Regno admotus; Syagrium Ægidij Galliarum pro Romanis Præfecti filium, vincit, & Thuringos domat. A *Clotilde* vxore, filiâ Chilperici, nepte Gumbaudi Burgundiorum Regis, ſæpiùs de amplectenda Religione Chriſtiana admonitus; in prælio antipiti ad Tolbiacum in Vbijs, Clotildis invocato DEO, Alemannos profligat. Inſigni victoriâ potitus, ſimulque voti reus, Rhemis à S. Remigio baptiſatur: inungiturque ſacri olei ampullâ divinitùs per Columbam è cœlis aſportatâ, ipſo Natali CHRISTI die. Abhinc Regium ſcutum pro Coronis vel Bufonibus, in campo cæruleo auratis Liliorum floribus ſine numero, radians: Franco-Gallia fœliciter Chriſtiana evadit, Regeſque CHRISTIANISSIMI agnominantur.

Poſt victoriam Chriſtianâ fide initiatur, *an.* 499.

Lilia Gallica. Reges Chriſtianiſſimi.

SÆCVL. CHRISTI V.

Iam igitur Chriſtianus æquè & ſtrenuus Princeps, imploratâ S. Martini ope: capto etiam victoriæ augurio ex eo quod Eccleſiam ingreſſus audit decantari illud Davidicum, *præcinxiſti me virtute ad bellum*, &c. vado Viennæ non procul Caſtellaurodo in Pictonibus, per cervam monſtrato, in campo Vocladienſi inter Cibaudum & Luſſatum, decimo ab vrbe Pictaviorum milliario: Alaricum Arianum Gothorum Regem, cæſo illius exercitu, ſuâ perimit manu, Regioneſque vltra Ligerim occupat. Ingoliſmam obſidere paranti, ſpontè ruentia vrbis mœnia aditum aperiunt. Quin & Almarico in campo, quem ea propter Arrianum vocant, ad Burdegalam ſuperato, Lutetiam Pariſiorum reverſus eam Regni ſedem conſtituit. Clodovæo itaque armis, fide & famâ inclyto, Conſulatus inſignia mittit Anaſtaſius Imperator, cum aureâ Coronâ; quam Rex pientiſſimus Sanctæ Sedi Romanæ dono dedit, eſtque modò Regnum ſeu Thiara Papalis. Verùm Theodoricus Oſtrogothorum Rex, ex Italia ingentem exercitum mittens, Carcaſſonæ obſidionem ſolvit: occupatam à Gal-

Victoriæ contra Alaricum Auguria.

Spolia opima de Alarico. Ingoliſmæ muri corruunt. Almaricus victus.

Baronius acceptatum negat. Corona aurea.

Bellum cum Theodorico.

lis trans Rhodanum partem illis reliquit, aliam ſibi retinuit. Clodovæus, tandem propinquorum cæde ſibimet gravis, vitâ functus ætatis quadrageſimo quinto, Regni triceſimo, Lutetiæ ſepelitur in Templo SS. Petri & Pauli; quod extra mœnia à ſe conſtructum, Divæ nunc Genovefæ nuncupatur.

Mors Clodovæi, an. 514.

Quadruplex Regni partitio. S. Radegundis.

GALLIA totâ quattuor Clodovæi Filijs diviſâ ex æquò, Childebertus natu Major Regni ſedem Lutetiæ ſtabilivit, quod tunc Franciæ propriè nomen ſumit. Clotarius Sueſſione. Ejus vxor *Radegundis* Bertarij Turingiæ Regis Filia, victoriæ ad Talbiacum contra Hermenfrodum Bertarij fratrem præda: poſtmodum Auguſtoriti Pictonum & Monialis, & à morte Sanctorum albo inſcripta. Clodomirus imperat Aureliæ, Theodoricus Nothus Metis in Lotharingia.

Rex Filium necat,

Per id tempus Sigiſmundus, Burgundiæ Rex, primæ vxoris Oſtrogotæ Theodorici Nothæ, filium Sigericum novercæ impulſu necat; quod deinde ſcelus in Agaunenſi à ſe condito Monaſterio, jejunijs, lachrymiſque diluit. Demùm à Clodomiro Rege Aurelianenſi captus cum vxore & prole, tandem Aurelijs capite plectitur. Sed & Clodomirus victor in prælio ad Viennam adverſus Gondemarum, fratrem Sigiſmundi, captus tamen dum victos perſequitur, occiditur. Ejus fratres duo Clotarius Sueſſionum Rex, & Childebertus Pariſiorum; communi exercitu captam Burgundiam, non ſolùm partiuntur, ſed & Aurelianenſe Regnum invadunt. Crudelique ambitione Clodomiri prolem tollunt. Ac Theobaldum quidem Clotarius pugione confodit, alterum Guntarium ad terram elidit. Qui tertius erat, Clodoaldus, fugâ, ſacerdotio, & exinde ſanctiſſimâ vitâ, Patrui furori ereptus; ſuo ſepulchro, Nogentij ad Sequanam, oppido nomen dedit * S. Clodovæi. *Ivetotum* inter Normannos Regnum, à Clotario erectum narrat Gaguinus Anacleti Papæ juſſu; in gratiam poſterorum Gualteri, loci illius Dynaſtæ, quem Rex in Eccleſia ipſo die Paraſceves jugulaverat. Verùm fabulam non vno argumento refellit Scipio Dupleixius.

S. Clodoaldus fugâ elapſus. * S. Clou. Ivetoti Regnum, an. 555.

Theodebertus Metenſium Rex Theoderici Patris ſucceſſor, cum Childeberto Patruo in Clotarij alterius Patrui conſpirat perniciem. Dum verò caſtris oppoſitis vtrimque ſe ad pugnam inſtruunt, orta ſubitò (ad Clotildis preces) tempeſtas atrox, ambas acies diremit. Ambo Fratres Clotarius & Childebertus, ſtrophio cruentato & epiſtolâ ſororis illorum Clotildis ſanguine exaratâ; ducto in Hiſpaniam exercitu, Albanicum Sororis virum Arianum crudelem, commiſſo prælio occidunt. In altera expeditione obſidionem Cæſarauguſtanam ſolvunt, acceptâ à Civibus S. Vincentij tunicâ; cujus nomini Eccleſiam ſtruxit Childebertus extra Lutetiæ muros, quæ nunc *S. Germani* de pratis vulgò appellatur.

Tempeſtas prælium impedit.

Expeditio in Hiſpaniam duplex.

Fœdus cum Hæreticis recuſant Franci. Victoria à Deſperatis.

INTEREA fœdus à Totila oblatum recuſant Franci, eò quod Arianus eſſet. Clotarius tumultu militari ſubmiſſionem Saxonum rebellium rejiciens, ab ijs *deſperatis* in prælio vincitur. Childeberto poſt annos Regni quadraginta octo in Æde Vincentiana tumulato, quia duas ſolùm Filias relinquebat, ſolus Clotarius I. regnat. Hic Chramnum Filium, vna cum Chonoberto Rege, ex Gregorio Turonenſi, Armorico in prælio vincit ad Turonas: victum, vnà cum vxore & liberis, in tuguriolo comburit. Finem vitæ pœnitentiâ, ob crudelitates, emendat: & moriens Compendij exclamat, *Vah qualis putas Rex ille Cæleſtis qui ſic tam magnos Reges interficit?* Ad S. Medardum Sueſſionenſem ſepelitur. Solus extinctis Fratribus, regnavit annis quattuor. Verùm ex ſeptem vxoribus, *quattuor Filij* iterùm Regnum partiuntur. Charibertus Pariſinum Lutetiæ obtinet, Gontranus Aurelianenſe: Chilpericus Sueſſionenſe, Sigibertus Metenſe ſeu Rhemenſe.

Clotarij ſuprema vox, an. 564.

Quattuor iterum Reges.

Charibertus.

Chilpericus.

Sigibertus.

CHARIBERTVS libidinoſus, Ingobertâ ſeu Nibrigida Novergiæ Regis Filiâ repudiatâ, Marofledam Reginæ puellam, Carminarij Filiam, dein iſtius etiamnùm viventis ſororem Marcoveifam: tandem Teudithildam Paſtore natam, ducit. Vnde à S. Germano Pariſienſium Epiſcopo ſacris interdictus, apud Blaviam in Sanctonibus obit ſine prole maſcula. Demortui Regnum Pariſienſe capeſſit CHILPERICVS, qui propterea vulgò, qnod & in alijs fuerum, ſolus Rex agnoſcitur. Sigiberti quidem vxor Brunechildis, Ariana: Chil-

perici verò, Anduoverâ repudiatâ, Fredegondis pellex infamis. Dictu horren-
dum, quot per id tempus crudelia, libidinoſa, impia Regum & Reginarum in — GALLO-
ſe invicem, in Prætextatum Epiſcopum Rothomagenſem, Gregorium Turo- — FRANC.
nenſem, & Deſiderium Viennenſem. Tandem Chilpericus, quem ſeculi ſui, — Fredegundæ & Brunehaudæ tempora calamitoſa.
Neronem vocat Gregorius Turonenſis, in Sylva Calenſi jugulatur à Landræo,
adultero Fredegundæ. Hujus verò & Chilperici filius, infantulus adhuc non
vltrà quattuor menſium, CLOTARIVS II. ope Patrui ſanctiſſimi Gontrani
Regis Aurelianenſis, Rex x. agnoſcitur. Poſtmodùm Childebertus Rex Au- — Clotarius II. SECVL. CHRISTI VII.
ſtriacus, & Gontrani adoptione Aurelianenſis, impulſu Matris Brunehaudæ,
Clotarij hæreditatem invadit cum valido exercitu. At Fredegonda conſilijs
Landræi Majoris Palatij, & propriâ ſupra Muliebrem indole, Filiolum in vlnis
per caſtra circumferens, milites ad victoriam animat. Proceſſu temporum
Auſtraſios & Burgundos per Brunechildis infanda (nam & proprios filios
nova Medea ipſa jugulaverat) ad ſe deficientes recipit Clotarius. Atque ex-
tinctâ Theodorici prole, Brunechildis magiæ accuſata, diris pœnis affecta, — Mors Brune-childis.
Camelo per exercitum triduum circumducta: indomitis tandem equis illigata
& diſcerpta, Auguſtæ Hæduorum ſepelitur. Talis verò Ieſabel à Gregorio
Magno laudes vt extorqueret, effecit illius hypocriſis, pluresque per eam
Eccleſiæ exædificatæ. Interea Gombaldus filium ſe jactitans Clotarij I. Clo- — Gombaldus rebellat.
dovæi nepotem, per mille artes Regnum affectat. Sed tandem cum alijs
Rebellibus traditur à ſuis Lugduni Convenarum*, vbi & occiditur; tres qui illi
adhæſerant Epiſcopi, in Synodo damnantur. Mulier Fatidica Lutetiâ diſcur- — Mulier Fatidica. Vaſcones.
rens proximum vrbis incendium proclamat. Vaſcones ex Hiſpania in Aqui-
taniam erumpunt. Amalus Dux Campaniæ à Puella, cujus pudicitiam tenta- — Puella ſuæ pudicitiæ vindex.
bat, proprio enſe confoſſus; moriens crimen fatetur, & in Puellam vltionem
fieri vetat. Impoſtor inſignis CHRISTVM ſe mentiens, Provinciam & Ga- — Chriſti ſimulator.
balinos Pſeudo-Apoſtolis & falſis miraculis implet.

Clotarius ex Bertranda vxore ſanctiſſima, Filium ſuſcipit Dagobertum. Hic
quia Curatori ſuæ Iuventutis Sadrageſillo in Principem nimiùm inſoleſcenti,
barbam reſecaverat; Patris iram fugiens, in antrum gemino ab vrbe milliari,
aſpectu venerabilis Senis* & miraculo Cervi liberatur. Quoniam verò Dago- — * S Dionyſius.
berto jam adulto pater ceſſerat Regnum Auſtraſiæ, illicò Saxones rebellant.
Novus Princeps dum eos prælio domat, caput ſaucius periclitatur. Quod reſ-
ciens Pater ſtatimque advolans, Bertroulum Ducem Saxonum confodit: &
devictos Saxones, enſe ſuo majores, trucidat. Poſt Regni annos propè qua-
ginta, quattuor, redditâ Franciæ Monarchiâ, moritur, atque in Æde S.Ger- — Clotarius moritur, an. 632.
mani de Pratis, ſepelitur.

DAGOBERTVS I. Rex XI. curâ Patris Clotarij & inſtructione S. Arnulphi — Dagobertus, an.
Metenſis Epiſcopi ac Reginæ Fratris, qui erat à conſilijs Pipini Auſtraſij Ducis,
necnon Palatij Magiſtri; ſummâ primùm mititate & caſtimoniâ gubernavit. Po-
ſteà in ſævitiam & in luxum reſolutus, vxores tres (inter quas Nantilda Mo-
nialis) pluresque Concubinas in diverſis Palatijs habuit. Sed & Sanctum
Amandum Trajectenſem Epiſcopum, libidinis objurgatorem, exilio mulcta-
vit. Verùm cum videret ſe exprolem, Ragnetrudem duxit, è qua Filium
anno vertente ſuſcepit; qui dum Aureliæ baptiſatur ab Amando revocato,
vno tantùm menſe natus reſpondet *Amen*. Hunc Sigibertum vocavit Patri- — Puer vnius menſis loquitur.
nus idemque Patruus Aribertus, Clotarij ex Sichilda ſecunda vxore filius; cui
Regnum ceſſerat, Aquitania ad vſque Pyrenæos. Dagobertus autem Vaſco-
nibus, Armoricis, Saxonibus perdomitis, Iudæis Regno pulſis: conceſſo Si-
giberto Filio natu majori Auſtraſiæ Regno, Clodovæo natu minori Burgun-
diæ ſimul ac Nueſtriæ, egregiè pœnitens, moritur regni decimo ſexto. Sepe- — Dagoberti mors, an. 648.
litur in S. Dionyſiano, à ſe magnis ſumptibus exædificato: & ob aſportatas eò
S. Hilarij reliquias, ab Anſouando Pictavienſi Epiſcopo, indignis fabellis ſu-
gillatur. Sigibertus Rex Metenſis moriens, Dagobertum Filium *Grimoaldo* — Grimoaldus vſurpator.
tradit in tutelam. Sed attonſum Grimoaldus in Scotiam mittit, & Hildeber-
tum Filium ſuum, Regem declarat. Franci eâ perfidia offenſi, Hildebertum
vnà cum Patre ad Clodovæum adducunt. Grimoaldus perpetuo carceri man-
cipatur, Hildebertus deijcitur: Hildericus, ex S.Bathilde genitus, ſubſtituitur.

HISTORIA Clodovæus II. S. Bathildis. Theſauri S. Dionyſij in Pauperes.

CLODOVÆVS II. Rex XII. vxorem habuit *Bathildem* Saxonem; virtute, fundatione Abbatiæ Calenſis & Corbienſis, illuſtrem. Rex ob ignaviam neglectus, liberalitate in pauperes commendatur. Nam premente annonæ penuriâ, theſauros quibus S S. Dionyſij & Sociorum ſepulchra pater ornaverat, Pauperibus dividit. Exinde celeberrimo Epiſcoporum conventu habito, D. Dionyſij Cœnobium, in ſolatium damni, ab omni Epiſcoporum juriſdictione facit immune; aſſentiente Landerico, Pariſiorum Præſule.

Magiſtri Palatij, ſeu Duces Franciæ. Ebroinus.

Defuncti Clodovæi hæres CLOTARIVS III. admodùm infans, diù Regnum minimè tenuit. Sub eo cœpit *Magiſtrorum Palatij*, *ſeu Ducum Franciæ*, autoritas nimia. Eos inter *Ebroinus*, ſummâ vir nequitiâ, Theodoricum tertium Clodovæi filium, è Monaſterio ad Solium vocat. Neque ita multò poſt ambo cunctis odioſi, attondentur. Atque eum in modum recluſo Theodorico, ſublato deinde Clotario, Regni ſumma manet penes Childericum II. vtriuſque fratrem ſecundo-genitum. Verùm eo in Sylva Calenſi inter venandum occiſo à Baudilone Nobili, quem flagris dehoneſtaverat; Theodoricus è Cœnobio S. Dionyſij, ad thronum revocatur. Mox & è Monaſterio quoque Luxovienſi advolans Ebroinus, fœdè omnia in Regno perturbat.

Clodovæus III. Childebertus. Dagobertus II. Daniel, ſeu Chilpericus III. Rainfrodæus. Carolus Martellus. Clotarius. Theodoricus. Childericus. Merovingiorum finis.

Sepulti in Æde S. Vedaſti Attrebatenſis Theodorici, caducum Regnum cernit ejus ex Clodoide primogenitus CLODOVÆVS III. Res Regni tunc adminiſtrante *Pepino*, Duce ſeu Majore Palatij Auſtraſiæ. Sine prole abſcedenti, ſuccedit illius frater CHILDEBERTVS: huic deinde filius ejus, Dagobertus II. Quo etiam mortuo, prætermiſſo ejus filio Theodorico, *Daniel* quidam; fortaſſis è Regio ſanguine, eductus è Monaſterio CHILPERICI III. nomine Regnum tenet, ſub cura *Ramfrodæi* Magiſtri Palatij Nueſtriæ. Hujus autem victor in prælio Cameracenſi, *Carolus Martellus* Pepini Ducis Auſtraciæ filius; Chilperico opponit Regis larvam, *Clotarium*, quem aliqui faciunt filium Theodorici III. alij Childerici II. fratremque Dagoberti. Etenim illius temporis ſeries planè-prorſus & confuſa, & obſcura. Verùm & vtroque è vivis ſublato, ab eodem Carolo ad Regis nomen poteſtate vacuum, vocatur è Clauſtro Calenſi THEODORICVS III. aut IV. Filius Dagoberti II. Mortuo ſuccedit filius ejus CHILDERICVS Rex XX. Quo ignaviſſimo exautorato, poſt trecentos triginta & vnum annos, deſinit prima Regum Familia, ſucceſſitque altera.

TITVLVS LV. *Reges ſecundæ Familiæ Carolinæ.*

SECVNDA CAROLIDVM Familia.

Pepinus. S. Lambertus Martyr. Sarracenorum internecio, *an. 766.* Carolomannus. Carolidarum Dynaſtia incipit à Pepino Brevi, an. 752.

ENIMVERÒ conculcatâ per Clodovæi II. ſequentiumque ignaviam regiâ autoritate; Regni totius adminiſtratio ceſſit ad Majores Palatij, Franciæ Duces. Hos inter ſceptro dignus *Pepinus Major* Palatij in Auſtria, è Clodovæi I. proſapia. Is ex Plectruda conjuge legitima, filios habuit Drogonem & Grimoaldum: ex Alpaide pellice, Carolum Martellum, quem Ducem Auſtraſiæ reliquit. Per id tempus *Lambertus*, Tungrorum Epiſcopus, Pepini intemperantiam caſtigare auſus, occiditur à Dodone Alpaidis Fratre. Mortuo Pepino Plectruda, duce præſertim Raynfrodæo, in Carolum armat; vocato in auxilium, Eudone Aquitaniæ Duce. Hunc verò non ſemel profligatum à Carolo, advocaſſe Sarracenos ex Hiſpania ſunt qui narrant. Quidquid ſit, Rex eorum Alderama, magnam Franciæ partem populatur, donec generali prælio trecenta ſeptuaginta quinque millia cæſa ſunt. Ex Francis mille & quinginti haud ampliùs, ſed è præcipua nobilitate, deſiderati. Contingit ea victoria in *Turonibus*, virtute Caroli Martelli ſeu Tuditani, ſuppetias clàm ferente Eudone. Carolus poſt illuſtria belli facinora excedens è vivis, Filios reliquit *Carolomannum*, qui in Caſſinenſi Monaſterio vitam ſanctiſſimè finivit: & PEPINVM BREVEM, à corporis parvitate nomen adeptum.

Pepinus

GALLO-FRANC.

Pepinus igitur Francorum omnium conſenſu, in Concilio Sueſſionenſi, nec-non Zachariæ Pontif. Max. interventu, Childerico Merovingiorum poſtremo Rege ob inertiam in Monaſterium detruſo, Rex XXII. *clypeo* de more evectus & ſalutatus: immò & primus inter Franciæ Reges inunctus, regnat annos ſeptem & decem. Primus *Supremum* Senatum ſupremam-ve Curiam Parlamenti, hactenùs viatoriam ſeu ambulatoriam, ſtabilivit. Saxones, Bavaros, & Aquitanos domuit: Stephanum III. non procul Lingonibus, ſummâ veneratione excepit. Bis Italiam à Longobardis oppreſſam liberavit, prima organa Hydraulica à Conſtantino Copronymo recepit. Vxor illi *Berta* Longipes, tam procera quàm vir puſillus. Mortuus ſepelitur in San-Dionyſiano.

Stephanus P. M. Italiam liberat; Organa hydraulica.

CAROLVS Pepini Filius, Rex Francorum XXIII. re & nomine per omnia MAGNVS. Nam ea illi corporis majeſtas, vt altus pedes ſeptem, Exteros quoque ad ſui venerationem alliceret. Ea ingenij præſtantia, vt litterarum parens, primus vernaculæ Grammaticæ autor, Academiarum Pariſienſis, Paduanæ, & Piſanæ inſtitutor celebretur. Ea ſtrenuitas & in bellis felicitas, vt ſæpiùs rebellantes Saxones devicerit: hactenùs Idololatras, Religione Chriſtianâ deligarit. Eodem Marte ſecundo quinquies Italiam liberavit abs Longobardorum jugo, vindicatis Summis Pontificibus. Semel atque iterùm Romam incredibili pietate accedens, Romanorum plauſu exceptus cum hac cœleſti formula, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ab Adriano I. Pontif. Max. pluribus privilegijs cumulatur. Subinde à Leone III. Rex Romanorum, necnon Imperator Occidentis ſolemni vnctione inauguratur. Atque vt vbique in Europa virtuti ſuæ trophæa erigeret, Saracenis in Hiſpania deletis, Vaſcones reditum intercludentes perrupit, non ſine ſuorum ſtrage, præſertim Rolandi; quæ ingens larvato illi Turpino Archiepiſcopo, alijſque Sartoribus Romanorum & Fabularum materia fuit. Ea demùm pietas & Religio, vt Concilia quinque curaverit Moguntiæ, Remis, Turonibus, Cabiloni, Atelate: quattuor Evangelia propriâ manu emendarit, ad menſam duodecim pauperes aleret, in eaque Libros D. Auguſtini de Civitate DEI legi vellet. Capitularibus pro Clero perſcriptis, acri ſub vitæ finem pœnitentiâ, humanæ fragilitatis ſordes eluit. Tandem præclaris vitæ præceptionibus Liberis inculcatis, defunctus, anno CHRISTI octingenteſimo decimo quarto, Ætatis ſeptuageſimo ſecundo, regni quadrageſimo ſeptimo, Imperij decimo quarto, publicâ apotheoſi colitur; non tam edicto Paſchalis Pontificis non legitimi, quàm zelo Chriſtianæ plebis & tacito Eccleſiæ conſenſu.

Caroli Magni dotes & geſta, an. 768.

LVDOVICVS PIVS à Patre vno ante obitum anno adoptatus, Regnum ſimul & Imperium continuat, ſorte admodùm inæquali. Quâ enim pietate inſignis fuit, Stephanum Pontif. Max. Remis honorificentiſſimè recepit, Aulam pluribus indecoris: Galliam ſceleribus, Clerum & Monachiſmum corruptelis expurgavit. Eum in finem celebravit Aquiſgrani & Wormæ tum Concilia, tum Parlamenta. A Michaële Orientis Imperatore, Opera Areopagitæ Dionyſij recepit. Nec virtuti Chriſtianæ bellica defuit. Nam Vaſcones perinde & Armoricos edomuit. Nihilominùs rebellans Lotharius natu major, ob Carolum ex Iuditha Bavara alterâ vxore ſibi prælatum, nimiâ Patris indulgentiâ vſque adeò abutitur; vt inſtigante præſertim Ebbone Archiepiſcopo, in Conventu Rhemenſi, ipſis etiam Imperalibus ornamentis, exui curaverit, & Sueſſione in Monaſterio S. Medardi includi. Indignati tantum nefas Franci, Regno & Imperio Ludovicum reſtituunt. Verùm paulò poſt variè agitatus, per totos quadraginta dies non alio vſus cibo quàm Euchariſtico; ad beatitudinis portum appulit viceſimâ Iunij, anno octingenteſimo quadrageſimo, ætatis ſexageſimo quarto, Regni viceſimo ſexto, adoptionis viceſimo ſeptimo. Si nimiam demas indulgentiam, cæterà inter Reges inclytos maximè inclytus.

Ludovicus Pius, an. 813.

Areopagitæ Opera recipit.

Imperio exuitur.

Ludovico fatis functo, poſt dira bella inter illius Filios, pax eo pacto ſancitur; vt Carolo cederet Francia Occidentalis, à Moſa ad Oceanum Armoricum: Ludovico Francia Orientalis, Germanica vltra Rhenum; Lothario cum Imperatoris elogio, Italia, Romaque nominatim, Provincia & inter Scaldim ac Rhenum, ab eo denominata deinceps *Lotharingia*. Quæ diviſio vires

Regnum & Imperium dividunt tres Fratres.

Ludovicus Clauſtro ſe includit.

Regni atterens, occaſio fuit multis tum rebellionibus, tum invaſionibus præcipuè Normannorum. Lotharius mortuâ vxore prædilectâ Hirmengarda, & Filiâ raptâ à Giſalberto Duce Aquitaniæ: totaque Ditione tribus Filijs diſpertitâ, Coronam cum cucullo Monaſtico commutavit; tot anteactæ vitæ ſcelera, per pœnitentiam expiaturus.

Carolus Calvus, an. 840.

CAROLVS CALVVS ſubjugatis Aquitanis, Nueſtrijs & Aremoricis; in Italiam accitus à Ioanne VIII. Pontif. Max. Nepotis ſui Patrimonium & Imperatorias faſces vel invaſit, vel frequenti Concilio recepit. Dumque idem tentat contra alios Nepotes ſuos Ludovici Germaoici Filios, à Ludovico Iuniore victoriâ tantumnon miraculoſâ ad Andernachum profligatur. Neque multò poſt dum contra Saracenos pergit in Italiam, ad Alpium radices emoritur. Emortui Cadaver ſic à veoeno, per Sedechiam Medicum Iudæum ſubindito, obſætuit; vt nonniſi poſt annos ſeptem, ad Regium Sancti Dionyſij Mauſoleum deferri potuerit.

Cadaver fœtens.

Ludovicus Balbus, an. 877.

Caroli Hæres vnicus in Regno ſimul & Imperio, LVDOVICVS II. cognomento Balbus. Remis inauguratus ab Hincmaro, Ioannem VIII. Pontif. Max. è vinculis Lamberti Ducis fugientem, receptat: & ab eo in Concilio Tricaſtino, Coronâ Imperiali donatus; brevi poſt Compendij moritur, noo ſine veneni ſuſpicione. Relicti è prima Caroli vxore Anſgarda, Ludovicus III. & Carolomannus Franciam ſic partiuntur, vt Ludovico ceſſerit Neuſtria cis Ligetim Celtica, Belgicaque: Carolomanno Burgundia, cum Aquitania. Hic infœlici fato, ſine prole: ille morbo enectus, Filium relinquit Carolum.

Altera Franciæ diviſio inter duos Fratres.

Carolus Craſſus.

Eo adhuc infante, ad curam Regni è Germania evocatur *Carolus Craſſus*. Verùm propudioſo cum Normannis pacto, domeſticâque ignominiâ ob ſuſpicionem de vxore attritus, privatam & miſeram vitam, patientiâ tamen illuſtrem, finivit in pago Bavariæ ignobili. Interim Regni tutela defertur ad * Odonem, qui cæſis in agro Pariſienſi Normannorum triginta novem millibus, Regnum vſurpavit, dein ceſſit legitimo Hæredi *Carolo Simplici*. Is dum à Lotharingijs evocatur, Robertum Odonis Fratrem à Proceribus & Prælatis Regem electum in prælio lanceâ transverberat; victoriâ tamen potitur Roberti Filius *Hugo*, poſteà cognomento Magnus. Inde conjuratione initâ cum Heriberto Verumanduorum Comite, alijſque Palatinis, qui Provincias ceu proprias ſibi aſſerebant; Rege nunc captivo, nuoc libero, Regnum capeſſit apud Sueſſionas Rodolphus Dux Burgundiæ, Roberti Gener, Hugonis Levir. Heribertus miſer perit, admiſſum ſcelus in Carolum identidem deteſtans. Normannis conceditur ad habitandum, ora Galliæ maritima Septentrionalis; quæ anteà Neuſtria, Normania cœpit appellari. Eorum Dux Rollo à Francone Rhotomagenſi Archiepiſcopo Chriſtianâ Fide initiatus, Roberti Odonis Fratris, à quo de Lavacro ſuſceptus eſt, nomen: & vxorem Giſlam, Caroli Filiam, accipit.

** Eude.*

Carolus Simplex, an. 897.

Dux Normannorum baptiſatus.

Ludovicus Tranſmarinus, an. 954.

LVDOVICVS IV. Rex XXXII. *Tranſmarini* nomen obtinuit, ex eo quòd fugiens cum Matre Ogina Caroli vxore ad Avunculum Maternum Aldeſtanum in Angliam, illic remanſit; donec poſt novem circiter annos ab Hugone Magno, Pariſiorum Comite & Franciæ Duce ſeu Adminiſtro generali, revocatur per Guilelmum Archiepiſcopum Senoneoſem, alioſque Oratores. Poſt varios ſubinde motus cum Normannis & Hugone, cui glorem ſuam Aucyam collocaverat; nunc captivus, nunc Rex, ex Equi io lupum concitati lapſu in elephantiſmum incidens obit, & Remis in Abbatia S. Dionyſij ſepelitur.

Lotharius, an. 956.

LOTHARIVS Rex XXXIII. Paterni Regni ſimul & calamitatis hæres, ex Gerbera Othonis Imperatoris ſorore, Remis inunctus annos natus tredecim, Regiæ Majeſtatis vmbram tantiſper ſuſtinet ad annos triginta duos. Decem ante obitum annis, velut in labentis throni firmitatem, Filium adoptat LVDOVICVM V. qui improlis ſolâ inertiâ notus, Compendij moriens, Carolidarum Proſapiam extinxit; annis poſt Pepini inaugurationem, ducentis quinquaginta quinque. Obtinuit itaque tertia Stirps Capetiorum.

Ludovicus, an. 987.

Finis Carolidarum.

TERTIA CAPETIORVM Familia.

TITVLVS LVI. *Reges tertiæ Dynaſtiæ.*

IVRE videlicet naturali ad ſceptrum tunc vocabatur Carolus Ludovici defuncti Patruus, primus *Dux Lotharingiæ* ab Othone Imperatore creatus. Verùm nimio partim neglectu, partim in Alemannos affectu, excluditur. Franciæ itaque Rex XXXV. HVGO CAPETVS Hugonis Magni Filius, è Saxonum Ducibus oriundus. Nec deſunt qui cum Nangio, genus illius maternum ad Caroli ſtirpem referant. Is ſiquidem Principum conſenſu electus, tertiam in Regno Franciæ Dynaſtiam orditur. Mox prudentiâ, fortitudine ac pietate Regnum aſſeruit. Nam extincto Simoniacorum commercio, exſtirpatâ Majorum Palatij & Franciæ Ducum dignitate, Provincias Dynaſtis hæreditario, itidemque fiduciario jure permittit. Carolum Lotharingium ad caducam hæreditatem cum ingenti exercitu properantem, Laoduni victum capit: poſteaque Aurelijs mortui duos Liberos, Ludovicum & Carolum, ad Imperatorem dimittit. Filio demùm in Regni Collegam aſcito, Novioduni coronatus, Remis deinde vnctus; mortuus in Regum exinde ſepulchro San-Dionyſiano deponitur.

Hugo Capetus, an. 987.

Tertia Dynaſtia.

Hugonis Filius vnicus ex Adelaïde filia Eduardi Regis Anglorum, ROBERTVS Rex XXXVI. illicitam cum Berta conſanguinea copulam reſolvit; tum Pontificio anathemate, tum *monſtro* ab ea genito. Pietate & Poëticâ Chriſtianâ, prudentiâ, victorijs felix; Burgundiam hæreditario jure & armis receptam, Filio Carolo relinquit: de Lotharingia cum Imperatore paciſcitur, Regni tumultus componit; tandemque Meloduni defunctus, Patris cineribus apponitur.

Robertus, an. 1010.

HENRICVS I. Rex XXXVII. invitâ Conſtantiâ Matre, quæ Robertum Iuniorem prædiligebat, Regnum paternum init: Fratri *Burgundiam* primi in Regno Ducatus titulo, ſub Regis clientela relinquit; Robertum Ducatui reſtituit, fuſis Normannorum millibus triginta, cùm haud plures ſecum tribus millibus haberet.

Henricus I. an 1030.

PHILIPPVS I. Rex XXXVIII. annos natus circiter novem, Regnum init tutore Balduino Flandriæ Comite. Verùm ob ſuperinductam Berthæ vxori legitimæ Bertrandam, vxorem Fulconis Comitis Andegavenſis, variè & miſerè agitatus; diem ſupremum obit Meloduni, ætatis ſexageſimo, Regni XLVIII. In Æde S. Benedicti ad Ligerim quieſcit.

Philippus I. an. 1060.

LVDOVICVS CRASSVS Rex XXXIX. ſolus ex Berthâ Matre à Philippo adoptatus, Aurelijs in Regem vngitur ab *Senonenſi* Archiepiſcopo. Interim oppoſuit ſe Rodolphus Rhemenſis; qui gratus Regi non erat, vt pote illo invito à Paſchali P. M. ad eas infulas promotus. Eam inaugurationem acriùs tuetur *Ivo Carnotenſis*. Plures è ſubditis rebellantes domat, Anglum in agro Gizorienſi vincit: Carnutenſibus in honorem Deiparæ, veniam concedit; Flandros, qui Carolum Comitem cognomento Bonum mulierculæ *eleemoſinam* in Eccleſiâ ipſo Cinerum die elargientem mactaverant, caſtigat. Philippum jam throni conſortem Filium, miſero caſu ex porci occurſu amittit. Abs Pariſienſi itidemque Senonenſi Præſule, ob privata odia excommunicatus, à Papa abſolvitur. Iamque demùm ſexagenarius, ac Benedictinorum ſchemate indutus, moritur felix; relictâ ex Alixia Sabauda vxore, prole numeroſâ. Conſtantia duobus Comitibus ſubindè nupta, *Reginæ* titulo fruitur. Philippus Pariſienſem Epiſcopatum Petro Lombardo renunciat. Petrus Courtenayus, Robertus Comes Druidenſis, Henricus Remenſis Antiſtes. Tandem natu major LVDOVICVS VII. Rex XL. ab Innocentio II. Pontif. Max. Remis inunctus, Patre id efflagitante. Poſt obitum Patris, ſolus regnat annis tribus & quadraginta. Alienoram Filiam Vilelmi Aquitaniæ Ducis, ex hujus ſuprema voluntate, in

Ludovicus Craſſus, an. 1106. Inauguratus à Senonenſi Archiepiſcopo.

Proles Regia.

Ludovicus VII. à Papa inunctus an. 1137.

HISTORIA

conjugem accipit, cum dotali illius Ditione Aquitanica. Alis Ludovici VII. vidua, Matthæum Mommorancium Magiſtrum Equitum ducit. Ludovicus in bello contra Theobaldum Bleſenſem Comitem, Vitriacum cum Eccleſia & decem mille quingentis hominibus eâ incluſis incendit. In cujus Facinoris expiationem, ſacram Expeditionem *D. Bernardi* monitu ſuſcipit. Ab ea in Gallias reverſus, Agenoram alieni conſortij, etiam cum Saladino Sarraceno, notatam repudiat: illique nimiâ aut indulgentiâ aut imprudentiâ, reſtituit Aquitaniam. Quippe Anglo poſtmodùm facta conjux, occaſio fuit tam atrocis quàm diuturni belli Francos inter & Anglos, de Aquitaniæ poſſeſſione. Mariâ ſeu Beatrice Alphonſi Regis Filiâ, abſque maſcula prole extinctâ, ex tertia vxore Adela, Filia Comitis Campaniæ, publicis precationibus & votis Filium emeruit. Poſt Regni annos quadraginta quinque, Lutetiæ moritur: & in * Barbayenſi Abbatia à ſe ad Sequanam fundata, ſepelitur.

Occaſio belli Francos inter & Anglos. Proles Regia precibus obtinetur.

* Barbeau.

PHILIPPVS II. Ludovici Filius Auguſtus, itidemque *ADeodatus*, & Conqueſtor, à Patre renunciatus Rex XLI. varia bella cum Anglis & Belgis exercuit, inſigni illorum internecione ad Bovinas victor. Eodem die per Filium Ludovicum, Anglos prælio vincit in Aquitania. Indè fundat ex voto ad Sylvanectum, *Abbatiam Victoriæ* titulo claram. Mox Sacramento dicto, in Orientem contra Saladinum cum Richardo Angliæ Rege proficiſcitur; exactis priùs decimis, quæ ab eâ belli cauſâ *Saladinæ* dictæ. Sed ex veteri odio belli ſocietate in ſimultatem & diſcordiam verſâ, Philippus redit in Gallias, commiſſo Eudoni Burgundiæ Duci exercitu. Imperij latè propagator, Blaſphemos acriter punit: Iudæos, & Comœdos Regno pellit. Verùm ob varia & illicita conjugia infelix, etiam Pontificis anathema incurrit. Mercatorum Præfectum * & *Scabinos* Lutetiæ inſtituit, vrbem lapidibus ſternit. Boſcum-Vincentianum muro cingit. Cathedrale D. Virginis Templum abſolvit. Multis demùm clarè conſtitutis, decedens è vita, in S. Dionyſij Templo ſepelitur.

Philippus II. *an.* 1180. A Deodatus. Gemina vno die victoria.

Abbatia Victoriæ. Expeditio Orientalis. Decimæ Saladinæ.

* Provôt des Marchands & Eſchevins.

LVDOVICVS VIII. Leo agnominatus, Philippi Auguſti Filius, Anglis in Pictonibus devictis, in *Angliam* tranſmittens, eam in deditionem accipit. Inde ſtatim atque digreſſus eſt, ad Henricum III. Ioannis Filium tota defecit. Pace cum Anglo initâ, *Albigenſes* delet in Oxitanis, totumque tractum Lilijs adnectit. Victor rediens Montipeſſulani moritur, non ſine veneni ſuſpicione. Ex *Blanca* Caſtellana, prolem tulit multiplicem. Filia vna ſuperſtes Iſabella, recuſato cum Imperatore matrimonio caſtitatem vovens, Conventum de Longo-Campo extruxit: & Franciſcanas, quas Vrbaniſtas vocant, illic inſtituit. Filiorum natu major Philippus ante Patrem deſijt vivere, Robertus in Ægypto deceſſit: Alphonſus Comes Pictavenſis, Carolus ex Comite Andegavenſi & Provinciæ, Rex vtriuſque Siciliæ. Igitur mortuo Patre & Fratre primogenito, regnum cœpit, à quo æram ſignat hæc Chronologia.

Ludovicus VIII. *an* 1223. Anglia ſubacta.

Albigenſes devicti.

Proles multiplex.

Monaſterium de Longo-Campo.

TITVLVS LVII. *Ludovici IX. poſteritas.*

REGVM SERIES POST S. Ludovicum.

IS videlicet, ſanctitate clarus, circiter duodennis ſub tutelâ Reginæ Matris thronum conſcendit. Hujus prudentiâ ſedati plures tumultus, Principes in ordinem redacti: Armorica clientelari jure recepta, ſub Duce propretereà Mauclero nuncupato; Albigenſi bello finis impoſitus, Raymundo Toloſano comite hæreſim Pariſijs ejurante, & Filiam ſuam Alphonſo S. Ludovici fratri, cum ſui Comitatus dote collocante. Multa ſtrenuè & ſanctè geſta, juſtè & præclarè edicta in patrocinium virtutis, pietatis, Pauperum, Regularium, Iuſtitiæ & Doctrinæ. Iteratâ expeditione pergens in Palæſtinam, Tuneti emoritur Regum & Sanctorum nulli ſecundus.

S. Ludovicus Rex, *an.* 1226.

Geſta præclara.

PHILIPPVS AVDAX III. Filius S. Ludovici & Margaritæ Raymundi

Philippus Audax, *an* 1270.

Bereugerij Filiæ, redux ex Oriente ipſo die Aſſumptæ Virginis, apud Remos coronatur annos quindecim regnaturus. Obiit Perpiniani, anno trium Regum morte inſigni; hujus nempe Philippi, Caroli Siculi, & Petri Tarraconenſis. Sub eo *Veſperæ* Sicilianæ, dirum nefas.

GALLO-FRANC.
Veſperæ Siculæ.

Audacis Filius PHILIPPVS PVLCHER, Gallorum Rex XLV. Iam Navarræ per Ioannam vxorem, magnis titulis commendatus, ſed & plerumque inauſpicatis. Bellum illi cum Anglis atrox: cum Belgis dirum, præſertim in prælio Cortracenſi. Flandria deinde ſubjugata, mox jugum excuſſit. Simultates cum *Bonifacio* VIII. Pontif. Max. ad ſcandalum vſque. Ex pacto cum Rege electus Raymundus Archiepiſcopus Burdegalenſis, Clemens III. dum Lugduni coronatur, lapſu muri eliditur Ioannes *Dux Armoricus*, duo Regis Fratres vulnerantur. Pontifex partim promiſſis ſtetit, partim Regem eluſit. Sedem tamen *Pontificiam* transfert in Gallias, fixatque primò Auguſtoriti Pictonum: deinde Burdegalæ, Avenione tandem ad annos quatuor ſupra-ſeptuaginta. Sub id tempus, per vltima ſupplicia extinctus Ordo Templariorum Militaris. *Iudæi* Franciâ pulſi. Miraculum Hoſtiæ *Billetarum*, vbi nos modò Carmelitæ, illuſtre. Parlamentum *Semeſtre*, addictum Lutetiæ. Palatium extructum à Rege, & à Regina Collegium Navarræ, tres inſimul Regis Nurus adulterio convictæ. Clerus & Populus tributis vexati, *Maltotæ* tam infando, quàm hactenus inaudito nomine. Rex verò anno ætatis XLVIII. Regni XXIX. equo inter venandum lapſus, obit vbi & natus in Lupara Fonbellaquenſi.

Philippus Pulcher, an. 1285.
Bonifacius VIII. P. M.
Papæ inauguratio Lugduni.
Tranſlatio Sedis Pontificiæ.
Templarij extincti.
Iudæi Regno pulſi.
Hoſtia Billetarum miraculoſa.
Parlamentum Semeſtre, an. 1305
Maltota.

Paterni per Navarræam Regni hæres, Rexque XLVI. LVDOVICVS HVTINVS, Capitoſus, ſeu pertinax, Plebis munera imminuit, Iudæos revocavit. Enguerrium Marignæum ad furcam Montis-Fulconiam, ab ipſomet erectam, damnat. Margaretam Burgundionum Ducis filiam, ex qua Ioannam ſuſceperat, ob adulterium reijcit: Clementiamque Hungariæ Regis Filiam gravidam relinquens, poſt menſes nòvemdecim moritur in Boſco Vincentiano. Poſthumo non vltra paucos dies vivo, excluſaque per legem Regno Fundamentalem, Filiâ ſuperſtite; ad Regnum Franciæ ſimul & Navarræ vocatur ejus Patruus, Hutini Germanus, PHILIPPVS V. Is Longi cognomen adeptus, Principes ſedat, Iudæos rurſùm exterminat: Litterarum & Iuſtitiæ amans, in flore ætatis ſine prole maſcula vitam relinquit. Ideoque ad ſceptrum vocatur CAROLVS IV. cognomento Pulcher. Cui etiam ſine maſculis extincto, ſuccedit PHILIPPVS VI. Caroli *Valeſij* filius, de quo illud percrebuit, Regis Filius, Frater, Patruus, Pater, haud tamen ipſe Rex. Remis vnà cum vxore inauguratur, ipſo die Sanctiſſimæ-Trinitatis, Eduardo III. Anglo, ex Iſabella Philippi Pulchri filia genito, incaſſum obſiſtente. Navarram ceſſit Ioannæ, Ludovici Hutini filiæ. Belgis in Dominum tumultuantibus ad Caſſelum deletis, Eques & armatus Templum Virginis Lutetiæ ingrediens, victoriæ anathemata vovet. Acri ortâ diſputatione de Eccleſiaſtica & Cæſarea Iuriſdictione, agente *Petro Cugnierio*, defendente Cardinali Bertrando tunc Epiſcopo Æduenſi, Rex Altari ſua jura plenariè relinquens, *Catholiciſſimi* titulum emeruit. Ditionem *Borbonicam* Ducatus honore auxit, Regem Anglum ad clientelam compulit Avenione ad Pontificis concionem, ſacrum bellum init: ſed turbantibus Anglo Rege & Comite Attrebatenſi, armare cogitur in Gallia. Humbertus, Viennenſium Alpes inter & Rhodanum Princeps, vendito Delphinatu, vnde Regis Primogeniti deinceps *Delphini* appellantur, Dominicanorum ſe Familiæ mancipat. Tunc impoſitum *Sali* vectigal perpetuum. Prælium ad Cræcæum in Picardia, nimio Regis, Ducum & Militum ardore Francis luctuoſum. Caleſium prædifficili expugnatione captum. Rex tandem Regni ſucceſſione felix, bello acer ſed infelix, fatis cedit apud Nogentum, & in ſepulchro Regum tumulatur.

Ludovicus Hutinus, an. 1314.
Philippus V. an 1316.
Carolus IV. an. 1329.
Philippus VI. Gens Valeſia, an. 1329.
Navarra.
Petrus Cugnierius.
Rex Catholicus.
Delphinus.
Salis vectigal.

Regni, bellorum & cladis hæres IOANNES Rex LIII. Remis de more vnà cum vxore coronatur. Radulphus Stabuli-Comes, mox & Ioannes Harcutius Anglorum fautores capite minuti. Immiſſi ab Anglo Sicarij, prima fuit *Regij Satellitij* occaſio. Finitis inducijs, Galliam Anglus ſemel & iterum populatur. Tandemque in Pictonibus, dum Caſtra Principis Walliæ munitiſſima

Ioannes, an. 1350.
Regium Satellitium.

HISTORIA

præcipiti & temerario impetu Rex perrumpere attentat, victus ipſe: & ab Equite Gallo transfugâ captus, primùm Burdigalam, exin in Angliam trajicitur.

Carolus v.

Eo fato, omnia in Regno ſuſdéque. Contrà CAROLVM v. Delphinum è prælio ſalvum, Lutetiæ convocata Regni Comitia tumultuantur; Pariſinos

Tumultus Lutetiæ.
Rebellio Ruſtica.

ardentiùs inflammante Stephano *Martello* Civium Præpoſito, & imprimis Navarro Rege Carolo. Hinc *Rebellio Ruſtica*, autore quodam Iacobo, & Angli in Galliam expeditio. Verùm ad Carnutes fulgure & tonitru perterritus, pace ad Bretigniacum ſancitâ, Eduardus Regis Franciæ præſumptum titulum deſerit. Ioannes liber Caletum appellit, vbi ambo Reges poſt Miſſæ ſolem-

Pacis conditiones recuſatæ.

nia mutuo *oſculo* pacem confirmant. Sed enim Regni *Ordinibus* pacis conditiones injuſtas exequi renuentibus, ne Regi culpæ verteretur, vltrò remeat in Angliam, vbi diem protinùs extremum claudit.

Carolus v. Sapiens, an 1364.

Caducam Regni hæreditatem cernit CAROLVS v. qui mirâ dexteritate & prudentiâ ruinas reparare ſatagens, nomen *Sapientis* tulit. Sub eo Carolo Bleſenſi ad Auræum per Montfortij exercitum occiſo, victori ceſſit Ducatus

Prima Bibliæ tranſlatio Gallica.
Bertrandus Gueſclinus.

Britanniæ-Minoris ſub Caroli clientela. Prima Sacri-Voluminis *Tranſlatio Gallica* per Nicolaum Oreſmium Epiſcopum Bajocenſem, Regis Præceptorem, evulgata. Militaribus latrocinijs Regnum purgat, miſſis per Bertrandum Gueſclinum vltra Pyrenæos copijs adversùs Petrum Regem Caſtellæ. Hic primùm victor, mox victus cum Sarracenis, Regnum cedit Henrico. Hujus auxilio nec-non eximiâ generoſiſſimi Gueſclini fortitudine recuperatâ Regi Aquitaniâ, Britannia-Minor perdomita. Carolus IV. Imperator, Regis Avun-

Rebelles puniti.

culus ipſum veneno domeſtico per Navarrum tentatum inviſit. Toloſates rebelles, ſexcentorum ſupplicio puniti. Gueſclinus Raudanum in Alvernia dum expugnat, moriens proximè ad Regis tumulum infertur; Rex ipſe veneno exhauſtus, ſanctiſſimè expirat.

Carolus VI. an. 1380.

CAROLVS VI. Rex LII. Beneamatus, nondum duodennis Remis de more inauguratur. Adfuere Patrui, Duces Andegavenſis Regis tutor, & Regni adminiſter, Berrienſis, & Burgundus. Avunculi Brabantinus, & Borbonius.

Tria Lilia.

Lilia Scuti Gallici inſignia, ad tria reducuntur. Exhauſto ab Andegavo in Expeditione Sicula Regis demortui ærario ditiſſimo, repetita vectigalia vbiquè cient rebellionem. Gandavenſes, duce Philippo Dartevello, contra Comitem rebellantes primo inpetu facti audaciores, ſecundò ad Roſebecum à Carolo Rege deleti. De *Pariſinis* identidem factioſis, acris vindicta: in primarias quoque vrbes, ſimili de cauſa, animadverſum. Poſt variôs ſubinde mo-

In amentiam incidit.

tus Exercitum ducens Rex in Armoricam, triſti caſu in *amentiam* incidit non ſine veneficij ſuſpicione. Inde Regni ſumma redit ad Duces Berrienſem, & Burgundum; excluſo Duce Aurelianenſi, Regis Fratre adhuc ſcilicet juniore. Paulo poſt Philippo Audaci Burgundionum Duce extincto, ejus Filius Ioannes Nivernenſis Dux Patre adhuc vehementior, ſuſceptam cum Ludovico Aurelianenſi ſimultatem eò promovet; vt in ipſo Lutetiæ meditullio, *Ludo-*

Rex Ludovici Aurelianenſis.
Et ipſe Burgundus, an 1407.
Angli victores.

vicum per ſicarios nocte intempeſta jugulaverit. Inde Ioannes ipſe apud Monteræolium ad Ionæ Sequanæque confluentes, quo ſpecie congreſſus cum Carolo Regis Filio venerat, dùm ipſum ſalutat, à Tanaquillo de Caſtello, vrbico Lutetiæ Præfecto trucidatur.

In Prælio Azincourtio Henricus v. Angliæ Rex victor, Flos Gallicanæ No-

Regnum ſubverſum.

bilitatis partim cæſa, partim capta. In cæteris Carolus Aurelianenſium Dux, viginti annorum cuſtodiam paſſus. Hinc omnia in pejus ruunt, perfidiæ, tumultus, rebellionis, cædis & cruoris pleniſſima. Nam Anglus, Burgundione

Gallia ab Anglo occupata.

opem ferente, Matre etiam Caroli Delphini, quod ſtupor fuit, ſuffragante, totam poſtmodum Galliam occupat. Rex in ipſamet vrbe Lutetiâ coronatur.

Puella Aurelianenſis.

Inde famoſa, in cæteris, obſidio Aurelianenſis; in qua Ioanna Darcia virgo in Agro Tullenſi Patre Agricola nata, ex ovili diuinitùs excita, copijs impetratis à Carolo Rege in Bituricis vix tertiâ Regni parte fruente, Anglis vrbem liberat, vnde illi PVELLÆ AVRELIANENSIS agnomen illuſtre. Mox eodem inſtinctu Regem Remos ad ſacra Regni ritè capienda perducit, fuſis ſæpiùs Hoſtibus. Tandem ad Compendium capta, à Cauſchonio Bello-

Vivi-comburio ſinit, an. 1641.

vacenſi Epiſcopo damnata, ab Anglis viva concrematur. Cuncta deinceps

ſuo Principi reddita, & ſubdita. Inter tot victorias Rex ſemper vndiquè, etiam à Filiò, exagitatus; dum metum veneni abſtinentiâ depellit, abit è vivis.

GALLO-FRANC.

Ludovicus XI. an. 1461.

LVDOVICVS XI. Rex ingenio vltra prudentiam callido, Hoſtes tàm exteros quàm domeſticos aut vicit, aut eludit. Sub eo Duces Bituricenſis, Regis Frater, Armo[illegible]us, Caroleſſius Comes Burgundiæ Ducis Filius; cum alijs Principibus contra Ludovicum, prætextu *Boni publici*, conſpirant. Pugna ad Montem-Lehericum, non procul Lutetiâ inqua neutri ſatis liquida victoria conſtitit. Pax ad Confluentiam facta. Pugnatum quoque ad Granſonium, Nancæum, Guinegatum. Ordo S. Michaëlis inſtitutus. Comes Arminiacus, Dux Nemoroſius, Dux Alenconius, Ludovicus Luxemburgenſis: Comes S. Pauli, idemque Conneſtabilis, qui Reginæ ſororem duxerat, Læſæ-Majeſtatis damnantur. Carolus Burgundiæ Dux vltimus Nancejum obſidens, abs Renato Duce Lotharingiæ, Germanis & Helvetijs auxiliantibus, victus cadit in acie; relictâ Mariâ Filiâ vnicâ, quæ Maximiliano Imperatoris Filio nubit; ipſa interim Burgundia, Francorum Dominio cedit. Primus quoque Ludovicus *Helvetiorum* fœdere Galliam communivit, Curſores veredarios toto Regno inſtituit: Pragmaticam Sanctionem, obluctantibus vniverſis Ordinibus, deſpotica autoritate abolevit. Tandem ad vltima veniens, metu mortis multa peregit, advocato etiam ex Italia *Franciſco Paulano*, cui nihilominùs cedit in Pleſſæo Turonenſi.

Ordo S. Michaëlis.

Perduelles puniti.

Helvetiorum fœdus.

Veredarij.

Pragmatica Sanctio.

S. Franciſcus de Paula.

Carolus VIII. an. 1483.

CAROLVS VIII. edicto Caroli V. jam major, tametſi annos natus duntaxat quatuordecim, Patris Sceptrum ſuſcipit. Verùm Petro Borbonio Beaujocenſio Regis Gubernatore, itidemque Ludovico Aurelianenſi Proto-Principe Regis junioris, vt fit, autoritate abutentibus; publica Regni Comitia Regis educationem commiſerunt Annæ Sorori Regis, & Petri Borbonij conjugi: Regni verò adminiſtrationem, electis Duodecim-Viris. Ea re concitatus Ludovicus Aurelianenſis, ad Franciſcum Britanniæ Regem ſeſe recipiens; cum eo, Franciſque Proceribus benè multis armat in Regem. Sed commiſſo cum Regijs Prælio, victus ad Fanum *Sant-Albinianum* in Aremoricis, triennali cuſtodiâ maceratur. Pax demùm Duci Britanno data, qui anno ſequente obit; relictâ *Annâ* hærede, quam Maximiliano Romanorum Regi pactam, repudiatâ Margaretâ Maximiliani Filiâ, vxorem ſibi aſſeruit Carolus. Aremorica, cum ſuis privilegijs, Coronæ annexa. Rebus domi pacatis, Rex tum primæ inſtitutionis, tum corporis defectus præclarè emendans; de recuperanda Neapolitani Regni hæreditaria poſſeſſione, etiam atque etiam cogitat. Eum in finem ingenti exercitu, & hactenùs inuſitato Bombardarum apparatu, totam Italiam victor pervadit. Ipſa Romæ & Arcis Sant-Angeli mœnia, ſpontaneo lapſu victorem admittunt. In reditu expugnatâ Tuſcanellâ, Puellâ abſtinet pudorem aſpectu depictæ *Virginis* deprecante. Hinc conjuratos ſimul totius Italiæ Principes perrumpit. Dùmque Ambaſiæde eadem expeditione iterùm cogitat, frontis ad januam alliſu, apoplexiâ corripitur.

Regni tutela.

Prælium S. Albini.

Anna Armorica.

Italia domita.

Puella intacta.

Ludovicus XII. an. 1498.

Primâ à Carolo V. Lineâ deficiente, throno admovetur altera. Nam ex Ludovico Caroli V. Filio Lutetiæ trucidato, Carolus Filios habuit Ludovicum Aurelianenſem & Carolum Ingoliſmenſem. Is ergò LVDOVICVS XII. Rex LVI. repudiata Ioanna Caroli VIII. Sorore, eatenus intacta, nec ritè ſatis collocata, quin & infœcunda, Annam Caroli Regis defuncti viduam duxit. Ioannes Bituricis Sanctimoniales ab *Annunciatione* inſtituit, interque eas ſanctiſſimam vitam abſolvit. Rex per omnia inclytus, & reverâ *Populi Pater*, Mediòlanum maternam hæreditatem ſemel & iterùm recuperat: Regni quoque jure Neapolim, quam mox Ducum æmulatio, Fœderatorum perfidia, *Conſalvi Magni* virtus receperunt. Ab hinc nova in Europa & Gallia rerum facies exoritur, dùm linea collaterali Regno aſciſcitur Franciſcus Valeſius.

Moniales de Annunciatione.

TITVLVS LVIII. *Stirps Valeſia Regno admota.*

REGES EX FAMILIA
Principum Ingoliſmenſium.

Franciſcus I. an. 1515.

NEMPE Francorum Rex LVII. FRANCISCVS I. Quippe qui Próto-Princeps, Ludovici vltimò defuncti Gener, Caroli Ingoliſmenſis Filius, Ioannis Ingoliſmenſis viri ſanctitate & Miraculis poſt obitum illuſtris Nepos, Ludovici Aurelianenſium Ducis Lutetiæ interfecti pronepos; Ludovico ſine maſculis obeunti, cujus & Filiam Claudiam duxerat, ſuccedit ad annos tres & triginta. Initio Helvetijs ad Marignianum bidui pugnâ conciſis, Mediolanum, Parmam, & Placentiam recuperat. Cum Leone Pontif. Max. Bononiæ colloquio habito, de abroganda Pragmatica Sanctione, deque Concordato ſtipulatur. Intereà *Carolus Borbonius* Comes-Stabuli, offenſus Regi, ad Hiſpanum deficit. Hinc Franciſcus prælio Ticinenſi *captus*, ducitur Madritum. Inde Liberis regijs obſidibus liber, Lautrecum cum armata manu mittit in Italiam, ad liberandum Pontificem; quià Germanis cum vrbe captus, vbi eorum Dux Carolus Borbonius ſupra murum glande ſclopeti trajectus perierat. Galli Lautreco Duce, Alexandriam & Papiam occupant. Genua recedit à Gallis, operâ Andreæ Doriæ. Neapolim obſidens Lautrecus, peſte moritur. Pax Cameracenſis, Regij Liberi obſides vicies centenis aureorum millibus redimuntur. Nunc pax, nunc bella cum Hiſpanis & Anglis. Regis ſinceritate ſæpè ſæpiùs à Carolo eluſâ, Imperatorem non ſemel ad ſingulare certamen provocavit. Ipſummet poſteà per Gallias ad Belgarum punitionem pergentem, Lutetiæ recepit pari honore & benevolentiâ. Sicut odio in Luteranos celebris, ita fœdere cum Mahumetanis illaudatus. Litterarum parens, Eruditos vndiquè Viros aſcivit. Edicta jubet *Gallicè* præſcribi. Fortunâ major, muliebri imperio minor; variè conflictatus, Ramboüilleti diem ſupremûm claudit.

Captus in prælio Papienſi.

Henricus II. an. 1547. Luterani. Lutetiæ ne ædificetur.

HENRICVS II. abs Religione orſus, Luteranos (hoc elogio denotati tunc quotquot ab Eccleſia alieni) ſæviſſimis edictis comprimit. Multa circa Religionem, Iuſtitiam, *Politiam*, Ærarium præclarè decernit. Lutetiam Ædificijs augeri vetat. Aquitanicam ſeditionem, ob ſalinarium vectigal, & Burdegalam rebellantes, per Mommorancium affligit. Metas, Tullum, Nancejum, aliaque circumjecta oppida ſuæ poteſtatis facit. Pugna ad S. Quintinum, Gallis luctuoſa. Franciſcus Guiſius, qui exercitum in Italiam duxerat, inde revocatus *Caletum* poſt annos decem ſupra ducentos recuperat. Pax inter duos Reges ſancitur, ſed conditionibus Franciæ iniquiſſimis; datâ Philippo Hiſpano in Conjugem Elizabethâ, Henrici Filiâ. Verùm inter nuptiarum Feſtiva, per ludicrum ad lanceam Equitum certamen, lethali in capite vulnere Rex Francorum occubuit; anno ætatis quadrageſimo tertio, Regni decimo tertio.

Caletum recuperatur.

Moritur in haſtiludio.

Franciſcus II. an. 1559.

FRANCISCVS II. ex Catharina Medicæa Clementis VII. Nepte, ætatis decimo ſeptimo ad ſeſquiannum Patri ſubrogatus. Sub eo in Huguonottos tumultuantes animadverſum. Calvinianâ conjuratione deletâ, Ludovicus Borbonius Condæus cuſtodiæ traditur. Rex Aurelijs obit ex morbo auriculari adhuc in ephebis.

Carolus IX. an. 1560.

Hugonotti rebellant.

Fratri ſubſtituitur CAROLVS IX. decennis; quæ ætas præbuit anſam ambitioni & factionibus Catharinæ Matris. Navarræ Regis, Principis Condæi, Guiſiorum Fratrum, Mommorancæi, Caſtillionis. *Hugonottorum* furor in apertam demùm rebellionem erumpens, Edictum Ianuarienſe & Colloquium Poiſſiacum extorquet. Quin & totâ paſſim Galliâ, vocatis etiam è Germania auxiliaribus Hæreticis, graſſati; Avaricum, Biturigum in pervigilio Corporis CHRISTI, Aurelias, Turones, Rhotomagum, Valentiam, aliaſque vrbes occupant. Brevi poſt Avaricum à Rege recipitur. Tum Rhotomagus, cujus in obſidione Navarræ Rex occiſus. Prælio decernitur in Druidum campis, in quo à ſuo Nepote Colignio Mommorancius Stabuli Comes, à Guiſio Condæus capti.

Galliam populantur, an. 1562.

Aurelias

GALLO-FRANC.

Aureliās obſidet Guiſius, & à Poltroto Ingoliſmenſi ſclopetano globo perfidè mactatur. Conjuratio altera Hæreticorum in Regem, quem Helvetiæ Cohorres Meldis Lutetiam reducunt. Portus-Gratiæ ex Anglis receptus. Hugonotti ad San-Diunyſianum cæſi obſident Carnutum, & Caſimirum ad ſubſidium vocant. Iarnacenſi in Sanronibus pugnâ Condæus obit. A Catholicis Henrico Duce Andegavenſi, Regis Fratre germano, victoria itidem Moncontorienſis reportata. Pictavum à Colignio fruſtrà obſidetur, propugnante Guiſio. Hugonottorum cædes ipſo dio *S. Bartholomæi* Lutetiæ incœpta, in nuptijs Henrici Navarræi & Margaretæ Valeſiæ. Henricus Regis Frater dum Rupellam obſider, *Poloniæ* Rex renunciatur.

Henricus III. an. 1578.

Enimverò Fratris auditâ morte, clam è Polonia poſt ſex menſes auffugiens, Regnum capeſſit ad annos quindecim, vocaturque HENRICVS III. Sub eo Franciſcus Alenconius Fratri conciliatus, iterùm deficit: Henricos Navarræum Regem & Condæum Principem, Germanis in auxilium conductis, ſibi adjungit. Mox Bleſenſibus Comitijs Regi reconciliatur, lata in Hæreticorum gratiam Edicta revocantur. *Ordo Sancti-Spiritus* ab Henrico III. inſtitutus. Fœderis, quod *Ligam* vocant, initia. Pugnâ ad Curtraſium; cadit Annas Ioyeuſæus, Catholicorum Dux, adjunctis Navarræo Germanis; quos ad Alnetum in Belſia, Guiſius elidit. In Bleſenſibus Comitijs *Guiſij ambo*, Dux & Cardinalis, Regis juſſu necantur; eò quòd faviſſe crederentur Seditioni, in qua Pariſini Regem in fugam compulerant. Ex hinc Henricus, accito in auxilium Navarræo, Lutetiam obſidens, venenato cultro confoditur. Henrici morte Valeſiorum ſtirps Regno idonea deficit, ſuccedirque Borbonica.

Ordo S. Spiritus.

Liga.

Guiſij Bleſis interfecti, an. 1588

Rex jugulatur in oppido S. Clodoaldi.

BORBONIORVM FAMILIA.

TITVLVS LIX.

Stirpis Borboniæ ſeries: Henricus IV.

EIVS origo à Roberto Claromontano Comire, S. Ludovici ſecundo Filio, deducitur. Per eam igitur proſapiam HENRICVS IV. Francorum Rex LXII. anteà Navarræ III. legitimo cognomine *Magnus*, Regno ſe offert. Accedenti, eò quod ad Calviniſtas partes redijſſet, ſe ſe acriter opponunt Fœderati, duce præſertim Meduano Carolo, Guiſij interfecti Fratre. Eo ſub prætextu *Carolus* Borbonius Cardinalis Regis Patruus, qui in cuſtodia jam à Bleſenſibus Comirijs habebatur, Rex illius nominis X. deſignatur. Henricus Navarræus nobili victoriâ ad Andreæ Fanum reportatâ (*Yvriaca* dici ſolet,) Lutetiam obſidione cingit; quam, adventante Duce Parmenſi, ſolvit. Haud multò poſt *Catholicam* Religionem in D. Dionyſij Templo profitetur; dùm mortuo Cardinali Borbonio, Lutetiæ de novo creando Rege Pſeudo-Comitia celebrantur. Henricus Autrici *Carnutum* Februarij viceſimo ſeptimo, ſacro oleo è Turonenſi Majori Monaſterio perungitur, quia Durocottorum in Hoſtium poteſtate erat; miſſo ad Pontif. Max. Nivernenſi Duce, veniam impetraturo. Inde Martij viceſimo ſecundo, *Lutetiam* cum armato Milite clam à Briſſaco intromittitur. Protinùs Meldæ, Avaricum, Aureliæ, Lugdudum, cæteræque paſſim vrbes Regi jam Catholico accedunt. Laudunum & Cameracum Galli occupant. Cameracum, pulſo Balagnio, Hiſpani recuperant. Pontif. Max. Clemens VIII. à Iacobo Perronio exoratus, Regem abſolvit. Pax Francos inter & Hiſpanos, autore eodem Pontif. Max. apud Vervinos conſtituta. Sabaudiâ à Rege ſubactâ, Pax eâ conditione Duci data; vt pro Saluſiæ Tractu, quem per Civiles Galliæ motus occupaverat, Sebuſianorum Ciſalpinæ Provinciæ Ditionem rependeret. Henricus *Mariam Medicæam* Franciſci Medicæi Etruriæ Ducis Filiam, vxorem Lugduni recipit. Ex ea numeroſâ prole vtriuſque ſexus potitus, dum vbiquè triumphans; tremendo belli apparatu Reginæ coronationi incumbit; in ipſo Lutetiæ meditullio, per Ravaillacum Ingoliſmenſem, horrendo parricidio trucidatur.

Carolus X.

Henricus Catholicam Fidem profitetur.

Carnuti inauguratur, an. 1594.

Abſolvitur, an. 1595.

Pax Vervinienſis, an 1598.

Mariæ Medicææ nubit, an. 1600.

Trucidatur, an. 1610.

Ludovicus XIII.

Attonitis Aulâ, Lutetiâ, Galliâ, Europâ vniversâ, LVDOVICVS XIII. ad Regium ſolium ſubvehitur, ſub Mariæ Mediceæ Matris tutelâ. Acturùm Re-

mis inuncto, Principum deinceps & Hæreticorum factiones prudentiâ & pecuniâ redemptæ. Brevi poſt mutuo connubio Ludovicus Sororem dat Regi Hiſpano Philippo III. vxorem viciſſim accipit ANNAM AVSTRIACAM. Hinc annis, virrute, fortunâ auctus, præcipuoque rerum agendarum Miniſtro Cardinali Eminentiſſimo RICHELIO, Rupellam annuali obſidione terrâ marique expugnat: Hæreſim, vetus malum, toro Regno profligar; expugnatis vrbibus & oppidis non minùs trecentis: Italicæ ſimul & Germanicæ Libertatis vindex, de Hiſpanis nunquamnon triumphat. Tandemque in San-Germani Lupara, haud minori pietatis ſenſu quàm terrenorum faſtidio & contempru, optimam vitam ſanctiſſimâ morte abſolvit.

Vxor illi Anna Auſtriaca.

Rupella expugnata, an. 1628.

Moritur, an. 1643.

Paterni ſceptri hæres LVDOVICVS XIV. Rex LXIV. Adeodatus, poſt viginti annorum vota, ſpes totius Galliæ & deliciæ; nondum plenè quinquennis Luretiam ingreſſus, frequenti Senatu Rex ſaluratur. Frater illi vnicus; *Philippus* Dux Andegavenſis, indole & ingenio longè vltra communem ſortem. Regni *auſpicia*, *victoria* ad Rocroyum, Thionvilla capta: mox aliæ deinceps cis & trans Rhenum continuæ, operâ præſertim Condæi Principum ſtrenuiſſimi. Aſt, quod in Regum minoritate nimis ſuetum, excitâ præſertim Lutetiæ per malas artes *rebellione*, ea deinde vidimus & exhorruimus; quibus memorandis parco, nè infandus dolor ad noſtræ Gentis verecundiam & dedecus renovetur. Poſt tres circiter annos turbulentiſſimi temporis, non ſine numine Divûm, Rex Lutetiæ redditus, Lutetia Regi reddita. Factionis præcipui aut à DEO, aut à Rege emendati. Cunctis poſtremò pacatis, incredibili Reginæ conſtanriâ: ſimulque *Mazarini* Cardinalis induſtriâ, prudentiâ, fortunâque ad ſtuporem ſingulari; Rex Remis, cupientibus & plaudentibus cunctis, inauguratur. Cæleſtis olei veluti primitiæ à DEO, Eſtenæum vrbs munitiſſima expugnata. Et momento (quod pro miraculo habuit tota Europa) Attrebatum ab Hiſpanienſi obſidione inexpugnabili, vt credebatur, entheâ Gallorum audaciâ, rarâque Regis Adeodati fortunâ ac felicitate, ipsâ die S. Ludovico ſacrâ liberatur.

Ludovicus XIV. natus, an 1638. 5. Septembr.

Initia Regni victorijs fauſta.

Tumultus Lutetiani.

Lutetiam ingreditus, an.

Inauguratus, an. 1554. die Iuny 7.

PROSPECTVM quem huc vſque dedimus in rebus tum Eccleſiaſticis, tum Politicis coronabit ſexta & vltima Hiſtoriæ Generalis diviſio.

Nexus & commiſſura.

HISTORIA MISCELLANEA.

TITVLVS LX. *Viri, & Res illuſtriores ab Orbe condito.*

VLTIMA hæc Claſſis Hiſtorica colligit partim ſeculari litteraturâ Viros inſignes, partim quæ incerto hinc inde titulo occurrunt illuſtriora. Ac ea quidem quæ ex Sacris-Paginis habentur certiſſima, ſuo ſuperiùs Digeſto pleraque referuntur. Multa quoque exotica proprijs laterculis reponuntur, nonnulla etiam fortè comperies hoc loco repetita non inutiliter; vt ſit pro coronide, quædam velut totius Hiſtoriæ-Chronologicæ SYNOPSIS.

INITIVM itaque ducendum à primis Humani Generis Parentibus. Adamus à DEO ipſo eruditus, Filium ſuum Religionis cultu & Diſciplinarum omnium ſcientiâ imbuit. Has ille poſteris tradit, geminis inſculptas columnis; lateritiæ vni, alteri lapideæ vel æneæ. Poſt Diluvium, eſus carnis permiſſus à DEO. Servitus inducta ex Chami maledictione. Nembrotus Chami nepos, robuſtus venator, id eſt bellator; auſu pluſquam temerario, autor Turris ædificandæ; idem qui Bel, Baal, Beelphegor, Beelzebut. Turri ventorum vi dirutâ, confuſiſque Linguis ſeptuaginta duabus, totidem Gentes toto paulatim Orbe diſperguntur. In campis Sennaar vbi Turris fuit, condita à Nemroto Babylon ad Euphratem. Hîcque cœpit cum prima Epocha, prima quoque Orbis totius *Monarchia*; quæ eam ob rem, Aſſyria, ſeu Chaldæa nuncupata eſt. Sub eo Bellum, fortè Atlanticum, primò geſtum. Babylonem Semiramis, Nini Mater, auxit magnificentiâ incredibili. Ninivem ad Tygrim condit Ninus: Treviras Trebata Nini Filius, à Semiramide ejectus. Primus in Orbe Phoronæus *Leges* tulit. Zoroaſter Rex Bactrianorum, *Magiæ* Princeps.

Artes & Diſciplinæ.
Geneſ. 10.
Turris Babel, *an.* 1931.
Prima Monarchia Babyloniorum.
Primum bellum, *an.* 1563.
Ninive.
Semiramis.
Primus Legiſlator Zoroaſtes.

Paſtores Ægypto pulſi, veterem Ieruſalém condunt. Memnon *litterarum* nomen, & vſum Ægyptios docuit. Ejus ſtatua radiorum ſolis attactu vocalis memoratur. Diluvium Ogygis in Achaia, Plagæ Ægyptiacæ, Phaëtontis deflagratio. Corinthus, ante Ephira: itidem Lacædemon ſeu Sparta, conditæ aut reparatæ. Iobi patientia, Moſis nativitas, diluvium Deucalionis. Conflagratione Montis Idæ, ferrum inventum. Ignis è cilice excutiendi modum reperit Europes, Cilicis Ciciliæ Regis Filius. Phæmonoë prima heroïcis verſibus vaticinatur. Bacchi in Indiam expeditio. *Ianus* Regnat in Italia, Virgines igni perpetuo ſervando dicat, *Veſtales*-que ex nomine vxoris appellat. Mercurius Triſmegiſtus vivit. Hercules Ludos Olympicos inſtituit, Iphitus reſtituit vocatque Iſthmicos; à quibus numerantur *Olympiades*, & anni Iphiti. Roma fundatur à Romulo, Argonautæ ad vellus aureum navigant. Heraclidæ Lydorum Regnum tenent. Amazones in Attica, belligeræ. Tyrus condita. Sybillæ Chaldæa, Erythræa, Cumæa, Phrygia, &c.

Hieroſolyma, *an.* 2150.
Memnon.
Diluvium Ogyges, *an.* 2258.
Iob, *an.* 2398.
Moſes, *an.* 2464.
Deucalion, *an.* 2530.
Ferrum, *an.* 2543
Ignis è cilice.
Primi verſus Heroïci.
Bacchus.
Ianus.
Mercurius Triſmegiſtus.
Iſthmia, *an.* 2606.
Olympiades, *an.* 2889.
Roma.
Argonautæ.
Heraclidæ.
Amazones.
Tyrus.

SVNT qui credant *Ionam* in Ninive concionatum ſub Sardanapalo, quem à conjuratis quæſitum ad necem, aiunt ſe cum gazis & pellicibus in rogum conjeciſſe, vnde tota vrbs conflagravit. At caſus ille minùs concordat cum Ninivitarum pœnitentia. Prima Triremis mare ſulcat. Romæ annus primus cœpit à Palilibus, feſto paſtorali Pali Deæ Vrbis Patronæ, vndecimo Kalend. Maij: ſeù probabiliùs, Aprilis viceſimo primo. *Nabonaſſari* æra. Defectiones Solis duæ, quo die conceptus Romulus & Vrbs fundata, Petavio exploduntur; qui veram circa Romuli necem admittit, quam & Tales prædixerat. Athenis aram incerto DEO ſtruit Epimenides, vbi Solis lachrymis litatum refert Statius in Thebaïde. Ludi Seculares primò Romæ exhibiti. Arietes & Machinæ obſidionales, Artemonis Clazomenij inventum. Fame vrgente, multi

Ionas ſub Sardanapalo.
Triremis.
Primus annus Romanus, *an.* 3300
Nabonaſſarus, *an.* 3220.

HISTORIA
Eclipſis, an. 3310.
Ara ignoto Deo, an. 3373.
Ludi ſeculares.
Machinæ Militares.
Fames.
Curtius ſe devovet.
Templi Epheſini conflagratio, an. 3618.
Mauſoleum.
Eclipſis, an. 3639.
Calippus, an. 3640.
Demoſthenes moritur.

ſe in Tyberim præcipitanr. Curtius Romæ ſe pro Parria devovet. Oblaro incendio Dianæ Templum conflagrat, quo die natus Alexander. Artemiſia epotis Mariti Mauſoli cineribus, ſuperbûm nihilominùs Mauſoleum illius memoriæ & honori exrruit. Victoriam Alexandri ad Arbellam, ſignat Eclipſis.

Annuli
Sacerdotia.
Tonſores.
Primum Horologium, an. 3677.
Bibliotheca.
LXXII. Interpreles, an. 3775.
Eratoſthenes Beta.
Numi.
Primus Romæ Medicus.
Viæ ſtratæ.
Libri Sybillini.
Lex pro Advocatis.
Ius Civile, an. 3797.
Æs Corinthium

PERIODVS *Calliſtica* incipit. Demoſthenes voluntario veneno finit, Antipatri, ſuorumque Civium invidiæ pertæſus. Annulorum vſus Romæ, permiſſa Plebi Sacerdotia: admiſſi Tonſores ex Sicilia, primumque Solare Horologium ad Ædes Quirini delineatum. Ptolemæus Philadelphus *Bibliothecam* congregat, in qua ſeptingenta millia voluminum: ejuſque juſſu LXXII. Interpretes Sacra Biblia ex Hebræo in Græcum converterunr. Eratoſthenes *Beta* cognominatus, eoquod in vnaquaque diſciplina ſecundas obtineret. Numi ex argento, dein ex auro Romæ primùm cuſi; nomen illis vel à Numa, vel à numerando, vel ἀπὸ τῦ νόμυ. Primus in vrbe *Medicus* Archagalus, ex Peloponneſō. Viæ ſilice ſtratæ, Libri Sybillini clauſi, & vetiti. Lex lata de munere, ob cauſam à Patronis non acceptando. *Ius* Civile & Pontificium concinnat Mutius Scævola. Corintho deflagrante, conflatum Æs Corinthiacum. Colonia Aquæ-Sextiæ condita.

Erudit.
Muſæus, Linus.
Homerus, annos natus 104. moritur, an. 3143.
L. 1. c.
Vide Corpus Poëtarum Græcorum.

Muſæus & Linus, Apollinis Filij, Præceptores Orphei. Ab illis Poëtica rudis, & nonniſi adumbrata. HOMERVS canit in Iliade Trojæ excidium, in Odyſſæa Vlyſſis fata; verâ an fictâ narratione, meritò dubitatur. Hunc, ex nomine, cœcum; *omnibus eloquentiæ partibus ortum & exemplum dediſſe*, ſcribit Quintilianus: Ab eo igitur non aliter quàm rivi ob Oceano, fluxit tota prophanæ Eruditionis plenitudo. Exinde Heſiodus mediocris & lenis, Antimachus gravis & validus, Panyaſis vtriuſque mixturâ gratus. Aratus Sydera delineans, cupreſſum pingit; ſine motu, & varietate. Theocritus, totus Paſtoralis eſt. Theognis, Moralis. Callimachus in Elegijs primus, ſecundus Philetas. Pindarus, in Lyricis inimitabilis; aſſurgit tamen aliquando. Anacreon, quem acino vvæ paſlæ ſtrangulatum ſcribit Plinius. Steſiochorus, copioſus & exundans. Alcæus dives, ſed ſalax. Simonides tenuis, & ſuavis. Ariſtophanes totam occupat Comœdiam, cujus ſcenam propè ſola retinet gratia illa Attica. In Tragœdia, Æſchylus grandiori incedit cothurno. Euripides & Sophocles priori longè ſuperiores, ſibi pares ſublimitate dictionis & ſententiarum denſitate. Menandri mira vbertas, & decentia. Inter quoque fœminas Teleſilla & Sapho Poëtriæ, viris concurrere non reformidant.

Sapientes & Philoſophi, ab an. 3474.

Anacharſis, quamvis Scyta, philoſophatur. Septem Σοφοὶ, Græciam ornant. Numerum augent Pherecides, Pythagoras, Anaximander, Empedocles, Xenophanes, Anaxagoras, Meliſſus, Parmenides, Heraclitus, Democritus, Diogenes Cynicus, Hipocrates Cous Medicinæ pareus, Meto Aſtronomiæ. Socrates genio familiari, & morte ob deſpectas Numinum catervas conſtantiſſimâ celebris. Plato, cognomento divinus. Hujus diſcipulus Ariſtoteles Stagyrites, Alexandri M. Præceptor: Philoſophiæ aut Magiſter, aut Tyrannus. Subinde Speuſippus, Zeno Stoïcus, Xenocrates Academicus, Chryſippus, Epicurus: Theophraſtus, cui nomen à divina loquendi facultate. Et ſi quos alios nominat Diogenes Laërtius, in ſuo de Vitis Philoſophorum Cathalogo lectu digniſſimo.

Oratores, ab an. 3672.

Nec defuerunt per *eadem* tempora, ORATORES eximij. Demoſthenes, & Æſchines perpetuo æmuli; illi nihil demi poteſt, iſti nihil addi. Hyperidis ſuavitas & acumen, minoribus cauſis ſufficiens. Lyſias puro fonti, quàm magno flumini propior. Iſocrates palæſtræ aptior, quàm pugnæ; in compoſitione adeò diligens, vt cura ejus reprehendatur. Demetrius Phalereus in medio genere dicendi, vltimus fermè ex Atticis qui dici poſſit Orator. Iam ex *Hiſtoricis*, dulcis, candidus & effuſus Thucydides. Denſus & brevis, & ſemper ſui ſimilis Theopompus, magis accedit ad Oratorem. Xenophon, non obſtante præclarâ illâ ſuâ Cyropædiâ, meliùs Philoſophis accenſetur. Iiſdem propemodum ſeculis *Mathematicas* excoluerunt Calippus, Euclides, Archimedes; Fabulas Æſopus. Picturam ac Statuariam Zeuxis, Protogenes, Praxiteles, & alij.

Hiſtorici.

Aliæ Artes, & Diſciplinæ.

Reges.

Reges famoſi, Iuppiter, Cecrops, Cadmus, Minos, Midas, Mauſolus, Pria-

mus, Philippus, & ceteri. Infames *Tyranni*, Phalaris Agrigenti, Creon Thebis, Polycrates in Samo: Agathocles, & vterque Dionyſius Syracuſis: Buſiris in Ægypto, Hieronymus in Sicilia, Piſiſtratus Athenis, Periander Corinthi, Nicocles inter Sicyonios.

MISCELLANEA. Tyranni.

AD LATINOS tranſeuntes è Græcia Diſciplinas exceperunt, Ennius *Poëta*; qui tametſi rudis adhuc Minervæ, venerationem tamen conſecutus eſt qualem in religioſis lucis grandia & antiqua robora. Nævius Fabulator, Accius & Pacuvius, Tragædi: Plautus, Comicus; Terentius, quamvis Afer, Latiniſſimus, Scipionis Africani Libertus, ſi non Herus ipſemet. Lucilius difficilis, Cornelius Gallus verſificator potiùs quàm Poëta. Lucretius ἄθεος, Naturæ fatis & ſtylo antiquario nimiùm addictus. Catullus venuſtus, & venereus. Horatius, Lyricorum Princeps. Plotius Gallus, primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit.

Vide Corpus Poëtarum Latinorum.

Rhetorica Romæ, an. 3897.

Poſtrioribus tandem temporibus & ingenijs extitere Marcus Varro, Romanorum eruditiſſimus, qui quadringenta Volumina ſcripſiſſe perhibetur. *Cicero* eloquentiſſimus, Virgilius imitator Homeri incomparabilis. Quibus ſuppares Tibullus, terſus & elegans: huic æqualis aut ſuperior Propertius, purus vtiquè & emendatus. Vtroque facilior, & laſcivior Ovidius; ſicut durior Gallus, & Perſius obſcurior. In Hiſtoria, *Criſpo Saluſtio* nihil caſtigatius: ſed ipſa ſtyli brevitate & velocitate tenebricoſior, nec eum digna genio materia adjuvit.

IAM procedenti æra CHRISTI, Rebus inſignioribus clariſque Viris ornatiùs recenſendis poteſt inſervire quæ ſequitur ſeries.

ÆTAS CHRISTIANA.

TITVLVS LXI *Res raræ, & Viri illuſtres à Chriſto nato.*

CHRISTVS qui heri, hodiè & in ſecula, hanc gratiæ æram felici omine incipit: natus ſub Auguſto, mortuus ſub Tyberio. Octavius Auguſtus obit. Ruina Amphitheatri, quinquaginta Romanorum millia elidit. Iani Templum clauditur. Iuſſu Tyberij Sejanus occiditur, Virgines ſtrangulari nefas, ideò Sejani filia ſtuprata à Carnifice. Nero ſævit, vultu Petri & Pauli quos mactaverat, exterritus. Pilatus Viennam ad Rhodanum relegatur. Phœnix Romæ viſus, magnitudine Aquilæ. Sol triplex conſpectus in aëre. Andromachus, Neronis Ἀρχιατρὸς, Theriacæ inventor. Crinæ medici itidem & Aſtrologi divitiæ tantæ, vt Maſſiliam Patriam ſuam muro cinxerit. Evax Rex Arabum, de Medicina ſcribit ad Neronem. In aëre varia portenta. Ieruſalem expugnata à Veſpaſianis. *Eruditis* annonam è fiſco ſolvi jubet Veſpaſianus. Euphrati Stoïco ſenectutis pertæſo, cicutæ hauſtu vitam finire Imperator permittit. Annos per Agones Capitolinos, inſtar Olympiadum, numerari jubet Domitianus. Tres Conſules Ordinarios, Suffectos, Honorarios diſtinguere juvat ad hiſtoriam. Terræ motu tres in Laodicæa vrbes, tredecim in Aſia, & Coloſſus corruunt.

SECVL. CHRISTI I. Ruina Amphiteatri. Templum Iani. Sejanus. Phœnix. Sol triplex. Theriaca Medicus opulentiſſimus. Ieruſalem exciſa, an. 70. Annona Eruditis. Terræ motus.

SENECA vterque floret. Pater eloquentiâ & memoriâ celebris, Filius Stoicâ Morali, & ſententiarum denſitate tantum non Chriſtianus. Iſne ipſe an alter Tragœdiarum autor exiſtat, incertum. Plinius ſenior, Naturæ ſcriba; dùm Veſuvium ſcrutari tentat, ejus flammis extinguitur. M. Fab. *Quintilianus* Oratoriarum Inſtitutionum Libris duodecim, Artis Rhetorices quam viginti annos docuit in Gymnaſio, exercuit in Foro, ideam tradit numeris omnibus abſolutam. Præceptorem egit Cæſaris filij Domitiani. Sub eo Imperatore Sulpitia Romana, Satyrâ Reipublicæ ruinas & caſus deflet. Hoc ſeculo Strabo Geographiam, Appion Grammaticam, Celſus & Andromachus Medicinam excolunt. Plutarchus vtroque idiomate, Philoſophiâ & Hiſtoriâ pollens, Veſpaſiani eruditor. Poëſim partim ornant, partim commaculant; Statius grandi ſtylo, ſorte licet apud Neapolitanos ſervili & abjectâ. Silvius Italicus Bellorum Punicorum, Lucanus Pharſalici relatu; Iuvenalis Satyrâ, Martialis Epigrammate, Petronius laſciviâ noti. Valerius Maximus novem Libris, dicta & facta Memorabilia Tyberio dedicat. Feneſtella Romanos Magiſtratus depingit. Vel-

Eruditi. Senecæ. Plinius. Quintilianus. Sulpitia. Strabo. Appion. Celſus, & Andromachus. Plutarchus. Statius. Silius. Lucanus. Iuvenalis. Martialis. Petronius. Valerius Maximus.

HISTORIA
Feneſtella.
Paterculus
Halicarnaſſeus.
Ioſephus Iudæus.
Titus Livius.
Q. Curtius.
Tacitus, an. 103.
Solinus.
Florus.
Apollonius Thianæus.

lejus Paterculus Hiſtoriam Romanam ad vſque Tyberium gemino volumine complectitur. Dionyſius Halicarnaſſeus illam ab excidio Trojæ, vndecim Libris repetit. Flavius Ioſephus, ex genere ſacerdotali, Antiquitatum Iudaïcarum ſcriptor ſtatuâ aureâ Romæ donatur. Titus Livius fata Romanorum, ſtylo æquaſſe creditur. Ac licet Patavinitatem Latinorum Hiſtoricorum Principi, objiciat neſcio quis; reverâ tamen illo in dictione nihil nitidius, in judicio nihil maturius, in orationibus & concionibus nihil eloquentius. Totum caſtigatiſſimi Scriptoris Opus diſtribuunt Decades tres cum dimidia, quibus deeſt initium; quod, ſicut & de fine, pleriſque antiquis Autoribus accidit. Eam ob cauſam acephali ſunt. Q. Curtij de Geſtis Alexandri Libri ſtylo vbiquè florido, ſed in deſcriptionibus & Concionibus eximio. Cornelius Tacitus nulli tacendus Hiſtoriæ, reliquos ſtyli brevitate & ſententiarum pondere antecellit. Solinus & Florus Hiſtorici. Apollonius Thyanæus præſtigijs (vigente tunc Magiâ) & aſſimulatis miraculis divinos honores aſſequitur.

SECVL. CHRISTI II.
Rara.
Legio fulminatrix, an. 176.
Calamitates.
Ælianopolis, an. 137.
Rara Ecclesiaſtica.
Talmud evulgatum, an. 188.
Eruditi.
Dio Chryſoſtomus.
Favorinus.
Plinius Iunior.
Aulius Gellius.
Apulejus.
Pollux.
Sextus Empiricus.
Celſus.
Maximus Tyrius
Diogenes Laërtius
Epictetus.
Arrianus.
Ptolemæus Ægyptius.
Galenus.
Suetonius.
Florus, & Iuſtinus.
Appianus.
Phlegon.
Solinus & Ælianus.
Aphtonius.
Hermogenes.
Pauſanias.
Lucianus, an. 253.
Athenæus.

TRAIANI Pons ſuper Danubio, deſcribitur à Dione. Ejuſdem Romæ viſenda & Bibliotheca, & Columna. Vaſa ænea admixtis quinque Virginum cineribus, publico balneo conſecrat: ſed quotquot lavatum ibant, caligine & vertigine corripiebantur. Sub Aurelio contra Marcomannos Legio Chriſtianorum *Fulminatrix*, pluviam è cœlo, victoriam in hoſtes obtinet. Romæ pars magna igne & peſte, Lugdunum tota incendio abſumitur. Terræ motu Nicomedia tota, Niceæ maxima pars: Neapolis, & Cæſarea evertuntur. Deletis Iudæis vbiquè, præcipuè in Hiſpania, Hieroſolymam reparat Hadrianus, ex ſuoque nomine *Ælianopolim* vocat. Antiochia terræ motu concutitur. Severus Biſantium expugnat. Talmud diſciplinam Iudaicam præſcribens, abſolvitur.

Dio Pruſæus, Chryſoſtomi nomen, aureâ dicendi facultate ſibi comparavit. Ejus diſcipulus Favorinus Arelatenſis Philoſophus, Imperatori Adriano admodùm inviſus. Plinius Iunior Magni nepos, eloquentiâ, conſulatu, & in Chriſtianos mititate clarus. Aulus Gellius Grammaticus ſua eruditiſſima Adverſaria *noctes Atticas* vocat, glorioſo nocturnæ Lucubrationis argumento. Apulejus Madaurenſis Platonicus, ſtylo Africano, fabulis & magiâ notus. Iulius Pollux Græcum Vocabularium decem Libris, pluraque declamatoria edidit. Sextus Empiricus, Plutarchi nepos, Scepticis & Pyrrhonijs favens, Diſciplinas omnes elevat. Celſus itidem Epicureus, ſtylo in Chriſtianos debacchatur, ab Origene poſt modum redarguendus. Maximus Tyrius inſignis Declamator, Aurelij Imperatoris Præceptor. Diogenes Laërtius, Vitas Philoſopborum colligit. Epictetus vitâ Stoïcâ & ſcriptis Senecæ ſuperior, ab Arriano colligitur. Ptolemæus Ægyptius, Aſtronomorum Princeps evadit. Galenus alter Medicinæ Parens, fuſo & polito ſtylo ſuam Spartam exornat. Suetonius Auguſtæ à ſecretis, duodecim Cæſarum vitas acri ſtylo perſtringit. Iuſtinus, Hiſtoriæ abbreviator. Appianus Alexandrinus Sophiſta, Romanorum bella extendit. Phlegon, Chronologiam nectit. Solinus & Ælianus, Naturales Hiſtorias perſcrutantur. Aphtonius Rhetor, Progymnaſmata apparat. Hermogenis Rhetoricæ Liminaria, Pauſanias Annales Lacedæmonum exequitur ſub Severo & Antonino. Lucianus Samoſathenus Apoſtata, Atheus, Chriſtianorum irriſor, à canibus laceratus. Athenæus Grammaticus, Dipnoſophiſtarum Libros quindecim variâ eruditione complet, ab Hermolao Bizantino in Epitomen redactos.

SECVL. CHRISTI III.
Corona.
Milleſimus Romæ, an. 248.

AVRELIAM ad Ligerim condit Aurelianus, qui & primus è Romanis Imperatoribus *Coronam* capiti imponit. Emmaus in Paleſtina, nova Neapolis, inſtauratur. *Milleſimus* Romæ vrbis annus celebratur. Alexander Severus, tandem in Chriſtianos indulgentior, Abrahamum, CHRISTVM, Or-

pheum, Apollonium Thianæum in ſuo Lario æquè coluit. Iudæi Paleſtinam poſtliminiò habitare permittuntur. Caracalla Fratrem Getam, & Imperij conſortem, in ipſo ſinu Matris jugulat. Heliogabalus, ſeu Elagabalus, Gynæcæum inſtituit Mulieribus juri reddendo. Gothi ad vſque tributum Romanorum victores (quod ab Vrbe condita inauditum) tandem victi. Marcomanni & Alemanni iterùm debellati. *Ruſtici* in Gallia tumultuantur. Diocletianus jubet ſe inſtar Numinis adorari. Illius Æra incipit, quæ etiam *Martyrum* dicta eſt, quâ & vtuntur Alexandrini. Lues toto Orbe graſſatur, quanta nunquam audita; qui contactis opem ferebant inter Chriſticolas, *Martyribus* acceſiti.

Rabbini plures hâc ætate Scriptores. Domitius Vlpianus Legum apex, Chriſtianorum oſor, perit in ſeditione militari. Illi in Iure non inferior Papinianus, juſſu Caracallæ ſecuri percuſſus; quod noluiſſet ejus fratricidium in Senatu excuſare. Plotinus Ammonij auditor per totos duodecim annos, Platonis Theoremata ad apicem ſubtilitatis evexit. Diſcipulos habuit Amelium & Porphyrium Tyrium; aliàs Baſilium ſeu Malchum, Chriſtianorum deſertorem & ſycophantam. Philoſtratus Lemnius, Philoſophus, Iuliæ Auguſtæ Severi conjugi à ſecretis; vitas Sophiſtarum, Apollonij Thianæi, & Imagines depinxit. Cenſorini de Natali die, Liber ſingularis. Oppianus Cilix, Halieutica, aliaque pangit ad verſuum viginti millia. Nemeſianus, itidem Poëta. Philemon & Nicoſtratus, Sophiſtæ. Velut ex Equo Trojano prodeuntes Dio Caſſius, Volcatius, Herodianus, Iulius Capitolinus, Trebellius Pollio, Lampridius, Spartanus, & Flavius Vopiſcus, Romanam Hiſtoriam continuant.

MISCELLANEA. Severi Lararium. Fratricidium enorme. Heliogabalus, *an.* 221. Gothi. Æra Diocletiani, *an.* 284. Peſtiferis opitulantes, Martyres reputati. *Eruditi.* Rabbini. Vlpianus. Papinianus. Plotinus. Amelius. Porphyrius. Philoſtratus. Cenſorinus. Oppianus. Nemeſianus. Philemon & Nicoſtratus. Octo Hiſtorici.

LVDIS Olympicis ſubrogata *Indictio* quindecim annorum, & ea triplex. Conſtantinopolitana, à Kalendis Septemb. Cæſarea, ab VIII. Kalendar. Octobr. Romana ſeu Pontificia, à Kalend. Ianvarij. Anni ſub Conſtantino notati non ampliùs per Conſulatus, ſed poſt Conſulatum. Conſtantinopolis *Deiparæ* Virgini dedicatur; Neo-Cæſarea ſubverſa, ſolo ſuperſtite Templo, & Plebe illic cum Epiſcopo incluſâ. *Breviarium* meliori ordine aptat Damaſus Pontif. Max. Libri *Sybillini* cremati. Sub Honorio Imperatore, jam à Prophanis eorum lectio prohibita; quia illis vtebantur Chriſtiani, ad Gentilium errores confutandos. Primum Romæ Noſocomium erectum à Fabiola. Armorica Britannia Minor dicta, ex eo quod pulſis Armoricis Britannos in eam miſerit Maximus Tyrannus.

Iamblicus Syrus, Porphyrij Diſcipulus, Platonicis ſpeculationibus magiam inſeruit. Themiſtius eloquentiâ Euphrades, Philoſophiâ Ariſtotelis Scholiaſtes, dignitate Præfectus Conſtantinopoleos, Religione Chriſtianus. Prohæreſius Sophiſta anno ætatis octuageſimo quinto, ſtudio Litterarum Chriſtianis interdicto abs Iuliano, tametſi eum nominatim excepiſſet Imperator, ſcholâ ceſſit. Libanius, Maximus, Nazarius, & Victorinus declamant. Symmachus Orator, & Romæ Prætor. Macrobius Senator, Saturnalium autor, & Somni Scipionis Interpres. Claudianus Poëta Laureatus, Chriſtianus-ne fuerit, *ſub Iudice lis eſt.* Ammianus Marcellinus, Aurelius Victor, Zozimus, Eunapius; Hiſtorici, Chriſtianæ Fidei Hoſtes infenſiſſimi.

SECVL. CHRISTI IV. *Rara.* Indictionum Origo, *an.* 312. Breviarium. Terræ motus. Anni Conſulares. Noſocomium. Minor Britannia, *an.* 383. *Eruditi.* Iamblicus. Themiſtius. Prohæreſius. Libanius. Maximus. Nazarius. Victorinus. Symmachus. Macrobius. Claudianus. Hiſtorici quatuor.

IMPERIVM Orientis erectum à CONSTANTINO, ab ejus filijs trifariàm dividitur. Barbaris Italiam variè impetentibus, *Venetiæ* in paludibus maris Adriatici à fugientibus fundantur inſtar aſyli. Litterarum Profeſſoribus immunitates conceſſæ, ſublati Gladiatores: Ethnici *Pagani* dicti, quia in pagos relegati; meliùs quia militare vetiti, non militantes autem Paganos, Milites vocitabant. Columna pendens in cælo viſa, & Crux in Militum paludamentis: inde & aureis numis Arcadij inſculpta, vt jam ante in Labaris & vexillis. Bononiæ

SECVL. CHRISTI V. *Rara.* Imperium Orientis. Venetiæ. Literariæ immunitates. Pagani. Portenta. Crux.

HISTORIA Academia Bononienſis, *an.* 412. Iudæi ſubmerſi. Terræ motus. Rivus ſanguinis. Maſoretarum puncta, *an.* 478. Rara Eccleſiaſtica. *Eruditi.* Eudoxia, & Hypatia Mathematici. Simplicius. Ioan. Grammaticus. Donatus. Auſonius.

inſtituta abs Theodoſio Academia floret. Iudæi duce Dæmone, ſub Moſis larva, vel aliquo impoſtore, mari quod ſicco veſtigio tranſire ſperant, abſorpti. Terræ-motus per quattuor menſes Conſtantinopoli, deſijt ſublato divinitùs in aërem puero, ſuadente vt in Litanijs decantaretur; *Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & Immortalis, miſerere nobis.* Tholoſæ fluit rivus ſanguineus. Puncta vocalia Hebraïcis characteribus ſuperaddita. Pœnitentia publica, Vigiliæ & Agapæ ſublatæ. Panis benedicti vſus, & alleluya paſſim decantatum. Martyres avulsâ à Wandalis linguâ, loquutos vidiſſe ſe refert Gazæus.

Eudoxia & Hypatia, Eruditæ. Ac illius quidem Auguſtæ celebrantur ſuper Evangelijs Ομηρόσεντον. Demetrius, Philo, Theon, & alij inſignes Mathematici: Proclus omnium præſtantiſſimus, novvs Archimedes claſſem exurit. Simplicius Philoſophus, Ioannes Grammaticus. Servius, pleno ad Virgilium commentario celebris. Donatus Grammaticæ autor, Terentij ac Virgilij commentator, D. Hieronymi Præceptor inſignis. Auſonius Burdegalenſis, Poëta-Conſul, & Gratiani Imperatoris Præceptor.

SECVL. CHRISTI VI. *Rara.* Collectio Iuris. Reges & Duces ſtrenui. Peſtis. Litaniæ majores. *Sera.* Mahumetes moritur, *an.* 630. Boëtius truncatus, *an.* 526. *Eruditi* Marcellinus. Hero. Heliodorus. Simplicius. Damaſcius.

SVB Iuſtiniano, quem Suidas Abecedarium comminiſcitur, compilatio Iuris facta eſt, à ſelectis Decem-viris, præcipuo inter eos Treboniano. Attila, Totila, Odoacer, Theodoricus: Gelimer, Pharamundus, Merovæus, Clodovæus: Beliſarius, Narſes, belli fulmina. Peſtis ab Ægypto, totum Orbem annis quinquaginta peragratur. Inde *Litaniæ majores* ſub Gregorio M. qui Tabellam Virginis à S. Luca depictam, per vrbem circumferens, die ſacro Paſchatis Angelum audijt cantantem, *Regina Cœli lætare, &c.* viditque enſem vaginâ recondentem. Ab eodem Pontifice Max. *Cantus Gregorianus*, Stationes, Crucis adoratio in Paraſceve, & ſimilia. Monachi vermes *bombycinos* ex India Conſtantinopolim deferunt. Mahumetes naſcitur in Arabia Patre Ethnico, Matre Iudæâ. Ab illius fuga occipit apud Turcas Heigyra. Symmachus & Boëtius à Theodorico occiſi. Iuſtinopolis condita.

Marcellinus Comes, Hiſtoricus floret. Hero Mechanicus, Heliodorus Opticus. Decem Iuris peritiſſimi. Simplicius, & Damaſcius Philoſophi. Flavius Vegetius quinque Libros de Militia, dedicat Valentiniano.

SECVL. CHRISTI VII. *Rara.* Chriſtus in Oliveto. Cathenæ S. Petri. Martyria. Rogationes. Beneficia. Miſſæ privatæ. Venetus Dux primus. Saraceni Crucis exaltatio. Pater Pauperum. *Eruditi.* Priſcianus, Merlinus. Evagrius. Dei Servus. Ignis Græcus. Scholæ in Anglia

CHRISTVS apparet in monte Oliveti. Cathenæ S. Petri miſſæ Conſtantinopolim. Iusjurandum ad Martyria, *Rogationes* reſtitutæ. Salutationi Angelicæ additum, *Sancta Maria mater Dei*, &c. Salarium Cleri tranſit in *Beneficia*, ſub Symmacho P. M. EVCHARISTIA in medio altari aſſervata. Miſſæ in privatis domibus celebratæ. Quadrageſima S. Martini, & jejunium Aduentûs. Veneti primum Ducem eligunt Paulum Lucium. Saraceni, quibus à Sara nomen & genus, totâ Africâ, Ægypto, Meſopotamiâ, Perſide, Cypro potiuntur. Panthei dedicatio, *feſtum Omnium Sanctorum*; geſtata in ὑπαπαντῇ cerea benedicta. Vſus Campanarum, & organorum. Crux à Perſis per Heraclium recuperata, & exaltata. Cancellarius Dagoberti Gontebrardus Meterſis Epiſcopus, *pater Pauperum* nuncupatur.

Priſcianus Grammaticus, Merlinus Vates, Evagrius Hiſtoricus. Secundus, ob pietatem DEI ſervus nuncupatus, Geſta Longobardorum proſequitur. Ignis Græcus à Gallino inventus. Maïdulphus Scotus, Latinas & Græcas ſcholas primus in Anglia aperit.

SECVL. CHRISTI VIII. *Rara.* Carolidæ. Imperium Oc-

SARACENI qui Hiſpaniam occupaverant cæſo Roderico, à Carolo Martello debellantur. In Gallijs ſecunda dynaſtia Carolidarum. Imperium Occidentis inchoat *Carolus M.* Sub eo, Rheni cum Danubio communicatio fruſtrà tentatur. Corpus S. Marci Venetias allatum. Lotharingia dicta à Lothario.

Nor-

Normannis, Polono Duce, conceſſa Neuſtria. Exarchatus [illegible]it in Italia. Hungariæ primus Rex Arpatus, Legionis & Arragoniæ Pellagius, Angliæ Egebertus: Moſcovitarum, & Navarræ Regna inſtituta. Copronymus vetat fieri Monachos.

Pedum Summi Pontificis exoſculatio, Panis & Vini in Miſſa oblatio: Crucis geſtatio per Subdiaconum, ante equum Pontificis Romani: Symbolum in Eccleſia cantatum, Cantus & Organorum vſus à Theodoro & Benedicto in Galliam ex Italia transferuntur. Reliquiæ S. Marci Venetias tranſlatæ ſub Iuſtiniano Duce. Sarracenis omnia iu Oriente vaſtantibus Cometæ duo viſi menſe Ianvario, per totos quindecim dies; vnus ante ortum, alter poſt Solis occaſum. Tituli *Cardinalium* aſſignati, quos LXX. rebus Eccleſiæ procurandis inſtituit Ioannes VIII.

Sequentibus ſeculis, vix alij *Scriptores* quàm Eccleſiaſtici; proprio anteà loco, quantùm ſatis fuit, indigitati.

MISCELLANEA. cidentis, an 800. Lotharingia. Monachi Normannia. Exarchatus. Reges diverſi. Monachi. Cometæ. Cardinalium titulis, an 873. *Eruditi.*

PONTIFICVM Romanorum varia intruſio, & perturbatio. Caroli Magni progenies deficit in Ludovico. Sabaudia in Comitatum erigitur. Lotharingiæ primus Dux Carolus I. Poloniæ primus Rex Chriſtianus. Galliæ ſceptrum Genus *Capetium* auguſtiſſimum capeſſit. Primus Ioannes XII. captùs Pontifex Max. nomen mutat. Campanæ benedictæ, & nominatæ à Ioanne XIII. Seceſſio Græcorum à Romanis manifeſta. Caſimirus è Clauſtro ad ſceptrum Poloniæ revocatur. Inde Polonis cicinnus in capite, & in ſolemnioribus feſtis ſtola alba. *Electores* Imperij ſeptem, à Gregorio V. conſtituti.

SECVL. CHRISTI IX. Tertia Dynaſtia Francorum, an. 987. Schiſma Græcorum. Polonis cincinnus, & ſtola Electores imperij, an 996.

HENRICVS II. Imperator electus à Septem-Viris. Domus Auſtriaca incipit clareſcere in Ferdinando. Aretinus muſicam juvat inventis *vt re, mi, fa, ſol, la*. Puer recens natus, diſtinctè loquitur. Mulier quadraginta annorum, totidem Liberos vno partu effudit. Burgundia dividitur in Ducatum, & Comitatum. Primus Boëmiæ Rex, Vratiſlaus. Turci & Sarraceni in Oriente multa occupant. Captâ Hieroſolymâ à Latinis, primus Rex *Godofridus* Bullonius, vrbem ingreditur cum ſpinea corona. Poſt Reges aliquot, Saladinus vrbem recuperat. Eclipſis Solis, & Lunæ. Symbolum Romæ cantatum, poſt Evangelium. Sacra apotheoſis, & Divorum canoniſatio. Officium B. V. inſtitutum. Vſus diſciplinatum. Globus aureus cum cruce, inſigne Imperij. Franco-Scholaſticus de quadraginta Circulis ſcribit.

SECVL. CHRISTI X. Imperatoris electio, an. 1001. Domus Auſtriaca, an. 1020. Sex voces Muſicæ. Portenta. Burgondia. Boemiæ Regnum an. 1086. Bullonius capit Hieroſolymam, an. 1099. Saladinus recuperat, an. 1187. Eclipſis. Symbolum. Offificium B. V. M.

PAX Eccleſiam inter & Imperium, poſt multa dira. *Iuriſprudentia* floret. Ioannes à Temporibus, trecentis vno & ſexaginta annis vixiſſe narratur. In Gallia tanta ſiccitas, vt fluvijs deſiccatis, ignis è terra erumperet. Regnum *Angliæ* tranſit ad Francos, Sicilia fit patrimonium S. Petri. Ante Philippum Auguſtum, nullus Liber gallicè elucubratus. Wernerus, Iuris lucerna dictus: Azor, fons Legum. Recepta à Rege Normannia. Orientis tenent Franci, annis ſexaginta. Tartarorum irruptio. Conceptio B. M. culta ab Eccleſia Lugdunenſi, contra ſcribente D. Bernardo. Roſarij Virginei pietas viget. Roſas aureas benedictas, ad Auguſtas dono mittit Pontif. Max.

Ariſtotelicam Philoſophiam ſuſcitant in Arabia, Avicenna, Averroës, Avempace, Meſue, alijque Arabes medicinâ clari. Multi *Rabbini* hoc ſeculo celebres. Præ ceteris, Moſes Majemonis; cui ab altero Moſe ſimilem non ſurrexiſſe, Hebræorum parœmia eſt. Hoc ſeculo ſcribit Euſtathius Theſſalonicenſis Epiſcopus, Homeri interpres. Veſtis CHRISTI inconſutilis ſubtuſa,

SECVL. CHRISTI XI. *Rara.* Iuriſprudentia: Ioannes à Temporibus. Siccitas. Franci in Anglia, an. 1136. Libri Gallicè. Iuriſconſulti. Normannia. Conceptio B. V. M. Roſarium. *Eruditi.* Medici Ariſtotelæi Arabes, Rabbini.

TITVLVS LVIII.
Stirps Valeſia Regno admota.

REGES EX FAMILIA
Principum Ingoliſmenſium.

Franciſcus I. an. 1515.

NEMPE Francorum Rex LVII. FRANCISCVS I. Quippe qui Pròto-Princeps, Ludovici vltimò defuncti Gener, Caroli Ingoliſmenſis Filius, Ioannis Ingoliſmenſis viri ſanctitate & Miraculis poſt obitum illuſtris Nepos, Ludovici Aurelianenſium Ducis Lutetiæ interfecti pronepos; Ludovico ſine maſculis obeunti, cujus & Filiam Claudiam duxerat, ſuccedit ad annos tres & triginta. Initio Helvetijs ad Marignianum bidui pugnâ conciſis, Mediolanum, Parmam, & Placentiam recuperat. Cum Leone Pontif. Max. Bononiæ colloquio habito, de abroganda Pragmatica Sanctione, deque Concordato ſtipulatur. Intereà *Carolus Borbonius* Comes-Stabuli, offenſus Regi, ad Hiſpanum deficit. Hinc Franciſcus prælio Ticinenſi *captus*, ducitur Madritum. Inde Liberis regijs obſidibus liber, Lautrecum cum armata manu mittit in Italiam, ad liberandum Pontificem; qui à Germanis cum vrbe captus, vbi eorum Dux Carolus Borbonius ſupra murum glande ſclopeti trajectus perierat. Galli Lautreco Duce, Alexandriam & Papiam occupant. Genua recedit à Gallis, operâ Andreæ Doriæ. Neapolim obſidens Lautrecus, peſte moritur. Pax Cameracenſis, Regij Liberi obſides vicies centenis aureorum millibus redimuntur. Nunc pax, nunc bella cum Hiſpanis & Anglis. Regis ſinceritate ſæpè ſæpiùs à Carolo eluſâ, Imperatorem non ſemel ad ſingulare certamen provocavit. Ipſummet poſteà per Gallias ad Belgarum punitionem pergentem, Lutetiæ recepit pari honore & benevolentiâ. Sicut odio in Luteranos celebris, ita fœdere cum Mahumetanis illaudatus. Litterarum parens, Eruditos vndiquè Viros aſcivit. Edicta jubet *Gallicè* præſcribi. Fortunâ major, muliebri imperio minor; variè conflictatus, Rambouilleti diem ſupremùm claudit.

Captus in prælio Papienſi.

Henricus II. an. 1547. Luterani. Lutetiæ ne ædificetur.

HENRICVS II. abs Religione orſus, Luteranos (hoc elogio denotati tunc quotquot ab Eccleſia alieni) ſæviſſimis edictis comprimit. Multa circa Religionem, Iuſtitiam, *Politiam*, Ærarium præclarè decernit. Luteriam Ædificijs augeri vetat. Aquitanicam ſeditionem, ob ſalinarium vectigal, & Burdegalam rebellantes, per Mommorancium affligit. Metas, Tullum, Nancejum, aliaque circumjecta oppida ſuæ poteſtatis facit. Pugna ad S. Quintinum, Gallis luctuoſa. Franciſcus Guiſius, qui exercitum in Italiam duxerat, inde revocatus *Caletum* poſt annos decem ſupra ducentos recuperat. Pax inter duos Reges ſancitur, ſed conditionibus Franciæ iniquiſſimis; datâ Philippo Hiſpano in Conjugem Elizabethâ, Henrici Filiâ. Verùm inter nuptiarum Feſtiva, per ludicrum ad lanceam Equitum certamen, lethali in capite vulnere Rex Francorum occubuit; anno ætatis quadrageſimo tertio, Regni decimo tertio.

Caletum recuperatur.

Moritur in haſtiludio.

Franciſcus II. an. 1559.

FRANCISCVS II. ex Catharina Medicæa Clementis VII. Nepte, ætatis decimo ſeptimo ad ſeſquiannum Patri ſubrogatus. Sub eo in Huguonottos tumultuantes animadverſum. Calvinianâ conjuratione deletâ, Ludovicus Borbonius Condæus cuſtodiæ traditur. Rex Aurelijs obit ex morbo auriculari adhuc in ephebis.

Carolus IX. an. 1560.

Fratri ſubſtituitur CAROLVS IX. decennis; quæ ætas præbuit anſam ambitioni & factionibus Catharinæ Matris. Navarræ Regis, Principis Condæi, Guiſiorum Fratrum, Mommorancæi, Caſtillionis. *Hugonottorum* furor in apertam demùm rebellionem erumpens, Edictum Ianuarienſe & Colloquium Poiſſiacum extorquet. Quin & totâ paſſim Galliâ, vocatis etiam è Germania auxiliaribus Hæreticis, graſſati; Avaricum, Biturigum in pervigilio Corporis CHRISTI, Aurelias, Turones, Rhotomagum, Valentiam, aliaſque vrbes occupant. Brevi poſt Avaricum à Rege recipitur. Tum Rhotomagus, cujus in obſidione Navarræ Rex occiſus. Prælio decernitur in Druidum campis, in quo à ſuo Nepote Colignio Mommorancius Stabuli Comes, à Guiſio Condæus capti.

Hugonotti rebellant.

Galliam populantur, an. 1562.

Aurelias

GALLO-FRANC.

Aurelias obſidet Guiſius, & à Poltroto Ingoliſmenſi ſclopetano globo perfidè mactatur. Conjuratio altera Hæreticorum in Regem, quem Helvetiæ Cohortes Meldis Lutetiam reducunt. Portus-Gratiæ ex Anglis receptus. Hugonotti ad San-Dionyſianum cæſi obſident Carnutum, & Caſimirum ad ſubſidium vocant. Iarnacenſi in Santonibus pugnâ Coodæus obit. A Catholicis Henrico Duce Andegavenſi, Regis Fratre germano, victoria itidem Moocontorienſis reportata. Pictavum à Colignio fruſtrà obſidetur, propugnaote Guiſio. Hugonottorum cædes ipſo dio *S. Bartholomæi* Lutetiæ incœpta, in nuptijs Henrici Navarræi & Margaretæ Valeſiæ. Henricus Regis Frater dum Rupellam obſidet, *Poloniæ* Rex renunciatur.

Henricus III, an. 1578.

Enimverò Fratris auditâ morte, clam è Polonia poſt ſex menſes auffugiens, Regnum capeſſit ad annos quindecim, vocaturque HENRICVS III. Sub eo Franciſcus Alenconius Fratri conciliatus, iterùm deficit: Henricos Navarræum Regem & Condæum Principem, Germanis in auxilium conductis, ſibi adjungit. Mox Bleſenſibus Comitijs Regi reconciliatur, lata in Hæreticorum gratiam Edicta revocantur. *Ordo Sancti-Spiritus* ab Henrico III. inſtitutus. Fœderis, quod *Ligam* vocant, initia. Pugnâ ad Curtraſium, cadit Annas Ioyeuſæus, Catholicorum Dux, adjunctis Navarræo Germanis; quos ad Alnetum in Belſia, Guiſius elidit. In Bleſenſibus Comitijs *Guiſij ambo*, Dux & Cardinalis, Regis juſſu necantur; eò quòd faviſſe crederentur Seditioni, in qua Pariſini Regem in fugam compulerant. Ex hinc Henricus, accito in auxilium Navarræo, Lutetiam obſidens, venenato cultro confoditur. Henrici morte Valeſiorum ſtirps Regno idonea deficit, ſucceditque Borbooica.

Ordo S. Spiritus.
Liga.
Guiſij Bleſis interfecti, an. 1588
Rex jugulatur in oppido S. Clodoaldi.

BORBONIORVM FAMILIA.

TITVLVS LIX.

Stirpis Borboniæ ſeries:
Henricus IV.

EIVS origo à Roberto Claromontano Comite, S. Ludovici ſecundo Filio, deducitur. Per eam igitur proſapiam HENRICVS IV. Francorum Rex LXII. anteà Navarræ III. legitimo cognomine *Magnus*, Regno ſe offert. Accedenti, eò quod ad Calvioiſtas partes redijſſet, ſe ſe acriter opponunt Fœderati, duce præſertim Meduano Carolo, Guiſij interfecti Fratre. Eo ſub prætextu *Carolus* Borbonius Cardinalis Regis Patruus, qui in cuſtodia jam à Bleſenſibus Comitijs habebatur, Rex illius nominis X. deſignatur. Henricus Navarræus nobili victoriâ ad Andreæ Fanum reportatâ (*Yvriaca* dici ſolet,) Lutetiam obſidione cingit; quam, adventante Duce Parmenſi, ſolvit. Haud multò poſt *Catholicam* Religionem in D. Dionyſij Templo profitetur, dùm mortuo Cardinali Borbonio, Lutetiæ de novo creando Rege Pſeudo-Comitia celebrantur. Heoricus Autrici *Carnutum* Februarij viceſimo ſeptimo, ſacro oleo è Turonenſi Majori Monaſterio perungitur, quia Durocottorum in Hoſtium poteſtate erat; miſſo ad Pontif. Max. Nivernenſi Duce, veniam impetraturo. Inde Martij viceſimo ſecundo, *Lutetiam* cum armato Milite clam à Briſſaco intromittitur. Protinùs Meldæ, Avaricum, Aureliæ, Lugdudum, cæteræque paſſim vrbes Regi jam Catholico accedunt. Laudunum & Cameracum Galli occupant. Cameracum, pulſo Balagnio, Hiſpani recuperant. Pontif. Max. Clemens VIII. à Iacobo Perrooio exoratus, Regem abſolvit. Pax Francos inter & Hiſpanos, autore eodem Pontif. Max. apud Vervinos cooſtituta. Sabaudiâ à Rege ſubactâ, Pax eâ conditione Duci data; vt pro Saluſiæ Tractu, quem per Civiles Galliæ motus occupaverat, Sebuſianorum Ciſalpinæ Provinciæ Ditionem rependeret. Henricus *Mariam Medicæam* Franciſci Medicæi Etruriæ Ducis Filiam, vxorem Lugduni recipit. Ex ea numeroſâ prole vtriuſque ſexus potitus, dum vbiquè triumphans; tremendo belli apparatu Reginæ coronationi incumbit; in ipſo Lutetiæ meditullio, per Ravaillacum Ingoliſmenſem, horrendo parricidio trucidatur.

Carolus X.
Henricus Catholicam Fidem profitetur.
Carnuti inauguratur, an. 1594.
Abſolvitur, an. 1595.
Pax Vervinienſis, an 1598.
Maria Medicæa nubit, an. 1600.
Trucidatur, an. 1610.

Ludovicus XIII.

Attonitis Aulâ, Lutetiâ, Galliâ, Europâ vniversâ, LVDOVICVS XIII. ad Regium ſolium ſubvehitur, ſub Mariæ Mediceæ Matris tutelâ. Acturùm Re-

HISTORIA

Vxor illi Anna Auſtriaca. — *Rupella expugnata, an. 1628.* — *Moritur, an. 1643.*

mis inuncto, Principum deinceps & Hæreticorum factiones prudentiâ & pecuniâ redemptæ. Brevi poſt mutuo connubio Ludovicus Sororem dat Regi Hiſpano Philippo III. vxorem viciſſim accipit ANNAM AVSTRIACAM. Hinc annis, virtute, fortunâ auctus, præcipuoque rerum agendarum Miniſtro Cardinali Eminentiſſimo RICHELIO, Rupellam annuali obſidione terrâ marique expugnat: Hæreſim, vetus malum, toto Regno profligat; expugnatis vrbibus & oppidis non minùs trecentis: Italicæ ſimul & Germanicæ Libertatis vindex, de Hiſpanis nunquamnon triumphat. Tandemque in San-Germani Lupara, haud minori pietatis ſenſu quàm terrenorum faſtidio & contemptu, optimam vitam ſanctiſſimâ morte abſolvit.

Ludovicus XIV. natus, an. 1638. 5. Septembr. — *Initia Regni victorijs fauſta.* — *Tumultus Lutetianus.* — *Lutetiam ingreditur, an.* — *Inauguratus, an. 1654. die Iunij 7.*

Paterni ſceptri hæres LVDOVICVS XIV. Rex LXIV. Adeodatus, poſt viginti annorum vota, ſpes totius Galliæ & deliciæ; nondum plenè quinquennis Lutetiam ingreſſus, frequenti Senatu Rex ſalutatur. Frater illi vnicus, *Philippus* Dux Andegavenſis, indole & ingenio longè vltra communem ſortem. Regni *auſpicia*, *victoria* ad Rocroyum, Thionvilla capta: mox aliæ deinceps cis & trans Rhenum continuæ, operâ præſertim Condæi Principum ſtrenuiſſimi. Aſt, quod in Regum minoritate nimis ſuetum, excitâ præſertim Lutetiæ per malas artes *rebellione*, ea deinde vidimus & exhorruimus; quibus memorandis parco, nè infandus dolor ad noſtræ Gentis verecundiam & dedecus renovetur. Poſt tres circiter annos turbulentiſſimi temporis, non ſine numine Divûm, Rex Lutetiæ redditus, Lutetia Regi reddita. Factionis præcipui aut à DEO, aut à Rege emendati. Cunctis poſtremò pacatis, incredibili Reginæ conſtantiâ: ſimulque *Mazarini* Cardinalis induſtriâ, prudentiâ, fortunâque ad ſtuporem ſingulari; Rex Remis, cupientibus & plaudentibus cunctis, inauguratur. Cæleſtis olei veluti primitiæ à DEO, Eſtenæum vrbs munitiſſima expugnata. Et momento (quod pro miraculo habuit tota Europa) Attrebatum ab Hiſpanienſi obſidione inexpugnabili, vt credebatur, entheâ Gallorum audaciâ, rarâque Regis Adeodati fortunâ ac felicitate, ipsâ die S. Ludovico ſacrâ liberatur.

Nexus & commiſſura.

PROSPECTVM quem huc vſque dedimus in rebus tum Eccleſiaſticis, tum Politicis coronabit ſexta & vltima Hiſtoriæ Generalis diviſio.

Digitized by Google

HISTORIA MISCELLANEA:

TITVLVS LX. *Viri, & Res illuſtriores ab Orbe condito.*

VLTIMA hæc Claſſis Hiſtorica colligit partim ſeculari litteraturâ Viros inſignes, partim quæ incerto hinc inde titulo occurrunt illuſtriora. Ac ea quidem quæ ex Sacris-Paginis habentur certiſſima, ſuo ſuperiùs Digeſto pleraque referuntur. Multa quoque exotica proprijs laterculis reponuntur, nonnulla etiam fortè comperies hoc loco repetita non inutiliter; vt ſit pro coronide, quædam velut totius Hiſtoriæ-Chronologicæ SYNOPSIS.

INITIVM itaque ducendum à primis Humani Generis Parentibus. Adamus à DEO ipſo eruditus, Filium ſuum Religionis cultu & Diſciplinarum omnium ſcientiâ imbuit. Has ille poſteris tradit, geminis inſculptas columnis; lateritiæ vni, alteri lapideæ vel æneæ. Poſt Diluvium, eſus carnis permiſſus à DEO. Servitus inducta ex Chami maledictione. Nembrotus Chami nepos, robuſtus venator, id eſt bellator; auſu pluſquam temerario, autor Turris ædificandæ; idem qui Bel, Baal, Beelphegor, Beelzebut. Turri ventorum vi dirutâ, confuſiſque Linguis ſeptuaginta duabus, totidem Gentes toto paulatim Orbe diſperguntur. In campis Sennaar vbi Turris fuit, condita à Nemroto Babylon ad Euphratem. Hicque cœpit cum prima Epocha, prima quoque Orbis totius *Monarchia*; quæ eam ob rem, Aſſyria, ſeu Chaldæa nuncupata eſt. Sub eo Bellum, fortè Atlanticum, primò geſtum. Babylonem Semiramis, Nini Mater, auxit magnificentiâ incredibili. Ninivem ad Tygrim condit Ninus: Treviras Trebata Nini Filius, à Semiramide ejectus. Primus in Orbe Phoronæus *Leges* tulit. Zoroaſter Rex Bactrianorum, *Magiæ* Princeps.

Artes & Diſciplinæ.
Geneſ. 10.
Turris Babel, *an.* 1931.
Prima Monarchia Babyloniorum.
Primum bellum, *an.* 1563.
Ninive.
Semiramis.
Primus Legiſlatur Zoroaſtes.

Paſtores Ægypto pulſi, veterem Ieruſalèm condunt. Memnon *litterarum* nomen, & vſum Ægyptios docuit. Ejus ſtatua radiorum ſolis attactu vocalis memoratur. Diluvium Ogygis in Achaia, Plagæ Ægyptiacæ, Phaëtontis deflagratio. Corinthus, ante Ephira: itidem Lacædemon ſeu Sparta, conditæ aut reparatæ. Iobi patientia, Moſis nativitas, diluvium Deucalionis. Conflagratione Montis Idæ, ferrum inventum. Ignis è cilice excutiendi modum reperit Europes, Cilicis Ciciliæ Regis Filius. Phæmonoë prima heroïcis verſibus vaticinatur. Bacchi in Indiam expeditio. *Ianus* Regnat in Italia, Virgines igni perpetuo ſervando dicat, *Veſtales*-que ex nomine vxoris appellat. Mercurius Triſmegiſtus vivit. Hercules Ludos Olympicos inſtituit, Iphitus reſtituit vocatque Iſthmicos; à quibus numerantur *Olympiades*, & anni Iphiti. Roma fundatur à Romulo, Argonautæ ad vellus aureum navigant. Heraclidæ Lydorum Regnum tenent. Amazones in Attica, belligeræ. Tyrus condita. Sybillæ Chaldæa, Erythræa, Cumæa, Phrygia, &c.

Hieroſolyma, *an.* 2110.
Memnon.
Diluvium Ogyges, *an.* 2258.
Iob, *an.* 2398.
Moſes, *an.* 2464.
Deucalion, *an.* 2550.
Ferrum, *an.* 2543
Ignis è cilice.
Primi verſus Heroici.
Bacchus.
Ianus.
Mercurius Triſmegiſtus.
Iſthmia, *an.* 2606.
Olympiades, *an.* 2889.
Roma.
Argonautæ.
Heraclitæ.
Amazones.
Tyrus.

SVNT qui credant *Ionam* in Ninive concionatum ſub Sardanapalo, quem à conjuratis quæſitum ad necem; aiunt ſe cum gazis & pellicibus in rogum conjeciſſe, vnde tota vrbs conflagravit. At caſus ille minùs concordat cum Ninivitarum pœnitentia. Prima Triremis mare ſulcat. Romæ annus primus cœpit à Palilibus, feſto paſtorali Pali Deæ Vrbis Patronæ, vndecimo Kalend. Maij: ſeù probabiliùs, Aprilis viceſimo primo. *Nabonaſſari* æra. Defectiones Solis duæ, quo die conceptus Romulus & Vrbs fundata, Petavio explodun-tur; qui veram circa Romuli necem admittit, quam & Tales prædixerat. Athenis aram incerto DEO ſtruit Epimenides, vbi Solis lachrymis litatum refert Statius in Thebaïde. Ludi Seculares primò Romæ exhibiti. Arietes & Machinæ obſidionales, Artemonis Clazomenij inventum. Fame vrgente, multi

Ionas ſub Sardanapalo.
Triremis.
Primus annus Romanus, *an.* 3300.
Nabonaſſarus, *an.* 3220.

HISTORIA

Eclipſis, an. 3310. Ara ignoto Deo, an. 3173. Ludi ſeculares. Machinæ Militares. Fames. Curtius ſe devovet. Templi Epheſini conflagratio, an. 1618. Mauſoleum. Eclipſis, an. 1639. Calippus, an. 3640. Demoſthenes moritur.

ſe in Tyberim præcipitant. Curtius Romæ ſe pro Patria devovet. Oblato incendio Dianæ Templum conflagrat, quo die natus Alexander. Artemiſia epotis Mariti Mauſoli cineribus, ſuperbum nihilominus Mauſoleum illius memoriæ & honori extruit. Victoriam Alexandri ad Arbellam, ſignat Eclipſis.

PERIODVS *Calliplica* incipit. Demoſthenes voluntario veneno finit, Antipatri, ſuorumque Civium invidiæ pertæſus. Annulorum vſus Romæ, permiſſa Plebi Sacerdotia: admiſſi Tonſores ex Sicilia, primumque Solare Horologium ad Ædes Quirini delineatum. Ptolemæus Philadelphus *Bibliothecam* congregat, in qua ſeptingenta millia voluminum: ejuſqne juſſu LXXII. Interpretes Sacra Biblia ex Hebræo in Græcum converterunt. Eratoſthenes *Beta* cognominatus, eoquod in vnaquaque diſciplina ſecundas obtineret. Numi ex argento, dein ex auro Romæ primum cuſi; nomen illis vel à Numa, vel à numerando, vel ἀπὸ τῦ νόμυ. Primus in vrbe *Medicus* Arthagalus, ex Peloponneſo. Viæ ſilice ſtratæ, Libri Sybillini clauſi, & vetiti. Lex lata de munere, ob cauſam à Patronis non acceptando. *Ius* Civile & Pontificium concinnat Mutius Scævola. Corintho deflagrante, conflatum Æs Corinthiacum. Colonia Aquæ-Sextiæ condita.

Annuli Sacerdotia. Tonſores. Primum Horologium, an. 3677. Bibliotheca. LXXII. Interpreles, an. 3775. Eratoſthenes Beta. Numi. Primus Romæ Medicus. Viæ ſtratæ. Libri Sybillini. Lex pro Advocatis. Ius Civile, an. 3797. Æs Corinthium. Erudit. Muſæus, Linus. Homerus, annos natus 104. moritur, an. 3143. L. 1. c. Vide Corpus Poëtarum Græcorum.

Muſæus & Linus, Apollinis Filij, Præceptores Orphei. Ab illis Poëtica rudis, & nonniſi adumbrata. HOMERVS canit in Iliade Trojæ excidium, in Odyſſæa Vlyſſis fata; verâ an fictâ narratione, meritò dubitatur. Hunc, ex nomine, cæcum; *omnibus eloquentiæ partibus ortum & exemplum dediſſe*, ſcribit Quintilianus. Ab eo igitur non aliter quàm rivi ob Oceano, fluxit tota prophanæ Eruditionis plenitudo. Exinde Heſiodus mediocris & lenis, Antimachus gravis & validus, Panyaſis vtriuſque mixturâ gratus. Aratus Sydera delineans, cupreſſum pingit; ſine motu, & varietate. Theocritus, totus Paſtoralis eſt. Theognis, Moralis. Callimachus in Elegijs primus, ſecundus Philetas. Pindarus, in Lyricis inimitabilis; aſſurgit tamen aliquando. Anacreon, quem acino vvæ paſſæ ſtrangulatum ſcribit Plinius. Steſiochorus, copioſus & exundans. Alcæus dives, ſed ſalax. Simonides tenuis, & ſuavis. Ariſtophanes totam occupat Comœdiam, cujus ſcenam propè ſola retinet gratia illa Attica. In Tragœdia, Æſchylus grandiori incedit cothurno. Euripides & Sophocles priori longè ſuperiores, ſibi pares ſublimitate dictionis & ſententiarum denſitate. Menandri mira vbertas, & decentia. Inter quoque fœminas Teleſilla & Sapho Poëtriæ, viris concurrere non reformidant.

Sapientes & Philoſophi, ab an. 3474.

Anatharſis, quamvis Scyta, philoſophatur. Septem Σοφοὶ, Græciam ornant. Numerum augent Pherecides, Pythagoras, Anaximander, Empedocles, Xenophanes, Anaxagoras, Meliſſus, Parmenides, Heraclitus, Democritus, Diogenes Cynicus, Hipocrates Cous Medicinæ parens, Meto Aſtronomiæ. Socrates genio familiari, & morte ob deſpectas Numinum catervas conſtantiſſimâ celebris. Plato, cognomento divinus. Hujus diſcipulus Ariſtoteles Stagyrites, Alexandri M. Præceptor: Philoſophiæ aut Magiſter, aut Tyrannus. Subinde Speuſippus, Zeno Stoïcus, Xenocrates Academicus, Chryſippus, Epicurus: Theophraſtus, cui nomen à divina loquendi facultate. Et ſi quos alios nominat Diogenes Laërtius, in ſuo de Vitis Philoſophorum Cathalogo lectu digniſſimo.

Oratores, ab an 3672.

Nec defuerunt per *eadem* tempora, ORATORES eximij. Demoſthenes, & Æſchines perpetuo æmuli; illi nihil demi poteſt, iſti nihil addi. Hyperidis ſuavitas & acumen, minoribus cauſis ſufficiens. Lyſias puro fonti, quàm magno flumini propior. Iſocrates palæſtræ aptior, quàm pugnæ; in compoſitione adeò diligens, vt cura ejus reprehendatur. Demetrius Phaleræus in medio genere dicendi, vltimus fermè ex Atticis qui dici poſſit Orator. Iam ex *Hiſtoricis*, dulcis, candidus & effuſus Thucydides. Denſus & brevis, & ſemper ſui ſimilis Theopompus, magis accedit ad Oratorem. Xenophon, non obſtante præclarâ illâ ſuâ Cyropædiâ, meliùs Philoſophis accenſetur. Ijſdem propemodum ſeculis *Mathematicas* excoluerunt Calippus, Euclides, Archimedes; Fabulas Æſopus. Picturam ac Statuariam Zeuxis, Protogenes, Praxiteles, & alij.

Hiſtorici. Aliæ Artes, & Diſciplinæ.

Reges.

Reges famoſi, Iuppiter, Cecrops, Cadmus, Minos, Midas, Mauſolus, Pria-

mus, Philippus, & ceteri. Inſames *Tyranni*, Phalaris Agrigenti, Creon Thebis, Polycrates in Samo: Agathocles, & vterque Dionyſius Syracuſis: Buſiris in Ægypto, Hieronymus in Sicilia; Piſiſtratus Athenis, Periander Corinthi, Nicocles inter Sicyonios.

MISCELLANEA. Tyranni.

AD LATINOS tranſeuntes è Græcia Diſciplinas exceperunt, Ennius *Poëta*; qui rametſi rudis adhuc Minervæ, venerationem tamen conſecutus eſt qualem in religioſis lucis grandia & antiqua robora. Nævius Fabulator, Accius & Pacuvius, Tragædi: Plautus, Comicus; Terentius, quamvis Afer, Latiniſſimus, Scipionis Africani Libertus, ſi non Herus ipſemet. Lucilius difficilis, Cornelius Gallus verſificator potiùs quàm Poëta. Lucretius ἄλεος, Naturæ fatis & ſtylo antiquario nimiùm addictus. Catullus venuſtus, & venereus. Horatius, Lyricorum Princeps. Plotius Gallus, primus Romæ Latinam Rhetoricam docuit.

Vide Corpus Poëtarum Latinorum.

Rhetorica Romæ, an. 3897.

Politioribus tandem temporibus & ingenijs extitere Marcus Varro, Romanorum eruditiſſimus, qui quadringenta Volumina ſcripſiſſe perhibetur. *Cicero* eloquentiſſimus, Virgilius imitator Homeri incomparabilis. Quibus ſuppares Tibullus, terſus & elegans: huic æqualis aut ſuperior Propertius, purus vtiquè & emendatus. Vtroque facilior, & laſcivior Ovidius; ſicut durior Gallus, & Perſius obſcurior. In Hiſtoriâ, *Criſpo Saluſtio* nihil caſtigatiùs: ſed ipſa ſtyli brevitate & velocitate tenebricoſior, nec eum digna genio materia adjuvit.

IAM procedente æra CHRISTI, Rebus inſignioribus clariſque Viris ornatiùs recenſendis poteſt inſervire quæ ſequitur ſeries.

ÆTAS CHRISTIANA.

TITVLVS LXI
Res raræ, & Viri illuſtres à Chriſto nato.

CHRISTVS qui heri, hodiè & in ſecula, hanc gratiæ æram felici omine incipit: natus ſub Auguſto, mortuus ſub Tyberio. Octavius Auguſtus obit. Ruina Amphitheatri, quinquaginta Romanorum millia elidit. Iani Templum clauditur. Iuſſu Tyberij Sejanus occiditur, Virgines ſtrangulari nefas, ideò Sejani filia ſtuprata à Carnifice. Nero ſævit, vultu Petri & Pauli quos mactaverat, exterritus. Pilatus Viennam ad Rhodanum relegatur. Phœnix Romæ viſus, magnitudine Aquilæ. Sol triplex conſpectus in aëre. Andromachus, Neronis Ἀρχιατρὸς, Theriacæ inventor. Crinæ medici itidem & Aſtrologi divitiæ tantæ, vt Maſſiliam Patriam ſuam muro cinxerit. Evax Rex Arabum, de Medicina ſcribit ad Neronem. In aëre varia portenta. Ieruſalem expugnata à Veſpaſianis. *Eruditis* annonam è fiſco ſolvi jubet Veſpaſianus. Euphrati Stoïco ſenectutis pertæſo, cicutæ hauſtu vitam finire Imperator permittit. Annos per Agones Capitolinos, inſtar Olympiadum, numerari jubet Domitianus. Tres Conſules Ordinarios, Suffectos, Honorarios diſtinguere juvat ad hiſtoriam. Terræ motu tres in Laodicæa vrbes, tredecim in Aſia, & Coloſſus corruunt.

SECVL. CHRISTI 1. Ruina Amphiteatri. Templum Iani. Sejanus. Phœnix. Sol triplex. Theriaca Medicus opulentiſſimus Ieruſalem exciſa, an. 70. Annona Eruditis. Terræ motus.

SENECA vterque floret. Pater eloquentiâ & memoriâ celebris, Filius Stoicâ Morali, & ſententiarum denſitate tantumnon Chriſtianus. Iſne ipſe an alter Tragœdiarum autor exiſtat, incertum. Plinius ſenior, Naturæ ſcriba; dùm Veſuvium ſcrutari tentat, ejus flammis extinguitur. M. Fab. *Quintilianus* Oratoriarum Inſtitutionum Libris duodecim, Artis Rhetorices quam viginti annos docuit in Gymnaſio, exercuit in Foro, ideam tradit numeris omnibus abſolutam. Præceptorem egit Cæſaris filij Domitiani. Sub eo Imperatore Sulpitia Romana, Satyrâ Reipublicæ ruinas & caſus deflet. Hoc ſeculo Strabo Geographiam, Appion Grammaticam, Celſus & Andromachus Medicinam excolunt. Plutarchus vtroque idiomate, Philoſophiâ & Hiſtoriâ pollens, Veſpaſiani eruditor. Poëſim partim ornant, partim commaculant; Statius grandi ſtylo, ſorte licet apud Neapolitanos ſervili & abjectâ. Silvius Italicus Bellorum Punicorum, Lucanus Pharſalici relatu; Iuvenalis Satyrâ, Martialis Epigrammate, Petronius laſciviâ noti. Valerius Maximus novem Libris, dicta & facta Memorabilia Tyberio dedicat. Feneſtella Romanos Magiſtratus depingit. Vel-

Eruditi. Senecæ. Plinius. Quintilianus. Sulpitia. Strabo Appion. Celſus, & Andromachus. Plutarchus. Statius. Silius. Lucanus. Iuvenalis. Martialis. Petronius. Valerius Maximus.

HISTORIA
Feneſtella.
Paterculus
Halicarnaſſeus,
Ioſephus Iudæus.
Titus Livius.
Q. Curtius,
Tacitus, *an*. 105.
Solinus.
Florus.
Apollonius Thianæus,

lejus Paterculus Hiſtoriam Romanam ad vſque Tyberium gemino volumine complectitur. Dionyſius Halicarnaſſeus illam ab excidio Trojæ, vndecim Libris repetit. Flavius Ioſephus, ex genere ſacerdotali, Antiquitatum Iudaïcarum ſcriptor ſtatuâ aureâ Romæ donatur. Titus Livius fata Romanorum, ſtylo æquaſſe creditur. Ac licet Patavinitatem Latinorum Hiſtoricorum Principi, objiciat neſcio quis; reverâ tamen illo in dictione nihil nitidius, in judicio nihil maturius, in orationibus & concionibus nihil eloquentius. Totum caſtigatiſſimi Scriptoris Opus diſtribuunt Decades tres cum dimidia, quibus deeſt initium; quod, ſicut & de fine, pleriſque antiquis Autoribus accidit. Eam ob cauſam acephali ſunt. Q. Curtij de Geſtis Alexandri Libri ſtylo vbiquè florido, ſed in deſcriptionibus & Concionibus eximio. Cornelius Tacitus nulli tacendus Hiſtoriæ, reliquos ſtyli brevitate & ſententiarum pondere antecellit. Solinus & Florus Hiſtorici. Apollonius Thyanæus præſtigijs (vigente tunc Magiâ) & aſſimulatis miraculis divinos honores aſſequitur.

SECVL. CHRISTI II.
Rara.
Legio fulminatrix, *an* 176.
Calamitates.
Ælianopolis, *an*. 137.
Rara Eccleſiaſtica.
Talmud evulgatum, *an*. 188.
Eruditi.
Dio Chryſoſtomus.
Favorinus.
Plinius Iunior.
Aulius Gellius.
Apulejus.
Pollux.
Sextus Empiricus.
Celſus.
Maximus Tyrius.
Diogenes Laërtius
Epictetus.
Arrianus.
Ptolemæus Ægyptius.
Galenus.
Suetonius.
Florus, & Iuſtinus.
Appianus.
Phlegon.
Solinus & Ælianus.
Aphtonius.
Hermogenes.
Pauſanias.
Lucianus, *an*. 253.
Athenæus,

TRAIANI Pons ſuper Danubio, deſcribitur à Dione. Ejuſdem Romæ viſenda & Bibliotheca, & Columna. Vaſa ænea admixtis quinque Virginum cineribus, publico balneo conſecrat: ſed quotquot lavatum ibant, caligine & vertigine corripiebantur. Sub Aurelio contra Marcomannos Legio Chriſtianorum *Fulminatrix*, pluviam è cœlo, victoriam in hoſtes obtinet. Romæ pars magna igne & peſte, Lugdunum tota incendio abſumitur. Terræ motu Nicomedia tota, Niceæ maxima pars: Neapolis, & Cæſarea evertuntur. Deletis Iudæis vbiquè, præcipuè in Hiſpania, Hieroſolymam reparat Hadrianus, ex ſuoque nomine *Ælianopolim* vocat. Antiochia terræ motu concutitur. Severus Biſantium expugnat. Talmud diſciplinam Iudaicam præſcribens, abſolvitur.

Dio Pruſæus, Chryſoſtomi nomen, aureâ dicendi facultate ſibi comparavit. Ejus diſcipulus Favorinus Arelatenſis Philoſophus, Imperatori Adriano admodùm inviſus. Plinius Iunior Magni nepos, eloquentiâ, conſulatu, & in Chriſtianos mititate clarus. Aulus Gellius Grammaticus ſua eruditiſſima Adverſaria *noctes Atticas* vocat, glorioſo nocturnæ Lucubrationis argumento. Apulejus Madaurenſis Platonicus, ſtylo Africano, fabulis & magiâ notus. Iulius Pollux Græcum Vocabularium decem Libris, pluraque declamatoria edidit. Sextus Empiricus, Plutarchi nepos, Scepticis & Pyrrhonijs favens, Diſciplinas omnes elevat. Celſus itidem Epicureus, ſtylo in Chriſtianos debacchatur, ab Origene poſt modum redarguendus. Maximus Tyrius inſignis Declamator, Aurelij Imperatoris Præceptor. Diogenes Laërtius, Vitas Philoſophorum colligit. Epictetus vitâ Stoïcâ & ſcriptis Senecæ ſuperior, ab Arriano colligitur. Ptolemæus Ægyptius, Aſtronomorum Princeps evadit. Galenus alter Medicinæ Parens, fuſo & polito ſtylo ſuam Spartam exornat. Suetonius Auguſtæ à ſecretis, duodecim Cæſarum vitas acri ſtylo perſtringit. Iuſtinus, Hiſtoriæ abbreviator. Appianus Alexandrinus Sophiſta, Romanorum bella extendit. Phlegon, Chronologiam nectit. Solinus & Ælianus, Naturales Hiſtorias perſcrutantur. Aphtonius Rhetor, Progymnaſmata apparat. Hermogenis Rhetoricæ Liminaria, Pauſanias Annales Lacedæmonum exequitur ſub Severo & Antonino. Lucianus Samoſathenus Apoſtata, Atheus, Chriſtianorum irriſor, à canibus laceratus. Athenæus Grammaticus, Dipnoſophiſtarum Libros quindecim variâ eruditione complet, ab Hermolao Bizantino in Epitomen redactos.

SECVL. CHRISTI III.
Corona.
Milleſimus Romæ, *an*. 248.

AVRELIAM ad Ligerim condit Aurelianus, qui & primus è Romanis Imperatoribus *Coronam* capiti imponit. Emmaus in Paleſtina, nova Neapolis, inſtauratur. *Milleſimus* Romæ vrbis annus celebratur. Alexander Severus, tandem in Chriſtianos indulgentior, Abrahamum, CHRISTVM, Or-

phæum, Apollonium Thianæum in ſuo Larario æquè coluit. Iudæi Paleſtinam poſtliminiò habitare permittuntur. Caracalla Fratrem Getam, & Imperij conſortem, in ipſo ſinu Matris jugulat. Heliogabalus, ſeu Elagabalus, Gynæcæum inſtituit Mulieribus juri reddendo. Gothi ad vſque tributum Romanorum victores (quod ab Vrbe condita inauditum) tandem victi. Marcomanni & Alemanni iterùm debellati. *Ruſtici* in Gallia tumultuantur. Diocletianus jubet ſe inſtar Numinis adorari. Illius Æra incipit, quæ etiam *Martyrum* dicta eſt, quâ & vtuntur Alexandrini. Lues toto Orbe graſſatur, quanta nunquam audita; qui contactis opem ferebant inter Chriſticolas, *Martyribus* accenſiti.

Rabbini plures hâc ætate Scriptores. Domitius Vlpianus Legum apex, Chriſtianorum oſor, perit in ſeditione militari. Illi in Iure non inferior Papinianus, juſſu Caracallæ ſecuri percuſſus; quod noluiſſet ejus fratricidium in Senatu excuſare. Plotinus Ammonij auditor per totos duodecim annos, Platonis Theoremata ad apicem ſubtilitatis evexit. Diſcipulos habuit Amelium & Porphyrium Tyrium; aliàs Baſilium ſeu Malchum, Chriſtianorum deſertorem & ſycophantam. Philoſtratus Lemnius, Philoſophus, Iuliæ Auguſtæ Severi conjugi à ſecretis; vitas Sophiſtarum, Apollonij Thianæi, & Imagines depinxit. Cenſorini de Natali die, Liber ſingularis. Oppianus Cilix, Halieutica, aliaque pangit ad verſuum viginti millia. Nemeſianus, itidem Poëta. Philemon & Nicoſtratus, Sophiſtæ. Velut ex Equo Trojano prodeuntes Dio Caſſius, Volcatius, Herodianus, Iulius Capitolinus, Trebellius Pollio, Lampridius, Spartanus, & Flavius Vopiſcus, Romanam Hiſtoriam continuant.

MISCELLANEA. Severi Lararium. Fratricidium enorme. Heliogabalus, *an.* 221. Gothi. Æra Diocletiani, *an.* 284. Peſtiferis opitulantes, Martyres reputati. *Eruditi.* Rabbini. Vlpianus. Papinianus. Plotinus. Amelius Porphyrius. Philoſtratus. Cenſorinus. Oppianus. Nemeſianus. Philemon & Nicoſtratus. Octo Hiſtorici.

LVDIS Olympicis ſubrogata *Indictio* quindecim annorum, & ea triplex. Conſtantinopolitana, à Kalendis Septemb. Cæſarea, ab VIII. Kalendar. Octobr. Romana ſeu Pontificia, à Kalend. Ianvarij. Anni ſub Conſtantino notati non ampliùs per Conſulatus, ſed poſt Conſulatum. Conſtantinopolis *Deiparæ* Virgini dedicatur; Neo-Cæſarea ſubverſa, ſolo ſuperſtite Templo, & Plebe illic cum Epiſcopo incluſâ. *Breviarium* meliori ordine aptat Damaſus Pontif. Max. Libri *Sybillini* cremari. Sub Honorio Imperatore, jam à Prophanis eorum lectio prohibita; quia illis vtebantur Chriſtiani, ad Gentilium errores confutandos. Primum Romæ Noſocomium erectum à Fabiola. Armorica Britannia Minor dicta, ex eo quod pulſis Armoricis Britannos in eam miſerit Maximus Tyrannus.

Iamblicus Syrus, Porphyrij Diſcipulus, Platonicis ſpeculationibus magiam inſeruit. Themiſtius eloquentiâ Euphrades, Philoſophiâ Ariſtotelis Scholiaſtes, dignitate Præfectus Conſtantinopoleos, Religione Chriſtianus. Prohæreſius Sophiſta anno ætatis octuageſimo quinto, ſtudio Litterarum Chriſtianis interdicto abs Iuliano; tametſi eum nominatim excepiſſet Imperator, ſcholâ ceſſit. Libanius, Maximus, Nazarius, & Victorinus declamant. Symmachus Orator, & Romæ Prætor. Macrobius Senator, Saturnalium autor, & Somni Scipionis Interpres. Claudianus Poëta Laureatus, Chriſtianus-ne fuerit, *ſub Iudice lis eſt.* Ammianus Marcellinus, Aurelius Victor, Zozimus, Eunapius; Hiſtorici, Chriſtianæ Fidei Hoſtes infenſiſſimi.

SÆCVL. CHRISTI 10. *Rara.* Indictionum Origo, *an.* 312. Breviarium. Terræ motus. Anni Conſulares. Noſo-comium. Minor Britannia, *an* 383. *Eruditi.* Iamblicus. Themiſtius. Prohæreſius. Libanius. Maximus. Nazarius. Victorinus. Symmachus. Macrobius. Claudianus. Hiſtorici quatuor.

IMPERIVM Orientis erectum à CONSTANTINO, ab ejus filijs trifariàm dividitur. Barbaris Italiam variè impetentibus, *Venetiæ* in paludibus maris Adriatici à fugientibus fundantur inſtar aſyli. Litterarum Profeſſoribus immunitates conceſſæ; ſublati Gladiatores: Ethnici *Pagani* dicti, quia in pagos relegati; meliùs quia militare vetiti, non militantes autem Paganos, Milites vocitabant. Columna pendens in cælo viſa, & Crux in Militum paludamentis: inde & aureis numis Arcadij inſculpta, vt jam ante in Labaris & vexillis. Bononiæ

SÆCVL. CHRISTI V. *Rara.* Imperium Orientis. Venetiæ. Literariæ immunitates. Pagani. Portenta. Crux.

HISTORIA
Academia Bononienſis, *an.* 4,2.
Iudæi ſubmerſi.
Terræ motus.
Rivus ſanguinis.
Maſoretarum puncta, *an.* 478.
Rara Eccleſiaſtica.
Eruditi.
Eudoxia, & Hypatia
Mathematici.
Simplicius.
Ioan. Grammaticus.
Donatus.
Auſonius.

inſtituta abs Theodoſio Academia floret. Iudæi duce Dæmone, ſub Moſis larva, vel aliquo impoſtore, mari quod ſiceo veſtigio tranſire ſperant, abſorpti. Terræ-motus per quattuor menſes Conſtantinopoli, deſijt ſublato divinitùs in aërem puero, ſuadente vt in Litanijs decantaretur; *Sančte Deus, Sančte fortis, Sančte & Immortalis, miſerere nobis.* Tholoſæ fluit rivus ſanguineus. Puncta vocalia Hebraïcis characteribus ſuperaddita. Pœnitentia publica, Vigiliæ & Agapæ ſublatæ. Panis benedicti vſus, & alleluya paſſim decantatum. Martyres avulsâ à Wandalis linguâ, loquutos vidiſſe ſe refert Gazæus.

Eudoxia & Hypatia, Eruditæ. Ac illius quidem Auguſtæ celebrantur ſuper Evangelijs Ομηρόκεντρον. Demetrius, Philo, Theon, & alij inſignes Mathematici: Proclus omnium præſtantiſſimus, novvs Archimedes claſſem exurit. Simplicius Philoſophus, Ioannes Grammaticus. Servius, pleno ad Virgilium commentario celebris. Donatus Grammaticæ autor, Terentij ac Virgilij commentator, D. Hieronymi Præceptor inſignis. Auſonius Burdegalenſis, Poëta-Conſul, & Gratiani Imperatoris Præceptor.

SECVL. CHRISTI VI.
Rara.
Collectio Iuris.
Reges & Duces ſtrenui.
Peſtis.
Litaniæ-majores.
Seta.
Mahumetes moritur, *an.* 630.
Boëtius truncatus, *an.* 526.
Eruditi
Marcellinus.
Hero.
Heliodorus.
Simplicius.
Damaſcius.

SVB Iuſtiniano, quem Suidas Abecedarium comminiſcitur, compilatio Iuris facta eſt, à ſelectis Decem-viris, præcipuo inter eos Treboniano. Attila, Totila, Odoacer, Theodoricus: Gelimer, Pharamundus, Merovæus, Clodovæus: Beliſarius, Narſes, belli fulmina. Peſtis ab Ægypto, totum Orbem annis quinquaginta peragratur. Inde *Litaniæ-majores* ſub Gregorio M. qui Tabellam Virginis à S. Luca depictam, per vrbem circumferens, die ſacro Paſchatis Angelum audijt cantantem, *Regina Cæli lætare, &c.* viditque enſem vaginâ recondentem. Ab eodem Pontifice Max. *Cantus Gregorianus*, Stationes, Crucis adoratio in Paraſceve, & ſimilia. Monachi vermes *bombycinos* ex India Conſtantinopolim deferunt. Mahumetes naſcitur in Arabia Patre Ethnico, Matre Iudæâ. Ab illius fuga occipit apud Turcas Heigyra. Symmachus & Boëtius à Theodorico occiſi. Iuſtinopolis condita.

Marcellinus Comes, Hiſtoricus floret. Hero Mechanicus, Heliodorus Opticus. Decem Iuris peritiſſimi. Simplicius, & Damaſcius Philoſophi. Flavius Vegetius quinque Libros de Militia, dedicat Valentiniano.

SECVL. CHRISTI VII.
Rara.
Chriſtus in Oliveto.
Cathenæ S. Petri.
Martyria.
Rogationes.
Beneficia.
Miſſæ privatæ.
Venetus Dux primus.
Saraceni
Crucis exaltatio.
Pater Pauperum.
Eruditi.
Priſcianus, Merlinus.
Evagrius
Dei Servus.
Ignis Græcus.
Scholæ in Anglia.

CHRISTVS apparet in monte Oliveti. Cathenæ S. Petri miſſæ Conſtantinopolim. Iusjurandum ad Martyria, *Rogationes* reſtitutæ. Salutationi Angelicæ additum, *Sančta Maria mater Dei*, &c. Salarium Cleri tranſit in *Beneficia*, ſub Symmacho P. M. EVCHARISTIA in medio altari aſſervata. Miſſæ in privatis domibus celebratæ. Quadrageſima S. Martini, & jejunium Aduentûs. Veneti primum Ducem eligunt Paulum Lucium. Saraceni, quibus à Sara nomen & genus, totâ Africâ, Ægypto, Meſopotamiâ, Perſide, Cypro potiuntur. Panthei dedicatio, *feſtum Omnium Sančtorum*; geſtata in ὑπαπαντῇ cerea benedicta. Vſus Campanarum, & organorum. Crux à Perſis per Heraclium recuperata, & exaltata. Cancellarius Dagoberti Gontebrardus Metenſis Epiſcopus, *pater Pauperum* nuncupatur.

Priſcianus Grammaticus, Merlinus Vates, Evagrius Hiſtoricus. Secundus, ob pietatem DEI ſervus nuncupatus, Geſta Longobardorum proſequitur. Ignis Græcus à Gallino inventus. Maïdulphus Scotus, Latinas & Græcas ſcholas primus in Anglia aperit.

SECVL. CHRISTI VIII.
Rara.
Carolidæ.
Imperium Oc-

SARACENI qui Hiſpaniam occupaverant cæſo Roderico, à Carolo Martello debellantur. In Gallijs ſecunda dynaſtia Carolidarum. Imperium Occidentis inchoat *Carolus M.* Sub eo, Rheni cum Danubio communicatio fruſtrà tentatur. Corpus S. Marci Venetias allatum. Lotharingia dicta à Lothario.

Nor-

Normannis, Polono Duce, conceſſa Nueſtria. Exarchatus [illegible] it in Italia. Hungariæ primus Rex Arpatus, Legionis & Arragoniæ Pellagius, Angliæ Egebertus: Moſcovitarum, & Navarræ Regna inſtituta. Copronymus vetat fieri Monachos.

Pedum Summi Pontificis exoſculatio, Panis & Vini in Miſſa oblatio: Crucis geſtatio per Subdiaconum, ante equum Pontificis Romani: Symbolum in Eccleſia cantatum, Cantus & Organorum vſus à Theodoro & Benedicto in Galliam ex Italia transferuntur. Reliquiæ S. Marci Venetias tranſlatæ ſub Iuſtiniano Duce. Sarracenis omnia in Oriente vaſtantibus Cometæ duo viſi menſe Ianvario, per totos quindecim dies; vnus ante ortum, alter poſt Solis occaſum. Tituli *Cardinalium* aſſignati, quos LXX. rebus Eccleſiæ procurandis inſtituit Ioannes VIII.

Sequentibus ſeculis, vix alij *Scriptores* quàm Eccleſiaſtici; proprio anteà loco, quantùm ſatis fuit, indigitati.

MISCELLANEA. [illegible]cidentis, an 800. Lombardia. Monachi. Normannia. Exarchatus. Reges diverſi. Monachi. Cometæ. Cardinalium tituli, an 873. *Eruditi.*

PONTIFICVM Romanorum varia intruſio, & perturbatio. Caroli Magni progenies deficit in Ludovico. Sabaudia in Comitatum erigitur. Lotharingiæ primus Dux Carolus I. Poloniæ primus Rex Chriſtianus. Galliæ ſceptrum Genus *Capeticum* auguſtiſſimum capeſſit. Primus Ioannes XII. captùs Pontifex Max. nomen mutat. Campanæ benedictæ, & nominatæ à Ioanne XIII. Seceſſio Græcorum à Romanis manifeſta. Caſimirus è Clauſtro ad ſceptrum Poloniæ revocatur. Inde Polonis cincinnus in capite, & in ſolemnioribus feſtis ſtola alba. *Electores* Imperij ſeptem, à Gregorio V. conſtituti.

SECVL. CHRISTI IX. Tertia Dynaſtia Francorum, an. 987. Schiſma Græcorum. Polonis cincinnus, & ſtola. Electores Imperij, an 996.

HENRICVS II. Imperator electus à Septem-Viris. Domus Auſtriaca incipit clareſcere in Ferdinando. Aretinus muſicam juvat inventis *vt re, mi, fa, ſol, la.* Puer recens natus, diſtinctè loquitur. Mulier quadraginta annorum, totidem Liberos vno partu effudit. Burgundia dividitur in Ducatum, & Comitatum. Primus Boëmiæ Rex, Vratiſlaus. Turci & Sarraceni in Oriente multa occupant. Captâ Hieroſolymâ à Latinis, primus Rex *Godofridus* Bullonius, vrbem ingreditur cum ſpinea corona. Poſt Reges aliquot, Saladinus vrbem recuperat. Eclipſis Solis, & Lunæ. Symbolum Romæ cantatum, poſt Evangelium. Sacra apotheoſis, & Divorum canoniſatio. Officium B. V. inſtitutum. Vſus diſciplinarum. Globus aureus cum cruce, inſigne Imperij. Franco-Scholaſticus de quadraginta Circulis ſcribit.

SECVL. CHRISTI X. Imperatoris electio, an. 1001. Domus Auſtriaca, an. 1020. Sex voces Muſicæ. Portenta. Burgundia. Boemiæ Regnum an. 1086. Bullonius capit Hieroſolymam, an. 1099. Saladinus recuperat, an. 1187. Eclipſis. Symbolum. Officium B. V. M.

PAX Eccleſiam inter & Imperium, poſt multa dira. *Iuriſprudentia* floret. Ioannes à Temporibus, trecentis vno & ſexaginta annis vixiſſe narratur. In Gallia, tanta ſiccitas, vt fluvijs deſiccatis, ignis è terra erumperet. Regnum *Angliæ* tranſit ad Francos, Sicilia fit patrimonium S. Petri. Ante Philippum Auguſtum, nullus Liber gallicè elucubratus. Wernerus, Iuris lucerna dictus: Azor, fons Legum. Recepta à Rege Normannia. Orientis tenent Franci, annis ſexaginta. Tartarorum irruptio. Conceptio B. M. culta ab Eccleſia Lugdunenſi, contra ſcribente D. Bernardo. Roſarij Virginei pietas viget. Roſas aureas benedictas, ad Auguſtas dono mittit Pontif. Max.

Ariſtotelicam Philoſophiam ſuſcitant in Arabia, Avicenna, Averroës, Avempace, Meſue, alijque Arabes medicinâ clari. Multi *Rabbini* hoc ſeculo celebres. Præ ceteris, Moſes Majemonis; cui ab altero Moſe ſimilem non ſurrexiſſe, Hebræorum parœmia eſt. Hoc ſeculo ſcribit Euſtathius Theſſalonicenſis Epiſcopus, Homeri interpres. Veſtis CHRISTI inconſutilis ſubtuſa,

SECVL. CHRISTI XI. *Rara.* Iuriſprudentia. Ioannes à Temporibus. Siccitas. Franci in Anglia, an. 1136. Libri Gallicè. Iuriſconſulti. Normannia. Conceptio B. V. M. Roſarium. *Eruditi.* Medici Ariſtotelæi Arabes. Rabbini.

HISTORIA
Euſtachius.
Chriſti veſtis.
Magorum corpora.
Rhotomagum conflagrat.

Coloniâ tranſportatur Argentolium ad Lutetiam, tria Magorum corpora Mediolano Coloniam. Rhotomagum igne abſumptum.

SÆCVL. CHRISTI XII.
Rara.
Poeſis Gallica.
Corona Chriſti.
Sorbona, *an.* 1253
Helvetiorum libertas, *an.* 1295.
Eruditi.
Pyxis Nautica.
Sphæra.
Optica.
Bibliæ capita.
Cella Nazarethana, *an.* 1295.
Diviſio Imperij.
Ordines approbati.
Trina Campanarum pulſatio.
Feſtum Sanctiſſimi Sacramenti, *an.* 1264.
Iubilæum.

RITHMOS pangere Galli incipiunt. Regna Legionis, & Caſtellæ vnita. Corona CHRISTI Lutetiam allata, Sorbona fundata, Veſperæ Siculæ. Bella Francos inter & Anglos, horrida & diutina. Helveticæ libertatis origo. Pyxidis nauticæ inventio.

Ioannes de Sacroboſco, ſphæræ peritiſſimus. Vitellio Polonus, de Optica Libros decem ſcribit. *Biblia* capitulis diſtincta, qualis extat modò. Imperij Orientalis in Europæum, & Aſiaticum diviſio. Varij Regularium *Ordines* approbati. Campanarum pulſus triplex ad elevationem Miſſæ, necnon ad ſalutationem Angelicam. Inſtituitur ab Alexandro Pontif. Max. feſtum SANCTISSIMI-SACRAMENTI, Eva inter Leodienſes Moniali ſollicitante. Ejus Officium S. Thomas concinnavit. Sacra Ædes Nazarethana, è Dalmatia Lauretum ab Angelis tranſlata. Cœpit per idem tempus *Iubilæi* celebratio ſecularis, poſt annos centum. Plures Chriſtianos Martyrio affecerunt Sclavi, Saraceni, Mahumetani.

SÆCVL. CHRISTI XIII.
Rara.
Clades Curtracenſis, *an* 1302.
Hiſpania Mauris libera, *an.* 1350.
Clades Creſiaca, *an.* 1346.
Delphinus Franciæ.
Æræ Hiſpanicæ finis.
Tormentorum bellicorum inventio, *an.* 1348.
Iubilæum.
Eruditi.

CVRTRACENSI pugnâ victi Franci, Mauri in Hiſpania deleti. De Lege Salica, Francos inter & Anglos, diù certatum eſt; Anglus Lilia ſibi vendicat, Gallus Sali vectigal imponit: pugna ad Creſiacum, Franciæ primogenito Delphini nomen attributum. Æra Hiſpanica deſinit, Ioannes Rex Galliæ, captus ab Anglis. Bombardas, ex caſu chymico, in Germania reperit Bertoldus Monachus. Diſſidium inter Imperatores Græcos, Otthomanorum progreſſus. Prima Novi Orbis detectio per Venetos. Regis Francorum Chriſtianiſſimi privilegium; *Synaxis* ſub vtraque ſpecie. Iubilæum dimidiatum ad annos quinquaginta Feſtum viſitationis B. V. inſtituitur.

Dantes, Bocacius, Baldi duo florent.

SÆCVL. CHRISTI XIV.
Rara.
Puella Aurelianenſis.
Chalcographiæ inventio, *an.* 1440.
Inquiſitio in Hiſpania, *an.* 1492
Tamberlanus.
Ianiſſarij.
Scandebergus.

PVELLÆ AVRELIANENSIS operâ Angli Galliâ pulſi. Ars *Typographica* Moguntiæ inventa. Turci Hungariam ſubjugant. Normanniam Galli ab Anglis recuperant. Inquiſitio Fidei in Hiſpania, ſub Ferdinando & Iſabella, deletis Arabum reliquijs. Tamberlanus Bajazetem caveâ ferreâ includit, cæſis Turcarum ad ducenta millia. Ianiſſarios inſtituit Amurathus. *Scandebergus* Rex Albaniæ, Turcas ſepties vincit.

SÆCVL. CHRISTI XV.
Rara.
Conſtantinopolis capta, *an* 1473.
Guinea, *an.* 1472.
Congo, *an.* 1484.
Indiæ Occidentales, *an.* 1492.
Malabara, *an.* 1697.
Eruditi.

CONSTANTINOPOLIS captaà Mahumete, Palæologorum finis. Caloiamne & Andronico certantibus de Imperio, Bajazethis auxilio, victor Andronicus. Repertæ Indiæ Occidentales à Chriſtophoro Columbo, pro Regibus Caſtelliæ. Pro Luſitanis, Regnum Congo & Malabaricum. Iubilæum ad annos viginti quinque contrahitur.

Iodocus Badius Aſcenſius Mantuani, inter cætera, Commentator. Pogius & Laurentius Valla, Grammatici Antagoniſtæ: Polydorus Virgilius; Raphaël Volaterranus, eruditionis famâ celebrantur.

MISCELLANEA.

SECVL. CHRISTI XVI. *Rara.*

AMERICAM repertam à ſe, autoritate Regis Luſitaniæ, nominat Americus Veſpuſius. Canadam inveniunt Galli, Duce Ioanne Dionyſio Normanno. Navarram occupant Hiſpani. Edicta primùm *Gallicè* edita. Luſitani penetrant in Molucas, ab Hiſpanis ſubjugati. Rhodus capta à Solymano. Victoria Chriſtianorum *Naupactenſis.* Iapponum Legati Reges tres Romam appellunt. Apud Germanos Cruces ſanguineæ in veſtibus viſæ, & pluvia cruenta.

America, an. 1501. Canada, an. 1508. Edicta Gallicè, an. 1538. Portugallia ſubjugata, an. 1583. Rhodus expugnatur, an. 1527. Victoria Naupactenſis. an. 1571. Iapponum Legati.

Eruditi.

Præcedenti, iſto, & ſequenti ſeculo Litteras à veterno ſuſcitant, Budæus, Briſſonius, Cælius Rhodiginus, Caſſaneus, Alexander ab Alexandro, Lilius Giraldus: Auguſtus Thuanus, Carolus Paſchaſius, Paſſeratus, Deſpauterius, Clenardus, Eraſmus, Alciatus, Vatablus, Tiraquellus, Turnebus, Papyrius Maſſonus, Paulus Iovius, Guichardinus, Cujas, Fernelius, Fracaſtorius, Petrus Longolius, Lambinus, Iuſtus Lipſius, Ortelius, Scævola Sammarthanus, Sigonius, Bulingerus, Muretus, Faber, alijque innumeri.

Obſignandæ Generali Hiſtoriæ nullus calculus melior, tametſi ater, quàm MATTHÆI MOLÆI nomen per omnia inclytum. *Genus illi Senatorium, mens excelſa, pectus inconcuſſum, corpus vegetum, vultus qualis Heroum: mores illibati, virtus ſine nævo, honos ſine fuco, fama vltra invidiam; vita intemerata, mors vndequaquè Chriſtianiſſima. Ex Senatore in Parlamento Pariſienſi, Cognitor Generalis: hinc Proto-Præſes, tandem & Procancellarius, nutantis tantumnon Imperij Atlas vnicus. Defuncto tàm præcipuum, quàm hactenùs inauditum; Iuſta, quaſi occulto Numine & velut ex condicto, à cunctis in Gallia aſcetica pietatis Cultoribus perſoluta. Ingratus verò ſim, meo privatim nomine, ſi Magni Viri: mihique, quod nemo neſcit, amiciſſimi; memoriam non proſequar, hoc qualicumque monumento.*

Matthæus Molæus obijt 3. Ianuar. an. 1656.

CETERVM mirabitur nemo, has Temporum rationes non vſquequaquè certis calculis computari. Frequentis ſæpè ejuſmodi ambiguitatis, *cauſa* non vna. Obiter præcipuas attingam.

Difficultatum in Chronologicis, & obſcuritatum cauſæ.

Temporis ipſius natura, vel ipſi Auguſtino pluſquam Cymmerijs tenebris involuta. Nullum Prophanis Mundi initium, ſacris Autoribus cui momento alligandum controvertitur. Numerandi ratio non ſolùm prædifficilis, ſed vbiquè diverſiſſima. *Annorum* ſubinde dubia, & anceps acceptio. Sunt enim ſolares, ſunt Lunares: ſunt Pontificij, ſunt Civiles. Immò vnius & ejuſdem reſpectu, anni nomen variè interdùm vſurpatur. Vnde Petavio & Auzolio obſervantur Anni, I. Parilitatis, quandò ſimul regnant duo. II. Regni, quandò quis ſolus ſivè quietus, ſivè bellis laceſſitus. III. Inaugurationis, quandò quis denuò vnctus & coronatus, pacifico regno perfruitur. IV. Honoris, cùm anni alicujus etiam in ſucceſſores derivantur. Adde inchoatos, labentes, & vertentes annos pro integris non rarò vſurpari. Adde vni, eidemque Regi diverſa ex varietate etiam idiomatum, nomina tribui. Sed & viciſſim idem nomen, aut prænomen diverſis. Eo nimirùm modo omnes Ægyptij Reges veteres, Pharaones: moderni, Ptolemæi; Imperatores Cæſares à Iulio, Auguſti ab Octavio nominantur. Quin videris aliquandò facta vnius, pluribus: plurium, vni attribui.

Anni diverſi.

His igitur præſertim de cauſis, variant apud Chronologos Mundi creatio, & Eluvio, Olympiades, Anni Græcorum, Iudæorum captivitates, Danielis

HISTORIA

hebdomadæ: Prophanæ concordia Hiſtoriæ cum Sacra & Canonica, in geſtis v. g. Nabuchodonoſoris, Cyri, Aſſueri, Eſtheris, Eſdræ, ædificationis Templi, & ſimilium. Vbi quoque accidit inchoata ſub fine ſeculi vnius, non terminari niſi in conſequente altero: eundem v. g. Autorem, ſecula duo attigiſſe.

Quibus quidem *notis* obſervatu digniſſimis, obviam itur Cavillantibus res plurimas à Chronologis aliquibus affigi vni ſeculo: ab alijs præcedenti, aut ſubſequenti. Ex queis omnibus apertiſſima concluſione relinquitur, in hac Temporum materia non tam verum, quàm vero ſimilius inveſtigari.

Nexus & commiſſura Poëticæ cum Hiſtoria.

QVIDQVID verò Hiſtoricum ejuſmodi habent res Divinæ, Naturales, & Humanæ; nulla ars memoriæ & poſteritati feliciùs commendat, quàm Poëtica; quam ideò, conſequenti ſerie perſtringemus.

POESIS

POESIS ET MYTHOLOGIA.

TITVLVS I. *Ars Poëtica delibatur.*

EO nimirum fine recitati primò Verſus, & decantati in Cœtibus cùm domeſticis tùm publicis, vt res præclarè geſtæ commemorarentur. Quare non immeritò Poëſim Proſâ antiquiorem ſcribit Hiſpalenſis Iſidorus. Certè ſi ſtrictior eſt ſolutâ oratione, eſt quoque amœnior; quippe quæ ad naturam accedit propiùs, res ipſas effingit: *magiſque feriuntur animi, cùm carmine dicuntur ſententiæ.*

Poëtica commendatur, & explicatur. Cur instituta: Senec. Epiſt.108.

Eſt autem Poëſis oratio certis numeris harmonicè illigata, juxta cujuſque Idiomatis leges & præceptiones. Neque alius olim divinus ſermo. Sunt ſanè qui verſus agnoſcant in Iobi, & Davidis lucubrationibus. Priſci apud nos Galli, ſuos habuere Bardos, divina verſibus concinentes. Celebrant Græci, ſacros Muſæi & Orphei hymnos. Adeò longè divinior eſt Carminum origo, quàm vt ſedandis duntaxat Militum tumultibus impenderetur. Nec Poëſim à ſuâ arcet Republicâ divinus Plato, niſi eam quæ mores corrumpit, dum effœminat: adeòque cenſetur indecora, vt Cultoribus ſuis pudor ſit Poëtas indigitari. Quidquid ſit de origine, antiquitate & vſu; ſtatuitur generatim

Definitur. S. Hieronym. Epiſt. ad Paulin. Vbique Poëm. Syneſ. Epiſt. 116.

POESIS DVPLEX { *Rythmus,* & *Carmen.*

Poëſis duplex.

RYTHMVS, eſt vel ſine metro, vel cum metro, & illo quidem multiplici; ſcilicet in initio, medio, fine, & alternâ variatione. Cujuſmodi ſæpè reperiuntur apud Bernardum, Thomam-Aquinatem: alioſque id genus, qui circa duodecimum ſeculum floruere. Non gravabor libum hîc dare ex Oratione quotidiana quam compoſuit S. Caſimirus in honorem Sanctiſſimæ Deiparæ, ſecumque in ſepulcro condi voluit.

Rythmus.

OMNI die dic MARIÆ
Mea laudes Anima:
Ejus facta, ejus geſta
Cole ſplendidiſſima.
Contemplare, & mirare
Ejus celſitudinem;
Dic fœlicem Genitricem;
Dic Beatam Virginem.
Ipſam cole, vt de mole
Criminum te liberet:
Hanc appella, ne procella
Vitiorum ſuperet.
Lingua mea, dic trophæa
Virginis puerperæ.

ARS

Quæ inflictum maledictum
Miro transfert genere.
Nullus certè tam diſertæ
Extat eloquentiæ,
Qui condignos promat Hymnos
Ejus excellentiæ.
Nemo dicet quantùm licet
Laudans ejus merita,
Ejus cuncta ſunt creata
Ditioni ſubdita.
Hujus mores, tanquam flores
Exornant Eccleſiam:
Actiones, & Sermones
Miram præſtant gratiam
Evæ crimen, nobis limen
Paradiſi clauſerat.
Hæc dum credit & obedit,
Cœli clauſtra reſerat.

O cunctarum fœminarum
Decus atque gloria,
Quam probatam, & elatam
Scimus ſuper omnia.
Clemens audi tuæ laudi
Quos inſtantes conſpicis,
Munda reos, & fac eos
Bonis dignos cœlicis.

Vltimus iſte in Poëſi latinâ gradus ſupremum obtinet in Gallicâ, quæ ceteras in rythmica præcellit.

Carmen. Conſtat tempore, & pede. Simplici. Compoſito.

CARMEN ſeu Melos Poëſis eſt accuratior, conſtans tempore & pede. *Tempus* eſt juſta quantitatum vel longarum, vel brevium menſura. *Pes* eſt pars metri, ſyllabarum temporibus menſurata. Pes autem *ſimplex* conſtat vnâ, alterâ, aut tribus ſyllabis. *Compoſitus* vlteriùs excurrit. Ita vt formentur centum viginti quattuor pedes; quattuor diſſyllabi, triſſyllabi octo: tetraſyllabi ſexdecim, pentaſyllabi triginta duo, hexaſyllabi ſexaginta quattuor. A quibus elatio, & demiſſio procedit; ſive puri ſint ex Metris longis aut brevibus, ſive mixti ex vtriſque.

Centum viginti quattuor pedes.

Puri, & Mixti.

Inſigniores.

INTER eos *inſigniores* ſunt, *Spondeus* Cœlūm. *Dactylus*, ōmnĭbŭs. *Iambicus*, Părēns. *Choriambicus*, īngĕnĭī. *Pyrrichius*, cŏmĕs. *Anapaſtus*, Pĭĕtās. *Trochæus*, Sōrtĭs. *Tribrachus*, dŏmĭnă. A quibus *Verſus* diverſi, quos exempla ſatis indicabunt.

Verſus juxta pedes diverſi. Hexameter. Pentameter. Iambicus.

Hexameter; Crēſcĭt ă | mōr nūm | mī, quān | tum ĭpſă pĕ | cūnĭă | crēſcit.

Pentameter; Nēc vŏlŏ | quōd crŭcĭ | ăt, | nēc vŏlŏ | quōd ſătĭ | at.

Iambicus monometer, Purus; Dĕūs pŏtēns. *Ternarius*, *Quaternarius*, &c. vſque ad *Octonarium*. Fătī | jŭbēs | tăcē | rĕ quæ | ſuādēt | mĕtus.

Trochæus.

Trochæus, vnius metri. Chrīſtĕ | Sānctĕ. *Dimeter*; Sæcŭ | lī bĕ | ārŭs | aūtŏr.

Hendecaſyllabus.

Phalæcius, ex Spondeo, Dactylo, & tribus Trochæis; qui & à numero ſyllabarum, *Hendecaſyllabus*. Sūmmūm | nēc mĕtŭ | ās dĭ | ēm, nĕc | ōptes.

Dactylus.

Dactylicus, Dactylis conſtans duobus, vel pluribus. Pāngĭtĕ | cārmĭnă. vel Pāndĭtŭr | īntĕrĕ | ā dŏmŭs.

POETICA.

Spondaïcus, ex meris Spondeis. Sīt Chrī | ſtūs Rēx | Cœlī, | Iūdēx | ōrbis.
Ex vtriuſque mixturâ, fit *Glyconicus*; Aūdāx ōmnĭă pērpĕtī.
Hypercatalectus, cùm redundat ſyllaba. Nē dūbĭ | tā, nām | vērā fĭ | dēs.
Saphicus, īſtĕ | Cōnfēſ | ſōr Dŏmĭ | nī ſă | crātūs. Ità vt poſt tres Saphicos, adnectatur *Adonicus*, Scāndĭtĕ | Cœlī.
Anapæſticus ſeu *Parthemacus*, ferè conſtans Anapæſtis; paucis interdum Spondeis & Dactylis, cùm fit impurus. Tĭbĭ laūs | ſīt & ōm | nĭs hŏnōr, | Păter.
Choriambicus, oritur ex ſocietate Choræi, ſeu Trochæi, & Iambi.
Prōtĕ | gē nōs | ōmnĭ | pŏtēn | tē dĕx | tĕrā.
Aſclepiadæus, Mēcœ | nās ătă | vīs ĕdĭtĕ | Rēgĭbūs.

Spondaicus. Glyconicus. Hypercatalectus. Saphicus. Adonicus. Anapæſticus. Choriambicus. Aſclepiadæus.

Hi verſus omnes, ſi in Carmine ſeu Poëmate, ſemper ſimiles ſunt, vno genere Metri, Carmen illud vocatur *Simplex & Monocolon*, ſeu Aſtrophon. Si variè miſcetur, fit *Compoſitum*. Et illud quidem multiplex, dicolon, tricolon, polycolon. Id eſt duobus, tribus, pluribus metri generibus conſtans. Quo præſertim modo conficiuntur *Odæ* Dicolæ, Tricolæ. Quod ſi poſt ſecundum admittunt iterationem, vocantur Diſtrophæ: ſi poſt tertium, Triſtrophæ. In eis partes ſunt Stropha, Antiſtropha, Epodi.

Carmen Simplex, & Monocolon. Compoſitum multiplex. Odæ. Tres Odæ partes.

PORRO Carmen ſimplex, VARIO GENERE ſtruitur. Epicum, ſeu Heroïcum & Princeps, in magnis & auguſtis. Elegiacum, in fletibus, nænijs, &c. Lyricum, in doctrinâ, hymnis, victorijs. Epigrammaticum, in brevibus & acutis. Epidicticum, in laude vel vituperio. Protrepticum, in exhortationibus. Eclogicum, in familiaribus & paſtoritijs. Georgicum, in Agricultura. Satyricum, in invectivis. Didaſcalicum, quo res divinæ, naturales, morales, vel hiſtoricæ enarrantur. Dramaticum, in Comœdia & Tragœdia, ſeu Tragicomœdia. Partes illi adventitiæ, Prologus, & Epilogus: naturales, Protaſis, Epitaſis, Cataſtrophe, intermediæ, Chorus & Mimi.

Carminis varia genera. Heroicum. Elegiacum. Lyricum. Epigrammaticum. Epidicticum. Protrepticum. Eclogicum. Georgicum. Satyricum. Didaſcalicum. Dramaticum. Partes Comœdiæ, & Tragœdiæ.

Iocoſum Carmen, vario ingeniorum luſu adinventum. Puta Æquidicum ſeu Iſolectum, cùm ſingulæ dictiones, ſingulis opponuntur.

Anguis, Aper, Iuvenis; pereunt vi, vulnere, morſu.
Hic tremit, ille gemit, ſibilat hic moriens.

Iocoſum multiplex. Iſolectum.

Paronomaſticum, vel ſimplici nominis alluſione, quod in Stemmatis ſuetum & palmare eſt: vel cùm per alliterationem, *Echo* effingitur. Ænigmaticum, ſeu Logogryphum, ſub cujus ſignificatu, latet ſenſus aliquis myſticus & obſcurus. Acroſtichum ſeu, Cephalonomaſticum; quando ſcilicet litteræ capitales ſimul junctæ, integrum aliquod nomen initio, in medio, vel in fine includunt. Anagrammaticum, litteras nominis alicujus tranſponens, novam in nomine ſignificationem reperit. Sic latino idiomate, *Roma*, *amor*: Gallico *Marie* reddit *aimer*. Vtrumque ſimul exprimit ſequens Opera, quâ nupera tunc relatio Tereſiæ in Sanctorum album, exornata eſt.

Paronomaſticum. Echo. Ænigmaticum. Acroſtichum. Anagrammaticum.

ARS

S. TERESIA A IESV.

Anagramma.

EST AVREA VITIS.

ACROSTICHON.

O quis vitifero pertingis culmine cœlu M
Q uo te namque vocem, tu diſſere nomen; Olymp O
V t quid cœleſtis tentas æquare cacume N
A n Veſuvinus apex æternis ignibus arden S
N um Cynthus Phœbi quondam gratiſſima ſede S
T rinacris, anne thymo violiſque es fertilis Hybl A
V inifer an Parmes, vel mons Minoïus? illi C
M entitur nam vana fides, de ſemine terræ E
S uſceptũ eſſe Iovem, à quo cætera Numina. Fallo R
V aſtâ quin potius ſublatus ad æthera mol E
P indus erit, vetus Aonidum Phœbique tribuna L
E ia Parnaſſi-ne domus? domus æmula cœl I
R upe biceps, quam Pegaſides coluere Puell Æ,
A ncipiti hærebam curâ diſtractus, & iſthæ C
S æpè revolvebam; ſubitò, mirabile dict V
C ùm Dea Nympha loci linquens Spelæa, cubil I
E minet. Huic crines multâ diſcriminat art E
L aurea vitta: ſacros humeros Hyacinthina veſti S
E xornat, frontemq; manuſq; & pectus honeſtan T
B ullata gemma. Hæc roſeo ſic ore locuta es T
R upes quam celsâ tendentem ad ſidera mol E
A ſpicis; hos montes tàntùm caput extulit inte R
T urgentes quantùm ſuperant ſilveſtria palma E
I pſa eſt quam Solymi claro dixere Priore S
N omine CARMELVS; quam mollis temperat aur A
O bliquoque ambit decurrens flumine lymph A
M axima quam Cœli ornarunt miracula, cat V
E liadum celebrata: Elias incola fertu R
N omen ubi ac Numen primùm coluiſſe Maria E
O lli præcipuum decus eſt hæc Virgo TERES A
L argo quæ pridem turget ſeu vinea fœt V
I n qua prædulces certant cum fronde racem I
M unere divino ſata; jam propagine fuſa eſ T
P er terras quacunque patet lux pervia Phœb I
I, nque ævum auratos fructus feret AVREA VITI S.

Immo interdum ipſæ etiam dictiones integræ, ejuſmodi artificium inchoant. POETICA.

CHRISTVS Homo atque Deus, caſtâ de Virgine natus,
Victima facta Poli, Victima facta Soli.
Pro Injuſtis Iuſtus, pro crimine criminis expers,
Offertur Patri; hæc Victima quanta fuit?

Cancrinum, cùm per anaſtrophen ad eamdem vel diverſam ſententiam recurritur. Cancrinum.

Signa te ſigna, temerè me tangis & angis;
Roma tibi ſubitò motibus ibit amor.

Centaurinum, quando carmen ex multiplici Verſuum genere componitur: inchoaturque à longioribus metris, & deſinit in breviora, vel ſecùs. Hujuſmodi artificio fabricantur verſus geometrici in figuram ovi, pyramidis, crucis, crucifixi, Angeli, & ſimilium. Quod inſigniter præſtitum eſt ab Rabano Mauro, in illo præſertim labore operoſiſſimo & verè ſtupendo (niſi deeſſet verſuum elegantia) quo figuris viginti octo multa fidei Chriſtianæ myſteria: multi myſtici numeri Angelorum, virtutum, donorum Spiritus-Sancti, Beatitudinum, quattuor Elementorum, Temporum anni, Evangeliſtarum, menſium, ventorum, librorum Moyſis, nominis Adam, Alleluya, & Amen; aliarumque rerum vis & dignitas, in formam Crucis redacta, ſubtiliter & ingenioſè explicantur. Ea ſimul cum aliorum exemplis, reddent noſtra Philocalia Practica. Centaurinum. Rabanus Maurus.

Affine eſt carmen Proteïcum, cujuſmodi vidimus olim ad Divam Fojenſem non procul Dinanto inter Eburones, Bernardi Danhuſij Opus illuſtre hocce titulo; *Protheum Parthenicum. Eſt nimirum vnius Libri verſus, vnius Verſus Liber; ſtellarum numero, ſive formis centum viginti duabus;* Protheum.

Tot tibi ſunt dotes virgo, quot ſidera cœlo.

Extat ſimul cum Commentariolo Latiniſſimi Ericij Puteani, & Iuſti Lipſij ſucceſſoris, verſus de CHRISTO Servatore.

Rex, Dux, Sol, lex, lux, fons, ſpes, pax, mons, Petra, Chriſtus.

Qui quidem verſus, nomen ita meretur, vt incredibili artificio verti queat tricies, ſexties, centies, millies, & octingenties. Ego certè credere malim, quàm experiri.

Centonicum, interpolatum ex vnius Poëtæ vel Plurium verſibus, hinc inde congeſtis. Vnde Tertullianus, vbiquè literatiſſimus, *Homero-centones* vocari ' ſolent, quos de carminibus Homeri propria Opera, more centonario ex mul- ' tis hinc inde compoſitis, in vnum ſarciunt corpus. Fuſiori ſtylo Auſonius, ' artificium ſic depingit: varijs de locis, ſenſibus diverſis, quædam carminis ' ſtructura ſolidatur, in vnum verſum vt vocant: aut cæſi duo, aut vnus & ' ſequens cum medio. Nam duos junctim locare, ineptum eſt: & tres vnâ ' ſerie, meræ nugæ. Diffinduntur autem per cæſuras omnes, quas recipit ver- ' ſus heroïcus. Senſus diverſi, vt congruant: adoptiva quæ ſunt, vt cognata ' videantur: aliena ne interluceant, accerſita ne vim redarguant; denſa ne ſu- ' pra modum protuberent, hiulca ne pateant. Noſtro ævo, vt de veteribus taceam, celebre fuit Vaticinium Virgilianum F. Sammarthani (quod nomen Muſis amiciſſimum) de expeditione Rupellana, quam credas revera à Marone deſcriptam. Inter Palmas quoque Regias aſſurgit, Publij Maronis Proſopopœia pro vrbe Mantua; quæ inter cætera Regem Invictiſſimum ſic depingit. Centonicum. De Præſcript. c. 39.

---Rege incolumi mens omnibus vna eſt.
Qui regere imperio populos, indicere bella,
Tutari Italiam, defendere finibus hoſtem,
Sive animis, ſive arte valet---

Ars *Heſperiam metiri, & debellare ſuperbos.*

Vix tamen quiſpiam aſſecutus eſt Capiluporum in Italia, mirabilem concinnitatem; cujus guſtum accipe precationem ad B. V. Mariam, de tumultibus Gallicis.

Dum te nunc ſolio ſtellantis Regia Cœli
Accipit, æternumque tenet per ſæcula nomen;
Hinc geminas nunc flecte acies, terraſque jacentes
Gallorum, & longè ſaltus latéque patentes
Aſpice; nunc ſupplex venio, miſerere tuorum, &c.

Parœmiam. Parœmium, incipit omnes dictiones ab eâdem littera; vt

Res, Regnum, Reges, rectâ ratione reguntur.

Serpentinum. Alphabeticum. Metatheticum. Parallelum. Serpentinum, ſeu Epanalepticum, cum eadem dictio verſum incipit & abſolvit. Alphabeticum, quando ſinguli verſus abs litteris Alphabeti ſeriatim incipiunt. Quo ordine decurrunt Ieremiæ Lamentationes, & apud Vatem Purpureum Pſalmus centeſimus decimus octavus. Metatheticum, cum in vnâ dictione, per litterarum tranſpoſitionem, variatur dictionis ſignificatio. Parallelum, ſeu correlativum; cum certæ quædam dictiones, ſibi invicem ordinatiſſimè juxta & ſuaviſſimè reſpondent. Ita divinæ effectus & fructus Euchariſtiæ, ſequenti operoſiſſimo artificio includuntur.

Cœna, Sacramentum, panis, communio, ſanguis,
Vltima, divinum, vivus, ſanctiſſima, CHRISTI,
Vivificat, donat, confortat, deprimit, auget,
Mentem, ſolamen, mortales, crimen, amorem.
Lætificat, ſpernit, concludit, pandit, adunat,
Mœſtos, elatos, infernum, ſidera, amantem.
Roborat, exaltat, nutrit, dilatat, opimat,
Infirmos, humiles, pietatem, pectora, fructu.
Conjungit, ſolidat, ducit, dulceſcit, opacat,
Credentes, dubios, errantes, mentibus, umbrâ.

Monoſyllabicum. *Monoſyllabum*, frequens in Auſonio; qui iſtud Technopægnion non invtiliter vocat, ocij invtile opuſculum; quod non mireris, ſed paucis litteris additis ejus miſerearis, neque æmulari velis. Per omnia vagatur monoſyllaba; pauca hæc laborioſiſſima ſufficient in exemplum.

RES *hominum fragiles alit, & regit & perimit* SORS.
SORS *dubia, æternumque labans, quam blanda fovet* SPES.
SPES *nullo finita ævo, cui terminus eſt* MORS.
MORS *avida, infernâ mergit caligine quam* NOX.
NOX *obitum vicem remeaverit aurea cum* LVX.
LVX *dono conceſſa Deûm, cui prævius eſt* SOL.
SOL *cui nec furto Veneris latet armipotens* MARS.
MARS *nullo de Patre ſatus, quem Treſſa colit* GENS, &c.

Commixtum. *Commixtum*, ex Græco & Latino idiomate, habet idem Auſonius.

Ελλαδικῆς μετέχων μούσης *lætitiaque Camœna,*
Α῎ξιος Αὐσόνιος *ſermone alludo bilingui, &c.*

Symphoniacum. *Symphoniacum* ſeu Philomelinum, ex ſuavi & artificioſa vocum aliquot, verſu

bus comprehenſarum repetitione; vt in illa verba Cantici Canticorum, *tota pulchra es amica mea*; POETICA.

Sunt pulchræ SYLVÆ, *ſunt pulchra* NVMISMATA, *pulchrum*
Eſt PRATVM, *in viridi* GRAMINA *pulchra ſolo.*
Sunt pulchræ GEMMÆ, *ſunt* ASTRA, *&* STEMMATA *pulchra:*
Sunt pulchri FLORES, *eſt quoque pulchra* DIES.
Pulchrior es SYLVIS *mea ſponſa*, NVMISMATE, PRATO,
GRAMINE, GEMMA, ASTRO, STEMMATE, FLORE, DIE.

Parodicum, quod fit ad imitationem alterius. Vel per aliud metri genus; Parodicum. quomodo pulchrè Horatium imitatur non ſemel Boëtius, ille Romanorum &Eruditorum vltimus. Mnemonicum, ad juvandam memoriam; vt ſeptem Mnemonicum. vitia, Superbiam, Avaritiam, Luxuriam, Invidiam, Gulam, Iram, Acediam verſus vnus comprehendit; ficta dictione, ex primis horum criminum literis.

Vt mortem vites, ſemper SALIGIA *vites.*

Extat ſimile opus, quo omnia Sacrorum Volumina comprehenduntur artificio ſanè laborioſiſſimo. Guſtus dabit Hiſtoria-Apoſtolica; ſic indicata.

1	2	3	4	5	6	7
Eligitur Mathias.	factus eſt de cœlo.	Claudus.	Communia.	Ananiæ.	Diaconi eliguntur.	Stephanus.
Sorte.	*ſonus.*	*ſalit.*	*omnia.*	*fraus.*	*ſeptem.*	*lapidatur.*

8	9	10	11	12
Baptiſat Eunuchum	Convertitur.	ſubmittitur.	Circumciſi contra Petrum.	miſit manus vt affligeret.
Philippus.	*Saulus.*	*Vas.*	*diſceptant.*	*& Herodes.*

13	14	15	16	17
Dixit Paulus Elimæ.	obtulerunt Paulo & Barnabæ.	neque nos portare potuimus, neque patres.	exivit à Pithoniſſa.	prædicabat Paulus.
Cæcus eris.	*tauroſque.*	*jugum: ſpes.*	*quæſtus.*	*Athenis.*

18	19	20	21	22
Percutiebat ante tribunal.	ſeditionem movent.	Juvenis qui ceciderat è feneſtra.	ligat Paulum.	cædit Paulus.
Soſtenem.	*Epheſij.*	*redivivus.*	*Zona.*	*Flagellis.*

23	24	25	26	27	28
Fit nepos Pauli.	audiet Paulum.	verſit Ieruſalem.	loquitur Paulo.	navis & animæ evaſerunt.	venit Paulus.
Iudex.	*Felix.*	*Feſtus.*	*Agrippaque.*	*naufraga.*	*Romam.*

Leoninum ſeu Æquivocum, in quo rithmicè contrariant initium & finis, vel Leoninum. etiam medium; vt

Hunc Dominus ditat, qui ſedulus otia vitat.
Ne ſcribam vanum, duc mihi CHRISTE *manum.*

Enimverò quoniam præcipua Poëtices materia FABVLÆ ſunt, quibus tota Mythologicæ compendium. fermè Vetus Eruditio continetur; illarum SYNOPSIM alphabeticam hîc interponere, non erit præter extra-ve propoſitum.

TITVLVS II.

Fabula definitur, & explicatur.

POESIS MYTHOLOGICA.

FABVLA, veritatis contextum variâ eruditione involucrum, præcipuè

TRIPLEX { *Rationalis, à ratione præditis deſumpta.* / *Moralis, aliàs Apologus, à brutis & inanimatis.* / *Mixta, ex vtrâque ſuperiori coaleſcens.* }

Ex varijs porrò circumſtantijs cognominantur variæ Fabulæ. Comœdiæ, Togatæ, Prætextatæ, Attellanæ, ab Attellis Campaniæ Oppido, jocis & ſalibus plenæ; Palliatæ, Tabernariæ, Planipediæ. In eam fermè rationem, ſed altioris ſpiritûs, Tragœdiæ. Ænigmata quæ & Scrupi, Sphynges, Logogryphi, Æni, Parabolæ. Carmen ſubinde varium, quomodo ſuas Metamorphoſes Ovidius replevit fabularum omnium farragine. Quæ quidem vniverſa miro quodam artificio ſub verbis obſcuris ac metaphoricis, ſenſus celant allegoricos. Vnde Fabularum *interpretatio triplex*. PHYSICA, ex cognitione rerum naturalium. POLITICA, ex cognitione hiſtoriæ. ETHICA, ex cognitione vitij & virtutis ad mores Hominum efformandos.

Fabulæ interpretandi ratio triplex. Phyſica. Politica. Ethica.

Autores qui de Fabulis ſcripſerunt.

Ideò namque Fabulas *invenerunt & explicuerunt* Linus, Muſæus, Heſiodus, Orpheus, Homerus, Plato, Æſopus, Hyginus, Cicero, Poëtæ omnes ac Mythologi. In ceteris verò Fulgentius, Lilius Giraldus, Natalis Comes, Ovidij Interpretes. Qui omnes tam in προμυθίῳ, quæ pars veluti Fabulæ præambulum eſt: quàm in ἐπιμυθίῳ ſeu Apodoſi, quæ totius Fabulæ concluſio, reditio, ſeu reductio (vulgò affabulatio) poteſt appellari; tria vt plurimùm, vel certè è tribus vnum inſinuant.

Fabulæ partes duæ.

Senſus præcipui 3 ies.

I. Divinus.

I. Ab vnico principio, qui DEVS eſt, per fœcunditatem materiæ, rerum omnium fluxiſſe congeriem. Geniós revera exiſtere, ſeu Dæmones bonos & malos. E perenni & harmonico Cœlorum motu, Tempus enatum. Elementa omninò quattuor, omnis generationis & corruptionis radices eſſe. Animam Vniverſi, corpoream molem ab interitu vendicare. Omnia circa terram immobilem, perenni ſolemnique motu agitari. Nihil non fieri actione mutuâ, ac reciprocâ corporum cœleſtium & terreſtrium. Cunctarum rerum nativitatem ijſdem, licet diverſis, naturæ vijs progredi.

II. Hiſtoricus.

II. RERVM Inventores ſummo ſemper in honore habitos vbiquè. Filios ſæpè, appetitu dominandi, Parentibus perniciem machinari. Potentiores quâ vi, quâ dolo cupiditatibus ſuis ſatisfacere. Orbem in Fortunæ regno, inque divitijs & honoribus inconſtantiſſimum. Idem nomen ſæpiùs diverſis attributum, licet omnium geſta vni referantur. Vnius nomen proprium, in alios pro cognomine derivari; vt Reges omnes Pharaones, Ioves, Cyros, Cæſares, Auguſtos, conſtat paſſim eſſe appellatos.

III. Moralis.

III. ANIMAM immortalem operibus ſuis vel præmium, vel pœnam mereri. DEI oculum vbiquè intentum, omnes latebras penetrare. Solam innocentiam tutiſſimam. Pietatis cultum pervtilem, contemptum periculoſiſſimum. Numinis providentiæ omnia ſubjecta, ejuſque opem juvare noſtram induſtriam. Scientiam & ſapientiam, theſaurum eſſe opulentiſſimum. Ambitionis, Avaritiæ, Luxuriæ mala innumera. Naturam paucis contentam, ab omni exceſſu abhorrere. Malè parta, malè dilabi. Cupiditates nuſquam exſaturari. Numinis vindictam adeſſe, & ſuetam tarditatem ſupplicij gravitate penſare. Semper ex rationis præcepto vivendum. Fortunæ dona infida. Ius nunquam violandum. Voluptates domandas, cum ſupremi Numinis auxilio. Prudenter vbiquè agendum, maximè in proſperis. Hominum vitam, calamitatis dædalum. Vitia corpori, & animæ perquam noxia. Superbiam à DEO deprimi, modeſtiam evehi. In peccato, ipſiuſmet peccati ſupplicium includi. Optimam famam à DEO pendere. Et reliqua id genus ad intelligentiam vel Naturæ,

tutæ, vel Hiſtoriæ, vel Morum conducentia; quemadmodum clariùs indicabit ſequens Mythologia.

FABVLARVM SYLLABVS.

TITVLVS III. *Sub littera A.*

QVIDEM facilioris methodi gratiâ, ordine alphabetico colligi poſſent, Rei cujuſque recitatæ

In Fabvlis { *Nomina, Patria, Parentes:* / *Præceptores, Connubia, Proles:* / *Officia, Cultus, Significata.* } Novem titulis Mythologia diſtribuitur.

Verùm quia materiam levidenſem vel extremo calamo attigiſſe nimium fortè eſt, pauca è multis delibare ſatis eſto. Æſculapius.

Æsculapius, Græcis Ἀσκλήπιος; ductâ à benignitate Nomenclaturâ, & Aſcle Epidauri Regis filiâ, ope Æſculapij ſanatâ. Vnde Medici dicti interdum Aſclepiadæ, & Triſmegiſti Dialogus inſcriptus Aſclepius. Habuit *Parentes* Apollinem, & Coronidem Nympham: Vxorem Epionem, quod morbos mitiget; Nutricem Capram, & Cuſtodem Canem. In Infantuli vertice flamma micans viſa à Paſtore. Prolem maſculam Machaonem, Podalirium: fœmineam, Hygejam, Æglen & Panacæam. Hygeiæ quidem ſimulachro, vix apparenti apud Sicyonios, capillos mulieres dicabant, vt Pauſanias refert. Æſculapij Cultus fuit, Lucus in Arcadia, adeò vndequaquè clauſus; vt nemini fas in eo aut naſci, aut denaſci. Mortem obijt Iovis irâ, quòd Homines à morte revocare ſe jactitaret. Quippe ob curationes gloriâ inflatus & avaritiâ ſordidus, celeſti fulmine interijt. Extinctum deinde Apollo in ſignum celeſte tranſtulit, occiſis Cyclopibus fulminis fabricatoribus. Nomen. Proſapia. Cultus. Mors fulmine necatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sacrificia & Symbola fuere gallus, ex Platone: corvus, ſerpens, baculus nodoſus, canis; laurea corona, & caduceus, ex Euſebio. Rationes pulcherrimæ apud Autores à renovatione, vigilantiâ, labore, fidelitate, *Medicorum* dotibus præclaris. Quin & animadvertunt templa Æſculapio conſtrui ſolita in Inſulis, extra vrbem: & compoſitam ab eo *Naviculam* de Medicina Libellum. Imperium habuit in augurijs, & divinationibus; quia ad medicos pertinet πρόγνωσις & κρίσις, in morborum progreſſu dijudicando. Sacrificia, & Symbola. Medici.

Cognomina præcipua, Coronides, Philolaus, Pergamenus: Ἠπιοδότης, quaſi mitis dator: ἀγλαόπης, quaſi aſpectûs ſplendidi. Salutifer, & opifer. Ἀλεξίκακος, mala depellens: & αὐξιθαλής, quaſi augens ſemina. Vnde ſumitur à pleriſque pro aëre, cujus in temperie ſita eſt ſanitas. Cognomina. Significata.

Æolvs ventorum Devs, tùm quia Nautas docuit velis vti; conjiciens ex ignis & fumi ſagaci obſervatione, quinam eſſent regnaturi. Tùm quia peritus Aſtrologiæ & Mathematicæ, probè callebat tempora quibus venti flare deberent. *Significat* Hominem ſapientem, & maturum: ſibimet, ſuiſque affectibus fortiter imperantem. Rationem Hominis, cujus munus eſt iram frænare, aliaſque animi procellas moderari. Dei providentiam, rebus etiam minimis, & brutis quoque animantibus præſidentem. Æolus. Significata.

Orpheus *Ventis* hymnos adolevit cum libano, id eſt thure. Refertque Herodotus aram Ventis dicatam, templa Euſebius: Maro, pecudem albam Zephyris felicibus, ab Æneâ immolatam. Sicut ab Auguſto vota olim facta Vento Circio, Galliam ne infeſtaret. Et apud Sicyonios ara Ventis poſita memoratur, in quâ quotannis Sacerdos nocte vna illis ſacrificabat. Cultus Venti.

Actæonis Præceptor Chiron, vita venationi deditiſſima: mulcta eò quod in fonte lavantem ſe Dianam conſpexiſſet, in Cervum demutatio. Vnde proprij illius canes, Actæon.

Digitized by Google

SYLLABVS
Ovid. Metam. l. 3.

Vndiquè circumſtant, merſiſque in corpore roſtris,
Dilacerant falſi Dominum ſub imagine cervi.

Significata.

Significat adulatores, ingratos, aulicos, venatores, curioſos; quotquot ſecreta vel Divûm, vel Principum audent aut penetrare, aut evulgare. Ad hæc enim, vti ad Solem, accedendum monet vetus oraculum.

Eccli 3.
Adonis.
Nomina.
Parentes.
Proſapia.

ADONIS, qui & Adon, Hebræis Thamus, ex Hieronymo in Ezechielem; habuit *Parentes*, Myrrham. Hæc videlicet ex inceſtu cum proprio Patre Cinyrâ, Cypri Rege, fallaciâ nutricis vetulæ, concepit. Idcircò dolore tacta in arborem nec vivam, nec mortuam, ſynonymam tranſmutatur. Inde filium diſſectâ cortice enixa, in criminis memoriam quotidiè lachrymatur. Adonidis porrò Nutrices, Najades: Amaſia, Venus; Proles, Priapus.

Cultus.
Cap 8.
Inania & futilia.

Cultus, Adonia. Feſta ſcilicet in quibus à mulieribus primò mortuus, deinde renaſcens colitur. Fletu etiam proſecutum, memorant vaticinia Ezechielis. Eidem ſacer Iunius Menſis. Adonidis horti proverbium eſt de florentibus, & infructuoſis. Nam Praxilla Poëtria Adonidis levitatem notavit, quod in Inferis reſpondiſſet ſe apud Superos pulcherrima ſolùm vidiſſe; Solem, cucumeres, poma. Et οὐδὲν ἱερὸν, dictum ab Hercule, cum primùm Adonia vidiſſet.

Mors.
Anemona.

Mors Apri dente, ſepultus eſt à Venere inter Lactucas; qui creduntur laſciviam reſtinguere, ſicut Erucæ accendunt. Moxque mutatus eſt in florem ſanguineum ſine odore, *qui de ſanguine concolor ortus. Anemonem* vocant, quia non niſi flante vento aperitur.

Ovid Metamor. 2.

——— Brevis eſt tamen vſus in illo:
Namque malè hærentem & nimiâ levitate caducum,
Excutiunt ijdem, qui perflant omnia, venti.

Cognomina.

Cognomina, τριφίλητος, quoniam amatus fuit à Iove, Venere, & Proſerpinâ; vel quaſi perfectionis numero, πολυφίλητος.

Significata.

Significata; vel Sol, qui mediam curſûs partem in altero hemiſphærio peragit: Vel frumentum ac ſemina: vel voluptatis deliciæ. Quàm enim heu! ſæpiſſimè, *Cœlo præfertur Adonis.*

Alphæus.
Arethuſa.
Cognomina.

ALPHÆVS fluvius, cujus origo ſymbolum vocatur, locus ad Philaxem vrbem Lacedemoniorum. Illic nimirùm plura Arcadiæ flumina, confluunt in Alphæum; qui nunc terræ meatibus aquas abſcondens, licet Strabo reclamet: nunc verò emergens; etiam mare tranſgrediens miſcetur tandem in Inſula Ortygia prope Syracuſas cum aquis *Arethuſæ*. Ferunt verò Alphæum nihil ſalſedinis ex mari contrahere. Sola fluminis illius aqua Sacrificijs inſerviebat. Eâque admixto cinere lenibant altaria, vnde vocatur etiam Ariger. Neque ſolùm purificationi, ſed etiam valetudini credita eſt aptiſſima. Inde & nomen Alphæi, ab ἄλφος macula vitiliginis ſpecie; quam tabem, aliaque itidem vlcera perſanabat. Adjungitur Oliva fructifera, eò quod aquâ ipſius luxuriarent oliveta.

Significata.

Symbolum eſt illorum, quæ animis purgandis inſerviunt. Denotat & animi, corporiſque munditiem DEO charam. Vim naturamque virtutis, cui nemo ritè nubit, niſi perpurgatus; adeò nullus poteſt eſſe oliva fructifera, niſi lotus aquis contritionis & pœnitentiæ.

Amphion.

AMPHION, à Mercurio, Apolline & Muſis edoctus: lyrâ & cantu feras, ſaxaque trahens, Thebas Bœotias condidit. Oraculum verò de ea vrbe nuſquam deſtruenda niſi cantu lugubri, implevit Alexander dum expugnavit.

Andromeda.

ANDROMEDA, à Parentibus Iunoni prælata ob pulchritudinem, Oraculo conſulto in criminis expiationem rupi religata, Ceti monſtro marino Regnum depopulanti devoranda exponitur. Verùm à Perſeo liberatur, occiſo monſtro, eâ lege vt nuberet Liberatori. Inter Aſtra, poſt mortem, à Minerva collocata fuit.

Apollo.
Proſapia.

APOLLINES omninò quattuor, vni tamen (vt fit) geſta omnium tribuuntur. Huic igitur famoſiſſimo Patria Delos: Parentes Iupiter & Latona: vxores Diana, & aliæ: Proles, multiplex. Muſices, Medicinæ, Iaculatoriæ, Poë-

ſeos, Vaticinij, Paſtoritiæ Devs; quia illarum artium aut inventor fuit, aut cultor. Fabvlarvm. Cultus.

Apollinis ſimul & Hyacinthi *feſti* dies Hyacinthij, celebrantur apud Lacædemonios. Eidem in monte Soracte, nudis pedibus ſuper prunas incedentes Sacerdotes, tauros & agnos mactabant.

Dicati imprimis Cupreſſus, quia in eam mutavit ſibi dilectum Cypariſſum mœrore confectum. Symbola. Item Palma, Oliva, Cicada; cujus imaguncula aurea Athenienſium cæſariem colligens, Inquilinos diſtinguebat ab Advenis. Cicada ſiquidem vbi naſcitur, illic & vivit & moritur. Laurus non tàm ob transformationem Daphnes in Laurum, quàm ob ipſius plantæ virtutem contra fulmen, itemque fatidicam. Quippe ſub capite dormientium, futura repræſentare memoratur. Ob eaſdem rationes, Myrica, Cygnus, Soli-ſequium; quem in florem converſa fuit Clytia Apollinem ſemper intuens, ſicut & in thus Leuchotoë altera Amaſia. Sed verò nihil famoſius *Tripode*, quem, aiunt nonnulli, vas fuiſſe aureum tribus pedibus: alij tabulam, ſeu cortinam, pelle Pythonis contectam. Tripus. Huic Pythia ſeu Phœbas Prophetiſſa inſidens, per inferiora naturæ ſpiritu concepto, oracula & vaticinia edebat.

Pythia quæ è Tripode Phœbi, Lauroque profatur. Lucret. l. 5.

Quia porrò æſtimatus eſt, ab Antiquis, Sol in cœlo, Liber in terra, & apud Inferos Apollo; ideò tria ipſius olim inſignia, circa ejus ſimulacrum. Lyra, ob Cœleſtem harmoniam. Gryphus Æneus, vel Clypeus, terrenum Numen oſtendebat. Sagitta vim nocendi, Dijs inferorum propriam; vnde & nomen ἀπὸ τȣ̃ βάλλειν, abs jaculando. Tandem pingebatur cum quattuor manibus, totidemque auribus. Quia ita viſus eſt apud Amyclas pugnans. Vnde nata eſt parœmia, *quadriaurem audi*; id eſt prudentem, & induſtrium.

Nullius profectò Numinis, ob varios effectus ac beneficia, tot *Cognomina*. Cognomina. Dicitur enim Alexicacus, quod à peſte liberet. Vnde ſacrificantes inclamabant: Apollo ἰήιε; ideſt, Medice Apollo. Pæan, quaſi ſedans moleſtias. Inde differentia apud Græcos nata. Nam dicendo ἰὴ παιὰν, ſanitatem precabantur. Dùm verò ἵε παιὰν, adverſa. Οὔλιος, quia præeſt ſalubribus. Loxias, vel quia Sol flexuoſum peragit iter: vel propter perplexitatem, & obliquitatem oraculorum. Delius, quia ſol luce ſuâ omnia δῆλα, id eſt clara efficit. Phanæus ceu φαίνιος quod ſol quotidiè novus videatur: vel quia illuſtrat, ſemper lucens. Phœbus, vel quod vi feratur: vel à nitore, vel quia purgat corpora; vel à luce, vel à vitâ quam juvat. Κȣροτρόφος, quod imberbi Apollini Adoleſcentes primam lanuginem dicabant. Αἰειγενέτης, ſemper exoriens: vniverſa generans, fovens, alens, producens. Lycius, quod omnia albeſcant illuceſcente Sole. Hanc lucem, Græci veteres dixere λύκην; vel quia prima luce è Silvis egreditur λύκος, lupus. Vnde in Lyciâ oraculum inclyti nominis, ob luporum internecionem, *Lycio vota probante Deo*, ait Propertius. Lucrio, quod oracula ad lucrum daret. Certè & Pythia, non ſemel corrupta pecuniâ eſt, vt oracula redderet Philippo Macedonum Regi. Phileſius, cui conſecrata *Phileſia* certamina baſiorum puerorum. Επίσκοπος, Choragus cum Muſis, vigilans ac ludens. Ημεροδρόμος, Curſor diurnus; quia curſu Sol Mundum perluſtrat. Bel ſeu Beles, ex Herodiano. Hecaergus, quippe qui etiam procul eximias in omnibus energias & efficacias emittit. Ἄναξ Rex, ab ἄκος, quod medelam curamque ſignificat: vnde Anaces vocantur Dij; in primis verò Caſtor & Pollux. *Thyreus* ſeu Proſtatorius, ſcilicet à proſtando; quia Aræ Apollinis, ante fores ſtatuebantur. Vnde & Tertulliano nuncupantur ſubdiales ſtatuæ Soli expoſitæ. Aliam quoque ob rem dictus & Ianus, apud Arnobium. Parthaſius. Propitius, ſeu auxiliaris; agnam enim ſingulis annis mactantibus, adeſſe credebatur. Agyieus, ſeu Agyiates, quod vias illuminet. Cytinus, κύτινοι namque primi ſunt floſculi illi, qui decidunt ex Malo punicâ. Sol verò ſuis radijs non aliter coronatur, quàm floribus arbos illa. Comæus, in Vrbe Seleucia, ex Ammiano. Iulius verò Capitolinus ſcribit Babylone in Templo Apollinis, inventam arculam auream miræ vetuſtatis; è quâ perfractâ aër erumpens, præſentes interemit, vicinas Provincias peſtilentiâ circuminfecit.

Aphetor, ab edendis oraculis; quare & Deo dicati, vt ſunt Religioſi, di-
Syllabvs cuntur ἀφετοὶ; quo etiam nomine, animalia ſacra vocat Athenæus. Muſagetes, Muſarum Ductor; eſt ex Proclo, vnitas cum harmoniâ Vniverſi. Qui chorus ex vnitate & numero novenario, totum Mundum vinculis indiſſolubilibus colligat. Η'λιος, quo nomine Sol Græcis indigitatur. Quo pariter etymo, *Elias* noſter, Sol eſt Monaſtici Inſtituti; qui hodiéque radios virtutum vbiquè diſſeminans, vitâ fruitur immortali: igneis quadrigis raptus, vt ſit candidatus æternitatis.

Statua. Erat & Heliopolitani Apollinis *ſimulachrum*, miri artificij. Aureum videlicet, ſpecie imberbi, dextrâ elevatâ cum flagro in aurigæ modum: lævâ tenebat fulmen, & ſpicas. Vehebatur ferculo, cui ſubibant plerique Provinciæ Proceres, & alij raſo capite, longi temporis caſtimoniâ puri; ferebanturque divino ſpiritu non ſuo arbitrio, ſed quò Devs propellebat. Illud ipſi quoque abſentes, obſignatis diplomatis, conſulebant. Furtum quis non credat factum
Cap. 1. Ezechielis picturæ mirabili?

Arion. Arionis officia; Lyricen, verſus, tropos, figuras, tragœdias, ſatyras, condidit. Sed navigatione illuſtrior, fingitur Nautarum crudelitate merſus in mare: ſed à Delphino, vivo ſcilicet navigio, ad littus deportatus. Delphinus
Delphinus φιλάνθρωπος. immemoris & ingrati Arionis quaſi licentiam ad reditum expectans, vel abſentiam lugens: in littore expirat. Piſcis ſanè adeò φιλάνθρωπος, vt narret Plinius, Auguſto imperante, Delphinum Puerulo ſic familiarem; vt certâ ſemper horâ, littori adeſſet, panem ex ejus manu ſorberet: ipſum ſæpiùs deportaret in
Significata. aquas, reportaret in continentem. Ceterùm Arionis Delphinum, *navem* multi interpretantur non illegitimè.

Ariſtæus. Aristævs Viri *prudentis* agnomen, mellis vſum, & ſtoracem corporibus curandis aptiſſimum invenit. Dijs primus Taurum immolavit; ab eoque cœpit conſuetudo animalia mactandi, cùm priùs *ſacrificia* fierent ſolis ſuffumi-
Sacrificia. gationibus.

Atalanta. Atalanta Schœnei, vel Iaſij pulcherrima filia, corporeque nimis quàm agili, oraculum acceperat de ſervandâ virginitate; adeò vt ſi matrimonio jungeretur, foret miſerrima. Interim convenientibus vndiquè nobilibus Procis, ſancitâ lege cautum fuit; vt quicumque ab eâ inter currendum ſuperaretur, victricis imperio mortem ſubiret. Si quis curſu melior Virginem anteiret, eam ſibi velut præmium ferret in Conjugem. Perierunt in eo certami-
Hippomenes. ne non pauci. Vnus felix *Hippomenes*, projectis malis aureis, virginem colli-
Mala aurea. gendis diſtractam, prævertit, & vxorem tulit. Sed quia ille ingratus, amboque polluunt Templum, in Leones vertuntur.

Atlas. Atlas è Mauritania oriundus, Iapeti & Clymenes filius, Frater Heſperi, à quo Heſperia, qui & dicitur mutatus in Luciferum. Vxor Pleione, filia
Proſapia. Oceani & Thetidos. Proles ſeptem Pleiades, ſeu Atlantides; à Iove in totidem ſtellas converſæ, fugientes blanditias Orionis.

Significata. Primus vſum navium adinvenit, ventorum regimen, & Aſtrologiam mirificè excoluit. Nempe *Mathematicus* raræ eruditionis, & experientiæ. Is dum Aſtra contemplatur in mare lapſus, nomen dedit monti, mari, ac Populis in Mauritaniâ, qui dicuntur Atlanti: quique Solis radios nimiùm ardentes probris, contumelijs & ſagittis excipiunt. Mons ipſe, qui altiſſimus videtur, Cælos pertingere fingitur; fulcrum, ſeu Columna firmamenti. Atlanti verò Cælum ſarcina & onus, quippe totus in Aſtrologiâ erat: primuſque rationem in-
Aſtrologia. venit illud Iovis ſolium inſtrumentis quodammodo conſcendendi, & certis regulis dimetiendi. Pater & velut Genitor Pleiadarum, & Hyadum. Vel quod primus in Cælo earum formam obſervarit, vel quod ejuſmodi Conſtellationibus filiarum nomina impoſuerit.

Aurora. Avroræ Parentes Titan & Terra, ipſa parens Memnonis ex Tithone: & Stellarum, ex Aſtreo. Dea primæ diei horæ, ſicut aliæ alijs Numinibus dicatæ. Grandis fabularum ſeges, *agnominatur* aurea, ab auro: Λαμπαδοφόρος, à lumi-
Cognomina. ne, Roſcida à rore; à roſeo colore Roſea, ſeu Crocea. Εανηφόρος, à peplo & veſte tenui. Χρυσόθρονος, auream ſedem habens. Αγγελίτια, nuncia diei, Titanis prodroma. Ροδοδάκτυλος, roſeos habens digitos. Pudori-color, alijſque

ſexcentis. Ejus officium, noctem fugare & diei portas aperire. FABVLARVM.

——Ecce vigil, nitido patefecit ab ortu,
Purpureas Aurora fores, & plena roſarum
Atria: diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cæli ſtatione noviſſimus exit.
Tum pater, vt terras, mundumque rubeſcere vidit,
Cornuaque extremæ velut evaneſcere lunæ,
Iungere equos Titan velocibus imperat oris:
Iuſſa deæ celeres peragunt, ignemque vomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos, præſepibus altis,
Quadrupedes ducunt, adduntque ſonantia fræna.

SERIES FABVLARVM Alphabetica.

TITVLVS IV. *Sub litteris B. & C.*

BACCHVS, Iove natus & Semele. Hæc cùm, Iunonis fraude Iovem oraſſet vti ad ſe accederet quomodo ſolebat ad Iunonem; oblita vires poſtulare ſuſtinendi fulguris, ipſo conflagravit, edito abortivo Infante. Fœtum Iupiter femori aſſuit, & poſtmodum tempore partûs expleto, edidit in Dracano nebuloſiſſima. Nutrices habuit Nymphas Nyſæias, vnde Dionyſius agnominatur, juncto Patris & Nympharum nomine; poſtmodum in Hyades verſas. Primus *docuit* vineas, arbores, terram colere. Bacchus. Proſapia.

Bacchi Sacerdotes Mulieres, quæ à furore *Bacchantes*, Mænades, Thyades, Mimallones, Baſſarides appellatæ. Nam inter ſacra veſtitæ pellibus leonum & pardorum, vino & voluptate inſanientes, montes ſcandebant, campos peragrabant, capillos in modum ſerpentium ventilabant: cornua in capite, coronaſque ex hederâ geſtabant; jaculis dùm ſitis vrgebat terram percutientes; vnde ſcatebant vivi fontes vini, lactis & mellis, ſi credere fas eſt. Cultus. Bacchantes.

Nomen Deo ex frequentibus ipſi ſaltationibus, Dæmon Enorchos, *Dieu des dances*: & Phoſterius, quia non fiebant ſacra Baccho abſque tædis. Tunc enim Bacchantes vagabantur totâ nocte, clamantes Euhoë, quaſi felicitatem precarentur. Vnde poſtea Euhoë Bacche, poſtmodùm verò Euhyie, id eſt, optimus filius; quod nomen accepit à Iove, tum cùm patri adfuit in prælio contra Gigantes: inque forma leonis, primum Gigantum dilaceravit. Nomina.

Præcipua ejus *Feſta* prædicta Bacchanalia, dies liberales, geniales, dionyſiani & orgia. In illis primò tantùm fœminæ, poſtmodum verò admiſſi & viri. Inſimul vino vacabant & voluptatibus illicitis, immò & infandis; adeo vt piacula ejuſmodi penitùs aboleverint Conſules Poſthumius Albinus & Cneïus Martius Philippus, multis ad furcam damnatis. In Liberalibus, Iuvenes depoſitâ *prætextâ*, veſte virili ſeu liberâ induebantur per manum Prætoris. Orgia, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id eſt furore, ſingulis triennijs celebrabantur. Vſum etiam hoc tempore habent apud Braſilienſes, cum incondito clamore hé, hé, hé. Pudorque eſt nominis *Chriſtiani*, illis indecoris quaſi præludere ſanctiſſimis Iejunijs. Alia ſubinde feſta; Epilenæa in vindemia, Lenæa dùm vinum fece depurabant. Ambroſia menſe Ianvario, quem menſem vocabant Athenienſes Lenæon. Quo tempore vinum è villis in vrbem ducebatur. Pitœgia, Latinis Brumalia, in quo bibebatur egregiè. Aſcolia, in quibus pelles caprarum vitibus maximè infeſtarum pedibus conculcabant. Inde circuibant vineas, deferentes idolum Bacchi, faciem arborum corticibus velata ne agnoſcerentur. Appendebant etiam idola Bacchanalia. Prætexta Iuventutis. Orgia. Alia feſta.

SYLLABVS Bacchi arboribus, quæ vocabant vinearum cuſtodes. Phallum, quia & generationi præeſt.

Sacerdotes. *Sacerdotes*, aſſeclæ, & Miniſtri: Satyri, Bacchæ, Sileni, Tityri, Dæmones quidam immites & inhumani: Lenææ Nymphæ, quæ torcularibus præerant: Thyæ, & Thyades, à furore: Mimallones denique, quod Dionyſium imitarentur.

Symbola; Thyrſus quod Ebriorum pedes titubant, vel quia frequentes apud eos rixæ. Loco Thyrſi, Lacæni Dæmonas haſtâ inſigniebant. Nuda plerumque ſimulacra, quibus addita Tygris, Simia, Sus, Leo, Aſinus; quia in vrbe Nauplia primus tondere vineam rodendo docuit, vnde multa ſequenti anno vindemia. Pica avis loquax, Hedera. Noctua erat inviſa, quoniam ova illius vini horrorem ingenerare perhibentur. Caper verò ſacrificabatur, quia venenato dente vites carpit.

Virg. l. 2. Georg.

Non aliam ob culpam, Baccho caper, omnibus aris
Caditur, & veteres ineunt proſcenia Ludi:
Præmiaque, ingentes pagos & compita circùm,
Theſeïdæ poſuêre: atque inter pocula læti,
Mollibus in pratis, unctos ſalire per utres.
Necnon Auſonij, Trojâ gens miſſa coloni,
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto;
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis.
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibique
Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia pinu.

Cognomina. *Cognomina*; Bacchus, quod apud Hiſpanos vinum eſt: vel à βάχειν vlulare, vt ebrij ſolent; vel à βακχεύω, inſanio. Enyalius, id eſt, Martius. Deus Saron vocatur ab Indis, ideſt, confector vini. Alyſius, Lyæus, Lenæus, Dionyſius; eo quod animum levet, exciterque, membra & concordiam ſolvat. Liber à linguæ licentiâ, & à curis quibus animum liberat. Dithyrambus, quod bis natus ex vtero Semeles, & ex Iovis femore; vnde Bimater, Biformis, & Dimorphos. Hyagites, id eſt, ſalutaris, ſervator. Enorchus, quia cum tripudijs ſacra illius peragebantur. Morycus, quia fœdat & polluit. Erebinthius, ideſt nullius rei homo. Hyes, quia Deus eſt humidæ naturæ. Phoſterius, à lampadibus in ejus Sacris. Mænoles, id eſt totus furens, quod advertit Euſebius in Præparatione Evangelica. Taurus, Tauricornis, Taurophagus, quia primus boves junxit, vel quia vinum audax; ideò cornutus pingitur, & cum cincinnis, quibus *rubræ cornua criſtæ*. Mitrephorus, quia caput mitrâ ligabatur ebrijs. Phleona, à multo fructu. Rectus, nam Homines curvi mero diluto fiunt recti. Eubulus, conjector, boni conſilij Deus. Evan, à voce Bacchantium, quæ & dictæ Evantes. Vbi notat D. Epiphanius ſacris Dionyſij vlulantes Bacchantes & Evantes, ſerpentibus coronatas clamare ſolitas, væ, væ: & Evam à ſerpente deceptam, invocaſſe. Aut, inquit, per aſpiratam vocem ex Hebræorum linguâ, ſerpentem ad ſuum errorem acclamantes. Eva enim cum leni ſpiritu, Hebræis, mulier ſignificatur: cum aſpiratione verò, Serpens. Narthecophorus, à ferulâ & baculo. Indè natum Proverbium, Narthecophori ſeu Thyrſigeri multi, pauci Bacchi. Ignigena, à naturâ vini igneâ. Nyctelius, quia ejus ſacra nocte fiebant. Ἀμφιέτης, ab anni temporibus; in quibus nunc juvenis imberbis, nunc barbatus pingitur. Item à vitibus quæ hyeme parvulæ, vere, æſtate, & autumno creſcunt. Briſeus, quia caput gravat, & ſomnum ciet. Quæ varia vtiquè tum ſymbola, tum nomina vnam *Vini* naturam, qualitatem & effectus conſignificant.

L. 3. contr. Hæreſ.

Eva.

Eva Mulier, & Serpens.

Significat vinum.

Bellerophon. BELLEROPHON Corinthius, nomen duxit à fratre occiſo; vnde fugiens, Proëto Regi, Argis ſervivit. Hujus vxor amore hoſpitis capta, cùm multis blanditijs ipſum nequaquam potuiſſet adducere in crimen; ad maritum detu-

lit, quaſi vis illatæ reum. A Rege ad generum ſuum Iobatem mittitur, ſed à neutro nex infertur, eò quod ſancitum eſſet minimè Hominem, ab eo cum quo epulaſſet occidendum. Quare miſſus contra Chimæram, vt devoraretur; à Dijs Innocentium protectoribus adjutus, Pegaſum alatum equum accepit, natum ex Neptuno & Meduſâ. Chimeræ debellator, poſtmodùm ab omnibus habetur Innocens. Vxor Prœti voluntario veneno crimen, & pudorem eluit. Sed ille demùm inflatus, dum Pegaſo inſidens tentat cælum conſcendere; Iupiter tantæ temeritatis vltor, rabiem Pegaſo excitavit; à quo in terram dejectum, oculis orbatum medio tandem in campo, inopia, fameſque necavit. Pegaſus verò ad præſepe Iovis, iterum evolat: eumque Aurora à Iove obtinet, quo ſuum curſum diurnùm perficeret.

FABVLARVM.

Pegaſus.

Significata, luxuriæ, ſuperbiæ, falſæ accuſationis mala. Deos Innocentiæ protectores, ſed & ſuperbiæ vindices. Senſu litterali Pegaſus navis fuit citiſſima. Phyſico, craſſiores humores è terra Solis calore elevati, maximè ſub Auroram; quos Sol in terram per pluvias remittit. Sive generatio Elementorum, quorum alia gravia, alia levia. Hiſtorico, Chimæræ domitor; monſtrum quod erat ex Leone, Capra, Dracone; quia vicit Solymos, Amazonas, Lycios.

Significata.

Chimæra.

CADMVS è Phœniciâ Thebarum Rex, juſſu Iovis vxorem habuit Harmoniam, filiam aut Martis ac Veneris, aut Iovis & Electræ. Nuptijs interfuere Dij omnes, nullo diſcedente niſi poſt data conjugibus munera. Frumentum itaque dedit Ceres, Mercurius Lyram, Pallas velum, Electra Cymbala, Apollo lyram pulſavit, Muſæ verò inſtrumenta muſica. Proles omnis miſerè interijt. Draconem occidit, latronum Ducem: occiſi dentes ſparſit, cùm ſocios latrones fugavit.

Cadmus.

C Æ L V S, Cælius, ſeu Vranus habuit Parentes Æthera & Diem, quam Ἡμέραν Græci vocant. Vxorem Terram, licet matrem afferat Heſiodus. Ex ſanguine genitalium; quæ illi filiorum junior Saturnus abſcidit; Alecto, Tiſiphone & Megæra Furiæ exortæ ſunt. Cælo ſacrificantes, vertunt ſe *in gyrum*, lationem illius imitantes.

Cælus.

Proſapia.

CASTOR & POLLVX proles Iovis, ſub formâ Cygni ineuntis Leden; quæ ovum peperit, ex quo ambo gemelli fratres prodiere. Dij Nautarum, & Navigantium. Pugil alter, alter equorum domitor. Pollux vnicè fratrem diligens à Iove obtinuit, vt ambo alternis vicibus & morerentur & viverent.

Caſtor & Pollux.

Natalitia.

Cultum Deorum habuere, quando Argonautæ penè ſubmerſi fuſis precibus apparuit flamma ſuper caput Caſtoris & Pollucis, ex quo navigantes vtrique fratri deinceps devotiſſimi. Malum verò omen ſi vnus dumtaxat appareat, maximè verò vbi Helene naſcitur, quam vocant pellentem. Tunc enim diſparent ambo, placanturque agnis albis quemadmodum Dij Propitij. Vtrique deputabantur Ludi circenſes. Et per amborum Numen, Iuramenta ipſæ etiam mulieres concipiebant. Dioſcuros vocabant Spartiatæ. Et dicata illis ἀφιδρύματα, ſeu ſimulacra, propriè δόκανα, efformabant duo ligna parallela duobus obliquis conjugata hacce figurâ  *Symbola* erant fraternæ amicitiæ; non aliter quàm pilei duo, ſive vnicus, ſed vinctus arundinis folijs.

Cultus.

Fraterna amicitia.

Cognominati Tyndarides, Gemini ſeu Gemelli: Servatores & Anaches, quod pellant tempeſtates. Ἑτημεροι, quòd alternis diebus ſubirent fata. Ἀφετήριοι, quòd in carceribus templum haberent. Amborum partus ex ovo, id eſt ex thalamo ſeu cubiculo, ὠὸν enim vtrumque innuit. Vel quia ambo nati ſub vnâ pelliculâ, in formam ovi. Abs Iove; quia omnes Reges antiquitùs dicti Ioves. Ex Cygno, quia ad fluvij ripam; quod Lynceus advertit, qui & Caſtorem poſtea occidiſſe memoratur. Si Caſtor ſolus appareat Nautis, timetur Maris tempeſtas: ſi ambo, tranquillitatem præ ſe ferunt. Sunt autem ex flammulæ quæ videntur à Nautis, vocanturque *ignes D. Nicolai*, & Santelmi. Vapores vtrique ignem concipientes, vt pote caldiſſimi & ſicciſſimi; qui navibus adhærent, vt proximo corpori; ſæpè enim tot viſi, quot naves. Dum ergo vapor geminus eſt, materia ex quâ tempeſtas poterat excitari conſumpta eſt. Secùs verò, quando vnus tantùm oboritur: dum verò multi, multa materia deſignatur.

Cognomina.

Significata.

CERBERI Inferorum Cuſtodis Parentes, Typhon & Echidne. Moratur in

Cerberus.

SYLLABVS

caverna ante fores Plutonis, ſerpentinis crinibus horrens, omnes promiſcuè admittens. Horrendis ſuis latratibus prohibet nè ab Inferis, ſemel ingreſſi diſcedant. Aliquibus quinquaginti-ceps, alijs Centi-ceps: alijs triceps, & trifaux canis; è cujus vomitu fingitur natum *Aconitum*, præſentiſſimum inter omnia venenum. Monſtrum Hercules ab Inferis extraxit. *Significat* virtute domari omnia, rerum generationem: Avaritiam, ſepulchrum, Inferos; aptiſſimè pravam illorum conſcientiam, qui

Significata. Conſcientia. Iuvenal. l. 5. Sat. 13.

Nocte dieque ſuum geſtant in pectore teſtem.
Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulmina pallent.

Ceres. Proſapia.

CERES Dea frugum Varroni dicta à creando. Habuit Parentes, Saturnum & Opem; Prolem ex Iove, Proſerpinam; nam ab eo, ſub Tauri figurâ, ſubacta eſt. Sanè Proſerpinam & Δεσποίναν vocavere; cujus nomen Græcorum ſuperſtitioni non fandum. Dum verò fugiens Neptuni amores in Equam Ceres convertitur, Equus & ipſe factus Deus eam inijt. Quo ex concubitu Equum effudit, nomine *Arionem*. Eoque partu ferino vſque adeò erubuit, vt in furiam verteretur; vnde Erinnys dicta. Ex Iaſione, quem adamavit, Plutum extulit DEVM divitiarum. Nutrix fuit Triptolemi, filij Celei. Illum per diem lactans, per noctem ignefovebat. Adulto currum dedit, ſed quem dracones trahebant; quò facilius Mundum pervolans, modum doceret terras ſeminandi omni genere leguminum; fabis exceptis, quas impuras exiſtimavit vetus ſuperſtitio. Docuit inſuper modum frumenta ſeparandi à paleâ, vſumque molendi. Patrem Triptolemi neci dedit, eò quod vellet revelare divinitatem, quam in Cerere filij ſui nutrice agnoverat.

Oſiris. Geneſ. 10. Cervisia vnde.

Cereris Individuus comes, qui & frater *Oſiris*; id eſt, Bacchus. Revera filius ſecundo genitus Cham Regis Ægypti, quem Moyſes Meſraim appellitat. Quòd enim cultum terræ docuiſſet, Rex creatus eſt. Vbi verò ager viti ineptus, Cervisiam adinvenit ex nomine Cereris ſororis ſuæ. Porro reverſus in Ægyptum, Typhonis fratris proditione occiditur: inque numerum Deorum, ſub nomine Serapis, refertur. Ceterùm Ceres boves jugavit, familijs agros diviſit; quibus cultis populi abſtinuere à glande, cibo Hominibus hactenus communi: præſcripſit quoque leges de limitibus, teſtamentis, & emptionibus.

Cultus.

Cultus; in Siciliâ admodùm frumentoſâ, Teſmophorenſe ſeu Leguminum, feſtum erat annuum ab Eleuſijs inſtitutum. In eo Mulieres ſibi cubilia ſternebant ex agno caſto, vino abſtinebant: nec admittebantur niſi coronis agnicaſti redimitæ, libriſque eruditæ ritus ſacrorum Cereris continentibus. Sacrificuli dicebantur Eumolpides, ab Eumolpo fundatore. Quod verò rapta fuiſſet Proſerpina filia Cereris, ideo nullus in ejus ſacris florum vſus: ſed lampadarum myrthi, Narciſſi, & Agni caſti. Porro Cereri *ſacri* erant Luci plerique, & Nemora; adeò vt cùm ejus Nemus violaſſet Eriſichthon, fame inſatiabili punitus fuerit à Cerere. Famelico, ſuccurrit induſtria filiæ ejus famoſæ veneficæ; quæ ſæpiùs variâ ſub animalium forma vendita, pretioque à patre accepto, ad ipſum vt iterum venderetur, ſemper redibat.

Feſtum primitiarum frugum, in quo ſimul epulabantur affines. Lampadum, ideò vocata Ceres Tædifera. Επαχθῆ, à queſtu & gemitu. Ambarvale, in quo ineunte vere agros ternis vicibus circuibant hoſtiæ, pendentibus de collo folijs quercûs. Statim verò ei offerebatur vinum non merum, ſed melle miſtum & lacte. Cereri viridi immolabant *Hortulani*, die ſexto Aprilis. Appendebant & liminaribus ipſius, coronas ſpiceas: atque in ejus honorem, inque memoriam filiæ deperditæ, jejunia colebant. Mox verno tempore cum lætitiâ herbas virides ei offerebant, quod eo tempore filiam inveniſſet Mater.

Nuptiæ Cereris, dictæ nuptiæ Orci, celebrabantur abſque vino. Romæ colebatur Cereris effigies, in bove ſedens; cum ligone, & ſeminum calatho, aſſiſtentibus præſertim Agricolis. In Elæo Arcadiæ monte, ante ſpeluncam, ara Cereris exſtitit; cui imponebant ex domeſticis arboribus fructus, favos, lanam ſuccidam, ſimilamque oleo conſperſam. Simulacrum colebant ligneum, igni inviolabile, lapidi inſidens, veſte ad pedes demiſſâ, mulieri ſimile, præter ca-

put

put equinum: alterâ manu Delphinum, alterâ Columbam, capite Dracones, aliarumque ejuſmodi ferarum effigies geſtabat. Acceſſus ad Templum & ſimulacrum Cereris Catinenſis in Siciliâ, quin & aſpectus ipſe viris interdictus. Sacra illi per Mulieres inchoata, *Virgines* perficiebant. Sed & in Arcadia apud Dircem fontem Cereris, lucum nullus ingrediebatur, niſi ejus myſterijs initiatus. Ad Mileſianum porro Cereris delubrum dùm irruunt Alexandri milites, oculis fulgore repentino & divino igne excæcantur. FABVLARVM.

Tota Cereris fabula, typus eſt *Agriculturæ* expreſſiſſimus. Vnde ipſa Ceres Κόεα δημήτηρ, quaſi γημήτηρ vtiquè nuncupatur. Significata.

CENTAVRI fabuloſum nomen ab hiſtoriâ verâ. Nempe in Theſſaliâ Grex Armentorum furens per agros, meſſem ferè omnem pedibus conculcavit. Quare præmio propoſito ab Ixione qui in ea regione regnabat, ijs qui in certamen contra tauros deſcenderent; adſunt Iuvenes de Nephele loco montoſo, qui vſum habebant equitandi, tauroſque interficiunt. Indè dicti Centauri, à κεντάω pungo, & ταῦρος. Acceptis igitur præmijs inſolentes familiam nobiliſſimam Lapitharum offendunt, tentatâ vxorum pudicitiâ. Quia verò illic nuſquam viſi Equites, crediti Homines-Equini, vel Equi-Humani. In *Hominem* quoque deflectitur fictio, ex rationali & animali conflatum. Centauri.

CHIRON è Centauris vnus, natus ex Saturno & Philyrâ. Æſculapij, Herculis, Iaſonis, Caſtoris, Pollucis, & aliorum Principum Præceptor: inſignis Aſtrologiâ, Muſicâ, Equitatione, Medicinâ, maximè Chirurgiâ, à qua & nomen tulit. Centauream herbam adinvênit, quæ gemma Antiquorum meruit appellari. Nihilominus mortem precibus obtinuit à Dijs, cùm ipſe pedem fortuitò vulneraſſet ſagittâ venenatâ, quâ Hercules Hydram occiderat. Mortuus, inter Aſtra ſignum eſt Sagittarij. Et quia dum viveret pijſſimus fuit, proſtat in Cælo ante ipſius oculos altare. Chiron. Officis.

CIRCE Venefica inſignis, habuit Parentes Solem & Perſeïdem filiam Oceani. Prolem ex Vlyſſe Telegonum, Ardeum, & Latinum; à quibus in Italiâ Tuſculani, Ardeatini, & *Latini* nuncupati ſunt. Denotat Mundum Elementarem, generationem ſublunarium: voluptatis infames & horrendas metamorphoſes, *in vultus ac terga, verius in corda ferarum.* Circe.

CVPIDO amorum Deus, natalibus celebratur. Herodotus natum vult ex Cælo, & Chao ſeu Tellure. Ariſtophanes ex nocte per ovum, ex concubitu cum Zephyro. Alij ex Venere & Marte, alij ex Poro & Penia, in convivio Deorum nectare ebrio; alij ex Deſidia, & Zephyro. Alij non Veneris filium, ſed famululum. Certè conſentiunt Vniverſi, de divina Cupidinis geneſi; exceptis Sapho, Simonide, & Alcæo. Admodùm puer ſagittis è cupreſſo, primò feras vulneravit: mox Orbem peragrans, mutatis ſagittis ligneis in *aureas*, corda Hominum quin & Deorum ſauciavit, ſibique ſubjecit. Cupido. Proſapia. Sagittæ.

Propterea *pingebatur* cœcus, cum alis ceruleis vel aureis, manu tenens ſagittas: roſis redimitus; modò nudus, modò pompaticus: modò pauper, modò opulentus, modò ſuavis, modò crudelis; malorum æquè & bonorum origo. Deorum antiquiſſimus juxta & juveniſſimus. Illud imprimis notatu dignum, quod illi eadem ex pharetra duo dantur tela. Imago.

——— Fugat hoc, facit illud amorem
Quod facit auratum eſt, & cuſpide fulget acutâ,
Quod fugat, obtuſum eſt, & habet ſub arundine plumbum. Ovid. l. 1. Metam.

CVRETES, Corybanti, Cabiri; Telchines, Idæi, Dactyli; habuere Patriam Candiam, Parentes paſſim ignotos. Primi ferri, æris, & Idolorum fabricam. Primi faſcina, maleficia: armatam ſaltationem, quam vocant Græci Enopliam & Pyrrhichiam, induxerunt. Inde in Matris Deûm ſacrificijs armati ſaltabant, puri & caſti. Vtque ſuis aliquem myſterijs adoptarent, in ſolio collocatum, varijs jocis, plauſibus, choreis ac ſaltationibus initiabant; Magnæ Matris Miniſtri, Iovis Cuſtodes ſemper vigiles. Curetes.

CYCLOPES appellantur, quia monoculi; Cæli & Terræ ſeu Neptuni filij, fulminum fabricatores. Inter eos princeps *Polyphemus* impietate, gulâ, & Cyclopes.

SYLLABVS

crudelitate inſignis, ab Vlyſſe obcœcatus. Liberos genuit Orbis primarios incolas, Galatham, Celtam, Illyriam, Henetum, Paphlagonem.

TITVLVS V. *Sub litteris D. E. F.*

CONTINVATIO FABVLARVM Alphabetica.

Dædalus.

DÆDALVS proſapiâ Athenis regiâ, ob amores furtivos Reginæ Paſiphaës damnatus ad labyrinthum, quem ipſe fabricaverat. Ferunt enim,

Virgil. Aeneid. 5.

Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille vijs habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus & irremeabilis error.

Inde tamen alis cereis devolavit cum Icaro filio. Sed hic paternæ monitionis parùm memor, altiùs evolans ad Solem, alis liqueſcentibus delapſus in mare, Icarium agnominavit.

Ovid. Metamor. l. 8.

Cum puer audaci cœpit gaudere volatu,
Deſeruitque ducem, cœlique cupidine tactus,
Altius egit iter.

Significata.

Nempe præclarus *Artifex*, & à Minerva Architecturam edoctus, labyrinthum ad modum Ægyptiaci, vela ad navigationem, Sraruariam & Picturam vel invenit, vel auxit. Cùm verò ſecurim primus fabricaſſet, tactus invidiâ occidit Attalum Nepotem; qui exemplo ſerpentis lapidem dentibus diſcindentis, ſerram adinvenit.

Deucalion. Significata.

DEVCALIONIS Pater Prometheus, Mater Pandora: tumulus, juxta Templum, Athenis ab eo conſtructus. Idem qui *Noemus*, Genus humanum cum Vxore reparavit.

Iuvenal. l. 1. Sat. 1.

Paulatimque animâ caluerunt mollia Saxa.

Nam ex Themidis oraculo quos ille lapides aviæ, id eſt Terræ oſſa, retrò projecit, Maſculos: quos iſta ſimiliter, Fœminas pepererunr.

Virgil. Georg. 1.

Deucalion lapides vacuum jactavit in orbem
Vnde homines nati, durum genus.

Dij, & Deorum cultus. Templa.

DII, ET DEORVM CVLTVS; à Sepulcris Liberorum, Parentum, ſimulque Principum apotheoſi, duxerunr originem. Ac ille quidem multiplex pro locis & ætatibus. *Templa* nulla admittebat Zeno, quia Numen immenſum Carceres fugit. Ceteri ſtruxere primùm ex arborum corticibus ſeu libris, vnde *Delubra* dicta: mox ex frondibus, tandem è materiâ ſolidiori. Ac bonis quidem Dijs, Templa fuere intra mœnia: extra, violenris & noxijs. Veſtæ, Iovi, Minervæ, Gratijs in vrbium meditullio. Mercurio in foro, item Iano. Sicut & in montibus ac lucis, Dianæ: Neptuno in littore, Æſculapio in Inſulis, Serapidi in Emporio, Apollini in Theatro, Herculi in Circo, Marti in Campo, Veneri extra portas. Solis, Bacchi, Veſtæ, Templa eranr rotunda: Iovis, tecto perforato; Celeſtibus ſub Dio, Inferis ſub terrâ, Terreſtribus in medio. Sacras Ædes curabat *Æditimus*. Dextra Templi erat oriens, ſiniſtra occidens: antica meridies, poſtica ſeptentrio. Sacrarium ſacra ſervabar, Donarium oblata. Fana dicta fuere, quia Pontifices fando Templa ſacrabant; vnde profanantur, quoties polluuntur.

Altaria.

In Templis *Aræ*, & *Altaria* Sacrificaturi coronabant gramine, ſeu verbenâ è loco ſacro lectâ: caput verò victimæ, Dei cui immolabatur, ſymbolo; ſe

demùm ipſos varijs ſertis, nunquam tamen ex arboribus quæ nec ſeruntur, nec frugeſcunt.

FABVLARVM.

Statuæ, & Idola.

Sacerdotes.

Super Altaribus Statuæ, Simulacra, *Idola* diverſiſſima. Sacrorum Miniſtri *Sacerdotes* Minores, Maximus-Pontifex; cui nomen à Ponte, vel à poſſe & facere. Poſt Regem & Reginam Sacrorum, erant Flamines à diverſis Numinibus aut familijs cognominati; puta Potitij, Pinarij, Arvales Fratres, Augures, Salij, Feciales, Epulones, Titij Sodales, Popæ, Tutuli, Curiones, Igniferi, Paſtophori; & conſimiles.

Sacrificia.

Ceremoniæ.

Quoniam verò honos exhiberi ſolet ex meriti æſtimatione, *Sacrificia* Dijs fiebant ad orientem, Heroïbus ad occidentem. Et illa quidem quotidiana, menſtrua, annua: ſtata, ſolemnia. In queis omnibus, ritus & *Ceremoniæ* complures. Ex formulis verborum quæ dicebantur, vnde dicata & dedicata. Ex Thure, ſortibus, extis, victimis, hoſtijs quarum aliæ præcidaneæ, eximiæ: aliæ ambiguæ, prodigiæ, bidentes, injuges; ſemper autem fœcundæ, & inter eas fœminæ meliores. Holocauſta ignis abſumebat. Sacrificia erant amburbia, novemdialia, novalia, ſolitaurilia, ambarvalia: τέλεια, id eſt, omninò perfecta: anathemata, luſtralia, quinquennalia, expiaroria, piacularia, &c.

Feſta Latinorum.

Varia ſimiliter *Feſta* celebrabantur. Palilia, Matralia, Megaleſia, Hilaria, Feralia, Liberalia, Populifugia: Bacchanalia, Compitalia, Carmentalia, Lupercalia, Fonranalia, Nudipedalia, Vinalia, Pomaria. Primitiarum. Farreatio pro Conjugijs ineundis, Diffarreatio pro diſſolvendis. Chariſtia, quando Conſanguinei mnneribus mutuis ſeſe provocabant. Hæc Latinis.

Sacra Græcorum & Feſta.

Supplicationes.

Græcis ſolemniora partim ſacra, partim feſta; Hecatombe, Anthiſteria, Gamelia, Theoxenia. Nephalia. Ἐισιτήρια, anni primus dies quo creabantur Magiſtratus. Encænia, Lampadophoria, Monophagia, Nepheïa, Δωδεκάδες Theophania, Panathenæa, magna Sacra ſiugulis quinque annis. *Diamaſtigoſis*, ſeu flagellatio inter Lacones celebris. Thargelia, duorum *Hominum* Athenis immolatio, vnius pro virili: alterius, pro fœmineo ſexu. Panhellenia, ſacra totius ſimul Græciæ. His accedunt *Supplicationes*, Devotiones, Evocationes, Execrationes, ſeu imprecationes, vota, preces.

Myſteria.

Cur oblationes

Quo ritu fiebant.

Illud porrò notandum, in ſingulis Sacrificijs ac Ceremonijs latere ſemper aliquid *Myſterij*: & oblata omnia, habere aliquid ſympathiæ & ſimilitudinis cum Numinibus quibus offeruntur. Offeruntur autem vel ad venerationem, vel ad imperranda bona, & mala depellenda, vel ad Gratiarum actionem. Pleraque fiebant à ſedentibus, præibatque Præco per hæc verba ſolemnia; ἑκάς, ἑκάς, ἔςε βέβηλοι. Quâ formulâ, eijciebantur Profani.

Oblata congrua.

Sed cuique offerenti *congrua* erant. Nam rem divinam facit Agricola de bobus, Opilio de agnis, Æpolus de capris, Pauper ſolo dexteræ oſculo. Offerebantur & farina horna, id eſt, vnius anni: vini libamina, ac mactatio, quando magis augebatur mola ſacrificij.

Sacerdotes.

Sacerdotes plerique, ſaltem Monogami, alij perpetuò caſti. Antequàm operarentur, præibat criminum quædam exomologeſis & per aquam luſtralem purgatio. Tùm pulchris, aureiſque coronis redimiti, lotis manibus, pedibus nudis, tonsâ comâ, amicti veſtibus ſacris, plerúmque candidis, omni vinculo ſolutis, ſine maculis, nec funeſtis, nec fulguritis procedebant. Sacerdotem ità veſtitum Præco publicus præcedens clamabat, *hoc age*; virgâ rurbam ſummovens, ſilentiumque indicens, ne malum aliquod aut triſte audiretur: & ſacris favere, eſſeque attentos omnes jubebat. Nempe *fida ſilentia Sacris*, à quibus dicta Myſteria. Ac ne profano aſpectu polluerentur, *Cuſtodes* dabantur duo; vnus qui ſacra aſpiceret, alter qui linguis favere juberet.

Silentium in Sacris.

Apud *Græcos* Sacerdos præfari ſolitus perebar ad januam Templi, *quis hic?* Qui intereranr ſacris, referebant πολλοὶ καὶ ἀγαθοί; tum procul ire Profani jubebantur. Servi ad quædam Sacra admittebantur, ab aliquibus arcebantur. Profani deputabantur apud Magos lentiginoſi, tanquam Dijs inviſi: apud Germanos, qui ſcutum amiſiſſent in acie; apud Scythas, qui nullum in pugnâ hoſtem interfeciſſent. Apud Ægyptios, ſubulci. Apud Hebræos fœtæ, menſtruatæ, leproſi.

Romani inter ſacrificandum operto erant capite, ritu ſumpto ab Ænea, niſi

Syllabvs

cùm in Arâ maximâ ſacra faciebant; tum enim Græcos imitati, aperto capite ſacrificabant. Velum porrò quo caput ſuum obtegebat Sacerdos, tutulum vocabant. Fanum prætereuntes, manum labris & ori admovebant; tanquam Devm venerarentur, quem maximè decet ſilentium.

Pſal. 64.

Iuſtitia vindex.

Græci poſt effuſas preces, manus oſculabantur. Erat verò apud Delphos hoc in more egregium, vt *cultro* quo Dijs immolabant, eodem de Reis & Sontibus ſupplicium caperetur; quaſi par vtrobique juſtitiæ opus, & victima. Apud Galatbas, ſine Philoſopho ſacrum nuſquam fiebat. In Extis ſignum quod vocabatur, Devs, ſi integrum apparebat, fauſtum erat omen: & ſi ſecùs, infauſtum. Præconi lingua, Regi armus: Sacerdoti, coxa & femur: Deo totum, in holocauſtis aſſerebatur. Argivi de immolatis victimis μερίδας, ſeu partes dabant præſentibus, abſentibus mittebant, quas *Miſſa* interdum Latini appellant. Si viſcera Hoſtiarum, pallore, maculiſque ſuffuſa apparerent: ſi jecur tabidum, ſi ſine fibris, ſi ſine corde, vel præcordijs, neutiquam litabatur. In quocumque Sacro ſemper accenſæ *Faces* ex Tedæ ramis, quas ſoli mares deferebant. Ad nutum, jubente Sacerdote, Popæ, Victimarij, ſeu Agones, victimam cultro feriebant, neque vnquam ſuffocabant Si Dijs Cœleſtibus faciebant, Hoſtiæ caput verſus Cœlum erigebant: ſecus, ſi Inferis. In Pædalijs, Gente Indicâ, prudentiſſimus aſtantium, non Sacerdos, Hoſtiam feriebat: neque Numen aliud quicquam rogabant, niſi *Iuſtitiam*. Peracto Sacrificio ſemper dimittebantur ad *Epulum*, ſolemni formulâ; I, licet, quaſi ire licet. Græco ritu, λαοῖς ἄφεσις, Populis miſſio; vnde fortè & Chriſtianis nomen *Miſſæ*, ab hac parte vltima. Feralia, & funebria terminabant; *Salve*, *& vale*.

Miſſa. — Faces accenſæ. — Iuſtitia. — Epulum. — Dimiſſio.

Campi Elyſij.

Elysivm, ſeu Campi Elyſij nullos admittebant; niſi purgatis vitijs, quæ poſſunt, purgari. Cenſentur vel lunæ globus, vbi aër puriſſimus eſt: vel Inferorum medium, vel in mari Atlantico Inſulæ fortunatæ. Illic ventus, ſpirans odorem roſarum, liliorum, violarum &c. Alius Sol, aër alius, ſtellæ aliæ; nihil omninò naturæ noſtræ corruptioni obnoxium. In illis viridarijs degunt Homines curis omnibus ſoluti. Habent ibi quidem felices Animæ formam corporis, at ſenſuum corruptelis & vitæ hujus incommodis minimè obnoxiam. Vacant ibi quiſque ſtudijs & exercitijs, quæ dum mortalis viveret habuit gratiora. Cùm ſcilicet

Virgil. 6 Aeneid.

Devenere locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.
Largior hîc campos æther & lumine veſtit
Purpureo: Solemque ſuum, ſua ſydera norunt.

Endymion. — Significata.

Endymion Rex Elidæ juſtiſſimus, à Iove obtinuit ſomnum perpetuum: & à Luna, amores. Scilicet venatione, Aſtrologiâ, Paſtoritiâ, Politicâ vigilantiſſimus.

Eriſichthon.

Erisichthon vir impius in Theſſalia, quem Ceres ob violatum ſibi conſecratum nemus tanta fame punivit, vt ipſe ſua membra abſumere coactus fuerit.

Fauni, & Sylvani.

Favni, & Sylvani, Agricolarum Dij. Inter eos primarius Faunus, ſive Fanus, à fando, quia ſolitus fari in locis Sylveſtribus: vel à φωνὴ, quod voce, non ſignis, futura oſtenderet. Pici Regis Latinorum filius, Maritus Faunæ, à faveo; eo quod faveret animalibus, terræque bonis. Pater Faunorum, Satyrorum, & Sterculij; qui primus docuit ſtercorum lætamen, agris fœcundandis. Homines antea ferinos & vagos, ad civile vivendi genus, redegit, vrbes ædificavit: lucos & templa ſacravit, quæ ab autore Fana dicta; ſicut Pontifices, quoniam fantur dum ſacris operantur.

Cultus.

Faunalia celebrabantur nonis decembris, ex hædo & vino in honorem Fauni. Sed & Faunæ, vxorum caſtiſſimæ, Templum fuit in Aventino monte. Illic fœminæ tantùm, & nonniſi de nocte, ſacrificabant abſque vino & myrtho. Ipſa Fauna dicta Fatua, quod Mulieribus fata occineret, Faunus

verò viris. Ab illis *Vates* dicti Fatidici, Fatuarij; ſicut & Fatuí, qui vſque ad amentiam vaticinia demirabantur. FABVLARVM.

Fauni filius *Sylvanus*, Sylvarum DEVS, cui libabatur. Cupreſſi ramum ſemper geſtabat manu, in memoriam Cypariſſi ſibi dilectiſſimi. Ab his ceteri Fauni Sylvani, Monticolæ: Dij Hyles, ideſt fæcis Elementorum; *Satyri*, Panes, Capri-pedes, Semi-capri, Cicuticines, Narthecophori, ſeu Feruligeri: Sileni, &c. Eos negare, ſummæ deputat impudentiæ Auguſtinus: & viſum olim vnum Antonio ad Pauli funus properanti, recitat Hieronymus. Sylvanus. Fauni, Satyri.

Feſta illis omnibus junctim, *Lupercalia*. In illis nobiliſſimi Iuvenes diſcurrebant accincti pellibus caprarum, reliquâ nudi; qui luperci, & lupercales dicebantur. Nomen ductum à Lupo, qui invocatione ejuſmodi à caulis ovium credebantur arceri. Lupercalia.

FORTVNA, Græcis τύχη, Parcarum famoſiſſima, ſi Pindaro credimus. Pingebatur alata, globo ſeu rotæ inſiſtens, polum capite ſuſtinens, manu cornu amalthex: vel alterâ ignem, aquam alterâ præferens; ſexum alternans modo DEVS, modò natura, modò Deorum ancilla; ſolâ inconſtantiâ conſtans. Fortuna. Imago. Nomina.

Rara ſi conſtat ſua forma mundo, Boeth. Conſolat. l. 2. Metr. 3.
Si tantas variat vices,
Crede fortunis hominum caducis,
Bonis crede fugacibus.
Conſtat, æterna poſitumque lege eſt,
Vt conſtet genitum nihil.

Epithetis innumeris cumulatur. Bona colebatur in Capitolio. Præneſtæ, Bona ſimul & Mala, duæ veluti ſorores; vnde *Præneſtinæ Sortes.* Aurea ſeu Regia, Imago nempe cubicularis, quam Imperator in extremis mittebat ad Succeſſorem. Vocatur etiam ob varios effectus, calva, vltronea: viſcata, primigenia, redux. Vitrea, ideoque fragilis. Vnde Sortes Præneſtinæ.

Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat, Ovid. Triſt. 5. Eleg. 9.
Nunc mendicato paſcitur ille cibo.
Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Sed modò læta manet, vultus modò ſumit acerbos,
Et tantùm conſtans in levitate ſua eſt.

Neque ſolum titubans ſemper dubiaque, haud aliter quàm ebria ac temulenta: ſed cæca inſuper, & ſurda, inſana ſeu demens & injuſta.

Res humanas ordine nullo Senec. in Hippol. Act. 3. Chor.
Fortuna regit, ſpargitque manu
Munera cæcâ, pejora fovens.

Muliebris ſimulacrum à Matronis Romæ dedicatum, poſtquam Coriolanum ab Vrbis direptione repreſſerunt Mulierum lachrymæ. Illud ſæpiùs loquutum, memorat Auguſtinus; ſemelque dixiſſe, *ritè me Matronæ vidiſtis, ritè & dedicaſtis.* Mammoſa, ob vbertatem. Anatina, ab Anate quæ ex aquâ exit, neutiquam madida; vnde Plautus, *utinam fortunâ vterer anatineâ!* A Scythis fingebatur ſine pedibus, manus tantùm & pennas habens, nunquam conſiſtens. Iſaias menſam fortunæ, & libamina coarguit. Quo loco adnotat Hieronymus, apud Ægyptios vltimo die menſis & anni, poni menſam varijs, optimiſque epulis refertam, & poculum mulſo mixtum. Atenim Fortuna nomen inane, res ipſa ludibrium, regente omnia Numinis Providentiâ. Cap. 65.

Sic quæ permiſſis fluitare videtur habenis, Boeth. l. 5. Conſolat. Metr.
Fors patitur frenos, ipſaque lege meat.

SYLLABVS Furiæ. Nomina. FVRIÆ ſorores Parcarum, ante fores Plutonis pervigiles. Græcis Erinnyes & Eumenides, ab indagando. Vel Eumenides, per antiphraſim ideſt benevolæ. Tres adnominantur Alecto, Tiſiphone, Megæra. Dictæ Anonymæ, quippe ſæviſſimas criminum vindices ne nominare quidem vllus audebat; ſed nec Cultus. loca illis ſacra contueri. Quâ etiam de causâ in illarum *Sacrificijs* nigra omnia, nobilis nullus: dona mellea, Sacerdotes ſemper jejuni, ſacrificia ſine vino: & ante ſacra, Deo Taciturno agnus debebat offerri.

Symbola. *Symbola* cupreſſus, narciſſus: turtures, colubri, ſerpentes. Dictæ id circo ſerpenti-comæ, Maniæ, quintâ lunâ natæ. Apud Inferos, Furiæ & Canes: apud Superos, Diræ & Aves; inter nos, Harpyæ rapaces, tortores Iovis throno aſtantes. Furiarum frates, Furor: cognata, Furina Dea. Quæ omnia Conſcientia. *Conſcientiæ* lancinationes, criminumque juſtiſſimos cruciatus ſignificant.

TITVLVS VI *Sub litteris G. H.*

CONTINVATIO FABVLARVM Alphabetica.

Genius. Proſapia. GENIVS ductâ à geneſi nomenclaturâ, naturæ Deus eſt, Deorum filius è Iovis lumbis deciſus ſine matre, Hominum parens. Depingitur formâ ſerpentis, interdum pueruli, interdum & ſenis. Vnicuique à primo ortu, datur geminus; alter bonus, alter malus. Coronabatur folijs platani, quia arbos genialis eſt. Pateram dextrâ tenebat, more ſacrificantis: lævâ flagellum, cum Cultus, officia, nomina. cornu-copiæ. *Colebatur* thure & mero, ſanguine nunquam. *Agnominatus* ab officijs Præſiſtens, Tutelaris, Germanus: Angelus, Dæmon, Medioximus, natalis Deus. Lares quoque Deorum Interpretes, Hominum Cuſtodes.

Prudent. contra Aurel. l. 2.

Cum Portis, domibus, thermis, ſtabulis, ſoleatis
Adſignare ſuos Genios: perque omnia membra,
Vrbes, perque locos, Geniorum millia multa
Fingere, ne propria vacet angulus vllus ab vmbra.

Genialis. A Genio orti ſunt *Dies Geniales*, id eſt natalis & lætitiæ; in quo genio & naturæ, Veteres indulgebant. Genialis lectus, id eſt maritalis. Et Homines nati dicuntur bono vel malo genio, id eſt naturâ ſeu indole. Tribuitur etiam *regnis & vrbibus*, nedum perſonis. Famoſuſque eſt inter ceteros Genius *Socratis*, illum ad omnia bona impellentis: itemque Genius *Augusti*, ab Antonio reformidatus.

Gigantes. Cap. 6. GIGANTES in ſacra Geneſi nati ex coitu filiorum DEI, cum filiabus Hominum. Apud Mythologos è Terræ ſanie, & Cæli ſanguine. Præcipui inter eos Titan, Othus, Ephialtes. Arborum truncis & totis montibus, Dijs bel- Gigantomachia. lum intulere. Primo conflictu, fugêre Dij in Ægyptum: ac ne agnoſcerentur, ſumpſere diverſorum Animalium formas; vnde & cultus ille, inter Ægyptios multiplex. Cæſi tandem Gigantes, præſertim à Iove, Pane, Baccho, Hercule, Pallade: ſed Minervæ conſilio extra ſolum natalitium, vbi Athei & Impij. erant Immortales. Ea nimirum Gigantomachia Atheorum, & Impiorum *typum* exhibet. Nam

Ovid. 1 Metam.

Affectaſſe ferunt regnum cæleſte Gigantes,
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum pater omnipotens miſſo perfregit Olympum
Fulmine, & excuſſit ſubjectum Pelion Oſſa.
Obruta mole ſua cum corpora dira jacerent,
Perfuſam multo natorum ſanguine terram

Immaduiſſe ferunt, calidumque animaſſe cruorem: FABVLARVM.
Et, ne nulla ſuæ ſtirpis monimenta manerent,
In faciem vertiſſe hominum. Sed & illa propago
Contemptrix ſuperûm, ſævaque avidiſſima cædis,
Et violenta fuit: ſcires è ſanguine natam.

GORGONES, Larvæ, Lemures, Empuſæ, Lamiæ, Veneficæ, Phantaſmata. Dæmonum formam, vel mulierum formoſarum accipientes; Pueros vorabant, blanditijs allectos. Illis capita Dracouum ſquammis obſita, vnus oculus, dens vnus, ſed Apri in morem. Quos intuebantur, vertebant in ſaxa: loca inhabitabant Soli, & Lunæ impervia. Gorgones.

GRATIÆ TRES, Aglaïa à ſplendore, Thalia à pullulando: Paſithea, ſeu Εὐφροσύνη, à lætitiâ, Græcis Charites. Superadditur Suadela. Quibuſdam nudæ alijs veſtitæ. Sorores ſimul & virgines, inter ſeſe brachijs implexæ depinguntur. Gratiarum parens Iupiter, mater Eurynome: dux Apollo, Venus ſocia. Templum habebant vrbe mediâ, in quo ſacrificabant ærumnis afflicti. Gratiæ.

Dum quattuor anni tempeſtates *Significant*, illis dantur totidem coronæ ex fructibus & floribus, ex ſpicis & frumento, ex vvis & pampinis, tandem ex olivis. Dextrâ Gratias Apollo geſtat, ſiniſtrâ ſagittas. Commune illis Templum cum Mercurio. Hiero Syracuſanus centum Gratias habuiſſe celebratur à Theocrito, verùm omnes Hominum avaritiâ & ingratitudine ablegatas in Cœlum. Significata.

HALCYONE, conjux Ceycis Trachiniæ Regis; qui proſperitate inſolens, divinitùs ſubmergitur. Vxor mariti corpus intuita, vndis natans ſe committit: & dum ad exanimis complexus properat, ambo vertuntur in Halcyones. Vtriuſque perſeverans amor, & fides mira. *Nidum* efficiunt ceteris ineptum, navis inſtar in maris littore; qui ad æſtûs pulſum levatur, ac deprimitur. Pariunt autem ova in ſolſtitio Hyemis, dum per quattuordecim dies, qui propterea appellantur *Halcyonij*, mare plenariâ malaciâ perfruitur. Halcyone. Nidus.

Figura eſt conjugalis amicitiæ, divinæ providentiæ & quietis; qua fruuntur, qui ſunt in ſtatu perfecto. Significata. Matrimonium.

Tunc quoque manſit amor, nec conjugiale ſolutum eſt *Ovid. l. 11. Metam.*
Fœdus in alitibus: coëunt, fiuntque parentes:
Perque dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Alcyone, pendentibus æquore nidis.
Tum via tuta maris: ventos cuſtodit, & arcet
Æolus egreſſu, præſtatque nepotibus æquor.

HEBE & Dea Iuventa, nomen habet à pubertate & adoleſcentiâ: Deorum natu maxima, & minima. Formoſa ætate juvenili, veſtibus verſicoloribus: necnon floribus, fermè Floræ inſtar redimita. Proles fingitur Iovis & Iunonis, vel Iunonis ſolius ex comeſtione lactucarum agreſtium: ſoror Martis, vxor Herculis in Deos relati, œconoma Iovis, & poculi nectarei pincerna. Hebe ſeu Iuventa.

Celebratur Æde in Circo maximo, & aſylo in Cupreſſeto Phliaſiorum; vbi & Fugitivi, vincula ad arbores ſuſpendebant. Olim acclamabatur in convivijs. Cadenti inverecundiùs, ſuffectus Ganimedes Troius; ideo raptus ab aquilâ, verſus poſtmodum in ſignum Aquarij. Cultus.

HECATE eadem cum Lunâ & Proſerpinâ, ideo vocatur lucifera. Molis giganteæ pedes habet ſerpentinos, faciem Gorgonibus ſimillimam. Nomen illi ab ἑκὰς, quaſi procul aut amandata, aut amandanda: vel quia non placabatur, niſi centum hoſtijs. Vocatur Canicida, aut Canivora; quia canes, qui & noctu Lunam allatrant, illi mactare mos erat. Hecate.

Sacra illi fiebant in trivijs, ſub novilunium. Quibus peractis, apparebant Cultus.

Digitized by Google

Syllabvs Triformis.

plerumque *Viſiones*, dictæ Hecateæ. Vocatur & Trivia, ſeu Triformis; dextrâ corporis parte equus, ſiniſtrâ canis, mediâ homo, vel aper. Aut certè ideo quod Luna cornuta, ſemiplena, & rotunda apparet. Modò ter, modò ſepties invocabatur, vt veneficiorum Dea; quæ & invento à ſe aconito, patrem Perſea Regem Tauricæ extinxit: patruoque Æetæ nupſit, ex quo Circen & Medeam peperit.

Hercules. Proſapia.

Hercvles, fabularum non vltima gloria; habuit patriam Thebas, Parentes Iovem & Alcmenen ex ſpurio ſemine & trinoctio concubitu. Natus ad labores & ærumnas, quia quartâ Lunâ. Natus cum eo Iphicles ſeptimeſtris. Hercules verò naſcens, altus erat quattuor cubitos & pedem vnum.

Educatio. Lilium.

Nutrix Herculis, Iuno; quæ zelotypa, nocte partum conſecutâ immiſerat duos ſerpentes necaturos Herculem, à quo interfecti fuere, extimeſcente ad vſque lachrymas fratre vterino. Inde alter filius Iovis agnitus, & ſuaſu Palladis à Iunone receptus ad vbera. Verùm quod ea avidiùs ſugeret, projectus in terram lactis vomitu ſignavit Galaxiam in Cœlo: in terra ſeminavit *Lilium*, quod propterea Iunonia roſa agnominatur. *Præceptores* Chiron in armis, Linus in litteris, Eumolpus in muſica.

Matrimonia. Proles.

Vxores, Megara filia Creontis Regis Thebarum, & Dejanira, aliæque plures. Concubinæ quinquaginta Virgines, quas Theſpis pater Rex Bœotiæ, Herculi ebrio tradidit. Omnes vnâ nocte matres efficit, vnâ exceptâ quæ caſtitatem prælegit. Sed & vnaquæque maſculum peperit, majore & minore exceptis: & duabus alijs, quæ geminos peperere. Vnde Theſpiades, qui Sardiniam incoluerunt. Sicut ex Sepultura Pyrenes vnius ex vxoribus, dicti ſunt Montes Pyrenæi.

Officia. Duodecim labores. 1. Leo. 2. Hydra.

Officia; Monſtra domare, Impios debellare. Dij etenim coëmendam laboribus & egregijs facinoribus ἀποθέωσιν, Herculi propoſuere. Quod Iuvenis aggreſſus, perfecit *Duodeno labore* perilluſtri. I. Leonem Nemæum è Lunæ globo in terram delapſum occidit, ejuſque ſpolio opimo ſe deinceps armavit. II. Hydram ſerpentem fœminam nonaginta capitum, è quibus vnum erat immortale; ferro & igne, ab Iolao adjutus trucidavit.

Ovid. l. 9. Metam.

—— —— Nec profuit Hydræ
Creſcere per damnum, geminaſque reſumere vires.

3. Cerva. 4. Aper. 5. Augiæ ſtabulum. 6. Stymphalidæ. 7. Taurus. 8. Diodemedes. 9. Amazones. 10. Gerion. Columnæ Gaditanæ. 11. Heſperides.

III. Cervam Dianæ Sacram, chalchopodam, per annum perſequens tandem cepit. IV. Debellatis Centaurorum plurimis, Aprum Erymantheum, Mænalium, ſeu Arcadium vivum prehendit. V. Regium Augiæ Equile corrivato fluvio Alphæo, vnò die perpurgavit. VI. Stymphalidas Sideronyches, Martis alumnas, ejaculantes pennas ferreas, & cuncta ſtercoribus fœdantes ſagittis confodit. VII. Taurum Neptunium cepit, nec occidit, quia ſacrum. Mox inſtitutis ad radices Olympi ludis, cum ipſo Iove, cui ſacri erant, dubiâ diù victoriâ luctatus eſt, donec ipſe ſe Iupiter manifeſtum fecit. In his victores coronati oleaſtro. VIII. Diomedem Thraciæ Regem hoſpites mactantem, equiſque ſuis quattuor indomitis vorandos apponentem, victum ſuiſmet equis pabulum appoſuit: equos verò *Humano ſanguine pingues* tulit, domavit, ac Iunoni dicavit. IX. Hippolitæ Reginæ Amazonum vim intulit: quam & occidit. Heſionem Sororem Priami, & filiam Laomedontis, à Ceto liberavit. Tmolum & Telegonum Prothei filios & Torones, qui hoſpites necare conſueverant, interfecit. X. In Hiſpania tricorporem Geryonem vicit, & armenta ejus tulit quæ corporibus humanis paſcere ſolebat. Canem bicipitem Orthum nomine, fratrem Cerberi & Hydræ cuſtodem gregum occidit. Illic quoque Columnas erexit Calpem & Abylan, victoriarum metam & terminum; quaſi *Non plus vltrà*. Dumque ardentiori Soli minitatur, ab eo vas aureum recepit, ſub cujus vmbrâ tranaret mare; quod etiam arcu, & minis ſedavit. XI. Poma Heſperidum tulit, quæ Draco ſemper vigil ſervabat. Cœlum humeris ferens, Atlantem abs tanto onere levavit. Antheum filium terræ, cujus alliſu & tactu robuſtior reſurgebat, ſuſpenſum in aëre ſuffocavit. Buſirim Regem Ægypti, Advenas omnes mactantem: ejuſdem criminis reum, Lacinam: Aquilam, in Caucaſo viſcera Promethei rodentem: Cacum tricipitem Vulcani filium, ignem & flammas

flammas per os effundentem: Gigantes natos ex ſanguine Leonis Nemei, atque id geous monſtra delevit. Ex Hiſpaniâ venit in Galliam, vbi peſſimos quoſque interfecit. Et in Burgundiæ Ducatu, noo procul ab vrbe Liogonenſi, extruxit Civitatem potentiſſimam Alexiam; nunc vicus eſt nomine vulgari, *Aliſe*. XII. Potu Lethes laborum præteritorum oblitus, in Inferos deſcendens Theſeum liberavit. Cerberum Trifaucem fugientem ab Herculis aſpectu in fores palatij Dei Inferorum, apprehendit: Euryſteo duxit, ſtatimque juſſu illius reduxit. In ipſo verò itinere è populo coronam ſibi fecit, cujus folia in ſuperficie fumo Inferorum nigraverunt. Ordine paulum immutato breviori tabellâ illa facinora Auſonius repræſentat. FABULARUM. 12. Inferi.

Prima Cleonæi tolerata ærumna Leonis.
Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydram. Epigrammat. 145.
Mox Erymanthæum vis tertia perculit Aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua Cervi.
Stymphali pepulit volucres diſcrimine quinto.
Threiciam ſexto ſpoliavit Amazona baltheo.
Septima in Augei ſtabulis impenſa laboris.
Octava expulſo numeratur adorea Tauro.
In Diomedæis victoria nona quadrigis.
Gerione extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimo mala Heſperidum diſtricta triumpho.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

Invidiâ tandem Iunonis *Furijs* agitatus, Megaram & quos ex eâ filios ſuſceperat, jugulavit. Dum autem ſuæ mentis compos ſibi mortem parat, advenit Theſeus cujus precibus ſibi ipſi parcit: ac tandem Alceſten, morte fugatâ, ſuſcitavit. Maritoque reddidit Admeto, pro quo ipſa morti ſe voverat. Tot, tantiſque prodigijs qui priùs vocabatur Alcides, Herculis nomen obtinuit. Sed enim tot certaminibus, tot victorijs, tot triumphis inclytus, vincitur tandem ab *Omphale*, Lydorum Regina; cum quâ clavam, arcum, ſagittaſque ac leonis pellem, pro colo, fuſo mundoque muliebri commutavit, pudendâ gloriæ maculâ. Exinde vxor Herculis Deianira, zelotypiâ furens, marito dedit induſium Centauri ſanguine & Hydræ imbutum. Præſenti ac lethali veneno, peruſtus fermè ad rabiem & necem; qui vrbes condere docuerat, vſumque balneorum calidorum; aliaque id genus ſexcenta; ipſemet rogum conſcendit, quo conſumptus Iovis beneficio inter Divos relatus eſt.

Symbola Herculis, populus arbos. Item Amaltheæ cornu; quippe à fœmina, cui nomen Amalthea, omnia ſibi neceſſaria accipiebat. Leonina pellis, Clava: Scyphus, quia bibax, & vorax. Symbola.

Cultus; manè & veſperè ſacrum fiebat Herculi. In eo Poticum præeſſe, quia ſtatim venit: Pinarum, quia tardè, altari in ſuis ſacrificijs juſſit miniſtrare. In ejus ſacrificijs nec mulier jurabat per Herculem, nec aderat; quia ſitienti & aquam poſtulanti reſponſum fuerat, feſtum eſſe fœminarum. Creditum etiam ab Antiquis, eum qui decimam Herculi voverit, reddi ditiorem. Eo nimirum quod Hercules ipſe, decimum Boum Geryonis immolaverit: vel quod Romanos, ab Hetruſcis decimare ſolitos, liberaverit. Immò ipſe divitijs præeſſe ac prodeſſe dicitur, & ſomnianti theſaurum revelaſſe. Ædes fuit Herculi in foro boario, à bobus Herculi mactatis. Nefas autem canem illuc intrare, dum ſacra fierent: ac ne intrarent muſcæ, à Iove obtiouit. Invocabatur vt Ἀλεξίκακος, & malorum averruncus. Quamquam DEVS dicebatur nunc clemens ac beneficus, nunc nocens & vindex. Cultus.

Cognomina; Conopius à Muſcis, muſca enim Græcis κώνωψ. Ogmion, Gallis; quia Prudentiæ & Eloquentiæ Deus, in hunc modum depictus. Decrepitus & Calvus, fuſcus, rugoſuſque vt marini nautæ. Ceterum pellem Leoni- Cognomina.

SYLLABVS nam humeris, pharetrâque appenſâ : clavam dextrâ, arcum ſiniſtrâ geſtans; catenulis ex auro & electro linguæ cuſpidi inſertis, maximam Hominum multitudinem ſpontè ſequentem per aures trahebat. Vocatur & Delus, Melichratus, Charops, Ipoctonos, Polyphagus, Gylius, Olympius, Cynoſarges: Callinichus, Promachus, Herillus, Melampicus, Claviſer, Invictus, Pollens, Dexter, Vindex, Victor.

Significata. Hercules *Imago* eſt adulrerata Solis, Ioſephi, Samſonis, Salomonis; vno verbo, præſtantis virtute ac robore, ſcientiâ & eloquentiâ Viri cujuſvis famoſi; ſed cujus facinora, otium & libido dedecorant.

Heſperides. HESPERIDES Ægle, Arethuſa, Heſperetuſa, filiæ Heſperi fratris Atlantis: In Mauritania Mare inrer & Nilum, Draconem nutrivere; qui mala earum aurea in horto cuſtodiebat, quæ Hercules occiſo Dracone abſtulit.

Arborque pomis fertilis aureis
Extimuit manus inſueta carpi,
Fugitque in auras leviore ramo.
Audivit ſonitum crepitante lamna
Frigidus cuſtos neſcius ſomni,
Linqueret cùm jam nemus omne fulvo
Plenus Alcides vacuum metallo.

Fictionem alij *interpretantur* de ovibus, μῆλον enim pecus pèrinde ac pomum ſignificat. Alij de opere Philoſophorum, & vellere aureo. Alij de avaritiâ, alij de Aſtrologiâ.

Horæ. HORÆ, Iovis & Themidis filiæ tres. Eunomia, Dice, Irene; id eſt Legum obſervantia, juſtitia, & pax. Natæ dicuntur verno tempore, viridi veſte florentes: hortorum, Florumque amicæ, rorem vbiquè ſpargentes. Pauſanias, cui tertia non nominatur, primam vocat Εὐκαρπίαν; à fructu, qui καρπὸς Græcè dicitur. Secundam Thaleten, à θάλλειν pullulare. Studioſis propitiæ ſunt, Solis aſſeclæ, Iunonis nutritiæ. Nomen illis ab ὡρεύειν, ſeu ὁρίζειν, quia tempora terminant. Vel quia Sol horus dicitur, ab ὗρος; quod animal Sacrum Serapidi in Ægypto, ſingulis diebus duodecies vrinam fundens, paribus intervallis, vſum docuiſſe dicitur diem per horas dimetiendi. Alij à Cynocephalo animali, quòd in vtroque Æquinoctij die, duodecies, id eſt per ſingulas horas mejat, totieſque duabus illis noctibus latret. Alij volunt manaſſe à Cœli quadratura, quæ in partes duodecim pro ratione muſica dividitur.

Officia, & Cultus. Cœli portis *præſunt*, efficiuntque modò ſerenum, modò nubilum. Illis Templa conſtructa, vt eſſent propitiæ. Pedes habere molles perhibentur, omnibus Dijs tardiores, ſemperque aliquid novi Hominibus afferre. Nempe quia citò fluunt, (quamvis afflictis videntur tardiores) & naturæ inconſtantiam propalant.

Ovid. l. 3. de Arte am.

—— Eunt anni more fluentis aquæ.
Nec quæ præteryt, rurſum revocabitur vnda;
Nec quæ præteryt hora, redire poteſt.

CONTINVATIO FABVLARVM Alphabetica.

TITVLVS VII. *Sub litteris I. L.*

IASONI, Herculem ac Theſeum ſi excipias, par inter priſcos Heroas nullus. Nepos fuit Salmonei, Regis Elidarum. Hic veſanus Princeps divinitatem affectans, pontem æneum juſſit ſupra vrbem ædificari; in quo curru vectus tonitru ſimulabat, manu tenens lampada in modum fulguris. At verò à Iove fulmine extinctus, in pœnam inſolentiæ eſt. Ab eo Iaſonis pater Æſon, Mater verò Polymede, vel Alcimede: Chiron præceptor, vxor Medea filia Ætæ Regis Colchos; Proles multiplex. Iaſon, & Argonautæ. Proſapia.

Is igitur cùm nudus pedes ſalvus è flumine ſiſtiſſet ſe Peliæ patruo & tutori, mortem ex oraculo metuenti à diſcalceato; ab eo mittitur in Colchos ad *Vellus aureum* comparandum, eâ vt occaſione periret. Palladis conſilio Iaſon navem ſtruit, è quercubus Dodonæis; quæ à Patrono, Argos nomen obtinuit. *Argonautas* ſocios aſcivit, Græciæ Fortiſſimos; imprimis Herculem, à quo poſtmodum relictus fuit. Colchidis Rex Æta reſpondet Iaſonem aureo vellere potiturum, poſtquam ſubjugaſſet Tauros æripedes & ignivomos, ſeminaſſet dentes ſerpentis quem occidit Cadmus: interfeciſſetque Homines armatos, qui ex eis erant oriundi, Draconemque pervigilem viciſſet. Acceptâ conditione, Minervæ conſilio: ſimulque auxilio Medeæ, quæ Iaſonem deperibat, hanc ſimul & vellus in patriam reportat. Vellus aureum.

Veterem cantilenam & exoticam quiſque pro libitu *detorquet* ad Chymiam, ad Medicinam: prudentiam, fortitudinem, navigationem; aliaſve ſeu virtutes, ſeu diſciplinas. Significata.

INFERI, Antiquorum Orcus ſeu Tartarus, Ditis Regnum. Nempe è corpore egredienti animæ, triplex iter pandebatur ex veteri Theologia. Qui enim peſſimè vixerant, conſilio Deorum privati, ad ſiniſtram in Inferis æternùm exulabant. Inferi.

——— Certus incluſos tenet
Locus nocentes. Impios — Seneca in Hercul. Fur. Act. 3.
Supplicia vinctis ſæva perpetuis domant.
Rapitur volucri tortus Ixion rotâ.
Cervice ſaxum grande Siſyphiâ ſedet.
In amne medio faucibus ſiccis Senex
Sectatur vndas, abluit mentum latex:
Fidemque cum jam ſæpè decepto dedit,
Perit vnda in ore, poma deſtituunt famem.
Præbet volucri Tityus æternas dapes,
Vrnaſque fruſtra Danaïdes plenas ferunt.

Qui vel leviter deliquerant, vel crimina eluerant; poſt aliquot annos, vento igneque purgati in Concilium Deorum, Cœlique Regiam admittebantur.

Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes — Aeneid. 6.
Corporeæ excedunt peſtes. Penituſque neceſſe eſt,
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt. Aliæ panduntur inanes,

SYLLABVS

Suſpenſæ ad ventos. Alijs ſub gurgite vaſto
Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Qui vitam duxerant immaculatam, ſtatim ab interitu beati, Felices, Dijſque gratiſſimi coronabantur. Illic ad ſtatum cauſæ & animæ, recognoſcendum Iudices deputati Minos, Radamanthus & alij. Iovis filij omnes, ſapientiſſimi juxta & æquiſſimi: tortores verò inexorabiles.

Ino.

INO Cadmi & Harmoniæ filia, vxor Athamantis Regis Thebanorum. Hic Iunonis invidiâ actus in rabiem, Learchum filium laniavit. Ino alteri filio Palæmoni timens, ſe ipſam cum Palæmone quem in vlnis gerebat, egit in mare præcipitem. Matris & gnati cadavera Delphinus detulit ad littus, & ambo Veneris prece à Neptuno inter Deos marinos ſuccenturiati. Inde Palæmon navium cuſtos, nautarum ſalvator; pingitur manu tenens clavum, præeſt portubus aperiundis & claudendis. Illi, cœteriſque marinis Numinibus, ſedatâ tempeſtate, vota perſolvebant *in littore nautæ*. In illiuſque honorem ludi Portunales. Ino aliquando Leucotheæ ſeu Deæ Albæ, Matutæ & Auroræ: Palæmon, Melicerti nomine celebrabatur.

Vota in littore.

Significata.

Tota *Scena* hinc in navigationem & tempeſtates, inde in parentum pro liberis ambitionem paratur.

Io.

IO à Iove verſa in vaccam, ne Iuno adulterium ſubodoraretur, ipſi tamen donatur. Cuſtodiendam recipit Argus;

Ovid. 3. amor.

Qui centum fronte oculos, centum cervice gerebat.

Nempe ex illis tot oculis duo ſemper dormiebant, ceteris vigilantibus. Verùm oculatiſſimo Cuſtode à Mercurio occiſo, vnde & Ἀργειφόντης cognominatus eſt, cum Hierace ipſius famulo, & in avem Hieracem converſo, liberatur. Argum Iuno transformat in pavonem. Inde Poëta;

Id. Metam. 1.

Arge jaces, quodque in tot lumina lumen habebas
Extinctum eſt, centumque oculos nox occupat vna.
Excipit hos, volucriſque ſuæ Saturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.

Io præcipitans ſe in mare, Ionij nomen indidit. Redditâ poſtmodum humanâ formâ, vix loqui audebat ne mugiret.

Iphigenia.

IPHIGENIA Agamemnonis & Clitemneſtræ filia, à Diana cultro Sacrificuli eximitur Cervâ ſubſtitutâ.

Ovid. 12. Metam.

——— Pietatem publica cauſa,
Rexque patrem vicit, caſtumque datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris.

Iris.

Cap. 9.

IRIS Thaumantis ſeu Admirationis filia, Deorum Nuncia: vel ex etymo, belli & contentionis procuratrix. At Sacra in Geneſi & pacis ſignum eſt, vt priſcis Mercurius. Iunonis itidem cujus ſub throno pingitur, Cubicularia & Cuſtos vigilantiſſima. Mulierum animas ſolvit à corpore, vti Mercurius Virorum. Soror denique Harpyarum, ac Ventorum; noctu vix apparens, quia lux Lunæ debilis admodum & fugax. *Agnominatur* Thaumantias, Crocea, Aërea, Ἄγγελος, ποδήνεμος. *Significat* meteorum illud, quod radiat in aëre pluvio, arcus figurâ: ſed vtique ſine chordâ, & ſagittis.

Agnomina.

Significata.

Ovid. Metam. l. 6.

Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcus
Inficere ingenti longum curvamine cœlum,
In quo diverſi niteant cùm mille colores.

FABVLARVM.
Cultus.
Significata,

Isis Luna eſt, quæ quia Solem ſequitur velut amaſia, in amatorijs invocatur. *Culta* vbique in Ægypto, pingebatur Cornigera, & pullata, palmarum folijs calceata. Certè aut Natura *eſt*, aut Tellus; vtraque magna Rerum, Hominumque parens ac Regina. In Iſidis & Oſiridis Templo ſolemnis epigraphe, Plutarcho referente; *ego ſum quidquid fuit, eſt, & erit, nec meum peplum quiſquam mortalium retexit.* Quod & ad DEVM deflectunt Sophi.

Iuno,

IVNONIS nomen à Iuvando, Pater Saturnus, patria Argos. Illic nata ſub agno caſto, apud Samos; quæ ideò *Parthenia*, ſeu Virginalis nuncupata. Nutrices ſeu Nymphæ, ſeu Horæ. Frater idem ſub cuculi formâ, qui maritus, Iupiter. Proles Mars, Hebe: & citra viri conſortium (ſi credere fas eſt) Vulcanus. Præerat matrimonijs. Illi propterea ante nuptias, ſacrum fiebat felle à victimis extracto & projecto. Dicta quoque Hoſpes, & Salvatrix. Simulacrum deinde velatum pelle caprinâ, geſtans ſcutum & lanceam. Aliàs manu tenens capita papaveris, & forcipes: ſnb pedibus exuvium leonis, & vitis racemos habens; quia Herculi & Baccho adverſa, vt pote noverca. Dicata Iunoni Vacca alba, Pavo, Anſer. Eius verò nuncia Iris.

Cognomina;

Appellata variè, Lucina, ſeu Lucetia. Interdux, Domi-dux, Opigena, Socigena, Populona, Curitis, Natalis. Haſtata; vnde & nupturæ Puellæ Sabinæ, crines comebant haſtâ. Iuga ſeu Iugalis, ad cuius ſacrum ambo Conjuges vinculis nectebantur. Item Nuptialis, ſeu Genialis. Πάρθενος, ante connubium cum Iove: τέλεια postquam nupſit; χήρα, ab eo ſeparata & quaſi vidua. Deorum Regina, Filia, Sponſa, Mater. Caprotina, quia ſub caprifico Sacra ſimul cum Ancillis Ingenuæ Romanæ faciebant.

Tot ænigmatum facilis *ſenſus* de Aëre, à quo vna cum igne nihil non generatur.

Significata.

Iupiter.
Nomen.
Proſapia.

IVPITER quaſi Iuvans pater, vnde & noſtratibus *Mon-Iove*, Regibus, Magniſque viris commune nomen; ideo Divûm, Hominumque Rex. Filius vel Ætheris & Diei, vel Saturni & Rheæ ſeu Opis. Patria ſimiliter non vna, vulgatior Creta inſula, quæ jam Candia dicitur. Enimverò cùm Saturnus ſponſionem feciſſet Titani germano, de vorandis liberis quòd alioquin ex oraculo ab illis è regno ſciret ſe expellendum; Mater, Corybantibus cymbalis pueruli vagitum celantibus, illum aſportat in Cretam: & lapide lineis involuto Patris voracitati objecto, nutricibus tradit. Fuêre autem imprimis Nymphæ Ithoma & Nede, quæ rubentem adhuc à partu Inſantulum lavere in Clepſydrâ: dein Apes filiæ Solis ac Cœli; quæ propterea è ferrugineis evaſerunt aureæ ac fulvæ. Capra, quæ fortè & Amalthea, è cujus pelle ſcutum ſibi confecit, vnde Ægiochus appellatus, ipſam verò in cælum tranſportavit. Fortuna, quæ Iovem & Iunonem lactavit. Veſta, Agno fons Arcadiæ; in cujus aquam, quando ſicciſſimus aër eſt, projectus à Sacerdote quercinus ramus pluvias ciet. Palinuri, quibus conceſſa idcirco hyemis præſagitio. Aquila, cælo aſſerta.

Iovis fratres Neptunus, & Pluto: Soror & Conjux Iuno, Præceptor Olympus, Proles multiplex. Sed nulla mirabilior quàm Pallas, quæ ex ejus capite armata prodijt; poſtquam Metim, filiam ſuam, idem Iupiter devoraſſet. Amaſiæ innumeræ, è quibus in varias ſe formas transformans terram replevit & adulterijs & adulterinis.

Symbola; & Cognomina,

Symbola quercus, & Aquila. *Cognomina* innumera, Pappa, Antipater, Lapideus ſeu Læta; quia iurabant Antiqui agnum vnâ manu mactantes, alterâ lapidem quem tenebant proijcientes, ſe ſic abijci & mactari precantes, ſi peierabant. Ὅρκιος, manu vtrâque geſtans fulmen. Piſtius, Latinis Fidius, ideſt Sanctus. Ejus ſimulacrum eminebat è feneſtrâ, vbi tres imagines. Dextra virilis habitu pacifico: ſiniſtra Muliebris, etiam eodem habitu, coronam lauream in capite geſtans, dextramque dextræ prioris jungebat imaginis. In medio harum duarum ingenui pueruli erat effigies, cum nomine Fidei. Prima vocabatur Honor, ſecunda Fides, tertia Veritas. Dieſpiter, id eſt diei pater, à quo Dij dicti: atque inde Dius & Divus; ſub dio, divo, dius fidius: diei, & lucis pater Iupiter. Panomphæus, quod omnium & voce & linguâ colatur, vel quod omnium audiat voces. Triphylius, Trioculus: Dagon, Belus, Eleus, Liberator, Salvator, Innocens Εὐφήμιος. Capitolinus, à capite humano

Lilia. dum Ædis fundamenta fodiuntur in monte invento. *Liliatus*, quoniam ſola *Lilia* circa thronum illius efflorebant. Iuſtitiæ, Gratiarum, & Horarum Pater.

Significatus vtiquè diverſiſſimi. Devs, Providentia, Cœlum, Fatum: Mundi anima, Ignis, Æther, Aër, Rerum generatio: Rex potens, Legiſlator ſapiens; virtutes omnes, vitia vniverſa.

Ixion, Hominis piacularis typus. Primò ductâ Die in vxorem, ſocerum Deioneium, ne ſuetis muneribus donaret, in convivio exuſſit. Et quia primus conſanguinei mactator, cælo terræque exoſus. Secundò peractâ ritè pœnitentiâ cælo aſſeritur, vt Iovi eſſet à ſecretis. At nectare & ambroſiâ ebrius, loco Iunonis, quam deperibat, ſubſtituta illi fuit à Iove, Nubes ſeu Nephele; è cujus complexu nati *Centauri*, eorumque primo-genitus Imbrus. In pœnam criminis inſolentiſſimi, fatigatur continuo in Inferis ligatis manibus & pedibus, motu rotæ ferreæ ſerpentibus involutæ.

Virgil. 3. Georgic.

——— Tortique Ixionis angues,
Immaniſque rota, & non exuperabile ſaxum.

Significata. *Hiſtoria* eſt vel naturalis, Imbrium & tempeſtatum generationem delineans. Vel Politica exulis admiſſi in Aulam Regis, cui in vicem Reginæ deamatæ ſubſtituta ancilla eſt. Vel Moralis impietatem, ambitionem, luxuriam, invidiam; vno verbo, pravam Conſcientiam & Inferorum cruciatus adumbrans.

Latona. Latona, Græcis Λητὼ, quaſi oblivio, hyperborea, Gemellipara; quoniam ex Iove, genitrix Dianæ & Apollinis. Inter partûs anguſtias oleam & palmam prehendens, geminos effudit in Inſulâ Delo. Hæc priùs ſub vndis latitaus, quia Tellus juraverat ſe nullum puerperio locum præbituram, emerſit. Vnde

Significata. & nomen Inſulæ, juſſuque Neptuni firmata, partum ſuſtinuit. Dicta quoque Ortygia, quoniam illuc gravida Leto Iunonis iram fugerat, ſub figura Coturnicis. Dum verò fugiens puerpera, ſitim aquâ paluſtri levare quærit;

Ovid. 6. Metam.

Ruſtica turba vetat. Dea ſic affata vetantes,
Quid prohibetis aquas? vſus communis aquarum eſt:
Nec ſolem proprium natura, nec aëra fecit,
Nec tenues vndas, ad publica munera veni.

At maligni perinde & crudeles aquas etiam turbant, & quà minis, quà convicijs Deam prohibent. Vnde & in criminis pœnam in *ranas* mutantur Lycij Ruſtici. Gallus Sacer Latonæ, quoniam partus juvat. Narratio *aptatur* Muſicæ, terræ, geneſi.

Lethe. Lethe oblivionis fluvius, cujus potu Animæ in hunc Orbem dimittendæ eorum omnium quæ priùs noverant, nullatenùs recordantur. Verùm Æthalis Mercurij filius à Patre obtinuit, rerum vtriuſque Mundi peritiam dum viveret in humanis conſervare: quin & partem vitæ vivere in cælis, partem in inferis.

Reminiſcentia. Fabulæ anſam præbuit Platonis *reminiſcentia*, & metempſychoſis Pythagoræ; qui duos tropicos, totidem januas fingebat, quibus Animæ deſcendunt è Cælo & aſcendunt; ita vt Cancer Hominum eſſet Ianua, Deorum Capricornus.

Luna. Lvna, ſanè multinomia. Phœbe, quia à Phœbo lumen mutuatur. Deviana, ſeu Diana, quia errantes ſeu dementes reducit. Deliana, à Delos patria.

Prudent. contra Aurel.

Deniquè cùm Luna eſt, ſublustri ſplendet amictu,
Cùm ſuccincta iacit calamos, Latonia Virgo eſt:
Cùm ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia conjux,
Imperitat furijs, & dictat jura Megæræ.
Si verum quæris, Trivia ſub nomine Dæmon
Tartareus colitur.

Parentes habuit Iovem ſeu Solem, & Latonam. Ac licet virginitatem à patre exoraverit, Endymione nihilominus potita eſt: & ex aëre Marito, rorem genuit; nunc mas, nunc fœmina. Præſidet piſcationi, nuptijs, puellarum cæſto ſeu cingulo honorata: Magiæ ac veneficijs, quibus ſimplex vetuſtas credidit Solem ac Lunam à cœlo amoveri, immò & penitus aboleri; vnde Eclipſes, dictæ olim abolitiones. Quas & Virgilius vocat

FABVLARVM.

Eclipſes.

Defectus Solis varios, Lunæque labores;
Vnde tremor terris.

Georgic. 2.

Cultus.

Templum, vel ex Geſtis Apoſtolicis, Epheſi habuit magnificentiſſimum; cujus ex oblato incendio, Eratoſtratus æternum ſibi nomen voluit comparare. Placabatur ante nuptias quaſi eis infenſa, quippe Virgo. Dicatas illi Virgines nudis plantis prunas calcaſſe, Strabo comminiſcitur. Sub nomine Iunonis ac Lucinæ, invocabatur in puerperijs. Colebatur terris, etiam humanis, hoſtijs.

Actor. 19.

Sacra.

Sacra Dianæ, Lampas, Dianaria herba ſeu Arthemiſia: Mulus, quia ſterilis, Felis quod ejus pupilla crementa Lunæ imitatur; Trigla piſcis, Canes, Dictamnum.

Cognomina.

Cognomina, Iochezra, amans ſagittas. Trivia præſidens vijs, portubus, angulis, &c. Δίδυμος, quia duos honores ſortita eſt, cæleſtem, & terreſtrem. Vel quia duo habet lumina; ſibi proprium, & à Sole mutuatum. Magni Iovis filiæ. Πρoθύραια, ſeu προπύλαια: Ianuæ præpoſita, & vitæ janitrix. Coriphæa, Επίσκοπος: Dictynna, vel Brito-martis id eſt Virgo dulcis. Τριοδῖτις, Diva triformis. Vel quia poteſtas ejus in cælo, in terra, in inferis, ideoque & colebatur in trivijs. Vel à triplici ejus mutatione. Vel quia vna cum ſit in cælo, tribus vijs movetur; in altitudinem, latitudinem, & longitudinem. Vel quia triformis, falcata, biſſecta, & plena. Vnde illud, *ter vocata audis, adimiſque Letho tu Diva triformis.* Viarum Dea, vnde virgo eſt; quia, notante Auguſtino, via nihil gignit. Saronis, à Saron. Pitho, & Dea Suada. Hemereſia, à manſuetudine. φιλομεῖραξ, Adolecentium id eſt Virginum amatrix. Σώτειρα, ſalutaris Hoſpes. Αριστοβούλη, Αρίστη καὶ Καλλίστη. Venatrix, cum arcu & ſagittis. Etiam pingitur alata, cujus currum trahunt hinnuli albi.

Significata.

Totum id, *Lunæ* pictura eſt graphica; cui mutatio imprimis ſic nativa eſt, vt nuſquam potuerit mater, ideoneam filiæ veſtem conficere.

Lycaon.

LYCAON Rex in Arcadia eò vſque inhumanus, vt humanâ carne & ſanguine veſceretur. Hoſpites ideò mactans, auſus eſt ipſum quoque Iovem aggredi; qui indignatus, Regem convertit in lupum. Vrbem ædificaverat Lycoſuram ſuper monte Lyceo, cum Templo Iovi ejuſdem cognominis: ludiſque, qui Lycæa vocabantur. Apud Romanos eidem Iovi Lycæo Templum erectum eſt, feſtaque Lupercalia inſtituta.

CONTINVATIO FABVLARVM Alphabetica.

TITVLVS VIII.
Sub litteris M. N. O.

Mars.

MARTIS nomen Latinum, ex eo quod præeſt maribus in bello. Græcum verò Ἄρης, vel ἀπὸ τοῦ αἴρειν, interficiendo. Vel ab ἀρῆς, damno. A nomine Ἄρεως dictus Athenis locus Ἀρειόπαγος, vbi Mars primus judicatus & condemnatus; cùm eum Neptunus pro Filio Alirrhotio, illue vocaſſet ad cauſam dicendam. Illic quoque duodecim Iudices dicti *Areopagitæ*, quia pari numero Martem judicaverant. A patria alijs Lacædemon, alij Thracius agnominatur.

Areopagus.

Martis.

Martis *Parentes* vel Iupiter, vel Iuno ſola ex florum contactu; ſicut Iupiter ſolus, genitor Minervæ. Nutrix, Thero. Vxores Nerio, quæ linguâ Sabinâ fortitudo eſt. Bellona ſeu Duellona, Martis ſoror, & conjux. Illa fratri ad prælia properanti, currum, equos, arma parabat. Hujus Sacerdotes dicti

SYLLABVS

Sacerdotes Bellonarij

Bellonarij, qui proprio cruore Numen placabant. Fingebatur autem Dea furens, flagello pugnas concire: nuncque face, nunc tubâ bellicum canere. Marti tam laſcivo, quàm generoſo Amaſiæ complures, ex quibus *proles* ſuſcepit abſque numero; Bithynum, à quo Bithynia; Thracem, à quo Thracia, &c.

Cultus.

Deo cruento poſt Homines *immolati* ſues, equi, lupi, galli, vultures, aſini, canes, pici virides, &c. Dicati illi Sacerdotes Salij, à quibus Carmina Saliaria. Depingitur ardens, nunc in equo, nunc in curru flagello ſimul & haſtâ ferox. Scythis *gladius* nudus terræ infixus, Mars eſt.

Cognomina.

Cognomina; communis Deus & Α'ζωνος, ſeu Medioximus; qui nulli cælorum parti alligatus, vbiquè colitur & favet. Gradivus, quando ſævit. Quirinus, cum agit pacificè. Illi, Templa intra vrbem: iſti, extra. Inconſtans,

Significata.

Cœcus, Bis-vltor: Αιμόχαεις, Nudi-pectus, & ſimilia; queis *Belli*, potiùs quàm Dei, natura depingitur.

Mercurius.

MERCVRIVS fortè à Mercibus. Ἑρμῆς verò qui DEORVM Interpres & nuncius, ſcapulas & talôs alatus. Filius eſt Iovis & Maiæ, Iunonis alumnus. Maritus Penelopes, ex qua Pana habuit: & Carmentæ, ex qua Evandrum, &c. Quo ipſo die natus eſt, furto ſurripuit Neptuno tridentêm, Marti gladium, Admeto Regi armentum. Et quod contra fidem datam, cum detexiſſet Battus, ab eo in lapidem lydium auri probatorium converſus eſt. Forcipes quoque Vulcani tulit, Veneris cingulùm, Ioviſque ſceptrum. Quin & in Inferis exercuit latrocinia. Ideo ſtatutas habuit ante domorum poſtes, Deus ſcilicet latronum, ſicuti paſtorum, & gregum.

Officia.

Officia Animarum inſtitor, Legatorum introductor, Pacis conciliator. Quoties agebat Iovis nomine, tenebatur deferre *Caduceum*. Virga erat, in quâ

Caduceum.

ſerpentes mas & femella ſimul jungebantur in ſignum fœderis. Quia verò nunc in Cœlis erat, nunc in Inferis, nunc in Terra; Ægyptij faciem Mercurio effingebant nigram partim, partim albam, aureamque. Inventor Muſicæ, Palæſtræ, Geometricæ, Curſus aſtrorum, Cultus Deorum: Lyræ, teſtudinis teſtâ ad inſtrumentum muſicum accommodatâ: Vocum acutæ, mediæ, gravis; à tribus ſcilicet apud Ægyptios anni partibus; Æſtate, hyeme, vere: Mercaturæ, Luctæ, Eloquentiæ.

Cultus.

Cultus; Confraternitas ſolemnis, ad arcendas maris tempeſtates. Ejus Collegij Sodalis fuit Vlyſſes. Atque in hiſ-ce Cæremonijs Plutonem, Cererem, Proſerpinam, Mercurium nefas erat nominare. Quia verò habebatur ſomniorum interpres, Sacra faciebant Mercurio Sapienti: & cujuſvis Sacrificij *linguam*, loquaci Deo reſervabant. Sacra quoque Mercurio erant mel, lac: acervus lapidum in viâ, Gallus.

Cognomina; Caduceator, Deorum præco, Nuncius, Angelus, *χρυσόρ'ραπις*: Acacetus, quia ſermo prodeſſe debet nunquam nocere. Ideoque illi cohabitat ὑγίεια ſalus. Τετράφαλος Ἑρμῆς, Animarum emiſſarius & quæſtor: Lucrio, *χαειδότης*. *Significata* per ſe obvia, non eſt quod moremur.

Meduſa.

MEDVSA, vna è Gorgonibus; queis oculus vnus, denſque vnus communis. Inter ſorores formoſiſſima, ipſum Minervæ Templum cum Neptuno polluit: ſuaque ſpecie, præſertim cæſarie tumens, Palladem provocat, à quâ crines Meduſæ mutati in ſerpentes. Quia verò ad colubrinæ faciei conſpectum

Perſeus.

cuncti lapideſcebant, *Perſeus* mittitur filius Iovis & Danaës, qui caput Monſtro detruncaret. Is ergo acceptis à Mercurio talaribus, gladio armatus falcato & adamantino, Palladis munitus aut ſcuto, aut ſpeculo, Tarteſſam Heſperiæ vrbem advolat. Ante omnia oculum clam furatur, dormientibus & ſororibus & ſerpentibus. Mox facie verſâ ad ſpeculum, in quo Meduſam diſcernebat, eius caput abſcidit. Ex ſanguine & ſanie nati confeſtim Chryſaor, & Equus Pegaſus alatus. Caput Meduſæ in perâ deportans Perſeus per Africæ ſolitudines, guttæ deciduæ ſanguinis ſerpentes ſeminarunt. Tandem Palladi ob-

Significata.

tulit, quod Dea deinceps ſcuto affixit. *Apodoſis*, Voluptas eſt.

Midas.

MIDAS Rex Phrygiæ, filius Cebeles Deorum aviæ: nutritus à formicis, quæ in os dormientis infantuli grana frumenti vehebant. A Baccho, quem in domo ſplendidè exceperat, obtinuit quæcunque tangeret in aurum con-

vertere,

vertere, vnde & fame tandem interijt. Is ſecedens in ſilvas arbiter eligitur à Pane & Apolline, vter meliùs noſſet muſicam dulciúſque caneret. Stultiſſimè ſententiam pro Pane tulit. Indignatus juſtè Apollo, aures ſupini *Iudicis* mutavit in aſininas.

Fabularum.

Induiturque aures lentè gradientis aſelli.

Ovid. l. 11, Metam.

Sic egregiè auritus Tonſori dimidium Regni pollicetur, ne revelaret infamiam. Hic foveæ ſubterraneæ os apponens, voce ſubmiſsâ pronunciat; *Midas aures habet aſininas*. Quo loco enatæ arundines, ventoque agitatæ, id ipſum reſonabant, Midas aures habet aſininas. *Fabella* eſt Hominis avariſſimi, juxta & ſtupidiſſimi.

Significata.

Attonitus novitate mali, diveſqu miſerque
Effugere optat opes; & qua modò voverat, odit.
Copia nulla famem relevat, ſitis arida guttur
Vrit, & inviſo meritò torquetur ab auro.

Ibid.

MOMVS invidiæ, reprehenſionis, convicij DEVS; gnatus noctis & ſomni, fraterque mortis & inſomniorum. Nec Dijs ipſis pepercit. Nam electus Arbiter, in Neptuni Tauro deſideravit cornua ante óculos, in Vulcani Homine pectus feneſtratum: domumque Minervæ portabilem, quoties vicinum haberet doloſum aut contumelioſum. Sandalia etiam Veneris vituperavit, quod nimium in ambulando ederent ſtrepitum. Quia verò omnibus odio eſt, Stygius appellatur.

Momus.

MVSARVM nomen aliunde alij deducunt. Nimirum ἀπὸ τῦ μάσϑαι, ſeu inquirendo. Vel à μυῶ; bonâ doctrinâ inſtituo. Vel per ἀφαίρεσιν, Muſæ dicuntur quaſi Meluſæ, à μέλος; vel à μέλι, cantûs ſcilicet melodiâ, ſeu mellis ſuavitudine, & apum ſedulitate. Vel quaſi Ὁμοῦσαι, ob Scientiarum connexionem, orbes & circulos; quia Diſciplinæ omnes, haud ſecus quàm virtutes, ſibi ſunt invicem concatenatæ. Quare & Cyclicas vocat Martianus Capella, vnde notiſſima paſſim ENCYCLOPÆDIA. Nam & ideo Muſæ ſorores æſtimatæ, tenent ſe manibus, ducuntque choreas. Excrevit numerus ab vnâ in duas, in tres, in quattuor, quinque, ſeptem, *novem*. Clio Poëſim invenit, Thalia Agriculturam, Eutherpe Tibias, Melpomene Muſicæ cantilenam, Terpſichore tripudium: Erato nuptialia, Polymnia hiſtoriam; Vrania Aſtrologiam, Calliope Rhetoricam.

Muſæ. *Encyclopædia.* *Muſæ novem.*

Patria Muſis, Mons Pierius, à quo Pierides agnominantur. Parentes Iupiter, & Mnemoſyne; id eſt mens, & memoria. Nutrix Eupheme, id eſt bona fama. Præceptor Apollo, ideò dictus Muſicus, Muſagetes, & Dux Muſarum.

Proſapia.

Cultus vbiquè varius. Romæ ad Muſarum fontem in Templo Fortunæ, ſua Poëmata recitabant Poëtæ; hincque *Muſæum*, locus Muſis & Studijs ſacer appellatus. Alibi jungebantur Templa Muſarum, & Gratiarum. Ptolemæus Philadelphus poſt exſtructam Alexandriæ celeberrimam Bibliothecam, ludos Muſis & Apollini inſtituit. Pythagoras Boves illis mactabat, quoties novi aliquid in Geometriâ invenerat. Lycurgus ante prælium, Muſis litabat. Trœzeniorum Ara, Muſis & Somno ſeu meditationi ſacra fuit Dicatæ etiam Apes, quin & ipſæmet Muſæ melle veſcebantur: & Dicatæ Muſis Cicadæ, cantantes ad famem vſque & mortem, Inſtrumenta quævis Muſica: Palma, & Laurus. Pieridibus victis & in picas mutatis, atque etiam Sirenis cantu ſuperatis, ex pennis illarum verſicoloribus ſibi corollas nexuere.

Cultus.

Cognomina; Virgines Montanæ, Helicones, & Olympi colonæ, Parnaſſides, Pierides, &c.

Cognomina.

NARCYSSVS, filius Lyriopes Nymphæ Marinæ; quæ ludens inter vndas Cephiſi fluvij, concepit. Formoſiſſimum deperibant Nymphæ omnes, in omnibus Echo. Hæc amore tabeſcens in montem mutatur, relictâ ſolùm voce lugubri in locis ſolitarijs & concavis;

Narcyſſus.

Omnibus auditur, ſonus eſt qui vivit in illa.

Ovid. l. 3. Metamor.

SYLLABVS Poſt venationem pulcherrimus Iuvenis ſemet intuitus in fonte, amore ſui arſit, *perque oculos perit ipſe ſuos.* Mox flacceſcens, in florem ſui nominis convertitur. Ex oraculo ſcilicet, quod conſulenti patri de filij vitâ, reſponderat duraturam, quamdiù ſe non reſpiceret. *Speculum* vtiquè eſt tum voluptatis, tum φιλαυτίας.

Apodoſis.

Ibid.

Credule quid fruſtra ſimulacra fugacia captas?
Quod petis eſt nuſquam: quod amas, avertere; perdes.
Iſta repercuſſæ, quam cernis, imaginis vmbra eſt.
Nil habet iſta ſui: tecum venitque, manetque;
Tecum diſcedet, ſi tu diſcedere poſſis.

Nemeſis; Proſapia. NEMESIS Dea cunctis præpoſita, omnium conſideratrix: vltrix facinorum præſertim ſuperbiæ, bonorum præmiatrix. *Parentes* habuit Noctem, & Oceanum. Vel ex vetuſtiori Theologiâ, Iuſtitiæ filia eſt; ex ſpeculâ æternitatis, cuncta hîc temporanea diſpiciens. Prolem ex Iove Helenam, nuptam Menelao & Troiæ facem. Quippe quæ Iovis fugiens blanditias in formâ Anſeris, ſub forma Cygni à Iove cognita, ovum peperit, in palude reliquit: inventum paſtor Ledæ attulit, ex quo Helena.

Aptiùs qui Nemeſim Virginem aſtruunt. Thronus illi ſuper Lunæ orbem, perpetuòque aſſiſtit Iovis ſolio. Sola in bello Marathonio, vicit contemptores Athenienſium Barbaros; qui jam attulerant molem marmoris albi, vt trophæum erigerent poſt victoriam quam certam rebantur. Eo ex marmore victores Athenienſes, *Curaverunt vt ſtatua Nemeſi fieret.* Idolum illius viſitur alatum, & Adraſtia cognominatur; quia velocem Numinis punitionem, effugit nemo. Effingebatur etiam cum rotâ & gubernaculo, ſæpiùs cum fræno & regulâ. Eam invocabant tum prælìantes, tum victores. Vnde & coronabatur Victoriæ inſtar, eminentibus in diademate cervis, & fraxini frondibus; vaſa

Significata. tenens manu, in queis effi cti Æthiopes. Apta ſatis *imago* divinæ tum Providentiæ, tum Iuſtitiæ. Vtraque filia Noctis & Oceani, quia ambæ licet obſcuræ, rerum abundantiam procurant. Vel quia illarum memoriâ effluente inter proſpera, ſuperbiunt Homines, quibus præcipuè reſiſtit vindex Numen. Hominum flagitijs indignata, *Terras Aſtræa reliquit.* Nempe cum Iuſtitiâ evolavit ad cælum, *atque duæ pariter fugere ſorores.*

Neptunus. NEPTVNVS à nubendo, quod nubat ideſt operiat terram, quaſi maritus; filius Saturni, & Opis. Finxit hæc Pullum ſe peperiſſe equinum, quem patri vorandum præbuit. Infantulum commiſit Arno Paſtori, cui nomen à negatione. Vxor Neptuni Amphitrite, à circuitu Oceani. Hanc cùm amaret, non redamatus, ad eam Delphinum mittit; cujus pellacijs & ſuaſu, nupſit Neptuno. In cujus beneficij memoriam, factuseſt Delphinus Signum celeſte propè Capricornum. Ceteri verò Delphini omnes acceperunt à Neptuno, perniciùs omnibus piſcibus natare, Homineſque amare. Ex Amaſijs innumeris liberi ſine numero, plerique feroces.

Officia. *Præeſt* Marinis, & Equeſtribus. Commentum quo narratur Cælo pulſus vnà cum Apolline, quia ambo contra Iovem conſpiraverant, & novem annos juſſus ſervire Laomedonti, patri Priami, in Troiâ ædificandâ; ſic interpretatur Herodotus, vt Rex vrbi conſtruendæ pecuniam Neptuno & Apollini ſacram conſumpſerit. Cujus ſacrilegij pœna lues fuit, & monſtrum cuncta depopulans.

Cultus. Neptuno Equeſtri, Romæ *Templum* erectum. In illius dedicatione annuâ conſuali die ceſſabant ab opere equi ac muli, ſertis redimiti. Conſus porro, DEVS eſt conſilij; cujus Templum erat ſubterraneum, quia tectum debet eſſe conſilium. Vniverſim feſta Neptuni omnia, dicta paſſim Neptunalia.

Symbola. *Symbola*; Tridens, quoniam Aqua liquida eſt, fœcunda, & potabilis. Concha, Equus ſervens, ſpumanſque. Signum piſcium, Neptuno Sacrum eſt;

Signa Celeſtia Numinibus Sacra. quomodo Aries Palladi, Veneri Taurus, Gemini Phœbo, Lunæ Cancer, Iovi & Cybele Leo ſtellatus, Vulcano Libra, Ceteri Virgo, Scorpio Marti,

Sagittarius Dianæ, Veſtæ cornutus Caper, Iunoni Aquarius.

FABVLARVM. Cognomina.

Cognomina; Eques, & Auriga. De Neptuno victrix Minerva, nomen ſuum Athenis indidit. Vicit autem Dea, quod hæc oleam invenit Hominibus vtiliorem equo, cuius vſum adinvenerat Neptunus. Appellatus etiam Εννοσίγαιος, quia terram quaſſat: Μυκέτα & Ταῦρος, à mugitu vndarum. Σωτὴρ, Ποσειδῶν, ſervator & liberator, tutelaris ac ſtabiliens. Ποντομέδων Ponti Rex, Rectorque Pelagi.

Significata.

Vno verbo *Aqua* eſt, ideo Neptunus depingitur nudus. Vel politicè, Rex fuit inſignis; qui primus equos domare, naves fabricare, vela ventis committere ſuos accolas edocuit.

Nereus. Proſapia.

NEREVS ſenex && canus, vt & Dij omnes marini ob maris ſpumas: viridi cæſarie, colore cæruleo, qui color Pelagi eſt. Habuit Parentes Oceanum & Thetyn, Nutricias vndas: vxorem Dorida, Prolem quinquaginta Nereidas. Eædem Nerinæ dicuntur & Dorides, à patre & matre.

Symbola, & Officia.

Symbola Alcyones. Præſes maris, & propheta; peritus *Nauta* eſt, multæque in Oceano experientiæ. Hinc fingitur plures formas induiſſe, vt Herculem effugeret.

Nymphæ. Nomina.

NYMPHÆ vario ſignificatu dicuntur alatæ formicæ, vermes qui in apum alvearijs naſcuntur, novæ ſponſæ, Muſæ: inter aſtra, capra Amalthea; ea etiam pars quæ à mento ſub inferiori labro concava, & alia alibi virginitatis ſigillum. Nymphæ veteribus dicebantur etiam Animæ, ſeu rerum Numina, vel Angeli rebus præſidentes. Quo ſenſu dicitur Vrania Nympha, quæ ſphæris cæli præeſt: virtutes demum, & celorum influentiæ. Quominus mireris Nympharum genera ſanè quàm plurima.

Centum quæ ſilvas, centum quæ flumina ſervent. *Virgil. 4. Georgic.*

Aliæ enim cæleſtes, aliæ terreſtres: aliæ fluviatiles, lacuſtres, paluſtres, vel ſtagnorum, marinæ; montium, convallium. Dryades ſilvis præſunt, montibus Oreades, convallibus Napææ, fluminibus Najades, ſtagnis Limniades, fontibus Ephydriades, mari Nereides. Quin & à varijs locis, nomen ſortiuntur; v. g. à Tyberi, Tyberiades. Nympharum porro omnium Parentes, Oceanus & Thetys. Proles, fluvij. *Officia*, rebus ſibi deſtinatis præſidere: & Homines inſpirare, ac prophetas efficere. Officia.

Cultus.

Si quis fodiendo ſcaturiginem reperiſſet aquæ vivæ, ſacrum Nymphis perſolvebat; quaſi id eveniſſet, illarum beneficio. Nymphis juxta & Muſis offerebatur olim lac & mel, quia ſæpiùs floribus legendis occupabantur, Capra quoque victima erat.

Vitæ duratio.

Non omninò cenſentur immortales, ſed vitâ vivunt longiori. Hanc limitat Herodotus ad vitam decem phœnicum, vt horum ad novem corvorum: corvorum ad tres cervorum, cervorum ad quattuor cornicum; cornicum ad novem Hominum, hominum autem ad ſexaginta annos. Vita ergo Nymphæ, quingentorum octoginta trium millium ducentorum annorum. Vel ex Plutarcho, novem mille ſeptingentorum & viginti annorum. Hinc vocantur fructiferæ, Nutritiæ Bacchi, immo omnium animalium. Idcirco Deæ pratorum, & pecorum.

Orta fortè fabula ab herbâ, quæ nymphea dicitur, aliàs nenuphar, id eſt aquatica. Sub terrâ habitant, vbi fluvij & fontes. Quia verò nonnullorum opinio eſt ipſas etiam ſtellas humore nutriri, ideo nymphas dixere cœleſtes. Mors Nympharum, eſt humoris per generalem Mundi conflagrationem extinctio.

Sacrificia diverſa.

Natura illarum ex *Sacrificijs* colligitur. Nam Antiquis loca, ſacrificia, ceremoniæ, &c. cujuſque Numinis naturam referebant. Dijs ſiquidem cæleſtibus ignis, luminaria & quæ ad viſum ſpectant offerebantur. Dæmonibus aëris odores, ſuffimenta, Muſici cantus, ceteraque aërem temperantia. Marinis & Terreſtribus liquidæ, ſolidæ, & craſſiores materiæ; putà mel, lac: vinum, volatilia, animalia. Quid ergo DEO Opt. Max. religioſiùs offerri poteſt, quàm ejus perſona à Patre genita: & Homo, vt pote Numinis imago expreſſiſſima?

Niobe.

NIOBE Tantali filia & Euryanaſſæ, vxor Amphionis. Mulier venuſtate, divitijs & prole duodenâ pollens; auſa ſe Latonæ anteponere, ab Apolline &

Syllabus Significata.

Diana omnibus liberis orbatur. Eo facto Patet violentas ſibi manus intulit, Mater Deorum commiſeratione mutatur in ſaxum. *Documenta* ſunt avaritiæ, opulentiæ, ſuperbiæ, impietatis; quin & peſtis à Sole & Lunâ, omnia depopulantis.

Oceanus. Significata.

OCEANVS ab ὠκὺς, velocitate; fluminum pater, filius Cæli & Veſtæ: Maritus Thetydos. Parthenopes & Pompholyges pater; eximiè prolificus, præſertim Tyches ſeu fortunæ. *Mare* eſt, à quo omnis & quælibet generatio, præcipuaque opulentia.

Oreſtes.

ORESTES filius Agamemnonis & Clytemneſtræ, quam in vindictam necis paternæ occidit. Porrò Agamemnon filius erat Atrei, cujus vxorem Thyeſtes frater corrupit. Id vbi reſcivit Atreus maritus, duos filios ejus coxit, Thyeſtique epulas appoſuit. Sublatis menſis, jubet afferri capita, brachiaque ferculorum. Quod ſcelus ita Solem ferunt exhorruiſſe, vt retrogreſſus lumen ſubduxerit. Quod ad Oreſtem attinet, delatus Matricida ad Areopagum, abſolvitur ſuffragiorum paritate. Nihilominùs premente conſcientiâ, quaſi anathemate ictus miſer exulat; donec impoſitam ab oraculo, pœnitentiam exequitur. Iuſſus videlicet ex Tauride Scythiæ deferre in Græciam Dianæ ſtatuam, lavare ſe in flumine qui cum alijs ſeptem aquas confunderet. Furens itaque Oreſtes peregrinationum ſocium habuit Pyladem, qui ſeſe morti offerens pro amico

Amicitia.

ſpecimen dedit veræ *amicitiæ*. Quibus peractis, Oreſtes in ſtatum priſtinum reſtituitur in Tonſurâ, loco ſic appellato; quoniam tonſus inibi eſt in monte

Amanus.

Helanthe, qui inde nuncupatus eſt Amanus, ideſt abſque rabie. Tandem morſu ſerpentis emoritur.

Poſtmodum verò Lacædemonijs ſæpiùs victis à Tegeatibus, accepere ab oraculo, ſe ſemper vincendos, quovſque oſſa Oreſtis recuperata ſepelijſſent, percutiente & percuſſo, ventis, & Hominum flagello procul amotis. Quod quidem Ænigma Lichas, Vir inter Spartiatas maximi ingenij, ſic intellexit. Percutiens, malleus eſt: percuſſus, incus: venti, folles fabri ferrarij; Hominum flagellum, perniciesque ferrum; ſub quibus oſſa Oreſtis adinvenit, miſitque Lacædemona.

Orion.

ORION filius Hyrei, hoſpitalitati deditiſſimi. Is cùm hoſpitio excepiſſet egregiè Iovem, Neptunum, & Mercurium: eiſque immolaſſet bovem vnicum, quippe pauper erat; certior ab eis factus excepturum ſe quidquid poſtulaſſet, filium petijt, eâ tamen lege, vt ſine conſorte pater evaderet. Iuraverat enim Coloniæ vxori morienti, alteram ſe nuſquam ducturum. Dij ergo impuriſſimi, pellem bovis immolati vrina, vel ſemine ſuo conſpurcarunt, atque aſſervari juſſerunt in loco calidiſſimo ad decem menſes ſub terrâ. Hinc natus Vrion, mox litterâ mutatâ Orion. Indeque vocatus tripater. Et à Neptuno obtinuit, aquis inambulare. Alij deducunt ἀπὸ τῦ ὄρυς, quia in montibus venationi erat addictiſſimus. Homo libidinoſus, qui ictus à ſcorpione inter ſigna

Significata.

cæleſtia aſcriptus fuit. *Affabulatio* varia, & facilis.

Orpheus.

ORPHEVS è Thraciâ oriundus patre Apolline, matre Calliope: Lino præceptore, vxore Eurydice, id eſt Iuſtitiâ; quæ fugiens amores Ariſtei Arcadiæ Regis, ſerpente icta occubuit. Hanc vt recuperaret maritus, ad Inferos deſcendit manu lyram tenens; cujus lugubri melodiâ à Manibus lachrymas eliciens, obtinuit à Plutone & Proſerpinâ vxoris reditum. Verùm eâ lege, vt illam nullatenus reſpectaret donec eſſent ambo ſuper terram. Sed enim amore impatiens,

Boet. l. 3. Conſol. Proſ. 12.

Orpheus Eurydicem ſuam
Vidit, perdidit, occidit.

Officia; Muſicus excellentiſſimus lyrâ & cantu narratur arbores, lapides, monteſque traxiſſe quò vellet. Primus inter Priſcos *ſcripſit* Opera de Aſtrologiâ. Primus lyræ addidit ſeptem chordas, in honorem ſeptem planetarum. Primus Myſteria Deorum docuit, & Theologiam vniverſalem. Hunc ſcribit Iuſtinus Martyr vnius veri DEI cultum ab Hebræis didiciſſe, & proinde retractaſſe infamem illam Deorum Geneſim & πολυθεότητα. Hinc Plato vitam

vocat Orphicam, eorum qui abſtinebant ab animalibus, contenti vegetantium, & fructuum alimentis. Docuit etiam antidora plurima; Eloquens, Medicus, Theologus. *Cognomina* Thracius, vnde & Myſteria ejus Thracia. Et quia DEI cultum edocuit, Orpheo-teletæ vocantur Myſtagogi. FABVLARVM. Cognomina.

Mortis non vnum genus, vel illud certè incertum. Aut enim emarcuit perditâ Eurydice, aut fulmine extinctus eſt quòd divina publicaſſet: aut à Bacchantibus diſcerptus, vt pote Bacchi oblitus in Hymnis. Mortui caput cum lyrâ dejectum in Hebrum, in mare enatavit: Lyra ventis chordas moventibus, Orpheo næniam cecinit & Encomium, donec Leſbum appulit. Ad illius verò ſepulchrum nidificantes Luſciniæ, ſuaviùs canunt. Lyram Templi anathema, ſuffuratus Neanthes Pittaci Tyranni filius; adeò miſerè pulſavit, vt à viciniæ canibus dilaniatus fuerit. Cæterùm obitu Orphei exaruit fons Heliconis, nec habuere deinceps mulieres vnde purgarentur. Mors.

CONTINVATIO FABVLARVM Alphabetica.

TITVLVS IX. *Sub littera P.*

PALLAS eadem quæ Minerva, armata prodijt è Iovis cerebro; caput aperientis, vel proprio pugno, vel ſecuri Vulcani. Tuncque pluit aurum in Rhodo Inſulâ. Id quod interpretantur nonnulli de ſeptuaginta tribus millibus ſtatuarum, illic è materiâ pretioſiſſimâ. Omnium fermè tum Scientiarum, tum Artium Dea; invenit lanificium, textrinam, tincturam olei expreſſionem, pædagogiam. Intra mœnia ad portas vrbium colebatur Mars extra. Rhodum relinquens, quia in ſacris illius ignis omiſſus fuerat adijt Athenas; cui dedit nomen, & ipſa πάλλας appellata. Et huic quoque tribuitur à Ficino, celebris Epigraphe; *Ego ſum quæ ſum, velum meum revelavit nemo; quem genui fructum, Sol eſt.* Et quia Litterarum Dea, Minervium ſeu Athenæum ſchola eſt: Minerval, præmium Doctoratûs & Pædagogiæ honorarium. Pallas.

Symbola. Peplus, Populus: Noctua, Draco, Ibis, Gallus. Clypeus, quem Ægida vocant, plenus ſerpentibus, è pelle monſtri ab eâ occiſi, in quo caput Gorgonis linguam exerens: Olea. Item Palladium, id eſt Palladis ſimulacrum; quo & nomine vocatur ſignum omne non manu factum, ſed lapſum de cœlo. Ejuſmodi fuere Trojanum, & Athenienſe, Romana Ancilia. Palladio alligata erat fortuna Vrbis, quod nec aſpicere fas erat. Symbola.

Cognomina; Μουσική, Littorea: Salvatrix, Auxiliatrix; Εργάνη, Operaria Πυλάτις. Ilias, cui ἱλαστήριον offerebatur, nempe expiatorium, propitiatorium, & purgatorium ſacrificium. παρθενμήτηρ, Martia, Tritonia. Cognomina.

Vno verbo ſapientiam *Significat*, ſcientiâ & militiâ conſpicuam. Soli quippe Palladi conceſſæ à Deo dotes omnes, & ſedes ſecundùm Iovem primaria. Cornicem odit, quia garrula eſt: & Tireſiam exoculavit, quod eam vidiſſet nudam. Significatus.

PAN omnium, quibus ſe proſtituit Penelope, fœtura: vel certè Cæli & Terræ, aut Mercurij, hircinâ formâ. Eam ob rem pingitur Homo. Caper, cornutus, barbatus, hirſutus, pini coronâ redimitus, facie rubrâ & iratâ. In dextrâ fiſtulam habens, in ſiniſtrâ lituum, aliquando falcem; indutus pelle pantheræ, caudâque prælongâ. Nympharum alumnus, ac poſtea ductor. Amaſius Pityos, Lunæ, Echus, & Syringæ. Hanc quia non potuit pellicere, vertit in calamum, ex quo manavit vſus fiſtulæ. Pan.

Officia nuncius Deorum, præſidet Silvis, lignis, pratis, paſtoribus, cantilenis, quæ & lac augent animalium: venationi, cum Dianâ. Panicos ſuſcitat in bello terrores. Id quod egregiè præſtitit in bello Gigantum, Hannibalis, & Gallorum. Officia. Panici terrores.

Cultus; Lupercalia. Et in Agris ſacra paſtoritia, celebrata cum vaſis ple- Cultus.

Syllabvs

nis lacte & melle, cumque fructuum & animalium primitijs. Inde agnominatus *Ianus* bifrons, Lupercus, Epiſcopus armentorum, Agreſtis, Luxurioſus Incubus, Fannus, Fatuus, Fatuellus.

Mors, *Mors*, tranſlatio in ſignum Capricorni. Quin etiam refert Plutarchus, tempore Tyberij, ſub Christi paſſionem audiros eſſe circa Inſulas Echinadas à navigantibus gemitus, quaſi lugentium; vocemque quæ diceret, Magnum Pana occubuiſſe.

Significata; Paſſim *Figura* Mundi eſt, Platoni ſermonis, aliàs etiam & Solis.

Parcæ tres. Nomina. Parcæ, tres ſorores, Clotho nativitati, Lacheſis vitæ ſorti, Atropos mortis generi præeſt. Græcis Μοῖραι dicuntur, quòd vnicuique ſuam ſortem tribuant. Prima revolvens ſtamina, ſecunda ſortiens fatum, tertia invertibilis exiſtens. Nomen illis, à partu: vel per antiphraſim à parco, quia nemini parcunt. Inter eas nuſquam diſcordia, antrum habitantes ſedent ſimul in throno.

Proſapia. *Parentes* habuere Themidem, & Iovem. Vel Noctem & Erebum, vel Neceſſitatem, vel Chaos. *Officia*. Sententias Iovis orthographas ſtudio veritatis excipiunt, vt pote Librariæ Superûm, divini Archivi Cuſtodes, futuraque Geneſi inſcribunt.

Officia.

Symbola, & Cognomina. *Symbola*; nivea vellera, quibus vt anus erant redimitæ, Narcyſſus flos. *Cognominantur* Aëſæ, id eſt minùs notæ: Tetricæ, Inconvertibiles, Immites, Indeclinabiles, fata. Οὔπιδες ab occultando, obſervando, vel puniendo. Laniferæ, quia ſtamina vitæ humanæ trahunt, vel candida ſeu felicia, vel ferrea ſeu nigra & miſera. Prima geſtat colum, ſecunda fuſum volvit, tertia filum abſcindit. Vel vna loquitur, ſecunda ſcribit, tertia filum reducit.

Significata. *Significata*; Clotho ſeptem planetæ, Lacheſis res ſublunares, Atropos ſeu Aplane ſphæra inerrans. Clotho præſens tempus, Lacheſis futurum, Atropos præteritum.

Pandora. Pandora, prima mulierum à Vulcano, Iovis juſſu facta. Fabricatæ, juxta nominis ipſius etymologiam, Deorum ſinguli tribuêre quidquid habebant eximium. Minerva animam, Mercurius eloquentiam, pulchritudinem Venus &c. Cumque manu teneret pyxidem pulcherrimam in qua claudebantur mala omnia, ſenectus, curæ, morbi,&c. mittitur in Mundum ad vindictam de Prometheo ſumendam, qui Iovem fefellerat. At cum Pandoram ſagax & prudens Prometheus rejeciſſet, à fratre ejus Epimetheo recepta eſt. Is malè ſanus pyxidem aperuit, èqua actutùm evolarunt omnia mala, ſolâ ſpe boni remanente in pyxidis fundo.

Spes.

Significata. *Velamen* eſt hiſtoriæ Noëmi, figuraque intellectûs, experientiæ, ſcientiæ.

Paris. Paris Troius Priamæus, Veneri pomum aureum adjudicavit, quaſi pulcherrimæ; in præjudicium Iunonis & Palladis, voluptatem ſapientiæ ac divitijs præferens. Menelai hoſpitium violavit, raptâ vxore illius Helenâ. Vnde Græciæ totius per Principum fœdus ac juramentum, vindicta in Troiam, hujuſque excidium. Paridis nex à Pyrrho Achillis filio, Helenæ per Furias ſtrangulatio patibularis.

Paſiphaë. Pasiphae filia Solis & Perſeïdis, vxor Minois: Mater Ariadnes, Androgei, Minotauri. Nam offenſa Venus quod adulterium ejus cum Marte Sol detexiſſet, injuriam patris in filiam vlta eſt, amoremque Tauri Paſiphaë inſpiravit.

Significata; Hiſtoria ex ſe ſatis vera: Præfectum enim Militiæ habuit Minos, cui Tauri nomen; quo cum Paſiphaë amore victa, rem habuit. Ex eo concubitu natus, qui Minois diceretur & revera Tauri eſſet, *Minotauri* compoſitam appellationem ſortitus eſt. Fabula ad Animæ conjugium cum corpore derorquetur.

Pelops. Pelops Apiæ Provinciæ nomen dedit Peloponeſi, in quâ aurum paſſim reperitur. Habuit parentes Tantalum, & Taygetem filiam Atlantis: vxorem Hippodamiam, quam tulit devictis omnibus qui eam quærebant in vxorem. A Patre Tantalo occiſus, coctus, Dijſque conviuantibus appoſitus: ſed à Iove reſuſcitatus cum armo eburneo loco carnei, quem Ceres voraverat. Hiſtoriam deflectunt *Mythologi* ad divitiarum copias, necnon ad militiam.

Penates. Penates, ceu Penetrales, & Lares, à penu, id eſt victu neceſſario: vel à penitùs ideſt omninò intus, vel quaſi penes nos nati. Dij vtrique familiares, nati ex Mercurio & Larâ quam in viâ Inferorum violaverat. Præſident vrbi-

bus, focis, domibus, vijs; vt pote Tutelares, & Cuſtodes. Nam Antiquis, lar, focus erat, totaque familia. Illis vinum & thus offerebantur, feſtaque Compitalia fiebant. Illis Romani primùm Pueros immolavere, poſtmodùm verò capita cepis & papaveris, Flores & frugum primitias. Atque ejuſmodi *Sacrificijs* Maniam ſervare familiam à malo, æſtimavere. FABVLARVM. Sacrificia.

Symbola; canes, quibus vnà cum Laribus fidit Familia: foci, hirundines. *Agnominantur* Præſtites, ac Conſentes; quod vnà oriantur, & occidant. Summi Iovis Conſiliarij, & Principes: Dij Patrij, Domeſtici, Magni, Terrei, Aërei: Heroës, Genij, Larvæ, Vmbræ, Permarini, id eſt Dij familiares navium. Symbola. Cognomina.

A Laribus *Lararia*, eorum erant Templa & Oratoria. Notavimuſque jam cum Lampridio Alexandrum Mammeæ Severum, in ſuo habuiſſe larario CHRISTVM, Abrahamum, Orpheum & Apollonium. Lararia.

PENELOPE dicta primò eſt Arnea, ideſt rejecta. Nempe Parentes Icarus & Periboea, acceperant ab oraculo Filiam ex eis naſcituram, pudorem fore Mulierum. Quo malè intellecto, in mare projecta eſt. Vagientem Puerulam in cophino ad littus fluctu Maris ejectam, nutrivere Gallinæ Indicæ, Græcis Meleagrides & Penelopes. Vxor fuit Vlyſſis, mater Telemachi. Amaſios quàm plurimos ludificavit, aiens ſe nulli nubere poſſe; donec opus lanificij, quod incœperat conſummaſſet. At ne penſum abſolveret, diei cujuſque opus noctu deſtruebat. Nihilominus zelotypiâ Vlyſſis, Mantineæ exul moritur. Penelope.

PERSEVS, gnatus Danaës ex Iove. Hic ſiquidem ſub formâ aurei imbris, carcerem penetravit ſubterraneum, eundemque ferreum; vbi incluſa erat Danaë à patre Acriſio, quod oraculo accepiſſet ſe ab eo occidendum qui è filia natus eſſet. Perſeus vxorem tulit Andromedam, jugulatâ Meduſâ è Gorgonibus vnâ. Pater fuit Erythræi, qui regnavit juxta mare Rubrum, eique nomen dedit. Mortuus ſepelitur juxta vrbem Mycenam, quam fundaverat: & cui nomen obtigit vel à capulo enſis, in fundamentis reperto: vel à fungo, qui inibi momento excrevit; vtrumque enim Græcè μύκη dicitur. Vel à mugitu Gorgonum perſequentium Perſeum, vt Sororis necem vlciſcerentur. Nam μυκᾶν, mugire eſt. Si Perſeum rationem dixeris ac virtutem, Meduſam concupiſcentiam: auro nihil non obſequi, voluptatibus Homines lapideſcere; *ænigma* ſolutum erit. Perſeus. Significata.

PHAETON, qui & ante mortem Eridanus, ortus ex Sole & Clymene: vel ex Aurorâ, & Cephalo. Is negantibus nonnullis eum eſſe Solis ſobolem, affirmante verò matre, Solem adijt; qui & filium agnovit, & ſuum palatium pulcherrimum, Divûmque emblematis ac facinoribus cælatum oſtendit. Mirabili ſpectaculo attonito Eridano, & de ſuâ origine dubitanti; Sol vt liberum acceſſum permitteret, aliquid de radijs dimiſit. A Patre filius curioſus & imprudens jurejurando obtinuit, vt die vno lucis currum ducere per Orbem ſibi permitteret. Phaëton.

——Currus petit ille paternos,
Inque diem alipedum jus, & moderamen equorum. Ovid. l. 2. Metam.

Monetur interim vt nec altiùs nec inferiùs, ſed *medio tutiſſimus iret*. At Solis equi novum aurigam ſentientes, & exorbitantes; Mauritaniam deüſſerunt, & Incolas Mauros effecere. Cùm verò ad orationem Telluris nec nube, nec pluviâ poſſet incendium Iupiter extinguere: fulmine conſumpſit Phaëtonta, & in Padum diſecit. Corpus tumulo dant Naiades.

——Signant quoque carmine ſaxum,
Hîc ſitus eſt Phaeton currus auriga paterni;
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis. Ibid.

Fatum filij Sol vſqueadeo ægrè tulit, vt vix lumen voluerit deinceps communicare, Clymene ferè deſperaverit: Sorores in arbores fuerint demutatæ,

SYLLABVS *Inde fluunt lacrymæ, ſtillataque Sole rigeſcunt*
De ramis electra novis; quæ lucidus amnis
Excipit.

Phryxus, & Helle. PHRYXVS ET HELLE, Athamante & Nephele geniti. Hac repudiatâ, Athamas vxorem duxit Ino; quæ odio novercali, Liberos prioris thalami proſecuta eſt. Quare ex ſiccitate occaſione ſumpta, & corruptâ Pythoniſsâ, Phryxum ſuaſit immolandum. Inter verò ſacrificia Nephele rapuit gemellos, Phryxum ac ſororem Hellem. Hæc autem cadens ex ariete aureo, vtrumque vehente per aëra, Helleſponto nomen dedit; qui hodiè fretum eſt S. Georgij, Significata. & Callipolitanum. *Senſus* eſt vel ſtudium Aſtrologiæ, vel Regia Proles rapta aut nave, aut à Prorege.

Pluto. PLVT o cum Iove & Neptuno, tertius Saturni filius & Opis. Illi obvenit Hiſpania, & quidquid ad Occidentem vergit. Inferos dixere fabulatores, vbi Styx, Cocytus, Phlegeton, & Acheron curſu rapido ignem volvunt. Incolæ Cerberus, Furiæ, Viperæ: Charon portitor, horridi Iudices & æquiſſimi Minos & Rhadamantus. Plutoni nomen à divitijs, aliàs vocatur Ditis, quia illi nil non dedicatum. Habuit nutritem Pacem, vxorem Proſerpinam pulcherrimam. Hanc vi rapuit, deſperans nullam ei, vt pote turpiſſimo, velle jungi matrimonio. Amaſiam Minthen, quam Proſerpina mutavit in herbam ejuſdem nominis.

Officiâ. *Officia*; funerum inventor, ideoque & præſes: ac Silentûm, ideſt mortuorum Rex; Animarum receptor, quas ligatas tradebat Iudicibus, pro meritò puniendas vel compenſandas.

Cultus. Præcipua Plutoni *Sacrificia* Februa, fiebant menſe Februariò. Panbœotia, ideſt conventus generalis Bœotiæ, in quo immolabantur Tauri.

Symbola. *Symbola* Plutonis, omnia lucifuga. Hebenum, noctis obſcuritate ferveſcens. Cupreſſus funerea, quoniam cæſa non repullulat & domus funeſtas notat. Adiantum, ſeu capillus veneris: propriè verò, Narcyſſus. Virga demum illi tribuitur, quâ animas deducit ad inferos.

Cognòmina. *Cognomina*, Agelaſtus, Luctuoſus, Ageſilaus, Februus: Summanus, id eſt ſummus manium. Quietalis, Dux Erebi, Beelſebuth, Mammon, Serapis. Tota Significata. *Fictio* terræ, divitijs, inferis tribuitur.

PLVTVS nomine & re affinis, filius Iaſionis & Cereris apud Tripolim Cre- Plutus. tæ: verus divitiarum DEVS, & Diſtributor; alijs cæcus, alijs oculatus: illis bonus, iſtis malus creditur; ſed omnibus carus, nobilis, & in gremio fortunæ educatus.

Prometheus. PROMETHEI pater Iapetus è Titanibus vnus, Mater incerta. Vxores tres, Clymene, Aſia, Themis. Proles Deucalion, Etnæus, &c. Hic Plaſtes *Homi-* Homo? *nis* fuit è limo, in quem infudit omnium Animalium παθήματα; timorem leporis, aſtutias vulpis, lupi rapacitatem, iram leonis; &c. Tandemque divini ignis ſcintillam, quam ſubfuratus eſt Minervæ auxilio, ferulâ rotæ Solis admotâ. Ignem quippe Iupiter terris abſtulerat, in vltionem illatæ à Prometheo injuriæ. Duos namque tauros obtulerat, alterum in quo detractâ carne ſola oſſa erant: alterum, in quo detractis oſſibus ſola carò. Priorem deceptus optavit Iupiter. Idem invenit temperamenta potionum, interpretationes ſomniorum, auguria: metallorum vſum, pluraque aſtrologica.

Altare in Athenarum Academiâ, habuit commune cum Pallade & Vulcano Ibi viſebatur ejus ſtatua, manu tenens ſceptrum. Feſtum illi dicatum, Lampadòphoros. In eo victor ille habebatur, qui currendo ad vrbem vſque lampadem inextinctam deferebar.

Mors Prometheo quadamtenus immortalis. Nam Caucaſo alligati, jecur, quod de die edebat aquila aut vultur, nocte renaſcebatur; donec liberatus fuit ab Hercule, qui pergens cum Argonautis, ſagittâ avem carnivoram peremit.

PRIAPVS Lampſacenus, ex Baccho & Venere, hortorum DEVS, ab aſino occiſus, imago luxuriæ eſt; turpi figurâ, falcem habens in manu, à ſolis Iuvenibus DEVS æſtimatur. Sic ipſe de ſe apud Horatium.

Olim

FABVLARVM.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.
Cum faber addubitans, ſcamnum, faceretne Priapum;
Maluit eſſe Deum. Deus hinc ego furum, aviumque
Maxima formido.

Horat. 1. Sermon. Satyr. 8.

Protheus.

PROTHEVS Ponti Claves tenens, totiuſque Naturæ exordia, ſpecie mulformi materiam mutans.

Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.

Virgil. l. 4. Georg.

Curru vehitur per vitulos marinos, quos Virgilius equos vocat binis pedibus. Habuit *Parentes* Oceanum, & Tethyn. Amaſiam Pomonam, hortorum Deam; quæ illi ſe tradidit, dum Iuvenis formam accepit formâ ſenis exutus.

Proſapia.

Officia; prædicere futura, dum ſuam habebat naturalem formam Hominis, relictâ formâ rupis, avis, arboris, & ceteris, quas ſæpè ad libitum aſſumebat. Illi ſtoraca adolebant Antiqui. *Vocatur* principium rerum, Deorum antiquiſſimus: præſes Naturæ vniverſalis, Cœruleus, Vertumnus, Ambiguus. *Deſignat* verò Materiam-Primam, vim Numinis & Naturæ occultam. Intellectum, qui cognoſcendo fit omnia. Veritatem, vario ſe vultu prodentem. Sophiſtarum fallacias, Navigationem, Aſtrologiam: Magiam, Eloquentiam; Hominis cordati ac ſapientis vitam, in alias & alias formas quotidiè ſeſe transferentis; vt tempori ſerviat, & rerum momenta aucupetur.

Officia. Cognomina. Significata.

PROSERPINA, eadem cum Hecate, habuit Parentes Iovem & Stygem, meliùs Cererem: Maritum Plutonem, à quo rapta eſt, cum flores legeret in campis Æthnæis.

Proſerpina.

O malè dilecti flores, deſpectaque matris
Conſilia! ô Veneris deprenſa ſeriùs artes!

Claudian. l. 2. de rapt. Proſerp.

Quæſita diu, tandem inventa in Inferis: rogantique matri edixit Iupiter vt mediâ parte anni maneret apud maritum, mediâ apud matrem.

Cultus Pugnorum verbera, lachrymæ, aliaque ſimilia in funeribus illi offerebantur. In ſacrificium verò canes, boves, victimæ nigræ, ſteriles, feſtaque ſementis tempore. Apud verò Siculos feſtum Cocytis, in quo placentæ & arborum fœtus ramis alligabantur: mox diripiebantur, ob raptum Proſerpinæ. Tota *interpretatio* Phyſica eſt, ſementis culturam exprimens.

Cultus. Significata.

CONTINVATIO FABVLARVM Alphabetica.

TITVLVS X. *Sub litteris R. S.*

RHEA nominatur à fluxu, Ops ob opitulando, & Cybele magna divûm avia. Parentes habuit Protogonum, id eſt Deum ceu primo-natum, à quo Rhea primò creata. Vel ſanè Cælum, & Terram. Maritum, Saturnum. Cymbali tympanique inventrix, Puerorum & pecorum medica: vrbes exædificare, eaſque muris circumdare prima Mortales docuit. In ejus *Sacrificijs* pulſata Cymbala, faces accenſæ. Geſtabat in pectore emblemata rerum omnium. Suem prægnantem, ſed præcipuè cor immolabant Sacerdotes Galli, nuncupati à Gallo flumine Phrygiæ, necnon ſemi-viri, quia non capiebantur niſi caſtrati. Horum Antiſtites, Archi-Galli vocabantur. Quiſquis allium guſtaſſet, arcebatur ab illius Templo; quod non manibus, ſed *precibus* aperiebatur.

Rhea. Nomen. Proſapia. Officia. Cultus.

Sacrificia Deæ fiebant nonâ die Lunæ. Tuncque ſtatua Numinis à Sacerdo-

tibus aſino imponebatur, cui nomen Clypeus famis & ſitis Sacerdotum. Nam Eleemoſynam eo modo quæritabant. Erant & Quæſtuarij, Metragyrtæ à μήτηρ mater: & ἀγύρτης, præſtigiator ſivè mendicus. Virga myrthea nuſquam in ejus Templo; ex eo quod cùm vinum clam bibiſſet, à marito cæſa fuerit vſque ad mortem virgis myrtheis. Hinc quoque mulieres cùm vinum bibebant, non vinum ſed lac appellavere. Ab Ope, feſta dicta Opalia. Cultum illius intèr Romanos auxit Sibyllæ oraculum; *Mater tua hìc non eſt, Romane, quære matrem tuam.* Confeſtim miſit Senatus Legatos in Aſiam, qui Idolum Rheæ aſportarent. Reluctante Attalo Rege, auditâ vox ex ore Deæ; *volo Romam ire, Deorum omnium dignum domicilium.* Cùm autem navis ex Tyberi ad portum advehi non poſſet, factis precibus à Claudiâ Quintiâ Veſtali, cujus caſtitati nimia hilaritas faciebat ſuſpicionem, manibus ſola navem traxit, publico ſuæ caſtitatis documenro. Porrò ſolus Romæ Scipio Naſica dignus judicatus eſt à Senatu, qui Idolum receptaret; quare Templi Cybeles, & Ceremoniarum cura penes eum.

Symbola. *Symbola*; vitis, pinus, quercus: cymbala æris, nondum enim ferrum erat inventum; fiſtula, virga, leones, clavis, turres.

Cognomina. *Cognomina*; Mater Deorum Hominumque, Bona Dea, Pylena, Maïa, Fauna, Fatua, Montana, Paſithea, Peſinuntia.

Saturnus. Nomina. SATVRNVS Latinis à ſatis, vel à ſatu vel à ſaturando. Græcis Οὐρανίων aliquando dicitur, quia Vrani filius aut nepos. Vrani verò nomen ductum ab ὅρος, quia conſervator ſeminum. Vel ab ὁρίζειν, quia finitor & terminus naturæ. Vel ab ὁράω, quippe cuncta videt & conſervat.

Proſapia. *Parentes* Saturni Oceanus & Tethys, vel Cælus & Hecate, aut ſecundùm alios Veſta. Vxor, Ops: proles Iupiter, Neptunus, Pluto: Iuno, Venus, &c.

Officia. Primus Monarchiam inſtituit cum juſtitiâ, & humanitate. Primus Aboriginum Rex in Italiam, accolas ſuos edocuit vitam civilem vivere, agros colere, arbores inoculare: litreras imprimere, ſignare nummos. In eis anaglyphica hinc navis, illinc facies duplex, Ianum vtiquè repræſentabat: monebatque Regnum adminiſtrari imperio & conſilio, prudentiâ ex præterito, futurum deliberante. Ab ejuſmodi ſignata pecunia, appellatum deinceps *Saturni ærarium.*

Cultus. Saturnalia. *Cultus*. Ante altare Saturni, ſemper accenſi cerei; quia lumen fuerat vitæ humanæ per virtutem, juſtitiam, ac ſcientias. Romæ inter feſta *Saturnalia*, Heri ſerviebanr Famulis; in memoriam libertatis regni Saturni; in quo Servus nullus. Tuncque omnia læta per ſeptem dies, & publica munera. Græco riru velato capite fiebant ſacra, ex ficubus recentibus placentiſque apophoreta mutuò miſſitabant. Sed crudeli more mactabantur Saturno Homines, & à Parentibus liberi.

Symbola. *Symbola*. Falx, cujus vſum invenit in Agriculturâ. Atquia cecidit in Siciliam, dicta eſt hæc Provincia Drepanum. Vel ſanè quia marini fluctus Inſulam illam, in modum falcis efformant.

Cognomina. *Cognomina*. Parer temporis, ſterculus vel ſtercutius: Ἀμίαντος, impollutus. Aliàs ſenſu contrario Impudicus, & Γενάρχης generationis princeps. Sator vitis, quia genus vitis, & cultum, & vſum Italis demonſtravit.

Significata. *Significata*. Rex illuſtriſſimus, ſub quo aurea ſecla. Cæli patris virilia abſcidit, quia in Cælo nihil à ſemine naſcitur: Ebrius melle, inſidijs filij Iovis ligatus caſtratur. Hinc per annum laneo vinculo ligatus, in feſto Decembris ſolvebatur; vnde proverbium, Deos habere laneos pedes. Id verò *ſignificat* decimo menſe ſemen in vtero animatum, in vitam grandeſcere; quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Falx, vorario, ligatio, expulſio per filium; imago ſunt temporis, quin & Naturæ. Ideoque ex Saturno & Venere cuncta oriri perhibentur. Ideo & Phryges Saturnum fingebant per hyemem dormire, æſtate vigilare. Paphlagones hyeme ligari, æſtate verò ſolvi, Vtramque ob cauſam poſuere veteres in manu Saturni, Draconem flammivomum, caudæ ſuæ vltima devorantem, cujus canicies nivibus candidior. Pingitur etiam laborans podagrâ, oculiſque lippientibus; hinc *Saturniæ lentæ*.

Lema autem, ex Medicis, pituita eſt ſeu humor concretus in oculis. Vnde Saturni lacbryma, mare eſt, quod impurum, ſalſum, & amarum. FABVLARVM.

Ad paterni Regni nec non ætatis aureæ felicitatem multùm contulit Aſtræa, filia Aſtri Principis æquiſſimi, ideſt Iuſtitia. At indignata Hominum flagitijs, terras brevi relinquens, ſignum Virginis in cælo effecta eſt. Orpheo Eunome appelatur, ſeu bona Lex: ſedetque in ipſomet Iovis throno, bonorum omnium procuratrix.

Saturnus, in equum mutatus ab Ope, dum laſcivit; Homo quippe per voluptatem, equus evadit & mulus. Pſ. 31.

Intellectus divinus omnia regens, dum regit res ſuperiores, dicitur Iupiter: dum res infimas & generationi ſubiectas, Venus; dum omnia in vniverſum regit, providentiâ æquiſſimâ mutuoque amoris amplexu, Saturnus.

QVOD Mundus ſtabili fide Boët. l. 2. Metr. 8.
Concordes variat vices,
Quod pugnantia ſemina
Fœdus perpetuum tenent:
Quod Phœbus roſeum diem
Curru provehit aureo,
Vt quas duxerit Heſperus
Phœbe noctibus imperet,
Vt fluctus avidum mare
Certo fine coërceat,
Ne terris liceat vagis
Latos fundere terminos;
Hanc rerum ſeriem ligat,
Terras, ac pelagus regens,
Et cælo imperitans Amor.

Saturnus planeta eſt ligatus, quia tardigradus: in Tartarum projectus, quia vix videtur. Frigidus, ſiccus ac melancholicus Homines facit avaros, tardos ad iram, invidos. Ejuſmodi humorem in ſexto aſpectu corrigit Iupiter, qui eſt ſub circulo Saturni. Ideo ejus filius dicitur, & ligans patrem, cujus vires malignas debilitat. In equum ſe transformat, quia incitat ad libidinem. Plurium inventor, quod peculiare eſt melancholicis.

Quin & Chymicis, & Ambitioni, & Avaritiæ, & Tyrannidi, & Impietati: & ipſi quoque Nembrotho, tota Saturni ſcena aptatur.

SCYLLA ET CHARYBDIS, ab invicem diſtant brevi ſpatio, in freto maris Siculi Rhegium inter & Meſſanam; cautes revera ſunt & voragines, à fabula in Mulieres effictæ. Vtrumque Monſtrum Sacris etiam Autoribus, *Typus* eſt maris, nominatim voluptatis, ac prodigalitatis. Significatio.

SIRENES, à σειρὰ catenâ; trinum quoque monſtrum, ex fœminâ, ſerpente, & ave, Achelois filiæ tres. Proſerpinæ olim ſodales, quando à Plutone rapta eſt. Prima voce, ſecunda tibiâ, tertia lyrâ concinunt. A Muſis victæ in cantûs certamine, pennas amiſere in Aptera. Parthenopem, quæ modo Neapolis eſt, communi operâ, communibuſque impenſis fundaverunt. Periculoſas Sirenum cantilenas effugit Orpheus, cantando Deorum prælia: & Vlyſſes navi ſuæ religatus, auribuſque cerâ occluſis. Quo facto deſperatæ, ſeſe præcipitaverunt in pelagus, nec poſtea viſæ ſunt. Sirenes.

Idem propemodum *ſignificatus*, ac præcedentis delirij. Nempe Sirene voluptas eſt, otium, adulatio, avaritia. Germanæ ſorores, quod mireris, narrantur ex Tauro & Muſis genitæ. Quin & ex proprio cuique titulo, animi Παθήματα denotant. Prima Piſinoë, quaſi animi ſuaſio: ſecunda Aglaope, ab Significatio.

SYLLABUS oculorum faſcino; tertia Thelxiope, oculorum nutibus delectans & alliciens. Atenim,

Boeth. l. 3. Conſolat. Metr. 7.

Habet omnis hoc voluptas,
Stimulis agit furenteis:
Apiumque par volantum,
Vbi grata mella fudit,
Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morſu.

Siſyphus. SISYPHUS Æolides, quia Æoli filius fuit, Meropes maritus: pater Glauci, & Creontis Corinthij, Deorum Secretarius. Ob arcana nimirum revelata, vel quia viatoribus infeſtus, vel quia clanculum fugit ab Inferis & imperio Plutonis, acri ſupplicio mulctatur. Nempe ſententiâ Deorum lapidem vehit aſſiduo niſu in montis jugum, quem inde mox revolutum & ipſe ſequens ſupplicium perennat. *Depingit* Emblema humanam vitam, ſtudia ſcientiarum, Significata. ambitionem: Secretarij, Conſiliarij & Amici dotes.

Sol. SOL, Ηλιος, à quo vrbs Heliopolis: aliàs Titanius vel Titan, quia à Titane deſcendit. Habuit Parentes Hyperionem & Thiam, matrem pariter Lunæ & Nomina. Proſapia. Rhodus. Auroræ: vxores Clymenen, Perſeïden, &c. Prolem Phaëtonta, Augiam, Circem, &c. Et Rhoden filiam, ex Venere; quæ dum naſceret, *Rhodus pluit aurum*, & roſæ floruere. Hinc Inſula illa Roſa maris appellitata. Mundum Solis equi. vt illuminet, in curru vehitur aureo ac lucente, quem trahunt Equi quattuor naribus diem ſpirantes. Illis nomina ab effectibus. Pyrois, ab igne: Eous ab aurorâ: Æthon, ab ardore & curſu; Phlegon, à flamma. At Fulgentius primum vocat Erythreum ſeu rubentem, quod Sol rubicundus exurgat. Secundum Actæonem ſplendidum, quod tertiâ horâ diei lucidior fulgeat. Tertium Lampum, dum ad vmbilicum diei pervenit, & verſus Arcticum circulum aſcendit. Quartum Philogæum, terram amantem. Hyginus verò ponit mares duos; Eoum ſeu Cœlum, & Æthiopem flammeum fruges coquentem: fœminas totidem Brontem quæ tonitrua vehit, Steropen quæ fulgura. Dum autem Sol ſurgit in Oriente, equos parant Horæ; vt ſtatim in aurorâ, currum conſcendat. Paſcit greges & armenta, quorum curam commiſit Nymphis & Horis aliquibus.

Cultus. CULTUS. Equi immolabantur, quia ad curſum agiles: & ij quidem candidi, lucis imitamento. Aper quoque, & Agnus albus; prohibitæque vniverſim victimæ lentæ, & tardigradæ.

Symbola. *Symbola*, Gallus gallinaceus, quod Gallus cuſtos Martem in adulterio cum Venere non monuiſſet, ſed reliquiſſet Soli videndum. Ideoque mutatus in gallum gallinaceum, qui ſemper ab eo tempore monet de adventu Solis. Color niger, quia nigerrimi Solis Vicini. Hinc corvus Soli ſacer, vt pote inter volatilia nigerrimus. Oppoſitâ ratione dedicatum illi aurum eſt inter metalla, vt lunæ argentum.

Mors Soli, non alia quàm ſomnus: illique tumulus ſimul & lectus in mari, è quo quotidiè reſurgit primo mane.

Significata. *Significata*. Sol filius Thiæ, id eſt Naturæ divinæ: Hyperioniſque, ideſt providentiæ. Solis namque miniſterio cunctis providet DEUS, cujus oculus eſt velut externus. Proles Heliades, Solis ſunt radij, virtutes & facultates.

Sphinx. SPHINX, facie Leo: pectore, pedibus, penniſque Volucris: Canis corpore, voce Homo. Sævus nimirum in monte Phyceo deprædator, Echidne & Thyphone genitus irruebat paſſim in viatores; ita vt qui propoſita à ſe ænigmata ſolvere nequibant, crudeliùs mactaret. Inſ ceteris iſtud Thebanis propoſuit. Quodnam animal mane habens quattuor pedes; duos meridie, ſerò tres: ex omnibus animalibus naturam mutans nunc in terrâ, nunc in mari, nunc in aëre; cujus vna vox, quodque eò debilius eſt quò pluribus innititur pedibus. Nodum ſolvit Oedipus, de *Homine* interpretatus. Inde Sphingis obitus. Habebat enim in fatis mortem certiſſimam, vbi ſemel ænigma foret explicatum.

Litterali *ſenſu* fœminam aiunt fuiſſe, latrociniis ac piraticis infamem ab Oedipo occiſam; expugnata rupe & arce fortiſſimâ, quod ideo ænigma appellabant. FABVLARVM. *Significatus.*

CONTINVATIO FABVLARVM Alphabetica.

TITVLVS XI. *Sub litteris T. V.*

TANTALVS Phrygiæ Rex, filius Iovis & Prothes Nymphæ; Dijs convivio à ſe exceptis, filium ſuum pro ferculo appoſuit. Ideo mulctatus in Inferis fame, ſitique. Quippe monre oppreſſus Sipylo, vel in aëre ſuſpenſus à *labris fugientia* tum poma, tum *Flumina captat.* Id illi ſupplicium irrogatum putant alij ob nimiam loquacitatem, quâ Deos Hominesque offendit, & Divorum ſecreta aperuit. Alij ob raptum è convivio Deorum nectar, Hominibuſque communicarum. *Horat. 1. Sermon. Satyr. 1.*

Cicero fabulam *detorquet* in eos, qui panico terrore agitantur. Vulgus in avaritiam, & Inferorum pœnas. Doctiores ad ſcientiam, vel divinorum profanationem. Significata.

TARTARVS ejuſdem ætatis cum Nocte & Materiâ Mundi confusâ, ſeu Chao; tantùm à Cælo diſtat, quantùm à Terrâ Cælum. Erebus dicitur, locuſque Damnatorum: Avernus, & Barathrum in centro terræ. Tartari verò miniſtri ſubinde plures. Tartarus.

Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus Orci, *Virgil. Aeneid. 6.*
Luctus & vltrices poſuere cubilia Curæ:
Pallenteſque habitant Morbi, triſtiſque Senectus,
Et Metus, & maleſuada Fames, & turpis Egeſtas.
Terribiles viſu formæ, Lethumque, Laborque.
Tum conſanguineus Lethi Sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque adverſo in limine Bellum:
Ferreique Eumenidum thalami, & Diſcordia demens,
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
Multaque præterea variarum monſtra ferarum,
Centauri in foribus ſtabulant, Scyllaque biformes:
Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ
Horrendum ſtridens, flammiſque armata Chimæra;
Gorgones, Harpyiæque & forma tricorporis vmbræ.
Non, mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

NOX Terræ vmbra, Deorum antiquiſſima: curru vecta ſtellis præcorruſcantibus: alata ex Oceano emergit, vel ex Erebo. Noctis Parentes Chaos, & Cupido: Proles Dij, Hominesque. Mox contentio, invidia, & rabies. Illi ſacrificabatur Gallus, ſilentij inimicus. Μυθολογικῶς Ignorantia eſt malitiaque Hominum, è quibus mala innumera. Ipſa nomen traxit à nocendo, quod humor nocturnus ejuſque ſerenum noceant vehementer. Inferorum Miniſtri. Significata.

MORS Satelles Inferorum, Noctis filia, ſoror Somni. Eapropter Nox pingebatur manu tenens ſopitos gemellos; in dextrâ album, in lævâ nigrum. Ille ſomnus, iſte mors: ambo pedibus tortuoſis, vterque Noctis ſinu nutriti, Mors.

SYLLABUS Somnus. SOMNUS Spei frater, Mortis germanus: pater Morphei, Phobetoris, Phantaſi; dictus Epiodotes, à doloribus ſedandis. Ideo pingebatur ſopiens leonem, alatus circumquaque volitans, & medium humanæ vitæ ſurripiens; omnes domans, vno Iove excepto. Muſis ſimul & Somno *Sacra* fiebant, atque vt captarentur augurla in victimarum pellibus dormiebatur.

Sacra.

Virgil. 7. Aeneid.

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit:
Multa modis ſimulachra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Colloquio.

Sunt & Somnij portæ duæ. Per Corneam vera, per Eburneam *falſa ad Cælum mittunt inſomnia manes.*

Styx & Acheron. STYX ET ACHERON, Inferorum fluvij. Acheron, Cereris ſeu Terræ filius, aquas fundit doloris & anxietatis. Styx filia Acherontis, cui genuit Victoriam, Vim, Potentiam, Zelum. Dij jurabant *per Stygem.* Et ſi quis pejeraſſet, à menſâ Deorumque ſocietate expellebatur. In Styge ranæ, aliaque omnia nigerrima.

Cocytus. Charon. COCYTUS, nomen eſt lamentationis & gemitus. Nauta & Portitor Senex canitie inculta *Charon*, ideſt lætitia; ſic dictus per antiphraſim, quod minimè lætitiam afferat. Ejus parentes Nox & Erebus, Proles omnia Inferorum monſtra. Obolus Naulum erat, claudebatur propterea ab Antiquis in ore mortuorum. Aliqui duos ſolvebant, tres Duces Athenienſes ne cæteris æquarentur. Hermonienſes tamen Charonti deberi nihil, aſſerebant; eo quod facilis & brevis ad Inferos via eſt, & ab eis æquali ſpatio diſtant vniverſa.

Tethys. TETHYS Dea Marina, de qua iſtud priſci fabulantur. Probabat filios in ollâ ferventi, an eſſent mortales; noctu tegebat ſub igne, vt purgaretur quod mortale irrepſerat, ſervarentque puram immortalitatem.

TERMINUS limitum Cuſtos, amicitiæ Præſes, & pacis Epiſcopus; ſummo apud Romanos cultu domi, foriſque. Celebrata menſe Februario *Terminalia*; oblatione agnorum, frugum: mellis, ac vini. Statuta DEI primò ſaxum, inde ſtipes, tandem arbor. Solus cum Marte ac Iuventâ, Iovi cedere noluit in Capitolio.

Terminalia feſta.

Theſeus. THESEUS monſtrorum domitor, Herculique Symmachus fideliſſimus; habuit Parentes Ægeum, & Æthran. Occidit inſignes Latrones Cercyona, Periphatum, Scynin, Procuſtem tortorem peregrinantium. Taurum Marathonium manu vivum, furentemque cepit & mactavit. Athenienſium nomine obtulit ſe in tributum Minoi, cum alijs includendis labyrintho & vorandis à Mino-tauro.

Labyrinthus. At certè *Labyrinthus* non alius quàm carcer, nec alius Minotaurus quàm Taurus, militiæ Minois Præfectus, à quo paſſim excipiebantur Athenienſes. Inde navis portans tributum habebat vela nigra, quia parentibus ſpes nulla erat Liberos iterùm videndi. Verùm Theſeus candidis velis ducem fallens, eum occidit: evaſitque ope Ariadnes, cui nuptias ſpoponderat. Tauro igitur eum in modum devicto, remeavit Athenas: reſtitutâque Republicâ, Regis & nomini ceſſit & autoritati.

Dicitur ad Inferos deſcendiſſe, vt raperet Proſerpinam; quia Pirithoo meditanti raptum Proſerpinæ filiæ Cereris, ſocium ſe præbuit. At enim detectis inſidijs, Pirithous Moloſſo vorandus traditur. Theſeus, vt pote ſocius, in carcerem conijcitur: & tandem ab Hercule liberatus, illius certaminum & laborum comes evadit.

Titanes. TITANES; Pallas, à quo victo ſumpſit Dea nomen. Ægeon ſeu Briareus, Enceladus. Omnes fulgure ad Inferos detruſi, quia in Iovem arma ſumpſerant; orti Cælo & Terrâ Solem fratrem, Lunam ſororem ſuffocarunt. Ex eorum ſanguine in bello natæ viperæ, araneæ, ſerpentes, &c. Docti à Cerere, primi metere fruges cœperunt. *Aut* rerum generationem, aut ſcientiæ, aſtrologiæ præſertim effectus conſignificant.

Significant.

Tithon. TITHON Parentes habuit Laomedonta, & Rheam: Vxorem Auroram, &

quâ raptus in cœlum, jam ſenex verſus in Cicadam; animal immortale, quod pelle depoſitâ juveneſcit. Proles gemina, Memnon & Emathia. Hæc nomen dedit optimæ Regioni, quæ poſteà dicta eſt Macedonia. *Princeps* fuit magnæ & ætatis, & autoritatis; qui vxori nupſit vigilantiſſimæ, atque in cæleſtium peritiâ verſatiſſimæ.

FABVLARVM. Significata.

Tityus.

TITYVS Iove & Clare natus, à Terra nutritus; cùm Latonam violare tentaſſet, ab Apolline & Diana telis confoſſus in Bœotia ſepultus eſt. Illic nempe ſepulchrum illius viſitur, longitudinis quadraginta & vnius pedum. Mox in Inferos detruſus, rupi alligatur; vbi immotus à geminis vulturibus, ſerpentibuſque voratur, nec vnquam abſumitur. Phyſicè, frumentum eſt: Ethicè, concupiſcentia & libido.

Significata.

Ovid. 4. Me.

Viſcera præbebat Tityus lanianda, novemque
Iugeribus diſtractus erat.

Triton.

TRITON Monſtrum marinum, formâ Hominis ſupernè ab vmbilico, reliquà Delphini. Habuit parentes, Neptunum & Amphitriten. Cùm animalibus eſſet valdè infeſtus, vino in littore de induſtriâ appoſito ebrius, ſecuri percutitur.

Typhon.

TYPHON Gigas centiceps, flammas ore & oculis ejaculans. Tantæ altitudinis, vt vix crura illius æquaret mons altiſſimus, caput ad ſtellas vſque pertingeret: manu vnâ Orientem, alterâ Occidentem tenens. Satus Iunone, nullo Hominis concubitu: ſed imprægnatâ terræ duntaxat vaporibus, quam manu percuſſerat. Nutritus à Dracone. Natus ex ejus ſanie Draco, velleris aurei poſtea cuſtos. Interemptus fulgure Iovis, contra quem vnà cum cæteris Gigantibus conjuraverat. & quem ſolum primo conflictu victum, ſuis humeris in Siciliam deferebat; niſi Mercurius adfuiſſet Iovi, qui devicti Typhonis caput ſuppoſuit monti Æthnæ.

Significata.

Habes hîc ichnographiam Regis impij, & inhumani, Hominis ſuperbi: aëris & ventorum.

Venus.

VENVS, quaſi veniens vbiquè, etiam ſi minimè vocetur. Nunquam armata, quippe quæ nuda Martem vicerit: voluptatis Dea, deliciarum & generationis. *Triplex* cenſetur ab Antiquis. Vrania ſeu Cæleſtis, à voluptate abhorret. Apoſtrophia, Homines ab illicitis & contra naturam prohibet. Pandeme ſeu vulgaris, voluptuoſa; aliàs Melanis, quoniam opera illius ſemper tenebricoſa. Prima vnit nos DEO, ſecunda ſeparat à carne & ſanguine, tertia ſuadet carnis delicias.

Triplex.

Proſapia.

Parentes habuit Cæli Caſtrati ſanguinem, & maris ſpumam, Horas nutrices. In conchilio concepta navigans, ſtatim nata riſit; hinc φιλομειδὴς denominata, quaſi riſum deamans. Patria Cyprus, vnde Cyprina nuncupatur. Nuncius Veneris, Zephyrus: Amaſij, Adonis, & Anchiſes. Ex concubitu adultero cum Marte, habuit prolem Harmoniam, Terrorem & Pallorem. Ex Anchiſe, Æneam. Ex Mercurio, qui & Hermes eſt, Hermaphroditum: Priapum & Suadam, Græcis Pythonem, quæ Venerem accendit. Quapropter & Veneris ſtatua propè ſtatuam Mercurij, ſuevit collocari.

Officia.

Officia. Matrimonijs præeſſe. Ideo & illi Ceſtus tribuitur, à quo derivatur Inceſtus; quaſi diceres ſine ceſto, balteo-ve.

Cultus.

Cultus. Cæleſti offerebantur ſacrificia Nephalia, à quibus vinum aberat: in quibus neque vitis cremabatur, neque morus, ficus-ve. Veneri voluptuoſæ immolabantur capra, juvenca, ſues; lac, mel, vinum. Offerebantur & victimarum omnium femora, præterquam ſuum; quæ torrebantur cum herba pæderote, folijſque juniperi

Symbola.

SYMBOLA. Teſtudo ſub pedibus Veneris, quâ monebat maritatas de curâ domûs, Virgines de taciturnitate & gravitate. Inter herbas dicata erat Veneri pæderos partim alba, partim nigra, vt populi folia: inter flores roſa, inter

SYLLABVS

arbores myrthus. Quare nuda pingebatur, myrtho redimita, face ardenti in pectore, nudas Gratias & Bacchum aſſeclas habens & comites. Currum trahebant gemini cygni, totidem columbæ, totidemque paſſeres, voluptuoſa ſcilicet animalia. Poma, apud Priſcos amoris aut ſigna, aut incentiva.

Cognomina.

Cognomina. Αλιγενὴς ſeu ſaligena, nempe ob nativitatem, vel quia ſalis humor acer caſtitati contrarius eſt. Cæligena ſeu Cæleſtis, quæ puri amoris auctrix eſt. Pandeme & Pontia, quia imperium in cælo, in terrâ, in mari obtinet. *Verticordia*, quæ modò inſpirat amores, odia, invidiam: modò hujuſmodi motibus extinctis, alios exſuſcitat. Aſtarte in ſacrâ Scripturâ, impia & homicida. Ἐξώπολις, extra vrbem poſita. Hortenſis, in hortis. Victrici ſacrum fiebat manu tenenti ſpeculum, & tintinnabulum, ad victoriam proclamandam. Aderant corona, palma, triumphi. Melanis, amans nocturna. Nephte, apud Ægyptios finis ſeu mors animæ, corporis, bonorum. Libitina Venus, quæ ſepulchris præeſt. Meretrix, nam prima quæſtu corpus vulgavit. Cytheræa, quaſi ſub pedibus ejus flores naſcantur. Aphroſyne, ſtultitia animi ſeu turbatio; hinc juramenta amantum à Dijs minimè rara, vt pote falſiſſima. Latentes *Senſus* veſtigare', foret vtiquè ſupervacaneum.

3. Reg. 11.

Significat.

Veſta.

Nec tu aliud Veſtam, quàm vivam intellige flammam. Ovid. 6 faſtor.

VESTA gnata Saturni, & Rheæ. Illi ſacræ Virgines *Veſtales*, ignis perpetui teſtamentorumque cuſtodes. Terræ, & Ignis figura eſt.

Vlyſſes

VLYSSES patriâ Itachus, Laërtis & Anticlæ filius, maritus Penelopes; per varios terrâ marique fortunæ caſus, vitæ humanæ delineatio.

Vulcanus.

VVLCANI demum fabula, fulminum fabricatoris, ignis, artificis, vel Siculi Regis imago.

HÆC nimirum paucis delibanda jam olim exiſtimavimus, non revera quod tantilli apud me pretij vnquam fuerit mendaciſſimorum hominum nugacitas nugaciſſima. Sed vt oſtenderem ipſas quoque fabularum vanitates & veritati, & Theologiæ famulari. Ac ne etiam obvia paſſim materia tam à Sapientiæ & Eloquentiæ Generalis Candidatis ignoretur, quàm à nobis contemnitur.

Nexus & tranſitio.

ABSOLVTO huc vſque primo Scientiæ Humanæ circulo, quo primula Ætas eruditur: in qua vigent Senſus, Memoria, Imaginatrix; inducit nos ipſiuſ-met Naturæ progreſſus ad Hominis intima, vbi *Ratio* haud aliter quàm in throno ſedet ſummæ autoritatis Regina.

SCIENTIA RATIOCINATRIX

ERVDITVS Homo quà ſentit, paulatim excoli debet quà ratiocinatur. Cumque hactenus didicerit rectè loqui & emendatè, ita deinceps inſtituendus eſt vt ornatè loquatur & verè. Neutrum poteſt niſi in quantùm egregiè cogitat, & probè ratiocinatur. *Tres* porro Diſciplinæ in id incumbunt. Rhetorica ſermonem ornat, & animat: Dialectica ſermonem naturalem ordinat, artificialem fabricat; Logica fortiùs probat, ac demonſtrat. Cohærentia methodi & doctrinæ. Tres Diſciplinæ.

HÆSI diù, cuinam ex tribus pomum aureum; primas, inquam, partes aſſignarem. Ac primò quidem mens erat hanc Triadem Rhetoricâ coronare. Hæc etenim ſermonis verticem videtur obtinere; dum ſcilicet politè loquitur, jucundè delectat, feliciter perſuadet. Verùm quia δεύλεγει φεηίλδες φοφάλεγει, potius duxi ornatum puro ſermoni ſuperaddere, & Poëticæ numeris Proſæ concinnitatem. Accedit quod Rhetorica veluti media, hinc congruitatem orationis & elegantiam à Grammatica mutuatur: inde probabilitatem à Dialecticâ, ſicut robur vltimum à Logicâ. Atque vt harum rationum adeſſet nulla, indulgebo ſaltem in hoc gradu Gymnaſticæ; à quâ poſt Grammaticæ, Hiſtoriæ, & Poëſeos rudimenta, docetur Diſciplina Quis ordo inter eas. *Logica latè ſumpta Grammaticam, & Dialecticam comprehendit.* Tolet. Introduction. l. 1. c. 1.

RATIOCINATRIX TRIPLEX { *Rhetorica*, *Dialectica*, *Logica*.

Et verò illa ipſa ſciendi libido, quæ ſingulis hominibus à naturâ primùm inſita eſt, ornatè loquendi cupidinem ſtatim ingerit vniverſis. Nec fortè plures tenet benè diſcendi honeſta ambitio, quàm bellè dicendi pruritus ſæpè perquàm inanis. Inde jam olim ſub prima naſcentis Philoſophiæ tempora, quæ hactenus naturali nexu conſociatæ fuerant, *divortium* inivernnt; Doctrina & Rhetorica, Philoſophia & Philologia, Sapientia & Eloquentia. Illam ſeriò coluere Socrates, cœterique Sophi. Iſtam Iſocrates, quique poſt eum De Triplici Rhetoricæ hujus partitione. Sapientia & Eloquentia olim conjunctæ. *Fuerant hæ quemadmodum junctæ naturâ, ſic officiò quoque copulatæ, vt ijdem Sapientes & Eloquentes haberentur.*

RHETORICA.

dicendi artifices non ignobili ſtudio, nec ſemper ingrato labore verba vendiderunt.

tur, &c. fusè apud Quintilian. l. 1. in Proœm. & *l. 3. de Orator.*

Interea tamen extitere inter Græcos Ariſtoteles, in Latinis Tullius ille Cicero; qui malè disjunctas Artes iterato fœdere: &, ſi fas eſt, inſolubili connubio *jungere* curioſiùs allaborarunt. Ab illorum fontibus fluxere velut rivuli, quæcumque jam in Scholas vel à Philoſophia, vel à Rhetorica paſſim effunduntur. Sed malo fato factum eſt, vt quiſque ſuas ſibi derivationes contentioſè vendicans; rurſum hinc Sapientia barbara, inde inanis Rhetorica exiſtat. Quanquam ſummum profectò nefas, ea divellere quæ ſecretis Providentiæ, Naturæ ac Diſciplinæ vinculis conjuncta ſunt: quæque nullatenus ſeparari publicæ rei, non minùs quàm litteratiæ plurimùm intereſt.

Verum enim-verò vt cuique ætati ſuus in litteris genius, & proprius in Diſciplinis *character* eſt; in ea nunc incidimus tempora, quibus à pleriſque & rerum veritati, & verborum concinnitati ſtudetur animo & curâ tantumnon æquali. Interim cum ex veteri verbo, ars vtiquè longa ſit: docendique methodus, ob præceptorum ſæpè inutilium molem, tædij & faſtidij pleniſſima: ſecus ſpatium vitæ quod ſapientiæ & eloquentiæ permittitur, ſanè breviſſimum; videntur noſtri ævi Eruditi omnes, occulto dicam an aperto ſacramento, conjuraſſe in Scientiæ ſimul & Rhetoricæ *compendia.*

Hyppocrates initio Aphoriſm.

Sapientia & Eloquentia Vniverſalis.

Eo nimirùm conſilio, SAPIENTIA VNIVERSALI certis novem à me circulis incluſâ; *triplex* quæ ſequitur Rhetorica, *Eloquentiæ Generali* deputatur.

ELOQVENTIAM appello, quia ſciendi ſimul ac loquendi bene diſcendi, dicendique artes complectitur. Addo *Generalem,* quoniam Sapientiæ Vniverſalis adminiſtra; per vaſta veritatum latiſſimè excurrens, nihil relinquit quod cogitando ſtudioſè non aſſequatur: quod item differendo, pulchrè non eloquatur. Eum in finem ſtatuitur primùm ea quam dixi, RHETORICA TRIPLEX.

Rhetorica triplex.

1. Vulgaris.

Sic vt in Atrio, Veſtibulo-ve proſtet *Vulgaris* ea, quam hodiè docent in gymnaſijs Ludi-Magiſtri; ex antiquis, nuperiſque Sophiſtis conſarcinata. Adeò nullus fermè Rhetor celebris eſt in Græcis, inque Latinis primæ, mediæ & vltimæ ætatis, quin & ex Noſtratibus; cujus artem, vtcumquè non exprimat noſter hic Contextus.

2. Secretior.

Ingreſſus deinde Templum Eloquentiæ, accedo ad explicationem *Artis Magnæ & Parvæ*, cujus myſterijs inſudant hoc ævo non pauci. Quid abs obſcuriſſimo Autore, ejuſque Interpretibus ſive lectione attentâ, ſive frequenti conſultatione & exercitio ad noſtra ſtudia acceſſerit vtilitatis, quia totum teretem ac rotundum Sapientem eſſe par eſt, fatebor ingenuè in ipſius Templi Propilæo.

3. Concionatoria.

In Penetrali tandem ſecretius Sanctuarium eſt, cujus quidem in adytis latet Eloquentia eò ſanctior, quò Evangelicæ *Prædicationi*

Digitized by Google

magis conſecrata: eò certior faciliorque, quò Naturæ vicinior ac veritati propinquior; eò demum magis preſsè lata & ſincerè elata, quò ab vnitate in vnitatem deſinens, vera SAPIENTIÆ MEDVLLA cenſeri debet. Id quòd noſter Libellus Aditialis clarè demonſtravit. Quamobrem ſicut in animi Diſciplinis, Sapientia rectè ſtatuitur rerum divinarum & humanarum ſublimiſſima ſcientia: ſic inter artes quæ foras erumpunt, Rhetorica hæc *definiri* debet; Sapientiæ Vniverſalis, hoc eſt rerum divinarum & humanarum generalis Elocutio. VVLGARIS. *Definitur verè Rhetorica.*

Neque enim ſolùm ſcriptum eſt à Tullio perelegànter, *ex rebus vniverſis* Eloquentiam conſtare; vt nihil aliud ſit, *quàm copiosè loquens Sapientia.* Verùm in Sacris quoque Paginis dicitur [Spiritus Domini, eoquod continet omnia, Scientiam vocis habere.] Quaſi Eloquentiſſimus eſſe nequeat, niſi qui & Sapientiſſimus: nemoque ſincerè diſertus ſit, qui non & apprimè eruditus. *L. 1. de Orator.* *Sapient. 1.*

Diſtributio totius Eloquentiæ triplex.

AC generaliter quidem finiri poteſt *Rhetorica*; Ars locutoria quæ argumentorum vi & ſermonis elegantiâ regulas tradit perſuadendi. Conſtituitur itaque meo calculo,

RHETORICA TRIPLEX
- *Vulgaris*,
- *Secretior*, IN QVEIS
  - Oratoris conſtitutio.
  - Orationis Materia,
  - Genera, Partes v.
  - Artis Oratoriæ Partes v.
  - Explicatio,
  - Applicatio,
  - Multiplicatio.
- *Concionatoria*,
  - Materia,
  - Forma,
  - Qualitas.

Omiſſis igitur pulcherrimæ Diſciplinæ elogijs, moneo duntaxat Gratijs juxtà & Mercurio Templum olim vnicum. Cujus equidem Διαγραφὴ à me ſic delineabitur, vt ſit primò Atrium Rhetorica Gymnaſtica.

TITVLVS I. *Officium triplex Rhetoricæ.*

ATRIVM ELOQVENTIÆ, RHETORICA VVLGARIS.

Deutr. 32.

RHETORICÆ nomen Græcis à fluxu eſt, quaſi vel Moſe teſte oratio fluat roris inſtar. Latinis Suada appellatur, & flexanima; quoniam ſuaviſſimè labens per aurium canales & cuniculos, humanas mentes perſuadet,

OFFICIO TRIPLICI { *Docendo, Movendo, Delectando.*

1. Docere. 2. Delectare. 3. Movere. Prudentia. Tria dicendi genera.

DOCET argumentis, è Locis petitis. Eaque debent proponi, explicari, probari: applicari, & amplificari. *Delectat* per rerum verborumque delectum, orationis gratâ & amœnâ varietate; miſcendo ſales & lepôres, tametſi cum ſumma moderatione. *Movet* affectuum concitatione, per figuras & amplificationes. Idque ſtylum, & totam orationis ſtructuram accommodando tam ſuæ & auditorum indoli: conſpectis temperamento, affectu, patriâ, ſexu, ætate, fortunâ, religione, ſtudijs, alijſque ejuſmodi; quàm diverſæ orationis materiæ. Conſtat enim varias cauſas varium dicendi genus, & χαρακτῆρα efflagitare. Immo cum ejuſdem quoque orationis diverſæ partes exiſtant, liquet prudenter eſſe permiſcenda dicendi genera; quæ idcirco *Tria* præcipuè numerantur. Vnum ſubtile & acutum, alterum vehemens & copioſum, grave ſeu grandiloquum: tertium, quaſi vtriuſque temperamento medium. Quæ tria gnaviter inſpicere debemus. Dicenda enim ſunt ſubmiſſa leniter, incitata graviter, inflexa moderatè. Rurſus ſubmiſsè & ſubtiliter, cùm docemus & probamus: temperatè & eleganter, cùm laudamus: modicè & concinnè, cùm delectamus; copioſè & vehementer, cùm movemus & excitamus. Adde magna graviter, parva ſubtiliter, media temperatè eſſe efferenda.

TITVLVS II. *Partitio Rhetoricæ Vulgaris.*

PARTITIO RHETORICÆ, & quas à Natura dotes habere debeat Orator.

Quintiliana ſit de Arte, de Artifice, de Opere, L. 2. c. 15.

TRIPLEX itaque illud officium vt aſſequatur animorum triumphatrix Rhetorica, (id enim nomen magis placet Quintiliano, quàm Oratoria) ſuetâ & generali diſtributione per novem Titulos, in ea conſideran-

VVLGARIS. Novem titulis diſtribuitur.

TVR
- *Oratoris*
  - Natura,
  - Ars,
  - Exercitatio.
- *Orationis*
  - Materia, — *Theſis & Hypotheſis.*
  - Genera varia,
  - Partes v.
- *Oratoriæ Artis partes v.*
  - Inventio,
  - Diſpoſitio: — *Exordium, Introductio, Confirmatio, Refutatio, Peroratio.*
  - Elocutio,
  - Memoria,
  - Pronunciatio.

PRÆTERMISSIS quæ de Rhetorices definitione, natura, vtilitate, commendatione circumforanea mihi videntur, & ſatis ſupervacanea; in ORATORE quidem ſupponi ante omnia debet Natura; ex Autoris providâ liberalitate, perfecta ſecundum corpus & animam.

Vide Quintil. l. 2. c. 18. Oratoris dotes.

Neque enim præcepta atque artes valent, niſi adjuvante naturâ. Cumque naturarum incredibilis quædam varietas ſit, ea capeſſenda videtur Eloquentia, quæ *indoli* cujuſque maximè accommodatur. Adiuvanda ergo in eo quo quiſque eminet, ne ſi in diverſa ducatur, minùs valeat. Scitumque illud Iſocratis alijs frænis, alijs calcaribus opus eſſe. *Duo* quippe vitanda prorſus. Vnum, ne tentes quod efficere non poſſis. Alterum ne ab eo quod quiſque optimè facit, in aliud cui minùs eſt idoneus *transferas*.

1. Natura. *Facultas orandi conſummatur naturâ, arte, exercitatione, Quintil. l. 3. c. 5. Id. l. 2. c. 9.* Videnda indoles cujuſque. Duo vitanda.

Ante quidem omnia alienum eſt ab Eloquentiæ decoris atque munijs, corpus diforme aliquo-ve enormi vitio dehoneſtatum, niſi dote aliqua minimè vulgari compenſetur. Præſtat equidem totius habitûs præſtantia, ex vultûs majeſtate & oris pulchritudine: firmitudo deinde laterum, vociſque ſonora amœnitas. Hæc, magnam certè partem, debemus Naturæ. At noſtræ etiam induſtriæ: multò magis animum, ſeu ingenium; quod quiſque ad omnia

Corpus.

PARATVM REDDET
- *Acumine,*
- *Memoriâ,*
- *Iudicio.*

Manifeſtum eſt non naturam deficere, ſed curam, &c. Quintil. l. 1. c. 1. Tria animum perficiunt.

Quare eliminanda veniunt ab Suadæ myſterijs, & omni culturâ Diſciplinarum; Ingenia ſtupida & inertia, calida & velocia, vaga & deſultoria; quæ nullibi ſunt, dum vbiquè eſſe volunt. Admitti verò ſummè debet *Indoles* omnis ſedata & moderata, ſuavis dociliſque: ſimplex, firma, & tenax: feſtinè lenta, exaggerata: in aggrediendo prudens, in cœptis perſeverans: aperta omnibus, parata ad omnia, omnium capax: fœcunda potiùs & initio exundans, quàm ſicca & macilenta: vivida ac in motus iracundiæ propenſa magis, quàm languida & enervis; tametſi ingenium in omnem partem, vbi opus eſt, verſatile optandum ſit.

Senec. Epiſt. 2. Quæ ingenia Scientijs inepta. *Vide Quintil. l. 1. c. 3 & l. 2. c. 4.* Quænam apta.

HABEAT igitur Candidatus Eloquentiæ, quoad datur, *Acumen*; quod ſolerti indagine examinans vniverſa quæ viderit, vel audierit exacuat. *Memoriâ* non careat, quam continuâ & indefeſſâ exercitatione, in flore præſertim ætatis, reddet & faciliorem & feliciorem. Nam ea facultas [*Ingenij* ſignum in pue-

Acumen. Memoria.

RHETORICA.
Duplex illius munus.
Judicij cultura.

ris præcipuum eſt. Ejus *Duplex virtus*, facilè percipere, & fideliter continere. Sed-enim præcipua cura ſit, *Iudicij* excolendi. Quare juvantibus quæ mox dicebam acumine ingenij, memoriæ recordatione; curioſo, ſed ſimplici veritatis affectu citra ſuſpicionem, obſtinationem-ve, cuncta veſtiget, pervideat, dijudicet, circumſpiciat: disjungat, componat, ſuis vſibus accommodet.

Vitæ & Studiorum curſus ac tenor.

Eamque ob rem vitæ *Curſum*, & ſtudiorum eâ ratione inſtituat; vt nunquam non ſecum meditetur, velut omnium Cenſor. Multùm, non multa perdiſcat: ordinem vbiquè perquirat, vitet confuſionem; ſuos per ſe conatus exerat, præque cæteris ſuam vim & virtutem ſæpiùs tentet experiri.

Plures diſerti, pauci Eloquentes.

Quorum quidem omnium quoniam in vno ſimul Homine combinatio perrara eſt, verè aiebat Antonius ille Ciceronianus *Diſertos* reperiri plures, Eloquentem videri neminem. Illi etenim dicunt quantùm ſatis, iſte perorat ornatè ſemper & magnificè, ferméque ad miraculum. Quod nemo effecerit, niſi à natura ſimul & arte longè vltra communem ſortem inſtructus. Vnde ſit manifeſtum quo vſque Ars ſit neceſſaria.

TITVLVS III.
Artis præceptiones neceſſariæ.

NATVRÆ DOTIBVS ACCEDERE debet Artis cultura triplex.

Quintil. l.2.c.13. & 14.
Notis præceptionibus eget Eloquentia.
Contra Rabulas.

ENIM-vero ſupinus error eſt & vetus eorum, qui præceptis ‘
Eloquentiam non egere clamitant: & impetu dicere gloriantur ‘
abruptâ & diſſolutâ oratione; quaſi effringere quàm aperire, ‘
rumpere quàm ſolvere, trahere quàm ducere robuſtius putent. ‘
Quod *Rabularum* genus adeò etiam ſuos habet admiratores, vt interdum fortiùs dicere videantur Indocti; vim appellantes, quæ eſt potiùs violentia. Quibus ironicè admodum gratulatur Quintilianus ſine labore, ſine ratione ſine diſciplina diſertis. Quanquam res in Oratore præcipua, *Conſilium* eſt; quia vt Imperator, variè aciem inſtruit pro oportunitate, ſic orationem convertit ad rerum momenta.

Conſilio & prudentia opus Oratori.
Videndum quid deceat, & quid expediat.
Præcepta Catholica.

Res igitur *Duæ* imprimis videndæ, vt in pictura; quid deceat, & quid expediat. Vnde nec tutum alligare ſe nimis præceptis, quæ καθολικὰ vocant & vniverſalia. Perdiſcenda tamen, vt *diſcernantur*.

ARTIS ergo eatenus neceſſariæ regulas, tradunt & præcepta Eloquentiæ Palmares ævi vtriuſque celebrique famâ Oratores. Quod ſublato cordis & linguæ diſſidio præſtant egregiè per Scientiarum Cyclopædiam, abſque tamen anxioſo præceptionum jugo & ſervitute. Ab His ſcilicet *dicendi* Peritis,

Tribus Ars conſtat Oratoria.

ARTEM ADDISCES { *Lectione Selectâ,* / *Meditatione attentâ,* / *Imitatione diſcretâ, & prudenti.* }

Quintil. l.10. c.2.
Imitationis neceſſitas.

NEQVE enim, vt ordiamur ab vltimo, dubitari poteſt quin Artis pars ‘
magna contineatur *Imitatione*. Nihil quippe fit ſine exemplari, atque ‘
omnis vitæ ratio ſic conſtat; vt quæ probamus in alijs, facere ipſi velimus. Et ‘
verò neceſſe eſt aut ſimiles, aut diſſimiles bonis ſimus. Sic Pueri litterarum ‘
ductus, muſici vocem docentium, Pictores opera priorum: ruſtici probatam ‘
experimento culturam, in exemplum intuentur. ‘

Ibid. c.11.

Leges.

SED hoc ipſum, quod tantò faciliorem nobis rationem rerum omnium ‘
facit, quàm fuit his qui nihil quod ſequerentur, habuerunt, niſi *cautè* & ‘
cum judicio apprehenditur, nocet. Ante omnia igitur Imitatio per ſeipſa ‘
non ſufficit. Vel quia pigri eſt ingenij contentum eſſe his, quæ ſint ab alijs ‘
inventa. Quid enim futurum erat temporibus illis, quæ ſine exemplo fue- ‘

runt, ſi homines nihil, niſi quod jam cognoviſſent, faciendum ſibi aut cogitandum putaſſent? Nempe nihil fuiſſet inventum. Cur igitur nefas eſt reperiri aliquid *à nobis*, quod ante non fuerit? An illi rudes ſolâ mentis naturâ ducti ſunt in hoc, vt tum multa generarent; nos ad quærendum non eo ipſo concitemur, quod certè ſcimus inveniſſe eos qui quæſierunt? Et cum illi, qui nullum cujuſquam rei habuerunt magiſtrum, plurima in poſteros tradiderint; nobis vſus illarum rerum ad eruendas alias non proderit, ſed nihil habebimus niſi beneficij alieni? Quemadmodum quidam pictores in id ſolùm ſtudent, vt deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant. Turpe etiam illud eſt, contentum eſſe id conſequi quod imiteris. Nam rurſus quid erat futurum, ſi nemo plus effeciſſet eo quem ſequebatur? Nihil in Poëtis, ſupra Livium & Andronicum: nihil in Hiſtorijs, ſupra Pontificum Annales haberemus: ratibus adhuc navigaremus, non eſſet pictura, niſi quæ lineas modò extremas vmbræ, quam corpora in Sole feciſſent, circumſcriberet. Ac ſi omnia percenſeas, nulla ſit ars qualis inventa eſt, nec intra initium ſtetit; niſi forte noſtra potiſſimùm tempora damnamus huius infelicitatis, vt nunc demum nihil creſcat, nihil autem creſcit ſolâ imitatione. Quod ſi prioribus adijcere fas non eſt, quomodo ſperare poſſumus vllum Oratorem perfectum? Cùm in his, quos maximos adhuc novimus, nemo ſit inventus, in quo *nihil* aut deſideretur, aut reprehendatur. Sed etiam qui ſumma non appetent, contendere potiùs quàm ſequi debent. Nam qui agit vt prior ſit, forſitan, etiam ſi non tranſierit, æquabit. Eum verò nemo poteſt æquare, cujus veſtigijs ſibi vtiquè inſiſtendum putat: neceſſe eſt enim ſemper ſit poſterior, qui ſequitur. Adde quod plerumque faciliùs eſt plus facere, quàm idem. Tantam enim difficultatem habet *Similitudo*, vt ne ipſa quidem Natura in hoc ita evaluerit; vt non res ſimpliciſſimæ, quæque pares maximè videantur, diſcrimine aliquo diſcernantur. Adde quod quicquid alteri ſimile eſt, neceſſe eſt *minus* ſit eo quod imitamur; vt vmbra corpore, & imago facie, & actus hiſtrionum veris affectibus. Quod in orationibus quoque evenit. Namque his quæ in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura & vera vis. Contra *omnis imitatio ficta eſt*, & ad alienum propoſitum accommodatur. Quo ſit, vt minus ſanguinis ac virium Declamationes habeant, quàm Orationes; quod in illis vera, in his aſſimulata materia eſt.

VVLGARIS

Inventis addere

Similitudo difficilis.

Imitatio nunquam æquat.

Oratio & Declamatio.

Adde quod ea quæ in Oratore *maxima* ſunt, imitabilia non ſunt, ingenium, inventionis facilitas, & quicquid arte non traditur. Ideoque plerique cum verba quædam ex Orationibus excerpſerunt, aut aliquos compoſitionis certos pedes, mirè à ſe quæ elegerunt effingi arbitrantur; cùm & verba intercidant invaleſcantque temporibus, vt quorum certiſſima ſit regula in conſuetudine, eaque non ſuâ naturâ ſint bona aut mala. Nam per ſe ſoni tantum ſunt, ſed pro-vt opportunè propriéque, aut ſecus collocata ſunt & compoſitio cum rebus accommodata ſit, cum ipſa varietate graviſſima. Quapropter exactiſſimo *judicio* circa hanc partem ſtudiorum, examinanda ſunt omnia.

Perfecta imitatio difficilis.

Primùm, *quos* imitemur. Nam ſunt plurimi, qui ſimilitudinem peſſimi cuiuſque & corruptiſſimi concupierint. Tum in ipſis quos elegerimus, *quid* ſit ad quod nos efficiendum comparemus. Nam magnis quoque *Autoribus* incidunt aliqua vitioſa, & à doctis inter ipſos etiam inutuò reprehenſa. Atque vtinam tam bona imitantes dicerent meliùs, quàm mala pejus dicant. Nec verò ſaltem his quibus ad evitanda vitia judicij ſatis fuit, ſufficiat imaginem virtutis effingere, & ſolam, vt ſic dixerim, cutem, vel potiùs illas Epicuri figuras, quæ è ſummis corporibus dicit effluere. Hoc autem his accidit, qui non introſpectis penitùs virtutibus, ad primum ſe velut aſpectum orationis aptarunt. Et cum his feliciſſimè ceſſit imitatio, verbis atque numeris ſunt non multùm differentes, vim dicendi atque inventionis non aſſequuntur: ſed plerumque declinant in peius, & *proxima virtutibus vitia* comprehendunt; fiuntque pro grandibus tumidi, pro preſſis exiles, pro fortibus temerarij, pro lætis corrupti, pro compoſitis exultantes, pro ſimplicibus negligentes. Adeoque cum horridè atque incompoſitè quidlibet illud fri-

Iudicio opus.

Perfectiores imitandi.

In quibus.

Proxima virtutibus vitia.

RHETORICA.

gidium & inane extulerunt, Antiquis ſe pares credunt. Qui carent cultu atque ſententijs, Atticis ſcilicet. Qui præſciſſis concluſionibus obſcuri, Saluſtium atque Thucididem ſuperant, triſtes ac jeiuni Pollionem æmulantur: otioſi ac ſupini, ſi quid modò longiùs circunduxerunt, jurant, ita M. Ciceronem locuturum fuiſſe. Noveram quoſdam, qui ſe pulchrè expreſſiſſe genus illud celeſtis huius in dicendo. Viri ſibi viderentur, ſi in clauſula poſuiſſent, *eſſe videatur.*

Quædam inimitabilia.

Ergo primum eſt, vt quòd imitaturus eſt quiſque intelligat, & quare bonum ſit ſciat: tum in ſuſcipiendo onere, conſultat ſuas vires. Nam quædam ſunt *inimitabilia*, quibus aut infirmitas naturæ non ſufficiat, aut diverſitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit, ſola velit fortia & abrupta: cui forte quidem, ſed indomitum; amore ſeu ſubtilitatis, ſeu ſublimitatis, & vim ſuam perdat: & elegantiam quam cupit, non aſſequatur. Nihil eſt enim tam indeceos, quam cum mollia durè fiunt. Optimarum ab autore peroptimo circa imitationem præceptionum, quas huc tranſcribere penſum duxi, ſumma contrahi poteſt ſequenti corollario.

Quatenus imitandum.

Seneca Præm. Controv.

Lectio, Meditatio, Imitatio.

IMITATIO itaque, vt repetam ſummatim, prudens eſſe debet, rebus accommodata; non κακόζηλος, prava, fallax, nimia, affectata; violenta, puerilis; vecors, aut tumida: ſuperſtitioſa, nec in vnius jurans verba Magiſtri; cùm debeat quiſque ex proprio ſibi genio & inſtituto, ſui ipſius ideam efformare. Adeò ſemper manet ſimilitudo infrà exemplar rei, & plerumque facilius eſt plùs facere, quàm idem. Apage igitur, imitatorum ſervum pecus. Sed *juvat* hærere in ſummorum Autorum, maximè in Antiquorum, præcipuis Operibus lectitandis, meditandis, imitandis. Propterea in vnaquâque Diſciplinâ, cui operam navas, ſeligendi vnus aut alter è Coryphæis, Demoſthenem & Ciceronem putà, in hâc ipsâ Arte dicendi. Quâ ego ratione ductus, poſt ceteros pleroſque omnes non otiosè inſpectos, in hac præceptorum collectione vni magis *Quintiliano* inhærendum exiſtimavi, tum quia Latinorum vltimus, tum quia docendo Romæ & agendo per plures annos, cuncta expertus eſt, tum demum quia nihil ab optimo præceptore omiſſum.

Quintilianus.

Omnes Autores ſaltem deguſtandi.

Vide infrà.

Nec minùs præcipui à primo ſtudiosè lectitandi, ceteri *omnes* promiſcuè delibandi. Tùm quia nullus Orator adeò emendatus vt nil deſit, nullus ita corruptus vt nihil proſit: tùm vt vel nævos & defectus diſcas noſſe, odiſſe, vitare. Zeuxis itaque imitamento, ſparſas variè venuſtates ac virtutes omnium, in te vno conaberis repræſentare. Placet propterea ſummopere fuſa, & ſolida illius ipſius Quintiliani admonitio.

L. 2. c. 6.

Livius.

Cicero.

'*Ego*, inquit, optimos quidem & ſtatim, & ſemper: ſed tamen eorum candidiſſimum quemque & maximè compoſitum velim, vt *Livium*, à pueris magis quàm Salluſtium; Hiſtoriæ enim majoris ille eſt autor, & adhunc intelligendum jam profectu opus eſt. *Cicero*, vt mihi quidem videtur, & jucundus incipientibus quoque, & apertus eſt ſatis. Nec prodeſſe tantùm, ſed etiam amari poteſt. Tum, quemadmodum Plinius præcipit, vt quiſque erit Ciceroni ſimilimus.

Duo luſiſioribus cavenda.

Nimia Antiquitatis admiratio.

Novitatis pruritus.

Iudicio opus in vtriſque miſcendis.

Eligere optima.

'*Duo* autem genera maximè cavenda Pueris puto. Vnum ne quis eorum *Antiquitatis* nimius admirator, in Gracchorum, Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit; fient enim horridi, atque jejuni. Nam neque vim eorum, adhuc intellectu conſequuntur. Et elocutione, quæ tum ſine dubio erat optima ſed noſtris temporibus aliena, contenti (quod eſt peſſimum) ſimiles ſibi magnis Viris videbuntur. Alterum, quod huic diverſum eſt, ne *recentis* huius laſciviæ floſculis capti, voluptate pravâ delinientur; vt prædulce illud genus, & puerilibus ingenijs hoc gratius, quò propius eſt, adament. Firmis autem *judicijs*, iamque extra periculum poſitis, ſuaſerim & Antiquos legere, ex quibus ſi aſſumatur ſolida ac virilis iogenij vis, deterſo rudis ſeculi ſqualore, tum noſter hic cultus clariùs eniteſcet: & novos, quibus & ipſis multa virtus adeſt. Nec enim nos tarditatis natura damnavit, ſed dicendi mutavimus genus: & vltra nobis, quàm oportebat, indulſimus. Ita non tam ingenio illi nos ſuperaverunt, quàm propoſito. Multa ergo licebit *eligere*. Sed curandum erit, ne his quibus permixta ſunt, inquinentur. Quoſ-

dam

dam verò etiam quos *totos* imitari oporteat, & fuiſſe nuper, & nunc eſſe quidem libenter non conceſſerim modò, verùm etiam contenderim. Sed hi qui ſint, non cuiuſque eſt pronunciare. Turiùs circa *Priores* imitatio eſt, vel erratur. Ideóque hanc *Novorum* diſtuli lectionem, ne imitatio judicium *antecederet*.

VVLGARIS

QVIDQVID igitur eiuſmodi imitationis eſt, *hauritur* aut Veterum Recentiorumque lectitatione: aut eorum quos cernimus & audimus, attentâ obſervatione. Neque anxiùs diſputandum vter labor ſit vtilior, quando alter alteri præſtat in ſuo genere. Placet ea in controverſia Fabij concluſio.

Lectio Veterum & Recentiorum.

Pronunciandi vel potentiſſima in dicendo ratio, vt ſemel dicam, omnia docet. In *Lectione*, certius judicium; quoniam libera eſt, nec actionis impetu tranſcurrit: & aliorum plauſus, aut averſio nullatenus præjudicant. Repetamus autem & tractemus, & vt *cibos* manſos ac propè liquefactos dimittimus, quò faciliùs digerantur: ita Lectio non cruda, ſed multâ iteratione mollita, & velut confecta memoriæ imitationique tradatur. Ac diù non niſi optimus quiſque, & qui credentem ſibi minimè fallat, legendus eſt; ſed diligenter, & pœnè ad ſcribendi ſolicitudinem. Nec per partes modò ſcrutanda omnia, ſed perlectus Liber vtiquè ex integro reſumendus; præcipuéque Oratio, cuius virtutes frequenter ex induſtria quoque *occultantur*.

Quintil. l. 10. c. 1.

Id. l. 10. c. 1.

Digeſtionis comparatio.

Vni inſiſtendum.

Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia quæ magni Autores dixerint, vtiquè eſſe perfecta. Nam & *labuntur* aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati: nec ſemper intendunt animos, & nonnunquam fatigantur; cùm Ciceroni dormitare interim Demoſthenes, Horatio verò etiam Homerus ipſe videatur. Summi enim ſunt, homines tamen. Acciditque his, qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putant; vt deteriora imitentur, (id enim eſt facilius,) ac ſe abundè ſimiles putent, ſi *vitia* magnorum conſequantur. Modeſtè tamen & circumſpecto *judicio*, de tantis Viris pronunciandum eſt; ne quod pleriſque accidit, damnent quæ non intelligunt. Ac ſi neceſſe eſt in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere, quàm multa diſplicere maluerim.

Et in pulcherrimis nævi.

Deteriora facilliora.

De illis tamen modeſtè judicandum.

Plurimùm dicit Oratori conferre Theophraſtus lectionem *Poëtarum*, multique eius judicium ſequuntur: neque id immerito; namque ab his & in rebus ſpiritus, & in verbis ſublimitas, & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor petitur: præcipuéque velut attrita quotidiano actu forenſi ingenia, optimè rerum talium blanditiâ reparantur, ideóque in hac lectione, Cicero requieſcendum putat. *Meminerimus* tamen non per omnia Poëtas eſſe Oratori ſequendos, nec libertate verborum, nec licentiâ figurarum: totumque illud ſtudiorum genus, oſtentationi comparatum. Et præter id quod ſolam petit voluptatem, eamque etiam fingendo non falſa modò, ſed etiam quædam incredibilia ſectatur, patrocinio quoque aliquo juvari, quòd alligatum ad certam pedum neceſſitatem; non ſemper proprijs vti poſſit, ſed depulſum à recta via neceſſariò ad eloquendi quædam diverticula confugiat. Nec mutare quædam modò verba, ſed extendere, corripere, convertere, dividere cogatur. Nos verò armatos ſtare in acie, & ſummis de rebus decernere, & ad victoriam niti. Neque ego arma ſqualere ſitu ac rubigine velim, ſed fulgorem ineſſe qui terreat qualis eſt ferri, quo mens ſimul viſuſque perſtringitur: non æqualis auri argentique imbellis, & potiùs habenti periculoſus.

Lectio Poëtarum.

Differunt Poëta, & Orator.

Licentiæ Poëtis vnde.

Hiſtoria quoque alere Orationem quodam molli, jucundoque ſucco poteſt. Verùm & ipſa ſic eſt legenda, vt ſciamus pleraſque eius virtutes Oratori eſſe vitandas. Eſt enim proxima Poëtis, & quodammodò *carmen ſolutum* eſt: & ſcribitur ad narrandum, non ad probandum; totumque opus non ad actum rei pugnamque præſentem, ſed ad memoriam poſteritatis, & ingenij famam componitur. Ideóque & verbis remotioribus, & liberioribus figuris narrandi tædium evitat.

Hiſtoria.

Carmen ſolutum.

IN his ſanè, ad quorum prolixitatem nemo boni ſtomachi nauſeaverit, omnia præſtantiſſima; iſtud verò in omnibus eximium. *Modum* Lectionis temperabit vtiquè noſtræ per *alimentum* nutricationis comparatio. Pauca enim,

Legendum vt comeditur.

RHETORICA

ſimplicia, inconfuſa, ſelecta, rara; Gravia inquam, optima, commoda, digeſta: legendo, diſcendo, meditando, ſcribendo, recitando; noſtri theſauro ingenij, memoriæ, ac Hypomnematum debemus commendare. Videnda imprimis *Autoris* cuiuſlibet inventio, diſpoſitio, elocutio. In alijs ſenſus, in alijs verba, in aliquibus vtrumque elucet. Quod latiùs infrà, & liquidiùs retractabo.

Quid præcipuè in Autoribus attendi debet.

Sed cautè interim *advertes*, & diſcriminabis perſonas, loca, tempora, negotia. Sapiendum enim vt pauci, loquendum vt multi. Cum judicio itaque paranda eſt copia illa orationis, & vis eloquentiæ: habendaque in promptu, atque vt ita dicam in conſpectu; vt cùm ſe iudicio Oratoris oſtenderint, facilis ex his optimorum ſit electio. Id autem conſequemur optima legendo, atque audiendo. Quamobrem non inutile fuerit Quintiliani examen & κρίσις, qui Oratorum Poëtarumque in Græcis ac Latinis eminentiſſimos ad cenſuram revocat. Præſtitit idipſum pro Chriſtianis Carolus Regius, in ſuo *Oratore Chriſtiano*. Quorum exemplo facile erit Studioſis, de ceteris omnibus judicare: omnes enim legere non erit otioſum. Naturæ tandem, & Artis cumulus accedit Exercitatio triplex.

Iudicio ſummè opus eſt.

L. 10. c. 1. Iudicium Criticum de Autoribus.

TITVLVS IV

Exercitatio triplex.

POST NATVRAM ET ARTEM, opus Exercitatione eſt.

EA nimirum Exercitatio *triplex* eſt; Memoriæ, Actionis, & Styli. Memoriam ſerie inſequenti eò magis excolemus, quòd viget imprimis culturâ. Interim quod Actionem attinet & Stylum, nec recitatio, nec compoſitio vſquam ſit extemporanea niſi in provectioribus & conſummatis. Sed lucubratio præſertim eſſe debet lenta, non velox: frequens, non multiplex; attenta & ſuſpenſa ex aurium animique iudicio; præmiſsâ rei propoſitæ accuratâ meditatione, lectione itidem probatiſſimi alicujus Autoris. Queis adjunge frequentes verſiones, paraphraſes, declamationes, ſeu veræ cauſæ imitationes: controverſias, locos communes, altercationes, in vtramque partem diſputationes, & in omni genere dicendi progymnaſmata; Sic vt contracta amplifices, augeas parva: varietatem ſimplicibus, voluptatem expoſitis concilies; & multa de paucis, pauca de multis æquè diſſeras.

Curſus Studiorum ordinatus.

Iuvabit & Inſtitutio Curſûs *Studiorum* ordinatiſſima, pro cujuſque indole, conditione & occupatione; ex Autoribus varijs, & fidelis Mercurij ductu. Neque propterea immeritò ſuadentur à peritis dicendi Magiſtris, frequentes initio declamationes illæ, quæ finguntur ad libitum exercitationis gratiâ, in materia veritati ſimillima. Quæ declamandi ratio vt tempore Quintiliani ex omnibus noviſſimè inventa, ita multò ab eodem judicatur vtiliſſima. Qui & monet vt in Controverſijs & Suaſorijs ejuſmodi, verba in *communi vſu* poſita minùs timeantur, reſervato cultu accuratiori Panegyricis.

L. 2. c. 11. Declamationes.

Controverſiæ & Suaſoriæ.

PORRO Styli exercendi leges meliùs nemo præſcripſit, quam noſter iſte Nomothetes. Vnum ante omnia ex illis quinque, quos in fine referam, ſibi quiſque ſeligat ex naturæ & conditionis genio; cujus acquirendæ perfectioni & facilitati diu noctuque incumbat, donec in ipſammet naturam transfuſus videatur. Neque enim immeritò M. Tullius Stylum optimum effectorem, ac magiſtrum dicendi vocat. Scribendum ergo quàm diligentiſſimè, & quamplurimùm.

Quintil. l. 10. c. 3. Stylus optimus dicendi magiſter.

Nam vt terra altiùs effoſſa, generandis alendiſque ſeminibus fœcundior ' fit: ſic profectus à ſummo petitus, Studiorum fructus & fundit vberiùs, & fi- ' deliùs continet. Nam ſine hac quidem conſcientia, illa ipſa ex tempore di- ' cendi facultas inanem modò loquacitatem dabit, & verba in labris naſcentia. ' Illic radices, illic fundamenta ſunt. Illic opes velut ſanctiore quodam ærario. '

VVLGARIS.

conditæ, vnde ad ſubitos quoſque caſus, cùm res exiget, proferantur. Vires faciamus ante omnia quæ ſufficiant labori certaminum, & vſu non exhauriantur. *Nihil enim rerum ipſa natura voluit magnum effici citò.* Propoſuitque pulcherrimo cuique operi difficultatem; quæ naſcendi quoque hanc fecerit legem, vt majora animalia diutiùs viſceribus parentum continerentur. Sed cùm ſit *duplex* quæſtio, quomodo, & quæ maximè ſcribi oporteat; jam hinc ordinem ſequar.

Nihil magnum fit citò

Optima difficilia.

Sit primò vel tardus, dum diligens Stylus. Quæramus optima, nec protinus offerentibus ſe gaudeamus. Adhibeatur judicium inventis, diſpoſitio probatis. *Delectus* enim rerum verborumque agendus eſt, & pondera ſingulorum examinanda. Poſt ſubeat ratio collocandi, verſenturque omni modo numeri. Non vt quodque ſe proferet verbum, occupet locum. Quæ quidem vt diligentiùs exequamur, *repetenda* ſæpiùs erunt ſcriptorum proxima. Nam præter id quod ſic meliùs junguntur prioribus ſequentia, calor quoque ille cogitationis, qui ſcribendi morâ refrixit, recipit ex integro vires: & velut repetito ſpatio, ſumit impetum. Quod in certamine ſaliendi fieri videmus, vt conatum longiùs petant: & ad illud quò contenditur ſpatium, curſu ferantur. Vtque in jaculaodo brachia reducimus, & expulſuri tela nervos retrò tendimus. Interim tamen ſi feret ſtatus, danda ſunt vela, dum nos indulgentia illa non fallat: omnia enim noſtra dum naſcuntur placent, alioqui nec ſcriberentur. Sed redeamus ad judicium, & retractemus *ſuſpectam facilitatem.* Sic ſcripſiſſe Salluſtium accepimus, & ſanè manifeſtus eſt etiam ex ipſo Opere labor. Virgilium quoque pauciſſimos die compoſuiſſe verſus, autor eſt Varus. Oratoris quidem alia conditio eſt, itaque hanc moram & ſolicitudinem vitijs imputo. Nam primùm hoc conſtituendum, hoc obtinendum eſt, vt quamoptimè ſcribamus. Celeritatem dabit conſuetudo, paulatim res ſe faciliùs oſtendent, verba reſpondebunt, compoſitio ſequetur: cuncta denique, vt in familia benè inſtituta, in officio erunt.

Quomodo ſcribendum.

Delectu opus.

Relegendæ lucubrationes.

Suſpecta facilitas.

Damnatur & nimia ſollicitudo.

Summa hæc eſt rei, *Citò ſcribendo non fit vt benè ſcribatur: benè ſcribendo, citò.* Sed tum maximè, cùm facultas illa contigerit, *reſiſtamus* & prohibeamus: efferenteſque equos, frenis quibuſdam coerceamus. Quod non tam moram faciet, quàm novos impetus dabit. Neque enim rurſus eos qui robur aliquod in ſtylo fecerint, ad infelicem calumniandi ſe pœnam alligandos puto. Nam quomodo ſufficere officijs poſſit civilibus, quum ſingulis actionum partibus inſeneſcat? Sunt autem quibus *nihil ſit ſatis*, omnia mutare, omnia aliter dicere quàm occurrit, volunt. Increduli quidem, & de ingenio ſuo peſſimè meriti; qui diligentiam putant, facere ſibi ſcribendi difficultatem. Nec promptum eſt dicere vtros peccare validiùs putem, quibus omnia ſua placent, an quibus nihil.

Coërcendus impetus.

Sed & cura moderanda.

Vt poſſimus autem ſcribere etiam plura, & celeriùs, non exercitatio modò præſtabit, in qua ſine dubio multum eſt. Sed etiam ratio, ſi non reſupini ſpectanteſque tectum, & cogitationem murmure agitantes, expectaverimus quid obviat: verùm quid res poſcat, quid perſonam deceat, quod ſit tempus, qui Iudicis animus intuiti, humano quodam modo ad ſcribendum acceſſerimus. Sic nobis & initia, & quæ ſequuntur natura ipſa præſcribit. Certa ſunt enim pleraque, & niſi conniveamus, in oculos incurrunt. Ideoque nec indocti, nec ruſtici diù quærunt vnde incipiant; quò pudendum eſt magis, ſi difficultatem facit *Doctrina.* Non ergo putemus ſemper optimum eſſe, quod *latet*; ne immuteſcamus alioqui, ſi nihil dicendum videtur, niſi quod non invenimus.

Quomodo ſtyli facilitas comparanda.

Difficultatem facit Doctrina.

Non ſemper optimum quod novum.

Diverſum eſt huic eorum vitium, qui primò decurrere per materiam Stylo quàm velociſſimo volunt: & ſequentes calorem ac impetum, ex tempore ſcribunt; hanc *Sylvam* vocant. Repetunt deinde & componunt quæ effuderant. Sed verba emendantur & numeri, manet in rebus temerè congeſtis quæ fuit levitas. Protinùs ergo adhibere *curam* rectiùs. Atque ab initio ſic opus ducere, vt cælandum, non ex integro fabricandum ſit. Aliquando tamen *Affectus* ſequemur, in quibus fere plus calor quàm diligentia valet.

Sylva.

Cura ſtatim adhibenda.

Calor in affectibus præſtat.

Satis apparet ex eo quod hanc ſcribendi negligentiam damno, quid de illis

RHETORICA

Dictare nocet.

Secretum & ſolitudo quatenus juvant.

Dictandi delicijs ſentiam. Nam in ſtylo quidem, quamlibet properato, dat aliquam cogitationi moram, non conſequens celeritatem ejus, manus. Ille cui dictamus vrget, atque interim pudet etiam dubitare, vt reſiſtere, aut mutare; quaſi conſcium noſtræ infirmitatis timentes. Quo fit, vt non rudia tantùm & fortuita, ſed impropria interim, dum ſola eſt connectendi ſermonis cupiditas effluant; quæ nec ſcribentium curam, nec dicentium impetum conſequantur. Denique vt ſemel quod eſt potentiſſimum dicam, *ſecretum* in dictando perit.

Multis intendi animus non debet.

Læta diſtrahunt.

Vide Plutarchum in ejus vita.

Quando & vbi lucubrandum.

Atque liberum arbitris locum, & quàm altiſſimum ſilentium ſcribentibus maximè convenire nemo dubitaverit. Non tamen protinùs audiendi, qui credunt aptiſſima in hoc nemora, ſylvaſque; quòd illa cæli libertas, locorumque amœnitas ſublimem animum & beatiorem ſpiritum parent. Mihi certè jocundus hic magis, quàm ſtudiorum hortator videtur eſſe ſeceſſus. Nam illa ipſa quæ delectant, neceſſe eſt advocent ab intentione operis deſtinati. Neque enim ſe bonâ fide, in multa ſimul *intendere* animus totum poteſt: & quocunque reſpexit, deſinit intueri quod propoſitum erat. Quare ſylvarum amœnitas, & præter-labentia flumina, & inſpirantes ramis arborum auræ volucrumque cantus, & ipſa latè circumſpiciendi libertas, ad ſe trahunt; vt mihi *remittere* potiùs voluptas iſta videatur cogitationem, quàm intendere. Demoſthenes meliùs, qui ſe in locum ex quo nulla exaudiri vox, & ex quo nihil proſpici poſſet, recondebat; ne aliud agere mentem, cogerent oculi. Ideoque *Lucubrantes*, ſilentium noctis, & clauſum cubiculum, & lumen vnum velut tectos maximè teneat.

Bona valetudo. Frugalitate comparatur.

Fatigatio obſtat.

Sed cùm in omni ſtudiorum genere, tum in hoc præcipuè *Bona valetudo*, quæque eam maximè præſtat *Frugalitas*, neceſſaria eſt. Quando videlicet tempora ab ipſa rerum natura ad quietem refectionemque nobis dara, in acerrimum laborem convertimus; cui tamen non plus irrogandum eſt, quàm quod ſomno ſupererit aut deerit. Obſtat enim diligentiæ ſcribendi etiam *Fatigatio*. Et abundè, ſi vacat, lucis ſpatia ſufficiunt: occupatos; in noctem neceſſitas agit. Eſt tamen lucubratio, quoties ad eam integri ac refecti venimus, optimum ſecreti genus.

Incommoda ſuperanda.

Non indulgendum cauſis deſidiæ.

Vbiquè cogitandum.

Nihil in ſtudijs parvum.

Sed ſilentium & ſeceſſus, & vndique liber animus, vt ſunt maximè optanda, ita non poſſunt ſemper contingere. Ideóque non ſtatim ſi quid obſtrepet, abijciendi codices erunt & deplorandus dies. Verùm *incommodis* repugnandum. Et hic faciendus vſus, vt omnia quæ impedient, vincat intentio; quam ſi tota mente in opus tuum direxeris, nihil eorum quæ oculis vel auribus incurſant, ad animum perveniet. An non frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præſtat vt obvios non videamus, & itinere deerremus? Non eſt indulgendum *cauſis deſidiæ*. Nam ſi non niſi refecti, non niſi hilares, non niſi alijs curis vacantes ſtudendum exiſtimaverimus; ſemper erit, propter quod nobis ignoſcamus. Quare in turba, itinere, convivijs, vel concione etiam; faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum. Addit diligens & ſedulus noſter Nomenclator, & alia pluſcula; quæ licèt minora tranſeunda non putat, quia *nihil in ſtudijs parvum eſt*.

Emendatio vtiliſſima.

Vbinam difficilior.

Reponenda ſcripta in aliquod tempus.

Sequitur itaque *Emendatio*, pars ſtudiorum longè vtiliſſima. Neque enim ſine cauſa creditum eſt Stylum non minus agere, cùm delet. Hujus autem operis eſt adijcere, detrahere, mutare. Sed facilius in his ſimpliciuſque judicium, quæ replenda vel deijcienda ſunt. Premere verò tumentia, humilia extollere, luxuriantia aſtringere, inordinata digerere, ſoluta componere, exultantia coërcere, duplicis operæ. Nam & damnanda ſunt quæ placuerunt, & invenienda quæ fugerant. Nec dubium eſt optimum eſſe emendandi genus, ſi Scripta in aliquod *tempus* reponantur; vt adea poſt intervallum, velut nova atque aliena redeamus: ne nobis ſcripta noſtra, tanquam recentes fœtus, blandiantur. Sed neque hoc contingere ſemper poteſt, præſertim Oratori, cui ſæpiùs ſcribere ad præſentes vſus neceſſe eſt.

Emendatio non ſit importuna.

Et ipſa Emendatio *finem* habet. Sunt enim qui ad omnia ſcripta, tanquam vitioſa, redeant: & quaſi nihil fas ſit rectum eſſe quod primum eſt, melius exiſtiment quicquid eſt aliud. Idque faciant quoties librum in manus reſump-

ſerunt, ſimiles Medicis etiam integra ſecantibus. Accidit itaque vt cicatricoſa ſint & exanguia, & curâ peiora. Sit igitur aliquando quod placeat, aut certè quod *ſufficiat*; vt opus poliat lima, non exterat. *Temporis* quoque eſſe debet modus. Nam quod Cinnæ Smyrnam, novem annis accepimus ſcriptam: & Panegyricum *Iſocratis*, qui parciſſimè, decem annis dicunt elaboratum, ad Oratorem nihil pertinet; cujus nullum erit, ſi tam tardum fuerit, *auxilium*.

VVLGARIS. Quod ſufficit, placere debet. Et in tempore ipſo modus.

ENITENDVM quoque vt ipsâ *Cogitatione* perfecta effingatur oratio, Quanquam fateor ad id nec ſubitò, nec citò perveniri poteſt. Maximus ſiquidem ſtudiorum fructus eſt; & velut præmium quoddam amplius longi laboris, *ex tempore* dicendi facultas. Eam in Metrodoro, Eriphilo, & æmulo ſuo Hortenſio laudat Tullius. Qui verò eam non conſequetur, & Eccleſiaſtico pulpito & fori litibus ſuadeo abſtineat: ſolamque ſcribendi facultatem potiùs ad alia opera convertat. Alioquin ſemper ſe ipſo erit minor, laborem, ſtudiorum augebit ætas: multiſque magnis caſibus & negotijs aut deerit, aut in eis ſubeundis periclitabitur.

Cap. 6. & 7. Ipſa cogitatione effingatur oratio. Extemporanea Eloquentia.

Aſſequetur autem primò, ſi viam novit & artis præcepta callet. Deinde ſi copiâ rerum & verborum facili & vtili operâ comparetur. Poſtremò ſi *multo* ac fideli ſtylo ſic formetur Oratio, vt ſcriptorum colorem etiàm quæ ſubitò effuſa ſunt reddant; vt cùm multa ſcripſerimus, etiam multa dicamus. Nam conſuetudo & exercitatio, facilitatem maximè parit; quæ ſi paulùm intermiſſa fuerit, non velocitas illa modò tardatur, ſed ingenium ipſum coit atque *concurrit*. Nam mihi nec *dicere* quidem videtur, niſi qui diſpoſitè, ornatè, copioſeque dicit. Sed nec tumultuarij, nec *fortuiti ſermonis* contextum mirabor vnquam, quem jurgantibus etiam mulierculis ſuperfluere video. Quem ſi calor ac ſpiritus tulit, frequenter accidit vt ſucceſſum extemporalem conſequi cura non poſſit. Deum tunc adfuiſſe, cùm id eveniſſet; veteres oratores, vt Cicero dicit, aiebant. Sed ratio manifeſta eſt. Nam benè concepti affectus, & recentes rerum imagines continuo impetu feruntur; quæ nonnunquam morâ ſtyli refrigeſcunt, & dilatæ non *revertuntur*.

Tribus modis comparanda. *Ibid. c. 7.*

Quid ſit benè dicere.

Quid tumultuariè & fortuitò.

Quare capiendæ ſunt illæ, de quibus dixi, rerum imagines, quas vocari φαντασίας indicavimus. Omniaque de quibus dicturi erimus, perſonæ, quæſtiones, ſpes, metus, habenda in oculis, in affectus recipienda. *Pectus* eſt enim quod diſertos facit, & vis mentis. Ideoque imperitis quoque, ſi modò ſunt aliquo affectu concitati, verba non deſunt. Tum *intendendus* animus non in aliquam rem vnam, ſed in plures ſimul continuas; vt ſi per aliquam rectam viam mittamus oculos, ſimul omnia quæ ſunt in ea, circaque intuemur: nec vltimum tantùm videmus, ſed vſque ad vltimum. Addit ad dicendum etiam *pudor* ſtimulos, habet & dicendorum expectata laus. Mirumque videri poteſt, quod cum ſtylus ſecretò gaudeat, atque omnes arbitros reformidet: extemporalis actio Auditorum frequentiâ, vt miles concentu ſignorum, excitatur. Namque & difficiliorem cogitationem, exprimit & expellit dicendi neceſſitas, & ſecundos impetus auget placendi cupido. Adeò *Pretium* omnia ſpectant, vt Eloquentia quoque, quanquam plurimum habeat in ſe voluptatis; maximè tamen præſenti fructu laudis, opinioniſque ducatur. Nec quiſquam tantùm fidat ingenio, vt id ſibi ſperet incipienti ſtatim poſſe contingere. Sed ſicut in cogitatione præcepimus, ita facilitatem quoque extemporalem à parvis initijs, paulatim perducemus ad ſummam; quæ nec perfici, nec contineri niſi vſu *poteſt*.

Rerum imagines.

Pectus facit diſertos.

Contentio animi.

Pudor ſtimulus eſt Laus.

Omnia pretium ſpectant.

Declamatores quoſdam perverſa ducit ambitio, vt expoſitâ controverſiâ, protinùs dicere velint. Quin etiam, quod eſt in primis frivolum ac ſcenicum, *Verbum* petant quo incipiant. Sed tam contumelioſos in ſe, ridet invicem Eloquentia: & qui ſtultis eruditi videri volunt, ſtulti eruditis judicantur. Si qua tamen fortuna tam *ſubitam* fecerit agendi neceſſitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio: & vis omnis intendenda rebus, & in præſentia remittendum aliquid ex cura verborum, ſi ſequi vtrumque non *dabitur*. Sed & *continuanda* ejuſmodi exercitatio. Studendum ſemper, & vbiquè. Neque tam vllus dies occupatus, vt nihil lucrativæ operæ ad ſcribendum, aut legendum, aut dicendum rapi aliquo momento temporis poſſit.

Id. l. 10. c. 7. Contra declamatores thema poſtulantes.

Subita occaſio.

Exercitatio continua.

RHETORICA.

Nullus ſermo negligendus.

Ne id quidem tacendum eſt, quod idem Ciceroni placet, nullum noſtrum ' vſquam *negligentem* eſſe ſermonem. Quicquid loquemur, vbicunque, ſit ' pro ſua ſcilicet portione perfectum. Scribendum certè nunquam eſt magis, ' quàm cùm multa dicemus ex tempore. Ita enim ſervabitur pondus, & in- ' trans illa verborum facilitas in altum reducetur; ſicut ruſtici proximas vitis ' radices amputant, quæ illam in ſummum ſolum ducunt, vt inferiores peni- ' tùs deſcendendo firmentur. Ac neſcio an ſi vtrumque cum cura & ſtudio fece- '

Dictio & Scriptio ſe invicem juvant.

rimus, *invicem proſit*; vt ſcribendo dicamus diligentiùs, dicendo ſcribamus ' faciliùs. Scribendum ergo quoties licebit. Si id non dabitur, cogitandum. Ab ' vtroque excluſi, debent tamen anniti; vt neque deprehenſus Orator, ne- ' que Litigator deſtitutus eſſe videatur. Plerumque autem multa agentibus, '

Initia & præcipua ſcribi debent.

accidit, vt maximè neceſſaria & vtiquè initia *ſcribant*; cetera quæ domo affe- ' runt, cogitatione complectantur, ſubitis ex tempore *occurrant*.

Summæ Orationum multùm proficuæ

Neque mihi, ſicut Fabio, diſplicet Lænæ neſcio cujus conſilium; quæ ſcripſerimus, in *Summas* ſive commentaria & capita conferendi. Ea enim ratio & cogitationem figit, & experiundæ præſentis fortunæ libertatem relinquit. Certè in Concionibus Gallicis quantùm ejuſmodi Enchiridia latino ſtylo contracta memoriam juvent, longa & firma me docuit experientia.

TALIS propemodum eſſe debet peritus dicendi Artifex; Naturâ, videlicet, Arte, & Exercitatione apprimè excultus; vt ab eo ritè ſtruatur, quam deinceps examinatum imus, Oratio.

TITVLVS V. *Quomodo ſtruenda Oratio eſt.* Quintil. l. 2. c. 2 1.

ARTIS ORATORIÆ OPVS eſt Oratio.

Orator nullius rei debet eſſe inſcius.

MATERIA illius ante omnia ſunt res omnes, quæ Rhetoricæ ſubjectæ ſunt; propterea ſunt qui eam vocent, non ineptè, Artem circumcurrentem. Ideoque Orator ſi non *omniſcius*, ſaltem de quacumque re dicturus eſt, non debet eſſe inſcius. Nihil enim eſt quod non in cauſam, aut in quæſtionem cadat. Eſt autem *Quæſtio duplex*; Theſis, & Hypotheſis.

Hypotheſis.

HYPOTHESIS, Latinis Controverſia; ſpecialis eſt, & finita Quæſtio (Ciceroni dicitur Propoſirum) perſonis, temporibus, locis, ſimilibuſque illigara.

Theſis.

Et hæc ad THESIM generalem ſeu infinitam interdum, *rarò* tamen & cautè, vixque vltra neceſſitatem *revocatur*.

Rarò illa ad iſtam revocanda.

Loci Communes cavendi.

Quò ſcilicet reſecatis largiori verborum ambitu, affectatæ doctrinæ pompâ, intempeſtivæ eruditionis iueptijs: rerum è trivio & compito deſumptarum cantilenis; vitentur *Loci Communes*, curioſitatis affectatæ, nimiæque prolixitatis faſtidia. Ex hac duplici Quæſtione, naſcuntur præcipua orationis,

Varia Orationis Genera.

GENERA IX. { *Nuptiale, Natalitium, Salutatio:* *Gratiarum Actio, Conſolatio, Invectiva;* *Apologia, Panegyris, Funebris.* }

Epithalamium.

NVPTIALE, ſeu Epithalamium; Matrimonium, conjuges, affines, præſentes: cum alijs circumſtantijs vnâ, alterâ, pluribuſ-ve ad libitum, paucis dilaudat, additâ cohortatione, & voto. Character, ſimplici curâ limitatus eſto: res raræ & acutæ, γνῶμαι, & ſparſa vbiquè hilaritas.

Genethliacum.

NATALITIVM, expendit circumſtantias omnes; parentes, locum, tempus, præſagia: laudans eum qui naſcitur, nomen examinans; votum, cum præſagitione, ſubjungens.

Salutatio.

SALVTATIO, conſtat gratulatione de adventu, notatis circumſtantijs temporis & loci. Succedunt rationes lætitiæ recipientium ob merita adve-

Digitized by Google

nientis, votum denìquè & obſequioſæ voluntatis exhibitio. GRATIARVM ACTIO, à rei propoſitione, beneficij exaggeratione per circumſtantias; cum proteſtatione gratitudinis, & ad Numen deprecatione. CONSOLATIO, ex locis communibus, putà neceſſitate, exemplis, comparatione, &c. Ex particularibus, & perſonæ adjunctis cum ſummâ prudentiâ; vti nimirum tempore fiat, diſſimulando, compatiendo, interrumpendo, divertendo.

VVLGARIS. Eucharisticum. Conſolatio.

INVECTIVA acrior in *Vitia*, vel ſigillatim, vel capitulatim, vtrobiquè moderatè; nuſquam enim *exceſſus* approbandus, nec vnquam ſemel vires omnes exhauriendæ. Natura quippe hominis eſt niti in vetitum, amatque allici magis quàm rapi. In *Perſonas* verò Invectiua moderatior eſſe debet, minúſque fellis habere & acerbitatis. APOLOGIA, *Directa* capitatim, ſigillatim, punctuatim: conſtans causâ ſuſceptæ deffenſionis, rei controverſæ brevi & lucidâ propoſitione: perſpicuâ, robuſtâque obiectorum confutatione, & rotundâ ac vehementi concluſione. *Indirecta* reſpondet, Controverſiam revocando ad Theſim, vel abeundo quoque in materiam diverſiſſimam. *Sit* etiam, me judice, rara, nec mutuâ reciprocatione perennis: fermè ſolùm pro Eccleſiâ, Regno, aut communi aliquâ gravique cauſa. Pro Perſonis rarior, niſi ſint eminentiores, vel Fidei accerſeantur. Semper verò fiat juxta leges virtutis Chriſtianæ, per quàm modeſta: brevis, cum rerum gravi & vehementi pondere: cum verborum delect,u & acumine, erudita demum, & accuratá. PANEGYRIS, cujus origo ludi olim quinquennales: imaginem referunt modò Comitia Politica, Eccleſiaſtica, Monaſtica. Proſequitur laudes rerum quæ occurrunt, Hominum qui interſunt. FVNEBRIS, laudatio eſt alicujus vitâ jam functi; addito mortis genere, circumſtantijs, exequijs: luctu ſuperſtitum, & præſentium conſolatione.

Invectiva. Moderatio vbique, ne quid nimis. Apologia duplex. 1. Directa. 2. Indirecta. Leges Apologiæ. Panegyris. Funebris.

Minora quæ hactenus recenſui Orationis genera, ſpectant maximè laudes & Enconia. Iam ergo majora, in quæ ceteræ ſpecies recidunt, recenſentur,

TRIA GENERA { *Demonſtrativum*, *Deliberativum*, *Iudiciale*.

Genera Orationis præcipue tria.

DEMONSTRATIVVM, ſeu à potiori parte Laudativum, Græcis Ἐπιδεικτικὸν, ſeu Ἐγκωμιαστικὸν; laudat, vituperat-ve Perſonas, Facta, Res. Eſtque propemodum continua amplificatio, vel per temporum ſpatia & ætatis gradus: vel per præcipua vitæ, aut virtutum capita: vel per aſcenſum & deſcenſum, vel per inæqualem varietatem; vel denique per comparationem, ſimilitudinem aut ſententiæ amplificationem.

1. Genus Demonſtrativum duplex eſt.

Alterum inſigne orationis, genus eſt DELIBERATIVVM, Concionale vocat Ariſtoteles. Quod in conſultationibus, petitionibus, monitionibus, ceteriſque dubijs ac futuris; ſuadet ſpe vtilitatis, vel diſſuadet periculi metu. Id quod præſtat ſtylo brevi, perſpicuo, ſincero, ſimplici, ſententioſo, ſuavi, preſſo: autoritatibus raris, ſed præſertim à Religione & Numine ductis: exemplis vbiquè pleno, quia [*ferè omnis ſuaſoria nihil eſt aliud quàm comparatio*;] contrariorum diſcuſſione, Oratoris magnâ æſtimatione & famâ, bonorum & malorum enumeratione: cunctiſque circumſtantijs, prudenter & meditatè conſideratis. Præſertim verò exigit vt tempeſtivè fiat, in commodum duntaxat Audientium; quaſi Oratoris parum interſit, niſi ex zelo & amicitia erga eos. Alliciendi ergo ſunt ſuavi autoritate potiùs, quàm pugnaci ratiocinio, ſpe etiam & metu.

2. Deliberativum duplex. *Tota Oratio ſimplex & gravis, & ſententijs debet eſſe ornatior, quàm verbis. Vſum Exemplorum nulla materia magis convenire, &c. Quintil. l. 3. c. 10.*

EVM in finem *juvat* non parum ſagaciter inveſtigaſſe priùs, & apprimè callere Nationum ſimul & Hominum quibus-cum agitur naturam, indolem, humores, mores: conditionem, ſtudia; affectus tam publicos, quàm privatos. Siquidem diverſos diverſa juvant, non omnibus omnia conveniunt. *Iuvenes* namque habent veloces animi impetus, ſed non diuturnos: in horas mutabiles, facilè faſtidiunt quæ mox ambiebant: voluptatem ſectantur, & gloriam; momento iraſcuntur, iraſque ponunt. Inflammantur præcipuè ſtudio honoris, & excellentiæ. Rudes adhuc, nec ita perverſi, haud ægrè poſſunt circum-

Vide noſtram Diſciplinam Prudentiæ. Alios alia movent, & delectant. Iuvenum & Senum affectus oppoſiti.

veniri, alióque tranſferri. Creduli ſunt, ſperant multa, nihil non audent: erubeſcunt in turpibus, vnde honeſta vtilibus præponunt. Riſus amant & facetias, gaudent aliorum familiaritate, in omnibus nimij. His omninò contraria cogita apud te, tum Senis effigiem puta te delineaſſe.

Conditiones variæ. Divites & Pauperes.

Dignoſcendæ etiam *Conditiones*. Nam Nobiles honeſtate potiùs ducuntur & gloriâ, quàm lucro. Faſtidioſi ſunt & iracundi, pleraque præ ſuperbiâ, & audaciâ contemnunt. Divites inſuper ſæpè videas contumaces, contumelioſos: molles, delicatos, immiſericordes, cupidos augendi acquiſita. Secùs de Pauperculis, & promiſcuâ multitudine; quæ ad omnia pavet, vtile magis ſpectans quàm honeſtum.

Tria præcipua.

Quintil. l. 3. c. 10.

Tria, vt ſummatim dicam cum Fabio, in hoc genere advertenda; [*quid ſit de quo deliberetur, qui deliberent, quis ſit qui ſuadeat.* Neque enim minus vitioſa eſt Oratio, ſi ab homine, quàm à re cui accommodari debuit, diſſidet.]

3. Iudiciale triplex

Vide Quintil. l. 3. c. 6. & ſeq.

Vltimum genus Orationis, IVDICIALE eſt. Totum forenſe: in omni controverſia vel ſimplici, vel conjunctâ, ſtatum reſpicit triplicem. Conjecturalem, an ſit? Definitivum, quid ſit? Legitimum, jure, an injuriâ? [*Et cur* non vtamur, ſubdit Quintilianus, eodem, quo ſunt vſi ferè omnes exemplo? Oreſtes matrem occidit. Hoc conſtat. Dicit ſe juſtè feciſſe. Status erit qualitatis. Quæſtio, an juſtè fecerit? Ratio, quod Clytemneſtra maritum ſuum, patrem Oreſtis occidit. Hoc αἴτιον dicitur. Κρινόμενον autem judicatio, an oportuerit vel nocentem matrem à filio occidi? Quidam diviſerunt αἴτιον, & αἰτίαν; vt eſſet altera propter quam judicium conſtitutum eſt, vt occiſa Clytemneſtra: altera quâ factum defenditur, vt Agamemnon. Sed tanta eſt circa verba diſſenſio, vt alij αἰτίαν cauſam judicij, αἴτιον autem facti vocent: alij eadem in contrarium *vertant. Verùm* hæc affectata ſubtilitas, circa nomina rerum, ambitioſo labore à nobis in hoc aſſumpta ſolùm; ne parum

Præceptorum anxietas vitanda.

diligenter inquiſiſſe de opere quod aggreſſi ſumus, videremur. Simpliciùs autem inſtituenti, non eſt neceſſe per tam *minutas* rerum particulas rationem docendi & dicendi concidere. Quo vitio multi quidem laborarunt, præcipuè tamen Hermagoras, vir alioqui ſubtilis, & in plurimis admirandus; tantùm diligentiæ nimiùm ſollicitæ, vt ipſa ejus reprehenſio laude aliquâ non

Via planior & facilior.

indigna ſit. Hæc autem brevior, vel ideo lucidior multò *via*, nec diſcentem per ambages fatigabit, nec corpus Orationis in parva momenta diducendo *conſumet*.]

Partes Iudicialis. Accuſans & Defendens.

PARTES hujus Generis præcipuæ ratiocinatio, comprobatio, confutatio, peroratio; cum diverſis motibus alijs in actione ſeu accuſatione, alijs in rei patrocinio. Accuſat enim, aut deffendit ex locis naturæ, legis, conſuetudinis, æquitatis, probitatis: præjudicati, pacti, exempli. Tum etiam ex aſſumptis, & extraneis; negatione, remotione, tranſlatione, declinatione: exaggeratione, diminutione, conceſſione, purgatione, deprecatione, & conſimilibus; quæ, vt alia hic pleraque Præceptorum interpretationi relinquo. Finis judiciorum

Videntur noſtra Idea perfecti Orat ris.

D. Paulus. Actorum 24.

abſolutio Rei, aut condemnatio, Partem hanc ſummis, quod aiunt, digitis attigiſſe ſatis ſuperque fuerit; quia tota forenſis eſt, & ſecularis. Eâ tamen ad miraculum perfuncti ſunt tum B. Paulus, ſeipſum defendens contra Tertullum Oratorem: tum robuſtæ vir eloquentiæ Tertullianus, in ſuo illo mirabili pro Chriſtianis Apologetico.

Omnia genera ſimul ſæpè miſcenda.

Quanquam tria hæc cauſarum Genera, mutuâ varietate ſæpiùs in eadem oratione *miſceri* certum eſt. Ita tamen, vt ſemper à potiori parte fiat denominatio. Poſt diverſa verò ejuſmodi Genera, ſua ſingulis aptare ſequela naturalis eſt.

PARTES

PARTES ORATIONIS Exordium, Narratio: Confirmatio, Refutatio, Peroratio.

TITVLVS VI.
Orationis Partes quinque.

1. Exordium.

INTER eas quinque prima eſt EXORDIVM. Breve ſcilicet proloquium, Græcis Προοίμιον, ductâ à cytharœdis comparatione; initium, & quaſi primus proſpectus totius orationis. Sunt qui in *duas* dividant partes, principium & inſinuationem. Munus illi primarium eſt vt ſtatim initio Auditores

Duæ illius partes.
Munus triplex.

REDDAT { *Attentos,*
Benevolos,
Dociles. }

Attentio.
Benevolentia.
Docilitas.

Attenti fiunt à magnis, novis, pulchris, jucundis, inuſitatis, neceſſarijs, cohortatione; quæ dicturum ſe, modeſtè tamen & verecundè, ſpondet Orator. Benevoli, à reipsâ, noſtrâ & auditorum perſonâ. Dociles, expoſitione brevi rerum dicendarum, & illarum juſtâ ac legitimâ diviſione; nunquam vltra tres partes, nec minùs duabus.

Ars celanda.
Quintil. l. 4. c. 1.
Cultus Exordij, vt veſtibuli in Templo.

Orditur autem Orator modò directè, & velut apertâ fronte: modò obliquè, clanculùm & occultè. Nam præterquàm quod ejuſmodi inſidiæ in Areopago penitùs erant interdictæ, magna fuit [Veterum cura circa occultandam eloquentiam: & ſimulatio multùm ab hac noſtrorum temporum jactatione, diverſa.] Vt plurimùm tamen Procemium curamus, non aliter quàm Templi veſtibulum aut palatij. Vt ſit nempe politum & elaboratum, ſuave, & jucundum: verecundum, modeſtum ac ſubtimidum; perbreve, & ſpontè fuſum. Non ſit itaque vulgare, quod pluribus cauſis poſſit accommodari. Non commune, & alibi æquè idoneum. Non commutabile, quod adverſarius in ſuam vtilitatem deflectere poteſt. Non ſeparatum, quod cauſæ non cohæret. Non tranſlatum, quod aliunde trahitur. Non prolixum, ne caput monſtrum efficiat. Non ſuperfluum, ne quod præparare debet, fatiget. Non affectatum; vt videaris accuratè quidem, ſed non callidè dicere. Non audax; quia dicentis ſecuritas odium movet aut ſuſpicionem, reverentia favorem emeretur. Non ſupervacaneum, cùm ſcilicet res nota eſt & Auditores vltrò ſeipſos reddunt attentos. Præſtat ſæpè in Iudiciali ſumptum [à contrario, & ab actione Partis adverſæ; quaſi ex re natum, non domi compoſitum. Vt nempe videatur tota extemporalis Oratio, cujus initium nihil præparatum habuiſſe manifeſtum eſt. Diſſimulata enim, & vt Græci dicunt ἀνεπίφαλος, actio meliùs ſæpè ſubrepit.] Solent igitur *peti* Exordia ab adjunctis, abruptis, colligatis: priùs dictis, omiſſis: aberrationibus, figuris, eruditione. Sed non aliunde *feliciùs* quàm ex cauſæ viſceribus, ſeu intimâ rei propoſitæ naturâ: aut illius de quâ agitur, planâ & nativâ propoſitione.

Vnde petenda Exordia.
Optima ex materiæ viſceribus.

EXORDIO, vt dixi, aut Narratione, ſeu Introductione clauditur totius Orationis DIVISIO, ſive Partitio ſuccincta, clara, & ordinata, rarò vltra tria capita; vbi nec abruptè, nec obſcurè tranſcendere optimum judicatur.

Ibid. c. 5.
Partitionis vtilitates.

Sed vt non ſemper neceſſaria, ac etiam ſupervacua Partitio eſt: ita opportunè adhibita, *plurimum* orationi lucis & gratiæ confert. Neque enim id ſolùm efficit, vt clariora fiant quæ dicuntur, rebus velut ex turba extractis, & in conſpectu Iudicum poſitis: ſed reficit quoque Audientem, certo ſingularum partium fine; non aliter quàm facientibus iter, multum detrahunt fatigationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Nam & exhauſtis laboribus,

Rhetorica

Non tamen nimia

In Divinatione.

noſſe menſuram voluptatis eſt: & hortatur ad reliqua fortiùs exequenda, ſcire quantùm ſuperſit. Nihil enim longum videri neceſſe eſt, in quo quid vltimum ſit certum eſt. Nec immeritò multum ex diligentia partiendi tulit laudis Quintus Hortenſius, cujus tamen diviſionem in digitos deductam, nonnunquam Cicero leviter eludit. Nam eſt certus ejus *modus*, & evitanda maximè conciſa nimium & velut articuloſa partitio. Nam & autoritati plurimum detrahunt *Minuta* illa, nec jam membra, ſed fruſta. Et hujus gloriæ cupidi, quo ſubtiliùs & copioſiùs diviſiſſe videantur; & ſupervacua aſſumunt: & quæ natura ſingularia ſunt, ſecant; nec tam plura faciunt, quàm minora. Deinde cùm fecerunt mille particulas, in eandem incidunt *obſcuritatem*, contra quàm partitio inventa eſt.

Optimæ diviſionis leges. 1. Sit perſpicua. 2. Brevis. 3. Iuſta.

Divisio igitur & ſimplex propoſitio, quoties vtiliter adhiberi poteſt, primùm debet eſſe aperta atque lucida. Nam quid ſit turpius, quàm id eſſe obſcurum ipſum; quod in eum ſolùm adhibetur vſum, ne ſint cetera obſcura? Tum brevis, nec vllo ſupervacuo onerata verba. Non enim quid dicamus, ſed de quo dicturi ſimus oſtendimus. Obtinendum etiam ne quid in ea deſit, ne quid ſuperſit. Supereſt autem ſic ferè, cùm aut in ſpecies partimur, quod in genera partiri ſit ſatis, aut genere poſito ſubijcitur ſpecies; Vt, ſi dicam de virtute, juſtitia, continentia, quæ virtutis ſunt ſpecies. Partitio proponit, quid ſit de quo conveniat, quid de quo ambigatur. In eo quod convenit, quid adverſarius fateatur, quid nos. In eo de quo ambigitur, quæ dicturi ſimus, quæ noſtræ propoſitiones, quæ partis adverſæ. Turpiſſimum verò, non eodem ordine exequi, quo quidque propoſueris.

Aberratio & Excurſio.

Pleriſque moris eſt prolato rerum ordine, protinùs vtiquè in aliquem lætum atque plauſibilem locum, quàm maximè poſſint, favorabiliter *Excurrere*. Quod quidem natum ab oſtentatione declamatoria, jam in Forum venit; poſtquàm agere cauſas non ad vtilitatem Litigatorum, ſed ad Patronorum jactationem repertum *eſt*. Vtilis tamen aliquando eſt ejuſmodi Excurſio, Græci *παρέκβασις*; id eſt alienæ rei, ſed ad vtilitatem cauſæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio.

Ibid. c. 3.

2. Narratio.

Dotes narrationis.

Exordio ſimul ac diviſioni ſuccedit Narratio, cujus locum ſæpè obtinet brevis Introductio, ſeu Præludium & Propoſitio paulò fuſior. Eſt autem Narratio apud Fabium, rei factæ aut non factæ vtilis ad perſuadendum expoſitio. Obſervatur in ea quid narrandum, & quomodo: quantùm opus, & quantùm ſat eſt. Vt quotieſcumque occurrit, ſit brevis ſine excurſione, ſine ambagibus, aut repetitione. Sit perſpicua, proprijs verbis ac puris. Sit demum ex circumſtantiarum textura aut vera, aut ſaltem ſimilis veræ: aptè mores exprimens, & fini orationis optimè attemperata. Sit vno verbo, elegans, acuta, erudita; periodica, & materiæ innata. *Cave* igitur ne ſit effuſa, diſſoluta: minima perſequens, imprudens, intempeſtiva, & enormis. Cavendæ excurſiones, quæ aliò animum avertunt, affectus quoque nimij qui diſtrahunt.

Vitia.

Sermo autem præ ceteris debet eſſe quam puriſſimus, & qui varietate tædium effugiat, & mutationibus animum levet; ne in eundem caſum, ſimilem compoſitionem, pares elocutionum tractatus incidamus. Caret enim ceteris lenocinijs expoſitio. Et niſi commendetur hac venuſtate, jaceat *neceſſe eſt*. *Effugienda* verò in hac præcipuè parte, omnis calliditatis ſuſpicio, (neque enim ſe vſquam cuſtodit magis Iudex) nihil videatur fictum, nihil ſollicitum: omnia potiùs à cauſa, quàm ab oratore profecta credantur. Sed hoc pati non poſſumus, & perire artem putamus, niſi appareat; *cum deſinat ars eſſe, ſi apparet*. Pendemus ex laude, atque hanc laboris noſtri ducimus ſummam. Ita quæ circumſtantibus oſtentare volumus, Iudicibus prodimus. Eſt & quædam repetita narratio, ἐπιδιήγησις dicitur, ſanè res declamatoria, magis quàm *forenſis*.

Ars non ars.

Repetita narratio.

Confirmatio, & Refutatio.

Hæc Initij, Partitionis, ſimulque Narrationis præludia, excipiunt ſtatim Confirmatio, et Refutatio; noſtra, quod ſupra oſtendimus, probando, mox adverſa confutando. Vtramque connectimus, quia ambæ fiunt ex æquo per argumentationes, ratiocinationes, & amplificationes.

Artificium.

Artificium eſt probationes tam illas, quas Græci vocant ἀτέχνους artificiales,

quàm ἐλέγχους inartificiales aptare diviſioni: argumenta alia ex alijs quaſi catervatim & catenatim enaſci, amplificationes opportunè interſeri. Et vbi ventum eſt ad finem vnius capitis ſive partis, adhibere brevem illius *epilogum*; cum decenti, gratâ, & nativâ *tranſitione* ſeu commiſſurâ. Vbi ſæpè gratiam & robur obtinet gravis aliqua ſententia, modò id non ſit perenne, aut affine ſuperſtitioni. Vtriuſque leges reſervamus ſequenti infra Titulo de Argumentatione. Omnia verò ſuperiùs hinc inde recenſita, cum judicio & prudentiâ aptè & concinnè temperanda & collocanda ſunt. Quid enim futilius ſtultâ, & inordinatâ loquacitate?

VVLGARIS.

Commiſſuræ & tranſitiones.

Finis demùm Orationis, Concluſio eſt ſeu Cumulus & PERORATIO: Græcè Ἐπίλογος, & Ἀνακεφαλαίωσις. Ejus duplex ratio eſt poſita aut in rebus, aut in affectibus. Rès equidem enumeratione brevi repetere pretium eſt. Sed id præſtare debet Orator collectim, *ſumma ſequens faſtigia rerum*, ne altera quaſi videatur oratio. Tota nihilominus cauſa ſimul debet poni ante oculos, vt turba valeat quæ minùs ſingula moverant. Inſiſtendum pariter alicui potiſſimæ rationi, & amplificationi omnium validiſſimæ. [Nam in omni parte eſt ſemper *aliquid* potentiſſimum, quod cum audivit Iudex, cetera tanquam ſupervacua gravari *ſolet*.]

Peroratio. Duobus conſtat.

1. Rerum repetitione.

Quintil.l.6.c.1.

His ſuper demum accedat motuum ſeu affectuum, juxta diverſos fines, *excitatio vehementior*, vt ſuo dicemus loco. Vbiquè tamen vitanda *oſtentatio*, nimiaque artificij paratura. Ab hac etiam parte comprimis reijciendi joci, ſales: ſubtiliora, delicatiora, extranea, intempeſtiva. Facta autem ſeu *Imagines* oculis ſubijcere, raró attentet Orator: nec vnquàm niſi magnâ ſui, & exitus ſecuritate.

2. Affectuum commotione vehementiori.

Oſtentatio, & artificium vitanda

Repræſentationes cautè adhibendæ.

Hactenus conſtituto Oratore, necnon perſpectâ orationis materiâ, generibus, partibuſque diverſis; illis omnibus elaborandis, & perficiendis incumbit Ars Oratoria.

Nexus & tranſitio.

Sunt qui addunt Judicium, Oeconomiam, apud Quintil.l.3.c.3.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RHETORICA.

TITVLVS VII. *Partes Oratoriæ quinque.*

ARTIS ORATORIÆ PARTES V.
Inventio, Diſpoſitio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio.

Inventio quid ſit. Fontes Inventionis XL.

INVENTIO conquiſitio eſt rerum idonearum, ad perſuaſionem ejus quod dicendum ſuſcepimus. Eas veras, ſaltem veroſimiles haurit Orator è pluribus Locis. In ceteris etenim à me olim

NOTATI XL.
Eruditio, Hiſtoria, Fabula. Adagia.
Symbola, Teſtimonia, Sententiæ, Leges.
Sacra Scriptura, X. Prædicamenta, Diviſio Totius.
Virtutes Cardinales IV. Theologicæ III. Dona Spiritûs-Sancti VII.
Theologia quadrupliciter expoſita.
Tragœdia. Quæſtiones. Reductio ad punctum.
Syllogiſmus. Meditatio. Epiſtola Paulinæ.
Cauſæ IV. Natura ſubſtantialis, & Accidentalis.
Ordo Thomiſticus, Analogicus, Mundanus.
Gradus Perfectionis III. Laudabilis. Moralis.
Paſſionalis. Allegoricus. Circumſtantiæ.
Principia. Animaſtica. Paradoxon.
Dialogus. Enthymema. Conciliatio.
Ars Lulliana, Methodus Secretior.

Eruditio & Idiomata quoviſque adm.ſcenda Orationi.

AC multiplex quidem ERVDITIO, citra affectationem obſcuritatem-ve: & importunam autoritatum farraginem, idiomatumque variegationem; per totum orationis corpus vigere debet, ac diffundi. Vt ſit velut ſanguis, & ſuccus; cum gravi quodam floſculorum deſpectu, præcipuâque vnius aut alterius *Diſciplinæ* culturâ, ſeu profeſſione; reliquarum verò omnium ſufficienti, & tolerabili peritiâ. Ceterum locutio ſit Attica, temperata nimirum inter Aſiaticam & Laconicam. *Quò enim magis virtus* (egregiè inſit Ariſtoteles, & nos latiùs infra) *eò magis medietas.*

Vna potiſſimùm ſcientia.

II. Hiſtoria. Ioſephi caſtitas. *Cap. 37.*

HISTORIA Sacra & Profana, Generalis & Particularis, Externa & Domeſtica; Vetus, Media, & Recens. Sic in Geneſi *Ioſephus* ille Patriarcha notari poteſt. I. Fratrum invidiâ venditus Iſmaëlitis, II. Heræ infamis fœminæ calumniâ in carcerem detruſus. III. ob inſignem ſapientiam ad regale miniſterium evectus. Sic ex Dubravij hiſtoriâ Boëmicâ, primus Dux Bojorum *Primiſlaus.* I. fortunæ fato, aut veriùs dirigente Numinis Providentiâ, ex aratro ad ſceptrum evocatur. II. Vt priſtinæ ſortis memoriam ingereret, juſſit aſſervari peram, caligas & agreſtem manticam: atque ad Regum inaugurationem, in altari juxta coronam & ſceptrum collocari.

III. Fabulæ. Rex arborum. *Iudic. 9.*

FABVLÆ, Apologi & Parabolæ, ſed raro. Exemplum proferunt Critarum Annales, de non ambiendis dignitatibus. *Imperium* namque in arbores detrectat I. Oliva, cujus pinguedo alendis lucernis idonea, Viros ſignificat ſtudiorum laboribus ac vigilijs conſecratos. II. Ficus, repræſentans contemplationis ſuavitati deditos. III. Vitis illos denotans, qui virtutum & activæ

quam vocant, vitæ exercitijs occupantur. Vltimò demum Rhamnus ſeu ſpina, accepto imperio, devorat Cedros Libani. Notatu interim dignum eſt, nullum non Autorem trahi poſſe ad ἀλληγορίας.

VVLGARIS.

ADAGIA, ſed non ad nauſeam. Dixit argutè ſimul & acutè Tertullianus, Aſpis à viperâ venenum mutuatur. Quo præeunte oſtendes *Calvinum*, ſuperioris ævi viperam, ab omnibus Hæreticis venenum hauſiſſe; ſed præcipuè. I. A Manichæis, DEVM eſſe mali Autorem. II. A Capharnaïtis, negationem realis præſentiæ CHRISTI in Euchariſtiâ. III. A Ioviniano, caſtitatis odium & impugnationem.

IV. Adagia. *L. 4. contra Martion. c. 8.* Calvini hæreſis.

SYMBOLA, Emblemata, ſeu Hieroglyphica: verùm ſobriè ac prudenter, ferméque in Encomijs & laudationibus. Vis præconcionari *Veſtali Religioſæ*, Seculi rebus nuntium remittenti? Pinge cum Typotio. I. Virginem nudam; veteri ſcilicet homine, necnon pompis vaniſſimis exutam. II. Palmam inter & laurum, certaminis & victoriæ inſignia, laqueis vel retibus inſiſtentem; quippe terrena omnia, quaſi ſtercus conculcat. III. Celum, quò vnicè aſpirat, quaſi digito oſtentantem; cum hocce lemmate, *Immortale quod opto.*

V. Emblemata. Monialis veſtitura.

TESTIMONIA VETERVM, ex ipſis fontibus petita: haud tamen confuſè inſerta, infertaque. Hîc enim, ſi vſquàm, inhærendum reor mediocritati. Monſtrum fateor orationem ex *Citationum*, diverſorumque idiomatum centonibus perpetuò, aut etiam frequentiùs coagmentatam. Sed ex oppoſito tam ridiculum apud Cordatos, quàm ſæpè jeiunum; pacto quaſi ſacramento ſcrupuloſiùs *abſtinere* penitùs à peregrinis ejuſmodi divitijs, ac delicijs. Iactura foret eloquentiæ, non parva. Non eâ mens, perfectis omni ævo Oratoribus. Et qui jactantiùs æs alienum à ſe reſpuunt, macilentiâ tabeſcunt. Ita vt dum cuncta ex proprijs viſceribus ſibi naſci gloriantur, nectant telas aranearum, vltraque nihil. Alienis igitur ſpolijs concinnè veſtiri poteſt, tam corpus totum Orationis, quàm ipſa præcipuè Inventio.

VI. Teſtimonia. Citationum farrago importuna. Nec ab eis omnimò abſtinendum. *Vide Sanctuar. Eloquent. Chriſtian.*

Sic nimirum præcinente Lactantio, oſtendat quis nullum ſuaviorem *Animæ cibum* eſſe, quàm veritatis cognitionem; quia celeſti illâ dape, feliciſſimè ſaturantur Spiritus. I. Divinus. II. Angelicus. III. Humanus. Vel Mentis edulium eſt veritas. I. Revelata. II. Naturæ ſtudio, & Diſciplinis acquiſita.

SENTENTIÆ, Γνῶμαι & Apophtegmata. *Qui benè latuit, benè vixit.* Quanta ergo felicitas abjectiſſimi Alexij qui. I. Latuit in pauperum grege, ſtipem mendicans: inque paternâ domo ſuis ignotiſſimus, tametſi deſideratiſſimus. II. Vixit in perfectâ CHRISTI imitatione. III. In glorioſo mortis triumpho, æternâque Beatitudinis poſſeſſione.

VII. Sententiæ. S. Alexius.

LEGES vtriuſque Iuris. Si enim præfantur Inſtituta, *Leges nobiliſſimos aperire theſauros*; quis non videat Legem illam regalem ipſius CHRISTI ore promulgatam, *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros*, theſauros aperire opulentiſſimos? I. Quia ſupremi perfectionem Numinis adipiſcitur, qui Solis flores ſpargit ſuper bonos & malos. II. Quia nos CHRISTI ipſius imitatione, in communionem divinæ adoptionis exaltamur.

VIII. Leges. Dilectio Inimicorum.

SACRA SCRIPTVRA, cum ſenſu quadruplici; Literali, Morali, Allegorico, Anagogico. Pinge cum Evangelio, beatum illud *Convivium*, quod indicat. I. Genuino literæ ſenſu, Turbas in deſerto à CHRISTO opiparè exceptas. II. Morali, quantâ ſuavitate Animam DEVS quotidiè paſcat. III. Allegorico, cœnam quam in Euchariſtiâ præparavit exquiſitiſſimam. IV. Anagogico, ſempiternæ in celis gloriæ fruitionem, quâ Regius Vates optabat ſaturari. Eodem iterum ſenſu. I. Tractabis hiſtoriam more Interpretum, juxta ſenſum literalem. II. Docebis juxta allegoricum, quomodo celeſtis Pater ſuæ in Terris Familiæ: Eccleſiæ, aio, neceſſitatibus provideat. III. Contemplare, ἀναγωγικῶς in monte æternitatis beatiſſimum gloriæ convivium; ex gratiæ multiplicatione, ac meritorum. IV. Τὸ ἦθος, hortabitur Auditorem vt CHRISTVM ſequatur, Numinis fidat Providentiæ, eleemoſynas largiatur.

IX. Sacra Scriptura. Multiplicatio panum in deſerto. *Pſ. 16.*

PRÆDICAMENTA decem, aut ex illis electa. I. An ſit *Anima*-Rationalis? II. Quid ſit? III. Qualis ſit; &c.

X. Prædicamenta. Anima Rationalis.

DIVISIO TOTIVS vniverſalis, eſſentialis, integralis. *Homo* enim invenitur I. Maſculus & fœmina? II. Conſtans animâ, & corpore III. Intellectu, vo-

XI. Diviſio totius.

luntate, memoriâ: capite, corde, jecore & ceteris.

RHETORICA Homo. XII. Virtutes, *Matth.* 5. Cananeæ oratio.

VIRTVTES CARDINALES quattuor; diviſæ, aut coniunctæ. Viden' *Mulieris Cananeæ* orationem. I. Rectam, à juſtitiâ. II. Diſcretam, à prudentiâ. III. Ferventem, in modo clamoris. IV. A fortitudine, perſeverantem.

XIII. Theologicæ Incarnatio.

TRES THEOLOGICÆ. Sic in *Incarnationis* Myſterio ſeu Sacramento, I. Credenda divinæ Perſonæ, cum humanâ Naturâ vnio ſubſtantialis. II. Speranda Adamitici Generis certiſſima reparatio. III. Amandus ille Emmanuel, nobiſcum DEVS; qui per omnia voluit fratribus aſſimilari.

XIV. Dona Spiritûs Sancti. Charitas.

SEPTEM DONA SPIRITVS-SANCTI. *Charitatem.* v. g. laudabo eodem ordine, quo Dona infunduntur. I. Intellectum informat rationibus petitis à celeſti Sapientiâ, mox ab humanâ, demum à naturæ principijs, &c. II. Voluntatem, quæ divertenda à malo eſt metu pœnæ: inflammanda ad bonum, pietatis incentivis, &c.

XV. Theologia quadruplex. Dives & Lazarus, *Luc.* 16.

THEOLOGIA QVADRVPLEX; Poſitiva, Moralis, Scholaſtica, Polemica. Super relatione Evangelicâ de *Diuite-Epulone*, & Paupere-Lazaro, diſquiretur. I. Hiſtoria-ne ſit, an parabola? II. Divitum frequens reprobatio, Pauperum felicitas. III. An ille Abrahæ ſinus, ſit Verbi æterni viſio Beata? IV. Poſſint-ne Cælites preces audire eorum, qui in Inferis torquentur?

XVI. Tragœdiæ. Converſio Magdalenæ.

TRAGOEDIÆ, AVT COMOEDIÆ per partes repræſentatio. Exemplo perilluſtri. I. Inducitur CHRISTVS de vanitate mundi verba faciens, quibus accenſa peccatrix Magdalena. II. Se ad pedes illius, mediâ in menſâ provolvit. III. Miſericordia, devictâ juſtitiâ, liberatoriam ſententiam pronuncians; *Remittuntur tibi peccata tua.*

XVII. Quæſtiones Reſurrectio.

QVÆSTIONES, Tres præcipuæ, I. An ſit *Reſurrectio*? Quid ſit? III. Qualis ſit?

XVIII. Reductio. Iejunium Quadrageſ.

REDVCTIO ad punctum vnum, duo, aut tria. Die Cinerum commendari poteſt *Iejunium.* I. A proprio & innato valore II. Abs debitis circumſtantijs; ſi fiat cum lætitiâ, ſine hypocriſi, &c.

XIX. Syllogiſmus, Chriſti Nativitas.

SYLLOGISMVS. In Nativitate CHRISTI accinamus Angelis, *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax Hominibus bonæ voluntatis.* Probemuſque. I. Gloria DEO, paxque Hominibus exiſtit ex eo opere, quo ſumma DEI bonitas gratiæ ſuæ theſauros Hominibus elargitur, II. Atqui in CHRSTI Nativitate, vtrumque reperitur. III. Ergo in CHRISTI Nativitate, *Gloria in altiſſimus Deo*, &c.

XX. Meditatio.

MEDITATIONIS, puncta. I. Præludium, ſit loco Exordij. II. Duo, aut tria puncta materiam ſeriatim diſponent. III. Colloquium, morales quaſdam concluſiones epilogo deputabit.

XXI. Paulinæ Epiſtolæ.

D. PAVLI inſtar, præmittitur. I. Quæ Doctrinam explicant. II. Quæ Mores inſtruunt. Exempla per ſe nota non eſt cur producam.

XXII. Cauſæ quattuor. Iudicium vltimum.

QVATTVOR CAVSÆ. In *Iudicio* v. g. I. Cauſa efficiens, CHRISTVS eſt Iudex, cum Aſſeſſoribus Apoſtolis. II. Materialis, Hominum opera examinanda. III. Formalis, decretoria definitiva ſententia. IV. Finalis, ordo Vniverſi juxta leges juſtitiæ; quæ peccata non relinquit ſine ſupplicio, virtutes ſine præmio.

XXIII. Rei ſubſtantia & accidentia. Reſurrectio.

EXPLICATVR. I. Rei eſſentia; v. g. *Reſurrectionis* ſubſtantia, eſt iterata conjunctio animæ & corporis. II. Accidentia, nimirum qualitates corporis glorioſi, & ſimilia.

XXIV. Summa D. Thomæ. Monarchia.

ORDO SVMMÆ, & Articulorum D. Thomæ; conſtans I. Propoſitione, an *Monarchia* ſit omnium optima? II. Obiectionibus, videtur namque ſæpiùs in Tyrannidem degenerare: & à DEO conceſſa non fuit, niſi ad inconſtantis Vulgi libidinem. III. Reſolutione, affirmando optimam; quia Divinitatis imago eſt, Mundique ordinem imitatur. IV. Reſponſione; quòd longè plura oriantur incommoda ex Oligarchiâ, & Democratiâ: velletque tunc DEVS ipſe, vt Philo adnotavit, Plebis ſuæ Imperator eſſe ac Monarcha.

XXV. Vtriuſque Teſtamenti Analogia. Chriſti mors, & Reſurrectio.

ANALOGIA VTRIVSQVE TESTAMENTI, vel Hiſtorica. Vt ſi CHRISTI mors & interitus, in Abrahami ſacrificio, per potiores circumſtantias delineetur. Vel Sententioſa, vt ſi in Reſurrectione oſtendatur, CHRISTVM I. Leonem eſſe de Tribu Iuda. II. Debellaſſe Peccatum, Mortem, Dæmones.

ORDO MVNDI Naturalis, Moralis, Politici, Divini. Ita *Amor*, perfectionis vinculum eſt; quia nectit, conjungitque I. Totius partes Vniverſi. II. Hominis mentem cum DEO. III. Civitatis, aut Reipublicæ membra inter ſe. IV. Tres adorandas Perſonas, in æternitate. GRADVS VITÆ Purgativæ, Illuminativæ, Perfectivæ, ſeu Vnitivæ. Sic Sacratiſſima EVCHARISTIA. I. Mundat à peccati ſordibus. II. Mentem perluminat, veritatum celeſtium irradiatione. III. Connubium efficit Verbi cum Animâ. Sic S. *Paulus* I. Purgatur in viâ Damaſcenâ, II. Illuminatur, in domo Iudæ. III. Adhæret DEO, cùm rapitur ad tertium cœlum.

VVLGARIS.
XXVI Mundus quadruplex.
Amor Divinus.
XXVII. Gradus vitæ
Euchariſtia.

LAVDABIS à triplici Bono v. g. Pietatem. I. Ab vtili. II. Ab honeſto III. A neceſſario; vituperabis, à contrarijs. MORALIS, I. Finem oſtendes terrenæ hujus vitæ, DEI in cœlis fruitionem. Tùm II. illius acquirendæ media vtilia, eſſe conſilia Evangelij: neceſſaria Legis vtriuſque præcepta. PASSIONES vndecim. Vt ſi ſuadetur *Eleemoſyna*, quia I. Pauperes amandi, ceu naturali vinculo fratres; *Carnem tuam ne deſpexeris*. II. Pauperes quærendi ac deſiderandi, vt per illorum manus fœneremus CHRISTO. III. Quale gaudium, temporalia æternis demutare? &c.

XXVIII. Laudis caput triplex.
XXIX. Finis & media.
Felicitas æterna.
XXX Paſſiones.
Eleemoſyna.
Eccli. 12.

ALLEGORIA perpetua, quod Origeni, Hiſpalenſi Iſidoro, Bernardo, vtrique Richardo, & alijs benè multis ſolemne eſt. CHRISTVS Liber ille eſt Ezechielis, ſcriptus intùs ac foris; in cujus paginis legitur I. Longitudo diuinæ Bonitatis. II. Latitudo Omnipotentiæ. III. Providentiæ ſublimitas. IV. Profunditas Iuſtitiæ. Vel in Paſſione, I. Carmen. II. Lamentationes III. Væ. Iterum *Pœnitentia* medicina eſt contra virus lethiferum, confecta triplici Pharmaco. I. Contritionis. II. Confeſſionis. III. Satisfactionis.

XXXI. Allegoria.
Chriſtus.
Cap. 2.
Paſſio Chriſti.
Pœnitentia.

CIRCVMSTANTIÆ ſi non omnes, ſaltem præcipuæ rei cujuſvis. Obſerva in multiplicatione panum I. Perſonas. CHRISTVM, Apoſtolos, Turbas. II. Actiones; CHRISTVM providentem, Apoſtolos diſpenſantes, Turbas comedentes. III. Res; panes, fragmenta quæ ſuperfuerunt, cum circumſtantijs temporis, loci, &c. PRINCIPIA tria; in fide Centurionis reperitur. I. Privatio oppoſitæ incredulitatis. II. Objectum & materia fidei, videlicet ſanitas pueri. III. Forma fidei, hanc enim credit ſolo DEI verbo effici poſſe. ANIMÆ gradus vegetativus, ſenſitivus, rationalis. Auguſtinum videas, dum recedit à viâ iniquitatis. I. Creſcere paulatim in celeſtium cogitatione, & amore. II. Sentire criminum compunctionem, & aculeos. III. Firmiſſimâ ratiocinatione ad fidem, ad Baptiſmum, ad bonos deinceps mores converti.

XXXII. Circumſtantiæ.
Ioan 6.
Multiplicatio panum.
Matth. 8.
XXXIII. Principium trinum.
XXXIV. Anima triplex
S Auguſtini converſio.

PARADOXON, cujuſmodi aureæ illæ Chryſoſtomi ſententiæ; *Nemo læditur, niſi à ſeipſo. Monachus nudus, eſt totius Mundi Dominus*, &c. Quo vltimo titulo inſignitur, integrum Opus illius elegantiſſimum. DIALOGVS; qualis fuit in Annunciatione I. DEI mittentis. II. Angeli loquentis. III. Virginis reſpondentis. Item CHRISTI, & Mulieris Samaritanæ. ETYMON nominis. CHRISTVS, ex nominis interpretatione dicitur Vnctus gratiâ I. Divinitatis increatâ. II. Creatâ, ſi dari poteſt infinitâ. Salvator quippe ſalvavit & redemit nos à peccatis, originali, actuali: mortali, veniali, &c. Similiter *Maria* nuncupatur, quaſi omnium gratiarum Mare & Oceanus. CONCILIATIO contrariorum in ſpeciem; *Pater major me eſt*, *Ego & Pater vnum ſumus*. DEVS qui *neminem tentat*, rogatur quotidiè, *ne nos in tentationem inducat*. Qui mali autor eſſe nequit, omnia civitatis mala feciſſe memoratur, &c. Plena ſunt ejuſmodi è Sacris Litteris, Problemata Georgij Veneti.

XXXV. Paradoxon.
XXXVI. Dialogus.
Annunciatio B. V. M.
Luc. 1.
Ioan. 4.
XXXVII. Etymologia.
Chriſtus.
Maria.
XXXVIII. Conciliatio.
Ioan. 14.
Ibid. 10.
Iacob. 1.
Matth. 6.
Amos, 3.

TRIGINTA SEX Termini Lullij, vel inter eos ſelecti; vti latiùs explicabitur, in conſequenti Templo Eloquentiæ. NOSTRA demum METHODVS Concionatoria, ab vnitate per Scientias motu perpetuo preſſa, diffuſaque. Atenim fons præcipuus Inventionis, legitimè putantur *Argumenta*; de quibus agendum deinceps.

XXXIX. Lulliana.
XL. Concionatoria.

RETHORICA.

TITVLVS VIII. *Inventio Argumentorum.*

ARGVMENTORVM VARIÆ Species.

Quintil. l. 5. c. 8 & ſeq. Signa duplicis generis.

AC illæ quidem inſerviunt in omni materia, ſive probandum aliquid incumbat, ſive refutandum. Vtrique, inquam, deſeruiunt [*Signa* tam neceſſaria, quæ Græci vocant τεκμήρια: quàm non neceſſaria, quæ σημεῖα ſeu εἰκότα appellant. Priora, quia aliter habere ſe non poſſunt, vix pertinere ad præcepta artis videntur. Nam reperto in via cadavere, hominem eſſe mortuum controverſia non eſt. Poſteriora indicia ſunt & quaſi veſtigia, quæ alijs adjuncta plurimi ſunt roboris.] Vt amatoria illa apud Salomonem, ſigna ſunt mulieris parum honeſtæ. Signum itaque in hac modò diſciplina, idem eſt quod argumentum. Complectiturque omnia, quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant; cum aliquo quidem diſcrimine, ſed quod minutiùs expiſcari otioſum reor. Ante omnia Quintiliani cenſuram metentur, delicati illi *Declamatores* & calamiſtrati; qui argumenta in oratione velut ſcopulos devitant, amœnioribus locis velut Loti guſtu aut Sirenum cantu deliniti. Delectare illi quærunt, non proficere: non vincere, non triumphare.

Occurrit illi mulier ornatu meretricio, &c. Proverb. 7. Tria genera ſigni, ſeu Argumenti. Contra declamatores delicatos

Quid ſit hoc loco Argumentum. Triplex illius differentia. Genus duplex. Inſita Quid Sedes, ſeu Loci? Argumentatio quid ſit?

Iam igitur *Argumentum* hic à me ſumitur, non pro orationis materia & themate. Sed quatenus propoſitio eſt ſeu probatio rei dubiæ & incertæ, ex indubia & certa, demonſtrandæ idonea. Idque vel firmiſſimè, vel probabili conjecturâ, vel quia non repugnat. Argumentorum *alia* ſunt remota, alia inſita & intrinſeca. Inſita hæc è Locis eruuntur. Loci ſeu *Sedes* in Topicis, majores quædam propoſitiones ſunt, probationum velut promptuaria. *Argumentatio* eſt fuſior argumenti explicatio, & quaſi dilatatio. Eâ preſſiùs vtitur Logica, vt mox palam fiet. At in præſenti inſtituto eum Rhetoricis delibaſſe, præſertim per exempla, ſatis erit.

I. Syllogiſmus *L. 7. c. 5.*

SYLLOGISMVS, quomodò explicatus à Lactantio pereleganter hocce modo. *Mundum* propter ſe DEVS non fecit, quia commodis eius non indiget: ſed propter Hominem, qui eo vtitur; ita ipſum Hominem, propter ſe. Quæ vtilitas DEO in Homine, inquit Epicurus, vt eum propter ſe faceret? Scilicet vt eſſet, qui opera ejus intelligeret: qui providentiam diſponendi, rationem faciendi, virtutem conſummandi & ſenſu admirari, & voce proloqui poſſet. Quorum omnium ſumma hæc eſt, vt DEVM colat. Is enim colit, qui hæc intelligit. Is Artificem omnium rerum, is verum Patrem ſuum debitâ veneratione proſequitur; qui virtutem Majeſtatis eius, ſuorum operum inventione, inceptione, perfectione metitur. Quod planius argumentum proferri poteſt, & Mundum propter Hominem, & Hominem ſui causâ DEVM feciſſe; quàm quòd ex omnibus animalibus ſolus ita formatus eſt, vt oculi eius ad celum directi: facies ad DEVM ſpectans, vultus cum ſuo Parente communis ſit? Vt videatur Hominem DEVS quaſi porrectâ manu allevatum ex humo, ad contemplationem *ſui excitaſſe.*

De hominis fabrica.

II. Enthymema. *L. 6. c. 12.*

ENTHYMEMA breviùs rem contorquet, & ſæpiſſimè ex contrarijs; vt idem Chriſtianus Cicero; vbi confutatis egregiè erroribus, Religionem ita aſtruit. *Sicut* vita perpetua in virtute eſt, ita mors in voluptate. Qui enim temporalia maluerit, carebit æternis: qui terrena prætulerit, celeſtia non habebit.

III. Dilemma. *3. Reg. 18.*

DILEMMA, vtrinquè quaſi geminis cornibus hine inde ſic validè conſtringens; vt vtralibet propoſitione admiſsâ, concluſio nequeat declinari. Si Chriſtianus es, cur impiè vivis? Si Impius, cur Chriſtianum profiteris? Ita Elias ad plebem Iſraëliticam, ſi Dominus eſt DEVS, ſequimini eum: vel ſi

Baal

Baal eſt DEVS, ſequimini eum. Ita & CHRISTVS in Evangelio, vel Patrem habetis Abraham, vel non. Si primum, opera ejus facite. Si ſecundum, quare de tanto Patre gloriamini?

VVLGARIS. *Ioan.* 8.

EXEMPLA, per ſe nota ſunt, debentque præſertim in ſacris Pulpitis non proferri niſi vera, gravia, illuſtria. Ita ſæpè provocari videas ad exempla Cethim & Cedar, Reginæ Sabæ, Ninivitarum: Milvi, Formicæ, Bovis & Aſini, Paſſerum & Lilij. Sunt tamen qui Exempla genuina, à ſolis ratione præditis velint accerſiri.

IV. Exempla.

Ea ſi conglobantur, ſicut etiam ſimilitudines & parabolæ, vt vnum aliquid concludant, fit INDVCTIO. Sol occidit, flores marceſcunt, fructus putreſcunt; quid ergo mirum, ſi morimur? Ejus diminuta Species eſt *Sorites*. Quod genus ratiocinationis multis coacervatis argumentationibus, extrema initijs conjungendo, vnum aliquod concludit. Verbi gratia: Qui DEVM non amat, infeliciſſimus eſt: qui Proximum odit, DEVM minimè amat. Qui aliena deprædatur, Proximum odit: qui divitiarum nimis appetens eſt, bona proxima invadit. Ejuſmodi cùm ſit Avarus, procul dubio habendus eſt infeliciſſimus. Hæc figura fallacijs idonea eſt, vt conſtat altero ſequenti exemplo. Qui re nullâ commovetur, ſtupidiſſimus revera eſt. Quem nec dolor tangit, nec triſtitia afficit, re nullâ moveri palam eſt. Atenim Philoſophiæ qui dat operam nec lætitiâ exæſtuat, nec dolore contabeſcit. Potrò Ingenioſiſſimum eſſe oportet qui Philoſophiæ incumbit; itaque qui ingenioſiſſimus, idem eſt & ſtupidiſſimus. Logici vocant, à primo ad vltimum. In queis omnibus reperitur medium, antecedens, conſequens: innatum, extraneum. A quibus veluti locis, ſeu ſedibus alia deſumuntur Argumenta INTRINSECA, ſeu

V. Inductio. VI. Sorites.

INNATA XVI.

- *Definitio. Etymologia. Diviſio.*
- *Conjugata. Genus. Forma. Differentia.*
- *Cauſa. Effectus. Adjuncta.*
- *Antecedentia. Conſequentia.*
- *Contraria. Repugnantia.*
- *Comparatio. Similitudo.*

DEFINITIO, quæ veteribus Græcis διορισμὸς, ſeu ὅρος, quaſi terminalis lapis: Platoni, Sol appellata; naturam, & ſubſtantiam rei explicat. Idque exequitur vel per *partes*, vt annus eſt ſpatium duodecim menſium. Vel per *cauſas*, vt ira eſt ebullitio ſauguinis circa cor. Vel per *effecta*, vt ira eſt brevis furor. Vel per *accidentia*, ſeu proprietates; vt Homo eſt animal intellectivum, riſibile. Vel per *ſimilitudinem*, vt mens hominis irati eſt forum pleuum tumultu, mare tempeſtate horridum. Vel per *negationem*, vt DEVS non eſt corpus, nec leo. Tum relinquitur Auditoribus colligendum, quid ſit: vel tandem ſubijcitur, & explicatur.

Locus I. à Definitione. *Vide Quintil. l.* 5. *c.* 10.

ETYMOLOGIA, ſeu notatio & interpretatio nominis. Sic moneta à monendo, monumentum quaſi monens mentem. Et præclarè Hieronymus arguens Heliodorum, interpretare, inquit, nomen Monachi, hoc eſt nomen tuum; quid facis in turba, qui ſolus es? Inſulſas tamen, & longiùs petitas, quales apud Hebræos, & Originum Sartores vitare oportet.

II. Etymologia, ſeu nominis interpretatio. *L.* 1. *Epiſt.* 7.

DIVISIO, ſeu Enumeratio Partium, Ariadnæ filo à nonnullis comparata; cùm aliquod genus, vel totum in ſuas partes ſubjectivas, poteſtativas, eſſentiales, integrales, accidentales diſtribuitur. Vt Homo, in animam & corpus: Anima, in intellectum, memoriam, voluntatem. Reſpublica in Democratiam, Ariſtocratiam, & Monarchiam, &c. Nulla porro debet pars omitti, vt argumentum logicè concludat. Oratori tamen ſingulas enumerare, eſſet infinitum. Ordo igitur & delectus in illis recenſendis, ſervari debet pro judicij dictamine.

III. Enumeratio partium.

CONIVGATA, quæ derivata ab eodem verbo, aut genere, ſortiuntur reciprocationem. Vt pietas laudanda eſt & ſanctitudo, igitur & quicumque piè agit ac ſanctè. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de celo celeſtis, &c.

IV. Derivata. 1. *Cor.* 15.

RHETORICA v. Genus. GENVS finiunt Rhetores, minùs ſtrictè quàm Dialectici, Vniverſale, quod ſuæ ambitu naturæ atque ſignificatus vnum, vel plura minùs communia complectitur. Vt animal hominem, leonem, equum, &c. Flos roſam, lilium, violam, &c. Adeò vt quidquid affirmatur, vel negatur de illo genere communiori: affirmetur quoque, vel negetur de ſubjecto minùs communi. Vt nullus flos videt, aut intelligit; ergo nec ſoliſequium, nec roſa videt aut intelligit. Cavè tamen concludas affirmativè deſcendendo, ſed tantùm negativè. Verum ſiquidem, non eſt flos, igitur nec roſa, nec lilium, nec narciſſus. Si tamen aſcendis, audacter affirma, & nega. Non eſt roſa, ergo nec flos: eſt roſa, igitur flos eſt. Adverte tamen hunc locum parcè, & prudenter vſurpandum, & vbi ſolùm opus eſt. Sæpè enim longo ambitu prodit Oratoris doctrinæ laudis cupidi jactantiam, pueritiam, inauitatem. Suo igitur quæque loco, decenter ſunt collocanda. Eſtque veſania intolerabilis, cùm rei alicujus mentio inciderit; nil ſibi, vel alijs relinquere dicendum, aut cogitandum.

Pauca & bona. 1. Ioan. 3. *Pauca* verò & bona ad rem dixiſſe, eximia laus eſt. Ita Ioannes in Canonicâ, *omnis qui peccatum facit, iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas.* Genus etiam accipiunt Rhetores, pro Gente, proſapia, patria, ſexu, ætate, educatione: habitu, fortuna, conditione, victu, ſtudijs, affectibus.

VI. Species. SPECIES, ſub Genere plura numero Individua complectitur. Probus revera eſt qui caſtimoniâ, fortitudine, prudentiâ, juſtitiâ, temperantiâ, ceteriſque virtutibus inſignitur. Improbus contrà quem avaritia fœdat, libido commaculat: dementat ebrietas, nulla non vitia corrupêre. *Neque adulteri, neque molles*, &c. *regnum* DEI *poſſidebunt*. Quibus ſubnectuntur Differentia, Proprium, Accidens. Species oritur à FORMA, quæ definitur illud per quod vnaquæque res conſtituta in ſe ab omni aliâ differt & ſecernitur. Ea eſt in Homine, Anima rationalis. Vnde concluſio elicitur affirmans, vel negans. Habet Paulus animam rationalem, ergo homo eſt. Cadaver anima caret rationali, hominem igitur malè appellas.

1. Cor. 6.

VII. Forma.

VIII. Cauſa multiplex. CAVSA eſt vel *Effectiva*, quæ aliquid producit, ſive ſuperior illa ſit, ſive inferior: primaria, aut ſecundaria adjuvans: per ſe, vel per accidens: naturalis, moralis, aut artificialis: procreans, conſervans, aut annihilans, &c. Vt DEVS eſt qui Mundum de nihilo condidit, humani corporis molem formavit de luto, &c. Vel *Formalis*, ſubſtantialis; per quam, vt dicebam mox, res vnaquæque eſt id quod eſt, & ab vnoquoque diſcriminatur. Quo modo, Homo eſt per animam rationalem. Datur & forma *Accidentalis*. Sic D. Ambroſius hirundinis deſcribit nidulum à formâ ſeu figurâ, nam confundunt vtramque Oratores. Vel *Finalis*, quæ deſtinatione prima eſt, conſecutione vltima. Vt Homo extat à DEO, propter aſſecutionem vitæ æternæ. Vel *Materialis*, quæ ſubjectum eſt. Diſtinguitur prima & propria, formam recipiens: remota, vt ligna in Sylva: permanens in re affectâ, vt aurum in ſtatuâ: pertranſiens, vt farina & aqua in pane: naturalis, vt in corpore humano: artificialis, vt in imagine. In ſummâ; omne ex quo aliud fit, vocatur Materia. Sic nubes, materia eſt pluviæ & grandinis.

IX. Effecta. EFFECTA ſunt ea quæ oriuntur à cauſis, per quas cognoſcuntur & numerantur. Lux amanda eſt, igitur & Sol. [Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis, Mercenarius autem fugit; quippe juxta Tertullianum, in pace leo, in prælio cervus.] Cave tamen cauſam ſumas apparentem, pro verâ: adjunctam ex accidenti, pro illâ quæ per ſe propriè concurrit. Nec enim malus ideò enſis, quia interficit innocentes: aut vinum ebrium, quoniam ganeones, & popinarios inebriat.

Ioan. 8. De Cor. n. c. 1.

X. Circumſtantiæ ſeptem. ADIVNCTA, rem quam tractat Orator, quaſi circumſtant altero ex ijs modis, quos verſus denotat.

Quis? Quid? Vbi? Quibus auxilijs? Cur? Quomodo? Quando?

XI. Antecedentia. XII. Conſequentia. XIII. Contraria. Cum illis affinitatem habent ANTECEDENTIA; vt Sol exoritur, ergo dies eſt. CONTRARIA; quorum quatuor ſunt ſpecies. 1. *Adverſa*, id eſt quæ inter ſe maximè diſtant; vt bellum, & pax: bellum pernicioſum eſt, igitur pax fructuoſa. II. *Privantia* ſunt habitus, & eorum privatio; vt lux oculos dele-

ctat, ergo tenebræ ingratæ ſunt. III. *Comparata*, ſeu Relata; vt Pater & Filius, datum & acceptum, actio & paſſio. Diſcere honeſtum eſt, ergò & docere. IV. *Negantia*; vt eſt, & non eſt. Eſt probus, igitur improbus non eſt. REPVGNANTIA; à ſuperioribus differunt, quatenùs neque certâ lege, neque numero inter ſe diſſident. Vt eſt illius frater, ergo injurijs eum non affecit, non ictibus oppreſſit, non interfecit veneno. [Si quis dixerit, quia diligo DEVM, & fratrem ſuum odit, mendax eſt.]

VVLGARIS. XIV. Repugnantia. 1. Ioan. 4.

COMPARATIO MAIORVM, ſeu à majori ad minus. Si David Gigantem trucidavit, ſanè facili victoriâ Pigmæum ſeu pumilionem ſuperaſſet. *Minorum*, ſeu à minori ad maius; CHRISTVS pro te ſanguinem copioſiſſimè effudit, tu illi ſuis in membris frigidæ potum avariſſimè recuſas. *Parium*, momentaneum & leve tribulationis, æternæ gloriæ pondus Martyribus acquiſivit: nobis earumdem rerum tolerantia, pares quoque coronas præparabit.

XV. Comparatio. 1. Reg 17. 2. Cor. 4.

SIMILITVDO, ET DISSIMILITVDO; cùm duæ res in vnâ, vel pluribus affectionibus habent inter ſe commercium. Vtrumque nectit Salomon in Proverbijs. [*Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit ad perfectam diem.*] En ſimilitudo, ſequitur diſſimilitudo: [*Via Impiorum tenebroſa.*] Ita vt comparatio magis attendat quantitatem, ſimilitudo qualitatem. Vt quod oculus in corpore, hoc fides in mente. Atquin vitium foret res ex ſe *Diverſiſſimas*, nedum contrarias comparare, niſi fortè per diſſimilitudinem. Vt ſi Aulici genio indulgent ſuo, Religioſi Hominis munus eſt vacare æternitati. Sed omninò ridiculum à ſimilitudine, v. g. ignis ordiri: & in aquæ, vel alterius rei disjunctiſſimæ finem cadere. Hæc continet ſub ſe tanquam *Partes* Parabolam, Exemplum, Inductionem. *Parabola* longiùs petita eſt, & res diverſiſſimas comparat. Vt ſimile eſt Regnum Cælorum, homini negotiatori, grano ſinapis, fermento, &c. Complectitur comparationes naturæ, habitudinis, affectionis, actionis: recurritque ferè cum Hieroglyphico, Symbolo & Apologo cum ſuâ Apodoſi. *Exemplum*, ſuo vſu notiſſimum eſt. *Inductio* colligens plures Similitudines, Parabolas, & Exempla; vnicum intentum concludit, vt ſupra retuli.

XVI. Similitudo. Diſſimilia nequaquam comparanda. Parabolæ. Matth 13. Apologi, &c.

Rectum loci hujus *Vſum* corumpit importuna ſimilitudinum frequentia; quæ & Orationi denſiſſimas tenebras affundit, & Oratoris prodit puerilitatem. Deinde inſpicienda *Auditorum* capacitas, vt rudibus ſimplices & craſſiores ex rebus notiſſimis proferantur. Quod continuò præſtat in Evangelicis Concionibus, novus è cælo Orator CHRISTVS IESVS. Contra Eruditis ſubliminores, & ex altioribus doctrinæ penetralibus. In quo cavendum ne dum id contendit Orator, incidat in tortas, violentas & frigidas, quæ riſum pariant. Cujus etiam oppoſitum vitium eſt, res per ſe magnas minutulis ſimilitudinibus imminuere. Qualis ille, qui tonitru cum tubarum clangore comparavit. Præ ceteris vitari debent comparationes *Ridiculæ*, & ſordidæ; præſertim cùm de re gravi, de Perſonâ itidem gravi, aut coram prudentibus Viris agendum eſt. Quàm enim, te precor, alienum à prudentiâ, & pietate; Verbum æternum cum Minervâ, Beatam Virginem cum Latonâ, Principem Virum cum cane æquiparare:

Vſus moderatus. Auditorum naturæ. Sine parabol. non loqueb. Matth. 24. Inſulſæ & ridiculæ comparationes.

[*Has* ferè ſedes accepimus probationum in vniverſum, quas nec generatim tradere ſat eſt, cùm ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur, nec per ſingulas ſpecies exequi patitur natura rerum. Quod qui ſunt facere conati, duo pariter ſubierunt incommoda; vt & nimium dicerent, nec tamen totum. Vnde plurimi cùm in hos inexplicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam quem ex ingenio ſuo potuerant habere conatum, velut aſtricti certis legum vinculis, perdiderunt: & magiſtrum reſpicientes, naturam ducem ſequi deſierunt. Nam vt per ſe non ſufficit ſcire omnes probationes aut à perſonis, aut rebus peti, quia vtrumque in plura dividitur: ita ex antecedentibus, & junctis, & inſequentibus trahenda eſſe argumenta, qui acceperit; protinus in hoc ſit inſtructus, vt quid in quaque cauſa dicendum ſit, ex his ſciat. Præſertim cùm plurimæ probationes in ipſo cauſarum complexu reperiantur, ita vt ſint cum alia lite nulla communes. Eæque ſint potentiſſimæ, & minime obviæ, quia communibus ex præceptis propria invenienda ſunt.]

Monitum Quintiliani circa argumenta, L. 5. c. 10.

RHETORICA
Iliorum delectus, & collocatio.

Nec minor curâ adhibenda eſt in Argumentorum delectu & *Collocatione*, quàm in illis inveniendis. Naſci enim ſpontè videri debent non trahi violenter, eligi non infarciri: & aptiſſimè tum perſonis, tum rebus convenire. Sed & ordine, velut in acie, pugnandum eſt. Certiora præire debent, minutiora congreganda, debiliora roboranda; poſtremò noſtri in hac arte Mercurij conſilium placet adhibere. [*Namque* ego vt in oratione Syllogiſmo quidem aliquando vti, nefas non duco: ita conſtare totam, aut certè confertam eſſe aggreſſionum & Enthymematum ſtipatione, minimè velim. Dialogis enim & dialecticis diſputationibus erit ſimilior, quàm noſtri operis actionibus, quæ quidem inter ſe plurimùm differunt. Namque illi Homines docti, & inter doctos verum quærentes; minutiùs & ſcrupuloſiùs ſcrutantur omnia, & ad liquidum confeſſumque perducunt; vt qui ſibi & inveniendi, & judicandi vendicent partes; quarum alteram τοπικὴν, alteram κριτικὴν vocant. Nobis ad aliorum judicia componenda eſt Oratio, & ſæpiùs apud omninò imperitos, atque aliarum certè ignaros litterarum loquendum eſt: quos niſi & delectatione allicimus, & viribus trahimus, & nonnunquam turbamus affectibus; ipſa quæ juſta ac vera ſunt, tenere non poſſumus. Locuples, & ſpecioſa vult eſſe *Eloquentia*; quorum nihil conſequetur, ſi concluſionibus certis & crebris, & in vnam propè formam cadentibus conciſa: & contemptum ex humilitate, & odium ex quadam ſervitute, & ex copia ſatietatem, & ex amplitudine faſtidium tulerit. Feratur igitur non ſemitis, ſed campis. Non vti fontes anguſtis fiſtulis colliguntur, ſed vt latiſſimi amnes totis vallibus fluat. Ac ſibi viam ſi quando non acceperit, faciat. Nam quid illâ miſerius lege, velut præformatas infantibus litteras perſequentium, vt Græci dicere ſolent, quem mater amictum dedit, ſollicitè cuſtodientium? Propoſitio ac concluſio, ex conſequentibus & repugnantibus non inſpiret, non augeat, non mille figuris variet, ac verſet; vt ea naſci, & ipſa provenire naturâ, non manufacta & arte ſuſcepta, magiſtrum fateri vbiquè videantur? Quis vnquam ſic dixit Orator? Nonne apud ipſum Demoſthenem pauciſſima hujuſmodi reperiuntur? Quæ apprehenſa Græci magis (nam hoc ſolùm nobis pejus faciunt) in catenas ligant, & inexplicabili ſerie connectunt: & indubitata colligunt, & probant confeſſa, & ſe Antiquis per hoc ſimiles vocant. Deinde interrogati, nunquam reſpondebunt quem imitentur.

Ibid. c. 14.

Non nimis conquirendi Syllogiſmi dialectici.

Locuples, & ſpecioſa Eloquentia.

Sed de Figuris alio loco. Nunc illud adijciendum, ne his quidem conſentire me, qui argumenta ſermone puro, & dilucido, & diſtincto; ceterùm minimè *lato*, ornatoque putant eſſe dicenda. Namque ea diſtincta quidem, ac perſpicua debere eſſe confiteor; in rebus verò minoribus etiam ſermone ac verbis quàm maximè proprijs, & ex vſu. At ſi major erit materia, nullum ornatum iis (qui modò non obſcuret) ſubtrahendum puto. Nam & ſæpè plurimum lucis affert ipſa tranſlatio, cùm etiam ipſi *Juriſconſulti*, quorum ſummus circa verborum proprietatem labor eſt, littus eſſe audeant dicere, quà fluctus alludit. Quoque quid naturâ magis aſperum, hoc pluribus condiendum eſt voluptatibus, & nimis ſuſpecta argumentatio diſſimulatione: & multùm ad fidem adjuvat audientis voluptas. Niſi fortè exiſtimamus Ciceronem malè in hac ipſa argumentatione dixiſſe; ſilere leges inter arma, & gladium nobis interim ab ipſis porrigi legibus. His tamen habendus modus, vt ſint ornamento, non *impedimento*.]

Quæ Argumentorum elocutio.

Iam verò EXTRINSECA argumenta, remota, ſive aſſumpta, brevi enarratione ex eodem Fabio perſtringere ſatis erit. [*Præjudicia* confirmantur præcipuè duobus; autoritate eorum qui pronunciaverunt, & ſimilitudine rerum de quibus quæritur. Elevantur vt plurimum aliqua diſſimilitudine ſeu differentiâ, quæ ſemper in omni cauſa quantulacumque invenitur.] Præjudicia autem illa vel Divina ſunt, vel Humana. Iſta verò ſunt partim Sapientum autoritates, partim Iudicum ſententiæ, partim confeſſa & manifeſta. *Vulgi opinio* dum ſtat conſenſu partis in civitate notabilis, publici inſtar teſtimonij fama eſt. Si incerto autore vagatur, rumor dumtaxat eſt. *Tormenta* veritatem non ita exquirunt, quin ſæpè alijs patientia facilè mendacium faciat, alijs infirmitas. *Tabulæ*, ſeu Scripturæ aliquando valent, aliquando infirmantur; ſi eas vel

Extrinſeca Argumenta
I. Præjudicia.
Quintil. l. 5. c. 3.

II. Vulgi opinio.
Fama & rumor differunt.
III. Tormenta.
IV. Fabulæ.

refutet Orator, vel etiam accuſet aut ratiocinatione, aut ipſamet inſpectione. *Iusjurandum* aut exigitur, aut offertur: aut recuſatur. *Teſtes* ſeu abſentes variè producuntur, variè & reijciuntur; ſive voluntarij illi ſint, ſive à judice compulſi. Circa eos præcipua olim Advocatorum ſollicitudo. Attributa denique negotiorum, quas jam diximus *Circumſtantias*, Græci περιστάσεις vocant.]

VVLGARIS. v. Iusjurandum. vi. Teſtes *Vide Quintil. l.5. c.1. & ſeq.*

HANC porrò argumentorum congeriem cum delectu, vt præmiſi: cum rei item attentione & omnium circumſtantiarum animadverſione, ritè diſtributam & collocatam; fuſiùs explicat *Amplificatio*.

AMPLIFICATIONIS VARIÆ Structura, & Artificium.

TITVLVS IX. *De Amplificatione.*

EA partim verbis, partim figuris: partim, & maximè, rebus ipſis orationem vel exaggerat, vel diminuit: vel dilatat, vel reſtringit & coarctat. Optima cenſetur quæ non nimia, non frequentior, prolixior, imprudens, intempeſtiva, aut puerilis: ſed propria, nativa, ingenua, virilis, ſententioſa eſt; & accommodatè ad rem quâ de agitur, motus excitat verâ Eloquentiâ dignos.

Quid ſit? Ejus vitia, & virtutes.

FIT autem Amplificatio, juxta rerum varietatem, *Diverſa*. Magnæ videlicet ſimplici & virili eloquentiâ amant amplificari, mediocres artificioſâ & ſubtili: exiles & minutæ, nuſquàm vltra quàm par eſt augendæ; niſi per jocum aut exercitationis gratiâ, vt cùm è muſcâ fingis Elephantem.

Quomodo ſit?

Deinde eâ induſtriâ contexenda eſt Amplificatio, vt paulatim *per gradus* inſinuet ſeſe: placidaque ſit & ſuavis, prius quàm fortis & vehemens; quaſi ſpontè creſcat, nec labatur vnquàm à faſtigio in ima, niſi leni deſcenſu via proclivior fiat. Tandem *Tempeſtivè* fieri debet Amplificatio, Auditorum animis leniter præparatis. Non ſtatim ab initio, nec ſolùm ad calcem, nec continuata diutiùs. Sed poſtea quàm mens humana varijs probationibus illuminata eſt, paulatim deveniendum ad amplificationes quibus inflammantur affectus. Quanquam & breviores paſſim, ceu ſcintillæ, ſint evibrandæ. Vis enim & finis Oratoris eſt, per Amplificationem in animis Auditorum motus excitare efficaciſſimos.

Paulatim, & gradatim. Tempeſtivè; Finis Oratoris; excitare.

IAM FORMA ipſa Amplificationis multiplex. namque eſt I. *Definitionum conglobatio*; vt DEVS eſt ens entium, cauſa cauſarum, autor Vniverſi, &c. II. *Conſequentium frequentatio*; vt Sole orto nox recedit, tenebræ depelluntur, Mercator ſurgit, &c. III. *Contrariarum rerum antitheſis*; vt Apoſtolum Servatorem nundinari, nocentiſſimum. Innocentem, Creaturam Creatorem &c. IV. Diſſimilium, & inter ſe pugnantium *Conflictio*; vt de oſculo Iudæ. Quid? Perfide, eundem oſcularis, & trahis: amplecteris, & vendis: adoras, & condemnas? V. *Cauſæ*, *& effectus* conglobati. Avaritia eſt DEI odium, concupiſcentiæ ardor, inquieta ſollicitudo, ambitioſa vanitas, &c. *Effectus* avaritiæ ſunt Idolorum ſervitus, jurgia, latrocinia, homicidia, voluptas, &c. VI. *Similitudinum*, *& Exemplorum* frequentia; vt luxuria Samſonem morti tradidit, Davidem compulit ad homicidium, Salomonem à veri DEI cultu revocavit, &c. VII. Viva, acuta, & vrgens rei *Enarratio*, cum ſermocinatione. Vt tùm homo hominum ſceleratiſſimus Iudas, ſtipatus latronum cohorte, impuro ore CHRISTVM, in quem deſiderant proſpicere Angeli oſculari apud ſe conſtituit. Sed repentino conſcientiæ motu perterritus, audebo-ne, inquit, in illius amplexum me committere, quem crudeli furcæ deſigno? &c.

Quattuor maximè generibus video conſtare amplificationem; incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Quintil. l. 8. c. 4. Forma multiplex. Decem & octo modis.

VIII. *Comparatio* Majorum, Minorum, vel Parium. Vt ſi crimen Iudæ comparet quis cum rabie Carnificum, qui infelici patibulo CHRISTVM ſuffixere: cum Pilati injuſtiſſimâ ſententiâ, cum ſpectantium in Calvario ſan-

Vvlgaris. nis & convicijs. IX. *Excurſio*, cùm Orator arreptâ occaſione in vicina digreditur. Vt hic nimirum, hic ille eſt Iudas improbiſſimus; qui jam inde ab adoleſcentia ſua vitam vixit nullis vnquàm tormentis, aut cruciatibus expiandam. Nam cùm parenti à quo vitæ ac lucis vſuram acceperat, mortem intuliſſet, &c. X. *Autoritates* ſeu teſtimonia tàm humana, rara illa quidem & ſelecta: quàm divina, è Sacris Voluminibus accuratè colligenda. XI. *Iuſtitia, & æquitas*. Vt futurum in fine mundi Iudicium quotus quiſque neget, ſi Numen juſtum credit? Quæ enim, te amabo, æquitas æquior; quàm vt ſub Nemeſi illâ recipiat vnus quiſque pro vt geſſit in corpore ſuo ſeu bonum, ſeu malum? Ergo

Aeneid. 6. *Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos.*

XII. *Vtilitas*. Quanta porrò vtilitatum ſeges, in ſacrâ inſtitutione Euchariſtiæ? Emanuelem habemus revera, Devm noſtros intra lares: immò & pectora habitantem, nobis ſummis cum delicijs convictorem: & amicum, ſi fas eſt dicere, individuum; qui debiles roborat, mœſtos recreat, tepidos inflammat, &c. XIII. *Honeſtas*. Eſt-ne decorum quicquam magis quàm dicatas Deo Virgines, Christiqve ſponſas, oris, habitus: animi, ſimul & corporis modeſtiam vbiquè palàm profiteri, inque omni vitâ ſanctiſſimè exhibere? XIV. *Neceſſitas*. Christvs magnus è celo venit Medicus, in terrâ quippe magnus jacebat ægrotus. Diutina paralyſi languebat Genus-humanum, Hominem non habens; donec miſſus à Patre divinus ille Æſculapius, citra cujus opem Homines vniverſos æternâ morte neceſſe erat interire.

XV. *Poſſibilitas, & facilitas*. Negas, infrunite, ſalutis tuæ ſpem tibi ſubeſſe vllam. Apageſis. Si amare potis es optimum, pulcherrimum, ſuaviſſimum: ſi pectori tuo facilius nihil, quàm in affectus erumpere; ama Devm tuum, & perire non potes. XVI. Cùm res ad plures *pertinet*. Vt ſi peſtis equidem in vnicâ familiâ ſuum virus effunderet, tolerabilis illa profectò videretur. Sed cùm Vrbes integras, Provincias & Regna exhauriat, &c. XVII. *Eventus*, & futura aliorum *Imitatio*. Vt ſi hoc crimen in te admittis, Rex Sereniſſime, quid porrò expectandum inde eſt; niſi vt à vicinis bellum inferatur in ſubditos, Invidi in tuam perniciem conjurent: ærarium exhauriatur, florentiſſima quæque devaſtentur; ipſe tu, quod avertat Numen, in manus fortè hoſtium devenias; miſerrimam omnium ſervitutem ſerviturus, paſſurus fortaſſis & vltima? XVIII. Singulas quaſque *Circumſtantias* ſolerter expendit. In eâ vix vnquam nimius eſſe poteſt Eccleſiaſtes. Cùm enim conſtet verbis, rebus, & figuris: fiatque incremento, comparatione, ratiocinatione & congerie; aptiſſima eſt animis Auditorum quà ſuadendo, quà diſſuadendo inflammandis.

Amplificationes propriæ Demonſtrationis. Qvanqvam & ſingulis dicendi Generibus, *Proprias* ineſſe Amplificationes, prudens quiſque judicabit. Ita Demonstrativvm, cujus proprium munus eſt res amplificare, exigit vt Orator ea proferat, quæ admirationem, expectationem, voluptatem, imitationem excitant. Inferendo res novitate plenas, magnitudine præſtabiles, genere ipſo ſingulares: quæque alijs comparatæ, plurimùm excellant.

Laus Perſonarum. Eo etenim modò *Laudantur Perſonæ*, ab ijs rebus quæ vitam præceſſerunt: Patriâ ſcilicet, Parentibus, Majoribus, Oraculis, & Signis. Abijs deindè, quæ cernuntur in vitâ; præſertim quo modo vſus ſit paupertate, vel opibus: ſcientiâ, virtute, honoribus, &c. Quæ tandem mortuis contigêre; putà ipſum mortis genus, exequiæ, honores delati: Filiorum educatio, Scripta, Ædificia, &c.

Rerum. *Res laudantur* ab Inventore, à fine, vſu, &c. Vt vrbs à Conditoribus, vetuſtate, Viris illuſtribus, & eorum geſtis: à ſitu ſoli, à fluminibus, &c. Ab artefactis, palatijs, pontibus, arcibus, divitijs, &c.

Deliberativum. In Deliberativo, vſurpandæ Amplificationes à bonorum enumerationibus. Vbi exempla proſunt, & ſimilitudines. Item juvat prædicere eventus. Spectari etiam tria ſolent; qui deliberent, de quo, quiſnam ſuadeat. Inſiſtere oportet maximè honeſto, & vtili.

Iudicialis. Ivdiciali, & Confutationi amplificandis deputantur aggreſſio, attenua-

tio, reſtrictio, admonitio, retorſio: illuſio, contemptio; ſuſpicio, tranſlatio, deprecatio. Item ſolutio oppoſitorum & fallaciarum in verbis & ſententijs, oſtendendo defectum in formâ & materiâ. Idque diſtinctione, comparatione, conſtructione, & diverſitate ſubjectorum, principiorum, mediorum, cauſarum, accidentium, illationum. Negando propoſitionem, autoritatem, rationem: allegando oppoſitum, inconveniens, abſurdum, impoſſibile, exceptionem; magis conveniens, &c. VVLGARIS.

His conſectaneum eſt, vt *verba ac figuræ* in Amplificationibus adhibeantur; pro cujuſque cauſæ genere, naturâ materiæ, & Perſonarum opportunitate. In *Deliberativo* ſiquidem dictio (quod jam inſinuatum ſupra) ſit ſimplex & accurata: Figuræ, mediocres. In *alijs duobus* Demonſtrativo, & Iudiciali; verba commendantur illuſtria, & tamen inſita: gravia, plena, ſonantia: compoſita, facta interdum & nova, quanquàm rarò, vt Paulinitas: non vulgata, ſuperlata, tranſlata. Amplificationis verba,

Atenim cùm inter *Figuras* aliæ, quod paulo poſt fuſiùs à nobis expendetur, pertineant ad conformationem imaginum, deſcriptionemque rerum: aliæ ad probationem argumentorum, aliæ ad exhilarandam orationem, aliæ ad animum ſuccendendum; paſſim miſceri debent. Sic tamen vt in *Exornationibus* leniores adhibeantur, & magis comptæ; cujuſmodi ſunt hypotypoſes, antitheſes, metaphoræ, antonomaſiæ: &c. In contentionibus verò vehementiores, & magis exaggeratæ; putà increpationes, ſarcaſmi, ironiæ amarulentæ: interrogationes, exclamationes, &c. Et figuræ. *Titul.* 12.

IAM verò quidquid Amplificationis eſt, ſuſtentant & velut animant Orationis Motus ſeu Affectus.

MOTVS SEV AFFECTVS in Oratione inſerendi.

TITVLVS X. *Quomodo excitandi Affectus.*

FONS nimirum iſte eſt Inventionis & vltimus, & præcipuus. Sic enim probare debet Orator, vt inſtruat: delectare, vt terreat; movere, vt vincat. [Huc igitur incumbat, hoc opus ejus, hic labor eſt; ſine quo cetera nuda, jejuna, infirma, ingrata ſunt.] *Vide Quintil. l.6. c.1. & ſeq.* Exacta illorum notitia, opus Phyſicæ & Moralis eſt. Exîn vtiquè accerſendum, vt apprimè percalleas quid ſit *amor, odium, lætitia, dolor*, & reliqui; tam iraſcibiles, vt vocant, quàm concupiſcibiles. Hos enim ſubindè omnes partim ad fugam mali, partim ad proſecutionem boni Orator conatur excitare; attendendo impenſiùs, quaſlibet *Circumſtantias*. Affectus varij. Circumſtantiæ;

QVOD verò præſentem attinet materiam, *duæ* ſunt Affectuum ſpecies præcipuæ. Concitati, quos Græci πάθους dixerunt. Mites & compoſiti, quos ἤθους non tam mores, quàm morum proprietates. Poſteriores jucundi, comœdiæ inſtar delectant. Alij, vt tragœdià, res exaggerant: perſonas, ſupra ſuetam naturæ vim, excitant. Quare non tam noſcenda illorum natura, quàm illos excitandi ratio, & ea quidem multiplex. Duæ illorum ſpecies præcipuæ. Concitati, Et Mites.

Et verò explorari ante omnia debet, I. *Materiæ* ipſius, quæ orationi ſubijcitur, natura; vt ex illius intellectu, fluant Affectus quoque naturales & genuini. Quot modis excitandi. I. Materia Orationis.

II. *Auditorum* indoles, propenſio, educatio, patria, conſuetudo, vitæ inſtitutum, ac munera: ſtudia, artes, diſciplinæ, ſexus, ætas; quibus, & erga quæ ſolet quiſque affici. II. Auditorum indoles.

III. Oratoris *conditio*, & autoritas. In quo juvat maximè ſcientiæ, integritatis, ſanctitatis fama: opinio præconcepta, quòd rectè ſit animatus in bonum & vtilitatem Audientium. Immò quoniam non omnibus licet adire Corynthum, explorare ante omnia debet Orator *quà natura* præditus ipſe ſit. III. Conditio Oratoris.

RHETORICA

An in lenibus potentior, an etiam vehementiores poſſit præſtare. Audere enim ſupra vires ſuas, deſipere eſt & incaſsùm eniti. Elati præſertim & vehementes, vt lacrymari, &c. tentandi minimè ſunt, niſi experientia conſtet de ſucceſſu. [Quare metiatur, ac diligenter æſtimet vires ſuas actor: & ' quantum onus ſubiturus ſit, intelligat. Nihil habet iſta res medium, ſed aut ' lacrymas meretur, aut riſum.] Quin etiam *exceſſus* omnis ſummo vitandus ' opere eſt. Dum enim intemperanter vis lugere, ſæpè riſum inani artificio ex' citas. Quare & *ſpecies* oculis oblatæ, licet ſæpè numerò vtiles, flacceſcunt tamen vt plurimùm; maximè apud Graves Viros, idcóque parcè omninò adhibeantur.

Quintil. l.6. c.1. — Vitandus omnis exceſſus. — Species rerum rarò exhibendæ.

IV. In ipſo Oratore, *motus præexcitatio*; petita nimirum à meditatione, imaginatione, & vſu familiari. [Summa enim circa movendos affectus, in ' hoc poſita eſt, vt moveamur ipſi; afficiamur antequam afficere conemur. ' Neque enim ignem incendit niſi ignis, nec res vlla dat alteri calorem, quem ' ipſa non habet.]

IV. Præexcitatio. *Ibid.*

Horat. de Arte Poetic.

——— *Si vis me flere, dolendum*
Eſt primùm ipſe tibi.
——— *Triſtia mæſtum*
Vultum verba decent.

Sedenim conſulenda imprimis cujuſque indoles, ſit-ne capax ſuſtinendi τὸ πάθος, affectus illos incitatos & vehementiores: an ſolùm τὸ ἦθος, lenes ac molles. Qui illud validè præſtat, εὐφαντασιωτὸν Græci appellant. Quem quoque juvat velut ἐνθουσιασμῷ percitum aliquando ſupra ſeniet aſſurgere, & conſuetas orationis metas tranſilire. Vix quippe aliud peccatum majus, quàm nil peccare; vt meritò vituperetur Callimachus ille, φιλότεχνος, quod immodicâ arte artem ipſam corrumperet. [Amentis verò eſt, ſuperſtitione præceptorum contra rationem trahi.] Idcoque non præter extra-ve propoſitum addunt Periti, judicio & conſilio imprimis opus eſſe Oratori.

Enthouſiaſmos. — *Quintil. l.4. c.2.*

V. Locus.

V. In *toto* quidem orationis corpore diffuſio affectuum ſpargi debet, ſed *effuſio* vehementiſſima in peroratione. [*Hic*, ſi vſquam, totos aperire fontes eloquentiæ licet. Tunc eſt commovendum theatrum, cum ventum eſt ad ipſum illud, quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, *Plaudite*.

Contrarietas.

VI. *Contrariorum temperatura*, & interruptio. Ideò ſubindè per intervalla, contrarij affectus inter ſe prudenter miſcendi; lenibus graves, triſtibus læti, &c. Vt in omnem partem concuſſus animus, pro libito Oratoris abripiatur. Quamobrem latente artificio fallendi ſunt Auditores, ſæpiùs ac ſubindè ingerendo aliquem affectum: mox ſuſpendendo, per digreſſionem; tum redeundo, & dum vnum expectant, alterum excitando. Sic enim ſapienti errore dum vagatur Orator, mentes hominum eo tumultu incenſas & vacillantes; quò vult facilè impellit, trahit, rapit.

VII. Collocatio.

VII. *Collocatio*, quod jam præmiſi, tempeſtiva ſit; poſt illuminatum intellectum, aureſque delinitas.

Moderati, & nativi. — Vociferatio rejicienda.

VIII. Deſcriptio ac *repræſentatio* Affectuum, eſto velut ſpontanea & naturalis, citra fucum, & violentiam: abſque etiam rei omnis extraneæ, obſcurioris, ſubtilioris, & lepidioris immixtione. Neque verò tam conficitur res *vociferatione*, & exclamatione; quàm nudâ narratione, gravi affirmatione, germanâ & nativâ: ſed vivaci, & ex intimo cordis prolatione. Intolerabile ſiquidem vitium eſt, & ſæpè irrita contentio; dum tali commotione nimis artificioſâ & inſipidâ, exhauritur dicentis ſpiritus, & Audientium animi ſatietate complentur. Ideo quamvis vbi ſentiet excitatos, vrgendi ſint aliquantùm dilatando: nil tamen nimis aut diutiùs exaggerandum, μηδὲν ἄγαν. Nam teſte Quintiliano, [*omnis affectus ejus eſt naturæ, vt facilè deſinat & areſcat.*] Immò vehementiores, frigori viciniores experimur.

Nimia exaggeratio amovenda.

Dictio. — Vox.

IX. *Dictio* autem ipſa pura ſit, vivax: non luxurians, non prolixa, non fuſa periodicè: ſed affectibus ipſis proportionata, acuta, ſententioſa. *Vox* flexamina, & ipſius Oratoris genio ac figurarum varietatibus inducta. Similiter

& om-

& *modus* pronunciandi, geſtuſque conformis per omnia eſſe debet. In leni namque affectu dictio debet eſſe dulcis & blanda, vox ſuavis & amœna: geſtus lentus, & gratus. Contrà in vehementioribus omnia debent eſſe incitata, gravia, conciſa, interrupta, maſcula. Verùmenim nihil, meo judicio, ſic *juvat*; quàm attenta Autorum lectio, Poëtarum præſertim Tragicorum, prudenſque Coriphæorum imitatio; cum animadverſione etiam plebeiorum, muliercularum, in queis motus naturæ vigent puriſſimi: vixque aut diſſimulati ab arte, aut emendati à virtute. Nihil denique tum amplificationi, tum movendis affectibus magis inſervit quam Figurarum paratura.

VVLGARIS. Pronunciatio.

Imitatio.

FIGVRÆ ORATIONI interſerendæ.

TITVLVS XI. *Variarum figurarum vſus.*

NAM quod in re hortenſi topiarium opus, in ædificijs cruſtatum, in arte vaſculatoriâ vermiculatum, gemmatum in auraturâ; hoc in totius Eloquentiæ cultu, ſchemata, tropi; figuræ? Nam de hujuſmodi vocum diſcrimine, minima mihi cura eſt. Vt dictu facilè non ſit plus-ne afferant virtutis, quàm ornamenti.

VARIÆ recenſentur apud varios Autores, ſive in verbis & ſententijs conſiſtant: ſive additione fiant, detractione, aut vocum ſimilitudine. Enim-verò ſumma perfectionis videtur in quâlibet Diſciplinâ, non tam rebus malis non vti: quàm bonis, benè & rectè vti. Nam & optima quæque abuſu corrumpi, nimis docet experientia. Ideo quòd cùm nemo ſit, quin pulcherrima conſectetur ambitioſiùs, vix occurſantes hinc indè ſcopulos advertet, aut effugiet. Propterea certi figurarum limites ſunt modò à nobis præfigendi.

Figuræ variæ.

Vſus legitimus.

1. *Nimiæ* eſſe nuſquam debent, maximè in verbis. Si namque corpus totum inoculas, efficis monſtrum: nec partes cæli, omnes Soles ſunt & aſtra. Non item debent ſeri intempeſtivæ, non vicinæ, aut ſimiles: non affectatæ præ ceteris, & quaſi perennes. [*Nam* ſicut hæ teſſellæ *Ornant* orationes opportunè poſitæ, ità conſtat ineptiſſimas eſſe cùm immodicè petuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, & viribus ſententiarum; ſi vel inania verba in hos modos depravaverint, ſummos ſe judicent artifices. Ideóque non deſinunt eas nectere, quas ſine ſententia & ſubſtantia ſectari tam eſt ridiculum, quàm quærere habitum, geſtumque ſine corpore. Sed ne hæ quidem quæ rectè fiunt, denſandæ ſunt nimis. Nam & vultus mutatio, oculorumque conjectus multùm in actu valet. Sed ſi quis ducere os exquiſitis modis, & frontis ac luminum inconſtantiâ trepidare non deſinat, rideatur. Et oratio habeat rectam quandam velut *faciem*, quæ vt ſtupere immobili rigore non debebit: ita ſæpiùs in ea quam natura dedit, ſpecie continenda eſt. Sciendum verò imprimis quid quiſque in orando poſtulet locus, quid perſona, quid tempus. Major enim pars harum figurarum poſita eſt in delectatione. Vbi verò atrocitate, invidiâ, miſeratione pugnandum eſt; quis ferat contrapoſitis, & pariter cadentibus, & conſimilibus iraſcentem, flentem, rogantem? Cùm his rebus cura verborum deroget affectibus fidem. Et vbicunque ars oſtentatur, veritas abeſſe videatur.]

1. Ne ſint nimiæ.

Quintil. l.9,c.3.

Oris & vultus figura.

Nimia diligentia corrumpit artem.

II. Aliæ quidem parantur *ad Delectationem*, cujuſmodi ſunt Metaphora; quæ vacantem locum occupare debet, aut ſi alienum venit, plus valere eo quem expellit; vt prata rident, mare clamat: DEVS iraſcitur, aut pœnitet. Si ea tranſlatio continuatur, fit Allegoria; in qua id imprimis eſt à me repetendum, vt eodem genere deſinat quo cœpit. Fœdiſſima enim conſequentia, tempeſtatem fabulâ aut riſu finire. Antonomaſia: Poëtis quoque, vt & præcedens, frequentior; vt Apoſtolus pro D. Paulo, Orator pro Cicerone. Epi-

II. Variæ ad delectationem. Metaphora.

Allegoria.

Antonomaſia.

RHETORICA Epitheton. Periphraſis. Synonymia. Deſcriptio Hypotypoſis. L. 1. de Virginit. orat. 7. in divit. de Gordio Martyr Diſtributio. Antitheſis.

theton, quod niſi aliquid efficit, redundat; CHRISTVS Salvator, D. Thomas Doctor Angelicus, Ioannes Chryſoſtomus. Periphraſis, cauſâ neceſſitatis, vel ornatûs; Sol fons luminis, aſtrorumque princeps. Synonymia, DEVS, Omnipotens, ſupremum Numen, cauſa cauſarum. Deſcriptio, per ſe nota, & in Autoribus frequens. Ὑποτύπωσις, ſeu rei ſub oculos ſubjectio, qualem repræſentat Hieronymus vbi mulierem ſepties ictam, Ambroſius vbi Theclam beſtijs expoſitam, Baſilius vbi Divitem ſiſtit diei Iudicio, vel vrbem tumultu confuſam graphicè depingit. Diſtributio, ſeu Deſignatio, vt in Octavio Minutij Felicis; [Pluviæ fluunt, flant venti, grandines increpant, mugiunt tonitrua.] Antitheſis, mors Iuſtorum quieta, Impiorum turbulenta: illa ſuavis velut in oſculo Domini, iſta diris doloribus excruciata: altera beata, peſſima altera. Similiter cadentia, vt illud Bernardi; [Mundus clamat deficiam, caro clamat inficiam, Dæmon clamat decipiam, CHRISTVS clamat reficiam.] Ceteræque tam rerum, quàm verborum imagines & icones accuratiùs à Grammaticis & recenſitæ, & definitæ. His videlicet parcè, & aptè *vtendum*; quoniam, Tullio monitore egregio, in illis lepos eſt & feſtivitas: non dignitas, neque pulchritudo.

Homœoptoton.

Parcè pulchris vtendum.

III. Aliæ *gravitati, & doctrinæ* reperiuntur idoneæ. Vt ſunt Diſtributio, ejuſque affinis Meriſmus; vt totus nequam erat, oculi ad laſciviam erratiles, lingua petulans, frons præfracta, &c. Climax; ſi virtus eſt, veritas eſt: ſi veritas, cognoſcenda: ſi cognoſcenda, amanda: ſi amanda, laudibus extollenda. Et illud Iacob 1. [*Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit.*] Ratiocinatio; cum qua fermè recurrit Dialogiſmus, & Ætiologia. Quæris cur Iudas CHRISTVM vendiderit? Quia avarus erat; hoc enim æſtu percellitur, in quem Diabolus introivit. Communicatio, vix à priori diſtincta. Quæſo vos, Auditores, quæ tunc vobis mens fuiſſet, ſi pares cum Suſannâ anguſtiæ animum compreſſiſſent? Subjicitur vt plurimùm Commemoratio. Dixiſſetis vtiquè, bone Deus! quo me vertam ignoro. Hinc vrget, ſi peccavero, vindex Numen: inde ſi crimen abnuo, mors certiſſima; & ſimiles.

III. Ad inſtructionem. Meriſmus. Climax.

Ratiocinatio.

Communicatio.

Commemoratio.

IV. Ad certamen. Occupatio. Rom. 9. Dubitatio. Claudian. l. 1. in Rufin.

IV. Aliæ vigent in *Pugna*, vt Occupatio. Ergò dicet aliquis [non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt DEI.] Dubitatio, vt

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem.

Suſtentatio. Licentia.

Suſtentatio, cùm Auditori à rei alicujus expectatione, quaſi ſalivam movemus: nec eam tamen, ſtatim exhibemus, ſed paululùm aliò divertimus, quò magis illius audiendi deſiderium incaleſcat. Licentia, ſeu Parrheſia; vt dicam audacter, & liberam veritatis vocem emittam; nec enim Verbum DEI alligatum eſt, aut veritas DEI in injuſtitia detinenda. Conceſſio; eſto fuerit Moſes homicida, David adulter, hæreticus Auguſtinus; at &c. Ironia, qui Sarcaſmus Græcis & Μυκτηρισμὸς; intelligitur pronunciatione, perſonâ, aut rei naturâ. Scilicet is Superis labor eſt. O bellum caput, ſed cerebro vacuum! Cavendum verò Oratori ne dum riſum quidem movet, fiat ipſe ridiculus, adeò à riſu parum abeſt deriſus. [In quo modum tenere quàm difficile ſit, oſtendunt Demoſthenes & Cicero; cùm illi excitandi riſûs facultatem defuiſſe credant, Ciceroni modum. Totum id pendet à natura, & ab occaſione: & magis in reſpondendo, quàm in rebus aut verbis.] Ac licet permittatur vrbanitas, venuſtas, facetia, ſalſitas: vetatur dicacitas, jocus mordax, ſcurrilitas, obſcœnitas; inverecundia. Correctio, Græcis Ἐπανόρθωσις. Chriſtiani; ſi tamen tàm ſancto nomine Athei, Hæretici, ganeones, impuri appellandi ſunt. *Laudo vos, in hoc non laudo.*

Conceſſio.

Ironia.

Quintil. l. 6. c. 4.

I. Cor. 11.

V. Affectus excitant. Hyperbole.

V. Aliæ *affectus* excitant. Quo in genere regnant Hyperbole, quali in Divitem avarum invehitur Auguſtinus. [Terra ſuis limitibus terminatur, aqua ſuis finibus limitatur, aër ſuo fine concluditur, cælum ſuis terminis arctatur; ſola avaritia terminum neſcit.] Exclamatio; ô DEVS & Cælites, in quæ me tempora reſervatis! Conjungitur frequenter Interrogatio; [*ô inſenſati Galatæ! quis vos ita faſcinavit non obedire veritati!*] Denunciatio; erit, erit aliquando dies. Imprecatio; abi in malam rem, DEVS te diſperdat ſerve nequam. Pro-

Exclamatio.

Interrogatio. Galat. 3. Denunciatio. Imprecatio.

ſopopœià res aut perſonas inducens. Illa ego ſum, inquit virtus, cæli terræque Regina, &c. Apoſtrophe, ſi ſermo dirigitur ad abſentem. Reliquum eſt vt hic appellem te, Conſtantine ter maxime: ſciſciterque quæ tibi mens fuerit tùm, cùm Crucem ſalutis trophæum, tuis ipſe oculis, in Celi globo conſpexiſti? &c. Converſio præſentem alloquitur. Iam ergo, Rex Chriſtianiſſime juxta & invictiſſime, dabis operam vt genus omne ſceleris à tui finibus imperij exulet, &c. Obteſtatio, & Deprecatio; per has ego te lacrymas, per tua te CHRISTE vulnera. Invocatio; hìc veſtram Beatæ mentes, opem imploro. Aliæ tandem ſimiles figuræ, vel alibi traditæ: vel nomine, vſu, aut exemplis ſatis agnitæ. Nam earum notitia Grammaticæ munus eſt, vſus & collocatio Rhetorices.

VVLGARIS. Proſopopœia. Apoſtrophe. Converſio. Obteſtatio. Invocatio.

IISDEM porro, vt præmonui, argumentorum, affectuum & figurarum regulis procedunt tum CONFIRMATIO, tum REFVTATIO. In iſta tamen parte [affectus plerumque mitiores, majorque difficultas; quemadmodum facere vulnera, longè facilius eſt quàm ſanare. Accuſatori ſatis interdum eſt ſimplex objectio, quia vera. In patrocinio mille, flexus & artes deſiderantur; vt neget, defendat, transferat, excuſet, deprecetur, molliat, minuat, avertat, deſpiciat; derideat. Quarè indirecta ferè, atque, vt ſic dixerim, clamoſa eſt actio.] Totum tribus verbis abſolvit idem Autor. [Si quid reſpondetur, proprium eſt; aut negandum, aur defendendum, aut transferendum. Nam nuda deprecatio ſine vlla ſpecie defenſionis, rara admodum eſt: nec locum habet niſi apud Iudices, quos ſumma autoritas, vitæ neciſque dominos conſtituit. Tuncque oratio magis accedit ad formam deliberativam. Sin verò aliquid adducitur extra cauſam, & tamen conjunctum; vel negligendum eſt, vel imminuendum. Nam palam contraria, & ſupervacua, & ſtulta reprehendere nullius artis eſt. Videndum etiam an ſimul plura, an quæque ſigillatim amolienda ſint; vt flamma fluminaque ſi diducuntur, vim perdunt & robur.] Multum ſanè valent hoc loco ſimulationes, diſſimulationes, elevationes, excurſiones, cauſæ fiducia: ſemperque præire debet objectorum diſſolutio, quàm noſtrorum confirmatio, quoties defendimus; ſecus ſi accuſamus.

Confirmatio, & Refutatio. Quintil. l. 5. c. 13.

Vniverſa porro quæ recenſui hactenus, ingenij acumine ſagaciter inventa: pauca è multis ſeligendo, & ſubjectæ materiæ imprimis idonea; decenti ſerie, prudenter collocari debent per Diſpoſitionem.

Nexus & tranſitio.

TITVLUS XII.

Diſpoſitio multiplex.

QVÆ, QVALIS, ET QVOTVPLEX ſit in Oratione Diſpoſitio.

SERIES illa quidem eſt totius Orationis, ac velut corporis per membra, articulos & compages apta & acta diſtributio. Tota nimirum pendens ex judicij maturitate, vt recto ordine finem propoſitum conſequatur Orator. Cenſetur autem

MVLTIPLEX { *Inventionis*, *Diviſionis.* | *Rerum*, *Perſonarum.* | *Naturalis*, *Artificialis.* | *Synthetica*, *Analytica.* | *Prudens*, & *Arbitraria.* }

Quintil. l. 7. c. 1. & vlt. Ordo rerum omnium anima.

ORDINE videlicet ſtant ars, perinde ac natura; qui ſi deeſt, vtraque confuſa non errat modò, ſed etiam ruit. Nam nec congeſtæ materiæ ædificium ſtruunt, niſi collocandis artificum manus adhibeatur: & ſi omnia eadem membra eodem in corpore transferas ac permutes, monſtrum efficies.

Diſpoſitio neceſſaria. Exemplo Medici, & Imperatoris.

Neceſſaria igitur *Diſpoſitio*, quæ in oratione recta quædam locatio eſt prioribus ſequentia annectens. Proſtant in *exemplum* Medicus, & Imperator. Ille enim ſanitatem procurat, iſte exercitum inſtruit alio quidem & alio modo vt opportunè judicat: ſemper tamen ex præſcripto rationis, & appoſitè ad propoſitum. Anteit igitur totius orationis œconomia, cum poſt maturam nobiſcum & cum materia deliberationem, quo ordine procedendum ſtatuimus. Tum & ſingulæ partes ad totum, & inter ſe diriguntur. *Nam in* his ipſis primus aliquis ſenſus, & ſecundus, & tertius, qui non modò vt ſint ordine collocati, elaborandum eſt: ſed vt inter ſe juncti, atque ita cohærentes, ne commiſſura pelluceat; corpus ſit, non membra. Quod ita continget, ſi & quid cuique conveniat viderimus: & vt verba verbis applicemus, non pugnantia, ſed quæ invicem complectantur. Ita res non diverſæ diſtantibus ex locis, quaſi invicem ignotæ collidentur: ſed aliquâ ſocietate cum prioribus ac ſequentibus, copulas tenebunt: ac videbitur non ſolùm compoſita Oratio, ſed etiam *Continua.*]

1. Diſpoſitio Inventionis.

Ac prior illa quidem, *Diſpoſitio Inventionis* eſt in Partes præcipuas & integrantes, quæ totam materiam hinc & inde ſedulò collectam & electam, conſtituunt & in ordinem mittunt. V. g. dicam CHRISTVM Dominum intonuiſſe. I. In Conceptione. II. In Nativitate. III. In Converſatione. IV. In Paſſione; & ideo eſſe formidandum.

2. Orationis partium. 3. Rerum, &c.

Dividuntur, deinde Omnes Orationis partes in Exordium, Narrationem, &c. vt jamjam ſumus dicturi.* Tertia eſt Rerum, ſententiarum, ſeu argumentorum. Scilicet vbi eruditio, vbi lepores: vbi definitio, enumeratio & ſimilia collocanda.

4. Perſonarum.

Perſonarum ſic in Natalitio CHRISTI, diſtinguntur CHRISTVS Infans, Virgo mater puerpera, Ioſephus Sponſus: Reges, & Paſtores, qui adorant.

5. Naturalis quadruplex.

Eſt & diſpoſitio *Naturalis*, eaque quadruplex. Spectat enim. I. Tempus, vt homo poſt irrationalia conditus eſt. II. Naturæ originem, vt flos fructum præcedit. III. Locum, vt in templo janua altari prior eſt. IV. Dignitatem, vt altare januâ præſtat, aurum argento excellit, Præſes Senatoribus antecedit.

6. Artificialis duplex.

Artificialis, inter naturalem & arbitrariam media, duplex eſt. Generalis ſuadet priora præmitti poſterioribus, vt Exordium Narrationi. Specialis ad caſum temporis accommodata, ordinem è re natâ invertit.

7. Iterum triplex. Analytica.

Porrò triplex conſtituitur hæc propriè Artificialis. *Analytica*, ſeu Reſolutiva, non vno quidem.

Google

modo. Fit enim vel in partes totius integrantes. Vt ſi laudetur Homo à digni-
tate animæ, & corporis. Vel in partes generis, vt ſi laudetur ab excellentiâ VVLGA-
maſculi & fœminæ. Vel in principia effectiva, vt ſi laudetur à DEO Creatore: RIS.
materiali causâ, humo. Vel deniquè per regreſſum à fine ad media. Vt ſi poſt
quàm Orator, laudaverit Hominem eò quòd ad fruendum DEO conditus ſit,
videritque eum finem attingi non poſſe ſine virtutibus; ab iſtis, laudationem
inchoaverit. Altera diſpoſitio Artificialis dicitur Compoſitiva, ſeu *Synthetica*. 8. Synthetica.
Eſt que priori oppoſita, conſtans locis ijſdem quattuor. v. g. ex animæ & cor-
poris deſcriptione, laudem hominis concludam: ex fine, media quibus acqui-
ritur, &c. Coaleſcit verò *Definitiva*, ex vtriuſque præcedentis temperie. Sic 9. Definitiva.
vt res primùm definiatur, deinde genus & ſpecies examinentur, tum enume-
rentur partes. *Prudens* pauca ſeligit, & præcipua. Sic in elogio Viri alicujus 10 Prudens.
inclyti, oſtendes quattuor velut elementa laudandæ in eo perfectionis. Scilicet
Numinis providentiam, Proſapiæ ſplendorem, Studiorum culturam, Virtutum
paraturam. *Arbitraria*, ideo nulla eſt, quia tota arbitraria eſt; pendens videli- 11. Arbitraria.
cet abs merâ Oratoris voluntate, & libito. Quod præſtant præ ceteris Poëtæ,
& Amaſiorum Scriptores.

QVOD attinet *Modum* Diſpoſitionis, maximéque rerum & argumento- Modus & regu-
rum; has *Regulas* generatim conſtituo. I. Dictum olim ſapienter, & jam à læ Diſponendi.
me prælibatum; vt communia dicantur rariter, rara communiter. II. Pau-
ca è multis ſeligantur, rejectis illis omnibus quæ poſſent videri communia
nimis, vel leviora; nec enim tàm valet numerus & turba, quàm vis & pondus.
III. Vt vni rei maximè inſiſtat Orator. Adeò vt ſit vnicum Orationis *Pun-
ctum*, ad quod totus diſcurſus quodam veluti Ariadnæ filo reducatur. Vnde ſi
interdum opus eſt (vt eſt revera) ab eo digredi, ſtatim & cautè regreſſus fiat.
IV. Vt quoties nactus fuerit Orator firmiſſimum aliquem ſuæ Orationis lo-
cum, diutiùs in eo immoretur. Immò meum eſt quod repeto conſilium, vt
in vna quaque Oratione, ſeu Concione, inter varia. 1. Doctrinæ. 2. Elocu-
tionis. 3. Argumentorum, Figurarum, & Affectuum capita; ſemper vnum
ſeligatur, in ſingulis ex ejuſmodi Generibus. 4. In quo explicando, expo- Vnum quid
liendo, exaggerando, maxima vis Oratoris exeratur. V. Vt artificioſâ & laten- premendum.
te prudentiâ, Auditorum animos perturbet. Quia tunc, quod pulchrè monet
Ariſtoteles, librato & confuſo judicio, conſequens eſt vt ferantur, rapiantur-ve
in ſententiam Oratoris.

VI. Iam quoque alibi relatâ regula monet Diſpoſitionem fieri. I. Servato or-
dine temporum. II. Per præcipua capita. III. Per comparationem, ſeu am-
plificationem; aſcendendo à minoribus, ad majora. VI. Secus, deſcendendo à
majoribus ad minora. Qui locus maximè deſervit vituperationi, & odio; vt
prior oppoſitus, exornationi & adhortationi. V. Mixtus, ſeu temperatus; cùm
gratâ quâdam inæqualitate, & varietate (quæ ad illam, quam dixi, vtiliſſi-
mam judiciorum librationem & confuſionem plurimùm valet) hinc & inde, Varietas Ora-
prudenter tamen, luxuriat & quaſi divagatur Orator, ſuſpenſos tenens Audi- tionis.
tores. Multa ſcilicet vndiquè congerens, quæ tamen vnius dumtaxat rei pro-
poſitæ fidem faciant.

EAM porrò jucundiſſimam *Varietatem*, & errorem ſapientiſſimum conſe- Quomodo fit.
queris. I. Miſcendo magna parvis. II. Simplicibus conjuncta. III. Dilucidis
obſcura. IV. Triſtibus læta. V. Incredibilia probabilibus. VI. Suggerendo ino-
pinata. Vt ſi jamjam novum quid & grande dicturus, inde te ſurripias. Tum
prudenti ad propoſitum regreſſu, promiſſum exolvas. Hujuſmodi ſiquidem
fallaciâ, modo tamen nimia non ſit, nec ſemper *Corvum deludat hiantem*; de-
lectatur Auditor, & verò movetur vel maximè.

Oratio VII. ſpeciem præ ſe ferat exercitûs, procedatque velut acies ca- Acies ordinata.
ſtrorum ordinatiſſima. Præcedat idcirco firmiſſimum præſidium. Argumenta
ſcilicet robuſta, res grandes, jucundæ, & quæ ceteris viam muniant. Mox
veniat denſum totius exercitûs corpus; leviorum, inquam, rerum & argumen-
torum turba. Agmen claudat ſubſidium, in quo ſitum totius exercitûs robur,
intelligo validiſſima quæque argumenta. Nec deſint copiæ auxiliares; ſeu vt
vocant alij, alæ exercitûs. Amplificationes nimirum dico, quæ ſcilicet hinc

Digitized by Google

RHETORICA

& inde ex varijs locis in auxilium advocatæ, ſpem victoriæ non vltimam pollicentur.

TITVLVS XIII. *Copia orationis triplex.*

TRIPLEX VIA AVGENDI Orationis varietatem aperitur.

EA porrò varietas Orationis, augetur inſuper plurimùm

COPIA { *Dictionum,* *Orationum,* *Sententiarum.*

I. Dictionum.

Copia equidem *Dictionum* habetur, quod Autor famoſus, multiſque infandus jam peregit, per verba Synonima; vt pater, genitor, parens. Sordida; ſentina, cloaca, fæces. Priſca, & inuſitata; catus, pro ſapiente: opilio, pro paſtore; oppidò, pro maximè. Poëtica; Olympus pro Cœlo: Tros Anchiſiades, pro Ænea; æquor ſeu Neptunus, pro Oceano. Nova, & novata; Trinitas, Sacramentum, Papa. Item per Anadiploſim; *Vale, vale inquit, Iola.* Antiphraſim; bellum, quod minimè bellum. Annumerationem os, oculos, genas, frontem, vultum totum. Converſionem, ſeu Reciprocationem; Doctorum ſanctiſſimus, Sanctorum doctiſſimus. Epizeuxim; vivat, vivat Rex. Paronomaſiam; amentes, non amantes: phrenetici, non Hæretici. Metonymiam, Synecdochen; ceteroſque Tropos.

II. Orationis.

Copia & varietas *Orationis* obtinetur per Enallagen, ſeu modicam inflexionem; Petrus petra eſt, ſuper quam fundatur Eccleſia. Antonomaſiam, Apoſtolus pro Paulo. Interdum cum Epitheto, vt Gentium Magiſter. Et Patronymico, Ieſſæus pro Davide. Periphraſim, vt Regius Pſaltes, Vates purpureus. Adjuncto Etymo, etiam definitione; ſermo, vel doctrina de DEO, pro Theologia. Per Metaphoram, quæ fit deflectione, vt Beati vident vniverſa in divinæ naturæ ſpeculo. Per Imitationem, Concionatores parturiunt Chriſtianos. Reciprocationem, Dux & Gubernator. Allegoriam, quæ eſt Metaphora continuata; cor ſicut cera fluit, meditatione velut flabello flammam divini amoris accendente. Per Catachreſim, ſeu nominis abuſionem; vt cum Caïnus & Iudas, vocantur parricidæ. Denique per Onomatopœiam, Metalepſim, Metonymiam, Æquipollentiam, Comparationem; cum Aſyntheto, Poliſyntheto, Zeugmate: & per Conſtructionem; vt ſcripſit tibi, ſcripſi ad te. Per figuræ mutationem, &c.

III. Sententiarum.

Copia *Sententiarum* obtinetur per amplificationem à definitione, diſtributione, enumeratione. Per Digreſſionem, ſeu excurſum, quod facit ſæpiſſimè D. Paulus. Per Energiam, ſeu Hypotypoſim & deſcriptionem. Per Gnomas, ſeu ſententias: Epitheta, & Epiphonemata. Per circumſtantias, capita, argumenta, exempla. Per Apologos, Emblemata: perque multiplicationem partium Rhetoricarum; Exordia, Narrationes, &c. Demum per explicationem, quæ fit. I. Propoſitione. II. Ratiocinatione. III. Duplici ſententia. IV. Contrario. V. Simili. VI. Exemplo. VII. Sententijs confertis. VIII. Concluſione. Hujus vltimi, vt potè minùs vulgaris, *Exemplum* dabo in hunc modum.

Exemplum Expolitionis.

Homo Religioſus ſtudijs operam inſumens, verè Religioſus eſt. En propoſitio. Ideo quòd nullum pietatis excellentius ornamentum ſit, quàm doctrina. En ratiocinatio. Quocirca qui à Diſciplinis abhorrent, ſtultè faciunt. Hæc eſt prima ſententia, cui ſubnectitur ratio. Nam & vitam in Clauſtro otioſam ducant neceſſe eſt, & ad gloriam DEI O. M. prorſus inutilem. Sequitur ſecunda ſen-

tentia, cnm ratione. Qui verò juxta obedientiæ præceptiones bonis ſtudijs operam nauant, rem vtiquè faciunt ſuſcepto vitæ inſtituto digniſſimam. Cum eâ ratione & Ordini decus afferant, & divinam gloriam pluribus augeant incrementis. Iam adjungitur Contrarium. Etenim vehementer eſt ingratum, ne dicam impium; Religionis à quâ tot percipis emolumenta, decus non quærere: & piaculum videtur non expiabile, DEI, cui noſtra omnia debemus, cultum & honorem aſpernari. Deinde Simile. Itaque vt qui in matrem ſunt injurij, impietatis condemnantur: ita Religioſus eſſe non poteſt, qui Ordinem ſuum quibus poteſt ornamentis non cumulat. Additur collatio ſimilitudinis, à Majori. Matre neglectâ naturalem duntaxat pietatem lædis, at Ordinem à CHRISTO inſtitutum vbi negligis, ſummam Religionis virtutem offendis. Subditur Exemplum. Quod mihi videtur D. Thomas intellexiſſe; cùm nullis vigilijs, laboribus nullis pepercerit, vt in doctiſſimum virum evaderet. Hic adnecti poſſunt Sententiæ. In quo pietatem non amiſit, ſed auxit: duplicavit talentum, ſacram Religionis ædem geminâ velut columnâ ſtabilivit. Alteram tollas, ædificium corruere neceſſe eſt: hanc ab illâ non ſejungas, certabit cum æternitate. Demum apponitur concluſio, tanquam Epilogus. Quod ſi Religioſum Virum ſtudijs operam navare debere & ratione demonſtratum eſt, & exemplo comprobatum; illi, illi profectò verè Religioſi & pietatis amantes exiſtimandi ſunt, qui nullum ſubterfugiunt laborem, vt ſanctimoniæ palmis, eruditionis & doctrinæ laureas conjungant. Eandem quoque Orationis varietatem juvabunt ea, quæ in Autoribus leguntur & in Commentaria referuntur. VVLGARIS.

MVLTIPLEX RATIO colligendi quæ paſſim leguntur.

TITVLVS XIV. *Cura & vſus Collectionum.*

FVGACIS ſcilicet memoriæ retinaculum, & ſubſidium revera ingens; modò ſummo caveatur opere, ne eruditos habeas Codices ipſe ineruditus. Pretioſa igitur colligenda, relegenda identidem: & quantùm licebit, memoriter addiſcenda. Sint ſaltem Collectanea ad oculum, & ad manum paratiſſima. Quis autem *ordo* præſtantior, haud ſatis convenit? Diverſis diverſa placent, potiora adnotabo. Quindecim rationes concinnandi locos communes.

Genera Virtutum & Vitiorum; vt tradunt plerique. *Hiſtoriæ diviſio* in Naturalem, Narrativam, Divinam, Veterem & Recentem, Humanam, &c. *Memorabilia*, Civilia, Ritualia, Moralia. Hæc duo præſcribit Iuſtus Lipſius, magnus vtiquè Philologus. *Specula quatuor*; Artificiale, Naturale, Hiſtoriale, Morale; quæ Methodus eſt Vincentij Bellovacenſis. *Subſtantiæ Novem* Ludovici Balliſteri; Divina, Angelica, Humana, Senſitiva, Vegetativa, Cæleſtis, Mixta, Elementaris, Artificialis. *Lexica* tria; Philologicum, Matheſilogicum, Technologicum; hoc eſt Verborum, Scientiarum, Artium. Ita Alſtedius. *Ordo Alphabeticus*; quem ſequuntur Bercorius Calepinus, Polyanthea, &c. *Bibliorum Capita*, vel eorum diſpoſitio arbitraria. Hunc habent Sixtus Senenſis, Thomas de Trugillo, &c. *Summa D. Thomæ. Tabularia Methodus*, ſeu Index perpetuus. *Rapſodia*, ſeu Sylva. *Compendium, & Epitome. Extravagans* Codex & Indicans. *Rhetorices* aut cujuſvis alterius Scientiæ Capita, ad quæ nihil non poteſt revocari. Vel etiam meliùs, per *Triginta ſex Terminos*; vel ſi mavis per *Novem duntaxat Subjecta*, de quibus ſubindè.

1. Virtutes & Vitia. 2. Hiſtoria. 3. Memorabilia. *Epiſt 16. Centur. Miſcellan.* 4. Specula. 5. Subſtantiæ. 6. Lexica. 7. Alphabetum. 8. Bibliæ. 9. Thomiſtica. 10. Index. 11. Sylva. 12. Epitome. 13. Extravagans. 14. Rhetorices. 15. Lulliana.

Fortè etiam, ſicut contractior, ſic vtilior judicabitur *Tabula Generalis* Alphabetica Triplicis Mundi, Protocoſmi, Macrocoſmi, Microcoſmi. In 1. Tabula, Tituli ſint juxta ordinem partim Scientificum, partim Alphabeticum; de DEO vno, Trino: de Angelis: de CHRISTO, & Chriſtianis: de Religione verâ, falsâ, publicâ, privatâ, Monaſticâ: de Eccleſiâ, de Sacramentis, 16 Tabula Generalis Mundi triplicis.

RHETORICA

& Sacramentalibus. In II. de rebus Celeſtibus, de Elementis, de Principijs rerum: de compoſitis Mineralibus, Vegetabilibus, Animalibus imperfectis, & perfectis; Piſcibus, Avibus, Quadrupedibus. In III. de Homine 1. Phyſicè ſecundum animam & corpus. 2. Ethicè ſecundum virtutes, & vitia. 3. Scientificè, ſecundum Cyclopædiæ circulos. 4. Politicè, ſecundum Reipublicæ ſtatus diverſos.

17. Extracta & Compendia omnium qui leguntur Autorum.

AD extremum commodius eſſe ſuaſit experientia, ſi fiant *Compendia* & Rapſodiæ omnium, qui leguntur, Autorum; cum indice, ad vtrumque generali. Idque per Extracta potiùs, quàm per Compendia. Immo diffuſa paſſim per Aphoriſmos, ſeu Axiomata & *Γνώμας* contrahere pretium eſt. Sic enim collecta, altiùs memoriæ inſiguntur: & ſoluta à vinculis, quaſi propria evadunt, nec non ad vſus quoſlibet paratiſſima. His porrò SPECIALES REGVLÆ ſubjungi debent, vt Autorum lucubrationes cum fructu & legantur, & verò colligantur.

Quatuor obſervanda inter legendum I. Ethica.

I. *Ethica*, notat mores & humores, qui variant à Solo & Cælo, vt Galli & Hiſpani: ab origine, vt Nobilis & Ruſticus: educatione, vt Politus & Vrbanus: fortunâ, vt Dives & Mendicus: conditione, vt Eccleſiaſticus & Laïcus: profeſſione, vt Miles & Togatus: ætate, vt Senex & Iuvenis: temperamento, vt Hilaris & Triſtis. Adeò vt ſervetur cuique difficillimum illud, τὸ πρέπον. II. *Critica*, notat animi ſenſa, vt in his nil redundet, deſit, deluſcat, repugnet. III. *Rhetorica*, notat Artificium, Inventionem, Diſpoſitionem, Narrationem: ſtylum, figuras, motus, amplificationes, &c. IV. Verbalis & *Grammatica*, notat verba propria, pura, elegantia: phraſes, antiqua, erudita; rebus, ac perſonis accommodata. Aliter enim Aula loquitur, aliter Forum & Pulpitum: Proſa, & Poëſis, diſcrepant immensùm.

II Critica. *Vide Quintil. l. 2. c. 5.* III. Rhetorica. IV. Grammatica.

Varietates Orationis. Recapitulatio.

Ex illis itaque omnibus, varietas Orationis diſponenda eſt. Ita nimirum (placet enim paucis retractare) vt ſit ad inſtar exercitûs, trinâ velut acie conſtans, vni rei vel maximè inſiſtens, artificium celans: Auditores quocumque libuerit pertrahens gratâ quâdam & inæquali varietate.

IAM porro opus eſt vt res ita ingenij acumine inventas, maturoque judicio rectè diſpoſitas, verborum cultu & paraturâ exornet.

TITVLVS XV. *Elocutionis virtutes, & vitia.*

ELOCVTIO ORATIONI affert ornamenta.

Quattuor præcipuè.

AB eâ omnium velut præſtantiſſimâ, oritur & ipſa Eloquentiæ nomenclatura. Eſt verò aliud nihil niſi idonea rerum, Sententiarum ac verborum decens conſtructio. Præcipuæ illi virtutes *Quattuor* tribuuntur à Peritis; vt dicatur emendatè, dilucidè, ornatè, & aptè. Emendata Elocutio & perſpicua magis caret vitijs, quàm ad perfectionem aſſurgit. Aptè dicere, prudentiæ & judicij pars eſt. Ornatus dos Eloquentiæ propria eſt; in qua elucet ſublimitas, nitor, magnificentia quâ aures rapiuntur, animi percelluntur. Quia verò ſpecies & venuſtas tota Orationis ab honeſto & vtili ſecerni nuſquam debet, & ipſe conſequenter ornatus pro materiæ genere debet eſſe *Varius*.

Ornatus varius. Triplex dicendi genus. *L. 12. c. 10.*

Summatim tamen *Triplex* dicendi modus ſeu genus ſtatuitur à Quintiliano. [*Vnum* ſubtile, quod ἰσχνὸν vocant: alterum grande atque robuſtum, quod conſtituunt ἁδρὸν; tertium alij medium ex duobus, alij floridum, namque id ἀνθηρὸν appellant, addiderunt; quorum tamen ea ferè ratio eſt, vt primum docendi; ſecundum movendi: tertium illud, vtrocunque nomine, delectandi, ſive conciliandi præſtare videatur officium. In docendo autem acumen, in conciliando lenitas, in movendo gravitas videatur. Itaque illo ſubtili præci-

puè

pue ratio narrandi, probandique conſiſtet. Sed quod etiam detractis cæteris virtutibus, ſuo genere plenum. Medius hic modus, & tranſlationibus crebrior, & figuris erit jucundior: egreſſionibus amœnus, compoſitione aptus, ſententijs dulcis; lenior tamen, vt amnis lucidus quidam eſt, & virentibus vtrinque ſylvis inumbratus. At ille qui ſaxa devolvat, & pontem indignetur, & ripas ſibi faciat, multus & torrens; Iudicem, vel nitentem contrà, feret, cogetque ire quà rapit. *Quare* ſi ex tribus his generibus neceſſariò ſit eligendum vnum, quis dubitet hunc præferre omnibus: & validiſſimum alioqui, & maximis quibuſque cauſis accommodatiſſimum? Nam & Homerus brevem quidem nitoris jucunditatem, & propriam (id enim eſt non errare verbis) & carentem ſupervacuis eloquentiam Menelao dedit, quæ ſunt virtutes generis illius primi. Et ex ore Neſtoris dixit dulciorem melle profluere ſermonem, quâ certè delectatione nihil fingi majus poteſt. Sed ſummam aggreſſus, vt in Vlyſſe, facundiam, magnitudinem illi junxit; cui Orationem flumini nivibus hybernis aucto, & copiâ verborum, atque impetu parem tribuit. Cum hoc igitur nemo Mortalium contendet, hunc vt Deum Homines intuebuntur. Hanc vim & celeritatem, in Pericle miratur Eupolis: hanc fulminibus Ariſtophanes comparat, hæc eſt vera dicendi *Facultas*.

Vvlgaris.

Vera dicendi facultas.

Sed neque his tribus, quaſi formis, incluſa Eloquentia eſt. Nam vt inter gracile, validumque, tertium aliquid conſtitutum eſt; ita horum intervalla ſunt. Atque inter hæc ipſa Mixtum quiddam ex duobus, *Medium* eſt eorum. Nam & ſubtili plenius aliquid atque ſubtilius, & vehementi remiſſius atque vehementius invenitur; vt illud lene aut aſcendit ad fortiora, aut ad tenuiora ſummittitur. Ac ſic propè innumerabiles ſpecies reperiuntur, quæ vtiquè aliquo momento inter ſe differant. Sicut quattuor generaliter ventos, à totidem Mundi cardinibus accepimus flare; cùm interim plurimi medij eorum, varietate regionum ac fluminum propriè deprehenduntur. Eademque Muſicis ratio eſt, qui cum in cythara quinque conſtituerunt ſonos, plurimâ deinde varietate complent ſpatia illa nervorum: atque his quos interpoſuerunt, inſerunt alios; vt pauci illi tranſitus, multos gradus habeant. Plures igitur etiam Eloquentiæ facies. Sed ſtultiſſimum quærere, ad quam recturus ſe ſit *Orator*; cùm omnis ſpecies, quæ modò recta eſt, habeat vſum: atque id ipſum omne ſit Oratoris, quod vulgò genus dicendi vocant. Vtetur enim, vt res exiget, omnibus: nec pro cauſa modò, ſed & pro partibus cauſæ. Nam non eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis, & de interdictis ac ſponſionibus, & de certa re credita dicet. Sententiarum in Senatu, & Concionum, & privatorum Conſiliorum ſervabit diſcrimina. Vitam ex differentia perſonarum, locorum, temporumque mutabit. Ita in eadem oratione aliter conciliabit, non ex ijſdem partibus iram & miſericordiam petet. Alias ad docendum, alias ad movendum adhibebit artes. Non vnus color Procemij, Narrationis: argumentorum, egreſſionis, perorationis ſervabitur. Dicet idem graviter, ſeverè, acriter, vehementer, concitatè, copioſè, amarè: comiter, remiſsè, ſubtiliter, blandè, leniter, dulciter, breviter, vrbanè. Non vbiquè ſimul, ſed vbicunque, par ſibi ſic fiet. Tum id propter quod maximè repertus vſus Orationis, vt dicat & vtiliter: & ad efficiendum quod intendit, potenter. Tum laudem quoque nec Doctorum modò, ſed etiam Vulgi conſequetur.

Quidam gradus intermedij.

Omnis Eloquentiæ ſpecies ſuo loco idonea.

Ejuſdem partis facies variæ.

Falluntur enim plurimùm, quod vitioſum & corruptum dicendi genus, quod aut verborum licentiâ reſultat, aut puerilibus ſententiolis laſcivit, aut immodico tumore turgeſcit, aut inanibus locis bacchatur: aut caſuris, ſi leviter excutiantur, floſculis nitet, aut præcipitia pro ſublimibus habet, aut ſpecie libertatis inſanit; magis exiſtimant populare, atque plauſibile. Quod quidem placere multis nec inficior, nec miror. Eſt enim jucundioris ac favorabilis qualiſcunque Eloquentiæ, & adducit animos naturali voluptate vox omnis, neque aliunde illi per fora atque aggerem circuli. Quò minùs mirum eſt, quod nulli non agentium parata vulgi corona eſt. Vbi verò quod exquiſitius dictum accidit auribus imperitorum, qualecunque id, quod modò ſe ipſi poſſe deſperent, habet admirationem. Neque immeritò, nam ne illud qui-

Vitia in Oratione plauſibilia.

RHETORICA

dem facile eſt. Sed evaneſcunt hæc atque moriuntur, comparatione meliorum. Vt lana tincta ſucco ac ſuco, citra purpuras, placet. At ſi contuleris etiam lacernæ, conſpectu melioris obruatur, vt Ovidius ait. Si verò judicium his corruptis acrius adhibeas, vt ſuccinis purpura; jam illud quod feſellerat, exuat mentitum colorem & quadam vix enarrabili fœditate palleſcat. Luceat igitur hæc citra ſolem, & vt quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris. Denique mala multi probant, nemo improbat bona.

Facilitas in Oratore.

Neque verò omnia iſta, de quibus locuti ſumus, Orator optimè tantùm, ſed etiam *facillimè* faciet. Neque enim vis ſumma dicendi eſſet admiratione digna, ſi infelix vſque ad vltimum ſollicitudo perſequitur: ac Oratorem & coquit, ægrè verba vertentem; & perpendendis, coagmentandiſque eis intabeſcentem. Nitidus ille & ſublimis, & locuples, circum fluentibus vndiquè eloquentiæ pompis imperat. Deſinit enim in adverſa niti, quod pervenit in ſummum. Scandenti circa ima labor eſt, cæterùm quantùm proceſſeris, mollietur dives & lætius ſolum. Et ſi hæc quoque jam levius ſuprema perſeverantibus ſtudijs everteris, inde fructus illaborati offerunt ſe ſe: & omnia ſpontè proveniunt, quæ tamen quotidiè niſi decerpantur, areſcunt.

Copia habeat modum.

Sed & *Copia habet modum*, ſine quo nihil nec laudabile, nec ſalutare eſt: & nitor ille cultum virilem, & inventio judicium. Sic erunt magna non nimia, ſublimia non abrupta: fortia non temeraria, ſevera non triſtia, gravia non tarda; læta non luxurioſa, jucunda non luxu diſſoluta, plena non tumida. Similis in ceteris ratio eſt. Tutiſſima ferè per *medium* via, quia vtriuſque vltimum vitium *eſt*.

Medio tutiſſimè itur.

Præmiſerat paulò antè quid ſimile idem Quintilianus, dum ſuetâ ſubtilitate ac perſpicuitate diſtinguit & explicat *Modum* dicendi Atticum, Aſianum, & Rhodium. Vbi ſolerter quoque advertit eorum errorem, qui nullam eſſe putant naturalem eloquentiam; niſi quæ ſit *quotidiano*, & domeſtico ſermoni ſimillima. Id verò loqui eſt, non eloqui; cùm & ipſam eloquentiam qui non habet, nullam judicet. Ante tamen omnia ſuam quiſque naturam conſulat, cum ſubjectâ ad dicendum materiâ. Obſervetque aliam eſſe dicendi rationem, aliam *ſcribendi*. Illam carere affectibus, aurium delectatione, & procemiorum apparatu. In iſta regnare magis diviſionum ſubtilitatem, argumentorum pondera: ſententiarum denſitatem, periodorum concinnitatem. Natura, inquam, tum Oratoris tum orationis conſulenda imprimis eſt; vt beata illa Elocutionis vbertas, felicitas, facilitas tandem acquiratur.

Tres dicendi modi.

Eloquentia non eſt ſermonis quotidiani.

Dicendi & ſcribendi ratio diverſa.

Duplex dicendi genus.

SIVE ergo genus dicendi fuſum ſit, & quaſi nativum: ſive verſum & figuris vermiculatum, ſive ex ambobus beatâ temperie conflatum; vitatâ in vtroque gravi verboſitatis, nimiæque venuſtatis affectatione, adhibenda eſt locutio emendata, propria, pura, dilucida, plana, perſpicua, ſuavis, elegans ac rotunda: acuta, erudita, vivida, elata, magnifica, triumphans. Idque per *Verba* ſimplicia & ſingula, compoſita & conjuncta.

Verba Eloquentiæ idonea. Nativa.

Verba porro *Simplicia* ſunt I. nativa, quæ quaſi ex naturæ ipſius genio rem de quâ agitur ſignificant. II. Reperta vtilitatis, neceſſitatis-ve gratiâ per ſimilitudinem, vt theologiſo: per imitationem alterius idiomatis, vt Areſtum. Per onomatopœiam, vt Bambalio: per derivationem, vt ſanctitudo; per adjunctionem, vt Induperator, Religioſi-doctus. Horumque vſus parcior eſſe debet; nec cuivis licet, verba civitate Latij donare. III. Verba *Præſtantiora*; cujuſmodi ſunt vocaliora, pulchriora, grandiora, ſuperlativa, polyſyllaba; quibus contraria ſunt deteriora. IV. *Polita*, ſeu leniora; vt firmitudo, delicatulus, &c Ex adverſo ſtant Aſpera, ex concurſu vocalium; vt Bœotij alieno ære obſiti: vel conſonantium V. F. R. S. T. vt Aruſpex, rurſus, peroptaret. *Honeſta*, ſi quidem caſta & verecunda Eloquentia eſt, quin & Virgo innupta; ideoque refugit quidquid ſordidum, & opicum olet. Quod ſi quæ neceſſariò intercurrunt ſenſuum alicui, aut imaginationi ſubturpiora; vel circumloquitur caſtus Orator per metaphoras, vel per reticentiam; vt *honeſto prætexit nomine culpam*. V. Sequuntur deindè verba *propria*, communi Eruditorum vſu, monetæ & numorum inſtar, recepta; vt timere dolorem: & Impropria, vt ſperare dolorem. Sanè cautela nequit eſſe nimia in tranſlationibus, &

Præſtantiora.

Polita.

Honeſta.

Aeneid. 6.

Propria.

metaphoris; quæ niſi raræ ſint, ſtrumæ exiſtunt Eloquentiæ. Adeò vt ejuſmodi inſinceros Blaterones linguâ vt carerent & calamo, communi rei litterariæ voto peroptandum foret. VI. *Nuda*, vt Paulus id ſcripſit. *Adjuncta*, vt Gentium Magiſter Apoſtolus, id monimentis conſignavit. Quem alterum offenſionis lapidem, vitari ſummoperè velim. Vt raro nimirum advocentur Epitheta, neque vnquam inutilia, inepta, remotiora, crebra; condimenta enim ſunt, non cibi. Quare adhibenda ſolùm quoties vel neceſſaria, vel decora. Tuncque petenda à metaphoris, vt ardens divino igne: ab affectu, pallida mors, auri ſacra fames; lociſque omnibus, ſupra memoratis. VII. *Priſca*, ſeu obſoleta; quæ haud ſecus quàm erudita, ſi parcâ manu inſperguntur, & velut gemmæ interſeruntur, orationem reddunt grandiorem; cum veneratione & delectatione Audientium, Legentium-ve. Cavenda tamen ſupina eorum vanitas, *qui ex illis famam eruditionis affectant, vt quædam ſoli ſcire videantur.* Vt plurimùm verò egent vel interpretatione, vel ſynonymo. Alioquin offuſcias & caliginem affundunt Orationi, nihilo ſeciùs quàm æquivoca: Artium item & locorum, hominumque propria. *Nova* ſecùs, & recèns cuſa; vel ad res de novo ſignificandas, vt quinteſſentia, ſubſiſtentia: vel ad majorem perſpicuitatem, vt Papa: vel ad venuſtatem, vt mollitudo, ſanctitudo: vel deniquè in rebus Religionis, quæ vel punctulùm aut apicem mutari neutiquàm patiuntur; vt Trinitas, Hypoſtaſis, Tranſſubſtantiatio, Sacramentum, aliaque id genus. In queis Magiſter vnus eſt, Decretum Eccleſiæ, & vſus Eruditorum ac Politorum. Iam in ejuſmodi dictionum compoſitione, ſita vtiquè eſt venuſtas Eloquentiæ.

VVLGARIS. Metaphoræ raræ. Nuda Adjuncta. Epitheta quoque rara. Priſca. Nova,

PRÆCIPVVS ELOCVTIONIS ornatus triplex.

TITVLVS XVI. *Elocutionis decora, & dotes*

CONSTAT ille quidem Ordine, Iuncturâ, Numero. *Ordo* dictiones aut ſingulas, aut contextas eâ ſerie collocat; vt I. raro majoribus ſubijciantur minora, cùm fermè creſcere & inſurgere debeat Oratio. Neque enim rectè dicitur ſacrilegus, fur, malus. II. Naturæ ſeries, quantùm fas erit, ſervetur. Sic meliùs dici autumant, Orientem & Occidentem, Patrem & Filium, quàm ordine inverſo. III. Vitanda eam quoque ob rem verborum trajectio, niſi ſit vtilis; vnde naſci amphibologiam & ὑπέρβατον, nemo eſt qui neſciat.

Triplex ornatus *Quintil. l. 9. c. 4.* 1. Ordo.

Iunctura ſita eſt in verbis inciſis, membris, periodis. Aures itaque ſæpiùs conſulendæ, vt judicent ne quid deſit, aut redundet: non hæreat brevitate Oratio, aut fuſiori prolixitate ſuſpendatur & langueſcat. Ne quid præpoſterum ſit, ne quid item aſperum, vaſtum, aut hiulcum. Vitandus enim conſonantium, aut vocalium concurſus; vt ipſe ære alieno obſitus. Item hemiſtichia, monoſyllaba, ſimiliter cadentia, aut deſinentia; cùm virtutes ipſæ tædium pariant, niſi gratiâ varietatis adjutæ: nec pariter vltimæ ſyllabæ prioris verbi, primæ ſint conſequentis. Deniquè ea quam modo dixi βαττολογία, verborum trajectio: & ſolœcophanes in generibus, numeris, temporibus, caſibus ac perſonis. Quanquam id, quod ſuo diximus loco, proprium magis Grammaticæ eſt, quæ docet loqui: quàm Rhetoricæ, quæ docet ornatè dicere.

2. Iunctura.

In ſumma; quidquid redundat, amputandum eſt; cum eorum omnium circumciſione, quæ quoquo modo aurium ſenſum, quem Cicero vocat faſtidioſiſſimum, lædere poſſent; niſi fortè aliud judicij ratio dictaverit. Nam & ſummis Viris hæc omnia interdum *neglexiſſe*, pars eſt laudis non vltima. Quædam nimirum negligentia, diligens eſt; neque magis peccat, quàm qui nihil peccat. Liberiorque eſt Eloquentia, quàm vt perpetuis captivetur vinculis:

Neglectus,

RHETORICA

nullaque res minùs perſuadet, quàm merum & liquidum artificium. Sinceritatem & candorem amant, tùm Lectores, tùm Auditores: metuuntque technas, & inſidias; vno verbo *Oratores*, volunt non Sophiſtas; Virorum ſenſus, non Cincinnatorum calamiſtros.

Non loquendum tumultuariè. Ordo triplex.

Nec ideo ſtatim quaſi ſolutis frænis ori & calamo permittenda ſunt, quæ levis imaginatio primo *impetu* effundit. Sed donec judicij ſententia conſtiterit, ſus deque verſandus, ac reverſandus qui numeratur verborum *Ordo* triplex. Rectus, vt DEVS condidit omnia. Inverſus, õmnia condidit DEVS. Permixtus, omnia DEVS condidit. Quod fit partim vt idem dum repetit Orator, diverſa dixiſſe videatur; varietas namque faſtidium pellit. Partim vt ejuſmodi permutatio eò vſque pertendatur, donec oratio exiſtat ſuaviſſima maximéque numeroſa.

3. Numerus.

Ex præfata mox verborum decenti commiſſurâ, *Numerus* naſcitur. Qui nec ipſe accuratus nimis & exquiſitus eſſe debet, ſed judicio ad ſuavitatem temperatus. Poëſi ita quidem ſimilis, vt Poëmati ſit omninò abſimilis. Locum verò maximè ſortitur initio & in fine quàm periodi, tam totius Orationis; niſi cum vehemens eſt initium, aut clauſura. Nam & in medio ſæpiùs de induſtriâ negligi debet*, & verò ſummæ eſt etiam interdum vtilitatis.

Titul. 1.

Is igitur Numerus modulus eſt, ſeu ſuavis quidam ſonus; ex aptâ, mixtâque pedum collocatione emergens. Horum examen delineabat paulò antè, Poëſeos Adumbratio; quamvis Proſa neque rythmica, neque poëtica eſſe debeat. Sed nec in illius nimiâ diſquiſitione ſcrupuloſiùs aut diutiùs immorandum reor. Verſatis enim tàm in ſcriptione frequenti, quàm in pronunciatione, & politiſſimorum Autorum lectitatione, penſitatione, & imitatione; pedes & numeri ſpontè ſub calamo, inque labijs naſci conſuevere.] *Oratio* igitur quæ ferri debet ac fluere, demetiendis pedibus, ac perpendendis ſyllabis non conſeneſcat. Nam id tum miſeri, tum in minimis occupati eſt. Neque enim qui ſe totum in hac cura conſumpſerit, potioribus vacabit. Siquidem relicto rerum pondere, ac nitore contempto, teſſerulas (vt ait Lucilius) ſtruet, & vermiculatè inter ſe lexeis committet. Nonne ergo refrigeretur ſic calor, & impetus pereat; vt equorum curſum qui dirigit, minuit: & paſſus qui æquat, curſum frangit; quaſi verò numeri non fuerint in compoſitione deprehenſi? Sicut Poëma nemo dubitaverit imperito quodam initio fuſum, & aurium menſurâ, & ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſervatione eſſe generatum, mox in eo repertos pedes. *Satis* igitur in hoc nos componit multa ſcribendi exercitatio, vt ex tempore etiam ſimilia fundamus. Neque vero tàm ſint intuendi pedes, quàm vniverſa comprehenſio: vt verſum facientes, totum illum decurſum non ſex vel quinque pedes, ex quibus conſtat verſus, aſpiciunt. Ante enim carmen ortum eſt, quàm obſervatio carminis. Indeque illud; fauni, vateſque canebant. Ergo quem in Poëmate locum habet verſificatio, eum in Oratione compoſitio. Optimè autem de illa judicant aures, quæ & plena ſentiunt, & parum expleta deſiderant: & fragoſis offenduntur, & lenibus mulcentur, & contortis excitantur; & ſtabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia & nimia faſtidiunt. Ideoque docti rationem componendi intelligunt, & indocti voluptatem. Quædam verò *arte tradi non poſſunt.*]

Quintil. l. 9. c. 4.

Compoſitio quid in oratione.

Quædam arte tradi non poſſunt.

Extremæ demum infantiæ eſt ſyllabas aucupari. Contemnitur ſiquidem garrula diſciplina, vbi jacent ſenſus: Conſultóque errant magni in dicendo Viri, ſaltem rebus magis quàm verbis intenti. Nec decumanus Iſocratis labor, plenariam laudem commeruit apud Legitimos Cenſores. Immò & ipſa [illa ἀφέλεια ſimplex & inaffectata habet quendam *purum*, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum.] Quod equidem tanti ſemper momenti viſum mihi fuit, vt integram ſuper ea re ejuſdem ſententiam Quintiliani, hic tranſcribere magnum operæ pretium putem.

Purus ornatus pulchrior.

L. 8. In proœm.

Eos ſcilicet emendat, [*qui omiſſâ* rerum (qui nervi ſunt in cauſis) diligentiâ, quodam inani circa voces ſtudio ſeneſcunt. Idque faciunt gratiâ decoris, quod eſt in dicendo, meâ quidem opinione, pulcherrimum: ſed cùm

Contra nimias artis delicias.

ſequitur, non cùm affectatur. Corpora ſana, & integri ſanguinis, & exercitatione firmata; ex iiſdem his ſpeciem accipiunt, ex quibus vires. Namque & colorata & aſtricta, & lacertis expreſſa ſunt. Sed eadem ſi quis vulſa atque fucata muliebriter comat, fœdiſſima ſunt ipſo formæ labore. Et cultus conceſſus atque magnificus addit hominibus, vt Græco verſu teſtatum eſt, autoritatem. At muliebris & luxurioſus non corpus exornat, ſed detegit mentem. Similiter illa tranſlucida & verſicolor quorundam elocutio res ipſas effœminat, quæ illo verborum habitu veſtiuntur.

VVLGARIS.

Curam ergo verborum, rerum volo eſſe ſollicitudinem: nam plerumque optima rebus cohærent, & cernuntur ſuo lumine. At nos quærimus illa tanquam lateant ſemper, ſeque ſubducant. Ita nunquam putamus circa id eſſe, de quo dicendum eſt: ſed ex aliis locis petimus, & inventis vim afferimus. Majore animo aggredienda Eloquentia eſt, quæ ſi toto corpore valet, vngues polire, & capillum reponere non exiſtimabit ad curam ſuam pertinere. Sed evenit plerumque vt hâc diligentiâ *deterior* etiam fiat Oratio. Primùm, quia ſunt optima, minimè acceſita: & ſimplicibus, atque ab ipſa veritate profectis ſimilia. Nam illa quæ curam fatentur, & ficta atque compoſita videri etiam volunt: nec gratiam conſequuntur, & fidem amittunt; propter id quod ſenſus obumbrant, & velut læto gramine ſata ſtrangulant. Nam & quod rectè dici poteſt, circumimus amore verborum: & quod ſatis dictum eſt, repetimus; & quod vno verbo patet, pluribus oneramus: & pleraque ſignificare meliùs putamus, quàm dicere. Quid? quod nihil jam proprium placet, dum parum creditur diſertum, quod & alius dixiſſet? A corruptiſſimo quoque *Poëtarum*, figuras ſeu tranſlationes mutuamur; tum demum ingenioſi ſcilicet, ſi ad *intelligendos* nos opus ſit ingenio. Atqui ſatis apertè Cicero præceperat, in dicendo vitium vel maximum eſſe, à vulgari genere orationis, atque à conſuetudine communi abhorrere. Sed ille durus atque ineruditus, nos meliùs, quibus ſordent omnia, quæ natura dictavit; qui non ornamenta quærimus, ſed lenocinia. Quaſi verò ſit vlla verborum, niſi rei cohærentium, virtus; quæ vt propria ſint & dilucida, & ornata, & aptè collocentur, ſi totâ vitâ laborandum eſt, omnis ſtudiorum fructus amiſſus eſt. Atque pleroſque videas hærentes circa ſingula, & dum inveniunt, & dum inventa ponderant ac dimetiuntur. Quæ ſi idcirco fierent, vt ſemper optimis vterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat: quæ & curſum dicendi refrænat, & calorem cogitationis extinguit morâ & diffidentiâ. Miſer enim, &(vt ſic dicam) pauper Orator eſt, qui nullum verbum æquo animo perdere poteſt. Sed ne perdet quidem, qui rationem loquendi primùm cognoverit: tum lectione multâ & idoneâ, copioſam ſibi verborum ſuppellectilem compararit: & huic adhibuerit artem collocandi, deinde hæc omnia exercitatione plurimâ roborarit; vt ſemper in promptu ſint, & ante oculos. Namque & hoc qui fecerit, ei res cum nominibus ſuis occurrent. Sed opus eſt ſtudio præcedente, & acquiſitâ facultate, & quaſi repoſitâ. Namque iſta quærendi, judicandi, comparandi anxietas, *dum diſcimus* adhibenda eſt, non cùm dicimus. Alioqui ſicut qui patrimonium non pararunt, ſubinde quærunt: ita in Oratione qui non ſatis laborarunt, ſi præparata vis dicendi non fuerit, erunt inofficioſi; non vt requiſitis reſpondere, ſed vt ſemper ſenſibus inhærere videantur, atque vt vmbra corpus ſequitur. Tamen in hac ipſa cùra eſt aliquid, ſatis. Cùm latina, ſignificantia, ornata, tum apertè ſint collocata, quid amplius laboremus?

Quibuſdam tamen nullus finis calumniandi eſt, & cum ſingulis penè ſyllabis commorandi; qui etiam cùm optima ſint reperta, quærunt aliquid quod ſit maximè *antiquum*, remotum, inopinatum: nec intelligunt *jacere ſenſus in oratione, in qua verba laudantur.* Sit igitur cura Elocutionis quàm-maxima, dum ſciamus tamen nihil verborum cauſâ eſſe faciendum; cùm verba ipſa, rerum gratiâ ſint reperta. Quorum quidem ea ſunt maximè probabilia, quæ ſenſum animi noſtri optimè promunt: atque in animis Iudicum, quod volumus, efficiunt. Ea debent præſtare ſine dubio & admirabilem, & jucundam Orationem. Verùm admirabilem, non ſic quo modo prodigia mira-

Cura elocutionis.

RHETORICA

mur: & jucundam Orationem non deformi voluptate, ſed cum laude ad dignitatem *conjunctà*.

Periodus. IGITUR ex ordine, junctura, & numeris aptè temperatis prodit *Periodus*; ſive gratus quidam ac numeroſus Orationis ambitus ſeu circuitus, per aurium traduces in animos illabens. Senſum debet concludere, aperta eſſe vt poſſit intelligi: non immodica ne memoriam, aures-ve fatiget. *Partes* habent commata & hypocola, id eſt membra ſeu inciſa. *Duplex* porrò ſtatuitur. Naturalis, quæ vno ſpiritu ſpontè volvitur. Et Artificialis regularis, quæ numeratis membris conſtat. Inde fit vt alia ſit ſimplex, nam nec reijcio vnimembrem: alia compoſita, putà bimembris, trimembris, & quatrimembris. Nam vt concedatur dari periodos irregulares, quinque ſex-ve membris conſtantes: ſæpiùs tamen continuationes eſſe, ſivè vt aiunt productiones, advertunt Periti. Cum ſcilicet rotundæ, & vno ſpiritu evolutæ periodo, ſubnectitur appendix, ſeu additamentum ſenſum Orationis complens.

Partes periodi. Naturalis. Artificialis.

Quanquam optimum erit totius rationem longitudinis, à *materiâ* petere. Debent enim, vt monet Quintilianus, [*ſublimia* ingredi, lenia duci, acria currere, delicata fluere. Et quis dubitat alia leniùs, alia concitatiùs: alia ſublimiùs, alia pugnaciùs, alia graviùs eſſe dicenda? Gravibus, ſublimibus, ornatis, longas magis ſyllabas convenire? Ita vt lenia ſpatium, ſublimia & ornata claritatem quoque vocum poſcant, potius quàm his *contraria*. Et ſummatim; omnes ferè *motus* tantæ concinnitatis impatientes ſunt, ſi languidos excipias. Atque vt ſemel finiam, ſic ferè componendum, quomodo pronunciandum erit.

L. 9. c. 4.

Aſpera præſtat molliori. Non ſemper eadem.

In vniverſum autem, ſi ſit neceſſe, duram potiùs atque *aſperam* compoſitionem malim eſſe, quàm effœminatam & enervem; qualis apud multos, & quotidiè magis laſcivimus. Scilicet in tonorum modis ſaltitantes. Ac ne tam bona quidem vlla erit, vt debeat eſſe *continua*, & ideo eoſdem ſemper pedes ire. Nam & verſificandi genus eſt vnam legem omnibus ſermonibus dare, & id cum manifeſta affectatione. Cujus rei maximè cavenda ſuſpicio eſt, tum etiam tædium ex ſimilitudine ac ſatietatem creat. Quodque eſt *dulcius* magis perdit, amittitque & fidem, & affectus, motuſque omnis, qui eſt in hac cura deprehenſus. Nec poteſt ei credere, nec propter eum dolere, & iraſci Iudex cui putat hoc vacare. Ideoque initia quædam quaſi ſolvenda de induſtria ſunt, quædam ita maximi laboris, ne laborata videantur. Sed neque longioribus quàm oportet hyperbatis compoſitioni ſerviamus, ne quæ ejus gratiâ fecerimus, propter eam feciſſe videamur. Et certè nullum aptum atque idoneum verbum prætermittemus gratiâ lenitatis. Neque enim erit vllum tam difficile, quod non commodè inferi poſſit; niſi quod in evitandis ejuſmodi verbis non decorem compoſitionis quærimus, ſed *facilitatem*.

Modus periodi.

ENIM-VERÒ vt tota ſermonis compoſitio habeatur *periodica*, videndum ne Oratio ſit totus numerus: ne verba apertè & palàm traijciantur, quò meliùs cadat aut volvatur Oratio. Ne aſpera ſint initium, & finis: ne inanes particulæ, ſynonyma, epitheta, copulativa; & quæcumque ſenſum non juvant, velut complementum intrudantur. Tum ne omnia Laconicè dicas; id eſt cæſim, punctim, minutimque, alioquin ſubſiliet Oratio. Ne item Aſiaticè omnia, profuſo ac ſimili modo concludas. Quocirca longarum invicem, ac brevium periodorum *varietas miſcenda* eſt. Ad extremum; cùm ſæpenumerò in magnis Viris neſcio quæ *negligentia* commendetur, numerorum cura interdum, vt præmonebam, ex arte omittenda eſt. Quoties autem adhibetur, cautè diſſimulanda. Sic vt ſpontè fluentes & ex ſe oblati videantur, non coacti aut per vim acceſſiti & intruſi:

Negligentia quædam laudabilis.

Quintil. l. 9. c. 4. Elaboranda Oratio.

INTERIM elaboranda ſemper Oratio eſt, [quia *compoſitione* velut amentis quibuſdam nervíſ-ve intendi & concitari ſententiæ videntur. Ideo Eruditiſſimo cuique perſuaſum eſt, valere eam quamplurimum, non ad delectationem modò, ſed ad motum quoque animorum. Primùm quia nihil intrare poteſt in affectum, quod in aure velut quodam veſtibulo ſtatim offendit. Deinde quod naturâ ducimur ad modos. Neque enim aliter eveniret, vt illi quoque organorum ſoni, quanquam verba non exprimunt, in alios tamen atque

alios motus ducerent Auditorem. Io certaminibus ſacris non eâdem ratione concitant animos ac remittunt, nec eoſdem modos adhibent cùm bellicum eſt canendum, & cùm poſito genu ſupplicandum. Nec idem ſignorum concentus eſt procedente ad Prælium exercitu, idem receptui carmeo. *Pythagoreis* certè moris fuit, & cùm evigilaſſent, animos ad lyram excitare, quò eſſent ad agendum erectiores. Et cum ſomnum peterent, ad eandem priùs lenire mentes; vt ſi quid fuiſſet turbidiorum cogitationum, componerent. Quod ſi numeris & modis ineſt quædam tacita vis, in Oratione eò vehementiſſima; quaotúmque intereſt ſenſus idem quibus verbis efferatur, tantùm verba eadem quâ compoſitione vel in exitu jungantur, vel fine claudantur. Nam quædam & ſeotentijs parva, & elocutione modica, virtus hæc ſola *commendat*.

VVLGARIS.

Compoſitionis partes.

Tandem vt dicta, compendio ejuſdem Autoris exprimam; *compoſitio* debet eſſe hooeſta, jucunda, varia. Ejus *tres* partes, ordo, conjunctio, numerus. Ratio in adjectione, detractione, mutatione, vſu; pro natura rerum, quas dicimus. Cura magna vt ſentiendi atque loquendi, prior ſit. Diſſimulatio curæ præcipua, vt numeri ſpontè fluxiſſe, non accerſiti & coacti eſſe *videantur*.

Quomodo amplificatur. Definitione.

PORRÒ *impletur*, amplificatur, ornaturque Periodus I. Per definitionem; vt quotus quiſque Mortalium non miretur, CHRISTVM Humani Generis Servatorem, DEI præpotentis Filium, vniverſæ rerum Machinæ Conditorem, &c. teterrimo ſupplicio occidi, mactari, jugulari? II. Per Enumerationem partium; vt CHRISTVS in patibulum ſuffixus, crudelibus tormentis laniatus: caput dumetis obrutum, vultus ſputis contaminatus: lingua aceto imbibitur, latus cuſpide perforatur. III. Per interpretationem; cùm idem diverſis verbis, ſed prudentiſſimis ac ſelectiſſimis effertur. Vt horrendum profectò CHRISTVM DEI vnigenitum, extremo damnari ſupplicio, reorum pœnam ſubire: agi in crucem, ſuſpendi in patibulum veluti horrendæ crudelitatis trophæum. IV. Per incrementum, ſeu congeriem; vt CHRISTVS jugulatus eſt, occiſus eſt, mortuus eſt. V. Per Adjuncta, & Circumſtantias; vt moriente CHRISTO, an non miramini Orbem concuti, Solem lugere, Lunam deficere: abruptum Templi velum, aperta monumenta? Et cetera, quæ fuſiùs retrò in copia Orationis.

Eoumeratione. Interpretatione. Congerie. Circumſtantijs.

QVORVM ſanè omnium ſtructura, tum perfecta eſt, cùm ex ſedulâ lectione, meditatione ac ſcriptione aures non lædit, & ingenium delectat mirabili quâdam ſuavitate; quam à Stylo mutuatur tota Orationis ſeries.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RHETORICA

TITVLVS XVII. *Styli Natura expenditur.*

QVIDNAM SIT IN Oratione Stylus.

IDEA eſt & corpus orationis. Character mihi nuncuparetur, niſi periti Artifices tantillum diſcrimen inducerent. *Characterem* enim volunt eſſe opus artis & electionis, Stylum naturæ. Illum diſtingui præſertim in ſublimem, medium, & humilem: iſtum ex diverſis temperamentis, diverſiſſimum. Quidquid ſit (noſtra enim opinio tantiſper diſcrepat) puto ego Stylum, ſeu modum illum peculiarem exprimendi animi ſenſa; *pendere* partim à naturâ, partim ab arte. Quare illum quiſque ſibi debet, qualem opportunum judicaverit, expolire & comparare. Ideoque ante omnia ſpectanda vniuſcujuſque natura, ætas, conditio, officium. Attendi quoque inſigniter debent variæ res, materiæ, aliæque omnes circumſtantiæ. Caput ſiquidem artis eſt decere. Diverſæ namque loquendi rationes, diverſis magis arrident. Verbo dicam quod ſentio. Qui res omnes tametſi diverſiſſimas puro, nativo, & eleganti ſermone, quantùm decet, expreſſerit; cælum, quod aiunt, digito attigiſſe videtur.

An differat à charactere? — *Stylus quid ſit* — [illegible]

Styli dotes.

Placet ergò *Stylus* purus, ſimplex, nativus, fluidus, ſpontaneus: procul à metaphoris & tumore, ſenſu major, quàm verbis: ſententijs illigatus, temperatus inter Laconicum & Aſiaticum; cui minùs detrahi poſſit, quàm addi: affectuum prorſus omnium, & cujuſlibet materiæ capax. Sic vt longiores, & breviores periodi ſibi invicem, quodam cum ſuavi modulo ſuccedant. Nec deſint, immò adſint frequenter (modò tamen obſcuritas devitetur) acumina, erudita: ardores, ſententiæ; etiam autoritates: ſed rariùs inſperſæ, nec nimis prolixæ.

Quinque Styli ſpecies. Quintil. l. 2. c. 5.

Quocirca vt olim Zeuxis ille Pictorum non vltimus, Helenæ ſpeciem ad plurimarum venuſtatem expreſſit: ſic omnia dicendi genera delibanda, ne dicam devoranda, exiſtimo, vt vnus tandem emendatè effingatur. Hi certè *quinque* veluti perfectiores magè commendantur, vt diverſorum Patrum exemplis planum fiet. Nam & [*ferè in omnibus minùs valent præcepta, quàm exempla.*]

TITVLVS XVIII. *Stylus quintuplex enarratur.*

STYLI GENERA PRÆSERTIM quinque.

CVM invtile revera ſit vagari per ſingula dicendi genera, placet quotquot occurrunt quinque ſummatim capitibus complecti. Cenſetur enim

STYLVS { *Perſpicuus, Brevis.*
Probabilis, Splendidus, Suavis.

1 Perſpicuus. — *Vnde Obſcuritas.*

1. PERSPICVVS attentâ materiæ neceſſitate, Auditorum capacitate, Oratoris dignitate; pauca dicit, plana, ſelecta, diſpoſita, eximia, conciſa, ſententioſa, diſtincta: non verboſa, nullis obſcura nebulis; quas offundunt rerum profunditas, multiplicitas, confuſio, ambiguitas: allegoriæ, citationes, & metaphoræ nimiæ: parentheſes, critica, ſcholaſtica; loquacitas, periodi fuſiores,

fuſiores, nimia brevitas. Sanè enim vel tacendum omninò, vel apertè lo-
quendum. Vox ſiquidem radius eſt mentis, φωνὴ quaſi φῶς νοῦ. Ac licet ſua VVLGARIS.
quoque adyta, ſuaſque cortinas habeat Eloquentia; verum-tamen illud arbi-
tror è Græcorum emblemate veriſſimum, σαφῶς τὸ σαφές. Quorſum, te ama-
bo, non loqui niſi ænigmata: & in omni ſcripto, Delium natatorem requi-
rere? Candida eſt & aperta janua Rhetorices: rectéque monuit Pythagoras,
nunquam loquendum ſine lumine. Nec minùs acutè *otioſum* ſermonem dixit
Quintilianus, quem Auditor ſuo ingenio non intelligit.

[*At pervaſit* quidem jam multos iſta perſuaſio, vt id jam demum eleganter ‘ *L. 8. c. 2. & ſeq.*
atque exquiſitè dictum putent, quod interpretandum ſit. Sed Auditoribus ‘
etiam nonnullis grata hæc, quæ cùm intellexerint, acumine ſuo delectantur: ‘
& gaudent non quaſi audiverint, ſed quaſi invenerint. Nobis *prima ſit virtus* ‘ Prima virtus
perſpicuitas, propria verba, rectus ordo, non in longum dilata concluſio: ni- ‘ perſpicuitas,
hil neque deſit, neque ſuperfluat. Ita ſermo & doctis probabilis, & planus ‘
imperitis erit. Hæc eſt eloquendi obſervatio. Nam rerum perſpicuitas *quo-* ‘
modo præſtanda ſit, diximus in præceptis narrationis. Similis autem ratio eſt ‘
in omnibus. Nam ſi neque pauciora quàm oportet, neque plura, neque inor- ‘
dinata, aut indiſtincta dixerimus; erunt dilucida, & negligenter quoque au- ‘
dientibus aperta. Quia id ipſum in conſilio eſt habendum, non ſemper tam ‘
eſſe acrem Iudicis intentionem, vt obſcuritatem apud ſe ipſe diſcutiat: & te- ‘
nebris Orationis, inferat quoddam intelligentiæ ſuæ lumen. Sed multis eum ‘
frequenter cogitationibus avocari, niſi tam clara fuerint, quæ dicemus; vt ‘
in animum ejus Oratio, vt Sol in oculos, etiam ſi in eam non intendatur, in- ‘
currat. Quare non vt intelligere poſſit, ſed ne omninò poſſit non intellige- ‘
re, *curandum*. Vtiquè magna virtus eſt, res de quibus loquimur clarè atque ‘
vt cerni videantur enunciare.] ‘

In hoc dicendi genere regnat Lactantius vbiquè, præſertim verò vbi agit Lactantius.
de falsâ Sapientiâ. [*Sapientia* eſt vt neque te omnia ſcire putes, quod DEI ‘ *L. 8.*
eſt: neque omnia neſcire, quod pecudis. Eſt enim aliquod medium, quod ‘
eſt hominis, id eſt ſcientia cum ignoratione conjuncta & temperata. Scientia ‘
in omnibus ab animo eſt, qui oritur è celo: ignoratio à corpore, quod eſt è ‘
terra. Vnde nobis & cum DEO, & cum Animalibus eſt aliqua communitas. ‘
Ita quoniam ex his duobus conſtamus elementis, quorum alterum luce præ- ‘
ditum eſt, alterum tenebris: pars nobis data eſt ſcientiæ, pars ignorantiæ. ‘
Per hunc quaſi pontem tranſire, ſine cadendi periculo licet. Nam illi om- ‘
nes, qui in alteram partem inclinaverunt; aut dextrò, aut ſiniſtrò verſus *ce-* ‘
ciderunt.]

II. BREVIS ET ACVTVS, qui dicit quantùm ſatis, reciſis rebus ac ver-
bis haud neceſſarijs; putà epithetis, circumlocutionibus, longioribus periodis, 2. Brevis,
metaphoris, figuris. Crebriùs vibrat ſententias acuminatas, cum robore & ve-
hementiâ; immò etiam vbi opus eſt, cum acrimonia. Interim quia [*totidem* *Quintil. l. 8. c. 3.*
generibus corrumpitur oratio, quot ornatur,] vitanda imprimis obſcuritas, aſperi-
tas, frigiditas: macilentia, affectatio, & diſſolutio Orationis. Perpetua ſubtili-
tas ridicula eſt, quippe ſi nihil acutius ariſtâ, (Senecæ acumen eſt) nihil etiam
futilius. Titubans ſtylus, & malè cohærens; arena vtiquè ſine calce eſt, ſco-
pæque diſſolutæ. Velle enim vt omnis locus, omnis ſenſus in fine ſermonis
feriat aurem acumine, ſententiâ-ve exquiſitâ, ineptire eſt.

Totus in brevitate, & acuminibus eſt Tertullianus, frequens & Auguſtinus,
affectatque ſæpiſſimè Chryſologus; vt *Sermone* LXXX. [*Hodiè adoptionis*, ‘
hodiè promiſſionis tempus eſt: audi, crede, expecta. Crede creditori tuo, ‘ Tertullianus.
qui tibi credidit debitori: expecta parumper vt veniat, qui te diù ſuſtinuit ‘ Auguſtinus.
vt venires: da illi inducias de promiſſo, qui tibi quicquid erat debiti jam ‘ Chryſologus,
donavit. Aut quare tu fatigaris ſpe DEI, cum Genus hominum ſubſiſtat ‘
ſpe, Fide vivat? Agricola numquam ſereret anhelus, ſi fructum laboris ſui ‘
de tempore non ſperaret. Viator laborem prolixi itineris non ſubiret, niſi ſe ‘
ad deſtinata crederet pervenire. Nauta mare non intraret incertus, ſi ſe lu- ‘
cris ſequentibus compenſatum viarum diſcrimina non ſperaret. Miles tota ‘
juventutis tempora non ageret in periculis, ſi ſenectutis honores copioſiſſi- ‘

moſ non ſpectaret. Filius paternæ dominationis tempora non duraret, ſi ſe' ſubſtantiæ paternæ non *ſperaret hæredem.*]

RHETORICA 111. Gravis. Virtutes.

PROBABILIS, & Gravis incedit purè, candidè, ſincerè, ingenioſè; cum prudenti vehementiâ, & figurarum vſu. Item rotundè, viriliter, inaffectatè, moratè; cum pondere & autoritate in verbis, inque ſententijs. *Cave* tamen tumorem, ampullas; cacozelum, allegorias, puerilitatem; Scholaſticorum argutias, & Poëtarum ineptias.

Vitia.

Salvianus, *L. 1.*

Occurrit in Salviano Epiſcoporum Magiſtro, inſignis locus de Providentia. [*Tam ſtulta* ſunt & tam frivola, quæ dicuntur contra DEVM; vt cavendum ' ſit ne idipſum quod pro honore DEI dicitur, injuria DEI eſſe videatur. ' Tanta quippe eſt Majeſtatis ſacræ, & tam tremenda reverentia; vt non ſo- ' lùm ea quæ ab illis contra Religionem horrete: ſed etiam ea quæ pro Reli- ' gione nos ipſi dicimus, cum grandi metu ac diſciplinâ *dicere debeamus.*]

IV. Vigens & Splendidus. Virtutes. Vitia.

SPLENDIDVS, ac vigens; dicit res illuſtres verbis magnificis, per *δύναμιν* & auxeſim: per verba gravia, auguſta, tranſlata, adjuncta, ſuperlata, modeſta, interdum & hyperbolica: duplicata, ſynonyma, innata; adjunctis figurarum luminibus, *demptis* tenuitate, quiſquilijs, putidis: anxijs, vulgò recenſitis.

S. Leo, *Serm. 1.*

An non triumphans incedit Chriſtianæ princeps Eloquentiæ D. Leo, Natale exornans Apoſtolorum Petri & Pauli? [*Iſti enim ſunt Viri*, per quos ' tibi Evangelium CHRISTI, Roma, reſplenduit: & quæ eras magiſtra er- ' roris, facta eſt diſcipula veritatis. Iſti ſunt Patres tui, verique Paſtores; qui ' te regnis celeſtibus inſerendam multò meliùs, multóque feliciùs condide- ' runt: quàm illi quorum ſtudio, prima mœnium tuorum fundamenta locata ' ſunt; ex quibus is qui tibi nomen dedit, fraternâ te cæde, fœdavit. Iſti ſunt ' qui te ad hanc gloriam provexerunt, vt Gens ſancta, Populus electus, ci- ' vitas Sacerdotalis & Regia; per ſacram Beati Petri Sedem Caput Orbis ef- ' fecta, latiùs præſideres Religione divinâ, quàm dominatione terrenâ. Quam- ' vis enim multis aucta victorijs, jus imperij tui terrâ marique protuleris: mi- ' nùs tamen eſt quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm quod *pax Chriſtiana* ' *ſubjecit.*]

Eſto, decedendum ſæpè ſit de ſupremâ illa majeſtate eloquentiæ; purpura tamen, faſces, robur, vigor ac ſublimitas ſemper retinenda. Parum enim eſt purè, nitidè, ornatè dicere quod diſertorum eſt: niſi (& quod valde rarum) Oratoris numeros expleveris; adeò Eloquentiam quæ *admirationem* non habet, nullam judicat ipſe Tullius.

Vera Eloquentia habet admirationem.

V. SVAVIS, & pulcher; dicit floridè, comptè, elaboratè: intertextis ſententijs conciſis, cum vbertate & volubili celeritate. Verbis itidem nitidis, ſonantibus: non aſperis, non hiantibus, non monoſyllabis, nec ſimiliter cadentibus, aut incipientibus; modò dilatando, modo coarctando Orationem: Inſperſis etiam rebus novis, inſuetis, doctis, curioſis; cum idoneis motibus, obſervatis aptè circumſtantijs, & majorum ac minorum periodorum mixturâ: jucundâque figurarum, & amœnâ varietate. Quæ deturpant *Vitia* hiſce virtutibus contraria, facilè quivis dignoſcit.

Suavis. Virtutes.

Vitia.

Ambroſius, & Minutius.

Conſule pleraque Ambroſij Opera. Sed lege, relege, perlege Felicem illum diſertiſſimi inter Chriſtianos Cauſidici *Octavium*; qui nil certè ſpirat, niſi nectar & ambroſiam. Vide vt contra Impios probet Divinitatem. [*Quid* ' *enim poteſt* eſſe tam apertum, tam confeſſum, tamque perſpicuum, cùm ' oculos in cælum ſuſtuleris: & quæ ſunt infrà, ſupráque luſtraveris, quàm ' eſſe aliquod Numen præſtantiſſimæ mentis; quo omnis natura inſpiretur, ' alatur, gubernetur? Cœlum ipſum vide quàm latè tenditur, quàm rapidè ' volvitur: vel quod in noctem Aſtris diſtinguitur, vel quod in diem Sole ' luſtratur; jam ſcies, quàm ſit in eo ſummi Moderatoris, mira & divina li- ' bratio. Vide & annum, vt ſolis ambitum faciat & menſium. Vide vt Luna ' auctu, ſenio, labore circumagat. Quid tenebrarum & luminis dicam recur- ' ſantes vices, vt ſit nobis operis & quietis alterna reparatio? Mari intende, ' lege quicquid è terræ viſceribus animatur. Aſpice Oceanum, refluit reci- ' procis æſtibus. Vide fontes, manant venis perennibus: fluvios intuere, '

eunt ſemper exercitis lapſibus. Quid loquar aptè diſpoſita, recta montium, ' collium flexa, *porrecta camporum*?]

Ægrè manum tollo de hacce tabellâ, tantus eſt in delectu labor. Optarimque retuliſſe, quantâ pulchritudine perorando agit cauſam Chriſtianorum. Sed quoniam longiùs jam excurrit exemplum, totiuſque Dialogi contextus vel tranſcribendus eſſet, vel etiam addiſcendus, velut exemplar Eloquentiæ abſolutiſſimum; concludo ex iſtis quinque Stylis, perfectam naſci Orationem.

Ad cujus ſanè conſummationem addi credo nihil poteſt, quàm quod hinc inde ſparſum, & abs dicendi Magiſtris ſæpiùs inculcatum; *aptè* quod vocant dicere, Elocutionis virtutem eſſe maximè neceſſariam. [*Nam* cùm ſit ornatus orationis varius & multiplex, conveniatque alius alij; niſi fuerit accommodatus rebus atque perſonis, non modò non illuſtrabit eam: ſed etiam deſtruet, & vim rerum in contrarium vertet. Quid enim prodeſt eſſe verba & latina, & ſignificantia, & nitida, figuris etiam numeriſque elaborata; niſi cum his in quæ Iudicem duci formarique volumus, conſentiant? Si genus ſublime dicendi parvis in cauſis, limitatumque grandibus, lætum triſtibus, lene aſperis, minax ſupplicibus, ſummiſſum concitatis, trux atque violentum jucundis adhibeamus. Vt monilibus & margaritis, ac veſte longâ (quæ ſunt ornamenta fœminarum) deformentur viri; nec habitus triumphalis, quo nihil cogitari poteſt auguſtius, fœminas deceat. Denique *ornatus* omnis non tam ſuâ, quàm rei cui adhibetur, conditione conſtat: nec plus refert quid dicas, quàm quo loco. Inſpiciendum itaque Oratori non ſolùm quid expediat, ſed etiam quid deceat. In omni autem genere cauſarum, ferè quod prodeſt, decet.

Aptè dicere.

Quintil. l. 11. c. 1.

Ornatus à re ipſa.

Imprimis omnis ſui vitioſa *jactatio* eſt, tamen in oratione præcipuè: afſertque audientibus non faſtidium modò, ſed plerumque etiam odium. Habet enim mens noſtra naturâ ſublime quiddam & erectum, & impatiens ſuperioris. Ideoque abjectos aut ſubmittentes ſe, libenter allevamus, quia hoc facere tanquam majores videmur: & quoties diſceſſit æmulatio, ſuccedit humanitas. At qui ſe ſupra modum extollit, premere ac deſpicere creditur: nec tam ſe majorem, quàm minores ceteros facere. Inde *invident* humiliores. Nam hoc vitium eſt eorum, qui nec cedere volunt, nec poſſunt contendere; rident ſuperiores, improbant bonos. Plerumque verò deprehendas arrogantium fallacem de ſe opinionem, ſed in veris quoque ſufficit conſcientia. Ambitioſiſſimum gloriandi genus eſt, etiam deridere.

Iactatio ſui vitioſa.

Verùm Eloquentiæ vt indecora jactatio, ſic nonnunquam concedenda *fiducia* eſt. Servanda etiam ſua Oratori *fama*; profert enim mores plerumque Oratio, & animi ſecreta detegit. Videnda & cujuſque *natura*, *ætas*, *conditio*. Alios enim aliud Eloquentiæ genus decet. Modeſtia, formido, honeſtas, verecundia, vrbanitas ſuum vbiquè habent pretium. Nec tantum quis, ſed pro quo, aut quâ de materia, & apud quos dicat: locus itidem, tempus, ceteræque omnes *circumſtantiæ* ſummè debent obſervari.]

Fiducia permittitur. Fama. Natura, ætas, conditio. Modeſtia, &c. Circumſtantiæ omnes.

His omnibus ornamentis expolita à perito Artifice Oratio, memoriæ debet commendari.

RHETORICA

TITVLVS XIX. *De Oratione addiſcenda.*

MEMORIA, ELOQVENTIÆ theſaurus.

Memoriæ commendatio.

Muſæ vnde.

NEQVE enim tam fabula, quàm veritas veraciſſima eſt; Muſas Præſides Diſciplinarum, Parentes habere Iovem & Mnemoſynem; Mentem ſcilicet, & Memoriam. Ex cujus felici connubio, naſcuntur Scientiæ omnes; *Muſarum* origine, nomine, numero, habitu, officijſque excellenter deſignatæ. Sive enim ita nuncupentur à ſagaci inquiſitione, qui humani animi pruritus nullius non eruditionis cauſa eſt, vel à probâ Doctrinarum inſtitutione: vel à melodiæ, melliſque ſuavitudine: vel abs Diſciplinarum invicem connexione, quas idcircò Cyclicas appellat Martianus Capella; Muſæ enim Sorores complexis manibus, choreaſque in orbem ducentes depinguntur. Sive tres, quartuor, quinque, ſeptem, aut novem ſuo Apollini aſſideant? Sive triplicis Mundi examine, rerumque paſſim omnium inventione celebrentur. Sive demum, ſuas varient nomenclaturas; Clio à gloriâ, Eutherpe à voluptate, Thalia à virore, Melpomene à cantu & meditatione, Eratho ab amore: Polymnia, quaſi multi-memor; liquido ſanè conſtat, Scientias ſine memoriâ eſſe prorſus nullas. Porrò ſtatuitur,

MEMORIA DVPLEX { *Naturalis,* & *Artificialis.*

Memoria duplex 1. Naturalis. *I. II. c. 1.* Libri peſtes ingeniorum.

ET ILLA quidem, ingens naturæ beneficium. Verùm eò vſque pendens à culturâ, vt rectè monuerit Quintilianus; nihil æque vel augeri *curâ*, vel negligentiâ intercidere. Notum id Antiquis; qui, præeunte Socrate, Commentaria & *Libros* peſtem ingeniorum dixere: neque Diſciplinarum præcepta aliter quàm continuâ, fidelique auſcultatione in Academijs excipiebant. Prodigioſam optare, qualis obtigit Senecæ Patri, Carneadi, Cyro, Mithridati, Oratori Hortenſio, Avicennæ Medico; votum eſſet aut temerarium, aut fruſtraneum.

Exercenda.

Adjumenta.

Sedenim qualemcumque ſors Naturæ dederit, & confirmare poteſt, & amplificare debet perennis *Exercitatio.* Iuvant idcirco plurimùm rerum addiſcendarum ordo & diviſio, corporis temperantia, animi tranquillitas: ſecreta meditatio, ſilentium ac ſolitudo. Vt mirum ſit noctem ipſam, immò & ſomnum, res memoriæ creditas altiùs imprimere. Quaſi tunc Mens humana ſoluta curis exterioribus, ſibique reddita; dum illi cetera dormiunt, proprijs ſibi operibus invigilaret.

Artificialis.

NATVRALEM igitur memoriam auget, & roborat non parum *Artificialis.* Sed exploſis tot latereulis, figuris, chimæriſque; quas non ſine capitis periculo, plerique ad libitum imaginantur. Non igitur aliàs, vt dixi, meliùs juvatur, quàm inventione felici, peritiâ & ordine dicendorum, moderaro imaginationis auxilio: indefeſſâ exercitatione, & rerum comprehenſione tempeſtivâ. Ideoque tota Ars ſecretior, per triginta ſex Terminos (de quibus in alterâ Parte Circuli hujus) diſtributa, ARS MEMORIÆ appellari propriè poteſt.

Rerum diſtributio.

Id porro ſapienter advertit Hieronymus Maraſiotus Calaber, dum *res omnes* ita partitur; vt aliæ ſignificativæ ſint, aliæ non ſignificativæ. Non ſignificativæ ſunt literæ, ſyllabæ, articuli, conjunctiones, pronomina, riſus, mugitus, &c. Significativæ ſunt verba denotantia vel actionem, vel paſſionem. Nomina propria vel appellativa; quæ ſignificant ſubſtantiam, vel accidens. Subſtantia eſt vel incorporea DEVS, Angelus, Mens humana. Quæ iterum ſub-

partitur, vt nos ipſi poſtmodum. Vel Corporea in celo, elementis, plantis; mineralibus. Accidentia, quæ fuſiùs per Categorias recenſet. Fortè etiam magis juvabit memoriam NOSTRA METHODVS, ab vnitate in varias partes hinc inde ordinatiſſimè diſtributa per rerum omnium varietatem.

VVLGARIS.

Nam qui rectè *diviſerit*, nunquam poterit in rerum ordine errare. Etiam quæ benè compoſita erunt, memoriam ſerie ſuâ ducent; dum per partes integrantes aut tacitè aut voce modica, & magis murmure addiſcentur. Quædam quoque ſigna chartæ, & menti imprimere juvabit. Sed ita vt imagines ſint illuſtres, explicatæ, modicis intervallis diſtinctæ: aliquid agentes, acres, inſignitæ; ſubjectæ Orationi materiæ cohærentes, quæ occurrere celeriterque percurrere animum poſſint. Vna interim maximaque ars memoriæ erit, vt dixi, *exercitatio* & labor: multa ediſcere, eaque difficilia, & paulatim penſum augendo; multa legere, multa cogitare.

Rectè dividere.

Initio res & dictiones ad verbum, & ſyllabatim addiſcendæ; remoto & monitore, & libello. Vbi firmior erit tum Eloquentia tum fama, non ſolùm laborioſum nimis & inutile foret ad omnia ſe verba *alligare*: ſed ſemel comprehenſis animo rebus ipſis, potioribuſque, ſi vacat, partibus memoriæ creditis, præſtat ſibi extemplo eloquendi *libertatem* paulatim comparare. Ea ſiquidem vniverſa auxiliante vi imaginativâ, judicium facilè complectetur; vt deindè Orationem efferat pars præcipua, ferméque vnica totius Artis Oratoriæ.

Non recitandum ex codice.

PRONVNCIATIONIS OFFICIA, & Leges.

TITVLVS XX. *Leges Pronunciationis.*

ACTIO, viva quaſi totius corporis Eloquentia, vocem moderatur: geſtumque perficit naturâ, imitatione, vſu.

Tria comprehendit.

VOX ſanè ſpectata partim in quantitate, partim in qualitate ſuas habet virtutes, ſua & vitia. *Condemnatur* imprimis vox abſona, ſtridula, ruſtica, aſpera; cum cantu, & monotoniâ. Item ſubſultans, & inæqualis: tragica, immanis, ſuffocata, eliſa & ſupra vires elata, quod *coccyſmum* vocant. Diſplicet quoque tremula, gemitibus & quaſi ſuſpirijs interrupta: nigra & obſcura, inamœna, puſilla & tenuis: exilis, anguſta, blæſa: rudis, intractabilis: rigida, confuſa nec plenè articulata, triſtis & acerba: infirma, acutior, craſſior, altior: præpinguis, muliebris & effœminata: lenta, præceps: adulterata, id eſt non naturalis: inſuſurrans, recondita: declamatoria, haud ſcilicet familiaris, ſed clamore frequenti importuna: claudicans, titubans; aut aliquo tandem modo, Audientum auribus moleſta & importuna.

Vocis vitia.

Commendatur ex adverſo Vox naturalis, exerta, plena, maſcula, clara & nitida: æqualis, plana, fuſa, explicata, articulata ſyllabatim: gravis, candida & pura, varia & amœna, ſuavis & florida: liberalis, illecebroſa & flexibilis, culta & facunda: rotunda, ſimplex, volubilis, canora, facilis: vrbana, ſplendida, accurata in interpunctionibus; varia, pro rerum diverſitate. In lætis plena, ſimplex, hilaris, fluens, effuſa: tenuis, ſonora, hilaris, remiſſa. In contentionibus acris, erecta, intenta, vehemens, incitata. In irâ; atrox, denſa, aſpera: reſpiratione crebra, inciſa, interrupta, acuta. In blandiendo, fatendo, ſatisfaciendo, rogando; lenis, ſimplex, ſubmiſſa. In ſuaſione, diſſuaſione, monitione, pollicitatione, conſolatione, & narratione; media inter acutum ſonum & gravem, ſuavis & ſimplex. In metu, & verecundiâ; contracta, demiſſa: hæſitans, tremula, abjecta. In adhortationibus fortis, valida, acuta, incitata. In miſeratione flexa, flexibilis: languida, lenta; conſultóque quaſi fuſca, obſcurior & interrupta. Vtplurimum debet eſſe ſplendida, & mode-

Vocis perfectiones.

RHETORICA

rata; gravis ſine vociferatione, dulcis ſine mollitie, diſtincta ſine torpore, jucunda ſine affectatione. Nam ex Pythagoræ effato, Muſæ Sirenibus ſunt anteferendæ: nec imperitæ multitudinis guſtum tanti facere debet Orator, præſertim in vocis flexione. In principio ſolet eſſe lenis, ſedata, plena humanitatis: immò & timoris, ſeu pudoris ac verecundiæ. Vnde Plinius *timorem Studioſorum decus*, & magnum ornamentum Dicentium appellat. Tum paulatim pro rerum varietate debet augeri, & fieri volubilior. In fine perorando fortis ſit, vehemens, inflammata. Hæc ſtrictim circa *qualitates* Vocis.

Timor decet Oratorem.

Quantitas vocis.

Pronunciatio dilucida & articulata.

Non compumans dictiones. Per intervalla diſtincta.

Iam verò Auditorium, inquit D. Auguſtinus, Vocis menſura in quantitate eſſe debet; deinde ſua cuique experientia. Quinetiam alienâ relatione, diſcat ſuæ vocis vires. Ad extremum *dilucida* ſit pronunciatio, vt verba tota articularim exerat; non devoratis, quod plerumque fit, vltimis ſyllabis. Ea tamen neceſſaria, grataque & rotunda, verborum explanatio non eò procedere debet, vt omnes dictiones *computare* videaris & velut litteras annumerare; quod auribus moleſtum, animis odioſum foret. *Reſpiret* etiam interdum per diſtincta quaſi ſpatia, & intervalla. Vno verbo; obſervet Orator, quomodo in humanis *congreſſionibus* colloquantur & agant.

Actio.

RESTAT DEMVM ACTIO, muta quædam reliqui totius corporis Eloquentia. Ea componit caput, os, vultum, oculos: brachia, manus, digitos, pedes; vno verbo, totam corporis molem. Ex rei nimirum dicendæ naturâ, ſervatâ tamen ratione decori.

Vitia geſtus, & actionis.

ILLAVDATA cenſetur artificioſa, nimis curata, & minutulis præceptionibus illigata. Mollis pariter, delicata, comptula. Ex adverſo immanis, rudis, vaſta. Adeò debet eſſe inter civilem habitum & ruſticalem, ſuavi quâdam & ingenuâ, ſeu liberali vrbanitate temperata. Vitioſa quoque eſt puerilis, diſſoluta, inquieta & perennis, inſolenſque corporis jactatio: audax item, peripatetica ſeu ambulatoria, & theatralis. Ridiculum etiam nugis digitos occupare, pulpitum perpetuis ictibus verberare. Neque verò extra ſe ita vnquam abripi debet Orator, vt ſui impos & quaſi *furore* accenſus videatur. Secus *faſtidium* ſummè parit Actio frigida, & languens. Perpetuus quoque geſtus, & quaſi irrequietus motus: contrà nimis rarus, & quaſi paralyticus. Manuum frequens complosio exploditur. Item membra hinc, inde declinare: ſaltitare, brachia & corpus extra ſuggeſtum nimis proijcere, vel intra recondere. Ne multa; publicæ cenſuræ ſeipſum immolat, quiſquis in certo aliquo geſtu, ſeu actione *nimius* eſt, aut etiam frequentior.

Virtutes.

Oppoſitæ geſtûs, & pronunciationis *Virtutes* ſunt; ſi naturalis ſit actio, honeſta, decora: gravis, moderata, emendata, ingenua & libera, vrbana: initio verecunda, & ſubtimidiuſcula; rebus & perſonis congrua, atque imprimis ad naturam rei quàm proximè accedens. Sit igitur recta facies, & corpus: vultus ſine rugis, niſi cum iræ locus eſt. Sit os modeſtè patens, oculi temperati, & minimè errabundi: truncus corporis vno vt plurimùm, eoque recto ſtatu conſtans; neque enim ſaltatoria debet eſſe Oratoris, vt Hiſtrionis, actio. Debetque magis ad ſenſus, quàm ad verba accommodari. Immò gravitatem, & ſæpè modeſtiam offendit; qui ad res omnes naturali quâdam *imitatione* repræſentandas, putidè deſcendit.

Non nimis imitatitis.

Ex rebus ipſis nata.

IGITVR ita ſimplex Actio ſit, vt ſponte ex rebus ipſis quaſi *nata* videatur. Rarus fiat inceſſus, rarior excurſio, & ſemper moderata. Caput vix movendum ſeorſim, niſi cum averſamur. Brachia non vltra caput, raró infra vmbilicum. Dextra manus vt plurimùm ſola movetur, ſiniſtra raró; ambæ ſimul, perſæpè. Itque motus à ſiniſtra ad dexteram, vt communis omnium hominum ſermo videatur.

Singularis *modeſtia*, integritas & pietas appareat maximè in vultu & in *oculis*, in quibus animam habitare, rectè notavit Plinius. Nec neceſſe eſt oculos circumferre, quaſi velit Orator omnes agnoſcere & dimetiri. Sufficit modeſtè illa quæ poſita ſunt è regione, certè in proximo & circum-vicina perluſtrare. Facies & omnis ferè enunciatio, converſa ſint ſemper ad nobiliorem & frequentiorem Auditorum partem.

Habitus modeſtus ſit, citra neglectum & nimium cultum, ex cujuſque conditione. *Cunctatio* quædam antequam verba faciat Orator, & quaſi attoniti animi ſuſpenſio vires colligit, curam oſtendit: & ipſos quoque Auditores, ad audiendum componit. *Nugari* verò, intueri lacunaria, perſricare faciem, crebro digitorum labiorumque motu velut commentari; vno verbo, quidquid *affectatum* nimis & inſolens, vitioſum quoque eſt.

VVLGARIS.
Habitus.
Cunctabunda.
Non nugatoria.
Inaffectata.

Denique cùm tota Pronunciatio ſibi debeat reſpondere, ceu Muſicæ partes, locum habent in geſtu, quæcumque de vocis inflexione ſuperiùs ſunt allegata: referuntque diffuſiùs varij omni ævo dicendi Artifices, & Rhetoricorum Magiſtri. Vbique imprimis obſervari debet τὸ πρέπον. [*Eſt enim latens* quædam in hoc ratio, & inenarrabilis. Et vt verè dictum eſt, *caput eſſe artis decere* quod facias: ita id nec ſine arte eſſe, nec totum arte tradi poteſt. In quibuſdam virtutes non habent gratiam, in quibuſdam vitia ipſa *delectant*. *Quare* norit ſe quiſque, nec tantùm ex communibus præceptis, ſed etiam & *naturâ* ſuâ capiat conſilium formandæ actionis. Neque illud tamen eſt neſas, vt aliquem vel omnia, vel plura deceant. Hujus quoque loci clauſula ſit eadem, neceſſe eſt, regnare maximè *modum*. Non enim Comœdum eſſe, ſed Oratorem *volo*. Aliud oratio ſapit, nec vult nimiùm eſſe condita. Actione enim conſtat, non imitatione.

Vide imprimis Quintil. l. 11. c. 3.
Caput artis, decere.
Natura conſulenda
Quint. 12. c. 3.

Mutuatus id quidem eſt Quintilianus à Cicerone, qui prædictas omnes præceptiones hocce modo concludit. *Actio* in dicendo vna dominatur. Sine hac ſummus Orator, eſſe in numero nullo poteſt; mediocris, hac inſtructus ſummos ſæpè ſuperat. Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur, cùm rogaretur quid in dicendo eſſet primum: huic ſecundas, huic tertias. Quo mihi melius etiam illud ab Æſchine dictum videri ſolet, qui cùm propter ignominiam iudicij ceſſiſſet Athenis, & ſe Rhodum contuliſſet; rogatus à Rhodijs, legiſſe fertur orationem illam egregiam, quam in Cteſiphontem contra Demoſthenem dixerat. Quâ perlectâ, petitum eſt ab eo poſtridie, vt legeret illam etiam, quæ erat contrà à Demoſthene pro Cteſiphonte edita. Quam cùm ſuaviſſimâ, & maximâ voce legiſſet, admirantibus omnibus; quanto, inquit, admiraremini, *ſi audiſſetis ipſum?* Ex quo ſatis ſignificavit, quantum eſſet in actione, qui orationem eandem aliam eſſe putaret, autore mutato. Dixerim potiùs lectore, aut recitatore. Nimirum ſolâ pronunciatione novam veluti formam induci, Martialis acumen eſt egregium.

l. 3. de Orator. ſub fin.

Quem recitas meus eſt, ô Fidentine, libellus:
Sed malè cùm recitas, incipit eſſe tuus.

Id ſanè tanti Veteres fecêre, vt & Phonaſcos vocis ac geſtûs Eruditores habuerint: & Hypocritas ſeu Pantomimos, qui res ipſas eloquenti ſilentio, ſoloque geſtu repræſentarent.

Subjungit Tullius [Gracchi exemplum, qui fratris cædem ſic orando expreſſit ad Populum, oculis, voce, geſtu; vt vel ipſi inimici, lacrymas tenere non poſſent. Deinde addit Cicero, & prolixè inducit, omnem motum animi ſuum quendam à natura habere vultum, & ſonum, & geſtum. Totumque corpus hominis & ejus omnem vultum, omneſque voces, vt nervos in fidibus ita ſonare, vt à motu animi ſunt pulſæ. Aliud enim vocis genus iracundia ſibi ſumit, aliud miſeratio ac mœror: aliud metus, aliud vis, aliud voluptas, aliud modeſtia. Quos omnes motus ſubſequi debet geſtus non ſcenicus, ſed ſignificativus, fortis ac virilis. In eo autem ipſo, inquit, dominatus eſt omnis *oculorum*. Nam hæc eſt vna pars corporis, quæ quot animi motus ſunt tot ſignificationes, & commutationes poſſit efficere. Oculi ſunt quorum tum in intentione, tum remiſſione, tum conjectu, tum hilaritate motus animorum ſignificemus aptè cum genere ipſo orationis. Eſt enim actio quaſi ſermo corporis, quo magis menti congruens eſſe debet. Atque in ijs omnibus, quæ ſunt actionis, ineſt quædam vis à natura data. Quare etiam hac imperiti, hac vulgus, hac denique barbari maximè commoven-

tur. Verba enim neminem movent, niſi eum qui ejuſdem linguæ ſocietate ‘ conjunctus eſt: ſententiæque ſæpè acutæ, non acurorum hominum ſenſus ‘ prætervolant. Actio, quæ præ ſe motum animi fert, omnes movet. Ijſdem ‘ enim omnium animi motibus concitantur, & eos ijſdem notis & in alijs ‘ agnoſcunt, & ipſi in ſe judicant.]

Concluſio primæ hujus Rhetoricæ vulgaris.

Ex quibus quidem vniverſis ad Vulgaris Rhetoricæ cultum ſoliro fuſiùs, ſed conſultò à me hactenus conquiſitis, vera conſlatur ELOQVENTIA, rerum majeſtatem cum verborum dignitare pronuncians; quod vnum in Oratore, vt potè maximum requirit Auguſtinus. Vnde ſapienrer neſcio quis Demoſthenem, ejus relegens Lucubrationes, in Demoſthene quæritabat. Et hîc primum eſt velut ATRIVM Vulgaris Eloquentiæ, cujus adytus nemini, vel maximè profano, inrerdicitur.

Nexus & tranſitio.

TEMPLVM paulò ſanctius, altiora docet Myſteria; quæ illuminati (vt vocant) Vir ingenij, & plurimorum reſtimonio pietatis religioſiſſimæ, non tàm evulgavit, quàm celavit in vtrâque *Arte* ſuâ Magnâ & Parvâ.

Notam illi fuiſſe veritatem, ſatis apud me ſtat. Sed vt ferè fit in Diſciplinarum, rerumque omnium primordijs: fortè etiam ex genij, & ſæculi barbari charactere; obſcurioribus involucris neque ſemper, meo ſaltem judicio, neceſſarijs involvit. Nec auſim quidem, etiam ſi id poſſem, velum penirùs amovere. Sed animus dumtaxat eſt, quæ in meos & Amicorum vſus, è Textu & Gloſſematis olim collegi; hîc redigere in Compendium, quod ideò mihi appellabitur *Templum Eloquentiæ*.

TEM-

TEMPLVM ELOQVENTIÆ

IN QVO

Perſpicua, faciliaque traduntur, de omnibus tum Scientiæ, tum Eloquentiæ, GENERALIA PRINCIPIA.

RAIMVNDI LVLLII nomen & famam, nemo eſt qui ignoret. Verùm laudem-ne mereatur, an vitupe- rium: amore, an odio dignus ſit;

Prologuium. De Autore Raimundo-Lullio, & ejus Arte Magna & Parva.

Autores certant, & adhuc ſub judice lis eſt.

Certè Scriptorum nullus tantam Seculorum, Hominumque invidiam ſuſtinuit. Atenim ex quo nuper Vir pietate & doctrinâ nulli ſecundus, Lullium velut publicâ Apotheoſi Sacræ ſuæ *Curiæ* inſeruit; pudor non eſt illius doctrinam expiſcari, cujus Reliquiæ religioſum cultum in Inſulis Balearibus promeruerunt.

R.P. Cauſſinus Curia Sancta Tom. vltimo.

Is nimirum ante trecentos circiter annos, ex illuſtri inter Hiſpanos familiâ oriundus, cùm vaniſſimis rebus nuntium remiſiſſet, totum ſe ſeverioris vitæ, pietatis & doctrinæ diſciplinis applicuit. Incredibili in DEVM amore fervens, ardenſque zelo martyrij, etiam inter tormenta occubuiſſe memoratur. Pietatis, novæ Dialecticæ: nec-non auri (ſi credere fas eſt) per Artem Chymicam fabricandi Volumina conſcripſit ſanè plurima. Vnde paſſim audijt *Magnus in Philoſophia Magiſter*, & mirandarum Artium ac Scientiarum Autor.

Quis fuerit vide Marian. l. 15. Rer. Hiſp. an. c. 4.

SVNT tamen qui inter præſtigiatores & πανούργους, Raimundum annumerent: illiuſque Opera mera commenta, & nugas pluſquàm Iberias arbitrentur. Ipſe ego olim tralatitio errore & alienâ fide, veritus non ſum criminari innocentem. Sed candido pectore, & ore rotundo loquamur. Licet multis antè annis quàm Lullius in noſtras deveniret manus, ſpeciali Methodo, ab hac etiam, ni fallor, diverſiſſimâ, SAPIENTIÆ Vniverſalis, nec non perennis ELOQVENTIÆ Synopſim pro modulo ſimus meditati: ingenuè tamen fatendum eſt, ex Arte illius Parvâ & Magnâ, nec-non varijs in vtramque Com-

Quæ ab eo vtilitas.

RHETO-RICA

mentarijs ad noſtra ſtudia non parum vtilitatis acceſſiſſe. Nullo interim pacto à me attinguntur Autoris ejuſdem *Theologica*, quæ ſupremæ in Eccleſia dictaturæ prorſus relinquo. Sed nec *Metallica* moror, quæ vltro ad Argonautas dimitto. Solùm igitur RHETORICA meæ Commentationi obverſatur. Nec ſemel vel aures fuerunt vellicandæ, vel mordendi vngues; priuſquàm veritas tot ambagibus involuta, in apertam lucem educeretur.

Cur Commentarijs illuſtratus?

Rem-ne acu tetigerim, æquis Doctiorum judicijs relinquo. Certè facem in noctis medio accendere, & lucis nonnihil tot tenebris inferre hoc maximè ſeculo pretium duxi. Idque animo *perſuaſit* meo, neſcio quis ætatis noſtræ ad eas *Artes* pruritus. Nonnullorum ſupinus error, qui fucos & fumos imaginantur; quoties ob ingenij cœcitatem, admirabiles veritatis ſplendores minimè conſpiciunt. Aliorum error, qui in ſolâ vnius Lullij ſcholâ omnes omninò Scientias mox emendatè percipi, tam falsò credunt; quàm temerè ſomniant, & inaniter pollicentur. His ſuper acceſſit frequens de ejuſmodi Myſterijs, inter acrioris ingenij Viros, & ſcientiarum Pontifices diſceptatio. Cruces deinde ingeniorum aut contemptus, in Lullianis difficultatibus, cum maxima temporis jactura, & capitis periculo enucleandis. Preces demum, vel imperia eorum quibus vt animum, ſic calamum ex animo devovi.

Cur olim delineata, jam evulgata.

TENTAVERAM profectò ſuperioribus annis, prima & quaſi rudiora novæ hujus Rhetorices lineamenta adumbrare. Ac illa quidem, me inſcio, pluſquam ſemel evulgata, publicumque favorem ſatis propitio Numine experta; velut legitimos partus agnoſcere, multo minùs ad incudem & limam revocare diù omiſi. Interim tamen rationibus quamplurimis mihi perſuaſum eſt, hancce Methodum dubio procul ad omnes ſcientias non inutilem: immò, quod acriter ſuſtineo, omnium Scientiarum principijs, etiam Peripateticis legibus innixam; ſic plano & aperto ſtylo, remotis omnibus involucris explicare: explicatam, facere publici juris; vt deinceps obſcuræ Artis myſteria, myſteria eſſe deſinant. Et nemo ſit Philologus, qui mirabili hâc Arte ſive ſcribendo, ſive legendo feliciſſimè non vtatur. Sit igitur noſtri Commentarij exordium in hunc modum.

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SECRETIOR.

PROPOSITIO ARTIS MAGNÆ, ET PARVÆ.

TITVLVS XXI. *Proponitur Rhetorica ſecretior.*

SAPIENTIA, quam Libellus noſter Aditialis vocat VNIVERSALEM, quia altiſſimas rerum cauſas & *principia* Vniverſalia contemplatur; id potiſſimùm efficit, vt qui illius ſtudio nomen dedêre, primò quidem perenni ratiocinatione de omnibus rebus certiſſimam Scientiam acquirant. Tum deindè ampliſſimam comparent ſibi Eruditionis ſupellectilem; vt ex diverſarum opinionum & Sententiarum collatione, notitia vel certior fiat, vel opulentior evadat. Poſtremò allaborat rerum veritates ratione inventas, eruditione politas; decenti verborum cultura tranſmittere vel præſentibus loquendo, vel abſentibus Scripta elucubrando.

Sapientiæ Vniverſalis Scopus.

Tertium hocce munus exequitur, TRIPLEX à me conſtituta RHETORICA. Quarum *Prima*, Præcepta in vulgaribus Academijs decantata complectitur. *Vltima* preſſiori Methodo peculiarem, arcanumque differendi modum ab iſta longè diverſiſſimum repræſentabit. *Mediam* igitur occupat Autoris non novi, nova Methodus. Eam dum fuſiùs explanat, ſtylo, vt ſæculum erat, rudi & impolito, MAGNAM ARTEM: vbi verò contrahit in Compendium, ARTEM BREVEM indigitavit. Nos vt complectamur Vtramque, Ariſtotelem imitantes, RHETORICORVM opus appellamus.

Rhetorica triplex.

Ars Magna & Parva.

IN ſumma igitur totius oratoriæ hujus inventionis libet conſtituere *Principia*, in genere quadruplici. Ita-vt ab Autore producantur Subjecta, Abſoluta, Reſpectiva, Interrogata; ſubjectis vnicuique generi, ſuis ſubpartitionibus velut ſpeciebus.

Subjecti proportio & analogia attendi debet.

S. SVBIECTA NOVEM.

1. Subjecta.

B. DEVS.	*G.* SENSITIVVM.
C. SPIRITVS ANGELICVS.	*H.* VEGETATIVVM.
D. CÆLVM.	*I.* ELEMENTATIVVM.
E. HOMO.	*K.* INSTRVMENTATIVVM.
F. IMAGINATIVVM.	

A. ABSOLVTA.

2. Abſoluta.

B. BONITAS.	*G.* APPETITVS.
C. MAGNITVDO.	*H.* VIRTVS.
D. DVRATIO.	*I.* VERITAS.
E. POTENTIA.	*K.* GLORIA.
F. COGNITIO.	

T. RESPECTIVA.

3. Reſpectiva.

B. DIFFERENTIA.	*G.* FINIS.
C. CONCORDANTIA.	*H.* MAIORITAS.
D. OPPOSITIO.	*I.* ÆQVALITAS.
E. PRINCIPIVM.	*K.* MINORITAS.
F. MEDIVM.	

RHETORICA

Q. INTERROGATA.

4. Quæſtiones.

B. AN SIT?	*G.* QVARE?
C. QVID?	*H.* QVANDO?
D. QVALE?	*I.* VBI?
E. QVANTVM?	*K.* QVOMODO?
F. VNDE?	

36. Termini.

HI nimirum *Termini*, *quatuor Novenis* comprehenſi (plures enim ad meam mentem neceſſarios non exiſtimo) *Triginta ſex* conſtituunt Artis inventivæ fontes, ſeu categorias; vnde omnis Eloquentia in promptu derivatur, vt exemplis probare non erit operoſum. Revera enim Autor ille, quem vocant Illuminatum, cùm jam provectiori ætate ad litterarum ſtudia mentem appuliſſet: tot laborum pertæſus qui in tradendis, perdiſcendiſque diſciplinis ſunt exantlandi, vt nec vni quidem vitæ periodus ſufficiat; Artem hanc novam excogitavit. In qua quidem ſummatim, ſolemnique numero, à me deinceps proponenda veniunt;

ARTIS	Explicatio, per		Alphabetum; Figuras, Scalam Naturę.
	Applicatio, per		Præſuppoſita, Canones, Exempla.
	Multiplicatio, per		Terminos, Synopſim Artis, Compendium Commentarij.

ARTIS SECRETA explicantur.

TITVLVS XXII.
Explicantur Triginta ſex Termini.

Quid Ars iſta docet.

ET verò non ſecus atque alia omnis vel Rhetorica, vel Dialectica, immò & Mataphyſica, ad quam nova Commentatio propiùs, credo, accedit, cùm & ipſam latitudine excedat; *docet* Ars iſta invenire, dum explorat ac rimatur rerum omnium naturas, & proprietates. Notiones ſeu terminos, quibus primò res exprimuntur. Propoſitiones, quæ de rerum veritate efformantur. Media, veritati probandæ opportuna. Probationum argumenta, horumque ſedes. Quæſtiones varias, quæ ſeſe paſſim & vbiquè offerunt. Dubiorum omnium ſolutiones. Quid plura? de omni re veritatem, & ſcientiam ſuis numeris abſolutam.

Vt Logica dirigit tres mentis operationes.

Ideoque vt veram hic *Logicam* quiſque intelligat, Arte ſuâ ſeu Methodo dirigit Autor, Mentis Operationes Tres. Quemadmodum enim Grammaticæ leges præſcribunt primò de characteribus, ſeu Elementis. A. B. C. D. E. Tum deinde de ſyllabis, quæ ex conſonantium & vocalium mixturâ naſcuntur; *Aba, de, Reu.* Tandem de periodis, quæ per litteras & ſyllabas ſenſum abſolutum complent; vt, *Deus toto eſt animo diligendus.* Haud ſecus Logica omnis, quæ ars rectè diſſerendi nuncupatur, ordinat primò ſimplices quas vocant apprehenſiones. Primos nimirum ingenij fœtus, qui rem vago & ambiguo ſignificatu efferunt; v. g. Homo, DEVS, Angelus. Et hæc prima cognitionis lineamenta, primis Grammaticæ reſpondent elementis. Mox per compoſitionem aut diviſionem, affirmationis vel negationis limitibus ſeſe includunt, v. g. DEVS eſt æternus, Homo factus eſt ad Imaginem DEI. Poſtremò fuſioribus argumentis ratiocinando concludunt. v. g. omni poteſtati à DEO conſtitutæ, obediendum eſt: Rex poteſtas eſt à DEO conſtituta, Regi ergo obediendum. Conſimili planè modò Lullius, primò ALPHABETVM componit ex Terminis: hos deinde connectit, vt evadant propoſitiones; commiſcet demum ad invicem, vt tota formetur oratio.

Triplex munus explicatur.

Termini omnes in ſe commutantur.

Atenim acutiſſimè Artifex, Subjecta *commutat* in Prædicata: & vice verſâ, omnes omninò Terminos ſibi invicem ſubijcit; vnde abſoluta in ſe, circa ſe reſpectiva cenſeri debeot. Sic enim conceptu generaliſſimo ex ipſis generibus & ſpeciebus efformato, dicet quis; Bonitas eſt magna, Magnitudo eſt bona: in DEO ſapientia eſt æternitas, æternitas eſt ſapientia, &c.

Subjecta quid?

Ad modum ſubſtantiæ.

Ad illa poſſunt revocari omnia.

SVBIECTA igitur vocaotur illi Termini, de quibus aliquid ab Oratore vel affirmatur, vel negatur. Verè, an falsè, nihil hîc intereſt modò. Suntque *Subſtantiæ*; ſaltem ſeſe gerunt ad modum ſubſtantiæ. Et quidem ita ampla ſunt & vbiquè expanſa, vt ad ea precisé novem, reliqua omnia poſſint *revocari*: vel vt genera, vel vt ſpecies, vel vt differentiæ: vel vt proprietates, vel vt accidentia. Sic Natura Divina, Perſonæ, Æternitas, Omnipotentia; ad DEVM; vti ad nativum Subjectum reducuntur. Intellectus, memoria, voluntas: cerebrum, cor, jecur ad Hominem.

Novem numerantur.


Cur circulo expreſſa?

Significata per S.

Novem igitur Subjecta conſtituit hujus Artis Princeps. Ea deinde includit *Circulo*, quia Figura eſt omnium ampliſſima: motuſque, cujus Ratiocinatio & Oratio ſpecies ſunt, capaciſſima. Huncque primum Circulum denotat, fortè vt Leges à primis verbis, ſic à primo Grammate, per literam. S.

RHETORICA

Planum 1. Figuræ 1. Subjectorum.



Ratio notarum.

NEQVE verò eſt quod ignari aut in vidi iſthæc *characterum*, circulorum, camerarum & combinationum lineamenta vana imaginentur. Nimirum excogitavit Autor, quoniam & plura ſimul vno characteriſmo includunt, & minori ſpatio concluduntur.

Duo vtiquè obſervanda.

Quamobrem ſicut in omnibus Diſciplinis, ita in hacce Methodo reperiuntur *duo*, velut vmbra & corpus, cortex & medulla. Nempe res ipſæ quæ ſub præceptis latent, mox myſteria quibus velantur. Et quidem cum diſcrimine duplici. Res enim ipſæ, mentis acumine percipiuntur, rerum verò involucra plerumque pertinent ad imaginationem, ſeu memoriam: ex illis mera ſemper ſcientia oritur, ex iſtis plerumque ſcrupuloſa & ambitioſa nugacitas. Vnde fit, vt cùm alterum ab altero poſſit ſeparari: nonnullos reperias qui ſcientiam ipſam norunt, modum Scientiæ his vel illis terminis tradendæ ignorant. Alij ſecùs Artis velut ſuperficiei & grammaticalibus præceptis addictiſſimi, nuſquam veritatis adyta penetrant. Exemplo res illuceſcat. De facili nemo non intelliget novem in vniverſo conſtituenda eſſe Subjecta. DEVS, Spiritus Angelicus, Cælum, Homo, &c. Id enim noſſe, mentis eſt operatio. Sed, quod ab imaginatione & memoria proficiſcitur, plurimùm deſudabit quis vt perdiſcat Circulum, cui includuntur hæc Subjecta novem, deſignari per Litteram S. Subjectum, DEVS per B. Spiritus per C. Cælum per D. Homo per E. Et ita ſerie conſequenti. Et hæc ſalebra eſt, in qua hærent plerique; qui tot figuris, lineamentis, circulis & concamerationibus; ab Cabaliſtica Methodo legitimè ſatis primo aſpectu deterrentur.

Duo Doctorum genera.

Quid multos deterret.

Quiſquis tamen peritus eſſe contendit, diligenter animadvertat mentis indagine, retineatque memoriæ & imaginationis beneficio; hancce Rhetoricam, quattuor Circulis ſeu Figuris contineri. Quarum prima à me denotatur per Litteram S. eaque complectitur Subjecta Novem, ſuperiùs recenſita. Ita vt vnumquodque Subjectum deſignetur per vnum characterem B. id-eſt DEVS. C. id-eſt Spiritus Angelicus. D. id-eſt Cælum. E. id-eſt Homo. F. id-eſt Imaginativum. G. id-eſt Senſitivum. H. id-eſt Vegetativum. I. id-eſt Elementativum. K. id-eſt Inſtrumentativum. Quorum quidem Subjectorum, vt continuâ ratiocinatione amplificetur Oratio,

Quattuor Figuræ.

Quinque noſcenda in vnoquoque Subjecto.

NOSCENDA SVNT { *Natura, Definitiones.* / *Differentia, Proprietates.* / *Accidentia.* }

CVI rei deſerviunt Scientiæ omnes, & Novem Subjectorum Diſtributiones, non ita multò poſt ſummatim indicandæ. Iuvat etiam animadvertere primis octo Subjectis, Subſtantias omnes includi: nono, quicquid Accidentis naturam & nomen ſortitur. Nam DEVS, Spiritus, Homo, & alia quinque Subſtantiæ ſunt. Quidquid extra ſubſtantiam eſt, deputatur Inſtrumentativo.

SECRETIOR.

Neque etiam credendum eſt, prædicata pari modo omnibus ſubjectis aptari; ſed ſæpe-ſæpiùs *analogiam* dumtaxat & rerum ſimilitudinem, maximè in orationibus, vigere. Quis enim neſciat Patrem alio modo dici de DEO, alio de Parente, alio de Nutritore, alio de Præceptore? Flores cæli ſtellas nuncupari? vtiquè per metaphoram.

Vnde Metaphora?

Definitiones generaliſſimæ vnde?

Ea ſcilicet ſpontè occurrit, ſi in qualibet ſpecie *definitionem* generaliſſimam deſumas à priucipio è quo oritur: abs ipſiuſmet naturæ characteriſmo; & à prima ſeu principe actione, quam producit res definienda. V. g. Flos generaliſſimo conceptu ab hac, aut alia ſpecie, ab hoc aut illo ſubjecto ſeparatus deſcribatur; pulcherrima amœnitas ſeu prima exoriens rei cujuſque productio, quæ idonea eſt fructum ſimilem & integrum progignere. Actutum intelliges cur Filius æternus dici queat Flos Patris, ſtellæ Flures cæli, ver flos anni, juventus flos ætatis, & ita de reliquis.

Inventio definitionum.

Definitio quadruplex.

1. Naturalis.

2. Analoga.

3. Allegorica. Gen. ſ. 28.

4. Authentica.

EST itaque Artis *Myſterium* alibi in noſtra Methodo explicatiùs revelandum, Definitiones velut rerum omnium ipſiſſima media invenire. Qui enim novit definire, ignorare quid poteſt? *Definitio* autem quattuor modis cudi debet. Aut enim Naturalis eſt, vt Homo eſt animal rationale. Et hæc deſumi debet, vt jam jam monui, à rei quæ definitur proprio, naturâ illius abſolutâ, primâ & principe operatione. Vt Pater, eſt agens, qui producit Filium ſibi ſimilem. Aut fabricatur κατὰ ἀναλογίαν, & per ſimilitudinem. Vt Homo eſt horiſon, ſeu ſequeſter naturæ ſpiritalis & corporeæ. Aut per ampliorem allegoriam. Vt Homo eſt ſcala illa Iacobi Patriarchæ, à terra ad cæli ſummitatem pertingens. Aut per relationem cujuſpiam Autoris; vt Zoroaſtri definitur Homo, audax totius naturæ miraculum: Damaſceno, Mundi Breviarium; Gregorio Magno, Homo eſt omnis Creatura.

Matth. 10.

Exemplum in definitione Fidei.

Qui legit iutelligat, hîc enim ſi vſquam, latet myſterium. Verum quia gratis accepta, gratis quoque elargienda monet cæleſte oraculum, fuſiori exemplo id modò aperiendum. Si v. g. ratiocinando, orando-ve diſquiratur quidnam ſit *Fides*? Illâ, quam deſigno, definitione quadruplici reſponde, & rem totam conſeceris.

Prima definitio quæ, & vbi?

I. Fides eſt lumen ſupernaturaliter infuſum, vt veritates à DEO revelatas obſcurè cognoſcamus, & firmiter credamus. Ecce tibi definitionem, Naturalem, ex Theologiæ penetralibus erutam. Quæ nativa definitio, ſola *ſcientiam gignit*. Tres quippe ſequentes, veriùs Oratoriæ deſcriptiones cenſendæ ſunt. Res enim quælibet, in propriâ ſibi Scientiâ nativam definitionem ſortita eſt: in alijs Diſciplinis plerumque adventitiam, aut certè aliundè mutuatam.

Secunda.

Tertia.

Exod. 3.

Quarta.

Hebr. 11.

II. Fides, eſt oculus mentis. Vides ſimilitudinem, & illi vales inſiſtere ſi volueris. III. Fides eſt columna illa nubis, hinc collucens, inde tenebricans; quæ Plebem DEO chariſſimam, veros inquam Iſraëlitas, deducit per diem & noctem, ad promiſſæ hæreditatis poſſeſſionem; habes allegoriam. IV. Fides eſt, ſperandarum ſubſtantia rerum, ἐλέγχῳ μὴ βλεπομένων, argumento non apparentium. Noſtin' Pauli Apoſtoli verba, fide digniſſima?

Subdefinitiones.

Quiſquis eadem veſtigia relegens, iſtud Ariadnæ filum ſequi noverit, ipſas jam conſtitutas definitiones, per earum vel ſubjecta, vel prædicata *definiens*, nunquam finiendum orationis, & diſputationis labyrinthum invenit: neque vſquam, quod mirum perinde ac verum, inter tot circumvolutiones aberrabit.

Vtilitas harum definitionum.

Hæc in Deo quatenus vera.

ET hæc *Scientia* Sapientum eſt, & vna profectò è clavibus Encyclopædiæ. Sic etenim definitiones perperuæ occurrent, veluti veritatum traduces ſeu propagines: quælibet veritas, ex quâlibet orietur, omnia ſaltem analogicè omnibus aptabuntur; ſi è Circulo T. ſeu figurâ tertiâ Terminorum Relativorum, eximas Minoritatem; quæ quia privationem & defectum arguit, DEO indigna eſt. Eſt verò in illo ſupremo Ente Majoritas, quâ ſupereminet creatis omnibus. Æqualitas, inter omnia ipſius Attributa. Concordantia demum quâ ab æterno in vnicâ naturâ, radice Divinitatis, Dignitates illæ ſeu Attributa conveniunt. De cætero licet D. O. M. nullum tempus, quantitatem nullam: vno verbo, nullum accidens agnoſcat; habet tamen æternitatem loco temporis, immenſitatem vice quantitatis, attributas ipſi Perfectiones pro accidentibus.

RHETORICA. Definitiones per ſynonyma, & vnde.


Definitionibus quoque vel fabricandis vel amplificandis, non parum deſerviunt Synonyma, quæ facilè veſtigantur per Triginta ſex Terminos. V. g. DEVS eſt bonitas æterna, glorioſa æternitas, Autor Angelorum, Hominis finis vltimus, cunctis creaturis potentior, principium & cauſa omnium; in quo vivimus, mouemur, & ſumus. Ampliùs etiam per Centum formas

TITVLVS XXIII. *Pyramis veritatis explicata.*

SCALA NATVRÆ, SCIENTIÆ, Eloquentiæ.


In Medulla Sapient. cap. 15.

SED-ENIM nihil tam proficuum, quàm SCALA NATVRÆ; Græcis, ἀνάβασις ϗ κατάβασις, per eſſe, vivere, imaginari, & intelligere. Voco illam ego alibi veritatis PYRAMIDEM, ejuſque hîc delineationem propono.



ATTEN-

SECRETIOR.



ATTENDAT ſeriò verus amator Sapientiæ, hujus Pyramidis fabricam. Eam multis lateribus conſtantem imaginetur, ſupremum gradum vnitate DEI coronatum: infimum materiæ tenebris, nihiloque vicinum: lineas, ſeu gradus multiplices; rerum, quæ in illis continentur, ſeriem & commiſſuras; ceteraque, fuſiùs in Theorematis retrò explicata. Mox agnoſcet omnia ex vno, ex Corollaria. omnibus vnum. Viam aſcenſus, & deſcenſus eandem. In rerum compoſitione, Methodum ſyntheticam & analyticam facillimam. Inter Philoſophorum ſectas, opinionum diverſitatem revera eſſe, contrarietatem nullam. Sed de his actum jam in Medulla Sapientiæ. Interim reminiſcatur noſter Philoſophus, ſeu Orator hujus Pyramidis *lineas* gradus-ve identidem diſtingui ſequentibus Regulis.

I. Cujuſque Nobilitas petenda eſt à naturâ, qualitate, motu reliquiſque Titulis per XXXVI. Terminos, expiſcandis; maximè à vicinitate cum DEO, Pyramidis apice. II. Quicquid perfectionem ſine nævo arguit in inferiori gradu, tribuitur ſuperiori. V. g. ſi eſſe competit Lapidi, ergò Plantæ, ergò Animali, ergò Homini, ergò Angelo, tandem DEO. III. Gradus inferior reperitur ſine ſuperiori, non vice versâ. V. g. Lapis vitâ caret, Arbores ſenſu, Animalia intellectu. IV. Ejuſmodi gradus concipiuntur generaliſſimi. Quibus ſubnectuntur alia primò minùs generalia, deinde ad ſpeciem aliquam contracta,

Obſervanda in lineis.

RHETORICA

tandem in particularibus deſinentia. Sic deſcendet ab Ente ad Vivens, à Vivente ad Animal: ab Animali ad Hominem, ab Homine ad Ioannem. Qui gradus ſi in promptu velut numerari habeantur, nunquam titubabit Oratio. Hactenùs de primo Circulo, S. ſeu de Novem Subjectis. Sequitur apud Autorem, alius enim ordo magis mihi arridet in noſtro Artis hujus Compendio Gallico, Circulus alter.

TITVLVS XXIV. *Explicatur Figura ſecunda.*

SECVNDA FIGVRA Abſolutorum.

NAM propoſito aliquo ſubjecto, factâque, quod mox ſubjungam, quæſtione; vt aptè latiùs excurrendo ſatisfaciat Orator, opus habet *Terminis* Abſolutis & Reſpectivis.

Abſoluta quid.

ABSOLVTA ſunt Termini ſimplices, qui primâ fronte occurrunt intellectui ex Hominum inſtituto, ad cujuſque rei ſignificationem. Vnde & ad vitandam confuſionem, ſequenti *Novenâ* comprehenſa; videntur reſpondere primæ humani intellectûs operationi, quam Logici vocant apprehenſionem. Quin etiam poſſunt

Novem generalia.

APPELLARI { *Tranſcendentales, Convertibiles:* / *Conjugabiles, & Declinabiles.*

Proprietates hujuſmodi Terminorum. *Titul.* 4.

QVIA nimirum vbiquè reperiuntur, alij de alijs efferuntur reciprocè, & paſſim flecti poſſunt, idque novem quoque modis. Statui retrò exemplum, in Grammatica naturali. Bonitas, bonum, bonificativum, bonificans: bonificatio, bonificabilitas, bonificabile, bonificatio paſſiva, bonificatum. Quod quidem alijs ſimiliter Terminis congruit. Nam & de omni Subjecto formari poſſunt omnes Quæſtiones, per omnia Abſoluta, & Reſpectiva: & omnia plerumque ad invicem converti, pro libito & oportunitate; quà declinando, quà conjugando. Facem adhibeamus.

Quæſtio propoſita.

QVÆSTIO fiat, an DEVS ſit æternus? Reſpondetur affirmativè. Rationes ſcientiæ & eloquentiæ deſervientes, in multis paucas ſubbnecto. Quia bonus eſt bonitate ab æterno communicabili, & majore quàm quæ reperitur in creatura, quæ non bonificat niſi in tempore. Item Declinabis DEVS, Deitas, Deificativum: Deificans, Deificabile; Deificatio paſſiva, Deificatum. Et ita de reliquis omnibus; in quibus reperiuntur hi Novem Termini Abſoluti, per quos excurrit Orator facillimâ ſubdiviſione. Sedenim

Triplex Abſolutorum differentiæ.

SVPPONENDVM { *Tres primos, dici Eſſentiales.* / *Tres alios, Cauſativos.* / *Tres vltimos, Finales.*

Secunda Figura.

ILLOS porrò omnes complectitur *Secunda Figura* (ſic enim placet appellare, paululum ab Autore divertens) quæ ſignata charactere A. continet in ſuâ peripheriâ novem Prædicata, quæ vocat ABSOLVTA. Suntque Principia & Termini generales, ſeu Tranſcendentales; quoniam, vt prælibavi, paſſim de omni re affirmari poſſunt, vel ſimplici attributione; vt DEVS eſt bonus, bonitas DEI eſt æterna: hominis ſapientia virtutem operatur, virtus gloriam adipiſcitur. Vel certâ quâdam analogiâ, quemadmodum rectè Brutorum inſtinctus vocatur ab Eruditis, naturæ ſenſus: ſagacitas ſapientia, robur virtus; & ita de cæteris.

Duplex affirmatio.

Prædicatio ſubſtantialis.

In quibus *notandum.* 1. Principia hæc de quolibet ſubjecto prædicari; non

ſolùm accidentali & extranea ratione : verùm etiam *ſubſtantiali*, & intima. Quicumque enim rerum naturas attentiùs rimatur, & examinat; eas reperiet perſeipſas (tametſi abeſſent extranea omnia) eſſe bonas, magnas, durabiles. Ita-vt omne Principium ſubſtantiale innatam habeat ejuſdem generis *proprietatem*, per quam agit, velut per nativum inſtrumentum. Eo modo bonitas accidens, eſt rivulus & emanatio bonitatis ſubſtantialis; per quam res ex ſe ipſis bonæ, ſimile ſibi operantur. Quo ferè modò animus Hominis per ſe capax intelligendi, non intelligit tamen niſi per intellectum; quæ facultas cùm ſit, ſpeciem refert accidentis. SECRETIOR.


AIT igitur Artifex, rem omnem ſeipsâ & eſſentiali bonitate integram, plenam ac perfectam; in ſe eſſe bonificativam (ſic enim loquitur) hoc eſt capacem, bonitatem ſibi ſimilem producendi. Cui in alio reſpondet, Bonificabile: capacitas, inquam recipiendi bonitatem, quæ aliundè dimanat. Idque per bonificare; quo deſignat actum ipſius diffuſionis, ſeu communicationem, quâ principium producens conjungitur cum effectu producto. Emanationes quomodo fiunt

II. Principia hæc, vt potè generaliſſima, per ſe implicita debent *explicari* dum ad ſingula deſcenditur. Ita nimirum generaliſſimâ propoſitione, affirmarit quis. 1. Bonitas eſt magnitudo. 2. Contrahendo abſtractum ad concretum, bonitas eſt magna. 3. Deſcendendo ad genus, ſpeciem & indiuiduum, Bonitas Entis, Hominis, Petri, eſt magna. Implicita debent explicari.

III. Scientiam confici, ſi reperiatur verum *Medium*; quod aliud revera non eſt, quàm naturalis conjunctio ſeu connexio prædicatum inter, & ſubjectum. Hanc porrò conjunctionem *à quadruplici definitione* petendam eſſe, ſuperiùs demonſtratum eſt. Verum medium quid, & vnde?

IV. Abſoluta illa novem includit Circulo, vt mox inſinuabam, quia ſubjectum mutatur in prædicatum, & vice verſa; vt Bonitas eſt magna, Magnitudo eſt bona. Vnde Termini iſti, in DEO idem ſunt, & in ſe converti queunt alternâ *reciprocatione*. Bonitas DEI eſt magnitudo, æternitas eſt ſapientia, &c. Secus in alijs octo ſubjectis. Quamvis enim generalis propoſitio ſubſiſtat, Bonitas eſt magnitudo: quia ſic abſtrahit ab hoc, aut illo ſubjecto; falsò tamen affirmatur bonitas Petri, eſt duratio Petri. Mendacia enim & errores, *particularibus* adhærent; quia quæ in illis recipiuntur, eorum naturam recipiunt & induunt. In conceptu autem abſtracto, generali, & Metaphyſico; veritas ſibi ferè ſemper ſimilis eſt. Cur in Circulo. Terminorum reciproca converſio. Errores ſiunt in particularibus.

Ex iſtis itaque. Novem Aſolutis, componitur ſequens Figura circularis ſeu ſphærica.



Planum 1æ Figuræ.

HVNC porrò Circulum Autor *partitur* in circumferentiam, & planum. Circumferentiam replent novem Termini, ſeu Prædicata Abſoluta; deſignata haud ſecùs, quàm Subjecta, per B. Bonitas. C. Magnitudo. D. Dura- Illius explicatio.

RHETORICA

tio E. Poteſtas. F. Cognitio. G. Appetitus. H. Virtus. I. Veritas. K. Gloria. Medium verò planum in trianguli formam occupant Termini tres, maximè

GENERALES { *Eſſentia.* *Vnitas.* *Perfectio.* }

Tres Termini generaliſſimi.

Ad quæ velut ad Trinitatem cunctis extra DEVM rebus impreſſam, cætera omnia meritò revocantur.

1. Eſſentia.

I. ESSENTIA prima eſt rei cujuſque ratio, baſis & fundamentum eorum quæ quaſi adventitia concipiuntur. Per eam res nimirum quælibet conſtituitur in ſua natura, ſuiſque principijs. Sic Homo intelligitur incluſus in animali, & rationali. Eſſentiam *Vnitati* comparat Philoſophus, quia indiviſibilis eſt. Sive ſimplex illa ſit, vt in DEO: ſive metaphyſicè compoſita ex genere & differentia, alijſque gradibus, quæ illius perfectionem, conflant. Porrò vna & ſimplex, multiplici *nomine* exprimitur. Vocatur namque natura, quidditas, ratio, conceptus, definitio rei. In cujus cognitione, quia ſcientia verè conſtituta eſt; illam ante omnia ſolerti operâ indagare; Sapientis ſtudium eſto. II. Primus Eſſentiæ flos quaſi illibatus, VNITAS eſt; per quam res quælibet in ſe manens indiviſa, ſecernitur ab omni alia. Hanc noſſe juvat plurimùm, ad Scientiæ & Eloquentiæ decus adipiſcendum. Eſt autem vel ſimplex, vt quælibet forma. Vel compoſita, eaque multiplex, Subſtantialis, vt Hominis, conſtans ex materiâ & formâ. Continui, vt punctorum in linea. Diſcretionis, vt vnus, duo, tria. Accidentalis, vt acervus tritici. Rationis per conceptus abſtractos, vt genus & differentia. Identitatis in eſſe, vt tres Perſonæ Divinæ: vel in nomine, vt tres vocati Petri; & ſimilium.

Vnitati comparatur.

Multis nominibus exprimitur.

2. Vnitas.

3. Perfectio.

Principium itaque rei cujuſlibet, Eſſentia eſt: medium, Vnitas; finis verò, PERFECTIO. Ea quodlibet ſuis omnibus terminis & prærogativis concludit, conſummat & abſolvit. Conſideratur duplici modo. *Simplex* in ſe, & Abſoluta; juxta cujuſlibet naturæ modum, menſuram, & conditionem. Aliter enim DEVS poſſidet ſcientiam, aliter Angelus, aliter Homo, *Relativa*, per reſpectus ad aliquid; cui res in ſe perfecta, vtilis & proficua reperitur. Sic DEVS primò in ſe abſoluta, & conſummata perfectio eſt. Deinde ſuas nobis perfectiones clargitur in naturâ, in gratiâ, in gloriâ. Sapiens ſe ſolo beatus eſt, rerum pulcherrimarum contemplatione: reliquis verò Mortalibus perutilis, dum eos docet, regit, gubernat. Iam verò,

TITVLVS XXV. Explicatur Figura Tertia.


TERTIA FIGVRA
Reſpectivorum.

CONTINET ea quoque novem Terminos, ſeu Principia; quæ ad præcedentium diſcrimen, Artifex vocat RESPECTIVA. Denotatur, per characterem. T. Quia tres triangulos complectitur, nec Reſpectiva convolui poſſunt, vt Abſoluta. Quis enim dixerit, differentiam concordare, niſi abſtruſiori ſignificatu, alibi explanando?

Vtriuſque Figuræ diſcrimen.

Rem igitur explicat hæc Figura non ampliùs per ſuas perfectiones, in ipſis præciſè & abſolutè conſideratas: ſed comparationem veſtigando inter duo, vel plura. V. g. DEVS eſt bonus bonitate æterna, en præcedentis figuræ A operatio. Porro DEVS eſt bonus bonitate, differente à bonitate Angelorum, quia divina eſt à ſe, & infinita: Angelica à DEO, ſuiſque terminis limitata; en comparatio & reſpectus, per figuram T.

IN quo quidem *obſervabis*, Terminos Relativos nullam ex ſe ſolis habere ſignificationem. Sed hujus fundamentum & determinationem mutuari à Subjectis, Abſolutis, & Interrogativis. Vnde etiam *tranſeunt* interdum in ſubjecta, & prædicata. V.g. differentia DEI & Angeli, eſt æternitas. Habes hîc Differentiam, loco ſubjecti. In DEO & Angelo reperitur Finis. En Finis, locum tenens prædicati. Luſtrandus igitur Circulus iſte, ſeu figura T. quæ maximi in hac Arte momenti eſt. SECRETIOR. Obſervanda.



Planum III. figuræ Reſpectivorum.

VT verò Reſpectivorum natura, officium & mixturæ variæ meliùs intelligantur, rotæ præcedenti ſequens jungenda eſt.




Figura triplicis relationis.

PORRO vtriuſque Circuli vim & energiam vt comprehendas, ſequentia naviter advertes & memoriæ conſignabis. I. *Cogitandi* tres Trianguli Generales. In *primo* reponuntur B. id-eſt Differentia. C. Concordia. D. Oppoſitio. In ſecundo Triangulo, E. id-eſt Principium. F. Medium. G. Finis. In tertio demum. H. id-eſt Majoritas. I. Æqualitas. K. Minoritas. Tres trianguli generales.

II. Tres iſti Trianguli, quorum primus vocatur in Cabbalâ, viridis: ſecundus, *rubeus*: Tertius croceus; (rationes rimari ſatis otioſum foret) reſolvuntur in novem Triangulos, quos in poſteriori figura vides inter ſe implexos; qui videlicet & ſe invicem, & verò cætera omnia penetrant ac roborant. V.g. Principium floris, differt à Principio radij; illius enim eſt arbor, iſtius Sol: & Cur in ſe invicem implexi? Novem ſpeciales.

RHETORICA

vtriuſque Principij aliud eſt principium, nempe DEVS. Vnde fit vt in ejuſmodi penetratione reciproca, mutuò ſe corroborent. V. g. Homo differt à radio, in principio & fine. Hominis namque principium & finis, DEVS eſt: radij Sol, & orbem illuminare.

Comparatio.

III. Tandem cùm ex Terminis Reſpectivis fiat *comparatio*, quæ tria complectitur, duo relata, & mediam relationem; rectè per tres angulos triplicatos delineatur. V. g. Cognitio beata Angeli & Hominis concordant inter ſe, ſeu ſimiles ſunt. Tria haud dubiè intueris. Angelus & Homo, en duo correlata; quæ inter ſe comparantur per ſimilitudinem cognitionis beatæ, quæ genus quoddam eſt relationis.

Vſus, & vtilitas.

HORVM omnium *vſus* ſanè perquàm vtilis eſt, vt ſeriò meditanti apparebit. Nam tres Termini primi Trianguli, ſic inſerviunt. In probanda propoſitione affirmativa, juvat Concordia: in deſtruenda juvant Differentia, & Oppoſitio. Exemplum primi. Affirmando Hominem eſſe DEI imaginem, probationes plurimas ſuggeret Concordia. Homo ad inſtar DEI eſt intelligens, amans, &c. ergò DEI imago eſt & expreſſio perfectiſſima. Exemplum ſecundi. Affirmat Paganus Iovem eſſe Numen, negat Chriſtianus; quia DEVS eſt à ſe, Iovis cunabula viſuntur: DEVS fruitur immortalitate, Iupiter tributum ſolvit naturæ; & ſic de cæteris. Iterum, Concordia invenit *media* probationis: Differentia & Oppoſitio. ſolutiones & diſtinctiones ſuppeditant, vt demonſtrant exempla. Tres Termini Reſpectivi ſecundi Trianguli E. id eſt Principium, F. Medium, G. Finis;

DISTINGVNT REI { *Neceſſitatem*, *Cauſalitatem*, *Contingentiam*. }

Exiſtentiæ rei ſtatus Triplex.

ETenim ſubjecta cum prædicatis componi poſſunt, 1. neceſſariò, vnde affirmatio neceſſaria. 2. Nulla vnquam ratione, vnde negatio neceſſaria. 3. Interdum vel componi poſſunt, vel divelli; vnde propoſitio contingens. Accipe exempla primi, rationale & riſibile: ſecundi, rationale & brutum; tertij, Homo eſt eruditus. Si mavis explicatiora, audi. Sole ſupra orientem poſito, luceat neceſſe eſt, quia lux ſemper eſt cum ſuo principio conjuncta; ergo vbicumque Sol erit, ibi lucebit neceſſariò. En principij neceſſitas. Attende ſequentem cauſalitatem. Quomodo Pater in Divinis producit Spritum-Sanctum? Recurre ad medium, Filius medius eſt inter Patrem & Spiritum-Sanctum; ergo Pater producit Spiritum-Sanctum, per Filium, vel cum Filio. Scribo, quonam medio? Calamo, & ita de alijs. Deniquè Medicinæ facultatis finis eſt ſanitas, Oratoriæ perſuaſio; Medicus & Orator potientur-ne ſuo fine? Anceps, & dubium.

Tres Termini tertij & vltimi Trianguli, H. id-eſt Majoritas I. id eſt Æqualitas K. id-eſt Minoritas; Eloquentiæ, quàm Scientiæ deſerviunt magis: verborum amplificationi, quàm rationum probationi vtiliores. V. g. Homo vivens eſt, quia vita elucet in DEO qui major eſt: in Angelo, cujus eadem menſura cum Homine; in Brutis, quibus longè excellentior eſt Homo.

Terminorum comparatio ſubtiliſſima. Natura rei. Operatio. Perfectio.

IV. Pretium Artis eſt notare *Comparationem* inter figuram A. & T. Terminos, inquam, Abſolutos & Reſpectivos. Hîc opus ingenio. Nam tres primi Termini Abſoluti, rei cujuſlibet eſſentiam in ſe ſic conſiderant. Bonitas, eſſentiam: Magnitudo, exiſtentiam; Duratio, perfectionem. Tres ſequentes reſpiciunt operationem rei, quæ jam eſt, exiſtit & habet perfectionem ſuam. Primò quidem facultatem agendi, conſiderat Potentia: deinde agendi modum, Cognitio & Appetitus. Tres vltimi deſignant rei conſummationem, ſeu complementum. In queis Virtus præcedit, cui debet ineſſe Veritas: & naſcens ex vtraque Gloria, in quâ demum rei cujuſque quies, & beatitudo. Hæc de Abſolutis.

Analogia cum Relativis.

PARI quoque modo, ſe gerunt *Reſpectiva*. Differentia enim reſpondet Eſſentiæ, & Bonitati; Concordantia, Magnitudini: Oppoſitio, Durationi; nihil enim propriè contrarium alteri, niſi iſtud extra ſuas cauſas exiſtat. Principium

reſpondet Potentiæ, Cognitio Medio: Appetitus Finis, ad quem ſemper inclinat & tendit; Majoritas Virtuti, Æqualitas Veritati, Gloria Minoritati.

SECRETIOR. Artis ſecretum.

In quâ quidem Abſolutorum, & Reſpectivorum comparatione, credas velim ſecretum Artis latitare. His namque facilè deprehendet non omninò invitâ Minervâ natus, quid rei cuilibet conveniat in ſe, & à ſe: quid ab alio, & ad aliud: quæ in rei conſtitutione proprietates præcedant, quæ ſequantur; facillimè rerum probationes, velut promuſcondus, exeret. Quaſlibet *objectiones* diſſolvet; diſtinguendo eſſentiam ab effectis, eſſentiam à modo, modum ab operatione, intrinſecum ab extrinſeco; & ſic de ſimilibus. Atque his quidem ſubjectis innituntur variæ Quæſtiones.

TERTIA FIGVRA Interrogationum.

TITVLVS XXVI. *Quæſtiones IX.*

INTEROGATA ſeu Quæſtiones ſunt ſimiliter novem, ferè cum Philoſophorum Categorijs recurrentes. Eas regunt *quattuor* Principales; An ſit? Quid? Quale? Quare? Reliquæ enim ſunt velut accidentales, licet vtiquè miſceri poſſint inter ſe.


Quattuor præcipuæ.

Et hæ quidem Quæſtiones, de vno quoque Subjecto, ex Novem ſuprà recenſitis, poſſunt efformari; vt ampla Oratori ſeges, ac materia procreetur. Dum ſcilicet omnibus illis *ſatisfieri* poteſt per affirmationem, aſſertivè & demonſtrativè. Per dubitationem, probabiliter; rectè enim *Dubitare*, initium ſapientiæ, inſit Ariſtoteles. Deniquè per negationem, & contrarium reſpondendo. Vtrumque complectitur *diſtinctio*, quæ affirmat vnam partem, negat alteram.

Affirmant, dubitant, negant. Diſtinctio.

Vasa ad omnia intelligibilia Raymundus vocat. Nec tam ea accipit pro dubijs propoſitionibus, quàm pro *ſigno*, ſeu modo per quem quæſtio efformatur. Has igitur Quæſtiones Novem includit ſequenti Circulo.

Vaſa appellantur.



Planum 1 v. Figuræ.

Atque vt varijs Quæſtionibus reſpondendo fiat ſatis, diverſas idcircò Regulas, cuique ſubnectit noſter Autor; quas non abſimilis indicat Figura.

RHETORICA

Figura Regularum 12. vt reſpondeatur ad Quæſtiones.



Explicantur.

EIuſmodi Quæſtionum natura eſt, vt poſſint *replicari* in infinitum: & deduci per omnes terminos orationis, ſerie nunquam finiendâ. V. g. Quæſitum ſit, quid-nam Homo eſt? Reſpondeatur, imago DEI. Reponatur ſtatim, ſit-ne Homo id quod eſt, imago DEI? Pervolve omnes, vel pleroſque Terminos, qui ſuperſunt XXXIV. vndenam Homo imago DEI? A DEO Autore. Quamobrem? vt DEVM in Orbe inferiori, veluti Vicarius repræſentet. Ad cujus differentiam? Avium, Piſcium, Quadrupedum. Cum quibus in hâc ratione convenit? Cum Angelis, &c.

An ſit?

Prima igitur Quæſtio reliquis præambula eſt, AN SIT? Illi vt reſpondeatur, regula eſt, *Poſſibilitas*. Nam vel affirmatur poſſibilis, vel negatur; alterutrum verò diſcernitur. 1. Cùm aliquid conſentaneum apparet intellectui, & ſenſui; ſi tamen Catholicæ Fidei excipias Myſteria, quæ ſuperant captum vtriuſque naturalem. 2. Si ex poſſibilitate, ſequitur deſtructio alicujus è XXXVI. Principijs, omninò neganda eſt. Vt ſi conceſſerim DEVM poſſe mori, ſequetur dubio procul non eſſe æternum; ſi Homo principium nullum haberet, careret & fine. 3. Vt efficaciter inquiratur, neceſſe eſt in aliquo tandem principio convenire; quemadmodum aliquod ſemper immobile, quemlibet motum ſuſtinet. Quod ſanè principium Metaphyſicum, à particularibus Scientijs determinandum eſt. V. g. nihil eſt à ſe, ergò Homo eſt ab alio. Nihil ſimul eſt verum & falſum, ergò Fides Catholica nullas involuit contradictiones.

Quid ſit? Definitionis fabricatio.

Rei poſſibilitate determinatâ, ſequitur QVID SIT? Reſpondetur, per definitionem. *Definitio* autem fabricatur ex Genere, quod ſuggerit materia: & ex Differentiâ, quam præſtat forma. Sed vtrumque reperire hoc opus, hic labor. Lucem prætulit Artis hujus Diſcipulus non infimæ notæ, Valerius de Valerijs in Opere aureo, noſtrique ævi Petrus Moreſtellus; cujus vtriuſque hæc *adnotatio* videtur optima.

Genus quomodo veſtigandum.

Vt *Genus* cujuſlibet rei invenias, veſtiga in loculis ſeu cameris primi Circuli S. ad quem ex novem Terminis, pertineat ſubjectum de quo Genus quæritur, vt fiat Definitio. Certè enim, ſi ſubjectum ſub quo reperietur res definienda, pars ſit eſſentiæ communis pluribus ſpecie diſſentibus, erit genus: ſi ſit tota eſſentia, erit ſpecies. Ex. g. Ignis pertinet ad Terminum I in Circulo S. Ergo rectè incipies definire ignem per genus, hoc modo; Ignis eſt elementum.

Deinde ne nimis vaga ſit definitio, diſtributis exactè Terminis per ſpecies & partes, vt oſtendetur in Multiplicatione, aſſumi debet genus proximum, V. g. comburere eſt actio Ignis, conſtat enim calore & ſiccitate: comburere non eſt actio ſiccitatis, quoniam aqua fortis, quæ humida eſt, comburit; ergò eſt

actio

actio caloris in igne. Scire eſt actio hominis, non corporis, ergò intellectûs.

Adde quod Termini Prædicatorum vſurpari poſſunt pro generibus, vt fiant ſaltem deſcriptiones. V. g. ſi definiatur *Amicitia* per B. in Circulo A. bonitas naturæ ſpiritalis. Per K. in eadem Figura, eſt radius divinæ gloriæ in Homine. Per D. eſt imago æternæ durationis in DEO. Similiter ex Terminis Circuli T. ſeu tertiæ Figuræ, quæ eſt Reſpectivorum; amicitia virtus eſt, quâ Homo differt à Brutis & Lapidibus, Angelo & ſupremo Numini tantùm non æqualis evadit, &c. SECRETIOR.

Quod ſi Subjectum aliquod ex Novem, definiendum occurrit, ſume tibi genus & differentiam, ex aliquibus Terminis. V. g. intellectus eſt in Homine, principium cognitionis. Intellectus eſt in homine, en E. in Circulo S. Principium, en E. in Circulo T. Cognitionis, en F. in Circulo. A. Amor eſt appetitus humanus inclinans in bonum, &c.

Quin etiam poteſt loco generum, ſumi diviſio generalis Circulorum: in ſubſtantias increatam, & creatam, primam ſcilicet in S. & octo creatas. V. g. Homo eſt ſubſtantia creata, ad Imaginem DEI. Gladius inſtrumentum eſt hominis, determinatum ad ſcindendum panem. Hæc de Generis veſtigatione. Iam verò invenitur

DIFFERENTIA PER TRES QUÆSTIONES { *Cujus rei ſit?* *Qualis?* *Propter quid?* } Differentia quomodo veſtiganda.

CUIUS nimirum res definienda poſſeſſor ſit, quid-ve habeat, aut quo efficiatur? V. g. Rex princeps eſt, habens ſubditos. Quantitas eſt accidens à quo materia habet magnitudinis extenſionem. Simili ratione, definietur res poſſeſſa. Servus homo eſt in dominio & poteſtate heri, ſeu magiſtri. Rurſus, invenitur tam poſſeſſor, quàm res poſſeſſa; movendo Circulus & Terminos in illis incluſos, hoc modo.

Advertatur primò, ad quem Circulum pertinet id de quo movetur quæſtio. Is etenim Terminus erit proculdubio, vel poſſeſſor, vel res poſſeſſa. V. g. ſi quæritur quidnam ſit viſio beata? Veſtigo genus in Circulo, ſeu figurâ A. in ſecundo ternario; quia primus eſt operandi modus, conſequens potentiam, & naturam vnam, ac perfectam. Statimque definio in hunc modum. Viſio beata eſt cognitio, en Genus. Deinde in Circulo S. ſeu prima figurâ, quæro poſſeſſorem. Cognitio competit DEO, Spiritibus, Homini, ergo viſio beata eſt cognitio DEI, Angeli, Hominis. Vlteriùs quæro, quæ pars in homine digna ſit poſſidere viſionem beatam? Et hic fieri debet *partitio*. Cum enim perfectiſſima, nobiliſſimaque operatio principi, & nobiliſſimæ, v. g. Hominis facultati tribuenda ſit, & circa nobiliſſimum objectum, modoque excellentiſſimo; ſic efficies perfectam, integramque definitionem. *Viſio beata eſt cognitio, humani intellectûs perfectiſſima, quâ* DEUM *intuetur.*

SEQUITUR jam altera methodus, Definitionis reperiundæ, per quæſtionem *Qualis res ſit?* Si enim ſubſtantiva in adjectiva commutaveris, per tres Circulos S. A. T. id-eſt Subjectorum, Abſolutorum, Reſpectivorum; illico tibi Differentia occurret. V. g. diximus viſionem eſſe Cognitionem intellectûs. Vlteriùs quære cujuſnam-intellectûs? Perge vt reſpondeas, ad Circulum S. ſeu ſubjectorum. Dices per B. C. E. Divini, Angelici, Humani. Abi ad Circulum A. ſeu Abſolutorum; addes per B. D. K. eſt cognitio intellectus boni bonitate conſummatâ, æternùm duraturâ, glorioſi, &c. *Denique* in Circulo T. ſeu Figurâ Reſpectivorum per BG. GC. F. IC. KBK. Intellectûs differentis à Bruto, cum voluntate optimè concordantis, æqualis Angelis, & DEO inferioris: cognitio demum omnium perfectiſſima, ſcientiam ac fidem multis intervallis exuperans.

Tandem in quæſtione QUARE? reperies Differentiam; quærendo cur ſubjectum, ſeu res tali ſpecialiter nomine denotetur. V. g. Viſio DEI dicitur beata? Repones; quia omnium bonorum aggregatione conſtans, felicem ſeu beatum facit intellectum, qui illam poſſidet.

RHETORICA

In ſumma; clariùs definitur, *deſcribitur*-ve res quælibet per efficientem cauſam, Viſio beata eſt cognitio Intellectûs glorioſi: per effectum, quâ videtur intuitivè: per objectum, videtur inquam, intuitivè, Dei intima natura; per perfectionem, cum cumulo omnigenæ felicitatis. Quibus adjungitur non rarò actus, Viſio beata Deum videt: *aptitudo*, per quam elevatur Homo, ad conſortium & ſimilitudinem Dei.

Quadruplex inquiſitio. Quid eſt res in ſe.

Adde inſuper *Quattuor* alias Regulas reſpondendi; quidnam res eſt in ſe, quid habet in ſe: quid eſt in alio, quid habet ab alio? V. g. Viſio beata, quid eſt *in ſe* rei, cognitio Dei intuitiva. Quid in ſe nominis, ab *Etymo* ſubjecti vel prædicati, eſt Viſio intuitiva, quaſi intùs tuens, ſeu videns. Homo eſt animal rationale, dicitur homo ab humo: animal quia animam habet: rationale, quia ratiocinatur. A Tranſlatione, allegoriâ, & metaphorâ. Vt Homo eſt horiſon, cœli & terræ, radius divini Solis, tabernaculum divinâ manu fabrefactum, ſupremi Conditoris opificium præſtantiſſimum.

Quid habet in ſe.

Sequitur quid res quælibet habet *in ſe*, nempe naturaliter, & coëſſentialiter. Ad quod reſpondetur per illa, ſine quibus res eſſe nequit; videlicet (Autoris quem interpretamur verba ſunt ipſiſſima) per Ivum-Are Bile. V. g. Quid nam in ſe habet homo amicus? Reſponde per connata; *amativum*, id-eſt facultatem amandi: *amare*, qui eſt ipſe actus amicitiæ: *amabile*, denotat objectum tendentiæ rei amantis in rem amatam, quæ amabilis eſt.

Multis modis.

Porrò quidnam res in ſe habeat, plurimis inquiritur *modis*. Putà eſſentialiter; ſic Devs habet tres Perſonas in ſe. Eminenter; Devs habet ſcientiam in ſuâ Sapientiâ Virtualiter; Devs habet inſtinctum,& appetitum: propenſionem dico, ad bonitatis ſuæ rivos diffundendos. Potentialiter; Devs habet potentiam creandi mille mundos. Actualiter; hunc Orbem revera condidit. Identicè; Natura Divina habet in ſe Perſonas, & Attributa. Vnitivè, Devs continet omnes omninò Perfectiones, nam pulchritudo agri cum illo eſt. Immensè; replet enim cælum & terram, & *Iovis omnia plena*. Per Dominium, in omnes Creaturas: per influxum gratiæ, in Iuſtificatione. Per ſumptionem ſeu copulam, in Incarnatione. Per modum loci tam proprij, quàm communis; Christvs eſt in vtero B. V. in præſepio, in ſepulchro, in Sacramento. Per modum perficientis, ſive ſubſtantialiter; vt Perſona Verbi, perficit humanitatem Christi. Sive accidentaliter, vt Verbum æternum perficit per lumen gloriæ intellectus Beatorum.

Pſal. 49. *Virgil. Eclog.* 3.

Ad *quidnam* res ſit in alio? Reſpondebit Artiſta, per proprietates relativas. Cujuſmodi eſt forma ſubſtantialis, ſive accidentalis in ſubjecto. Vnde Anima rationalis eſt in corpore, intellectus & voluntas in anima: cognitio in intellectu, amor in voluntate. *Pars in toto*, vt oculus in facie, facies in capite, caput in corpore, corpus in Orbe, Orbis in rerum natura. Verte vices; res in Orbe, Orbis in Homine, homo in anima, anima in intellectu & voluntate, corpus in capite, caput in vultu, vultus in oculis, totum in partibus: *Inferius* ſecundùm prædicationem, in ſuperiori, Petrus & Ioannes in Homine, Homo & Leo in animali. Deinde ex adverſo, Homo in Ioanne & Petro, animal in Homine & Leone. *Potentia* in operatione; vt intellectus in cognitione, oculus in viſione. Locatum, aut quaſi locatum, in Loco; vt intelligentia movens in ſua ſphærâ, cor in pectore, Præſes in palatio, Rex in throno, & ita conſequenter.

Quid habeat ab alio?

Ad quidnam res habeat ab alio, ſatisfacies per-actionem, & paſſionem V. g. Quidnam Filivs Dei habeat ab Hominibus? Curare infirmitates tangendo, docere fidem loquendo, &c. Ecce actiones. Habet quoque paſſivè conceptionem in Virginis vtero, adorationem à Magis, vltimum ſupplicium in Calvario.

Exemplum;

Sed enim *exemplo* vnico, quattuor ejuſmodi ſpecies colligamus. Quid eſt viſio beata? In ſe, eſt cognitio intellectûs. Quid habet in ſe? Evidentiam, comprehenſionem, perpetuitatem, &c. Quid eſt in alio vita beata? In cælo Empyreo, vnio, conjunctio intima, & ſimilitudo perfectiſſima cum Deo. Quid habet ab alio? Lumen gloriæ, à Deo: vices ſpeciei impreſſæ, abs Dei natura: ſpeculum omnium creaturarum, à Verbo: ſocietatem, à conſortibus

gloriæ; laudem & honorem, à terrenis cultoribus.

Ad Quæſtionem *Qualis res ſit*? facile eſt reſpondere per quattuor qualiraris ſpecies. Aqua eſt frigida, vel tepida; en habitum, & diſpoſitionem. Aqua miſcet elementa in generatione, & congelatur à frigore; en actionem, & paſſionem, &c. SECRETIOR. Qualis res ſit?

Deinde mutanda ſunt XXXVI. Principia, & abſtracta in concreta. Qualis eſt Homo ſapiens; Reſponde in Figura S. Divinus, à DEO Autore & magiſtro: ſpiritalis, ab Angelis quos imitatur: cœleſtis, à cœlo cui ſemper intendit & aſpirat: omnium Diſciplinarum & Artium ſtudioſus, ab inſtrumentativo, &c. In Circulo A. Homo magnus eſt, â virtute quam colit: æternùm victurus, à famâ nominis & lucubrationibus: gloriâ coronandus, ob heroïcas virtutes. In Figura, ſeu Circulo T. id-eſt Reſpectivorum, qualis eſt Homo ſapiens? Longè diſtinctus à plebe & fœce vulgi, paulominus Angelis inferior. DEO, inquit Seneca, contubernalis, &c.

Ad Quæſtionem QVANTVM? Regulæ ſumendæ ex quantitate, abſolutâ in ſe: relativâ, ad circum jacentem locum: continuâ, vt in ſuperficie & linea: diſcretâ, vr in numeris & tempore: virtuali, vt eſt immenſitas in DEO; actuali, vt ſunr dimenſiones corporeæ. Quantùm?

Ad Quæſtionem VNDE, ſeu ex quo? Reſpondendi regulæ ſunt; *à quo*? per veſtigationem principij, cauſæ & originis. Item *de quo*? ſcilicet mareriali. Sic DEVS nec ab alio eſt, nec de alio: Angelus ab alio, non de alio; corpora ab alio, nempe à DEO: & de alio, de humo ſcilicet. Regula altera eſt, *Cujus*? arguens poſſeſſionem, vr mox explicui. Vnde?

Ad Quæſtionem QVARE res eſt? quare res eſt talis? quare eſt ab hoc? de hoc? hujus? propter hoc? Et quidem ſatisfaciunt diverſa cauſarum genera. Ponatur controverſia; Quare Homo ſalvarur? Repone ſolutiones. Primò occurrit cauſa efficiens, prædeſtinatio æterna, & divini beneplaciti lex inviolabilis. Dein merirorìa. Et quidem in alio, CHRISTI Paſſiones: in Homine ipſo, gratia Sanctificans. Cauſa materialis ex qua, ſcilicet ex omnium bonorum cumulo: In quâ, in anima, & corpore: Circa quam, circa DEI eſſentiam, omnium rerum contemplationem, &c. Cauſa formalis; nam gloriæ lumen Hominis intellectum elevat, & colluſtrat. Finalis, vt Homo laborum mercedem recipiar, ſupremo bono fruatur: DEVM cognoſcat, amet, glorificet, &c. Quare?

Ad Quæſtionem QVANDO? vt reſpondeas, percurre omnia temporis momenta, infrà in Terminorum Multiplicatione recenſenda. V. g. CHRISTVS natus eſt, vt DEVS ab æterno: vr Homo, in plenitudine temporis: vt à Virgine, in momento: ſecundùm anni tempeſtatem, in hyeme: ſecundùm hujus tempeſtaris qualitatem, frigidiſſimo tempore: anni diſtributionem, menſe Decembri: menſis partes, die vigeſimâ quintâ; diei partem, mediâ nocte. Si Principem ſpectes, ſub Auguſto Cæſare: ſtatum Reipublicæ politicum, toto Orbe in pace compoſiro. Reſpiciendo ad Religionis ſtatum, ſub occaſum Legis Moſaicæ, & in ortu Evangelij. Conſiderando Aſtrologiam, Sole in ſigno Capricorni exiſtente: Mundi creationem, quinquies mille cenrum nonaginta novem annis ab Orbe condito. Secundum diverſarum Gentium imperia, vel computa & æras temporum; à Diluvio, bis mille nongentis quinquaginta ſeptem: Olympiade, centeſimâ nonageſimâ quartâ: ab Vrbe Româ conditâ, anno ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo: anno Imperij Octaviani Auguſti, quadrageſimo ſecundo: contemporaneis, inrer Iſraëlitas Ioanne Baptiſtâ: inter Græcos, Romanos, &c. Quæ, vt vides, propè in infinitum protendi poſſent. Quando? Exemplum exactiſſimum.

Ad Quæſtionem VBI? Reſpondes phyſicè. 1. Per differentias locales antè, retrò, ſurſum, deorſum: in dextrâ, in ſiniſtrâ parte. 2. Per locorum ſpecies in cœlo, aëre, terrâ, aquâ. 3. Per horum diſtributiones, in Empyreo, in Aſiâ, in Europâ: in Galliâ, in Armoricâ, Lutetiæ: in domo, in cubiculo, in cubili, in ſedili. 2. *Metaphyſicè*; in genere & differentiâ, vt Homo eſt in animali, & rationali. Item per Artis Terminos, in magnitudine, duratione, principio, fine, &c. 3. *Mathematicè*; in numero, menſurâ, gradu, pondere, lineâ, ſuperficie, figurâ, angulo, &c. 4. *Politicè*; in foro, ſenatu, Regis curiâ. 5. Re- Vbi?

RHETORICA Quomodo?

ligioſè, in templo, in choro, intra cancellos chori, in majori altari; omni demum modo, quo vnum in alio poſſumus imaginari.

Quæſtioni QVOMODO, & CVM QVO? Præfiguntur Regulæ duæ. 1. *Modus*, ſeu Modalitas. An ex ſe res id fecerit, an ab alio? Intrinſecè, an extrinſecè? Subſtantialiter, vel accidentaliter? Per materiam, vel formam? Primâ productione, an ſecundariâ? Similem, an diſſimilem? Et ſic venando, ac replicando per XXXVI. Deindè reſpondetur per omnia *Inſtrumentorum* genera, quæ paulò poſt indicabimus; vt Homo viuit per animam, cognoſcit per intellectum, ſpirat per pulmonem: percutit brachio, ſcribit calamo, loquitur abſentibus per litteras; bella gerit per exercitus, coronatur lauro & palmâ, &c. Quæ pariter ſuggerunt XXXVI. Termini revoluti in ſe, & per ſe innumeris combinationibus replicati. Cui quoque rei deſerviunt non parum, notæ omnibus Circumſtantiæ;

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando?

TITVLVS XXVI. *Repetitio antedictorum.*

SVMMA ARTIS HACTENVS explicatæ.

HABET igitur jam Curioſus quilibet Artem Magnam & Parvam XXXVI. *Terminis* in quattuor claſſes, ſeu circulos diſtributis; clarè ſatis, opinor, & breviter comprehenſam. In quibus notanda eſt aurea illa Homeri, & Platonis *Catena*. Nam I. ſtatuuntur *Subjecta* novem generaliſſima, extra quæ nihil prorsùs extat; DEVS, Spiritus, Cælum, Homo, &c. II. Expediuntur ſingulis novem Subjectis, adnatæ Proprietates novem *Abſoluta*: & itidem ita Generaliſſimæ, vt reliquæ ad iſtas neceſſariò revocentur; Bonitas, Magnitudo, Duratio, &c. III. Quæruntur quaſi forinſecùs, rei tamen cuilibet adhærentes *Reſpectus*, ſeu ad alia comparationes pariter novem; Differentia, Concordantia, Oppoſitio, &c.

Subjecta IX. — Abſoluta IX. — Reſpectiva IX.

V. Vt inchoëtur, moveaturque perennis ratiocinatio animi, oris, calami; fabricantur *Quæſtiones* ſimiliter novem; An, Quid, Quale, Quare? &c. Quæſita hæc vltimæ claſſi idcircò reſervantur, quia non ſolùm poſſunt formari de primâ Figurâ ſeu de Subjectis: verùm etiam de Abſolutis, & Reſpectivis. Immò & de ſeipſis ad invicem, quia ſæpiſſimè tranſeunt in Subjecta. Dabo exemplar, ne quid ſuperſit offuſciarum. Non ſolùm quæritur de DEO, vel Homine, an ſit, quid, quale, quare, vnde? &c. Sed etiam vlteriùs; an ſit bonus, æternus, potens, virtute & gloriâ præditus? Rurſum vnde illa bonitas, virtus, gloria, propter quid? &c. Pari quoque viâ, quomodo differant DEI & Hominis ſapientia, virtus, gloria? Immò quid ſit hæc ipſa DEVM inter & hominem differentia? Qualis ſit, vnde petenda, quare neceſſaria? &c.

Quæſtiones IX.

IV. *Novem Litteræ*, ſeu notæ & characteres illis XXXVI. Terminis ſignificandis deſtinantur. Adeò vt quælibet ſignificet *Quattuor Terminos*; vnum in vnaquaque Figurâ, ſeu Circulo. Verbi gratiâ; B. Significat DEVM in Circulo S. Bonitatem in circulo A. Differentiam in circulo T. An ſit in circulo Q. Adde in Artis extenſione (quam tamen neceſſariam minimè judicavimus) inter Vitia, Avaritiam: inter Virtutes Iuſtitiam. Myſterium quidem eſt tot combinationum & concamerationum, quæ cruces ingeniorum ſunt in Magiſtro Artis.

Litteræ, ſeu elementa. — Virtutes, & vitia.

VI. Attendi debet exquiſitè, *Connexio* inter omnia hæc XXXVI Principia. Eſt enim Triplex. *Methodica*, quam ita delineatam vidimus; vt primò ſint Subjecta, DEVS, Spiritus, Cælum, Homo; & ita de reliquis. 2. *Arbitraria*, ad libitum Oratoris ſeligenda & inſtituenda. Vt ſi velit, à DEO tranſeat ad

Triplex connexio Terminorum. Methodica, Arbitraria.

cælum, à bonitate ad gloriam, à ſapientiâ ad Angelum, à virtute ad differentiam, à principio ad quæſtionem quare; & ita conſequenter. 3. *Naturalis*, & intrinſeca connexio illa eſt, quæ veram ſcientiam format; quia cognitionem gignit eam quam exigit Ariſtoteles, per cauſam ſcilicet propter quam res eſt, præſertim in quæſtione Quare. Quæ ideò fons eſt totius ſcientiæ, immò & ſapientiæ per altiſſimas & generaliſſimas rerum cauſas, in quo naturalis beatitudo ſita eſt. Revera enim SECRETIOR. Naturalis.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas. Georgic. 2.

Hæc autem intima & eſſentialis connexio, iterum triplex eſt { *Generalis.* / *Specialis.* / *Specialiſſima.* }

GENERALIS, quaſi vaga & indifferens, vnam perquirit veritatem; vbique, ſaltem analogicè, radiantem. Ita vt poſito vno ex XXXVI Terminis, alij omnes conſequantur; quia videlicet omnia hæc Principia cum ente vno, & perfecto convertuntur. Ideò ex omnibus Terminis formatur 1. *vnus generaliſſimus* Terminus, Ens videlicet, de quo ſcire poſſumus & eloqui: ex omnibus Subjectis, vnus conceptus: ex omnibus veritatibus, differentijs, principijs, &c. ratio vna generaliſſima veritatis, differentiæ, principij, &c. Quæ paſſim in omni ente reperiuntur. Generalis.

II. *Specialis* connexio Terminorum, attenditur ratione præſuppoſitionis. Ita vt formalis ſit conſequentia retrograda vnius ad aliud, poſterioris ad prius. V. g. Beati ſunt glorioſi, ergò eorum gloria vera eſt: ergò virtuti innititur, ergò amant & cognoſcunt, ergò poſſunt, ergò exiſtunt in aliquâ duratione: ergò habent aliquid in ſe magnum & præſtans, ergò ſunt quid boni, ergò ſunt aliquid, ergò non ſunt nihil. Ecce analyſim primi principij Metaphyſici; impoſſibile eſt idem eſſe ſimul, & non eſſe. Specialis.

III. *Specialiſſima* connexio omnium optima, quærit non quid præſupponatur: ſed quid vna res per ſe primò producat, vt ordo naturalis conſtituatur. Verùm hactenùs dubito, an cuiquam Mortalium ea connexio generalis, & rerum omnium penetratio conceſſa ſit. Faciliúſque crediderim privilegium eſſe SAPIENTIÆ beatæ, fortaſſis etiam increatæ. Non deſunt tamen qui illâ gaudent, in rebus nonnullis; qui in omnibus repererit, erit certè *mihi magnus Apollo*. Specialiſſima.

EXPLICATIONI Artis iſtius, conſultò à me ſubjungitur ejuſdem *Applicatio*; vt per illius Multiplicationem & quaſi extenſionem, noſtrum hoc Scholaſticon finiatur. Tranſitio & nexus.

TITVLVS XXVII. *Artis Applicatio ad praxim.*

APPLICATIO ARTIS HACTENVS explicatæ.

SOLEMNE apud vniverſos diſcrimen eſt, Artem inter & Scientiam. Iſta enim perpetuis contemplationibus adhæret, de operatione parum admodum ſollicita. Illa ſecus, delibatâ præceptorum theoriâ, ſtatim deſcendit ad praxim. Eam ob rem, rectè, vt cætera omnia, noſter Autor Methodum ſuam *Artem* appellat; quia illam ſpeculando delineaſſe vix quicquam eſt, niſi exercitio perpoliatur. In præceptorum explicatione, Scientiam non nego: in eloquentiâ, Artem eſſe aio; in Multiplicatione, vtriuſque mixturam. Sic igitur ad Applicationem devenies.

Cur Artem vocavit Autor.

Cùm Oratoris officium ſit, de quâlibet re propoſitâ in vtramque partem aptè diſſerere ad perſuadendum; liquet profectò, materiam Orationis *Quæſtionem* eſſe, quæ de omni ſubjecto poteſt efformari. Adeò vt in Cabbalâ, non minùs quàm in reliquis Diſciplinis, neceſſe ſit ea quæ ſequuntur notatu digniſſima, callere.

Materia Orationis quæſtio.

Tria præſupponenda.

I. *Scire* oportet partes ſubjecti propoſiti, finem quæſitum, & medium ad eundem finem. Subjectum ponatur THEOLOGIA. De qua velut Orationis finis inquiretur; *Sit-ne reliquis Scientijs, ac Diſciplinis præſtantior?* Aſſertionis probandæ *medium* erit, quia Hominum ſalutem juvat, augetque plurimùm. Cùm enim Muſica ſolummodò aures titillet, Pictura oculos paſcat, Mathematica res merè externas contempletur, Scientia Naturalis plena ſit erroribus, Ethica caducam virtutem inſpiret; vna nimirum Theologia Hominum mentes elevat ad certiſſimam Numinis cognitionem, adorationem ac fruitionem; in quibus ſita eſt ſalus Hominum conſummata.

Tripliciter fit Applicatio.

II. Poſt Subjecti inſpectionem (ſive theſis, ſive hypotheſis ſit) ſuccedere

DEBET APPLICATIO { *Authenticè.* / *Similitudinariè.* / *Exemplariter.* }

SIc nimirum doceri poteſt, Regum ac Principum vitam Subditorum ſaluti præferendam. Quod facere debent imprimis Chriſtiani, ad id pietatis officium impulſi, vel ipſâmet Gentilium autoritate; qui in ſolemni precum formulâ, orabant referente Tertulliano in hanc propè formam.

Apolog. 35.

De noſtris annis, tibi Iupiter augeat annos.

Tum ductâ ſimilitudine ab Apibus, quas pulchrè deſcribit Poëtarum inter Latinos princeps.

Virgil. Georg. 4.

Sin autem ad pugnam exierint, nam ſæpè duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu, &c.
Et circa Regem, atque ipſa ad Prætoria denſæ
Miſcentur, magniſque vocant clamoribus hoſtem.

Tandem Exemplo illius qui cum accepiſſet ex oraculo, Regem in pugnâ occidendum: regijs ipſe armis coruſcans, in medias hoſtium phalanges irrupit.

SECRETIOR.

Applicatur deinde implicitum ad explicitum, vt animal ad rationale & irrationale: abſtractum ad concretum, vt bonitas ad bonum: quæſtio ad locum, vt vnde eſt bonus Angelus? A cauſis, & vice verſâ. Res enim noſcuntur, vt fiunt, per corruptionem ignorantiæ & doctrinæ acquiſitionem. — *Ars Mnemonica.*

III. Ponendum eſt *Subjectum* de quo movetur controverſia, veluti in centro. Circum in peripheria, XXXVI Termini; qui variè inter ſe commixti, quaſi lineæ; methodo per quàm facili deducent ad circumferentiam ſtylum Orationis, ſermonem & calamum Oratoris, aut Conſultoris, Auditoris attentionem. Hæc namque Ars, verè Ars eſt *Mnemonica*; quod rectè Carbonetus, & alij adnotarunt. Et hæc quidem Subjecta *quaternario* numero, ideóque τελείῳ abſolvi potuerant per Eſſe, Vnum, Verum, Bonum; niſi arrideret magis vnitas novies replicata, vt in cubum ſeu quadratam novenam deſinat. Sunt ergo, vt explicui ſuperiùs, Subjecta novem non ampliùs. Et illa quidem generaliſſima, quorum ſuperiora continent eminenter inferiora. Nam myſticus iis numerus placuit Theoteticis. Sunt ergo, — Cur novem?

IX. SVBIECTA	*B. Deus.*	*G. Senſitivum.*
	C. Angelus.	*H. Vegetativum.*
	D. Cælum.	*I. Elementativum.*
	E. Homo.	*K. Inſtrumentativum.*
	F. Imaginativum.	

AD eas videlicet claſſes novem poſſe *revocari* quæcumque creata, vel increata, quis non videt? Vnde & de ijs duntaxat fingi poſſunt oratoriæ quæſtiones. Modò ſupponas, vnumquodque Subjectum debere habere propriam definitionem, differentiam à cæteris: concordantiam cum ſingulis, & omnibus. Sic vt nobilius Subjectum, pendeat à nobiliori principio: & illa Novem certo quodam ordine per aſcenſum & deſcenſum, DEO velut primæ vnitati concatenentur; vt ab eo velut principio diffluant, & ad illum velut ad finem reducantur. — Omnia ad hæc IX. revocantur. — Notationes de ſubjecto.

PROPOSITO itaque per theſim, hypotheſim-ve Subjecto vno ex memoratis, velut in centro; illi in *Peripheriâ* circumdabis XXXVI Terminos, quatuor Circulis ſeu Figuris incluſos. Tum debet Orator, ſingulos attentiùs inſpicere; vt pro judicio & opportunitate omnium faciat mixturam, in Subjecto quod tractat, exornando. Eo namque modo oratio facillimè multiplicatur per commata & hypocola, diviſiones & ſubdiviſiones; quas ſuggerent rei cujuſque Attributa, quærendo eorum diviſionem: & diverſa cuique Subjecto tribuendo per complexionem ſubſtantialem, & accidentalem; dum examinantur ſigillatim ſequentia. — Circulorum fabrica. — Terminorum conjunctio.

Genus; vt in Homine, animal. Differentia, vt rationalitas. Species; humana, ex animali & rationali. Proprietates; propriæ, vt riſibilitas: adventitiæ, vt ſcientia, color. Facultates; vt intellectus, voluntas. Habitus; vt fides, ſcientia, prudentia. Operationes; vt amare, ambulare, loqui. Paſſiones; vt calefieri, ægrotare, comburi. Partes; anima, corpus: pes, manus. Principia; DEVS, Elementa. Cauſæ; parentes, materia, forma. Effectus; liberi, lucubrationes, architectonica. Similia; Homo præterit ſicut flos agri, fugitque velut vmbra. Convenientia, Hominem decet benè facere, miſericordiâ moveri. Oppoſita; Homini adverſatur vitium, ignorantia, crudelitas. Priora; parentes liberis, corpus animâ. Poſteriora; liberi parentibus, nativitas conceptione. Exempla; petuntur à ſubjecto quod tractatur. Relativa; filius ad patrem, ſimile ad ſimile. Extranea; fortuna, honos, divitiæ, ſupellex. Varia. Idque naturâ; vt membra in corpore. Complexione; vt partes domûs, cæteræque Artis & Metaphyſicæ operationes. Prædicatione; Homo eſt ſapiens, pius, iuſtus. Conjunctione; Homo conjungit in ſe corpus, & animam. Separatione; ex parte ſubjecti, vt animal in terreſtre, aquatile, volatile: Ex par- — Subjectorum circumſtantiæ. — *Iob.*

RHETORICA

te prædicati, rationale per cognitionem præteriti, præſeotis & futuri; ac modi, &c. Ea igitur omnia latiſſimè extenduntur per XXXVI Terminos, eos variè miſcendo: & vti prædictum eſt, vel declinando, vel conjugaodo. Quod fit per rerum Pyramidem à nobis excogitatam & paulò priùs enucleatam, aſcendendo nec-non deſcendendo.

Oppoſita jungi non debent.

Valdè porro notandum I. Terminum *oppoſito*, vt ſic, jungi nequaquam debere. Abſonum ſiquidem & Mezentij ſcelus fuerit nectere bonitatem malitiæ, durationem noo exiſtenti, principium impoſſibili. Sed omnia iuſtè ſunt attemperanda.

Applicatio vniformis.

II. Horum omnium applicationem debere eſſe *vniformem*. Ita-vt quod primum ſtatuitur ex XXXVI Principijs, regula ſit & menſura cæterorum. V. g. Si in ſubjecto poſito eſſentia eſt infinita, vt in DEO; Bonitas, Magnitudo, Duratio, & reliqua erunt quoque infinita. Si cognitio corporea eſt; Appetitus, cæteraque conſequeotia erunt etiam corporea. Vnde quando hi Termini alicui Subjecto applicantur, illius induunt naturam.

Quænam præcavenda.

Summo interim cavendum eſt opere, ne ex iſtiuſmodi præceptionibus *vana* duotaxat, & oſtentitia quædam verborum, ſeu Terminorum dilatatio hauriatur; quæ vel pueris ipſis ac mulierculis, haud ſecùs quàm pſitacis, poſſet tandem inſtillari. Cui periculo vt *occurratur*, 1. penetrandi ſunt Artis XXXVI. Termini. 2. Diſcendæ res ipſæ in Naturæ, Fideique ſchola. 3. Tum quid de eis in Scientiarum claſſibus paſſim jactatur. 4. Noſtra tandem Methodus percipienda, quæ per Artis hujus partitiones latiùs explicatur: & verò, oec enim fallit me certiſſima experientia, non parum illuſtratur.

Ars tegenda. Quomodo faſtidium vitandum.

SED ENIM vbiquè *Ars tegenda*, vitandumque imprimis Auditoris *faſtidium*. Quod vtrumque aſſequeris, ſi ioitium Orationis ſacis, & temperamentum aliquando ab Abſolutis, aliquando à Reſpectivis; aliquando ab Interrogatis. Si compares Abſoluta cum Abſolutis, Abſoluta cum Reſpectivis: abſtracta cum concretis, & ſimilia.

Exempla 1. Lux

Partitio.

Nec verò otioſum erit eam Artis applicationem, vno & altero itidem exemplo adumbraſſe. Primùm; LVX propoſita ſit ad dicendum materia. Hanc primò revocabo ad Subjectum C. id eſt Cælum. Mox *tria* inquiram, I. Quid ſit? II. Vnde? III. Quare? Tum deinde tot Orationis Partibus reſpondebo.

Quid ſit?

Vnde?

Quare?

1. Lucem florem *eſſe*, & cæleſtis Mundi amœnitatem; cujus miniſterio omnia Mortalibus beneficia, mira profuſione communicantur. Lux eſt imago divinæ æternitatis, ſymbolum veritatis ac ſapientiæ, &c. 2. DEVM habet autorem, cujus ex ore prodijt velut primogenita. In quo ſimilis Aogelicæ naturæ eſt, longéque nobilior arboribus & plantis, quæ è terrâ ſolummodò naſcuntur. 3. Facta à DEO Lux eſt, vt cælorum orbes velut immortali gloriâ coronarentur; vt per illius radios & ſecretas energias, DEVS ſuam Hominibus poteſtatem demonſtraret: vt orbem ſublunarem illuſtraret, foveret, fœcundaret, &c. Ita porro in infinitum proſequi nemo non poteſt & felici, & facili Eloquentiâ.

2. Charitas.

SEQVITVR deinceps ipſius Artis, quomodo ab Autore tradita eſt, ſecundum exemplum. CHARITAS; orationis, diſputationis-ve materia proponatur. Statim reducenda eſt ad ſuum Subjectum. Ioſtrumentativum ſcilicet; quod denotat vltima Alphabeti Littera K. Sicque definietur; Charitas inſtrumentum eſt quo voluntas Angeli, Hominis-ve DEO ſupernaturaliter conjungitur, illum amando ſuper omnia. Tum ordieris deductionem ſeu amplificationem.

Per 1. Figuram.

1. In *primà Figurà* Abſolutorum, quam indigitat A. novem illius Terminos percurrendo, in hunc ferè modum. A. B. id-eſt. Bonitas; Charitas omnium virtutum à DEO infuſarum eſt ſaoè optima, diffuſionis & vnionis capaciſſima. A. C. id-eſt. Magnitudo; Charitas extendi poteſt in infinitum, ſuiſque actibus augeri; amans ideò nuoquam dicit ſatis eſt. A. D. id-eſt Duratio; maxima certè eſt Charitas, quia fide & ſpe evaneſcentibus: durat ipſa, nec vſquam excidit. A. E. id-eſt Poteſtas; Charitas regna vincit, domat Tyrannos: flammas extinguit, omnia miracula facillimè exequitur. A. F. Sapientia; Charitas veram DEI cognitionem ingenerat. A. G. id-eſt Appetitus; Charitas

ritas appetit DEO conjungi. A. H. Virtus; Charitas inter Theologicas regina eſt. A. I. Charitas eſt verè habitus à DEO infuſus, veramque perfectionem operatur. A. K. Gloria; Charitas ſola gloriæ coronam, in æternitate promeretur. Vides primæ Figuræ cameras novem, vt habet Autor, evacuatas. SECRETIOR.

II. Deductio fit per Prædicata Reſpectiva, *Figuræ T.* hac ratione. T. B. id-eſt Differentia; Charitas differt à Fide, quæ excidit: & Spe quæ expectat objectum abſens. T. C. id eſt Concordia; Charitas convenit cum Spe, & Fide; in principio, objecto, infuſione, effectis, &c. T. D. id-eſt Contrarietas; Charitas & peccatum mortale, ſeſe mutuò expellunt. T. E. id-eſt Principium, diffunditur à Spiritu in cordibus noſtris; & ita de reliquis. Per ſecundam. *Rom. 5.*

III. Deductio fit per Quæſtiones in *tertia Figura*. An Charitas ſit habitus? An à DEO infuſus? An in voluntate reſideat? Quid ſit Charitas? Qualis? Vnde, Propter quid? &c. Item an Charitas ſit bona? An durans? An glorioſa? An differat ab alijs? An æqualis lumini gloriæ? An minor Spiritu Sancto? &c. Per tertiam.

IV. Deductio, ſeu amplificatio; fit in *quarta Figura*, per mixtionem Principiorum, & Quæſtionum. Verbi gratiâ, an Charitatis bonitas, differat à bonitate gratiæ? Quid eſt id quo Charitas ſimilis eſt Spiritui-Sancto? Et ita vlteriùs, Quæſtiones formando per omnes Terminos. Donec ſimili artificio, ducatur ad vmbilicum ſermonis filum ac textura. Vt ſic per Scientiarum Orbem & Eloquentiæ Circulum, vivida ſimul & florida ſpatietur Dicentis, vel Scribentis Oratio; quæ Audientes, Legenteſ-ve rapiat in admirationem. Quod egregiè præſtabit ſequens pars noſtræ partitionis vltima. Per quartam.

TITVLVS XXVIII. *Multiplicatio Artis triplex.*

MVLTIPLICATIO
ARTIS HACTENVS
explicatæ, & applicatæ.

AB eo nimirum præcipuo Artis Myſterio, oritur incredibilis facilitas, perſpicuitas & ſermonis robur, cum mira rerum agendarum dexteritate. Quippe dum Principia illa Triginta ſex ſecat anatomicè, rerum omnium intima rimatur, ordinata pro-vt libuerit ex Naturæ ductu. Illa partitur, iteratiſque diviſionibus ſubpartitur, exactâ omnium ad invicem tum propagatione, tum connexione. Diſperſa colligens, revocat ad vnitatem. Ne multis; illa verſat, reverſat, & infinitâ ad libitum metamorphoſi: replicat ac revolvit, quouſque Scientiæ, Eloquentiæ, Prudentiæ negotijs commodum fuerit; vt de re quâlibet, Oratio pullulet nuſquam finienda. Diffuſa illa quidem terminis, variè immutatis, verùm rationibus preſſa: ſibique ſemper inhærens, & ſimillima. Fit autem

EA MVLTIPLICATIO TRIPLICITER { *Dialecticâ*, *Figuris*, *Terminis*. { INNATIS, & EXTRANEIS.

1. Dialectica. 2. Figurarum duplex. Propria.

PRIMA Multiplicatio, reſumenda eſt ex proprio Dialecticæ ipſius laterculo. Secunda fit per Figuras; in propriâ, & alienâ. IN PROPRIA quidem, vnum prædicatum per alia ſimpliciter deducendo, vel vt jacent; vt differentia differentiæ, differentia concordiæ, bonitas bonitatis, bonitas magnitudinis. Vel commixtione arbitrariâ; vt ſi ponatur differentia principij, concordiæ, finis. Idque aſcendendo à particularibus ad vniverſalia, & contrà.

Aliena.

IN ALIENA tripliciter. 1. Miſcendo T. & S. id-eſt volvendo Circulum, ſeu Figuram Reſpectivorum per Figuram Subjectorum. Vt ſi veſtigetur differentia, vel concordia *generaliter* inter B. & E. id-eſt. DEVM inter & Hominem. *Specialiter*, inter Michaëlem Angelum & Petrum Hominem. *Specialiſſimè*, inter Petrum & Ioannem. 2. Miſcendo T. & A. Id-eſt Reſpectiva, & Abſoluta. Vt ſi quæritur differentia inter bonitatem & bonitatem, inter bonitatem & magnitudinem, &c. 3. Tandem inveniendo, & miſcendo Terminos EXTRANEOS; quos ſcilicet Methodus hæc diſertè non exprimit, vt potè minùs generales & immediatos. Emerguntque 1. *Ex Terminis* Triginta ſex, quattuor Figurarum; vt Petrus in E. S. 2. Per *Oppoſitionem* ad aliquem ex illis Terminis, vt malitia opponitur bonitati. 3. *Vicinitate*, & ſimilitudine ad eoſdem; vt immenſitas magnitudini, & extenſio quantitati vicina eſt. Illos verò ſuggerunt diverſæ Scientiæ, producitque exemplum Artifex in ſuis CENTVM FORMIS. Quæ nihil aliud ſunt, quàm proprietates profluentes à rei cujuſque differentiâ, vel modo intrinſeco. Cujuſmodi ſunt vnitas, pluralitas, ſimplicitas, materia, exterioritas, interioritas, diſpoſitio, proprietas, conditio, ordinatio, dependentia, &c. Suntque velut *ſecundaria Media*, quæ Studioſos paulatim deducunt ad ipſius eſſentiæ cognitionem. Adeò-vt ſi rei cujuſpiam natura ignoretur, ſtatim recurrendum ſit ad illius Terminos extraneos, formas, ſeu proprietates; quæ velut diverſi radij ſimul vniti, Solem repræſentabunt. Cavendum tamen ſummoperè ne ad rei notitiam comparandam, inhæreatur affectio-

Termini extranei.

Centum Formæ quid?

tibus, quæ communes ſunt & nimis vagæ. Alioquin definitio erit impropria, certè ſuperflua: & oratio, ſuâ extenſione langueſcet.

SECRETIOR.

Veſtigatio eſſentiæ per oppoſita.

Quòd ſi rei alicujus ignoraveris tam naturam, quàm proprias dotes; ſine mora, recurre ad naturam rei *oppoſitæ*. Si enim noſti hujus proprietates (vt fermè fit) omninò diverſas conclude de re quam quæris, & negotium ſcientiæ confectum eſt. Verbi gratiâ, diei proprietates ignoras, recurre ad noctem. Hæc obſcura eſt & nigerrima, ergò dies clara & lucida. Æſtatem ignoras, ejuſque proprietates; cogita hyemem. Hæc frigidiſſima eſt, ergò æſtas calore fervet. Mors quid ſit, nunquam expertus es. Vitæ proprietates meditare; ſpiras, loqueris, manducas, ambulas, &c. Ergò in interitu, horum omnium contraria. Mortui namque os habent, & non loquuntur: oculos habent, & non vident. Libertatem minimè guſtaſti; finge tibi diverſiſſimam vitam à carcere, compedibus, nervo, fuſtibus, &c.

Quid ſit propoſitio?

Inventio ſubjecti.

Omnis porrò Multiplicatio fit per Propoſitiones. Vt autem fiat *Propoſitio*, inquire ſubjectum: deinde prædicatum, movendo Circulos. Vt invenias *Subjectum*, perquire novem cameras, ſeu Terminos *primæ* Figuræ S. Sanè enim in aliqua novem Cellularum latirabit vel explicitè, vt DEVS ſub B. Angelus ſub C. Homo ſub E. Vel implicitè, vt Perſona Patris, aut Spiritûs Sancti ſub B. Michaël ſub C. Ioannes ſub E. Quod ſi in nullo laterculo primi Circuli, Subjectum occurrat; revolue A. & T. Hoc eſt *ſecundam* Figuram Abſolutorum, & tertiam Reſpectivorum. Quæ quia ſæpè induunt, vt dixi, naturam Subjectorum; Subjectum illud quod quæris, ſubminiſtrabunt. Demus exemplum hoc modo. In Figurâ A. Sapientia eſt cauſa, cur DEI bonitas ſciat producere creaturas ſibi ſimiles & bonas. Et quia hæc Sapientia DEI magna eſt, æterna, potentiſſima, glorioſiſſima &c. efficit, vt DEVS producat in creaturis imaginem ſuæ magnitudinis æternitatis, potentiæ, gloriæ, &c. Eodem modo decurre Figuram T. Reſpectivorum. Sapientia rectè ordinans cuncta, cauſa eſt cur DEVS omnia creando diſtinxit. Et quia Sapientia per Concordiam omnia conjungit in vnitate, ratio eſt cur DEVS tot partes Mundi differentes vnivit in Vniverſo. Rursùs quia Sapientia opponitur ignorantiæ, per illam DEVS omnia condidit in luce, ſine tenebris & ignorantiâ. Quod in infinitum poterit extendi, ſi lubet.

Terminorum mixtura.

Ex quibus conclude Terminos in Arte *expreſſos* variè *miſceri*, ad augendam Multiplicationem. Miſcentur enim I. *Expliciti* inter ſe; bonitas & magnitudo, magnitudo & duratio, poteſtas & differentia, concordantia & principium, &c. II. *Extranei* inter ſe; vnitas & ſimplicitas, materia & forma, interioritas & exterioritas. III. *Explicitj cum* extraneis; bonitas & vnitas, pluralitas & differentia, ſimplicitas & gloria.

Multiplicatio in Figuris duplex.

MVLTIPLICANTVR autem vel in vna Figura, vel in duplici, etiam interdum multiplici. Idque ex parte ſubjecti, prædicati, modi, aut omnium ſimul. Exemplis rem illuſtremus. In S. ſeu primâ Figurâ ſimpliciter, quæ eſt Subjectorum; DEVS eſt Homo: Homo eſt ſentiens, & vegetans. In A. ſeu ſecundâ Figurâ Abſolutorum; bonitas eſt magna, cognitio eſt vera. In T. Differentia eſt oppoſita. Deinde ipſaſmet *Figuras* combinando, & miſcendo. In S. A. DEVS eſt bonus, ſapiens, magnus; &c. In S. T. DEVS eſt principium, & finis. In S. Q. Angelus eſt à DEO, Homo propter DEVM. In A. T. Bonitas eſt concordans, Magnitudo eſt differens. In T. Q. Differentia eſt à formâ. Et eo modo, cum vnâ litterulâ miſcentur, & variantur Triginta ſex Termini, ita vt in infinitum excurrat Oratio. Verbi gratiâ; DEVS melior eſt Angelo, quia ejus duratio magnitudinis eſt æternæ. In iſtâ propoſitione vnica, habes ſex litteras, DEVS, ecce B. S. Melior, ecce B. A. Angelo; ecce C. S. Duratio, ecce D. A. Magnitudinis, ecce C. A. Æternæ, ecce D. A.

Oratio fit latiſſima.

Commixtiones præcipuæ quatuor.

Verumenim-verò præcipuæ & quaſi principes in Arte, ſunt ſpecies Commixtionis *quattuor*. Prima eſt FIGVRA A. id-eſt Abſolutorum in ſeipsâ; vt bonitas eſt magna. Secunda T. id eſt Reſpectivorum, vt differentia eſt oppoſita. Tertia ex combinatione A. & T. id-eſt Abſolutorum, & Reſpectivorum, magnitudo eſt differens. Quarta coaleſcit ex tribus præcedentibus ſimul junctis, ideòque cenſetur omnium ſicut generaliſſima, ſic optima. Conſtat-

RHETORICA

que Tribus Circulis, quorum ſuperior ſtat ſemper immobilis, duo inferiores moventur. Ita vt in quâlibet Camerâ, ſeu Cellulâ *Tres Litteræ* ſint, quarum prima indicat Subjecta propoſitiooum: ſecunda, Media copulaotia; tertia, Prædicata quæ enunciantur.

IN SECVNDA FIGVRA A. Termini omnes de primo Subjecto, oempe DEO, ad invicem convertuntur: de reliquis octo Subjectis, noonisi ſervatâ proportione. Illiuſque munus eſt & officium, manifeſtare *Naturalem Conjunctionem* inter Subjecta & Prædicata: quænam convertuntur ad invicem, & quæ non convertuntur; paſſiones proprias & adventitias, ex quibus naſcuntur *Media* ad ſcientiam neceſſaria.

Fit quadruplicater.

Atque hujus quidem Figuræ *Mixtio* fit, I. In abſtracto, bonitas eſt magnitudo. II. In concreto, bonum eſt magnum. III. In abſtracto & concreto, bonitas eſt magna. IV. Io concreto & abſtracto, magnitudo eſt bona. Sed imprimis attendi debet *Conſonantia* inter Terminos, vt congruè procedat ratiocinatio. De quo enim affirmatur bonitas æterna, virtus finita dici non debet; quod ſuprà inſinuavi.

Attendi debet propoſitio.

Commutatio Angulorum.

TERTIA FIGVRA T. ſeu Reſpectivorum, volvitur circulariter, linealiter, & tranſverſaliter; mutando angulos cum angulis, & terminos cum terminis; generaliter, & ſpecialiter. Ita-vt *anguli* mutuò ſe penetrent, & adiuvent.

Cameræ 36.

Denique FIGVRA A. T. quæ miſcet omnia Abſoluta cum omnibus Reſpectivis, media quàm plurima perquirens. Continetque triginta ſex Cameras, ſeu Terminorum combinationes; quælibet, continet *duodecim* Propoſitiones. Quæ trium Figurarum combinationes efficiunt de vnoquoque Subjecto pluſquàm *mille Propoſitiones* quarum vna alteram gignit & corroborat. Propoſitio enim coofirmatur tùm cùm in ſuos reſolvitur Terminos, & hi per Circulos deducuntur. Quid enim aliud eſt coofirmatio, quàm plurium propoſitionum ſimul junctarum cohærentia? Virtus namque eò fortior, quò magis vnita.

Propoſitiones innumeræ

Potiores ſeligendæ.

QVANQVAM in tanta Propoſitionum copia, quæ orationem & ſcientiam partim juvant, partim amplificant, partim ornant; *ſeligendæ Potiores*. Nec enim numerandæ ſunt, ſed ponderandæ. Sæpè alioquio eædem combinationes recurrerent ſatis inutiliter. Vnicum ſtatuamus EXEMPLVM, in quattuor Figuris.

Exemplum Artis multiplicatæ. In 1. Figura.

Probandum aſſumo ſequentem Propoſitionem; BONITAS DEI EST GLORIOSA. Subjectum Propoſitionis eſt, *Bonitas*: Prædicatum, *Glorioſa*; ambo in Circulo A. ſub literis B. & K. Sic igitur perluſtrabo, vel ſi placet loqui cum Doctore, evacuabo Circulos & Cameras. Primò quidem, planè & ſimpliciter *in eadem* Figurâ A. per novem media *Abſoluta*.

I. Quod ſe admirabiliter diffundit in omnes creaturas, eſt glorioſum. Bonitas DEI diffundit ſe in omnes creaturas; ergò bonitas DEI eſt glorioſa. Habes combinationem B. B. K.

II. Quod magnitudine ſua ſe extendit ad Angelos & Homines, glorioſum eſt. Bonitas DEI eſt ejuſmodi; ergò &c. Eſt combinatio C. B. K.

III. Quod æternum eſt, glorioſum eſt. Bonitas DEI eſt æterna, ergò glorioſa. En D. B. K.

IV. Quod poteſtatem habet ſuper omnia, glorioſum eſt. Bonitas DEI eſt ejuſmodi; ergò &c. Ecce E. B. K. Et ſic conſequenter vſque ad K. Quod affert gloriam DEO, Angelis & Hominibus glorioſum eſt. Bonitas DEI affert gloriam DEO, Angelis & Hominibus; ergò Bonitas DEI, eſt glorioſa. Combinatur io hâc propoſitione K. B. K.

In ſecunda.

Haud aliter demonſtratur Propoſitio, per novem cameras Circuli T. ſeu Reſpectivorum.

I. Quod cuilibet rei ſuas proprietates tribuit, eſt glorioſum. Bonitas DEI cuilibet rei, &c. ergò glorioſa. En B. B. K.

II. Quod omnia reducit in harmoniam, & quaſi perfectiſſimam conſonantiam, glorioſum eſt. Bonitas DEI eſt ejuſmodi; ergò, &c. En C. B. K.

III. Quod opponitur malitiæ & infamiæ, glorioſum eſt. Bonitas DEI eſt ejuſmodi: ergò, &c. En D. B. K.

IV. Quod eſt omnium rerum principium, glorioſum eſt. Bonitas DEI, eſt

omnium rerum principium: ergò glorioſa. En E. B. K. Et ita de alijs quattuor.

SECRETIOR. In omnibus ſimul.

C. S.
Vis *miſcere* omnes Figuras? Sic age. Quod tribuit Angelis immortalitatem,
D. S. E. S. I. S. H. S. C. T. S.
Soli lucem, Homini gratiam: à Lapidibus, Plantis, & Brutis differentem,
C. T. B. S. G. A. D. A. K. A. K. S. K. A.
ſimillimam DEO: quem reddit amabilem in æterna gloria, per lumen gloriæ
K. A.
cognoſcendum, glorioſum eſt. Bonitas DEI ea omnia exequitur, ergò glorioſa eſt. Hîc decem & quattuor combinationes videas. E in S. I. in S. H. in S. G in S. B in T. C in T. B in S. G in A. D in A. K in A. K in S. K in A. F in A. Tandem prædicatum K. in A. id quod demonſtrant notulæ litterarum, Terminis quos deſignant, ſuperpoſitæ.

Breviùs ſic habe. Quod habet principium æternum à ſeipſo, glorioſum eſt. Bonitas DEI habet principium æternum à ſe ipsâ, ergò Bonitas DEI eſt glorioſa. Vides probationem vtiquè efficacem, quam format combinatio E in T. nempe *Principium*, quartus Terminus Reſpectivus. Deindè D. in A. nempe *Æternum*, ſpecies durationis, quæ eſt tertium Abſolutum. F in Q. *Vnde* nimirum; quæ eſt quæſtio quinta. Quæ tres combinationes mutuò ſe juvant, vt confirmetur Propoſitio B. K. in S. & A. Videlicet *Bonitas* DEI *eſt glorioſa*.

Tertia Multiplicatio.

Deniquè omnium facillima, vberrimaque eſt TERTIA MVLTIPLICATIO. Nam ſi Triginta ſex Artis hujus Terminos cupis multiplicare, illorum partitiones & proprietates, per eorum prædicata, titulos, & ſubtitulos diligenter addiſces. Idque in ſenſu primò naturali, deindè myſtico & metaphorico. Neque hîc pretium eſt ſingulos per nativam illis amplificationem diducere, habent ſiquidem debita ſpatia in Circulis hujus Encyclopædiæ. Adeò vt claſſes præcipuas & cellulas quibus locantur, indicare ſit ſatis. Singulos igitur Triginta ſex Terminos relegamus, & ſummatim diſtribuamus. Id verò juxta inſtitutam mihi interpretationem, ordientur Subjecta.

RHETORICA

MVLTIPLICANTVR Subjecta novem.

TITVLVS XXIX *Multiplicatio IX. Subjectorum.*

1. Devs. DEVS totam replet Theologiam. Sed maximè Primam Partem vt Vni-trinus, Autorque Vniverſorum. Secundam vt Finis, per virtutum opera acquirendus. Tertiam, vt Incarnatus: autorque Legis, Gratiæ, Sacramentorum, & Gloriæ conſummator. Atque ſub hoc reſpectu triplici, *cognoſcitur* ſupremus ille rerum

Cognoſcitur tripliciter.

DOMINVS, VIA {
Cauſalitatis,
Eminentiæ,
Remotionis.
}

1. Cauſalitatis. CAVSALITATIS; cùm à rerum quas condidit cognitione, conſcendimus ad notitiam Conditoris. Vt Mundus non eſt à ſeipſo, ergo à DEO effectore. 2. Eminentiæ. *Eminentiæ*; vt omnis Creaturarum perfectio Creatori tribuitur, ſed ratione eminentiſſimâ: Sapientiæ radij in Hominibus elucent, ergò in DEO omnis Sapientiæ extat plenitudo. 3. Remotionis. *Remotionis*; quoties Creaturarum defectus removentur à Creatore. Vt DEVS eſt vtiquè Scientiarum Dominus, ſed citra tenebras, & ignorantiam. Deinde intelligitur

Triplex Dei Inexiſtentia.

EXISTENS VBIQVE PER {
Eſſentiam,
Præſentiam,
Potentiam;
} quâ agit {
Interiùs,
vel
Exteriùs.
}

INTERIVS, per cognitionem intellectûs, quâ Filium progignit: deindè per voluntatis amorem, quæ productio eſt Spiritûs-Sancti. Exteriùs; per opera temporanea, quibus exit quaſi extra ſe. Cujuſmodi ſunt creatio, conſervatio, redemptio, juſtificatio, glorificatio. Hæc enim varias conſtituune Entis ſupremi *Proprietates*. Inter quas aliæ vocantur Perſonales, ſic ſolus Pater gignit. Aliæ verò Naturales; potentia, ſcientia, æternitas; aliaque Attributa. Hîc etiam locum habent Religiones prophanæ, & omnis Idolorum cultus.

Proprietates Eſſentiales, & Perſonales.

2. Angelus. II. SPIRITVS ANGELICVS. Subſtantia nimirùm creata, & ab omni materie ſecreta. Cujus potiſſima operatio eſt intelligere, vnde nomen *Intelligentiæ* illi tributum. Nomen duplex. Secundaria, mitti à DEO ad diverſa officia; vnde *Angeli* nuncupantur. Suntque omnes naturâ Boni, plerique autem ſuâ culpa Mali. Vtrique conſiderantur in Prima itidem Parte Summæ Theologicæ. Vbi inſpicitur

Natura, & Hierarchia.

ANGELORVM {
Natura, Intellectus, Voluntas, Operatio, Gratia, Gloria.
Ordo Hierarchicus, per novem Claſſes. {
Cherubim. Seraphini.
Throni. Dominationes.
Principatus. Poteſtates.
Virtutes. Archangeli. Angeli.
}
}

Diabolus. *Diabolus* verò Angelus naturâ eſt, ſed à gratia Apoſtata: & à cæleſti gloriæ regno, ſuâ culpâ, in æternas inferorum tenebras detruſus.

III. CÆLVM oſtendunt Libri de Cælo in Philoſophia, conſideratis RHETORICA

CÆLORVM { Natura, Numero:
Motu, Accidentibus.

ESSENTIA diverſa, quippe ſaltem nobilioris naturæ Cælum eſt, ideoque quintum conſtituit corpus, ſeu elementum. *Numerus* Cælorum incertus. Nam Cælum alijs vnum, alijs tria, alijs plures, vel pauciores cenſentur. Motus Circularis ab ipſomet Cælo, vel ab Angelo aſſiſtente: non informante, fortaſſis ſimul ab vtroque. *Accidentia*, quorum alia conſequuntur Cæli materiam. Vt ſunt durities, denſitas, raritas, pelluciditas, opacitas. Alia formæ adhærent, vt motus de quo paulò ante: Lux Solis & Aſtrorum, calor virtualis, influentiæ occultæ, &c.

IV. HOMO narratur vbiquè in Philoſophiâ, in Theologiâ, in Medicinâ; vbi examinatur 4. Homo.

HOMINIS { Nomen, Natura, Virtus:
Fortuna, Habitus, Affectio:
Studium, Conſilium, Facta:
Negotia, Geſtio, Religio, Poſteritas.

NOMEN; impoſitum appellationis causâ, à parentibus, Patria, caſu, &c. Natura, in ſexu, gente, natione, cognatione, patriâ, ætate. In bonis fortunæ, animæ: ſecundùm intellectum, voluntatem & memoriam. In bonis corporis, ſecundùm membra principalia quattuor; cerebrum, cor, jecur, renes. Minùs principalia ſeptem, oſſa 248. Nervos, venas, arterias, muſculos, ligamenta, ventrem. Virtus; apud quos vixerit? quomodo? Quos habuerit Præceptores, Socios, Amicos? Quo in negotio, quibus artibus & quæſtibus fuerit occupatus? Quâ vſus conſuetudine, domeſticâ & civili? Quomodo adminiſtraverit Familiam, Communitatem? &c. In Fortunâ; quæritur liber-ne an ſervus, pecunioſus an contrà, privatus, felix, clarus? Quos Liberos, quos Servos habuerit? Quos geſſerit Magiſtratus? Et cætera; quæ Fortunæ bonis comprehenduntur. Ad quæ etiam vitæ & mortis genus revocari poteſt. Habitus definitur; animæ & corporis conſtans, & abſoluta in re aliquâ perfectio. Ejus partes ſunt, ſi corpus inſpiciamus, ſtudio & induſtriâ corpori comparatæ dotes. Si animum, Scientiæ, Virtutumque perceptio. Affectio ſeu paſſio, eſt animi, aut corporis ex tempore & causâ facta mutatio. Id genus numerantur deſiderium, odium, lætitia, mœror; Vniverſæ demum animi affectiones: ſentientiſque appetitus tàm iraſcibilis quàm concupiſcibilis vndecim quas vocant Paſſiones, vt paulò pòſt. Studium, eſt aſſidua, & vehemens animi ad aliquam rem applicatio. Vt ad Grammaticam, Geometriam, Militiam, &c. Conſilium; eſt aliquid faciendi, aut non faciendi verè excogitata ratio. Facta, caſus, & ſermones; tribus penſatis temporis partibus: nempe quid fecerit, quid faciat, quid facturus ſit. Quid acciderit, accidat, aut accidere poſſit? Quid dixerit? &c. In Negotijs conſiderantur ea quæ anteceſſerunt, quæ illius complexione geſta & dicta: Quæ cauſæ; quæ in gerendo negotio intervenerunt, quæ conſequuntur? In Geſtione; conſiderantur locus, tempus, modus, occaſio, facultas. Religio; Chriſtianus in Natura, Lege, Gratiâ: Clericus, an Secularis, Monachus, Sacerdos, Epiſcopus? Atheus, Paganus, Iudæus, Schiſmaticus Hæreticus, &c. Poſteritas, vbi de morte, & quæ ante, vel poſt. Item Officia, prærogativæ, liberi, opera, monumenta: gratia, & gloria, ſeu fama:

V. IMAGINATIVVM explicant Phyſica, & Medicina, per Eſſe, Vivere, Sentire; nimirum intrinſecè. Nam ſentire extrinſecè, pertinet ad ſextum ſequens Subjectum. 5. Imaginativum.

VI. SENSITIVVM ibidem expoſitum quintupliciter. { Viſu, Auditu, Guſtu.
Odoratu, Tactu. 6. Senſitivum.

RHETORICA
Quinque Senſus.

VISUS; eſt reſpectu luminis, & coloris; quid enim aliud oculus perſpicit? Auditus; reſpectu ſoni, quem efficiunt durities corporum, & levitas aëris. Efficiunt ſcilicet in aëre, aquâ, & igne; per murmur, vocem & Echo. Guſtus, reſpectu ſaporum, qui in humido ſiti ſunt. Odoratus, reſpectu odorum, qui magis ſicci ſunt. Tactus, quem faciunt Animalia ſine vllo medio externo, per nervum & cutem. Quæcumque etenim verè vivunt vti Animalia omnia, vitâ fruuntur ſenſitivâ. Cujus

TRES PRÆCIPUÆ OPERATIONES { *Senſatio.* / *Motio.* / *Appetitio.*

Triplex operatio ſenſûs.

SENSATIO, quintuplex antè recenſita. Motio progreſſionis quadrupedum, piſcium, avium: cum violentiâ, ſeu corporum projectorum. Appetitio Naturalis, quæ & Inſtinctus dicitur: Animalis, ſeu Senſitiva. Cui ſubnaſcuntur *Perturbationes ſex* in Concupiſcibili. Amor, erga bonum cognitum: Deſiderium ſi abeſt: Gaudium, ſi adeſt. Odium, circa malum oblatum: Fuga, ſi malum abſens eſt: Triſtitia, ſi præſens. *Quinque* verò in Iraſcibili. Circa bonum arduum abſens, Spes; ſi extra ſpem eſt, Deſperatio. Nullus autem motus fit ſi illud bonum præſens eſt, quia arduum eſſe deſinit. Circa malum arduum vt fugiatur, Timor: vt repellatur, Audacia; ſi opprimit, Ira excandeſcit. Eſt demum Appetitus Rationalis, in intellectu, & voluntate; à quo Humanæ Actiones *Elicitæ*; quando intellectus, vel voluntas immediatè, & per ſe illas producunt. *Imperatæ*; cùm ab alijs Facultatibus exeruntur, juſſu tamen ſuperioris. Internæ; cognoſcere, amare, &c. Externæ quas peragunt diverſa membrorum miniſteria. Atque in hâc vitæ ſentientis Claſſe

11. Paſſiones.

Viventia.

ACCENSENTUR { *Zoophyta.* / *Animalia, quadruplicis generis.*

Zoophyta.
Geneſ. 1.
Animalia imperfecta.

ZOOPHYTA; ſine motu, & perpetuò adhærentia, vt oſtrea: non ſemper adhærentia, vt mituli. Animalia Imperfecta, licet quodque in ſuo genere perfectum ſit. [Vidit ſiquidem DEUS cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.] Cum motu; vt cancri fluviatiles, lacerti, &c. Item vermes, naſcentes ex plantis & ſeminibus, vt formicæ, erucæ, aſelli, &c. Ex Homine exteriùs, pediculi, pulices, cyniſes, &c. Interiùs ex inteſtinis; lumbrici rotundi, oblongi, lati: tæniæ, aſcarides, ſeu pungentes, &c. Inter Piſces Echeneïs, ſeu Remora: Stella, ſeu aſter. Inter Aves, muſcæ, veſpæ, papiliones. Inter Serpentes, araneæ, phalangia, tarantulæ, ſcorpiones. Minùs Imperfecta, *Amphibia.* E terrâ imber, ſeu caſtor: ex aëre veſpertilio: ex aqua rana: ἰχθυόπτερος. Ex igne, ſalamandræ, pyrauſtæ, &c. His adnumerantur Exanguia, Inſecta. Monſtra, vt muli, &c. ex diverſarum ſpecierum copulâ.

Minùs perfecta.
Inſecta.

PERFECTA { *Terreſtria,* / *Aquatica,* / *Volucria.*

Perfecta Terreſtria.

TERRESTRIA diſtinguuntur in ovipara, vivipara, ſemini-para. Ruminantia, vt bos. Non cornuta; lepus, leo. Cornuta cum pilis, capræ. Domeſtica, canis, equus. Silveſtria, cervi, damæ, capreoli. Setigera, boves, ſues. Lanigera, oves. Non ruminantia, vnguifida, vt porci. Πολυδάκτυλα, vnguibus non fiſſis digitorum more; vt talpæ, muſtellæ, ſimiæ, vrſi, &c. Vnguiſolida, prominentibus dentibus, vt elephas: planis, vt equus.

Aquatica.

AQUATICA, in aquâ dulci, vel ſalsâ; majora, vel minora: ſcabra, ſeu aſpera: ſquammoſa, cruſtacea: ſpinoſa interiùs, vel exteriùs. Plana, vt quattuor ſolearum ſpecies. Longa, vt muræna, anguilla. Mollia, ſæpiæ, polypi.

Ovipara,

Ovipara, moluca, ſeu mixa, & ſilurus. Vivipara, balæna, delphin, &c.

VOLVCRIA, Domeſtica ſtantia, vt gallinæ: non ſtantia, vt anates, columbæ. Peregrina, vt coturnices. Tranſitoria, vt grues, hirundines. Silvatica, vt aquilæ, vultures. Aves *oſcines*; quæ cantant pipiando, vt pulli gallinacei: cucutiendo, vt coturnix, quiſcula: modulando, vt Philomela: ſibilando, vt merula, ſturnus; garriendo, pica, gracculus, pſittacus. Pulveraceæ, vt ſunt gallinæ Indicæ, perdices, roſtratulæ. Aves *inoſcines*, omnivoræ πάμφαγαι. Aquaticæ, apodes: palmipedes, olores, anſeres, &c. Σχιζόποδες & digitatæ, ibis, ciconia. Rapaces, piſcivoræ, ardea: carnivoræ, accipitres, aquilæ, vultures. Reperiuntur quoque, Animalia *myſtica*, vt apud Ezechielem, & Ioannem Evangeliſtam.

SECRETIOR. Volatilia. Myſtica.

VII. VEGETATIVVM explicatur per Eſſe, & Vivere. Animæ quippe Vegetantis, quæ Plantis & Arboribus maximè propria eſt, 7. Vegetativum.

TRIA SVNT MVNERA { *Generatio.* / *Nutritio,* / *Accretio,* Triplex vegeta.

GENERATIO, eſt progreſſio de non eſſe ad eſſe: ſeu productio viventis à vivente, in ſimilitudinem naturæ. Nutritio, finitur tranſmutatio alimenti præparati in ſubſtantiam viventis. Accretio, mutatio quâ ſecundùm quantitatem idem numero vivens ad terminum tendit per intus-ſuſceptionem. Cujus cauſa efficiens præcipua, eſt ipſum vivens: ſecundaria, calor naturalis: materialis, quantitas: finalis, perfecta conſtitutio.

PLANTARVM porrò ſeu maſculæ ſint, ſeu femellæ, Plantæ.

GENERA QVATTVOR { *Arbor; Pinus, Quercus, Abies.* / *Frutex; Laurus, Liguſtrum.* / *Suffrutex; Roſmarinus, Lavendula.* / *Herba, ſeu Olus; Plantago, Borrago, Beta.*

IN quibus ſingulis, *Partes* conſiderantur Perpetuæ; vt radices, caudices, rami, cortices, matrix, medulla. Annuæ, vt flores, calices, ſemina, baccæ, ſiliquæ, vmbellæ. Decidentia quoque ſunt Excrementa; muſci, reſinæ, ſucci, gummi, lacrymæ, viſcum, cuſcuta, ſeu caſſuta. In his *attenditur* Naſcitura, per cultum ſeminis frugiferi, vt pomi: infrugiferi, vt ſalicis; & partium ramorum, radicis, lacrymarum, vt in inciſionibus. Automata, ſeu ſpontanea, & ſine cultu; ſola DEI, & Naturæ providentia. Conſideratur deinde Quantitas interior, in arboribus cæduis, ſucciſivis, viminibus. In Arbuſtis, roſetis, violetis, &c. In oleribus repentibus, lactucâ, acetoſâ, &c. Quantitas exterior loci; domeſticæ, excultæ, ſpontaneæ, ſilveſtres, peregrinæ. Temporis quo durant & protuberant, naſcuntur aut plantantur.

Partes. Cultura. Quantitas.

POST QVANTITATEM PENSANDA { *Materia,* / *&* / *Sapor.* Materia & Sapor,

Nam ex tenui ſiccâ & calidâ materiâ, naſcitur acer; vt in pipere. Ex tenui, ſiccâ & frigidâ, acidus; vt in limonibus, & aceto. Ex tenui, aëreâ, ſed moderatè calidâ, pinguis; vt in oleo. Ex calidâ & ſiccâ, ſed mediocri, ſalſus; vt in ſale. Ex mediocri, terrenâ & aqueâ frigidiori, auſterus: qui idem crudus, viridis, & acerbus; vt in omphacio, ex vvis immaturis. Ex temperatâ, dulcis, vt in ſaccaro & rigaliſſâ. Ex craſſâ, terreſtri, & deüſtâ, amarus; vt in felle. Inſipiditas, Græcis ἄποιος, eſt privatio ſaporis in materiâ craſſâ, ſed multo humore perfuſâ; cujuſmodi ſentitur in cucurbitâ, farre, &c.

Tandem conſideranda eſt Vegetativi *Qualitas*, in formâ internâ ſecundùm Qualitas.

RHETORICA

Figura.

actionem inter ſe, vt caules, & vinea: inter alias, vt raphanus, &c. Secundùm paſſionem in pejus, vt frumentum in lolium: in melius, vt ſecalia in frumentum. In formâ externâ ſeu figurâ, cujuſmodi ſunt folia longa, lata, rotunda, dentata, &c. Flores integri ſimplices, multiplices, variegati, &c. In ſitu; terræ adnaſcentes, adhærentes, montanæ, valloſæ, aquoſæ, arenoſæ, &c. In colore; viridi, albo, rubeo, &c. In ſiccitate, vel humiditate perenni vel annuâ: odore ſuavi, & graveolento. Aliiſque ex vſu Medicorum.

Situs.

Color. *Vide Ideam Scientiar. Galliram, Tit. 56. & ſeq.*

VIII. ELEMENTATIVVM ſpeciali Tractatu in Philoſophiâ enucleant.

ELEMENTA { *Simplicia,* { *Ignis*, *Aër*, *Aqua*, *Terra*. & *Compoſita,* { *Imperfecta*, *Perfecta*.

Ignis.

SIMPLICIVM rex aut tyrannus, *Ignis*; ſummè calidus, & moderatè ſiccus: actualis in flamma, & carbone: virtualis in omnibus calidis; reperiturque (ſi Magiſtris placet) in concavo lunæ, ſine motu & paſtu. Cum paſtu ſuper terram, in terra, intra terram. Naturalis in foco, artificialis in ſilice, miraculoſus in inferno. *Aër* ſummè humidus, moderatè calidus, ſolùm enim per accidens exſiccat; quem tres Regiones partiuntur, ſuperior, media, infima; cum quattuor Ventis, in alios plures diviſis. *Aqua* ſummè frigida, excellenter quoque humida. Salſa, vel dulcis; Oceani, Mediterranea: fontis, rivi, fluminis, ſtagni, torrentis: elementaris, naturalis, pluvialis, artificialis. *Terra* ſummè ſicca, moderatè frigida, variè per Geographiam diſtributa.

Aër. Venti. Aqua. Terra. Mixta. Meteora.

Alterum elementum vocatur *Compoſitum*, videlicet in Corporibus mixtis; quorum alia Imperfecta, alia Perfecta. Illa ſunt quæ METEORA ſeu Impreſſiones. Horum

PRINCIPIA DVO { *Vapor*, & *Exhalatio*.

VAPOR, halitus ſcilicet calidus & humidus, naſcens ex aquis. *Exhalatio* calida & ſicca, è telluris gremio. Vnde diſtinguuntur Meteora ignita, lucida, humida, ſicca. Forma illis eadem cum ſuis principiis elementantibus. Figuræ innumeræ; putà ſcopæ, ſerpentis, iubæ expanſæ, & ſimilium.

Media in omnibus.

His adjungi debent quæ ſunt quaſi *Media*, & rerum omnium vincula; appellantur Semina in animatis, Germina in vegetantibus, Principia, & quaſi rudimenta in mineralibus. Iis enim velut mediis traducibus connectuntur, inter terram & aquam, limus: aquam & aërem, vapor: aërem & ignem, exhalatio; ignem & cælum, æther. Hæc de ſimplicibus. In compoſitis verò pariter inter limum & lapides, argilla: aquam & adamantem, cryſtallus: aquam & metalla, hydrargyrus: plantas & lapides, corallium; plantas & mineralia, argyrodendron: terram & plantas, fungi, boleti, tubera: plantas & animalia, ζωόφυτα. Similiter in animalibus inter piſces & terreſtria, amphibia: maſculos & fœminas, hermaphroditi, ſeu androgyni: aquatica & volucres, ἰχθυόπτερα: aves & reptilia, veſpertilio. Bruta inter & Homines, Simiæ. Homines inter & Angelos, Satyri, Fauni, Genii. Tandemque poſt Homines & Angelos, DEVS; Circuli fibula, rerum A. & Ω. Vniverſitatis autor, & finis vltimus.

Lapides, & Gemmæ.

Iam verò COMPOSITA Perfecta ſunt, *Lapides*. Alii bruti & impoliti, vt ſaxa, ſilices. Alii pretioſi. Vtriquè diaphani & perſpicui, putà adamas, opala, berillus, onix, &c. Politi & læves: cyanus, jaſpes, achates, marmor, alabaſtrites, chalcedonius, &c. E terrâ, creta, ochra, ſandix, terra lemnia, amiantus, alumen rochæ, lapis lydius, &c. Ex animalibus, cervinus, taurinus, &c. Ex Piſcibus vniones, & anonymus è capite cancrorum fluviatilium. E Serpentibus, bathracides, crapaudina. Ex minereis, ſal, vitriolum, ambra, camphora, bitumen, calchantum, ſulphur, &c.

Metallina. Imperfecta.

METALLA Imperfecta, Metallina, minium, lapis-lazuli, auripigmentum, arſenicum, ſublimatum, lapis calaminaris, ſpodium, flos æris, ærugo æris, &c.

Perfecta ſeptem numero; aurum, argentum, ſtannum, æs, ferrum, plumbum, de ſeptimo, controvertitur. *Marcaſita*, pyrites, chryſites, argyrites. Mixta, ſeu Artificialia; Electrum, ex auro & argento. Plumbago, ex plumbo & argento. Stannum glaciei, Biſſemutum, ex plumbo & argento. Æs Corinthium, ex omnibus. Aut per veram tranſmutationem, ooo in aurum; cujus materia tam incerta, quàm Ars ipſa Nebulonibus infelix, ſpondens divitias quas non habet: fumoſque divendens, & patibula comparans. Silicis in ferrum, ferri in chalybem. Vitri in Argentum, &c. Omnium autem Metallorum *Principia* remota, exhalatio & vapor. Proxima, ſulphur & argentum. Rudimenta, metallina & marcaſita. Quibus abſolvuntur ea omnia, quæ Elementorum regno & imperio ſubjacent. Poſtremo & vltimo loco, pro coronide ſuperadditur

SECRETIOR. Perfecta Marcaſita. Artefacta Metalla. Principia Metallica.

IX. INSTRVMENTATIVVM { *Naturale*, *Artificiale*, *Morale*.

QVOD quidem explicant infinitis propemodùm ſubdiviſionibus tam Philoſophia, quàm Moralis Theologia. Definiturque accidens in alio, cui cooperatur in actioue ſua. Eſt autem *multiplex*. Conjunctum, vt manus. Separatum, vt germen. Intrinſecum, vt calor naturalis. Extrinſecum, vt malleus. Vniverſale, vt lumen & calor Solis. Particulare, vt calamus, ſemen pomi. *Naturale* neceſſarium, vt oculi, pedes. *Artificiale*, & arbitrarium, vt Angeli & Cœli reſpectu DEI: equi & boves, reſpectu hominis; malleus & ſecuris, reſpectu Artis *Morale*, vt virtutes & vitia; quæ tùm interiora, tùm exteriora Ethica percenſet. Atque his quidem ſubjectis innituntur, licet in explicatione Artis vltimo loco reſerventur, *Quæſtiones* deinceps multiplicandæ.

Inſtrumenta varia.

MVLTIPLICATIO Quæſtionum.

TITVLVS XXX. *Quæſtiones novem evolvuntur.*

IN illis occurrit omnium I. Quæſtio, AN SIT? Hujus etſi rarò fit mentio, quoties tamen occurrit ſubdividitur. An ſit, fuerit; futurum ſit, fiat? An poſſibile, impoſſibile: neceſſarium, contingens? Quibus reſpondemus affirmando, negando, dubitando, diſtinguendo. Eſtque optimum, ſi initio vtrumque ſupponatur, poſſibile & impoſſibile. Nam proprius actus intellectûs eſt intelligere, non credere. Vnde id quod magis intelligitur, magis eſt vero ſimilius.

1. An ſit? Reſponſio triplex.

II. QVID ſit? explicatur per definitionem, *veſtigando* in vna quaque re, quid ſit rei; in genere, & ſpecie; vt Homo eſt animal rationale. Nominale, teſtamentum quaſi teſtatio mentis. Perſonale, Petrus individuum naturæ humanæ. Operativum, cognitio eſt actus intellectûs. Contentivum, dolium continet liquorem. Item per diviſionem rei ſubſtantialem in ſe, & accidentalem in alijs: abſolutè, reſpectivè, & ſimilibus.

2. Quid ſit? Multipliciter;

III. QVALE? Solvitur per explicationem *Qualitatis*; quæ ſumitur pro omni accidente, quo benè vel malè ſubjectum afficitur. Si firmiter, vocatur habitus: ſi remiſſè, diſpoſitio, nec ambo aliter differunt, quàm puer à viro. Cujus Proprietates ſunt habere contrarium, ſuſcipere magis & minus, inter diverſa ſimilitudinem effingere Ideoque multiplex eſt, & propemodùm infinita. Symbola, vt ignis & aër. Diſſymbola, ignis & aqua. Alterationem producens vt ſunt,

3. Qualis ſit?

RHETORICA.

QVATTVOR PRIMÆ QVALITATES { *Caliditas, Frigiditas. Humiditas, Siccitas.*

PRIMÆ quidem nuncupatæ, quia primæ inter ſenſibiles ſunt, & Mixta componunt. Motum Generans, levitas in igne, gravitas in lapide. Propria; ſive Eſſentialis; vt riſibilitas. Adventitia, albedo, ſcientia, humores in Homine. Acquiſita, Muſica, Philoſophia. Infuſa, Fides, Charitas: Gratia graruita, gratis data, operans, cooperans, præveniens, concomitans, ſubſequens. Animi, intelligere per Intellectum, per Sapientiam, Scientiam, Prudentiam: & Artes tàm Liberales, quàm Serviles. Corporis, habere partes. Externa, fortunæ. Habitus, doctrina in Præceprore. Diſpoſitio; calor, & ſiccitas in igne. Naturalis Porentia vel Impotentia, videre in Homine, non videre in lapide. Paſſibilis Qualitas, ſeu Paſſio; recipere v. g. in materia prima, & ſimilia, quæ per ſe aliquo ſenſu percipi valent. Forma, ab intrinſeco immutabilis, vt rationalitas. Figura, ab extrinſeco, quæ variari poteſt, vt
Qualitas adnata & inhærens. triangulus. Contrarietas, frigiditas calori. Qualitas adnata & inhærens, intellectus in anima. Accidentalis, inrellectio. Convertibilis, riſibile & rationale.

4. Quantum. IV. QVANTVM, ſeu Quantitas; videlicet accidens quod afficit ſubſtantiam, ſeque rener ex parte materiæ; vt rem faciat menſurabilem, diviſibilem, extenſam per ſuas partes. Et quidem primò interiùs, in ordine ad ſe: deindè exreriùs, per comparationem ad circumjacenria corpora. Cujus *Proprietates* ſunr, nihil agnoſcere contrarium, ſuſcipere plùs & minùs, (non verò magis, & minùs) res conſtituere æquales, vel inæquales. Ejus porrò *Partes* ſunt; Puncta copulantia in medio, terminantia in fine. Ex punctis indiviſibilibus lineæ, ex lineis ſuperficies, ex omnibus ſimul junctis corpora.

Quantitas verò alia eſt Diſcreta, in numeris. Continua in lineis, cujus ſignum quantum. Interna, in Euchariſtiâ. Externa, in palmo. Subſtantialis rei, ſeu entitativa, vt in materia prima. Accidentalis, in corpore extenſo. Multitudinis ordinatæ in exercitu, cujus ſignum quotus. Confuſa, in acervo lapidum vel tritici, cujus ſignum quor. Par; duo, quattuor, ſex. Impar; tria, quinque, ſeptem. Multiplicitatis in Arithmeticâ, cujus ſignum quotuplex. Diſtributionis in partibus, cujus ſignum quoties. Homogenea, vt in aquâ. Heterogenea, vt in Hominis corpore. Magnirudinis, ſeu molis; quæ compoſita eſt ex longitudine, latitudine & profunditate. Virtutis in Spiritibus, quæ & ſimplex. Permanens, in cœlo. Tranſiens, vt tempus. Creſcens & decreſcens, vt in ſubcœleſtibus.

5. Vnde? V. VNDE? Reſpondendi tres ſpecies à quo, de quo, cujus. Nam DEVS nec ab aliquo eſt, nec de quo: Angelus ab aliquo, non de quo; Corpora ab aliquo, & de aliquo. Per demonſtrationem quattuor cauſarum. De quo Materiali, vt homo de limo terræ. Converſivo, Euchariſtia de pane & vino. Effectivo, lux de ſole. Conſtitutivo, Homo de anima & corpore. Derivativo, rivus de fonte. Contentivo, fœtus de vtero, ſervus de hero. Originali, Verbum de Parre.

6 Quare? VI. QVARE? Quærit quare eſt? quare eſt hoc? Quare eſt ab hoc? Quare
Cauſalitates. eſt de hoc? Quare eſt hujus? Reſpondetur per cauſalitares. Formaliter, homo eſt, vt ratione vtatur. Finaliter, vt DEO fruatur. Negativè, ne damnerur. Illativè, vt non obediat concupiſcentijs; quarum victoria, iuvat ad beatitudinem obtinendam.

7. Quando? VII. QVANDO? Ab æterno, vt DEVS. In Ævo, ſeu diſcreto tempore; vt Spirirus. In tempore, vt corpora; quæ ſunt in præterito, præſenti, vel futuro. Per ſæcula, annos, menſes, dies: horas, momenta; hyemem, ver, æſtatem, autumnum.

8. Vbi? VIII. VBI? Explicatur per relationem ad *Locum* communem, ſeu mota-
Locus multiplex. lem: proprium, ſeu phyſicum: internum, externum, realem, imaginarium; naturalem, violentum; ſuprà, infrà, dextrorsùm, antè & retrò. In his enim ambientis corporis ſuperficiebus, res exiſtunr. Repletivè, & variè vbiquè, DEVS. Definitivè, Angelus. Circumſcriptivè, corpus. Sacramentaliter CHRISTVS

in Euchariſtiâ. Iuxta quantitatem molis, aut virtutis; ſtatua in loculo, Rex in throno. Eſſentialiter, anima in ſe. Poteſtativè, intellectus in anima. Operativè, intellectio in intellectu; tàm activè, quàm paſſivè. Suſtentativè, accidens in ſubjecto. Compoſitivè, pars in toto. Cauſativè & exemplariter, vt creaturæ in Deo. Secretior.

ix. Qvomodo, & cum quo? explicatur primò, per inſinuationem *modi*; 9. Quomodo!
qui ordinem & ordinis partes explicans, eſt Eſſentialis, vt creatura à Deo. Contentivus, communicatio divinæ bonitatis. Operativus, intellectus, manus. Situalis, jacens, ſupinus, aut pronus: ſedens, ſtans, rectus, inclinatus; & contrà. Habitualis in veſtitu & ornatu diverſiſſimo, intrinſeco, extrinſeco: domeſtico, forenſi, militari, ſæculari, Eccleſiaſtico, Religioſo: Gentili, peregrino; ſplendido, ſordido, togato; virili, muliebri, ſenili, puerili. Illique reſpondetur per gerundivum. Vt quomodo Tullius evaſit in perfectiſſimum Oratorem? Orando, & ſcribendo. Secundò explicatur cum quo inſtrumento, juxta diviſionem allatam Titulo *Inſtrumentativum*. Scilicet per inſtrumenta Eſſentialia, vt Homo intelligit per animam: ſive per Proprietates, vt ridet per riſibilitatem: ſive per omnia tàm Phyſica quàm Moralia, expendendo omnes circumſtantias Quod iterum non multò poſt extendetur vberiùs, illas omnes examinando. Nam propoſitis, vt ſuperiùs monui, de vno è Novem *Subjectis*, Quæſtionibus vnâ, vel pluribus; ſatisfacit Orator, primò per Terminos quos ii. Figura vocat, *Abſolutos*.

MVLTIPLICANTVR Abſoluta Novem.

Titvlvs XXXI. *Multiplicatio ix. Abſolutorum.*

IGITVR i. Terminus tranſcendentalis res omnes permeans, vocatur Bonitas. Ens videlicet ratione cujus aliquod ſub- 1. Bonitas.
jectum eſt bonum, producitque bonum ſibi ſimile: & ſicut bonum eſt aliquid eſſe, ita malum eſt non eſſe. Eſt igitur *Bonitas* principium communicationis, & diffuſionis: idemque permanens in ſuo ſubjecto, fluens verò in aliud per operationem. Vbi nota omnes
Definitiones Artis hujus, procedere per actum & operationem rei cujuſque. Definitiones,
Non debet autem ſumi actus ille actualiter in operatione, ſed virtualiter in ſuâ poteſtate, vt definitio ſit eſſentialis. V. g. ignis eſt elementum, potens producere ignem.

Eſt igitur Bonitas deſcendens, ſeu fluens per Magnitudinem, Durationem, Multiplex;
reliquoſque Terminos. *Abſoluta*, ex integritate rei, vt Dei in ſe. *Reſpectiva*, per quam res alterius appetitum allicit; vt Devs in gratiâ, & gloriâ. Permanens, beatitudo habitualis in Sanctis. Fluens, in Reprobis, dum hîc exercent actus bonos. Naturalis, vt anima. Supernaturalis, vt gratia, fides, & charitas.

ii. Magnitvdo, & iii. Dvratio; definiuntur, quomodo diceba- 2. Magnitudo,
tur mox de Bonitate. Debentque extendi, ſeu vt loquuntur Artis Magiſtri, 3. Duratio,
deduci

Titvlis svpra explicatis { *Quantum, & quando.*

iv. POTESTAS; Principium per quod Ens, Devs Bonitas, Differentia, &c. poſſunt eſſe, exiſtere, operari; ideóque multiplex eſt. Eſ- 4. Poteſtas multiplex,
ſendi, quomodo mille Mundi effici poſſunt à Deo. Exiſtendi, vt Antichriſtus. Deſiſtendi, vt Homo vivens, Synagoga. Agendi intrinſecè, extrinſecè: intensè, remiſsè: mediatè, immediatè: per ſe, per aliud: continuè, in-

RHETORICA

terruptè, per vices. Patiendi, in Damnatis. Obediendi, vt in igne tartareo Dæmones cruciante. Naturalis, in aqua humectante. Violenta, in ſagitta, & omnibus projectis. Ad motum; circularem, in cælo: localem, in deambulatione, latione, &c. progreſſivum, in animatis. *Moralis*. Legitima, in Rege. Tyrannica, contra juſtitiam. Politica, in Magiſtratibus. Ordinaria, in Prælato. Delegata, in Vicario, ſeu Commiſſario & Legato. Spiritalis, Eccleſiaſtica, ſeu Canonica in Præſule. Corporalis ſeu temporalis & civilis, in Iudice. Tandem generaliſſimè, Potentia eſt creata & increata.

5. Cognitio vasta.

V. COGNITIO; Principium ratione cujus cognoſcens cognoſcit, multiplex eſt. Divina, in tribus Perſonis. Angelica, intellectualis ſine diſcurſu. Humana, cum ratiocinatione. Senſitiva, per ſenſus externos & internos. Cæleſtis. Terrena, ſeu animalis. Diabolica. Politica. Mundana. Naturalis, per inſtinctum. Acquiſita. Infuſa.

6. Appetitus triplex.

VI. APPETITUS; Principium per quod res omnis & appetit, & appetitur. Rationalis, in Homine. Inſenſibilis, ſeu inſtinctus tàm in brutis, quàm inanimatis. Mediuſque ſenſitivus, de quo ſuprà.

7. Virtus. Diſtinguitur à poteſtate. Multiplex.

VII. VIRTUS; Principium, ſeu facultas innata, ſeu indita rei; quâ faciliùs eliciuntur operationes, illius naturæ conformes. *Diſtinguitur* autem à poteſtate, quia hæc principium eſt, illa origo: & quaſi actualis fluxus, facilem in agente ad operandum proprietatem denotans. Eſt porrò *multiplex* Virtus. Naturalis, in DEO. Elementaris, in igne. Virtualis, in mixto. Senſitiva, in oculo. Motiva in pedibus. Vegetativa, in plantis. Cœleſtis, in Aſtris. Occultæ influentiæ, in magnete. Operativa, patiendo & agendo. Ætatis, pueri, ſenis. Sexûs, viri, mulieris. Medecinalis, in medicamentis. Animalis, in cerebro. Vitalis in corde. Naturalis, in hepate. Attractiva, Retentiva, Digeſtiva, Converſiva, Expulſiva. Tandem quia tot reperiuntur *Genera Virtutum*, quot potentiarum & operationum, ſecundùm actionem & paſſionem; Virtus propriè eſt *Habitus humanus*, ad bonum inclinans. Cujus altiorem conſiderationem exequitur Moralis Scientia, ſeu Theologia;.

[illegible] Virtutis.

EXPLICANDO ILLIUS { *Eſſentiam, Subjectum, Diviſionem; Cauſam, Proprietates, Effectus.* }

IDQUE in *Virtutibus* Theologicis fide, ſpe, charitate. Et Cardinalibus, juſtitiâ, prudentiâ, fortitudine, temperantiâ: aliſque moralibus, ac politicis. Quod idem de Vitijs, virtuti oppoſitis, dicendum.

8. Veritas diverſa.

VIII. VERITAS; Principium quo vera eſt bonitas, magnitudo, &c. Eſtque vel in habitu, vel in actu *multiplex*. Theologica, cujus contrarium dubium, error, ſchiſma, hæreſis: polytheiſmus, & atheiſmus. Naturalis, ſeu Phyſica. Ethica, ſeu Moralis, &c. Quæ profectò latè ſatis extendit noſtra hæc qualiſcumque ENCYCLOPÆDIA.

9. Gloria diverſiſſima.

GLORIA, delectatio eſt cujuſcumque rei finalis; continens idcircò & quietem, & delectationem. *Diſtinguiturque* Increata in DEO, Creata in Beatis. *Naturalis* in centro. Humana, in fruitione deſiderij: Mundana in vanitate, Diabolica in voluptate; *Honoraria*, in clarâ cum laude notitiâ. Sed eſt alia beatitudo, & finis vltimus; quem proponit, & declarat tàm Philoſophia Moralis, quàm Theologia Chriſtiana; *Status* videlicet, *omnium bonorum aggregatione perfectus*. Poſt Abſoluta vltimo loco multiplicantur Termini Relativi.

TITVLVS XXXII. *Multiplicatio IX. Reſpectivorum.*

MVLTIPLICANTVR Reſpectiva novem.

AB HIS non nihil diſcrepat *Relatio* illa, ſeu reſpectus categoricus; quo formaliter aliquid refertur ad aliud, non tanquàm ad ſubjectum aut objectum, principium, vel finem, ſed velut ad terminum. In queis attenditur præcipuè, ſubjectum in quo: fundamentum propter quod, proximum, ſeu remotum: terminus, ad quem fit relatio. Ita-vt relationes ſeu ſubſtantiales in DEO, ſeu prædicamentales, vt inter duos parietes albos, mutuæ ſint, vt pater & filius: oppoſitæ, vt Rex & ſubditus, ſimul naturâ & definitione coëxiſtant. Nam Termini Artis hujus longè latiùs patent, eoſque omnes paulò fuſiùs evolutos ordiтur;

Relativa, & relatio.

1. DIFFERENTIA, Principium quo alterum differt ab altero. Reperiturque *inter* ſubſtantiam & ſubſtantiam, ſubſtantiam & accidens: accidens & accidens, abſtractum & concretum, & ſimilia. Eſt verò ex primis intentionibus, Eſſentialis; vt creator eſſentialiter differt à creaturâ, per eſſe increatum. Realis, rerum in ſe; vt homo à bruto, per animam rationalem. Accidentalis; per accidens, vel proprium, vt Homo differt à Bruto per riſibilitatem: vel commune, vt Æthiops à Gallo. Ex ſecundis intentionibus ſumitur à ratione, ſeu phantaſiâ, putà à Genere; vt homines, lapides, arbores. Specie; vt homo, leo, canis. Numero, ſeu Individuo; vt Petrus, Ioannes, Iacobus. Et ex decem reliquis Prædicamentis, per declinationem ſuprà memoratam.

1. Differentia;

II. CONCORDANTIA; Principium quo omnia in vno, vel pluribus conveniunt. Optima, & ad veſtiganda *Media* rei cuilibet probandæ accommoda. Eſtque duplex, tàm vniverſalis inter omnes Creaturas, quàm ſpecialis; verbi gratiâ, inter ſuccinum & paleam, ferrum & magnetem;

Fit autem 1. Per *diviſionem* incomplexorum. Id genus ſunt vnivoca, æquivoca, analoga, ſynonyma. 2. Per diviſionem realem *totius*. Eſſentialis; vt Homo dividitur in corpus, & animam. Integralis; vt anima in intellectum, voluntatem, memoriam: corpus, in membra. Accidentalis; templi in chorum, navim, atrium. In partes ſecundum eſſe, & modum eſſendi in tempore, quantitate, &c. Generici; in ſpecies ſuperiores, & inferiores, vt Spiritus Angelicus, & Humanus. Subalternatas, & ſpecialiſſimas; vt vivens in animal, & rationale. Vniverſalis; in differentias ſubjectas, animal in rationale & irrationale. Cauſæ; in effectus, & contra; vt ſol, lux, calor, influentia: Homo, reſpectu Solis, & Hominis generantis. Subjecti, in accidentia & contra; vt terræ ſiccitas, & frigiditas. Virtutis, in operationes intrinſecas, & extrinſecas; vt charitas ad DEVM, & ad Proximum. Subſtantiæ, in ſuas potentias, vt anima in intellectum, & voluntatem. Abſoluti, in relata; vt Natura divina, reſpectu Perſonarum. 3. Naſcitur Concordantia ex *complexis*, ſive ratiocinationibus per conjunctiones ſubjecti & prædicati; vt Homo eſt animal, DEVS eſt bonus. Patientis, & agentis; vt ignis comburentis, & ligni quod comburitur. Modi actionis, & paſſionis; vt cæli rapidiſſimè moventur, mare tardè gelatur.

2. Concordantia, Mediorum inventrix.

4. Fit denique Concordantia, per varias *attributiones*; vt ſunt, collectio partium in toto. Verbi gratiâ, membrorum in corpore. Mixtorum in mixto, vt herbarum in Medicinâ. Simplicium in mixto, vt elementorum in lapide. Continuorum, vt punctorum in lineâ, linearum in ſuperficie. Diſcretorum, vt minutarum in hora, horarum in die: Angelicarum operationum in ævo, operationum DEI ad extra. Materiæ & formæ, vt animæ & corporis in Homine. Aliquorum in vno tertio; vt Perſonarum in Eſſentia divina, natura-

RHETO-RICA rum in CHRISTO. Subſtantiæ & accidentis, vt albedo & calor in Homine. Effectuum in cauſa, vt radiorum in ſole. Inſtrumentorum in arte. Affinium, vt rami & truncus, aër & ignis. Æqualium, vt leo & tigris, Petrus & Ioannes, duo palmi. Similium, vt flores & ſtellæ, imago & prototypus; aliaque innumera, quæ *reperies* percurrendo tum quinque Vniverſalia, tum decem quoque Prædicamenta.

3 Oppoſitio. III. OPPOSITIO; in eo à differentia diſcrepans, quòd per differentiam præcisè, quodlibet in ſe diſtinctum conſtituitur, nec vllo cum alio confuſum. Oppoſitio verò diſtinctioni ſuperaddit pugnam, & mutuam reſiſtentiam, propter diverſos reſpectus. Eſtque vel Immediata, vt inter frigiditatem & calorem: vel Mediata, vt inter colorem viridem, & purpureum. Rurſum reperitur inter incomplexa, & complexa; & quidem *quadruplex*, inter incomplexa. Contraria, propriè inter accidentia quæ ſe mutuò expellunt à ſubjecto, amborum ſucceſſivè capaci; vt inter primas qualitates, calorem & frigus. Privativa; vt vitæ & mortis, visûs & cæcitatis. Dicitque ſolùm abſentiam formæ à ſubjecto, in quo naturaliter debet exiſtere. Relativa; vt inter patrem & filium, eſtque omnium minima oppoſitio. Contradictoria, maxima eſt; vt eſt, non eſt: animal, non animal. Vbi verò inter complexa, id-eſt inter propoſitiones oppoſitio attenditur; eſt quoque *quadruplex*. Etenim ex ſubjecto, prædicato & copulâ naſcuntur contrariæ, ſubcontrariæ, ſubalternæ, contradictoriæ; de quibus Dialectica.

Multiplex.

Tres Artis. Inſigniores Oppoſitionis *ſpecies tres*, delineat Magiſter in angulo B. inter ſenſibile, & ſenſibile; putà inter colorem, & ſonum. Inter ſenſibile, & intellectuale; vt inter corpus, & animam. Inter ſpiritale, & ſpiritale; vt inter DEVM, & Angelos.

ATENIM ternarium illud Differentiæ, Concordantiæ & Oppoſitionis, ſeu contrarietatis faciliùs innoteſcet, ſequenti non boni Viri Indiculo; cui includitur ad majorem amplificationem, declinando & conjugando ſecundum regulas Artis, & omnes Terminos illius; per quattuor Figuras, nec-non earum mixtionem.

TITVLVS XXXIII. *Concordia, & diſcordia rerum.*

RERVM CONCORDIA; & Repugnantia.

NAM vt probes v. g. DEVM eſſe revera bonum; *cognata* perveſtigabis, quia benignus, ſui diffuſivus, omnibus vtilis, &c. Similiter *repugnantia*; quia procul ab omni malitiâ, avaritiâ, dedecore, & ſimilibus. Igitur. BONITATI concordant, emanatio, communicatio, diffuſio, melioratio, conſtructio, nobilitas, honeſtas, vtilitas, commoditas, ſanctitas: eſſe, eſſentia, actio & ſimilia. *Repugnant*, malitia, ſolitudo, deſtructio, reſtrictio, inhoneſtas, dedecus, prophanum: damnum, incommodum, otium, & ſimilia.

Bonitas.

Magnitudo. MAGNITVDINI concordant extenſio, infinitas, immenſitas, incomprehenſibilitas, ſuperioritas, vnitas, indiviſibilitas, totalitas, ſummitas, vniverſitas, ſingularitas, emanatio: amplitudo, multitudo, plenitudo, abundantia: ſufficientia, divitiæ, numerus, pondus, menſura, diſtantia: figuratio, punctum, linea, ſuperficies, ſoliditas. *Repugnant* minoritas, parvitas, paupertas: comprehenſibilitas, partialitas, diminutio, inſufficientia, occupatio: comprehenſum, limitatum, vacuum.

Duratio. DVRATIONI concordant æternitas, incorruptibilitas, immutabilitas, immortalitas, antiquitas, firmitas, ſempiternitas, indiſſolubilitas, perennitas: tempus;

tempus, ævum, primitivum, conſtantia, perſeverantia. *Repugnant* corruptio, privatio, mutatio, inconſtantia, diſſolubilitas: præteritum, tranſitorium, recens, aliquando. SECRETIOR.

POTESTATI concordant eſſe, exiſtere, poſſibilitas, operari, agere, producere, creare, dominari: omnipotentia, magnipotentia, fortitudo, vis, facultas, violentia, actus; autoritas, juriſdictio, præceptum. *Repugnant* otium, reſiſtentia, impotentia, paſſio, potentia paſſiva, impoſſibilitas: debilitas, impedimentum, ſervitus. Poteſtas.

SAPIENTIÆ concordant cognitio, prophetia, prænotio, inſtinctus, præſcientia, providentia, prudentia, præſagium: ſcientia, ars, induſtria, intelligentia, opinio, ſenſus, fides, electio, rememoratio contemplatio, interpretatio, diligentia: ordo, neceſſitas, ratiocinatio, arbitrium, conſcientia, ſynderesis; conjectura, divinatio, præſumptio, ſuſpicio, nomen, eloquentia. *Repugnant* ignorantia, error, oblivio, incredulitas, ſtultitia, negligentia, immemoria, confuſio, contingens: ſors, caſus, fortuna, extraordinarium, imprudentia, impudentia. Sapientia.

APPETITUI concordant voluntas, amor, libertas, audacia, liberum arbitrium: dilectio, conſervatio, licentia, permiſſio, conſuetudo, interpretatio; & reliquæ omnes animi paſſiones, pondus item & inclinatio rerum naturalium in finem, deſiderium. *Repugnant* odium, coactio, fuga, deſperatio, timor, ira, horror: metus, violentia, malevolentia, obligatio. Appetitus.

VIRTUTI concordant dignitas, nobilitas, honeſtas, laus, decus, honor; gratia, donum, meritum, fortitudo, natura, operatio: unio, inſtrumentum, potentia agendi & patiendi. *Repugnant* vitium, impotentia, ineptitudo, vilitas, ignavia, &c. Virtus.

VERITATI concordant juſtitia, ordo, correctio, lex, præceptum: prædeſtinatio, neceſſarium, poſſibile, eſſe, exiſtentia, idea, imago, exemplar. *Repugnant* falſitas, error, mendacium, confuſio, obſcuritas: incorrigibilitas, impoſſibile, contingens, diſpenſatio, privilegium. Veritas.

GLORIÆ concordant gaudium, lætitia, plenitudo, perfectio, ſatietas, pulchritudo, beatitudo: libertas, felicitas, delectatio, voluptas, fruitio; finis, præmium, retributio, laus, notitia, fama. *Repugnant* contrarietas, inquietudo, imperfectio, deformitas, impedimentum: infelicitas, ignominia, obſcuritas, damnatio, pœna, pœnitentia, ingratitudo, triſtitia. Gloria.

ESSENTIÆ concordant eſſe, ſubſtantia, natura, forma, informatio: entitas, actus, exiſtentia, perſona. *Repugnant* non eſſe, non ens, accidens, caſus, fortuna, violentia: negatio, falſitas, mendacium. Eſſentia.

UNITATI concordant ſimplicitas, identitas convertibilitas, paritas, integritas, ſingularitas, proportionalitas, fortitudo, individualitas, omnia abſoluta prædicata. *Repugnant* debilitas, dualitas, multitudo: compoſitio, diviſio, multiplicatio. Unitas.

PERFECTIONI concordant finis, complementum, pulchritudo: ſtatus, aggregatio, elevatio, purificatio. *Repugnant* imperfectio, deformitas, diminutio, defectus, mutabilitas: ſuperfluitas, egeſtas, inchoatio, corruptio. Perfectio.

DIFFERENTIÆ concordant diſtinctio, pulchritudo, diſtributio, diviſio, diſtantia: diverſitas, pluralitas, ordo. *Repugnant* confuſio, unitas. Differentia.

CONCORDANTIÆ concordant proximitas, ſimilitudo, unio, identitas, convertibilitas: collectio, compoſitio, comparatio, amicitia, ſympathia. *Repugnant* diſcordia, odium, antipathia, ſeparatio, ſoliditas. Concordia.

CONTRARIETATI concordant contrarietas, contradictio, repugnantia, reſiſtentia, inimicitia: derogatio, negatio, privatio, corruptio, deſtructio, oppoſitio, relatio. *Repugnant* diſquiparentia, facilitas, amicitia, unio. Contrarietas.

PRINCIPIO concordant cauſa, origo, impulſus, nobilitas, productio, influxus, effluxus: antecedens, abſolutum, prioritas, autoritas, bonitas, conſervatio. *Repugnant* otium, defectus, indigentia, ſterilitas, malitia, infirmitas. Principium.

MEDIO concordant inſtrumentum, centrum, forma, dignitas, mediatum: perfluens, refluens, comitans, conjungens, connectens: naturale morale, ſecundarium. *Repugnant* vacuum, regugnantia, inutilitas, ſeparatio, diviſio. Medium.

RHETORICA

Finis. FINI concordant quies, perfectio, conſummatio, fructus, fruitio, retributio, refluxus, affluxus, eventus, objectum, conſequens: terminus, determinatio, finitum; poſteritas, extrema, conſummatio, felicitas, gloria. *Repugnant* inquietudo, imperfectio, motus, infinitum.

Majoritas. MAIORITATI concordant decentia, magnificentia, autoritas, ſuperioritas, libertas, difficultas, cauſalitas: majus, magis, ſuperius, conſervatio, liberalitas. *Repugnant* nihilum, nullitas, parvitas, paſſio, infimus gradus.

Æqualitas. ÆQVALITATI concordant ſimilitudo, conformitas, convertibilitas, imitatio: propinqua, immediata, affinitas, ſtudium. *Repugnant* inæqualitas, averſio, extrema, oppoſitio.

Minoritas. MINORITATI concordant humilitas, obedientia, opera, effectus, inferius: facile, minus, receptio, ſervitus. *Repugnant* immenſum, infinitum, omnipotens: divitiæ, ſcientia, actio.

Ad majorem porrò extenſionem, omnia, vt jam monui, conjugant & declinant Cabbaliſtæ. Verbi gratiâ; *Bonitas* bonificat, communicat, diffundit, conſtruit, emanat: agit, eſſendi vim tribuit, ſanctificat, emendat. *Magnitudo* magnificat, amplificat, extendit, intendit, multiplicat, extollit: menſurat, Flectuntur Termini. figurat, ſufficit. *Duratio* durat, confirmat, conſervat, perſeverar. *Poteſtas* continet, operatur, agendi vim tribuit, fortificat, producit, poſſificat, creat, liberat. *Cognitio* regit, cognoſcit, credit, recolit, intelligit, inveſtigat, eligit. *Appetitus* appetit, vult, diligit, ſperat, deliberat, permittit. *Virtus* operatur, dignificat, nobilitat, fortificat, vim tribuit: laudat, honeſtat. *Veritas* verificat, circumſcribit, corrigit, ordinat, regulat: demonſtrat, caſtificat, præcipit. *Gloria* perficit, complet: in fine quieſcere facit, liberat, beatificat, ſalvat.

DIFFERENTIA, diſtinguit, decorat, ornat: dividit, diſtribuit, diſcernit, ſeparat. *Concordantia* vnit, aſſimilat, comparat, pacifiat, communicat: colligit, contmet, conciliat. *Oppoſitio* opponit, reſiſtit, repugnat, contradicit, adverſatur. *Principium* creat, producit, cauſat, generat, conſervat, efficit, communicat, diſponit. *Medium* trahit, perfluit, ducit, appetit, rapit, allicit, conjungit, ſeparat. *Finis* perficit, coronat, redit, retribuit, refluit, ſatiat. *Majoritas* magnificat, dignificat, præcipit, cauſat, ligat. *Æqualitas* æquiparat, ſimilat, approximat. *Minoritas* humiliat, deprimit, ſubijcit.

SECRETIOR.

CONTINVATIO MVLTIPLIcationis Reſpectivorum.

TITVLVS XXXIV. *Alia ſex Reſpectiva multiplicantur.*

IN tertiâ tandem Reſpectivorum triade, reſtant IV. PRINCIPIVM à poteſtate & virtute, quæ abſoluta in ſe conſiderantur, diſtinctum per ordinem prioritatis & originis; quem habet ad id omne, cujus eſt principium. Eſtque vel *ſubſtantiale* per cauſas, vt infrà: vel accidentale, vti habetur in novem Prædicamentis. Ideóque ponitur *multiplex.* Vniverſale, generaliſſimum, vt DEVS: & ſubalternum, vt Sol. Speciale, ſubalternans, vt Sol: & ſpecialiſſimum, vt Homo. Per ſe, extrinſecum, efficiens, antecedens; vt DEVS. Per accidens, occaſione, fortunâ, neceſſitate, caſu, voluntate; vt cauſæ monſtrorum, lapis offenſionis, &c. 4. Principium multiplex.

Primarium, vt Homo. Secundarium, inſtrumentale poſitivum, vt calamus: privativum, vt ipſa privatio. Cauſale per ſe intrinſecum Eſſentiale, formale, vt materia & forma. Exemplare; vt ideæ divinæ, CHRISTVS, prototypus. Materiale, propinquum, vt corpus humanum: remotum, ex ſemine, ſeu limo terræ. Objectivum, vt corpus ſanabile reſpectu medicinæ. Subjectivum, permanens, vt elementa in corporibus: tranſiens, vt alimenta in nutrito. Finale, vltimum, vt DEVS: ſubordinatum, vt beatitudo: impulſivum, virtutis honeſtas. *Accidentale*, ſeu inſtrumentale conjunctum ſubſtantiale, vt anima: accidentale, vt manus: principale, vt cor. Separatum, vt gladius: materiæ, formæ, figuræ, menſuræ, determinationis, motûs, continentis, doctrinæ, artis. Motivum, ſeu cauſativum generationis, vt ſemen: corruptionis, humidi nativi deſtructio: augmentarionis, calor, & cibus: diminutionis, ſenectus: alterationis, qualitates: localis, ſedes: projectorum, ſeu violentorum; vt manus, & machinæ. Ordinationis, quo prius aliquid eſt naturâ, vt DEVS creaturis: tempore, vt Angeli Homine: definitione, vt animal rationali: loco, vt Senator Plebe: dignitate, vt Prætor Senatore: cognitione, vt ſenſibilia ſpiritalibus; origine, vt Pater Filio in divinis.

V. MEDIVM; Principium eſt quo extrema aliqua inter ſe cohærent, quoquomodo. *Conjunctionis*, naturæ vt ignis & aër per colorem: ſitûs, per cathedram. Temporis vt hyems & ætas, per autumnum. Loci, Senatores per ſedes. Menſurationis, vt æqualitatis notæ. Subſtantialis, vt vnio hypoſtatica: & accidentalis, vt color & odor. *Menſurationis*, inter æqualia; vt vnus palmus & duo palmi, ſubſtantialiter & accidentaliter. *Extremitatum*, vt angulus in pariete. His generalibus, *adnectitur* medium Operationis; vt cognitio ad amorem. Ferè idem Inſtrumentale adhæſionis, vt albedo parieti: participationis, vt flavus color. Conprehenſionis, vt manus tenens calamum. Vnionis, vt gluten. Suſtentationis, pedes & baſes. Tranſitionis, ſecundum locum, vt aër inter cœlum & terram: motum, vt aqua ſuperior reſpectu infimæ; quietem, vt eſt centrum. Poſirivum, vt ſanitas: Priuativum, vt morbus. Deſtructivum, vt ſecuris. Conſtructivum, vt malleus. Scientificum, vt definitio, &c. 5. Medium multiplex.

VI. FINIS; ratio ſcilicet quâ omnia entia terminantur, vel finiuntur. Si conſideratur reſpectivè, idem eſt cum gloriâ. Si abſolutè, eſt extremitatum nexus. *Subſtantialis*, vt in generatione. *Accidentalis*, vt honor: ſecundum locum, vt patria: tempus, vt judicium vltimum: dualitatem, vt calor in aëre; quantitatem, vt magnitudo congrua: corruptionis, vt mors; defectionis, vt ſenectus. Item definitionis in eſſe, vt Homo eſt animal rationale: in operari, vt eſt rationale ad ratiocinandum; pati, vt materia prima diverſas formas, &c. 6. Finis.

RHETORICA

7. Majoritas. VII. MAIORITAS; exceſſum ſignificans bonitatis, magnitudinis, durationis, &c. Illius ſpecies præcipuæ *tres.* Inter Subſtantiam, & Subſtantiam; quæ deſumitur à majori, vel minori rerum perfectione. Sic Angelus, eſt Homine major. Inter Subſtantiam, & Accidens; ſic Anima rationalis, major eſt Scientiâ. Inter Accidens, & Accidens; ſic videre majus eſt ſeu perfectius, quàm guſtare: intelligere, quàm videre. Quæ tria complectitur etiam,

8. Æqualitas. VIII. ÆQVALITAS; non vt paſſio quantitatis eſt categorica, ſed generaliſſimo conceptu pro ratione intrinſecâ, quâ Entia ſunt inter ſe æqualia. Sic Petrus eſt æqualis Ioanni in gradu ſpecifico, palmus rei palmari: frigidum in quarto gradu, calido in eodem; intelligere & amare, æqualia ſunt in objecto.

9. Minoritas. IX. Pari prorſus modo ſe habet MINORITAS, quæ accedit ad rationem nihili. Res enim eò minores, quò minùs exiſtunt. Quamobrem duo termini iſti Majoritas & Minoritas, nullum propriè locum habent in divinis. Verùm

Tres gradus. vltimus iſte Triangulus, ſatis ſuprà in varijs Titulis explicatur. Nam vbiquè *graduum diverſitas* reperitur; bonus, melior, optimus: magnus, major, maximus, &c. Vt & illud quoque notiſſimum, eandem Scientiam agere *de contrarijs.* Cujuſmodi ſunt vita & mors, lux & tenebræ: bonitas & malitia, virtus & vitium, gratia & peccatum. Quæ quidem omnia ſumi poſſunt in omnibus quadruplici ſenſu, Literali, Morali: Allegorico, Anagogico. Atque vt ſuprà monui, in Eſſe Increato & Creato: in ſtatu Naturæ, Gratiæ & Gloriæ, extendendo, & amplificando ſingula per noſtram Naturæ, Scientiæ, & Veritatis Pyramidem.

Quod ſi quis pro colophone hujus retro explicationis, Applicationis, necnon Multiplicationis breviorem quaſi Tabellam deſideraverit; habeat ille vtriuſque Artis Lullianæ SYNOPSIM, ſimulque Compendium ſequens.

SECTIO.

SYNOPSIS ARTIS MAGNÆ, & Parvæ.

TITVLVS XXXV. *Summa Artis vt eſt in Autore.*

NAM vt ab Autore præſcripta eſt ſatis implicatâ Methodo, à qua noſtrum hocce Scholion tantiſper deflectit, ne quid Curioſi conquerantur aut criminentur Momi, eam vt ſe habet in Textu; paucis hic placet delineare *ſumma ſequens faſtigia rerum.*

Intentum. ARTIS itaque *propoſitum* eſt, viam ad omnem Scientiam & Eloquentiam ſane facillimam aperire; Principia tradens, omnium rerum generaliſſima. Adeò vt de quolibet ſubjecto, materiâ formæ vnitâ, veritas inveſtigetur: & ſiue conſtituto, conſiderentur tum objecta, tum ſubjecta. Porrò *objectum triplex* eſt; ſpiritale, corporeum, ex vtroque commixtum. Id quod Capitulis decem & tribus, omnino Autor abſolvit. Objectum triplex.

In PRIMA igitur Parte, conſtituit *Alphabetum*; quo continentur velut Elementa Artis hujus, novem SVBIECTA. Scilicet, *Deus Spiritus-Angelicus*, *Cælum*, *Homo*, *Imaginativum*, *Senſitivum*, *Vegetativum*, *Elementativum*, *Inſtrumentativum.* Deinde novem ABSOLVTA; *Bonitas*, *Magnitudo*, *Duratio*, *Potentia*, *Cognitio*, *Appetitus*, *Virtus*, *Veritas*, *Gloria.* Tertiò novem RESPECTIVA; *Differentia*, *Concordia*, *Oppoſitio*, *Principium*, *Medium*, *Finis*, *Majoritas*, *Æqualitas*, *Minoritas.* Quartò novem INTERROGATA; *An ſit*, *Quid*, *Quale*, *Quantum*, *Vnde*, *Quare*, *Quando*, *Vbi*, *Quomodo?* Quintò novem VIRTVTES; *Iuſtitia*, *Prudentia Fortitudo*, *Temperantia*, *Fides*, *Spes*, *Charitas*, *Patientia*, *Pietas.* Tandem novem VITIA, magis vniverſalia; *Avaritia*, *Gula*, *Luxuria*, *Superbia*, *Acedia*, *Invidia*, *Ira*, *Mendacium*, *Inconſtantia.* I. Parte Alphabetum.

Quæ quidem Alphabeti Principia ſeu Elementa Artis *quinquaginta quattuor*, ſubtiliter indicat per characteres ſeu litteras novem, B. C. D. E. F. G. H. I. K. Adeo vt vnaquæque ex his novem litteris, ſex Terminos ordine ſignificet. Sic nimirum B. ſignificat ſex Terminos; qui ſunt, *Bonitas*, *Differentia*, *Vtrum?* DEVS, *Iuſtitia*, *Avaritia.* C. ſignificat *Magnitudinem*, *Concordiam*, *Quid?* *Angelum*, *Prudentiam*, *Gulam.* Et ita conſequenter. Notandum verò litteram A. locum minimè habere in hâc ſerie Alphabeticâ; tum quia denotat fundum eſſentiæ, à quâ omnes proprietates, velut rivi, & rami pullulant: tum quia indicat vnam ſpecialiter ex Figuris, de quibus mox. Elementa 54. A. non vſurpatur.

IN SECVNDA igitur Parte, agit de quattuor FIGVRIS? Earum *Prima* indicata per A. continet novem Principia, ſeu Terminos Abſolutos; quos denotant novem characteres, hoc modo. B. *Bonitas* C. *Magnitudo.* D. *Duratio.* E. *Potentia.* F. *Cognitio.* G. *Appetitus.* H. *Virtus.* I. *Veritas.* K. *Gloria.* II. Parte Figuræ. Prima Figura.

Secunda, novem RESPECTIVA. B. *Differentia.* C. *Concordia.* D. *Oppoſitio.* E. *Principium.* F. *Medium.* G. *Finis.* H. *Majoritas.* I. *Æqualitas.* K. *Minoritas.* Cum *angulis* tribus; viridi, rubeo, & croceo. Secunda.

TERTIA Figura conflata ex duabus præcedentibus, nectit prædicata cum ſubjectis. v. g. Bonitas eſt magna, Bonitas eſt principium. Et ſic deinceps, cameras conficiendo ex Subjectorum & Terminorum combinationibus. Tertia.

QVARTA demùm Figura, tribus conſtat Circulis. Quorum ſuperior manet immobilis, duo verò inferiores ſubinde revolvuntur. Vt per omnium Quarta.

Terminorum combinationes, ſaltem *ducentas quinquaginta duas*; examinetur convenientia, & repugnantia ſubjectum inter & prædicatum.

RHETORICA

3. Pars Definitiones. TERTIA PARS, ſtatuit Principiorum, ſeu Terminorum *Definitiones*; quæ ſunt ipſiſſima media, quibus Scientia geoeratur. V. g. Bonitas eſt ens, ratione cujus omne ens eſt bonum, operatur bonum: & deſtruit malum, quod ei opponitur. Magnitudo eſt ens, ratione cujus ejus bonitas, differentia, finis & ſimilia; ſunr magna, & à parvitate remota, &c.

4. Pars Regula. IN QVARTA PARTE, præſcribit Regulas *reſpondendi* ad oovem Quæſtiones; *an ſit, quid, quale, quantum, vnde, quare, quando, vbi, quomodo?*

5. Pars Tabula. IN QVINTA eſt *Tabula*, diſtincta columnis octoginta quattuor. Quas replent omnium Terminorum combioationes cum hoc diſcrimioe; quòd litteræ quæ *præcedunt* T. ſunt de primâ Figurâ A. *Quæ* verò *ſequuntur* T. ſunt de ſecuodâ Figurâ, quam denotat T. Verbi gratiâ B. T. B. Primum B. ſigoificat Bonitatem, qui primus eſt Terminus Figuræ Abſolotorum. Secundum B. denotat Differeotiam, qui eſt primus Terminus inter Reſpectivos. Et ita de reliquis.

6. Evacuatio. SEXTA PARS, *evacuat* Cameras; hoc eſt ſumit combinationes probandæ rei propoſitæ idoneas, illaſque exhaurit.

7. Multiplicatio. SEPTIMA, *multiplicat* quartam Figuram. Hoc eſt volveodo Circulos, litteras & combinationes; veſtigat propoſitiooes omoes, quæ de re quâlibet poſſuot efformari.

8. Mixtio. OCTAVA, *miſcet* vnum Principium cum alio. V. g. bonitatem conſiderat in DEO, in Angelo, in virrute; vnde ſit? propter quid? & ſimilia.

9. Subdiviſio. NONA, *percenſet* Subjecta novem, jam io ſerie Alphabeti collocata; illa deduceodo per alios Artis Terminos: tùm deinde per Subjecti cujuſque partes, & ſubdiviſiooes, titulos & ſubtitulos.

10. Applicatio. DECIMA, Artem *applicat*; miſcendo implicitum & explicitum, abſtractum & concretum, generale & ſpeciale: percurrendo omoes Alphabeti Termioos, & illos in iofinitum revolvendo. Idque præſertim auxilio CENTVM FORMARVM, quarum explicatio ſuperiùs à me inſinuata eſt.

11. Quæſtiones. VNDECIMA, in Alphabeti Termiois fingit *Quæſtiones*. V. g. An Homo ſit bonus? Ao Hominis bonitas ſit durans? Quomodo differat à booitate lapidis, &c.

12. Habituatio. 13. Traditio Artis. DVODECIMA, agit de *habituatione* Artis; id-eſt de modo illam addiſcendi; ſicur etiam VLTIMA, de modo eam docendi.

HÆC procul dubiò *Summa* eſt, eorum omnium quæ vnquam ſcripſit, compoſuit-ve bonus ille Eremita. Nam vſque adeò Arti ſuæ addictus erat Homo minimè malus, vt eam non alirer, quàm Syſiphi ſaxum volveret, reuolveretque labore vix credendo. Vnde quiſquis mentem Autoris ſemel aſſecutus fuerit, omnia illius Opera ad hancce doctrinam ſpectantia facillimè capeſſet. Chymica enim ſint-oe genuini partus, adhuc controvertitur: Theologica verò, quæ non ſatis enucleavit, hîc nullatenùs attingo. Revera enim Arbor Scientiarum, Ars Magna, Cabbala, Ars Inventiva, Aſcenſus, & Deſcenſus intellectûs; aliaque ſexcenta, idem cudunt ac recudunt. Et Prorhei artificio, eundem prorſus veritatis vulrum mille formis demutant. Sed ſæculi fato, iteratis tot explicationibus, non tam lucem affundit, quàm tenebras offundit. Aliquem lucis radium fortaſſis ſubinferet ſuprà à nobis tentata interpretatio.

COMPENDIUM
Artis explicatæ.

TITVLVS XXXVI.

Compendium Artis, hoc Commentario enucleatæ.

EX noſtro Aditiali libello, ſequentique mox Arte Concionatoriâ ſupponendum 1. *Vnam* eſſe in omnibus rebus tum Veritatem & Scientiam, tum Eloquentiam & prudentiam generaliſſimam. 2. Vt rectè ſentiebat Anaxagoras, *Omnia in omnibus conſpici*: & de quolibet omnia dici poſſe, vel per *proprietatem*, vt DEVS eſt bonus, magnus, ſapiens: vel per *analogiam*, vt Homo dicitur DEVS, Angelus, arbor, ovis, lupus, ſol, flos, vmbra, &c. 3. Rerum *partitionem* vniverſalem eſſe in Ens increatum, & creatum, ſubſtantiam & accidens. 4. Orationem, vt rectè procedat, debere certis circumſcribi *lineis*. Ideò Artificem inveniſſe Terminos Artis ſuæ vniverſales; vt per illorum diſciplinam reliquæ Scientiæ, veluti particulares, majori & brevitate & facilitate poſſint acquiri. 5. Cùm vnaquæque eſſentia ſit propter actionem, actio autem ſemper tendat ad productionem ſui ſimilis; Terminos omnes, qui vocantur in Arte generales, poſſe vel *declinari*, *vel conjugari*; vt oſtenſum eſt ſupra. 6. *Eloquentiam* tum eſſe perfectam, cùm de omni re propoſitâ varia aptè & concinnè dicuntur; vel ad exornandum, vel ad perſuadendum.

Veritas vna. Omnia in omnibus.

Rerum partitio generaliſſima. Conſilium Autoris.

Terminorum conjugatio, & declinatio. Eloquentia perfecta.

HIS ita conſtitutis ſcire debet Is, cui in promptu, aut ex præparato orandum incumbit; 1. Orationem eſſe alligandam determinato alicui Subjecto, quod ſit quaſi *Centrum* totius Orationis. Porrò *Subjectum* cujuſlibet Orationis, expreſsè vnum eſt ex Novem: vel certè intra aliquod ex illis, latens & incluſum. Si enim materia Oratori tractanda eſt Spiritus-Sanctus, reducitur ad B. quo ſignificatur DEVS. Si Raphaël ad C. id-eſt Angelus. Si Sol, aut Luna; ad D. id-eſt Cælum. Si pueritia, vel ſenectus; ad E. id-eſt Homo. Si ens rationis, ad F. id eſt Imaginativum. Si oculi, ad G. id-eſt Senſitivum. Si laurus, aut vitis; ad H. id-eſt Vegetativum. Si aurum, terra, fluvius, puteus; ad I. id-eſt Elementativum. Si enſis, calamus, calor, prudentia, &c. ad K. id-eſt Inſtrumentativum, & ſic de alijs. Cum hâc porro animadverſioſione; quod ad hæc Novem reduci debent quæ illis *Opponuntur*, vt tenebræ ad Cælum, cæcitas ad Senſitivum: vitium, laſcivia, crudelitas ad Inſtrumentativum. Quæ certè cauſa eſt, cur claſſes Virtutum & Vitiorum diſtinctæ à nobis reijciuntur, vt ſupervacaneæ.

Subjectum Orationis.

Oppoſita, & contraria.

II. Subjecto Orationis conſtituto, ſtatim ſuper eo formabit Orator *Quæſtionem* vnam, vel plures ex Novem generalibus. Verbi gratiâ; An ſit calor? Aut calamus quid ſit? qualis? quantus? vnde? quare? quando? vbi? quomodo? & cum quo?

Quæſtio ordinaria.

III. Quæſtione factâ circa Subjectum Orationi propoſitum, mox ipſe ſibi *reſpondeat* Orator duplici viâ. Nimirum per Terminos *Abſolutos*, qui rem examinant in ſe: & *Reſpectivos*, qui eam explicant vt ſe habet ad aliud. Priores novem ſunt Bonitas, Magnitudo, Duratio: Potentia, Cognitio, Appetitus, Virtus, Veritas, Gloria. Poſteriores quoque novem, Differentia, Concordantia, Contrarietas: Principium, Medium, Finis; Majoritas, Æqualitas, Minoritas. His adjunge rerum *proprietates*, vicinas, ſimiles, & oppoſitas. Vt bonitati cognata eſt communicatio, diffuſio, benignitas. Repugnat verò vitium, avaritia, ſterilitas, auſteritas, &c.

Reſponſio per Abſoluta; & Reſpectiva.

Rhetorica Commixtio Terminorum.

His ita præſtructis, vt concinnâ ſymmetriâ, & motu propemodum infinito excurrat Oratio, *muſce* iteratis circulationibus, ſeu revolutionibus TRIGINTA SEX TERMINOS, illos applicando propoſito ſubjecto. Et vel infans, evades in Virum eloquentem. Id quod dubio procul feliciùs multò conſequeris; ſi tibi, velut Scientiarum Myſtæ ac Pontifici, reſeratum fuerit quod apertum imus ELOQVENTIÆ SACRARIVM.

SANCTVA-

Digitized by Google

SANCTVARIVM ELOQVENTIÆ

Chriſtiano-Catholicæ.

SACRARIVM voco non ampliùs ob vela, quæ jam placet amovere: ſed quia conſilium eſt in hoc Retractatu Eloquentiam exhibere, quà præſertim Concionatoria eſt. Ita-vt diſtributione ſolitâ Circulum hunc abſolvant, *Partitiones Chriſtianæ Eloquentiæ.*

TITVLI IX.

- Concionatoris Dotes præcipuæ ſex.
- Concionis.
  - *Materia,*
  - *Forma,*
  - *Qualitas.*
- Exempla.
  - *Materia* & *Forma.*
- Elocutionis vitia, & virtutes.
- Character peculiaris.

QVO ſanè loco mihi non admittitur, quæ nonnullis placet, Eloquentiæ *partitio* in Sacram & Prophanam. Hujus enim vtriuſque principia eadem, leges communes, finis vnus; docere, quod neceſſitatis eſt: delectare, quod ſuavitatis; flectere, quod victoriæ. Malim igitur conſtituere vnum Eloquentiæ genus, quæ prophana ſæpiùs appellatur; quia Græcis, Latiniſque plurimùm culta priuſquam, vt cæteræ Artes & Diſciplinæ, Chriſtianitati mancipa-rentur. Hujus itaque Generalis Eloquentiæ, duæ veluti ſpecies primariæ à me recenſentur; Civilis, & Eccleſiaſtica. Eloquentiæ vera partitio. *Auguſtin. 4. de Doctrin. Chriſt.*

RHETORICA Civilis multiplex.

Civilis iterum diverſa, provt rebus pacis aut belli impenditur. Modò enim deliberat in Conſilijs, modò laudat, vituperat-ve in Cœtibus publicis: modò coram Iudicibus aut Reos accuſat, aut defendit Innocentes. Sunt qui & ſermonis elegantiam non tam exercent, quàm effœminant in futilibus Amaſiorum Libellis.

Eccleſiaſtica.

ECCLESIASTICA illa eſt, quâ juſſu Eccleſiæ Concionator, qui & Eccleſiaſtes, Chriſtianam Plebem inſtruit in rebus Fidei ac Religionis. Quo etiam titulo *Sacra* celebratur & *Chriſtiana*. Præcepta habet à fine ſibi propoſito, DEI nimirum gloriâ, & ſalute Animatum. Ejus ſanè *dignitas* patet, ex eo quod non alio propè modo Chriſtianos gignit, quàm quo Pater æternus Filium coæqualem, Verbum ſcilicet eructando. Adeò verè dictum & eleganter à Lactantio, [linguam cum verum loqui cœperit: & virtutem, majeſtatemque DEI interpretari, tum demum ſuo fungi munere.] *Neceſſitas* autem ex eo quod vnâ verbi, Prædicatione vbiquè terrarum fides diſſeminatur Evangelij.

Eloquentiæ Chriſtianæ dignitas.
Pſ. 44. & 109.
L. 6. *Inſtit.* c. 13.

Neceſſitas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRÆCIPVÆ CONCIONATORIS dotes delineantur.

TITVLVS XXXVII. *Concionatoris ſex dotes.*

SEMEN eſſe DEI Verbum, Verbi ipſius Incarnati, & ſuam ipſe parabolam ediſſerentis, oraculum eſt. Ac Semioator quidem cæleſtis hujus ſementis CONCIONATOR eſt, quem tituli præcipuè *ſex* debent efformare. I. *Natura*, qualem in Vulgari Rhetoricâ delineavimus, neque enim ex omni paſſim ligno cæleſtis Mercurius fabricatur. II. *Vocatio* à DEO, qui Aaronem vt-pote eloquentem adjungit Moſi blæſo & impediti ſermonis: qui idoneos facit Miniſtros Novi-Teſtamenti, & ſegregat quos vult in opus Evangelij. III. *Miſſio* vel extraordinaria Numinis inſtinctu, ſignis ſcilicet & prodigijs comprobata; vt in Moſe, & Paulo. Vel ſueta & ſolemnis per verbi Duces, Eccleſiæ nimirum Pontifices; quibus myſterium Evangelij, diſpenſatio ſacramenti vſque-adeò credita; vt miniſterium non impleant ipſimet Pontifices, niſi opus faciant Evangeliſtæ; vel ipſi per ſe concionando, vel alios ad concionandum ſuo, Eccleſiæ, CHRISTI nomine delegando.

1. Natura. *Titul.* 2.
2. Vocatio. *Exod.* 4. 2. *Cor.* 3. *Actor.* 13.
3. Miſſio duplex. Quomodo prædicab niſi mittantur? *Rom.* 2. *Actor.* 14. *Epheſ.* 6. *Ibid.* 3. 2. *Timoth.* 4. *Vade & prædica Evangelium populo tibi commiſſo. In conſecrat.*

TRES aliæ dotes ipſimet Chriſtiano Oratori magis inhærent. Debet quippe *vitâ* eſſe integrâ, & famæ illibatæ. IV. AC FAMA quidem opus habet Concionator, ne perdat autoritatem dicendi, dum ſermooem opere deſtruit. Quomodo enim poteſt Hypocrita, viperarum progenies, bona loqui, cum ſit nequam? Et quid, te amabò, magis aut probroſum, aut horrendum; quàm medicum ſemet non curare, alios docentem ſe minimè docere: & claves Scientiæ geſtantem, ſacrarium neutiquam introire? V. Neceſſaria quoque SANTITAS eſt Concionatori, vt voci ſuæ det vocem virtutis: vt habeaot vita illius claram vocem, docentem ſcilicet eadem quæ loquitur. Verbo dicam; non eſt legitimus CHRISTI Præco, qui omnium virtutum exemplis, quæ ſunt ſermonis pignora & teſtes, non ſanctificat Evangelium.

4. Fama
5. Vita exemplaris. *Hieron Epiſt* 83. & 2. *ad Nepat.* *Matth.* 12. *Luc.* 4. *Rom.* 2. *Luc* 2. *Hieron. Ep.* 102. *ex Pſ.* 28. *Chryſoſt Homil.* 2. *in Pſ.* 49. *Rom.* 15.

Ioter omnes verò virtutes, *tribus* præſertim debet efflorere CHRISTI inſtar Concionatorum Magiſtri, ſecedat in *Solitudinem*: ſedeat tacens, vt elevet ſe ſupra ſe. Illic nimirum ſequeſter abs tumultu, reficiet retia in capturam. Illic, cœli volucris & Angelus DEI, converſabitur. In terris verò de medio petrarum promens vocem, vitam vivat ab omni mollitiè alieniſſimam, io ſpolio carnis & *caſtigatione*; ne cum alijs prædicaverit, ipſe reprobus efficiatur. Solitudinis & pœnitentiæ accedat velut anima, *Oratio*; quâ os aperiat, & gratiæ ſpiritum intra ſe trahat. Aſſiduâ nimirum precatione DEVM conſulat, vt conchaſit antequam canalis, orator aotequàm dictator: & quod faciuot Regum Legati & Oratores, dicat nihil niſi quod accepit à DEO.

Præcipuæ virtutes tres. Amor ſolitudinis. *Luc.* 5. *Ierem.* *Tren.* 3. *Matth* 4. *S. Auguſt. in Pſ.* 102. Pœnitentia. *Philipp.* 3. 1. *Cor.* 9. *Ad Tit.* 1. Orationis Studium.

Poſtremò Concionator non eſt, oiſi qui VI. *zelo* flagrat ardeotiſſimo. Eliam repræſentet, cujus verbum quaſi facula ardebat. Loquatur cum Iſaia, ad cor Ieruſalem, nempe ex cordis intimo; quando in cor non ingreditur, niſi quod egreditur à corde. Exaltet in fortitudine vocem ſuam, clamet inceſſanter: arguat cum omni imperio, inſtet opportunè ſimul & importunè; recordeturque dum agit è ſacro ſuggeſtu, ſermonem DEI vivum eſſe & efficacem, omnique acie acuminatiorem. Nedum omnem hominem doceat, & corripiat in omni ſapientia: ſed & evangelica libertate, per ſapientiam conſimilem temperatâ, loquatur in conſpectu *Regum*, Magnatibus indicet plagas ſuas; neque vnquam palpet Auditores, aut Peccatores deliniat oleo adulationis. Infamis ſcilicet nundinatio, palpare & palpari, laudare & laudari. Vera Concionatorum encomia, gemitus ſunt Auditorum: verus plauſus, planctus eſt. Non

Bernard. ſerm. 18 *in Cant.* *Auguſt.* 4 *Doctr. chriſt. c.* 5. *Ioan.* 17. 6 Zelus ardens. *Eccli.* 48. *Cap.* 59 *Ib. c.* 18. 2. *Timoth. vlt.* *Hebr.* 4. *Coloſſ.* 1. *Pſ.* 118. *Iſa.* 16.

RHETORICA
Pſ. 140.
Hieron. Epiſt. 2.
Bernard. ſerm. 59. in Cant.
1. Cor. 10.
Jac. 9.
Actor. 18.

quærat Eccleſiaſtes placere, ſed prodeſſe: non quod ipſi vtile, ſed quod multis, vt ſalvi fiant. Alioquin & qui beatificant Populum, ſeductores ſunt: & qui beatificantur, præcipitati. Tanti officij partes & numeros omnes ad implebat Iudæus ille Alexander, de quo Geſta Apoſtolica. *Vir eloquens, devenit Epheſum, potens in Scripturis. Hic erat doctus viam Domini. Et fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter quæ ſunt* IESV,

TITVLVS XXVIII.
In Concione Trina.

CONCIONIS ARTIFICIVM, & Structura.

HACTENVS Concionator tantillùm, & levi dumtaxat penicillo adumbratus. Agendum, depingatur CONCIO ipſa trino præſertim colore;

QVO EFFORMATVR { *Materia,* / *Forma,* / *Qualitas.* }

1. Materia.

MATERIA Artis Concionatoriæ, illa eſt in quâ verſatur Eloquentia Chriſtiana. Vno verbo; *Veritas* eſt, præſertim revelans Myſteria. Vnam eam eſſe, ſaltem κατὰ ἀναλογίαν, non ſemel inculcavi: ſed alijs ſubinde, & alijs coloribus ac tropis conveſtitam. Scientia ergo eſt, & quidem SACRA.

Scientia Sacra
1. Cor. 13.
Ibid. 14.
Matth. 18.
Matth. 13.
Ad Tit. 3.
2. Machab.
Sacra-Scriptura.
Cant. 2.
1. Timoth. 4.
Coloſſ. 2.
Epheſ. 3.
L. 4. Doctr. Chriſt. c. 5.
Ezech. 3.

Quid enim magis à Pulpito Chriſtiano alienum, quàm multa effutire, nihil loqui? Eccleſiaſticum munus eſt docere, & omnes quidem Gentes, & omnem omninò veritatem: in omnique ſapientiâ, doctrinâ ſanâ, ſanctâque ſcientiâ; cujus Encyclopædia SACRA-SCRIPTVRA eſt, ideo Dionyſij & Septimæ Synodi proloquio ὅσια ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας. Enutriat ergo ſe verbis fidei, vt alios erudiat non per philoſophiam & inanes fallacias, ſed per ſupereminentem ſcientiæ charitatem. [*Tantò quippe magis vel minùs ſapienter eloquetur*, ait egregiè Auguſtinus, *quantò in Scripturis-Sanctis, magis minus-ve profecerit.*]

Vt autem ſibi primùm, alijs deinde quos lactare debet velut modo genitos infantes, proficiat; Sacrum illud Volumen jubetur manducare, quaſi in intima præcordia, inque proprium ſanguinem & ſuam ſubſtantiam converſurus. Diurnâ idcirco, nocturnâque manu perlegendus *Sacer Codex*. Ac licet integer perdiſcendus, certis tamen: & partim ex cujuſque Concionatoris, partim ex ævi genio ſelectis partibus tenaciùs inhærendum.

Commentaria.

Commentaria rara ſint, & potiùs vetera. Quæ enim ipſe parturies propria meditatione ex ipſius Scripturæ, Conciliorum, Patrum, Diſciplinarum collatione, vſuque quotidiano; longè majoris erunt ponderis, ac momenti. Non quod laudem non mereantur modernæ farragines. At Viris præſtantiſſimis nuſquam, ſcio, mens fuit; noſtræ aut ignorantiæ, aut veterno ſavere. Summa conſilij fuerit, ex brevioribus notis ſenſum haurire literalem. Cæterùm inconniventibus oculis, ſtudioque perenni Sacras-Paginas lectitare, addiſcere, meditari: in ſuccum & ſanguinem, ceu nativum alimentum, convertere; *vt vnde vivis, inde dicas.*

Serm. de S. Steph.

Scientiarum omnium adjumenta.
Proverb. 12.
Cap. 5.
Actor. 7.
Actor 17.
1. Cor. 15.
Nyſſen. Orat. de Moyſ.

QVÆ quidem non ſic à me pronunciantur, quaſi omnem *ſæculi litteraturam* ſacris Pulpitis interdictam velim. Scio vtiquè divinam Sapientiam eruditis intereſſe cogitationibus. Scio gloriari Iſaiam recepiſſe ſe à DEO, linguam eruditam. Divus quoque me docuit Stephanus egregiâ illâ Concione, quâ Cælum meruit & Martyrium, Moſem eruditum fuiſſe omni ſapientiâ Ægyptiorum. Memini Poëtas ipſos, Paulo non ſemel laudatos. Et præſtantiſſimorum Patrum relatu, captivas alienigenas deſponſari, peregrinis divitijs Templum exornari. Scientias, inquam, exoticas omnes DEI verbo, & fidei paraturæ ancillari.

Neceſſaria igitur, meo ſenſu, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Philoſophia. Iuvent Medicinam, Hiſtoriam, Mathematica primoribus labris deguſtaſſe. Non deſit præcipuarum aliquot Linguarum peritia. Adſit, vt minimum, probabilis Πολυμαθεία per omnes Diſciplinas & Artes; è quarum κειμηλίοις eruat rara quæcumque poſſunt aut fidei gazas ditare, aut Concionem exornare. Eum nempe in finem ſtudium fuit, iſtud *Scientiarum Generale Syntagma*, quantùm DEVS dedit, in Evangelij theſauros velut illa minuta duo aggregare. Operæ tamen pretium fuerit admonere, *vſum* ejuſmodi Litterarum non debere eſſe niſi parciſſimum: nec vltra, quod fit in convivio, ſalis condimentum.

CHRISTIANA. *Hieron. Epiſt. 84.* Quæ potiora. *Luc. 21.* Vſus parciſſimus.

HÆC, inquam, vniverſa Concionibus *materiam* accumulant. Ex illis ſi quidem ſeliguntur, quæcumque DEI gloriam, CHRISTI nomen: Eccleſiæ & Fidei propagationem, ſalutem Animarum apta ſunt promovere. Plebs nimirùm frequens panem petit verbi DEI, quo victitet. *Erudiendus* eſt Chriſtianus omnis fidei Myſterijs, dogmatis Evangelij, Religionis Chriſtianæ documentis. His ſuperſtrui debent DEI præcepta & Eccleſiæ, vitiorum deteſtatio, virtutum præceptiones, juxta cujuſque indolem & ſortem. Inculcandæ noſtræ humanitatis corruptelæ, gratiæ à DEO per CHRISTVM neceſſitas. Sæcularium mors fluens, tentationum diſcrimina: occaſionum fuga, pravæ ſocietatis contagiones. Inter deliciarum divitiarumque copiam, continua pericula. Evangelij, CHRISTI, & Cæli-anguſtum & aſperum iter. Vitæ fugacitas, mortis incertiſſima certitudo: vltimi Iudicij metus & horror, ſempiterni ignis incendia. Pœnitentiæ, tot inter crimina, neceſſitas abſolutiſſima. Sacramentorum tandem congrua frequentatio. Verùm ante & poſt omnia non aliud magis prædicandum, quàm IESVS, & hic Crucifixus; cujus ſcilicet vita & nex, cunctis Chriſtianis cedunt in exemplar. Quidquid ad illum ſcopum non collimat, ſupervacaneum eſt & profanum. Quàm vniverſa huc vſque à me pronunciata rata ſint & fixa, diſcamus & concludamus vel cum ipſo Salomone; qui cum eſſet ſapientiſſimus *Eccleſiaſtes*, *docuit Populum*, *quæſivit verba vtilia*, *ſermoneſque rectiſſimos*, *ac veritate plenos*. Nec illegitimè quicquid Concionum materia eſt, ad capita *Quinque* reducit Auguſtinus Præſul Veronenſis; quæ vocat credenda, ſperanda, timenda, vitanda, & agenda.

Quæ magis inculcanda. *Zach. 4.* *Eccli. 58.* Chriſtus Crucifixus *1 Cor. 1.* *Eccleſ. 12.* Quinque materiæ ejuſmodi capita.

CVMVLATA hocce modo Concionum materia, ex omnibus omnino diſciplinis: è profanis quoque tantiſper, ſed à ſacris maximè & propemodum vnicè; debet imprimis Chriſtianus Orator, totus eſſe in ſtudio veritatis quam ſatagit tum ſibi, tam alijs perſuadere. Eam propterea *veſtigabit* latentem ſub varijs Encyclopædiæ vultibus, & involucris. Præſtabitque cogitatione recta, reflexa, circulari per rerum συμπαθείας & ἀντιπαθείας, per varias ſubinde Scientias progredi. *Ita-vt* ſagaciter inveniantur ejuſmodi concordiæ & diſcordiæ, inventæ ſubtiliter explicentur: explicatæ clarè probentur, probatæ Concionis ſubjecto prudenter applicentur, & eloquenter per artem oratoriam amplificentur.

L. 2. Rhetor. Eccleſ. c. 5. Ars perquirendæ materiæ. Quattuor præſtanda.

Neque eſt quod idcirco imagineris immenſum quid, aut laborioſum nimis. Potius erit Vniverſalis Sapientiæ necnon Chriſtianæ Candidato pauca & bona, quàm plurima cum ἀταξίᾳ, conſectari. Artis enim caput eſt multum ſcire non multa: & quod ſcitur, habere in numerato; vt cunctis quæ nota habes & explorata, extemplo commodè vtaris ad libitum & ad manum; immo & ad linguam. Vtrumque *aſſequeris*, ſi ſedes tacens, quietus & ſagax: tui ipſius & cognitor, & poſſeſſor. Si eodem quaſi filo totius vitæ tam publicæ, quàm domeſticæ & privatæ, actiones texis ad D. O. M. gloriam: ad tuam deinceps, aliorumque ſalutem. Quem in finem juvabit ſingula quæ viſuntur, audiuntur, leguntur & dicuntur; adnotare, expendere & attentiùs examinare; vt nihil prætereat, è quo non valeas aliquam ingenio tuo opulentiam comparare.

Multum, non multa. Induſtriæ obſervandæ.

TITVLVS XXXIX.

Materia omnis aut Canonica, aut Non-Canonica.

MATERIA CONCIONIS duplex.

EA verò omnia quibus Eloquentiæ Chriſtianæ Materia coaleſcit, facilioris methodi gratiâ diſtinguit claſſis duplex. *Canonica, & Non-Canonica.* Prior complectitur quidquid à DEO Sacris in Scripturis revelatum eſt. Poſterior habet ſub ſe cætera; Philoſophiæ axiomata, Medicinæ aphoriſmata, Mathematicæ theoremata: ex Hiſtoriæ penu, aliorum-ve conſimilium rara. Nihil enim in illis eſt, quod non poſſit aptè deflecti ad quamlibet Concionem. Illud interim obſervandum, Non-Canonica *reduci* ſemper ad aliquid Canonicum.

Vtilitas Methodi hujus multiplex.

Id ſi ad juſtam trutinam examinaveris, tam vtile & proficuum reperies, quàm verum & facile revera exiſtit. Nec verò dubitabis, ſi penſitas exempla quæ dabo ſub finem; apta vtiquè orationi, lucubrationi: pulpito, convictui, foro, & in rebus agendis dexteritati. Et verò METHODVS hæc tam fœcunda eſt, quàm amœna, ſimul & commoda. Materiam enim reperit obviam vbiquè, quoniam omnia ſibi invicem adhærent per duplicem illam Epicteti anſam; quâ res omnes, velut dextro & ſiniſtro vinculo, Ops conjunxit. Vbi repetendum ex antedictis *Orationem* quamlibet aut affirmare, aut negare, aut dubitare. Et affirmatio quidem accerſenda ex concordiâ, quæ intercedit ſubjectum inter & attributum rei de quà ſermo inſtituitur. Negatio contra ex repugnantia, & oppoſitione. Dubitandi ratio modò ab his, modò ab illis. Cui conſequens eſt rerum ſimilitudines probationi inſervire, negationi differentias.

Vnum è tribus continet omnis Oratio.

Res omnes reperiuntur in Ente gemino.

CÆTERVM licet vbiquè exiſtat Concionum materia, quoniam ex quolibet facere quodlibet Artis hujus proprium eſt; Res tamen omnes complectuntur

PRÆSERTIM REGNA DVO, ENTIS { *Increati,* / *Et* / *Creati.* }

In Statu, Scientia, & Theologia triplici.

STATVS TRES { *Naturæ,* / *Gratiæ,* / *Gloriæ.* }

SCIENTIÆ TOTIDEM { *Sermocinatrix,* / *Ratiocinatrix,* / *Contemplatrix.* }

THEOLOGIÆ PARTES { *Deus-vnus,* / *Incarnatio,* / *Gratia.* }

In 12 Subjectus Lulliania.

SVBIECTA IX. mox ante recenſita. Quidquid enim Chriſtiano occurrit, aut amorem conciliat, aut horrorem. Quidquid autem odio & fugâ, vel amore & proſecutione dignum comperitur; DEVM conſiderat, ſub vno ex iſtis titulis tribus. Nempe vel vt principium effectivum, meritorium, exemplare, &c. Vel vt medium homogeneum aut heterogeneum, proximum aut remotum. Vel vt finem directum aut indirectum, vicinum aut remotum, & vltimum. A primo illo fonte *oritur* admiratio, à ſecundo amor, à tertio ti-

Tres affectus præcipui.

mor. Quidquid enim obſtrepent aut ineruditi, aut inexperti; ab illis ſubliniſſimis principijs motus ad *mores* efficaciſſimos poſſe derivari, diu expertus conſtanter aſſevero. Adeò perfacile eſt Chriſtiano Oratori explicatis tantis Myſterijs, animos propellere vel ad imitationem elucentium in illis perfectionum: vel ad deteſtandum vitia oppoſita, in animo non minùs quàm in corpore. CHRISTIANA. Subtiliſſima poſſunt fieri Moralia.

Habita ſit, exempli gratiâ, Concio de Verbi æterni generatione. Quantum putas exemplar, vtinde diſcat Auditor ſanctiſſimis cogitationibus animum impregnare, ex quibus Charitas prorumpat? Quantus ex adverſo horror peſſimarum cogitationum, quæ Sathanæ germina odium DEI procreant? Quin etiam, quatenùs zelus inſpirat & prudentia dictat, quid in corporeis generationibus pulchrum, quid ſordidum aptè ediſſeres. Documento erit exemplum duplex, paulo fuſiùs à me explicandum.

EXEMPLO DVPLICI Concionis Materia enucleatur.

TITVLVS XL. *Exempla duo.* 1. *Sol.*

RES à me non-canonica conſtituitur Sol cœlo affixus, limites intra Naturæ: canonica, textus is è 1. Reg.11. *Cum ſol incaluerit, erit vobis ſalus.* Vtrumque cuilibet materiæ poſſe accommodari per quàm opportunè, ſic demonſtro.

CONCIO habenda eſt vel 1. de DEO. II. de Angelis. III. de Hominibus. IV. de Virtute & Gratia. V. De Gloria æterna; vel VI. de illorum oppoſitis. Contraria etenim cadunt ſub eaſdem ſcientiæ, & eloquentiæ lineas. Iam ergo ſi DEVS materia mihi ad dicendum proponitur, dicam primò; Solem eſſe inviſibilem, vti Sol viſibilis DEVS eſt. Tum deinde quæcumque Solis naturam efformant, Numini adaptabo per ſyn-anti-vincula. Solis enim hujus inaſpectabilis ſubſtantia Pater eſt, lux Filius, calor Spiritus-Sanctus. Ille corporeis, ſimulque ſpiritalibus oculis conſpicitur: iſte vtrique naturaliter ignotus, &c. Donec caloris effectibus ſpecialiter inſiſtens, oſtendam ſolem ſymbolum eſſe divini amoris & charitatis immenſæ; quæ nimirum cùm *incaluerit* in Creatione, Incarnatione, Paſſione, Euchariſtia, &c. *erit vtiquè vobis ſalus.* Deus.

SI agendum de *Angelis* eſt, aſſeram, præeunte Nazianzeno, Soles eſſe parallelos, nec-non ſecundarias Trinitates. Soles vtiquè in natura, haud minùs quàm in gratia. Illis etenim pro Solis corpore, ſpiritalis ſubſtantia eſt, intellectus pro lumine, voluntas loco caloris; quibus inducitur fides, charitas, viſio beata, &c. Cùm porrò calor amoris Angelorum, DEVM erga & Homines incaluerit, *erit vobis ſalus.* Quia tum vehementior eſt eorum circa nos ſollicitudo, vt avertant à malo, impellant ad bonum, &c. Angeli.

Quæ identidem de quibuſ-vis *Sanctis Hominibus* poſſunt enarrari. Soles quippe terreni, intelligendo diſcurrunt, &c. Imprimis autem quoties Sol divinæ dilectionis incaluerit, erit proculdubio ſalus, merces divini amoris. Sancti.

Simili prorſus modo poſſunt ea ipſa dici de gratia, de fide, charitate & alia *virtute omni*; quæ effectus, proprietas, aut diſpoſitio divini illius Solis comperietur. Virtutes.

Elucent verò maximè in *gloria* Solis ſplendores, ſicut in Plutonis regno tenebræ oppoſitæ. Quia enim ibi nuſquam incaleſcit, ſicut nec illucet Sol divinæ miſericordiæ, nunquam erit ſalus. Sed perpetuus horror, caligo, frigus: amoris divini carentia, confuſio, deformitas, cæteraque quæ in Mundo exiſterent, ſi Sol abeſſet. Imprimis verò ſicuti Solis lux oculos illuſtrat, calor ſenſus recreat: ita in Infernodamni, ſenſuſque pœna. Gloria.

RHETORICA
II. Exemplum Pulchritudo. Partitio.

EXEMPLVM alterum ſtatuatur PVLCHRITVDO. Cujus quidem occaſione, de omni re propoſita ſermo haberi poteſt. Si pingatur ante omnia, I. velut muſica, ex diverſis qualitatibus ſimul aptiſſimè vnitis. II. Orta à principio intrinſeco, putà optimo temperamento. III. Potens oculis voluptatem, menti admirationem, præcordijs titillationem inſtillare, &c.

Pulchritudo. In Deo.

SI itaque DEVS mihi ſermo eſt, totus in ſtuporem verſus mirabor ordinatiſſimam perfectionum temperiem, quibus divina effloreſcit natura: vnionem bonitatis, juſtitiæ, ſapientiæ. II. Contemplabor haſce perfectiones vniverſas, oriri ex divinæ eſſentiæ fœcunditate. III. Dolebo tantæ pulchritudinis pelagus, non abſorbere Mortalium animos: vaniſſimis, fugaciſſimiſque rebus inaniter captos & irretitos.

In Pace, & bello.

Idipſum aſtruam de *pace*, quin & de *bello*. Si quidem in Militia, I. Varij ſunt Equitum, Peditumque ordines. II. Eam nimirum diſciplinam efficit Ducis ſapientia, reportandæ victoriæ intenti. III. Ea Martis horrida ſpecies terret magis quàm placet, pellicit minùs quàm percellit.

In omnibus.

NEC diſpari ratione Orbis vniverſus, Imperium, Res-publica, Eccleſia, Familia, Perſona *quælibet*; pulchritudines animatæ, poſſunt nuncupari. Idque per lineas & tramites, quibus in infinitum protenditur oratio; beneficio *Formæ*, quam ſequentia Paradigmata indicabunt. Hujus etenim clavis beneficio inventa materiarum ſilva, velut moles indigeſta æternùm obtenebreſceret; niſi præclarâ ſerie illam diſtingueret *ordo*, qualem propemodum imus explicatum.

FORMA CONCIONIS.

TITVLVS XLI.

Formæ artificium triplex.
I. Vnitas ſtatuenda.

EIVS tria imprimis extant apud me officia. I. Quæſitâ & congeſtâ vndiquè ad propoſitum materiâ, punctum veſtiga quàm poteris *vniſſimum*. Cardo eſt, in quo tota vertitur Concio: centrum à quo procedunt lineæ omnes, ad quod revertuntur.

II. Propoſitio vna generaliſſima.

II. Ex eâ vnitate, ſaltem ex materiâ principali *oriatur* propoſitio vna (Enunciationem vocant Logici) conſtans ſuo ſubjecto, ſuo itidem attributo, ſuoque nexu & copula.

III. Duæ, aut tres generales.
Aliæ ſubdividentes.

III. Reſume vnum ex illis tribus, è quo mox *educes* duas vt plurimùm propoſitiones: tres raro, nunquam vltra quattuor. Illæ velut partes generaliores, totam Concionem ritè diſtribuent. Tandem *gignat* vnaquæque propoſitio generalis, per ſimiles traduces, ſubjecti vel attributi tres, quattuor, quinque, octo, decem alias propoſitiones velut propagines, quibus Pars quæque potior coaleſcet. Quæ anxia diſquiſitio & ſubtilior fabrica Neotericis tantiſper laborioſa, admodùm tamen vtilis: jam adultis & in arte provectis, ſupervacanea videretur, niſi ipſa ſe offerret facillimâ conſuetudine.

Exempla I. Humilitas.

EXEMPLVM formæ hujus rudioris, ſit HVMILITAS. De illâ dicturo Thema præmittetur ex Matth.23. *Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur.* Ita vt monas centrica ſit è tribus dictionibus, vna ad libitum; à qua natæ aliæ & aliæ propoſitiones, corpus totum efficient orationis. Itaque ſumi poteſt & diſtribui, vel prima dictio

I. Diſtributio

OMNIS { Deus. / Angelus. / Homo. } *Qui ſe humiliat, exaltabitur.*

Vel ſecunda, qui ſe HVMILIAT { Corde, / Ore, / Opere; } *Exaltabitur.*

Vel

Vel tertia, EXALTABITVR, in { *Gratiâ*, *Gloriâ*, *Naturâ*.

Vel tres ſimul complectendo, in hunc modum diſtribuere, ac concludere poteris.

OMNIS { *DEVS*, *Angelus*, *Homo.* } QVI SE HVMILIAT { *Corde*, *Ore*, *Opere*;

EXALTABITVR in { *Naturâ*, *Gratiâ*, *Gloriâ*.

VERVMENIM prætermiſsâ ejuſmodi omnium commixtione, reſumamus & immoremur duntaxat in partitione triplicis Humilitatis; quæ — 2. Diſtributio Humilitatis.

EXERCETVR { *I. Corde*, *II. Ore*, *III. Opere.*

Adeò vt quodque ex iſtis tribus, ſimili enunciatione fœcundetur; donec completa ſit pars, circiter tertia Concionis.

I. Omnis qui ſe HVMILIAT *corde*. 1. Agnoſcendo ſe maximum peccatorem, quod faciebat D. Franciſcus. 2. Se nihil habere, quod non acceperit à DEO. 3. Indignum omnibus gratijs. 4. Indignum omni laude, & favore. 5. Digniſſimum opprobrijs, &c. fermè *per gradus*, humilitati ſolemnes. — Humilitas 1. corde.

II. *Omnis* qui ſe humiliat *ore*. 1. Nihil vnquam de ſe jactando. 2. Semper de ſe demiſsè loquendo. 3. Nuſquam ſe excuſando. 4. Accuſando ſe etiam de non veris. 5. Nil de alijs dicendo, &c. — 2. Ore.

III. *Omnis* qui ſe humiliat *opere*. 1. Magna nuſquam ambiendo. 2. Minima ſemper eligendo, in victu, veſtitu, ſitu, &c. Parili ratione extendi poteſt altera pars textus. — 3. Opere.

EXALTABITVR. I. In *Naturâ*, in bonis ſcilicet fortunæ, corporis, animi, Reipublicæ: inter amicos, etiam inter inimicos. — Exaltabitur. 1. In Natura.

II. *Exaltabitur* in *Gratia* gratuita, gratificante: in cognitione & amore DEI, in miraculorum operatione, &c. — 2. In Gratia.

III. *Exaltabitur* 1. In *Gloriâ* eſſentiali, & accidentali: in laude & honore qui defertur Beatis à DEO, Sanctis Hominibus, &c. Ita vt per circulos Naturæ, Scientiæ, & Eloquentiæ extendatur Oratio propoſitionibus ſubordinatis inter ſe; cum vnitatis robore, & varietatis amœnitate protſus admirabili. — 3. In Gloria.

EXEMPLVM alterum, detur HOMO, quem aio toto Sermone eſſe Microcoſmum. Quia. I Componitur anima & corpore, velut cælo & terra. II. Conſtat diverſis perfectionibus vnitis. III. Vtriuſque mira ſpecies, & pulchritudo eſt. Tum vnaquæque propoſitio alias, ſi vis, infinitas progenerabit. — 2. Exemplum Homo Microcoſmus. Partitio.

I. *Anima* Hominis inſtar cæli eſt, à DEO creata: incorruptibilis, intellectu illuſtrata, motibus prædita contrarijs, Numinis ſedes, &c. Pariter corpus terra eſt è limo formatum, & in rerum confinio: immò gravi peccati maledictione ſpinas germinans, figurâ rotundum, &c. — 1. Ratio.

II. Homo Microcoſmus eſt, ex *diverſarum* partium coagulo & compage. Intùs enim eſt cerebrum, cor, jecur; cum minùs præcipuis, venis, nervis, arterijs, humoribus, &c. Exteriùs, caput, capilli, frons, os, ſtomachus: brachia, manus, pedes, digiti, &c. quæ recenſet anatomia. — 2. Ratio.

III. *Pulchritudinem* Microcoſmi hujus vel ipſis oculis injiciunt os ſublime, — 3. Ratio.

RHETORICA ſtatura recta, forma elegans; quæ inferioribus terrorem, Angelis reverentiam: &, ſi fas eſt, DEO ipſi amorem conciliat.

a Exemplum Manus. Præludium. TERTIVM exemplum calamo offert MANVS ipſa. Eleganter vt cætera Plutarchus ille Græco-Latinus, Hominem ſcripſit in animalibus ſapientiſſimum; quia à Natura, manibus inſtructus eſt. Revera enim quod animis ratio eſt, hoc corporum neceſſitati, vtilitati, ac pulchritudini manus cenſeri debent. Ratio ſiquidem humana, ceu objectum complectitur Diſciplinas omnes; quæ partim ſpeculationi partim actioni deputantur. Partes verò illæ commodiſſimæ quibus brachia finiuntur, nullis non miniſterijs inſerviunt. Quid enim aliud

Partitio. Homines occupat in Orbe ſublunari, quàm cultus pietatis, II. Politiæ ſtatus, III. Rerum faciendarum peritia? Atqui nihil præſcribit Religio, nihil moliuntur Reſpublicæ, Ars nihil prorsùs exequitur ſi deſit Manuum famulatus.

I. Pars. Vide virum peccatis illaqueatum; ſi veniam precatur, ſi pectus tundit, ſi capiti cinerem inſpergit: ſi in ſe ipſum piè crudelis ſævit flagellis, ac macerationibus; ea, ſimiliaque manibus Pœnitentia exercet. Nec minùs virtute conſpicui, *puras tendunt ad ſidera palmas*; vt ſua Numini vota offerant, vt illius beneficia viciſſim excipiant. Ambæ faciunt ſacrificia, templa ſtruunt, ſacramenta adminiſtrant, cæremonias inſtituunt: aliaque id genus innumera, quæ ſi manus non eſſent, nulla eſſent. Eam ob rem Paginæ-Sacræ Verbum in divinis manui comparant, digito Spiritum-Sanctum. Adeò vt Ariſtotelis imitatione, non anima modò, ſed manus quoque omnia quodammodo debeat æſtimari.

II. Pars. Nam ſi attendis ad ea quibus adminiſtrantur *Reſpublicæ*, Mars ſine manibus, an-non prorsùs inutilis? Quis enim mancus vrbes obſidione cinget, vallum fodiet, ſigna tollet: pugnam tubâ intonabit, gladio feriet, machinas librabit, è bombardis funera ejaculabitur? Si *pax* præamatur, intende quot &

Aeneid. 7. quanta Manuum ſervitia ſint. Pacis ſignum eſt, *dextram tetigiſſe Tyranni*. Illæ fœdera ſanciunt, amicitias obſignant: munera mittunt, recipiuntque. Ipſa virtutum Regina Themis vanum nomen eſt, ſi Manuum careat auxilio; quibus edicta conſcribat, imperetque: virtutem coronet, ſceleratos ſupplicijs afficiat.

III. Pars. Quis ad extremum vſque adeò cœcus, vt non videat ſine Manibus *Artes* eſſe omninò nullas? Quis, ſi deſint, miſceat colores, aptet penicillum, ducat lineamenta? Quis typorum quadam perpetuitate, rerum memoriam venturis ſeculis conſervabit? Tota quanta, quantaeſt Medicina, Manuum auxilio abſolvitur; ſeu dum pulſum tactu explorat, medicamina præſcribit, attemperat: ſeu dum chirurgicis muneribus occupatur. Vt nihil dicam modò de coquinaria, de lanificio, ſutoria: alijs demum omnibus Mechanicis, quibus tam neceſſariæ ſunt Manus, quàm artes illæ ad vitam.

Concluſio. Inde-adeò manus conſecrare par eſt non Fidei ſolùm, quod fecit Numa: ſed *Religioni*, *Politiæ*, *Diſciplinis*; ijs inquam omnibus, quæ aliquo tandem titulo eminent. Quando quidem in exteriori regno, vices gerunt rationis; quæ ſi ſemel manca eſt, reſtat infœcunda. Quemadmodum illis adjuta, ſupplet ſumma cum induſtria quidquid Homini videtur à Naturâ denegatum, cæteris Animantibus conceſſum. Vt meritò concludendum nobis ſit cum Anaxagora, nullum aliud excellentius inſtrumentum potuiſſe vnquam excogitari; adeò manus organum eſt ante omne organum, vitæ commoditatibus ac facilitati per omnia neceſſarium. Quibus tum rationibus, tum exemplis efficitur noſtræ hujus meditationis emolumentum.

METHODI COMMODITAS.

TITVLVS XLII.
Vtilitates Methodi compendio expreſſæ.

ARCANVM enim revera myſterium, generalis ignorantiæ & infantiæ medicina eſt. Compendium ſcilicet Eloquentiæ conſummatæ; quo *Triſmegiſtus* efficitur in Oratione, in lucubratione, in colloquijs tam negotioſis quàm familiaribus; vbiquè ſupra fidem, & ad miraculum. Quis enim attonitus auribus & animo non pendeat, ex ore I. Dicentis in promptu, quoties opus fuerit, de quolibet ſubjecto infinita, ſublimia, ſubtilia: pulchra, rara, jucunda, vtilia? II. Inculcantis rem vnam & eandem novis & inauditis medijs, artificioſè & latenter, naturaliter tamen inter ſe connexis? III. Ducentis filum & ſtylum Eloquentiæ, præclarâ & nuſquam finiendâ methodo; quæ tum Loquentis, tum Auditotis memoriam juvat mirum in modum? Quid plura? quod docuit Ariſtoteles, Orationem, vt circulum, eodem quo cœpit puncto finientis?

TRIA duntaxat ſuper his advertere par eſt, maximè quibus loquor Eccleſiaſticis Oratoribus. I. Etſi *motus* paſſim hinc inde ſpargendi per totam Concionem, magis tamen in fine cujuſque propoſitionis, ſeu partis generalis. Illic nimirum plus ſucci, ſanguinis & vigoris inſtillandum; vt brevi repetitione, invectiuâ, apoſtrophe, alio-ve ſimili epiphonemate, ſcintillæ jam animis Audientium immittantur. Atque hinc naturali commiſſurâ, quam etiam juvat interdum *propalare*, ad ſequentem partem Concio devoluetur.

Tria advertenda.
1 Spargendi vbiquè motus.
Tranſitio.

II. Contra vſum Oratoribus ſolemnem, quemadmodum Natura in ſuis operibus, ſic Eloquentia progredi debet quaſi per *incrementa*; à facilioribus ſcilicet ad difficiliora, à planis & perſpicuis ad altiora & abſtruſiora.

2. Incipiendum à facilioribus.

III. *Pars* quæque tum generalis tum particularis, eodem planè modo debet elaborari ac ipſa Concio tota. Nempe, vt de *Exordio* nihil dicam, in quo non aliter quàm in reliquis, optima omnium regula eſt nulli mancipari, ſed cunctis prudenter vti; *Præludium* placet dare in exemplum. Ea pars Concionis, aditiali Angelicæ Salutationi ſuccedanea, Partitioni ſolet præmitti. Et quia proſpectus eſt, & quaſi palatij veſtibulum, accuratiùs amat exornari. Ducendum itaque initium ab aliqua propoſitione generaliſſima, duabus aut tribus alijs, quæ totidem partes efficiant in Concione generales, conveniente. Puta ſelectum quid è Scriptura, è Phyſica: ex Hiſtoria, è Philoſophia, Theologia ve. Cave interim eligas niſi quod rarum, gratum, perſpicuum: quodque ſtylo conveſtire poteris ſuavi, polito, emendato. Vtque nihil immiſceas præter extra-ve propoſitum, erue ejuſmodi Proloquium ex intimis cauſæ ipſius viſceribus. Aio vel è Textu ipſo, ſeu Themate: vel ex decenti aliquâ ſententiâ duabus ſimul partibus, vel vni ex illis ſeorſim aptâ & congruâ.

3. Vbiquè ſubdiviſiones per varias & varias propoſitiones.
Præludium.

MATERIÆ Præludij ſic deſtinatæ, inducenda mox *forma* eſt. Struenda propoſitio ſuo conſtans tum ſubjecto, tum attributo. Hanc ſubinde per eoſdem tramites dilatabis & amplificabis, donec flexu nativo ſuborietur *Partitio* generalis; quam præſtat, vt monebam, & propalare: & *duplici*, vt plurimùm, capite concludere.

Partitio.

Dum autem ſic præluditur, Oratio amœna ſit, & auribus non quotidiana concinnitate abblandiens. Materia, vt dixi, rara, varia, exquiſita; haud tamen abſtruſioris intelligentiæ, ad alliciendam ſcilicet ingeniorum curioſitatem. Forma gravitate & moderatione temperata, modò deſinat in acumen vivaciſſimum; quo jam voluntates perpunctæ, in ſpem futuræ flammæ accendantur. Ipſimet Quintiliano [clauſula eſt ſeu epiphonema, rei ſcilicet narratæ & probatæ acclamatio.] Ita enim inventâ materiâ, accedente formâ, cumulum addunt quæ ſequuntur Ornamenta.

L. 8. c. 5.

SECRETIOR

TITVLVS XLIII. *Qualitates Concionis.*

ORNATVS ELOQVENTIÆ Chriſtianæ.

Figuræ in verbis.

In ſententijs.

EA Pars colores Concioni, velut tabellæ, inducit: ſplendorem, motus, robur, virorem ac vigorem. Si figuras demis, friget & faſciſcit oratio. Quæ verborum corticibus adhærent, flocci faciendæ. Sufficiant ex illis quæ rebus optimis adnaſcuntur ſponte, & offeruntur ſe vltrò ab vſu & lectione Politorum. Quæ res ipſas & ſententias ſpectant, ornant, exagerant; non impigrâ manu excolendæ. De vtriuſque natura, ſitu, officio, temperatura hoc loco nihil attinet dicere. Cum de ijs decantatæ ſint in Scholis præceptiones, quas & noſtra Vulgaris Rhetorica prælibavit. Satis igitur eſto ad præſens inſtitutum, reliquas Concionis *Dotes* ſtrictim percenſere. Recognoſcenda priùs vitia, vt exſcindantur: poſtmodum virtutes, vt inſerantur.

Vitia, & virtutes.

Eloquentia Chriſtiana in medio.

1 Contra Rabulas Concionatores. Ecch. 21. 3. Hierarch. Eccleſ. Nazianz. Orat. 9 Pſ. 52.

Arrogantia, & ignorantia. Eccleſ. 1.

Ac de *corruptelis* quidem Chriſtianæ Eloquentiæ, ſic ſtatuo. Regina eſt auguſtiſſima, duas inter adulteras forma & majeſtate eminentior. Prior Concionandi ratio audax eſt & *temeraria*, tumultuans & anomala. Iactat ſe nihilominus *Apoſtolicam*, nec aliundè quàm à Cælo & Numinis afflatu inſpiratam. Hoc œſtro perciti præclara non putant, niſi quæ indecora. Cor habent in labijs, non labia in pectore. Quidquid in buccam irruit, importunâ audaciâ cœcoque impetu deblaterant. Nulla illis verba à decenti ordine, ſed omnia confuſæ præcipitationis. Omnia cruda & indigeſta dum effundunt, *Rabulas* potiùs & Hiſtriones agunt quàm Oratores, nedum divinæ Sapientiæ præcones. Ea labes ab *arrogantiâ ſimul, & ignorantia*. Metuunt ignavi, ſcientiæ labores. Nec ſatis magnâ Numinis, cujus perſonam repræſentant, reverentiâ; audent temerarij ſuas futilitates effutire, & ſuas fæces deſpumare.

Rom. 1. Libertas Dei, ſpiritus relinquenda. 2. Timoth. 2. 2. Cor. 3. Pſ. 44. 1. Ioan. 2. Proverb 16.

Quæ non ita mihi referuntur, quaſi velim DEI veritatem in injuſtitia detinere; aut verbum illius boiâ, & nervo alligare. Scio vbicumque ſpiritus Domini eſt, ibi vigere libertatem. Immò autor ſum cuivis Concionatori, vt ejus lingua fiat tandem aliquando calamus ſcribæ velociter ſcribentis: permittatque ſe totum, ſpiritus vnctioni edocendum. Iſtud duntaxat vnum ingemino, præeunte Aurelio Auguſtino, & ante illum Salomone; [*Hominis eſt animam præparare, & Domini linguam gubernare.*]

2 Fucata, & adulterina Eloquentia. Senec Pat. in Proœm. L. 1. Controv. 2 Cor. 2. & 4. In cap. 34. Ezech. Tract. 45. in Ioan. 1 Timoth. 1. Hieron. Proœm. l. 3. in ad Galat. Quantum nocet rebus omnibus L. 2. contra Petil. c. 104.

ALTER Concionandi modus multò pejor, *fucata* eſt Eloquentia & ex ſæculi genio adulterina. DECLAMATORES vocem an Sophiſtas, qui ſacerrimam Eloquentiam quia præſtare non poſſunt, violare non deſinunt? Vocat Apoſtolus adulteros, & caupones: eoſque exagitant magni viri Hieronymus & Auguſtinus; qui libratis ſermonibus atque trutinatis, Magiſtrorum ſibi aſſumunt autoritatem, & ſapientiam buccis crepantibus deblaterant. Converſi ſcilicet in vaniloquium, omiſsâ Apoſtolicorum ſimplicitate & puritate verborum, quaſi ad Athenæum ad Auditoria convocant; vt Oratio Rhetoricæ Artis fucata mendacio, quaſi meretricula prodeat in publicum: non eruditura Populos, ſed favorem quæſitura.

Proh ſcelus! nemo eſt, inſit Præſul Hipponenſis, palam confector & dator venenorum. Iſti delicati & comptuli loculeij, virus mulſo dilutum & ſaccaro conditum, publicè & aperto velut theatro effundunt in rem omnium ſanctiſſimam. Immo inficiunt, & corrumpunt *vniverſa*. Naturam, cujus opera ſincera, ſolida, firma; procul à vanis, & ſuperfluis. Artem ipſam, quæ in verbis verum amat, non verba: eoque perfectior evadit, quo naturæ ſimilior. Adeò verè dictum eſt à peritiſſimo dicendi Magiſtro, [verba volvere: " & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem ſui facere, indo- "

Hieron. Epiſt. 2. ad Nepot.

ctorum hominum eſt.] Saga hæc Circæa Societati etiam humanæ non parum præjudicat. Nam quemadmodum *cogitationes Sapientum* judicia, ſic mollis ſermo & ſæculi effœminati & enervis animi nota eſt. Virtus ſermonem habet maſculum ac virilem, contrà agyrtæ ac mangonis eſt loqui captioſè. Vulgus non capit verba calamiſtrata, phalerata, ampullata. Ipſi peritiores nauſeant ſuper cibo ejuſmodi leviſſimo. Atque vt demus paucos peritiores ſenſum divinando aſſequi, dum nimis attendunt periodorum ſuavitati & ſtructuræ ſyllabarum, res ipſæ prætereffluunt. Etiam in rebus exoticis horrori eſt ea Orationis pompa, & affectatio. Quod ſi [*vnum quodque genus dicendi, cùm fucatur atque perlinitur, præſtigioſum eſt, & movet doli ſuſpicionem*;] quantò magis, qui inanibus verbis evertunt fidei ſoliditatem? Qui theatrali & comicâ eloquentiâ CHRISTVM, quem debent prædicare Crucifixum, oſtentui habent: & verbum crucis, politis, aulicis, & amatorijs ſermonibus evacuant?

CHRISTIANA. *Proverb. 12.* *Auguſt. l. 1. de Lib. Arb. c. 16.* *Epheſ. 5.* *1. Cor. 1.*

SVNT & aliæ Concionum impetigines ac ſtrumæ. Peritos dicendi Artifices *imitari*, omni ſemper ævo conſultum fuit. At præeuntes ſemper ſequi, pecinum reputatur. Cave ergo alium ita effingas, vt à te penitùs diſcedas. Reflecte quidem ad optimos Oratores, ſed in eis intuere optima, & ſolùm tibi idonea imitare. Nam præter quàm quod [*nuſquam par ſit imitator autori, ſemperque citra veritatem eſt ſimilitudo*,] prava ſeſe faciliùs inſinuant, obruuntque propriæ cujuſque indolis dotes præſtantiſſimas.

II. Imitatio. *Seneca Pat. Præm. l. 1. Controverſ.*

Deinde quoniam Concio eruditio eſt & catecheſis, nihil magis deſiderat quàm lumen & *perſpicuitatem*. Adagio Græca eſt, ſed vera; Σοφῶς, ϗ Σαφῶς. Rectè propterea mavult Auguſtinus reprehendi à Grammaticis, quàm non intelligi à Populis. [Quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire non poteſt: aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt. Non quod altiſſima Religionis Myſteria non debeant Chriſtianis explicari, ſed quia debet ſemper pro qualitate Audientium formari ſermo.] CHRISTVM vide, ſecedit à turbâ, vt è navi audiatur in ripâ. Ita jubet ſuos Apoſtolos ducere in altum, vt jubeat laxari retia in capturam, & in littore ſaginam expandi. Petro, & per eum cuilibet Animarum piſcatori & paſtori, incumbit piſcium parvulorum, æquè & grandium captura: ſatagitque non oves modò paſcere, ſed agnos, ſed ipſos quoque agniculos. Immo longè plures in illis paſcendæ columbæ, quàm aquilæ: habentque opus cameli & aquâ, & paleâ. Quibus videlicet figuris docetur Paulinus Concionator omnia fieri omnibus, vt omnium ſaluti opituletur.

III. Perſpicuitas. *L. 4 Doctr. Chriſt.* *Gregor. M. 2. Paſt. Paſtor. c. 6.* *Matth. 13.* *Luc. 5.* *Ioan. 21.* *Geneſ. ex Bernard. Serm. 58. in Cant.* *1. Cor 9.*

Scholaſtica ſcholis incluſa attingere fas non eſt, niſi obiter & per tranſennam. Supponi ſatis eſt, deîn tantillùm explicari, mox ad mores adaptari. *Quæſtiones* curioſæ, otioſæ, polemicæ; quas ſtultas vocat Apoſtolus, languentes, & verborum pugnas, à ſacro ſuggeſtu procul arcendæ. Non quod ipſiſſimet Pauli exemplo non diſputandum ſit interdum in Synagogis, vt ſuadeatur regnum DEI. Sed experimento didici, etiam apud Ἑτεροδόξοις plus valere nudam veritatis expoſitionem, cum vitâ probâ; quàm argumentorum ſubtiles plexus, & ſermonis acerbitatem.

IV. Quatenus immiſcenda Scholaſtica? Curioſa. *1. Timoth. 4.* *Actor. 17.* Polemica.

QVOD *ævi* hujus vbiquè rebellantis *Controverſias* attinet, pudor & horror cordatis videtur, & quidem meritò, Myſteria quæ ſemper erunt Myſteria à ſcamnis tranſire ad templa. Cultores pacis, funibus contentionis inaniſſimæ ſe invicem, velut retiarios illos Romæ Gladiatores, implicare. Quàm juvat ſapere ſemper, & in omnibus, ad ſobrietatem! Vbi tamen res & tempus certamen oris & linguæ exigunt, loquendum audacter pro veritate: & Eccleſiæ Catholicæ-Romanæ proloquia, habenda pro oraculis. Cæterum nec Chriſtianis, nec Concionatoribus diſſentionis DEVS eſt, ſed pacis.

Temporalia. *Rom. 12.* *1. Cor. 4.*

TITVLVS XLIV. *Alia iterum aut vitanda, aut excolenda.*

CITATIONES, ALIAQVE Obſervanda.

Citationes Autorum.

PRINCIPIO cavendas ſummè *rapſodias* & farragines, ſatis monet ætas delicata. Neque verò avis diſcolor eſt ea DEI hæreditas. Reginam non decet veſtis, confuſâ interpolatione ridicula. Sunt qui præcedens ſæculum hac picâ laboraſſe incuſent. Sed condonandæ tunc ejuſmodi plagæ, quia vindicanda erat contra inſurgentem Calviniſmum, non prorſus falsò prætenſa ſæculi ignorantia: & id Catholicæ fidei proprium eſt obruere mendacia teſtium nube, quia Religio autoritati magis quàm rationi innititur.

Hebr. 2.

Interea condemnandi omnium ſuffragijs, qui *linguas* ſuas à ſeipſis aſſumere ſe gloriantur: quoſque pudet ſermonis paterni, & aviti. Pueros Patres ſe gerere in Eccleſiæ exedris, ingens tum ignoratio tum impudentia. Nec juvant audaculos illos *Patrum* exempla, qui ſuo omnes idiomate vixque intertextis vllis teſtimonijs, ſuas Conciones effecere. At, at Exemplaria ſunt, etiam vt à nobis imitando tranſcribantur, & citentur. Nondum tunc typorum & facilitas, & ſecuritas. Amanuenſium labor nimius, error frequens. Atque vt deeſſent hæc omnia, quid profuiſſent Idolorum cultoribus, vel à Chriſtianitate tranſfugis, Chriſtianorum autoritates? Vides interim vt Gentilium Litteraturâ totas implent paginas, quoties ſortiter illis pugnandum contra ipſos Gentiles. Adde quod rarum tunc Græcæ, & Latinæ linguæ commercium. Immo nec deſunt in eis, inſertæ frequenter è Scripturis gemmæ: atque etiam in poſteriorum Scriptis, collucent paſſim anteceſſorum Margaritæ.

Ierem. 3. Pſ. 11.

NESCIO an plus merentur excuſationis *Plagiarij*, quibus furti ſpecies eſt de alieno largiri. Par propemodum crimen deputo, vel integras Conciones vt ſuas venditare: vel ex diverſis pannis, centones miſerè interpolare. Vtrobiquè æqualis ſocordia, & egeſtas. Nec diù latebit latrocinium, quo exacerbatur DEVS ipſe adverſus Pſeudo-Prophetas; qui *furantur verba eius, vnuſquiſque à proximo ſuo.* Bibat ergo Chriſtianus Orator primùm de ſuâ ciſternâ, aquas hauriat de puteo ſuo: tum eas foras derivet, & in plateas. Lauream non merebitur, niſi proprio labore & ſudore. Ita, inquam, *Conciones* elucubret; vt Inventio pectoris illius & meditationis fœtus ſit, ſtructura proprij ingenij & diligentiæ ſpecimen: materia Scripturis fœta, gazis optimorum Autorum dives. Inſertæ horum ſententiæ, velut gemmæ, raræ ſint, breves, ſelectæ: ſemper aut eximiæ, aut acutæ. Sacræ ipſi texturæ operis inſerendæ, profanæ vix pluſquàm indicandæ. Nam ineptas & aniles fabulas velut naufragia evitandas, monet noſter cæleſtis Myſtagogus. Crimenque eſt, nedum vituperium, vno ore Iovis & CHRISTI laudes contineri.

L. Fil. ff. de dolo malo
Plagiarij.
Jerem. 23.
Proverb. 5.
Dotes Concionis variæ.
1. Timoth. 4.
Gregor. M. lib. 9. Epiſt. 48.

Enim verò Chriſtiani ſi quidem Oratoris munus eſt in Pópulo gravi DEVM laudare, nihil magis ridiculum dicam an indignandum? quàm Concionatorem agere *Hiſtrionem.* Maculam Myſteriorum gloriæ & majeſtati turpiſſimam, abolevit noſtri ævi caſtigatiſſimi cenſura; dum à ſacris Pulpitis profanæ Litteraturæ choragia eliminavit Theologia Moralis, & Poſitiva: hiſtrioniam tantum-non comicam, verbi divini honos σεμνόλαλος; ſermonis barbariem & ſordes, pura-puta Eloquentia. In totum igitur evellenda ab ore ſacro turpitudo, ſtultiloquium, ſcurrilitas; ſi quidem egregio monitu Hieronymi, ille eſt doctor Eccleſiaſticus, qui lachrymas non riſum movet. Satis nimirum leporis habet ipſa rerum, quas narramus, ſanctitudo.

Gravis & ſeria, procul à ridiculis.
Pſ. 34.
Epheſ. 5.
In Iſa.

CONCIONIS ELOCVTIO, & Stylus.

TITVLVS XLIV. *Elocutio, & Stylus.*

VTRVMQVE paucis perſtringere, non erit operoſum. Si comptior prodit Concio & quaſi calamiſtrata, olet proſtibulum. Si tota mellea, nauzeam parit. Si contractior, riget: ſi diffuſior, langueſcit. Si violentior, citò vaneſcit. Si elaboratior, materiam abſorbet: memoriam fatigat, Oratoris ſimul & Auditoris vires exhaurit. Sit igitur *ſermo* pulcher quidem, & ſuavis: [*de melle cæli melleus, & de lumine* DEI *luminoſus.*] Sit orationis character & genus dicendi, *fini* Concionis per omnia accommodatum. Orator Chriſtianus minùs ſit loquax, quàm ſapiens. Magis premat, quàm delectet. Singula, prout oportet loqui, ediſſerat. Stylum ſic temperet inter gravem & ſuavem, Aſiaticum inter & Laconicum; vt egregiâ mixturâ, ex ipſius naturæ & veritatis ore, cum gratâ quâdam, & negligenti diligentiâ ſuboriri videatur.

Cant. 4. Geneſ. 49. Auguſt. 9. Confeſſ. 1. Epheſ. 5.

POSTREMÒ totius operæ pretium ingens eſt, Artem Concionatoriam ab omni alio Eloquentiæ genere *diſcriminare.* Errant toto cælo qui mævij ſibi & ſuffeni, nolunt alios ſermones in Cathedrâ, quàm in privatis congreſſibus. Longè procul dubio diſtant familiare Colloquium, rudior Catecheſis, & publica è Suggeſtu Concio. Omni nimirum negotio ſuum tempus eſt, ſuus ſermo. Annon noſter ipſemet Antiſtes & φύλαρχος CHRISTVS, aliter agit domi, cum ſororum pari Martha & Magdalena? aliter foris cum Plebe, per parabolas? Aliter in thalamo & conclavi, cum domeſticis & diſcipulis? Quid magis ſupra vulgarem captum, quàm ad diviniſſimi Sacramenti Orationes quas facit aditiales & παρροχωάσας.

Diſcrepat ab omnibus alijs. Eccli. 3. Ioan. 6 & 17.

Ad eundem propemodum lapidem impingunt, qui in Librorum lucubratione concionantur. Offenditque nuper ad hunc lapidem gravi lapſu nonnemo, quia minùs advertit; ſtylum Voluminibus deberi, magis caſtigatum & emendatum: Concioni verò figuris, motibus, repetitionibuſque liberiùs exultantem.

Compoſitio differt a Concione.

Compendio dicam. Verbum DEI, CHRISTI ipſius vitæ æmulum, divinam exigit temperaturam ac modeſtiam. Sermo vt aqua quò purior, eò melior. Semper ambulare in magnis & in mirabilibus, theatrale eſt Vmbræ etiam picturas illuminant. Et Argus ille totus oculatus, monſtrum fuit. Eloquentiam Chriſtianam Reginam putà DEI filiam, CHRISTI ſponſam. Conveſtienda nimirum eſt ex gradu, & dignitate; ita-vt nec ſordeſcat, nec laſciviat & luxuriet.

Pſ. 130.

REM igitur confecerit, & SACRÆ numeros ELOQVENTIÆ omnes impleverit; cui inter concionandum Inventio ſubtilis, diſtributio prudens: propoſitio clara, explicatio liquida, probatio firma; applicatio vtilis, concluſio victrix ac triumphans. Inde *Concionum* idea ſit ſanè exquiſita, ſtructura arte & judicio pollens: ſtylus gravis & ſuavis, tam ſine fuco quàm citra ſordes & indecora; totum dicendi genus virile & maſculum, non tumens, non exangue: vbiquè perſpicuum, vbiquè erudiens ad ſalutem. Verbo abſolvam Ambroſij; [*non affectata eſſe debet elegantia, ſed nec omiſſa.*]

Recapitulantur omnia Concionis ornamenta. Concio qualis. 1. Offic. 22.

Vt in ejuſmodi evadas Chriſtianum Oratorem, *ſtylum* fateor cum Cicerone optimum dicendi artificem & magiſtrum. Tyrocinium itaque commendabit, non inficior, ſi Conciones integras *calamo* ſubigis, & memoriæ imprimis Iam autem formatus & dicendi peritus artifex, verbum DEI nec chartæ, nec memoriæ illigare nimis allabores. Præcipua capita ſatis eſto & ſcripſiſſe & didiciſſe, reliqua Latinè adnotaſſe. Iuverit tamen priùs recitata, poſtmodùm accurato

Quatenus juvat Compoſitio.

RHETORICA Ruralis, & Myſtica.

ſtylo expolire. Libertatem quoque loquendi & Ethicam augent, cum habitæ *rurı* Conciones, tum maximè *Myſtica Theologia*; quà libros Aſceticos ſtudioſè lectitando & meditando, quà frequentibus inter Pios parænefibus ſeſe exercendo.

Synopſis Chriſtianæ Eloquentiæ. Finis. Orator. Materia. Forma. Stylus. Figuræ. Memoria. Spatium horæ. Pronunciatio.

DEDI, opinor, hactenus PROSPECTVM aliqualem Chriſtianæ Eloquentiæ. *Scopus* illi DEI gloria, CHRISTI honos: Eccleſiæ amplitudo, ſalus Animarum. *Orator* eſt ipſemet Concionator vocatus à DEO, & miſſus per Eccleſiæ autoritatem: naturâ non ineptus, ſtudio elaboratus, gratiæ & omni virtutum paratutâ excultus. Concionis *materia* veritas omnis, præſertim revelata; vt Plebs ſciat, faciatque quidquid ſalutis ſuæ intereſt. Debet ea Scripturæ initi, Concilijs definiri, Patrum autoritate muniri, argumentis per cunctas Diſciplinas roborari: oppoſitis ſententijs, ſelectiſque exemplis exornari. *Formam* inducit partitio apta & decora, ab vnitate tum generatim tum ſpeciatim diviſa. Illam nimitum vniverſam raro & decenti artificio, in congruum corpus effotmatam, incruſtat, colorat & illuminat *ſtylus* planus, ſolidus: virilis, maſculus, limpidus, ſuavis; vno verbo, nec affectatus, nec coactus. Totam demum figuræ, & motus *animant* Concionem; quam hujuſmodi numeris omnibus abſolutam, creditamque *memoriæ*, quatenus juvat, perquàm rarò vltra brevioris *horæ vnius* ſpatium recitabit *Pronunciatio* otis & geſtûs exacta, decora, præclara, virilis, divina; tam rebus ipſis, quàm & Concionatoris & Auditorum Perſonis accommoda.

Concluſio triplicis Rhetoricæ.

Proprio igitur officio RHETORICA Vulgaris Generalis Eloquentiæ ornamenta parat, velut in *Atrio*. Lullij Ars Magna & Parua *Templum* ingreſſa, Materiam ſuppeditat. Vtramque decenti forma abſolvit tertia hæc METHODVS magis vna, magiſque ſimplex & efficax; in cujus SANCTVARIO colitur ELOQVENTIA omnis, Chriſtiana præſertim & Concionatoria.

Commiſſura & nexus. *Stoici Dialecticam & Logicam diſtingunt apud Tolet. Introduction. l. 1. c. 1. Diogen. Laert. in Zenone.*

PORRÒ ſicut Hominum Ingenij proprium eſt cogitare, ita corpori ſermocinari. Inde ſermonem, loquendi modum, verſant Grammatica cum congruitate, Poëſis & Rhetorica cum ornatu: Dialectica verò & Logica cum argumentatione, ad exactiorem veritatis Indaginem. Sed Dialectica longiori ſpatio, Logica anguſtioti. Ideoque hæc pugno ſimilis eſt, iſta manui expanſæ; quare & præmittenda modò eſt.

DIA:

DIALECTICA.

TITVLVS I.
Diſciplinæ Dianoëticæ.

HVMANI ingenij perinde ac ſermonis proprius character eſt ratiocinatio, ſeu ſyllogiſmus. Exactus ad vſque demonſtrationem, Logicæ opus propriè eſt. [Dialectica verò (quæ, ſicut Rhetorica & Medicina, nonniſi ars conjecturalis eſt) efficitur, ſi materia non pluſquàm problematica eſt : mediaque, quibus vtitur, remanent probabilia. Id-eſt quæ videantur omnibus, vel multis, vel ſapientibus, vel ſapientiſſimo. Nam etſi loquendum vt plures, ſapiendum tamen ſemper cum doctis. Vtriuſque ratiocinij *Inventorem* ita ſe prædicat Ariſtoteles, vt ante eum dialecticæ tractationis nihil prorſus extaret ; cum in alijs artibus ac diſciplinis, maximè in Rhetoricis & Politicis, eſſent jam principia, præceptaque quàm plurima. Quia porro principium prima & maxima pars totius eſt, illud invenire profectò laborioſum, adaugere deinceps non ita difficile. Inde adeò qui principia invenere, parum admodum progreſſi ſunt : ſequentium autem experientiæ & obſervationes, multitudinem præceptorum pepererunt. Ante igitur Ariſtotelem Sophiſtæ celeriter quidem docebant, non artem, ſed ea quæ ab arte efficiuntur. Primus autem Stagyrites artificium ſyllogiſticum invênit; ſoluſque ſuis omnibus numeris longo cùm tempore, tum labore abſolvit.

Ἀπόδειξις ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων, &c. Διαλεκτικὸς ὁ ἐξ ἐνδόξων συλλογιζόμενος. 1. Topic. 1.
Dialecticæ inventor Ariſtoteles.
Μέγιστον ἀρχὴ παντός, διὸ καὶ χαλεπώτατον. L. 2. Topic. & ultima.

EVM in finem conſcripti ab eo TOPICORVM LIBRI OCTO. In quorum volumen contrahit, colligitque quæcumque artem ſyllogiſmi, ſeu methodum ratiocinandi poſſunt adjuvare. [Via nimirum & ratio eſt, per quam de omni re propoſita probabili argumentatione diſſeri poteſt. Et ſi quod problema inter diſputandum deffendere incumbit, nihil repugnans & abſurdum diſſertationi inferri permittitur. Ita vt vtilis Dialectica, ſit ad exercitationem deſſerendi in vtramque partem : ad ſermones, ſive congreſſus familiares, & ad Philoſophicas ſcientias. Vbi juvat inſuper obſervare cum illo ipſo Ariſtotele Problema vtramque partem interrogare, vt animal eſt-ne genus hominis, an non? Propoſitionem verò vnâ abſolvi interrogatione, vt nonne animal eſt genus hominis? Iterum Problema dialecticum eſſe triplex, morale, theoreticum, logicum. Tandem theſes omnes nequaquam revocandas eſſe in quæſtiones, vt an oporteat nec-ne Deos colere, & Parentes diligere? Quiſquis enim de re ejuſmodi dubitat, pœnâ dignus eſt; quemadmodum dubitans an nix alba ſit, ſenſu & viſu egere diceretur.]

Topicorum Libri VIII.

Diſcrimen Problematis, & Propoſitionis.

Statuit itaque primo Philoſophus, quid ſit dialectica ratiocinatio : tum deinde quotuplex, quotque ſint ejus genera ſecundùm materiam & formam. Poſtremò tandem quibus vijs promoveatur. Hoc eſt è quot & è quibus locis, argumenta opinionis & ſcientiæ eruantur ; ad hoc vt Dialecticus, ſeu interroget ſeu reſpondeat, cuilibet problemati agitando idoneus evadat. Quo certè loco juvat repetere *tres*, Diſciplinas, verſari circa eandem materiam. Rhetorica dicit ornatè, Logica concludit demonſtrativè : diſſerit probabiliter & ex conjecturis, Dialectica. Nempe juxta propriam apud Græcos nomenclaturam, rimatur Diſciplina hæc traditque vias diſſerendi ; vt pote veri, falſique prima exploratrix. In ea more ſolito,

LEGES

Tractatus 12.

TRACTANTVR IX. { Definitio, Objectum: Nomen, Verbum, Oratio; Propoſitionum Natura, Oppoſitio, Æquipollentia, Converſio.

Διαλέγεσθαι, diſſerere; id eſt, definire, dividere, argumentari, diſponere.

Dialecticæ definitio, & officium.

IGITVR ab ipſa definitione ſumentes dicendi initium, DIALECTICA apud me gradu vno Logicâ inferior, quia latior, ſcientia eſt imminuta. Immò, propriè loqui ſi velimus, Dialectica ars eſt; ſubtili fabricâ & laxiori partim excogitans, partim ad veritatis amuſſim exigens ac dirigens partes omnes ſeu terminos quibus Oratio omnis & Diſcurſus coagmentatur. Tota proinde Diſciplinæ hujus occupatio, *Sermo* eſt; quatenus non congruitati, quod Grammatica: non ornatu quod Rhetorica, ſed argumentationi deſervit.

Tres Hominis operationes.

Nam ſicut *operationes* Hominis in externam tranſeuntes materiam, dirigunt Artes mechanicæ, vt Pictura, Architectura, Statuaria: exteriores, ſed nobis adhærentes, artes ſermocinales, puta Grammatica, & Rhetorica; ita interiores & immanentes, Dialectica & Logica. Primæ manuum actionem regulanr, ſecundæ oris ſermonem, tertiæ cogitationes intellectûs. Vnde Mechanicus circa res omnes verſatur, illas efficiendo: Grammaticus de illis congruè loquendo, Rhetoricus ornatè dicendo. Dialecticus vias aperiendo, quibus rectè cognoſcantur, tum ſequelâ naturali vero ſermone exprimantur.

Artes Communes

Objectum Dialectices, ſermo eſt.

Quam ob cauſam hæ Artes *Communes* appellitantur. Inde liquet Dialectices OBIECTVM eſſe ſermonem, cognoſcendæ veritati idoneum. Sermo autem generatim definitur ſignum partim naturale, partim adinventum; quo animi ſenſa Homo ſibi imprimit, alijs exprimit.

Sermo quid? Signum definitur.

SIGNVM verò res aliqua eſt, quæ præter ſpeciem quam primò ingerit; ex ſe deinceps animum traducit, ad rei alterius ſignificationem. Quapropter neceſſariò ſemper intercedit ſignum inter & ſignificatum mutua relatio, & ſigno cuilibet reſpondet notitia duplex. Prior ipſiuſmet ſigni, poſterior rei alterius per ſignum indigitatæ. Quæ etiam cauſa eſt cur nihil poſſit propriè ſignificare *ſemetipſum*, niſi alio & alio modo. Signum itaque ſic definitum, ſtatui debet

Duplex circa illud cognitio. Quatenus aliquid ſui ipſius ſignum eſt.

Multiplex eſt.

MVLTIPLEX {
Formale, & Inſtrumentale.
Naturale, Artificiale, & Mixtum.
Proprium, & Improprium.
Antecedens, Concomitans, Subſequens.
Prognoſticum, & Demonſtrativum.
Speculativum, & Practicum.
Significativum, & Inane.
Reale, & Vocale.

Formale.

FORMALE ſeipſo, abſque prævia alia ſui cognitione, aliquid repræſentat. Sic Actus mentis per ſe ſunt expreſſæ ſimilitudines rerum, quæ intelliguntur.

Inſtrumentale. Multiplex.

Inſtrumentale, quod propriè ſignum revera eſt, paulò ante finiebatur, imago præter ſui notitiam, aliquam aliam ingenerans. Iſtud porrò iterum cenſetur *varium*.

Naturale.

Signum enim comperitur naturale, vt fumus ſignum ignis eſt: veſtigium, pedis.

Arbitrarium.

1. *Reg.* 22.

4. *Reg.* 13.

Mixtum.

Artificiale ſabricatur ad libitum ex ſapientum meditatione, vſu, vel caſu; vt funiculus ille coccineus ad feneſtram Cauponariæ Iericuntinæ appenſus, de quo Ioſue ſecundo. Et in Baſilicis trina ſagittarum jaculatio, à Ionatha; vel iterata terræ percuſſio juſſu Elizæi. Mixtum conflatur

ex vtroque naturali, & arbitrario. Cujuſmodi Iris pluviæ pollicitatrix, ſimul & placati Numinis demonſtratrix. Proprium, v. g. vox iſta DEVS, vſurpatur juxta communem & paſſivam inſtitutionem; vt ſignificet primum, ac ſupremum Numen. Improprium fit tranſlatione metaphoricâ, vt cùm Dij appellantur Angeli, Iudices, Homines Iuſti. Antecedens, vt flos præmonſtrat fructum. Concomitans, vt pulſus morbum indicat. Subſequens, vt cadaver animam à corpore ſeparatam. Prognoſticum vt Aſtra, in Geneſi, facies cæli: & in Evangelio, tot calamitates vltimi iræ diei prænunciæ. Demonſtrativum, vt Epigraphe in tumulo, Infans in præſepio Bethléemico. Speculativum, vt mulier illa ſole amicta in Apocalypſi. Practicum, vt ſanguis in limine januarum Iſraëlitarum, Tau in frontibus ſignatorum: ſeptem Eccleſiæ Sacramenta, quæ latentis gratiæ ſigna ſunt, ſi nil obſtat, collativa. Significativum, vt Homo, Petrus, Species, Individuum. Inane & nil ſignificans, vt Rabac, Blictri, Τραγέλαφος, ſeu Hircocervus, & ſimilia. *Reale*, vt ſonus campanæ ſignum eſt ad Claſſem, ad Miſſam, ad Concionem.

DIALECTICÆ. *Geneſ. 9.* Proprium. Improprium. Antecedens. Concomitans. Subſequens. Prognoſticum. *In ſigna, & tempor.* *Gen. ſ. 1.* *Erunt ſigna in ſole, &c.* *Luc. 21* Demonſtrativum *Hoc er. vob. ſign.* *Luc. 2* Speculativum. *Apoc. 12* Practicum. *Exod 12.* *Ezech. 9.* Significativum. Reale.

In re autem præſenti ſignum de quo agimus, *vox eſt* ſeu ſermo aut dictio. Non ea quidem materialiter, & φυσικῶς conſiderata: ſed λογικῶς, quatenus voces rebus ſignificandis ſunt inſtitutæ. Vnde vanæ illæ, vacuæ, & ſteriles, quæ nil ſignificant, Dialecticæ ſpeculationis minimè ſunt.

PORRO vox ſeu SERMO ſic formaliter ſumptus, præcipuè ſtatuitur

Vocal. de quo hic agitur.

TRIPLEX { *Mente cogitatus,*
Voce prolatus,
Scripto exaratus.

Sermo triplex.

COGITATIONE enim quiſque loquitur ſecum, linguâ alijs, putà ſi ſint præſentes: manu verò abſentibus, quos ſejungit aut locus aut tempus. Ideo namque ſermonis eſt inſtituta ſocietas, vt præſto fiant invicem mutuæ ejuſmodi ſocietatis indicia. Ita vt ſermo prolatus, Mentis rivus ſit & Angelus Intellectus, ſignum videlicet cogitationis: ſcripta dictorum Notæ ſint, & χαρακτῆρες. Tria potiùs dixeris *vnius* ſermonis genera, quibus etiam origo triplex. Quæ enim voces rebus ipſis velut adnaſcuntur, juris ſunt Naturalis, variaſque in Εγκυκλοπαιδεία claſſes ſortiuntur. Quæ vocabula rebus congruè denominandis & exprimendis cudit Hominum induſtria, ſunt Grammaticæ ſupellex. Qui termini vniverſales iuvant ratiocinationem, Dialecticæ fabrica eſt.

1. Mentalis. Vocalis. Manualis. Cur locutio inter Homines. Vocum triplex conſideratio.

ILLIS omnibus enucleandis deſtinavit Ariſtoteles, fœcundus ille σπερματολόγος, vnum, alijs geminum, Περὶ Ἑρμηνείας ſeu de Interpretatione Librum. Vbi explicatur in modum Iſagoges ſeu Introductionis, quid ſint Termini, & natæ ex illis variæ Propoſitiones.

Libri de Interpret.

TITVLVS II

Quid Termini Simplices, quid Propoſitio, & Oratio.

TERMINORVM explicatio.

Quid propriè Vox?

Quid Nomen? [illegible]

Quid Terminis Mentalis. Vltimus. Non-Vltimus Directus. Reflexus.

TERMINI, ſicut puncta in Lineis, extremæ ſunt voces & ſimpliciſſimæ; è quibus primùm conflantur tum Oratio, tum Propoſitio. In quæ tandem reſolvuntur, à quibus incipiunt, in quæ deſinunt. Quod ſi phyſicè, loqueremur: Vox ſignificaret ſonum illum Naturalem, ex aëris colliſione. Si λογικῶς ſuperaddit ſignificationem hujus aut illius rei, ex Hominum libitu & inſtituto. Cogitatio namque apud omnes eadem, voces & grammata nequaquam niſi inchoativè & admodùm imperfectè. *Terminus* tandem propoſitionis eſt extremum, limes & meta; quod ſubjectum vocant, & prædicatum. Vt prædicatum terminus ſit, qui de alio dicitur: ſubjectum verò, terminus de quo aliud dicitur. Quanquam tria hæc paſſim indiſcriminatim vſurpantur. Ideoque ſicut vox & propoſitio, *ſic terminus* triplex, vt ſuprà, conſtitui debet; Mentalis, Vocalis, & Scriptus. Ac *Mentalis* quidem rurſum multiplex eſt. Vltimus dicitur, & eſt conceptus rei ipſius ſignificatæ, in quo ſiſtit Intellectus Sapientum. Non vltimus, eſt notitia vocis ipſius ſignificatæ, vltra quam tendit animi inquiſitio. Directus, notitia ipſa eſt de re, vel voce. Reflexus, cognitio eſt præcedentis cognitionis in eodem intellectu; vt cùm cognoſco me cognouiſſe DEI ſapientiam, Templi ſtructuram.

Terminus Vocalis. Significativus. Non Significativus. Categorematicus. Syncategorematicus. Mixtus.

Terminus *Vocalis*, de quo præcipuè agitur hoc loco, vox eſt ex inſtituto ſignificativa & pars orationis. *Multiplex* quoque recenſetur. Si enim in ſeipſis conſiderantur, eſt Terminus ſignificativus, ad rem aliquam deſignandam impoſitus; vt DEVS, Rex, Homo. Non-ſignificativus vacuum & inane, nil exprimit, vt daca, blittri, &c. Categorematicus, per ſe ſolum ſignificat; vt DEVS, Rex, Homo. Syncategorematicus ſeu conſignificativus, nihil præciſè ſignificat niſi alteri coojungatur; vt omnis, nullus, vterque, &c. Prior ſignificat aliquid, poſterior aliqualiter; quoniam ſubjectum, aut prædicatum modificat. Mixtus vtrumque includit; vt oemo, id eſt nullus homo: doctè, ſapientet.

Incomplexus. Complexus. Tranſcendens. Non-Tranſcendens. Communis. Collectivus. Singularis. Conjunctus. Determinativus Demonſtrativus Suppoſitivus Vagus. Abſtractu.

Categorematicus iterum eſt Incomplexus, cujus nulla pars ſeparata ſignificat; vt DEVS, Rex, Homo. Iſque eſt vnivocus, æquivocus, analogus; de quibus non ita multò pòſt. Complexus, contrà, vt Homo albus, Homo doctus, Homo Sanctus. Vniverſalis, vt animal, vivens, ens. Ideo debet eſſe aliquod totum, habere partes ſignificativas, & quidem per ſe, nec tamen ſingulæ eandem rem ſignificent. Et is iterum Tranſcendens, qui in omoi re invenitur; vt ens, vnum̃, verum, bonum. Vel Non-Tranſcendens, qui ad aliqua coarctatur, vt Animal, humo, riſibilis, &c. Communis, qui & Vniverſalis, à multis diviſim ac ſeorſim participatur, & multa diviſim ſignificat; vt Animal, Leo, Homo, Rex. Collectivus, multitudinem ſignificat, ſed vnitam; vt reſpublica, civitas, familia. Particularis ſpeciem contrahit, vt quidam Leo, quædam arbor, quædam herba. Singularis vni rei ſeu individuo, eodem ſignificatu vnivoco addicitur; vt Petrus, Paulus: aut pluribus conjunctis in modum vnius determinati, vt vrbs, Lutetia, Roma, Venetia. Eſtque iterum quadruplex. Determinativus, vt Luduvicus XIV. Demonſtrativus, vt hic Imperator. Suppoſitivus, qui ex ſe plura: ex condicto & ſuppoſitione vnum quid deſignat; vt Apoſtolus, ſignificat Paulum. *Vagus*, vnum iodicat: ſed nequaquam determinat ſit-ne hic, vel ille; vt quidam Homo, Rex aliquis. Abſtractus, ſignificat rem ab omni ſubjecto ſeparatam;

DIALECTICÆ.

vt humanitas, autoritas, ſanctitudo. Concretus, formam ſubjecto illigat; vt homo, autor, ſanctus. Abſolutus, qui Grammaticis ſubſtantivus; vt DEVS, Rex, Homo. Connotativus, qui & adjectivus; vel intrinſecè, vt potens, ſapiens, eruditus. Vel extrinſecè, vt albus, veſtitus. *Infinitus*, negatione afficitur; vt non homo. Finitus illâ caret, vt Homo. Terminus primæ Intentionis, exprimit primam, realem & nativam rei ſignificationem, quam per ſe ſortitur; vt DEVS, Rex, Homo. Terminus ſecundæ Intentionis, denotat ea quæ noſtri cogitatio Intellectûs, rebus affingit; vt eſſe genus, objectum, prædicatum.

Concretus. Abſolutus Connotativus. Infinitus Finitus. Primæ Intentionis Secundæ.

IAM ſi Termini illi omnes inter ſe *comparentur*, aliter quoque & aliter ſe habent. *Impertinentes* vocantur, quando vnum non in fert aliud, nec illi repugnat; vt Rex, & albedo. Pertinentes ſecus, quorum vnum infert alterum; vt homo, & riſibile. Repugnantes, quorum alter alteri repugnat; vt album & nigrum, homo & pſitacus. Si idem infert & infertur, dicuntur Termini Convertibiles; vt animal & ſenſibile, rationale & riſibile. Si vnus alium infert, nec ab alio viciſſim infertur, dicuntur non Convertibiles; vt Homo & Animal, Creatura & Creator. Si quæ reperitur inter eos repugnantia, quæ non ſit mera oppoſitio, vocantur Termini *Diſparati*; vt rationale, & irrationale. Propriè verò *opponuntur* vel Contraria, quæ ſub eodem genere diſtant: & viciſſim poſſunt ineſſe eidem ſubjecto, à quo pellunt ſe invicem; niſi alterum eorum inſit à natura, vt calor & frigus. Vel Privativa, in ſubjecto apto; vt vita & mors, lux & tenebræ. Vel Relativa; vt Pater, & filius, Præceptor & diſcipulus. Vel Contradictoria, ſeu infinita; quæ oppoſitionum maxima, prorſus negat quod affirmatur; vt DEVS, non DEVS: eſt, non eſt.

Comparati inter ſe. Impertinentes. Pertinentes. Repugnantes. Convertibiles. Non-Convertibiles Diſparati. Contrarij. Privativi. Relativi. Contradictorij.

TERMINORVM EIVSMODI Affectiones.

TITVLVS III. *Terminorum Proprietates variæ.*

COGNITA ex antedictis Terminorum tum naturâ, tum numero; occurrunt ſtatim, illorum

PROPRIETATES VI. { *Suppoſitio, Ampliatio, Reſtrictio: Alienatio, Diminutio, Appellatio.*

SVPPOSITIO, acceptio eſt Termini vnius pro alio. Cum enim res ipſas inferre non poſſimus in colloquia, earum vice nominibus vtimur veluti ſignis; haud ſecus quàm inter computandum calculus ponitur loco talis ſummæ auri, argenti-ve. Ea autem ſuppoſitio *duplex* cenſetur. Formalis, vocibus vtitur loco rerum ſignificatarum. Vt in hac propoſitione homo eſt animal, vox illa *homo* loco rei conſtituitur. Tunc ſiquidem Homo materialiter ſumitur, non vt exercet officium ſigni formalis. Materialis, quando voces vſurpantur non pro re ſignificata, ſed pro ſeipſis; vt Homo eſt nomen, derivatum ab humo, tertiæ declinationis. Tunc enim voces, ſunt propriè voces. Tunc ſiquidem Homo materialiter ſumitur, non pro-vt exercet officium ſigni formalis. Iterùm Suppoſitio Materialis eſt Intrinſeca, vt Leo eſt vox. Extrinſeca, vt Leo eſt nomen. Formalis quoque accipitur ſuppoſitio Propria, tantùm pro re quam ſignificat; vt Homo, pro Naturâ-Humanâ. Impropria fit per tranſlationem, vt iſte Concionator eſt Paulus. Simplex vſurpatur pro ſuo tantùm primario & immediato ſignificato, vt Homo eſt ſpecies. Realis & perſonalis pro ſuo mediato ſignificato, vt Homo loquitur. Hæc autem duplex. Accidentalis, vt Clericus miſſam operatur; ſupponit enim Clericum non eſſe Laicum, & miſſam operantem eſſe Sacerdotem. Suppoſitio Natura-

1. Suppoſitio multiplex. Materialis. Formalis. Propria. Realis, & Perſonalis. Accidentalis. Naturalis.

Digitized by Google

LEGES

lis fit in materia neceſſaria, abſtrahitque ab omni tempore; vt Homo eſt riſibilis.

Communis Diſtributiva. Copulativa. Determinata. Confuſa. Diſtributiva Completa. Incompleta.

Suppoſitio Communis *quadruplex* eſt. Diſtributiva, quando terminus accipitur pro omnibus ſuis ſignificatis tam collectivè, quàm ſeorſim; vt Homo eſt rationalis. Copulativa terminum accipit ſolùm pro collectione, non pro ſingulis; vt quattuor ſunt Evangeliſtæ. Determinata ſecus, ſignificat disjunctivè; vt aliquis Homo eſt albus, doctus, ſanctus. Confuſa, quoties accipitur terminus promiſcuè pro omnibus ſignificatis vnitim ſimul & conjunctim; v.g. oculus requiritur ad videndum, ſcilicet hic aut ille. Diſtributiva completa, terminum accipit pro ſingulis generum; vt Homo eſt vivens, ſinguli quippe Homines vivunt. Incompleta, ſpeciem appellat, non individuum; vt DEVS ſalvat omnes Homines, id-eſt aliquot ex omni ſexu, ætate, & conditione.

Syncategorematici variant ſuppoſitionem vniverſalem.

Hanc autem Suppoſitionem *variant* non parum Termini ſyncategorematici, dum admiſcentur; tripliciterque differunt. Sicut enim ex illis terminis alij ſunt vniverſales, alij particulares, alij mixti: ita Suppoſitiones quædam ſunt vniverſales, vt omnis, nullus: quædam particulares aliquis, quidam: quædam mixtæ, vterque, neuter. Quæ ſummè debent obſervari in omni ratiocinio.

Reſolutio.

Porro vt manifeſta fiat vis ſuppoſitionis, vocatur in ſubſidium RESOLVTIO; quam aſcenſum, & deſcenſum nuncupant. Aſcenſus progreſſio eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis, ad aliquod vniverſale; vt Petrus habet duos oculos, Paulus duos oculos, ergo Homo habet duos oculos. Deſcenſus contrà, ab vniverſali progreditur ad ſingularia; vt omnis Homo habet duos oculos, ergo Petrus, Paulus, &c. Aſcenſus vtilis eſt, præſertim ad veritatem vniverſalis alicujus propoſitionis probandam: deſcenſus ad oſtendendam falſitatem, quæ evenit vel ex vnius ſingularis defectu. *Vterque quadruplex* eſt. Copulativi character eſt, &, atque. Disjunctivi vel, aut, &c. Copulati, cùm omnia ſingularia ſimul ſub copula conjunctiva reſpectu vnius prædicati ſumuntur; vt omnes Evangeliſtæ ſunt quattuor. Disjuncti, cùm omnia ſingularia ſub disjunctione ſumuntur; vt Natalitia CHRISTI refert Evangeliſta, nempe Matthæus, vel Lucas, vel Ioannes. Completa ſolutio petit veritatem omnium inferiorum, nullo excepto, & dicitur de ſingulis generum; vt omnis Homo conſtat animâ, & corpore. Incompletæ veritas etiam in vno ſubſiſtit; vt prædicate Evangelium omni creaturæ, id-eſt Homini. Et hæc dicitur de genere ſingulorum.

Singula generum. Genera ſingulorum

II. Ampliatio. Secundùm tempus. Secundùm ſubjecta. *Apoc.* 14. Triplex eſt.

AMPLIATIO, eſt termini Extenſio à minori ad majorem ſuppoſitionem. *Fit*que vel ſecundùm differentias temporis præteriti, præſentis, futuri: poſſibilis, imaginarij. Si v.g. diceres, Sardanapalus expetit omnes voluptates. Vel ad plura quoque ſubjecta fit extenſio. V.g. ſuppoſitio hæc, [beati qui in Domino moriuntur] intelligitur tùm de quolibet tempore, tùm de omnibus juſtis; ſcilicet qui in Domino mortui ſunt, moriuntur, morientur. Eſt autem *Triplex* Ampliatio. Prima temporum, quæ in eſt ſingularibus. Secunda temporum & ſuppoſitorum, quæ ineſt communibus. Tertia temporum & formarum, quæ convenit terminis connotativis.

III. Reſtrictio fit. Implicatione copulæ. Interjectione ſubſtantivi, vel adjectivi. Casûs obliqui.

Ex adverſo Ampliationis ſtat RESTRICTIO, coarctans terminos à majori ad minorem ſuppoſitionem. *Fit*que implicatione copulæ, vt omnis Homo qui eſt beatus, perfectè diligit DEVM; id-eſt, ſoli beati perfectè DEVM diligunt. Vel additione ſubſtantivi interjecti, vt animal homo ratiocinatur. Vel adjectivo appoſito ad idem extremum, vt Homo dialecticus ratiocinatur. Vel additione casûs obliqui, vt Epiſtolæ D. Pauli præſtant alijs omnibus.

Alienatio. Metaphoræ. *Ioan.* 8.

ALIENATIO, tranſlatio eſt termini à propria ſignificatione ad impropriam. Hoc nempe modo cuduntur *Metaphoræ* omnes; vt Ego ſum vitis, & pater meus Agricola eſt.

Diminutio. Fallaciæ. Remotio.

DIMINVTIO, partem detrahit ſuppoſitionis. Atque hinc naſcitur *fallacia* ſecundum quid; vt David rufus erat, ſecundùm cæſariem. Si tota ſignificatio tollitur, fit *Remotio*; vt Homo irrationalis eſt brutum.

Appellatio.

APPELLATIO, eſt applicatio ſignificati formalis vnius termini, ad ſignificatum ſive materiale ſive formale alterius; vt Paulus Apoſtolus eſt magnus,

en Materialem appellarionem. Paulus eſt magnus Apoſtolus, en Formalem. Quæ & ſimilia ſicur plurimum habent ſubtiliraris, ſic & ſæpè inaniratis. Inter verò Terminos, præcipuæ conſiderationis ſunt quæ ſequunrur; *Nomen*, & *Verbum*.

DIALECTICÆ.

NOMINIS, ET VERBI explicatio.

TITVLVS IV. *Nomen*, & *Verbum*.

NOMEN ſtatuitur vox finita & recta, ex inſtituto ſignificariva ſine tempore, cujus nulla pars ſeorſim ſignificat. Ijs videlicet conditionibus à definirione nominis excluduntur orario, negantes voces vt non homo: caſus obliqui, quæ ad nomina reducunrur. Diſtinguunturque *tria* hæc, ſignificare rempus in genere; vt heri, hodie, hora, dies, annus. Connorare rempus vel importare, quo ſignificatur aliquid quod tempore dererminaro fit; vt cœna, prandium, decubirus. Er ſignificare cum tempore, quando denorarur actio aut paſſio pro-vt fit in tali tempore; vt concionarur, rriumphat. Primum & ſecundum Nomini conveniunt, tertium non-niſi Verbo & Participio. Ea igitur nomina præcipuè

Nominis definitio.
Φωνὴ σημαντικὴ κατὰ συνθήκην, &c. Interpretat. c. 2.
Tria ſignificata.

DISTINGVNTVR { *Vnivoca, Æquivoca, Analoga: Synonima, Heteronyma, Denominativa.*

Nomen ſextuplex.

VNIVOCA idem nomen, eundemque habenr ſignificatum eſſentialem; vr Homo, Lapis, Leo, quamdiu videlicet ſiſtunt in ſuo naturali ſignificatu. Æquivoca, conveniunr ſolùm nomine renus, differunt in definirione & ſecundùm ſignificationem; vt DEVS verus, Dij Gentium, Dij Iudices, Dij Angeli, & Viri probi. Analoga ea ſunr quorum nomen commune, nominis ſignificarus & rario partim eadem, partim diverſa; vt Flos in DEO, in Cælo, in praro. Sanitas in Medico, in Medicinâ, & in homine ſanaro.

Vnivoca.
Æquivoca.
Analoga.

Fit aurem Analogia ſecundum attributionem, vel proportionem. Attributio eſt quando vnum aliquid ira præcipuum ſignificatum poſſider, vt reliqua ad illud referantur. Et illud eſt analogum principale, ſeu famoſius. Eo nimirum ſenſu, parer de DEO dicitur principalirer; quia ab illo omnis paternitas in cælo, & in rerra nominatur. Cætera Analoga vocantur ſecundaria, & minùs principalia. *Proportio* congruentiam quandam, & comparationem importar. Ea lege proporrionis, verrex dicitur de ſuprema parre montis, capitis, &c. Vbi *duo* præ ceteris digna obſervatu. Alterum omnem terminum analogum, vel æquivocum poſſe fieri vnivocum, ſi ad vnum ſignificarum compareтur; vt Homo reſpectu rationalis, ſanum reſpectu animalis. Alterum omnes propemodum DISCIPLINAS, ELOQVENTIAM imprimis, vix aliud eniti quàm continuas comparationes.

Quot modis fit Analogia.
1. Secundùm attributionem.
Epheſ. 3.
2. Secundùm proportionem.
Duo notanda.

Synonyma ſeu Polyonyma, ſub diverſis nominibus eundem includunt ſignificatum; vt DEVS, Ens ſupremum, Creator, ſummus opifex. *Heteronyma*, nomine & rarione differunt; vt amor, amarus, amare. *Denominativa* nominis imitatione, ſolo caſu differunt; vt Theologus à Theologiâ, Religioſus à religando.

Synonyma.
Heteronyma.

VERBVM vox eſt finita & recta, ex inſtituro ſignificativa cum rempore, cujus nulla pars ſeparata ex ſe ſignificat: & eorum quæ de aliquo dicuntur, nota eſt; vt amat, loquitur. Eâ ejuſmodi definitione excluduntur, ſimilirer ac in nomine, orationes ex pluribus verbis: infinita, & indeterminata; vt curritur, oportet. Ideoque Verbum ſemper ſignificat aliquam *actionem*, Paſſionem-ve, ſcribo, vapulo, loquor. Et cùm fit in tempore illamque vnit cum ali-

Verbi definitio explicata.
Semper ſignificat actionem temporalem, perſonalem, & indicativam.

LEGES quo nomine ſubjecto ; vt ego ſcribo , Paulus concionatur. Ac tandem quatenus eſt temporis indicativi, ad quod cætera reducuntur. Nomen & Verbum, partes ſunt enunciationis ; illud velut materia, iſtud velut forma. Cætera minutiora tam de Nomine, quàm de Verbo , negotium eſt Grammaticum; vbi pro modulo à nobis peractum eſt. Ex vtroque autem conflatur *Oratio*.

TITVLVS V.

ORATIONIS NATVRA.

Oratio quid, & quotuplex? Enunciativa.

VOX ſcilicet ex inſtituto ſignificativa, cujus aliqua pars ſeparata & ſeorſim per ſe ſignificat. *Dividitur* in Enunciativam, & Non-Enunciativam. Illa, propoſitio eſt quæ ſemper aliquid affirmar, vel negat ; vt DEVS eſt ſupremus Dominus, Homo eſt animal. Iſta nec affirmat , nec negat. Seu imperfecta ſit oratio , defectu verbi ; vt Homo doctus: ſeu efferatur per modum imperativi, optativi, aut conjunctivi. Tunc namque licet animus Auditoris quieſcat in ſenſu perfecto, propriè tamen nec veritatem enunciant nec falſitatem. Vt perge porro , vtinam veniret amicus! Cum poſſit DEVS mille Mundos fabricare.

Eſt propoſitio. Perfecta, & Imperfecta.

Verum, & falſum.

Igitur propoſitio oratio eſt, quâ *verum* vel *falſum* enunciatur. Quemadmodum enim bonum ſe habet ad voluntatem, ſic verum ad intellectum. Idque dupliciter. Vel vt menſura cognitionis, vel vt à cognitione menſuratum. Hoc poſteriori modo, Mens divina veritatis in rebus canon eſt & norma. Priori, ipſa rerum veritas creatæ cognitionis amuſſis & regula.

Veritas rerum, & cognitionis.

INDE diviſione genuinâ diſtinguitur *veritas* rerum , & cognitionis. Prima velut materialis, in re omni reperitur,agitque de ea Metaphyſicus. Altera complexa ſeu formalis, definitur conformitas & congruentia inter Intellectum cognoſcentem & rem cognitam. Tunc etenim verè intelligimus, cùm rem ſicuti eſt percipimus. Adeo vt relatio veritatis fundetur in menſura, ſeu in adæquatione Intellectûs & objecti. Vnde & in tribus mentis operationibus ineſt aliqua veritas, dum res repræſentatur quomodo eſt. Nempe ſimplex & materialis in prima apprehenſione, complexa & formalis in ſecunda , ſcientifica per demonſtrationem in tertia.

Enimverò fatentur omnes , *certiſſimam* eſſe veritatem in propoſitionibus de præterito & de præſenti : immo & de *Futuro contingenti*, etiam hypothetico. Rarúſque eſt qui modò dubitet, quidquid ſenſerint illi Verbi ſeminatores ; qui vt Homines facerent liberos, fecêre ſacrilegos. Omnis itaque Propoſitio ſeu Enunciatio eſt *determinatè* aut vera, aut falſa. Si enim veritas aut falſitas ejuſmodi propoſitionis petitur à naturâ rei , cùm res jam vtriquè determinata ſit ad eſſe extra cauſas, aut non ſit ; ſi aſſerat, vera erit: ſi neget, falſa ex hypotheſi. Nam in altera parte contradictionis, eſt conformitas , in altera difformitas ; alioquin nulla eſſet inter eas contradictio. Et certè alteram ex duabus futuram , vel non futuram vtiquè ſcit DEVS , ſæpèque per ſuos Prophetas revelavit. Nec tamen determinatio jam dicta, tollit *Libertatem*. Cognitio etenim futurorum, vtpote non plus quàm ſpeculativa , cauſa non eſt vt res ſit. Sed ſuppoſito quod ſit, cognoſcitur, nihil vltrà. Alioquin DEVS omnia cognoſcens, eſſet cauſa mali, quod eſt blaſphemum.

Propoſitio omnis, etiam contingens, vera eſt aut falſa.

Πᾶσαν κατάφασιν ἢ ἀπόφασιν, ἀληθῆ, ἢ ψευδῆ, &c. c.9.

Non tollitur libertas.

Futurorum cognitio.

Porrò *diſcrimen* germanum inter propoſitiones neceſſarias, & contingentes eſt ; quod illæ ſignificent connexionem extremorum abſolutè indiſſolubilem, hæ diſſolubilem. Quare & veræ eſſe poſſunt, & falſæ. Cujus rei gratiâ notanda eſt *duplex Neceſſitas* ; Conſequentis ,& Conſequentiæ. Neceſſitas conſequentis obtingit in rebus neceſſarijs , quando res aliter non poteſt evenire. Neceſſitas conſequentiæ & ex hypotheſi, evenit ſolùm infallibiliter ; quod non tollit abſolutam contingentiam , quando hypotheſis eſt contingens ; velut damnari Eum, qui in peccato mortali commoritur. Quidni enim , ſi velit reſipiſcere ,

Diſcrimen inter propoſitiones neceſſarias , & contingentes.

Neceſſitas duplex Conſequentis, & Conſequentiæ.

ſalva-

ſalvabitur ? Verùm hæc extremo ſolùm calamo delibata, acuratiùs enucleat noſtræ Theologiæ Contextus.

Propoſitio dividitur Categorica.

Naturalis itaque *diviſio* Propoſitionis fit in Simplicem ſeu Categoricam, & Compoſitam ſeu Hypotheticam. Categorica illa conſtat ſubjecto & prædicato, veluti partibus præcipuis, & copulâ tanquam vnione; vt, DEVS eſt bonus. Porrò ſubjectum poteſt eſſe vel dictio vnica, vt DEVS eſt bonus: vel oratio vna, vt DEVS omnipotens filium generat. Vel etiam propoſitio integra; vt DEVS qui eſt ſapiens, regit mundum. Si copula locum habet prædicati, vt DEVS eſt, tunc propoſitio *dicitur* de ſecundo adjacente. Vbi prædicatum præter copulam ineſt, dicitur de tertio adjacente; vt, DEVS eſt juſtus. Enunciatio hypothetica conflatur ex pluribus ſimplicibus, principalibus, vel eorum locum habentibus; vt DEVS eſt adorandus, & CHRISTVS colendus.

De ſecundo adjacente.
De Tertio.

Forma propoſitionis.

DVM autem pergit intellectus ad reliquas Propoſitiones, in illis *diſtinguit* (quod facit vbiquè) formam & materiam, quantitatem & qualitatem. Forma, vnio eſt prædicati & ſubjecti ſecundùm affirmationem, vel negationem. Vnde Propoſitio cenſetur affirmativa, quando jungit prædicatum cum ſubjecto: tuncque reſpondet judicio intellectus, pro-vt appellatur compoſitio. Negativa verò prædicatum removet à ſubjecto, reſpondetque judicio pro-vt appellatur diviſio.

Materia triplex.

Propoſitionis *Materia*, eſt habitudo prædicati reſpectu ſubjecti. Et illa quidem *Triplex.* Naturalis, quando prædicatum eſt de intima natura, vel propria paſſio ſubjecti, Contingens, quando prædicatum eſt accidens commune reſpectu ſubjecti. Repugnans, quando prædicatum & ſubjectum ſimul eſſe nequeunt. Hinc nimirùm propoſitio neceſſaria fit in materiâ, quæ aliter ſe habere non poteſt: Contingens, in materiâ quæ aliter ſe habere poteſt. Impoſſibilis, in materiâ quæ ſic ſe habere nullatenus poteſt.

Neceſſaria
Contingens.
Impoſſibilis.

Quantitas propoſitionis.

Propoſitionis *Quantitas* illa eſt magnitudo, quâ propoſitio extenditur ad plura, aut reſtringitur ad pauciora. Vnde fit vniverſalis, cujus ſubjectum eſt terminus communis ſigno vniverſali affectus; vt nullus Homo eſt animal, omnis Homo eſt animal. Indefinita, ſubjectum habet terminum communem, ſed nullo ſigno affectum. Quod ſi fuerit in materiâ naturali & remota, æquivalet vniverſali; ſi verò in materia contingenti, æquivalet, particulari; quæ ſuo communi termino diſtinguitur, vt aliquis Homo eſt animal. Singularis, habet pro ſubjecto terminum ſingularem, ſive ſit determinativus, vt Paulus: ſive demonſtrativus, vt hic Paulus; ſive ex ſuppoſitione, vt Apoſtolus Gentium. Quamobrem vt *dignoſcatur* quantitas cujuſlibet propoſitionis, ſubjectum (quod inſtar materiæ eſt) attendi debet: non prædicatum, quod locum formæ obtinet.

Indefinita.
Particularis.
Singularis.

Qualitas propoſitionis.

QVALITAS Propoſitionis, paſſiones illius, veritatem nempe & falſitatem, indicat. Ad eam quoque pertinent Propoſitiones Modales, Excluſivæ, &c. de quibus infra.

Propoſitio compoſita, ſeu hypothetica.

Propoſitio *Compoſita* ſive hypothetica ea appellatur, quæ conſtat ex propoſitionibus ſeu partibus præcipuis, aliqua vnione conjunctis; vt Paulus concionatur, & Corinthij verbum DEI auſcultantur. Eſt & ea quoque *multiplex.* Copulativæ, indicia ſunt conjunctiones copulativæ, *&*, *ac*, *nec*, *neque*; vt DEVS eſt bonus, & Homo rationalis: neque homo eſt brutum, neque Pſittacus eſt rationalis. Disjunctivæ vel, aut, & conſimiles particulæ; Paulus vel ſcribit, vel loquitur. Conditionalis nota eſt particula *ſi*, aut æquivalens; vt ſi Paulus prædicat, loquitur: ſi ſcribit, movet manum. Atque ad hanc revocatur Propoſitio rationalis; vt Paulus prædicat, ergo loquitur. Cauſalis, vt Paulus loquitur quia prædicat. Et quotquot aliæ ſunt ejuſmodi.

Copulativa.
Disjunctiva.
Conditionalis.
Rationalis.
Cauſalis.

PROPOSITIONVM OPPOSITIO, Æquipollentia, Converſio.


TITVLVS VI *Propoſitionis Paſſio triplex.*

SCILICET ex comparatione vnius Propoſitionis ad aliam, reſultat paſſio illarum triplex.

Oppoſitio quid ſit?

Oppoſitio, de quâ hîc agitur, cùm neque rerum ſit neque ſimplicium terminorum, ſed propoſitionum; definitur ex Ariſtotele, repugnantia inter propoſitionem affirmativam & negativam, circa idem prædicatum & idem ſubjectum; ſecundùm eaſdem circunſtantias nominis, perſonæ, loci, temporis, termini integritatis, & ſimiles. Sic autem definita Oppoſitio præcipuè *quadruplex* eſt, ſequenti ſchemate delineata.

Quadruplex eſt?



SVPER quibus has *leges* ſanciunt Logutuleitatis magiſtri. Contradictoriæ propoſitiones vniverſales, & ſecundùm qualitatem & quantitatem repugnantes, in nullâ prorſus materia poſſunt eſſe ſimul aut veræ, aut falſæ; vt omnis Homo eſt animal aliquis homo non eſt animal. Contrariæ itidem vniverſales, & ſecundùm qualitatem, in nulla materia poſſunt eſſe ſimul veræ; vt nullus Homo eſt animal, omnis Homo eſt animal. In materia contingenti, poſſunt eſſe ſimul falſæ; vt omnis Homo eſt albus, nullus Homo eſt albus. Subcontrariæ Particulares, & ſola qualitate repugnantes, nunquam poſſunt eſſe ſimul falſæ; vt aliquis Homo eſt animal, aliquis Homo non eſt animal. In materia contingenti, poſſunt eſſe ſimul veræ; vt aliquis Homo eſt eloquens, aliquis Homo non eſt eloquens. Subalternæ ſola quantitate repugnantes, in materiâ neceſſaria ſimul ſunt aut veræ, aut falſæ; vt omnis Homo eſt animal, aliquis Homo eſt animal: nullus Homo eſt animal, aliquis Homo non eſt animal.

Leges variæ.

ÆQVIPOLLENTIA propoſitionum. Eſt eadem vis & ſenſus duarum propoſitionum. Fit autem per verba diverſis ſignis diſtincta, quorum alia alijs æquivalent; ſive præcedat v. g. negatio, vt in Contradictorijs, non aliquis Homo non eſt animal, æquivalet iſti, omnis Homo eſt animal. Sive poſtponatur in Contrarijs, vt omnis Homo non eſt doctus, æquivalet nullus Homo eſt doctus. Vt ſubalternæ *fiant* Æquivalentes, cuilibet illarum apponi debent duæ negationes: vna ante, altera poſt ſubjectum; vt nonnullus Homo non eſt albus, æquipollet iſti, aliquis Homo non eſt albus. Duæ enim negationes æquipollent affirmationi. Cujuſmodi propoſitiones invicem ſe inferunt, & obſcuras in clariores reſolvunt. Admonetque Ariſtoteles, verborum tranſpoſitione ſenſum minimè mutari.

Æquipollentia propoſitionum.

Cap. 10.

CONVERSIO eſt permutatio ſubjecti in prædicatum, & prædicati in ſubjectum. Et illa quidem *duplicis* generis. *Simplex*, quam vocat Philoſophus *in totum*, eſt tranſmutatio Extremorum Propoſitionis, manente de cætero eâdem

Converſio Propoſitionum.

Simplex.

DIALECTICÆ.

tum quantitate, tum qualitate; v. g. nullus Homo eſt Pſittacus, nullus Pſittacus eſt Homo: aliquis Homo eſt rationalis, aliquis rationalis eſt Homo.

Per accidens.

Converſio *per accidens*, quam Ariſtoteles vocat *in partem*, manente qualitate mutat quantitatem extremorum. Vt omnis Homo eſt rationalis, aliquis rationalis eſt Homo: nullus Homo eſt Pſittacus, aliquis Pſittacus non eſt Homo. Converſio per *contra-poſitionem*, ſervatis eâdem tum qualitate tum quantitate mutat ordinem, & ex finitis facit infinita; vt omnis Homo eſt animal, ergo omne non animal eſt non Homo.

Per contrapoſitionem.

Propoſitio Modalis.

Hæc verò omnia aliter ſe habent in Propoſitionibus, quas vocant MODALES; ideo quod licet ſint categoricæ, non ſunt tamen ſimplices, ſed aliquo modo temperatæ. *Modus* autem eſt, ex D. Thoma, adjacens rei cujuſpiam determinatio; quâ reſtringitur, ac limitatur. *Triplex* præcipuè eſt. Primus, termini ſunt illi reſtricti, quibus extrema propoſitionis modificantur: ſecundus, modificat ſignificationem primi; vt Paulus concionatur, eloquenter. Tertius hoc loco proprius, determinat, & modificat ipſam compoſitionem ſeu vnionem prædicati & ſubjecti; vt Paulum Concionari, eſt poſſibile. Iſta nimirum propoſitio *modalis* eſt. Quod ſi modum elimines, propoſitio quæ remanet, ſeu dicitur de eſſe, officiens.

Modus quid ſit? *Opuſc.* 4. Triplex eſt.

Sex porrò Modi vulgò recenſentur. Quia tamen duo primi, verum & falſum, naturæ propoſitionis, vt ſic, nihil addunt; reſtant dumtaxat quattuor. Rurſus quoniam in hacce materiâ, poſſibile & contingens, perinde ſignificant ac id quod non repugnat eſſe; propriè remanent tantùm *Modi tres*, trinæ Propoſitionum materiæ correſpondentes. Nam materiæ naturali, reſpondet neceſſarium: remotæ, impoſſibile; contingenti, poſſibile, vel contingens. Inde naſcuntur hujuſmodi Propoſitiones. Hominem eſſe animal neceſſe eſt: eſſe brutum, eſt impoſſibile; eſſe eloquentem, eſt contingens.

Sex modi Dialectici, ad tres reducti.

Neceſſarium Impoſſibile Contingens. *Cap.* 12. & 13.

Vbi ſumme advertendum, *duplicem* fieri modalem propoſitionem. Nam *Compoſita*, facit ſenſum compoſitum; vt impoſſibile eſt cæcum videre, ſcilicet quandiu cæcus remanebit. *Diviſa*, ſenſum efficit diviſum; v. g. cœcum videre eſt poſſibile, quando videlicet non erit ampliùs cœcus, vt ille perluminatus à CHRISTO. Sanè ſi appellatur actio eadem, ſenſus omninò compoſitus eſt; ſic ridentem flere, eſt poſſibile. Si potentia ipſa aut ſubjectum denotatur, verum vtiquè eſt riſibile eſſe flebile, & ridentem poſſe flere.

Senſus compoſitus, & diviſus.


Ioan. 9.

HAS circa Modales Propoſitiones, præter *regulas* quas habent de Oppoſitione, Æquipollentia, & Converſione communes cum Propoſitionibus ſimplicibus; habent quoque nonnullas ſpeciales, nominatim in Propoſitionibus quas *Modales-Compoſitas* appellant. Potiores exhibet figura ſequens, cujus fuſior explicatio, vt & aliorum complurium, vivæ voci relinquitur.

Modales Compoſitæ.

Leges.

ÆQVIPOLLENT



Propoſitio exponibilis, & Exponens. Excluſiva.

RESTANT tandem Propoſitiones Exponibilis, & Exponens. *Exponibilis*, obſcurum involvens ſenſum, eget ſenſu clariori, quem affert Exponens. Ejuſmodi eſt Propoſitio *Excluſiva*, vel abſolutè ſi apponitur ſubjecto; vt iſta propoſitio, tantùm Homo eſt riſibilis, hoc modo exponitur; Homo ſolus eſt riſibilis, & præter eum nil aliud riſibile eſt. Illudque veriſſimum eſt. Sin particula excluſiva jungitur prædicato, tunc excludit à ſubjecto omnia alia prædicata; vt iſta propoſitio, Homo eſt tantùm animal, exponitur; Homo eſt animal, & nihil aliud eſt; quod eſt omninò falſum.

Exceptiva.

Propoſitio fiet *Exceptiva*, ſi v. g. dixeris, omne animal præter Hominem eſt irrationale: & particulam exceptivam, obſcuramque (præter) exponis hoc modo; omne animal, excepto Homine, eſt irrationale.

Reduplicativa.

Reduplicativa, additione alicujus particulæ ſeu ſigni duplicat aut ſubjectum, aut prædicatum. Idque vel reduplicativè, vt Homo in quantùm rationalis, eſt riſibilis. Quod optimè exponitur per particulas cauſales, quia Homo eſt rationalis, eſt riſibilis. Vel ſpecificè reduplicat rationem formalem, cui adæquatè convenit prædicatum, quæ tamen cauſa ejus minimè eſt; v. g. color, in quantum color, eſt objectum viſus. Indigent etiam expoſitione propoſitiones de comparativo, & ſuperlativo. *Inſolubilis* ſive falſificans Propoſitio, locum ſuum habet inter ſophiſticas in fine ſequentis Logicæ.

Inſolubiles.

Tranſitio & nexus.

VOCES ſeu Terminos naſcenteſque ex eis Propoſitiones, huc vſque expiſcata eſt DIALECTICA. Iam verò ortas ex vtriſque argumentationes, preſſiori gradu exequitur *Logica*.

LOGICA:

TITVLVS VII.

Logicæ. *Tractatus.* *In Topic.*

MAGISTRA differendi, vocatur à Boëtio. Et *Logica*, numero plurali, apud Stoïcos; quæ & ſubtiliùs, validiuſque evincunt veritatem. Quidquid verò Artis hujus eſt, complectuntur

TRACTATVS IX.
- Logicæ ipſius definitio, ac diviſio.
- Objectum, tres mentis Operationes.
- Officium, Ordo & Methodus tradendi Diſciplinas.
- Virtutes Intellectus quinque.
- Scientiæ Natura, & paratura.
- Syllogiſmi ſpecies, ac figuræ.
- Demonſtrationis conditio, & principia.
- Fallacia multiplex,
- Fallaciarum redargutio.

DEFINITVR itaque Logica, Ars ſive doctrina differendi ſine errore, & incognita ex notioribus inveſtigandi. *Logicæ definitio, ac diviſio.*

DIVIDITVR IN { *Naturalem, & Artificialem:* / *Docentem, & Vtentem.* } *Quadruplex eſt. 1. Naturalis.*

Naturalis vis illa animi eſt, quâ quiſque pro modulo ingenij, valet ſuper omni re propoſitâ ratiocinari. *Artificialis* certis regulis & legibus mendacium evincit, veritatem veſtigat: probat, & perſuadet. *Docens* avulſa à rebus, formam differendi purè contemplatur & præſcribit. *Vtens*, non ſepararur à rebus aliarum ſcientiarum; quanquam hujus vtriuſque vnus eſt habitus, officio non naturâ diſtinctus. *2. Artificialis.* *3. Docens.* *4. Vtens.*

Docens, verè & propriè *ſcientia* credi poteſt. In ea ſi quidem fiunt demonſtra- *Docens eſt ſcientia;*

tiones, quibus notitiæ certæ & evidentes comparantur. Eſtque vna à cæteris diſtincta actu, objecto, & ordine; vt pote omnes præcedens, generale velut organum ſeu inſtrumentum. *Vtens* contra, à choro Scientiarum excludenda eſt. *Nec diſtincta* videtur ab ijs Scientijs, quibus à paucis retro ſæculis vſque-adeò commiſcetur, vt vna omnes Diſciplinas expugnaſſe dici queat. Sanè fato Studioſis periniquo, ejuſmodi implexu Diſciplinæ creverunt immenſum-quantum: repetitiones paſſim pullularunt, nimis quàm frequentes.

Syllogismi. Vtens tunc ipſæmet ſcientiæ.

Pars Philoſophiæ eſt. Quidquid ſit, cenſetur Logica *pars Philoſophiæ* Rationalis, res per ſuas cauſas demonſtrans in propriâ materiâ. V. g. in definitionibus, diviſionibus, &c. quemadmodum manus, pars corporis eſt ſimul & inſtrumentum.

Obiectum Logicæ. Dirigit tres mentis operationes. OBIECTVM Logicæ adæquatum, eſt modus diſſerendi. Id quod exequitur definitio diviſio, & Argumentatio. Logicæ propterea officium eſt dirigere mentis

OPERATIONES TRES { *Apprehenſionem ſimplicem,* / *Iudicium, ſeu propoſitionem,* / *Ratiocinationem, ſeu diſcurſum.* }

DEFINITIO enim eſſentiam, Diviſio partes, Argumentatio veſtigat affectiones ſeu proprietates. His porro *tribus*, ſummatim & omnimodè cognoſcitur res quælibet. *Tria rem continent.* Quemadmodum igitur Ethica voluntatis corruptelas emendat, ſic Logica errores intellectus; ſupplens in Hominis ingenio, id quo ab Angelis ſuperatur.

Ex quibus relinquitur Logicæ *neceſſitas* ad alias Scientias. Et ea quidem tanta, vt illam Philoſophorum nonnulli inſigniores, examen & libram veritatis, *Quatenus neceſſaria ad alias Scientias.* lapidem lydium, Sapientiæ formatricem, regulam & menſuram Artium, clypeum Diſciplinarum: Mundi Rationalis ſolem, rationis oculum; ſcientiam ordinis, clavem auream, ſcientiarum ſcientiam appellare non dubitarint. Non quod Logica hæc perfecto Artificio elaborata, neceſſaria ſit ad cæteras Scientias; ad quas tantùm pervtilis eſt, vt facilè ſcilicet & abſque errore comparentur. Quo ſenſu vocatur optimè à Clemente Alexandrino, ſepes quâ egent fructus. Egent, inquam, non vt ſint, ſed vt ſint tuti

Vtilis. *Vtilis* igitur profectò eſt ad exercitationes, conflictuſque Gymnaſticos: ad colloquia itidem ſuaſoria, & ad Diſciplinas pernoſcendas. Secùs verò naturalis, ſive rudis & inchoata, ad omnes cujuſque Scientiæ concluſiones eſt neceſſaria; vt intellectus cauſam, principiaque cognoſcat, ex quibus eruit notitiam veritatis.

TITVLVS VIII. Diſciplinarum Ordo, & Methodus.

OFFICIVM LOGICÆ, EST tradere Diſciplinas.

MVNVS itaque Logicæ Artificialis eſt tradere Diſciplinas, & Homines erudire in ſchola veritatis. Id verò

PRÆSTANT { *Ordo,* / *Et* / *Methodus.* }

Quid ſit Ordo? ORDO namque idem quod generalis Methodus, alium non habet finem, quàm generaliter meliorem, facilioremque tum docendi, tum diſcendi modum tradere. Idooque *deſcribitur*, habitus doctrinæ inſtrumentalis, per

quem Homo partes Diſciplinæ cujuſlibet ſic aptè, naturaliter, aut artificialiter diſponit, vt commodè perdiſcatur.

Quid Methodus?

METHODVS verò ordo ſpecialis eſt, qui connexione & illatione præclara & lucida, animum deducit ex cognitione rei vnius, in cognitionem rei alterius. Inde *deſcribi* ſolet habitus intellectualis, quo velut viâ & inſtrumento invenitur, traditur-ve ex notis cognitio ignoti. Vel breviùs ab Ariſtotelæis, via compendioſa docendi, cum ratione inſtituta. Nam cum ridiculum ſit ſcientiam tradere ſimul & modum ſciendi, id ante omnia enituntur ſcientiarum Magiſtri, vt cujlibet Diſciplinæ præmittant Methodum; quam idcirco vocant viam rectam, & breve ad Scientiam compendium. Vnde *Modus* ſciendi preſſiùs ſumi poteſt ratio ordinata & compendioſa indagandi veritatem, & tradendi aliquam diſciplinam. Quia verò apud Hippocratem veſtigatur veritas vel ſenſu, vel experientiâ, vel rationis indagine; prior modus non pertinet ad Methodum, quæ verſatur circa vniverſalia Scientiæ objecta. Quia etiam Methodus artificialis & arbitraria Oratores maximè & Poëtas attinet, hîc ſiſtimus in naturali & rationali; quam qui profitentur, *Methodicos* ſolemus nuncupare.

Vide Zabarell. l. 4. de Method.
Modus ſciendi.
Vide Rodulph. Agricol. 1. de Invent. Dial. c. 6.

Exinde Methodus omnis, *tria* complectitur. Modum docendi. Inſtrumenta, materiæ quæ traditur accommodata. Ordinem, quo ars ſeu ſcientia quælibet tradi debet. *Modus* docendi ſpectat tum res, tum perſonas edocendas. Diverſum namque modum efflagitant, Scientiæ diverſæ. Phyſica cauſis inhæret, materiali præſertim & formali. Ethica, finalem maximè attendit. Mathematica, tota vtiquè, verſatur circa quantitatem. Auditorum quoque alij amant exempla, alij ducuntur argumentis vulgaribus. Alios videas nullatenùs ſuaderi, niſi demonſtrationes adhibeas: aut exquiſitum illud docendi genus, quod vocant auſcultatorium.

Tria in Methodo.
Modus docendi.

Inſtrumenta tradendi Artes & Scientias, quattuor ſummatim colliguntur, ſequenti ratiocinio. Rei alicujus probare aggredior vel naturam, vel infixam naturæ proprietatem. Naturam enucleat definitio, cujus genus invenitur per reſolutionem, differentia per diviſionem. Proprietatem ſuo ineſſe ſubjecto, oſtendit demonſtratio. Statuamus *exemplum.* Ignis elementum eſt primario, & excellenter calidum. In hac definitione ignis genus eſt elementum, quod reperis dum reſolvis corpora in ſimplicia & mixta: ſimplicia rurſus in cœleſtia & terrena, quæ ſunt elementa vulgari numero quattuor. Differentiam verò, quâ primario & excellenter ignis calidus eſt, invenies per diviſionem. Nam cum quattuor elementa coëunt ex quadruplici primarum qualitatum diſtributione, aër humidus eſt, aqua frigida, terra ſicca; ergo, reſtat ignis calidus. Iam probetur ignis proprietas, quod ſit deſiccativus per hujuſmodi argumentationem. Quidquid humorem ebibit è corporibus humidis, deſiccativum eſt: Ignis, humorem ebibit è corporibus humidis; ergo, ignis eſt deſiccativus.

Inſtrumenta quattuor.
Definitio.
Diviſio.
Argumentatio. Demonſtratio.

ORDO ſuo cingit ambitu diſtinctionem tùm Rerum & Auditorum, tùm quæſtionum & Diſciplinarum quæ tractandæ ſunt. Eſt autem Ordo diſpoſitio partium tàm reſpectu totius & partium inter ſe, quàm per relationem & comparationem ad alia vicina aut extranea. Ea autem diſpoſitio eſt reditus partium compoſitarum in ſimplices, aut progreſſus partium ſimplicium ad compoſitas, aut reductio partium diverſarum ad Vnum. Ab his nimirum tribus totidem gignuntur Ordines, ſeu *Methodi*; Reſolutiva, Compoſitiva, & Diſinitiva. Queis ſubnectuntur ab aliquibus, Comparatio & Separatio. *Comparatio* à ſenſibilibus progrediens ad intellectualia, rerum ſimilitudines venatur. Separatio, diſſimilitudines diſtinguit. Ex vtraque emergit præclara Methodus Analogica, ſeu Proportionis. *Reſolutiva* res hactenus hinc copulatas, inde ſeparatas reducit in principia; vt Mundus in Elementa, in Chaos, in DEVM primum illius conditorem. Ac iſta quidem aptior eſt ad inveniendum, traditque perquàmoptimè rerum omnium tum naturas, tum proprietates. *Compoſitiva*, præcedenti oppoſita, Naturæ æmula, idonea eſt ad docendum. Vt diverſæ partes corpus compingunt, corpus & anima hominem componunt. Summa Theologiæ, è ſuis Partibus conflatur. *Definitiva*, idonea ad memoriam, ad docendum & ad eloquendum; propoſitâ definitione partes illius explicat, nihil vltra. Vt ſi Theologiam definias, ſcientiam de DEO: oſtendaſque primùm

Ordo.
Diſpoſitio duplex.
Triplex Methodus.
Comparatio, Separatio.
Analyſis.
Syntheſis.
Horiſtica.

Syllogismi. quouſque Scientia ſit, poſtremò quatenus tractet de Deo Increato, & Incarnato. Et quoniam Methodus definitiva recurrit cum ipſamet definitione, ſiſtamus tantiſper in alijs duabus magis & magis enucleandis.

Compoſitiva. Quadruplex. Compositiva igitur Methodus & Synthetica, procedens à prioribus & ſimplicioribus ad poſteriora & compoſitiora; *quadruplex* eſt. Prima, à ſimpliciſſimis ad magis compoſita. Sic Grammatica abs litterularum elementis progreditur ad ſyllabas, à ſyllabis ad dictiones: ab his, ad integras & perfectas orationes. Secunda, pergit à magis vniverſalibus ad minùs vniverſalia. Eâ viâ incedit paſſim Ariſtoteles. Tractavit v.g. primùm generaliter de Animali, tum de Homine, poſtremò de Petro. Tertia, deſcendit à cauſis ad effectus. Sic Theologia à Deo & Christo, devenit ad Naturæ paraturam & Gratias explicandas. Quarta, à medijs contendit ad finem propoſitum. Sic Moralis Chriſtiana, per vitiorum fugam & virtutis praxim ducit ad ſalutem & beatitudinem.

Methodus Resolutiva & Analytica, oppoſitis planè itineribus ad eundem terminum pervenit. Sic retrogrediens Grammatica delabitur ab oratione ad dictiones, ſyllabas, litterulas. Phyſica à Petro, ad Hominem, ab Homine ad Animal. Theologia à gratijs diverſis ad Christum, à Mundi opificio ad ſupremum illius Conditorem. Ethica Chriſtiana à fœlicitate, cui Nemo non inhiat, ad virtutes vt media illius adipiſcendæ. Hæc poſterior, potior cenſetur inveniendis artibus & diſciplinis. Prior tradendis magis idonea eſt, quia naturæ molitiones, ſtudia & genium imitatur. Optima autem illa eſt quæ rebus, perſonis, loco & tempori magis accommodatur. Non enim omnia ſimili modo amant tractari, nec vbiquè deſideranda illa, ἀκριβολογία, aut par certitudo.

Titulus IX. *Intellectus Virtutes, Vitiaque oppoſita, & Media.*

HABITUS INTELLECTUS indicantur.

ERGO Methodus clavis eſt Scientiæ in manu Logices, velut ſacrarij æditua & janitricis. Quamobrem juvat in aditu & propylæo, Scientiæ ipſius naturam ſubintueri: & cum noſtro hic Igemone, quiſnam ſit habitus non oſcitanter inveſtigare. Omiſſis itaque aliarum virtutum partitionibus, Intellectui

Assignantur		Opposita	
	Intelligentia,		*Stupiditas,*
	Sapientia,		*Inſipientia,*
	Scientia,		*Inſcientia,*
	Prudentia,		*Imprudentia,*
	Ars.		*Inertia.*

Inter vtroſque, quia verſari poſſunt tam circa verum, quàm circa falſum; habentur

Media { *Dubium, Suſpicio.* *Opinio, Fides humana.*

Dubium. Suſpicio. DUbium velut in æquilibrio neutri parti adhærens ſuſpendit judicium, paribus vtrinque rationum momentis. *Suſpicio* in alteram partem propendens, animi ſententiam inclinat. Sed quia propenſio illa nonniſi à conjectura eſt, plurimùm ſemper formidinis involvit. Opinio. *Opinio* eſt habitus inclinans ad aſſentiendum rei propoſitæ, vel ex terminis, vel ob rationem probabilem, cum

cum formidine tamen oppoſitæ partis. *Fides humana* eſt habitus quo aſſentimur ob dicentis autoritatem, etiam cum formidine partis oppoſitæ. Putà cùm ob fidem Herodoti v. g. narrantis in Ægypto Caſſiam ſervari à ſerpentibus, id mihi perſuadeo. Fides verò *divina* certiſſima eſt, in quo differt ab humana; quia verax vtiquè D e v s nec decipit, nec decipitur.

Fides humana.

Fides divina.

Fidem porrò & opinionem ex diverſis motivis eſſe, proindeque *diſtingui* probabilius eſt. Atenim de quacumque re datur ſcientia, poteſt eſſe & opinio; non contra. Nam ſcientiæ objectum indubitatum eſt, opinionis verò titubans. Quare vt ſcientiæ certitudo naſcitur ex evidentiâ, ita in opinione formido oritur ex inevidentiâ. Habitus verò ſcientiæ & opinionis de eadem propoſitione, poſſunt eſſe *ſimul* in eodem intellectu. Immò ſcientiæ habitus cum opinionis actu, dum concluſioni vel aſſentimur ex diverſis motivis: vel non cogitantes de modo ſcientifico, aſſentimur ex motivo probabili. *Actus* tamen opinionis quo formaliter aſſeritur, rem non omninò eſſe certam; nequit naturaliter eſſe cum actu ſcientiæ, aſſerentis rem eſſe neceſſariò. Ne ſcilicet detur reſpectu ejuſdem manifeſta contradictio, quæ ratio procedit etiam de potentia abſoluta.

Vtriuſque diſtinctio.

Habitus ſcientiæ & opinionis de eadem propoſitione, in eodem intellectu poſſunt eſſe ſimul.

Actus non item.

Iam verò reſumenda *Ariſtotelis* diſtributio, quâ Virtutes animi partitur in Morales, & Mentales, ſeu Intellectuales. Ac in iſtis quidem pentagonum inchoat

M e n s ſeu Intellectus, vulgò in Scholis appellatur Habitus principiorum. Inter diverſa ſentientes, opinor ego ipſum eſſe *Intellectum*; ſuo lumine, veluti vultus divini ac ſimilitudinis charactere, inſignitum. Cujus tamen vigor ſeu lumen, vſu & experientiâ ſic in dies magis clareſcit; vt licet vniverſi, non amentes, quædam noſcant ſtatim ac proponuntur: majorem tamen circa concluſiones ſecundarias penetratione acquirant ij, quibus vel à naturâ promptior eſt, vel ſtudium & navitas ſternunt iter ad Diſciplinas.

Intelligentia.

Signat. eſt ſup. nos lum vult. tui Dom. P. 4.

S a p i e n t i a rerum præſtantiſſimarum notitia eſt, ſeu cognitio rerum per altiſſimas cauſas: ſcientiarum nobiliſſima ſimul & exactiſſima, quæ nulli ſub cælo competit niſi Homini. Immò inter Homines ijs duntaxat, qui in vnaquaque Arte & Diſciplina ſunt abſolutiſſimi; vt fuere Septem illi Græciæ *Sophi*, toto Orbe nominatiſſimi.

Sapientia.

Septem Sapientes

P r v d e n t i a, habitus recta cum ratione Electivus, propriè Hominibus congruit. Vnde verſatur circa humana, atque ea quæ in conſultationem cadunt: Prudentis ſi quidem maximè id opus eſt, vt conſultet. Ad quorum ſimilitudinem *Beſtias* etiam nonnullas prudentes eſſe inquiunt, quoniam neceſſaria ſibi providendi vim quandam habere videntur.

Prudentia.

A r s à Prudentia activa & Electiva diſpeſcitur, eo quod Ars habitus ſit cum vera ratione efficiens. Quo quidem modo Rationali Creaturæ propria eſt, quatenus meditatur fabricam rei alicujus non neceſſariæ; cujus regula non in opificio, ſed in ipſo opifice præexiſtit. Inde eandem quodam modo materiam verſant Ars, & *Fortuna*. Ars ritè & conſtanter, Fortuna temerè & cum inconſtantia. Neutra verò exercetur circa illa quæ ex *neceſſitate* vel ſunt, vel fiunt, vel quæ ſunt ſecundùm Naturam. Iſta ſiquidem duo, habent principium in ſe ipſis. Vltimo loco reſervata eſt *Scientia*, quia hîc explicatius tractanda eſt.

Ars.

Comparatur cum Fortuna.

SYLLOMVS

TITVLVS X. *Scientiæ natura evolvitur.*

SCIENTIÆ NATVRA, & Proprietates.

CIRCA hunc intellectus habitum, ſi feriò diſſerendi animus eſt, non autem ſimilitudines conſectandi; hoc loco expenduntur præcipue

TRIA { *Diviſio*, { *Subalternans*, *Et* *Subalternata*, } *Definitio*, *Generatio*, & *Corruptio*. }

Scientia dividitur in ſubalternantem, & ſubalternatam. *Subalternatio triplex ratione Finis. Principiorum. Subjecti.*

SVBALTERNANS, quaſi ſuperioris ordinis continet ſub ſe, Subalternatam. Idque *triplici* ratione; finis, principij, ſubjectorum.

PRIMO modo Scientia alteri ſubalternatur, quoties *finis* vnius ſub fine alterius continetur. Eapropter ars conficiendis fræna, continetur ſub equeſtri; doctrina Anatomiæ, ſub Medicina. Ratione deinde *principiorum*, dum concluſiones vnius, ſunt alterius principia; quomodo ſubijcitur Medicina Philoſophiæ naturali, Iuriſprudentia Politicæ. Ratione demum *ſubjecti*, dum ſub alterius collocatur ſubjecto; vt cœleſte corpus, ſubjectum eſt corpori mobili. Subalternatio autem tunc eſt maximè, quando reperitur ſubordinatio & dependentia in evidentia, vt potè fonte ſcientiæ & veritatis.

Inter ſubalternantem, & ſubalternatam requiritur diſtinctio, & convenientia.

Inter Subalternantem, & Subalternatam, *requiritur* hinc diſtinctio, inde convenientia; ita vt ſubjectum hujus, ſub toto collocetur ſubjecto illius. Exemplum ſit numerus ſonorus, ſub numero. Et inſuper vt differentia contrahens ſit accidentalis, non eſſentialis. Neque enim ſcientia de rationali, ſcientia eſt de Animali.

Vnitas Scientiarum.

His nonobſtantibus, datur aliqua VNITAS SCIENTIARVM. Quemadmodum enim vnitas & diſtinctio Artium practicarum deſumuntur ab vnitate & diſtinctione finium, ad quos ordinantur. Non aliter Scientiarum ſpeculativarum vnitas, ſumitur ab *objecto*; non eo quidem materiali, ſed ſecundùm rationem formalem conſiderato. Ea porrò vnitas, duplex deputatur; generica, & ſpecifica. Ac *genericam* quidem deſumunt Ariſtoteles & D. Thomas, ab abſtractione à materia. Cum enim eò magis ſit aliquid intelligibile, quò magis in actu eſt, quoniam rei actualitas quoddam eſt lumen ipſius; nobilius certè objectum, nobiliori modo perficit intellectum. Ideoque DEVS, vt-potè actus purus, maximè etiam intelligibilis eſt. Contrariamque ob cauſam Materia-Prima, vtpotè mera potentia, privationes itidem ac negationes minùs intelliguntur. Præterquam quod objectum Scientiæ cùm debeat eſſe neceſſarium & vniverſale, quò plus minuſ-ve habet aliquid de materia, quæ ſingularitatis radix eſt, & corruptionis origo, eò etiam plus minuſ-ve ſcibile eſt.

Ab objecto formali. *Vnitas generica.* *Metaphyſic. 6. & Ibid. & libr. de Cauſ. lect. 6. & libr. de Senſu & ſenſato.* *Deus ſummè intelligibilis. Materia-Prima minimùm.*

Triplex Scientia Naturalis.

Inde Schola Scientiam Naturalem diſtinguit ratione *triplici*. Iuxta videlicet triplicem à materia receſſum, quæ abſtractio illis nominatur. Non ea quidem vniverſalis ab individuis, ſed formalis à materia & ſubjecto triplici. Prima enim materia dicitur ſingularis, affecta nimirum ſuis omnibus differentijs numericis: Secunda ſenſibilis, qualitatibus ſenſibilibus affecta. Tertia intelligibilis, quando exuta omni accidente, tum ſingulari tum ſenſibili, ſolâ mentis cogitatione intelligitur. Vbicumque igitur eadem intercurrit à materia abſtractio, quæ rem conſtituit in eſſe ſcibili, neceſſariam & vniverſalem, conſequenter intelligibilem, ibidem reperietur Scientiæ vnitas generica.

A triplici abſtractione à materia. 1. Singulari. 2. Senſibili. 3. Intelligibili.

Vnitas ſpecifica.

Iam Specifica deſumi debet ab eadem ratione vltima, non *quæ*: ſed *ſub qua*

includuntur ea vniverſa, quæ ſcientia illa contemplatur. Certè enim materiale objectum ex ſe indifferens eſt ad terminandum hanc, vel illam Scientiam. Ad vnam itaque determinatur à ratione formali. Hæc autem ratio formalis exiſtimatur, cùm prima Scientiæ illius principia vnius ſunt ſpeciei in eſſe ſcibilis. Hoc eſt cùm vnum derivatur ex alio, vel ambo ex tertio: proptereaque dependent ab invicem concluſiones, intra eundem abſtractionis gradum, ſeu modum cognoſcendi. Lumen vocant quo res quaſlibet cognoſcit intellectus, quemadmodum in corporeis, formalis ratio viſus, eſt lumen. Ita-vt ratio *ſub qua*, conſtet abſtractione, tanquam gradu generico: & lumine ſeu principijs nequaquam diverſis, velut ſpecifico. Vocantur aliàs lumina ſeu principia ejuſmodi, media ſcientiæ ſeu motiva demonſtrationis. Eam ob rem Metaphyſica, Scientia-Beata, & Chriſtiana-Theologia differunt, quamvis tres ſimul DEVM ſpeculentur. Idem profectò DEVS illis objicitur. At non eodem modo, nec ſub eadem ratione formali: ſed per diverſa media, ac principia.

DIALECTICÆ.
Ratio formalis ſub qua, quod ſit.

Eo nimirum ratiocinio, Scientia-Naturalis relinquitur *triplex*. Phyſica abſtrahit à materia ſingulari, ſuaque omnia reducit ad corpus naturale ſeu mobile: *Mathematica* abſtrahit à materia ſenſibili. Quod quia facit alio & alio modo, non vna eſt ſpecie infima, ſed plures ſunt ſubalternæ. Arithmetica ſiquidem omnia reducit ad vnitatem, Geometria ad punctum: Muſica, Coſmographia, Perſpectiva & ſimiles; Mediæ vocantur Phyſicam inter & Mathematicam, quia objecta illis conflantur ex vtriuſque mixtura. *Metaphyſica* demum abſtrahit à materia intelligibili, ſuaque omnia reducit principia, media & concluſiones ad rationem formalem Entis realis.

Phyſica. Mathematica. Metaphyſica.

In Summa; vnitas & diſtinctio Scientiarum generica, vulgò petitur abs diverſo genere abſtractionis. Specifica verò ex diverſis luminibus ſeu principijs; quæ eſt ratio illa formalis, ſub qua.

QVÆ porro hac ſuper re noſtra ſit ſententia, ſatis patefecit hujùſce Lucubrationis aditus; vbi Scientiam vnam, ſaltem ἀναλογικῶς, vniverſalem; abs vnius vbiquè veritatis irradiatione, & proportione molitus ſum. Addo ſolùm ex Ariſtotele, Scientiam *contrariorum* videri eſſe vnam; quemadmodum eadem via Athenis Thebas, & Thebis Athenas.

Eadem Scientia de contrarijs *Ariſtot. 1. Topic. 1. & l. 1. Analyt.*

Conſtat verò apud omnes, Scientiam *totalem* non eſſe vnum ſimplicem Habitum aggregatum ex multis ſubjectis, vnam Scientiam efficientibus per ordinem ad vnam abſtractionem. Id quod apertè probant objecta paſſim in ea Scientia ſpecie diverſa, quibus propterea tot numero habitus neceſſe eſt reſpondere.

PARTIALIS autem *Scientiæ* vnitas vel diverſitas petitur ex vnitate, vel diverſitate motivi formalis. Idcirco primam hîc conſiderationem obtinet

In partiali Scientia, vnitas & diverſitas petitur ex vnitate, & diverſitate motivi formalis.

Scientiæ OBJECTVM. { *Adæquatum, Inadæquatum:*
Totale, Partiale;
Formale, Materiale.

OBIECTVM, ductâ à viſu metaphorâ, illud eſt quod potentiæ vel habitui objicitur cognoſcendum; aliàs vocatur ſubjectum, ſeu materia Scientiæ cujuſlibet. *Adæquatum* ſeu attributionis illud eſt, ad quod omnes Scientiæ illius Tractatus referuntur; cujuſmodi eſt DEVS in Theologia, Homo in Medicina. Inadæquatum contra *Totale*, quod præcipuum eſt, conſtans requiſitis omnibus vt circa illud ſcientia occupetur; ſic veritas à DEO revelata, objectum eſt Tractatus de Fide. *Partiale*, quod partem notabilem tenet in Diſciplina quâ de agitur; vt in Theologia CHRISTVS, Virtutes Theologicæ, &c. *Formale*, ratio eſt illa ſub qua materiale objectum in tali vel tali Scientia conſideratur; vt veritas revelata in Fide, ſanabile corpus in medecinâ, mobile in Phyſicâ.

Scientiæ objectum quintuplex.
Objectum adæquatum.
Inadæquatum Totale.
Partiale.
Formale.

Vbi ſubtiliter diſtinguenda *ratio formalis*, quæ latior & communior eſt; vt color in viſione, numerus in Arithmetica. Et ratio formalis *ſub qua* ſpecificè & determinatè, à qua Scientiæ vnitas derivatur: vt DEVS eſt objectum forma-

Ratio formalis, Sub qua,

Metaphyſicæ & Theologiæ: ſed Theologiæ reduplicativè, vt per Fidem revelatur. Materiale demum, res omnes vnicuique Scientiarum ſubjectæ; in quibus occupantur, non aliter quàm in propriâ materiâ. Quæ quidem Scientiarum materia ſic neceſſaria eſſe debet, vt aliter non poſſit ſe habere; quomodo res quælibet reſpectu ſcientiæ eſt neceſſaria, etiam ante omnem illius exiſtentiam.

Syllogiſmi. Materia Scientiæ neceſſaria.

Vnde etiam efficitur ſcientiam illam eſſe accuratiorem, 1. quæ demonſtrat quod & cur, quàm quæ alterutrum dumtaxat. 2. Licet nihil ſit in intellectu, quod non fuerit in ſenſu; eò tamen perfectiorem eſſe ſcientiam, quò magis abſtrahit à ſenſibili. 3. Et quæ verſatur in materia ſimpliciori.

Scientiæ alicujus præcellentia triplex. L. 1 Prior. Analit. c. 33.

Hinc licet communis ſit opinio Philoſophorum, non eſſe Scientiam niſi de *univerſalibus*; attamen quia certum eſt multa eſſe prædicata neceſſaria rerum *ſingularium*, probabilius multò videtur de ijs, vt ſic, poſſe eſſe ſcientiam propriè dictam. V. g. hic ſyllogiſmus habet requiſita ad ſcientiam, ergo illam producit. Quis neget hanc concluſionem particularem, eſſe revera ſcientificam?

Etiam datur de ſingularibus.

Porro ab ejuſmodi objectis, præſertim à formali, rectiſſimè *Scientia definitur* non quidem reminiſcentia, vt ſenſit Plato, cùm intellectum tabulæ raſæ comparet Ariſtoteles: ſed habitus mentis, cognoſcens rem per cauſam propter quam res eſt, non contingenter. Inde ad Scientiam propriè dictam, requiritur *cauſa* in cognoſcendo ſimul & eſſendo. Non illa quidem remota, ſed proxima: per quam ſolam, propriè ſcientia comparatur. Per eam enim ſemel cognitam, *neceſſario* aſſentitur concluſioni, quicumque medijs ſemel conſenſit, in eaque cognitione ſtat immobilis.

Scientiæ definitio. Ὅτι ἐκείνου αἰτία ἐστί, καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι τοῦτ' ἄλλως ἔχειν. Poſterior. quæ requiruntur ad ſcientiam. εἴπερ δεῖ τὸν ἐπιστάμενον ἁπλῶς ἀμετάπειστον, ibid.

Ac licet vno ferme modo gignatur Scientia, pluribus tamen *corrumpitur*, puta medij oblivione: ſed maximè errore multiplici qui ſcientiæ opponitur, vt ſuprà. Quamvis enim ſub remoto tantùm genere ſint Scientia, & Error; ſunt tamen vtiquè contraria. Quo prorſus modo, Temperantia & Intemperantia opponuntur.

Scientia vno ferme modo gignitur, pluribus corrumpitur.

SCIENTIA QVOMODO comparatur.

TITVLVS XI. Modus ſciendi triplex.

SCIENTIÆ porro generandæ ſpecialis methodus eſt, & modus ſciendi

Triplex { *Definitio*, *Diviſio*, *Argumentatio*.

MODVS, inquam, ſciendi; oratio ſcilicet alicujus ignoti manifeſtativa, & explicativa. Si enim id quod ignoratur incomplexum eſt, & illius naturam ignoramus, hanc explicat definitio: ſi partes, eas aperit Diviſio; ſi complexum eſt, clareſcit argumentatione. Primo nempe modo, dicitur Homo animal rationale: ſecundo, conſtans animo & corpore; tertio tandem, probatur riſibilis; quia cum omne rationale ſit riſibile, Homo qui eſt rationalis, non poteſt non eſſe riſibilis.

AC DEFINITIO quidem, ducta comparatione ab agrorum terminis & limitibus, oratio eſt ipſum quod quid eſt ſignificans: ſeu diſtinctè & inconfuſè manifeſtans per notiorem perque differentiam præſtantiſſimam, & circumſcribens totam rei alicujus naturam. Statuitur *duplex*. Naturalis, explicat quid rei. Etymologica, quid nominis interpretatur. Naturalis iterum *duplex*.

Definitio quid ſit? L. 2. Prior. Analytici. c. 3. Quotuplex. Etymologia. Naturalis.

Propria & intima per partes eſſentiales, vel metaphyſicè per genus & differentiam, vt Homo eſt animal rationale; vel cauſalis intrinſeca ſeu per partes phyſicas, Materiam & formam; vt Homo conſtat corpore, & animâ rationali.

DIALECTICÆ. Propria. Deſcriptiva.

Deſcriptiva explicat rei definitæ naturam per proprias paſſiones, vt Homo eſt animal riſibile. Ad hanc quoque reducitur definitio per cauſas extrinſecas, efficientem & finalem; vt Homo creatura eſt rationis compos, à DEO creata vt ipſo fruatur. Accidentalis definitio, vel potiùs explicatio & amplificatio, deſumitur modò ab accidentibus modò ab effectis rei definitæ: opuſque eloquentiæ eſt potiùs, quàm logicæ; vt Homo eſt animal bipes, loquax, implume, ſtaturâ rectâ, &c. Metaphoricam addidit, & explicuit paulò ante Rhetorica.

Accidentalis. Metaphorica.

Porro vera & germana Definitio, *debet* fieri per proprias cauſas & proximas: clarior eſſe ſuo definito, ideoque iſtud ſuam definitionem ingredi nefas eſt. In ea nil deficere debet, nihil redundare. Poſtremò legitima non eſt niſi conſtet genere & differentia, vel aliquo æquipollente. Quod habet cum alijs commune, genus eſt: quod rei definitæ proprium exiſtit, differentia eſt. Vnde, Definitio, nidi Alcyonum inſtar, ſic convenit definito; vt cum illo convertatur, & è contra: & quod de vno eſſentialiter prædicatur, prædicatur etiam de alio. Non ergo cenſentur exactæ Definitiones, quæ fiunt per ignotiora, per eoſdem terminos, per metaphoram: & per accidentia communia, cujuſmodi ſunt etymologiæ. Quod attinet qualitatem Definitionis, bona dicitur aut mala, non autem vera aut falſa, quoniam propoſitio minimè eſt. Addit Ariſtoteles ſimilium ſimilem eſſe definitionem, & hanc faciliùs oppugnari, quàm propugnari; quia generatim facilius eſt deſtruere, quam conſtruere. Diſtingui demum à demonſtratione, his præcipuè. 1. Omnis definitio affirmans eſt & vniverſalis, datur demonſtratio negans & particularis. 2. Explicare quid res ſit, non eſt demonſtrare. 3. Definitur ſubjectum, proprietates demonſtrantur. 4. Definitio medium demonſtrationis eſt.

Definitionis conditiones. *Vide Ariſt. Topi. c. 5.* Qualitates. [illegible] *l. 2. Prior. Analytic. c. 26. L. 2. Poſterior. Analytic. c. 3. & ſeq.*

DIVISIO, eſt oratio quæ explicat totum diviſum in ſuas partes, quæ ſunt membra dividentia. Cum itaque totum ſtatuatur potentiale, actuale, & accidentale; *triplex* quoque diviſio conſtituenda eſt.

Diviſio quid ſit? Triplex eſt, quia triplex totum. Potentialis duplex.

Potentialis, alias vniverſalis, explicat partes quas Totum ſub ſe & in potentiâ continet. Eſtque vel generis in ſpecies, quando diviſum æqualiter & eſſentialiter reperitur in membris dividentibus, quæ dicuntur partes ſubjectivæ; vt animal dividitur in Hominem, Equum, Leonem, &c. vel Analogi in Analogata, vt Ens reſpectu DEI & Creaturarum. Diviſio *Actualis* Totum ſecat in partes componentes, juxta quarum naturam *triplex* numeratur. Phyſica, Hominem dividit in animam & corpus. Metaphyſica, in animal & rationale. Integritatis. V. g. corpus humanum in partes integrantes; cor, cerebrum, caput, &c. Diviſio *Accidentalis*, multiplex eſt. Nominis in ſuos ſignificatus, vt Homo in vivum, mortuum, pictum. Subjecti in accidentia, vt corpus aliud album, aliud nigrum. Accidentis in ſubjecta, vt album aliud nix, aliud lilium. Accidentis in accidentia, vt album aliud frigidum aliud calidum.

Actualis triplex. Accidentalis multiplex.

Vt autem legitima fiat Diviſio, *debet* habere membra ſaltem duo: & illa quidem oppoſita, ſcilicet re aut ratione diſtincta. Ita vt membra dividentia ſeorſim Diviſum non æquent, conjunctim adæquent; abſque tùm deffectu, tùm exceſſu. Eò tamen *melior* diviſio eſt, quò fit per membra pauciora, & vt plurimùm contradictoria. Vnde ſolet exprimi membrum principale, & ejuſdem negatio loco aliorum. Tuncque membrum negativum non capitur purè negativè, ſed priuativè. Vt Animal aliud Rationale, aliud Irrationale, ſcilicet intra genus animalis diviſum.

Diviſionis conditiones. Melior.

ARGVMENTATIO proprium Logicæ inſtrumentum, oratio eſt explicans illationem vnius ex alio; vt manifeſtetur veritas, falſitas coarguatur. Ideoque non ſufficit vnum poſſe inferri ex alio, ſed ipſam quoque illationem denotari neceſſe eſt; vt Paulus concionatur, ergo vivit.

Argumentatio quid ſit?

Inde liquet *tria* in argumentatione reperiri. Primum, id ex quo aliud infertur. Si fuerit vnica propoſitio, vocatur *Antecedens*. Si duplex, prior dicitur Major, altera Minor: ambas ſimul junctas, Præmiſſas appellant. Secundum

Tria requiſita.

Digitized by Google

Syllogismi. Conſequentia triplex.

eſt id quod infertur ex illo antecedenti, & dicitur *Conſequens* Tertium eſt *Conſequentia*, nota videlicet illationis, eaque *Triplex*. Conditionalis, ſi Paulus loquitur, ergo vivit. Cauſalis, loquitur quia vivit. Vnde patet validitatem, aut invaliditatem argumentationis non peti à materiali, id eſt à veritate aut falſitate propoſitionum quibus conſtat: ſed à formali, id eſt in recta aut non recta vnius propoſitionis ex altera deductione.

Omiſſa argumentatione conditionali, cauſali, & quam Ariſtoteles vocat συλλόγισμον φυσιογνώμικον, alijſque ejuſmodi; ſola in Scholis regnat Rationalis

Rationalis quadruplex.

Qvadrvplex { *Exemplum, Inductio:* *Enthymema, Syllogiſmus.*

Exemplum.

Qvanquam ſtrictè loquendo, Exemplum & Inductio, ſimiliter Enthymema & Syllogiſmus non differunt, niſi ſecundùm plus & minus. Exemplvm, eſt argumentatio ex aliquo ſingulari colligens aliud ſingulare conſimile; vt Paulus reſtitit in faciem Petro, licet igitur aliquando æquales vel etiam ſuperiores publicè coarguere.

Inductio. Demonſtrativa. Dialectica. L. 8. Topicor. c. 1.

Indvctio, aliàs Enumeratio, argumentatio eſt ex pluribus ſingularibus, ſeu aſcendendo, ſeu deſcendendo, inferens aliquid vniverſale. *Demonſtrativa*, fit in materia neceſſaria; vt Petrus eſt riſibilis, Ioannes eſt riſibilis, &c. ergu omnis Homo eſt riſibilis. *Dialectica*, fit in materia probabili; vt Sara diligit maritum, Rebecca diligit Maritum, &c. ergo vxor omnis diligit maritum. Rectè autem monet Philoſophus vtendum eſſe Syllogiſmis apud Doctos, Inductionibus apud vulgus & tyrones.

Enthymema.

Enthymema licet ex ſe ſignificet quamlibet mentis cogitationem, hoc tamen loco definitur Syllogiſmus imperfectus, ſeu truncatus, alterâ nimirum præmiſsâ deſtitutus. Seu argumentatio, conſtans ſolùm antecedenti & conſequenti, vt Homo eſt, ergo rationalis: ſol lucet, ergo dies eſt.

Argumentum. Argumentatio.

Syllogismvs, Latinis Argumentum, oratio eſt; quâ res dubia & incerta probatur, ac demonſtratur. *Argumentatio* argumenti eſt explanatio, & quaſi fuſior dilatatio & declaratio, quam copiosè & ornatè exequitur Rhetorica.

Loci argumentorum. Maxima, & differentia Maximæ.

Loci ſedes argumentorum & promptuaria ſunt, ducta ſimilitudine à locis corporeis è quibus, veluti promptuarij, majores quædam propoſitiones eruuntur. Duplex autem eſt propoſitio præcipua; *Maxima, & differentia* Maximæ. Maximæ, quæ propoſitio vniverſalis eſt, multæ argumentationes innituntur. V. g. de quocumque prædicatur definitio, de eodem & definitum poteſt prædicari. Cauſæ ſunt ſibi invicem cauſæ, eorumdem idem eſt ortus & interitus. Accidens faciliùs confirmatur, difficiliùs refutatur. Quæ conveniunt in vno tertio, conveniunt inter ſe. Quibus idem ſuperlativum attribuitur, ea ſunt eadem. Quærenda eſt differantia in ſimilibus, ſimilitudo in diverſis. Similium eſt ſimile judicium, parium ratio par eſt. Bonum divinum melius eſt humano, ſpiritale corporeo, naturale artificiali, finis medio, &c.

Locus deſumitur a medio aſſumpto. Locus triplex internus.

Locus differentiæ maximæ, eſt id quo inter ſe plures maximæ diſtinguntur, & ſeparantur. Locus porrò denominatur à termino *medio*, qui in argumento vſurpatur. Nam ſi inferens eſt definitio, locus dicetur à definitione: ſi cauſa, à cauſis, & ita de relquis. Locus autem differentiæ maximæ, generatim eſt *triplex*. Internus, Externus: medius, ſeu mixtus. Internus ſeu intriuſecus, ducitur primo à rei ſubſtantia, deinde à concomitantibus ſubſtantiam. Locus à ſubſtantia, petitur à definitione & definito, à deſcriptione & deſcripto, ab interpretatione & interpretato. Præſtatque argumenta *quattuor* modis, totidem maximis innixa. Quorum duo concludunt ex parte prædicati, affirmativè & negative, duo ex parte definitionis prædicati. Sub his tribus continentur loci à differentia, à proprio, à ſynonimis, à couvertibilibus, & alijs; quos partim meditationj, partim lectioni, partim Rhetoricæ relinquimus.

A concomitantibus.

Loci à *Concomitantibus* ſubſtantias, argumenta ducunt per ea quæ remipſam aut antecedunt, aut comitantur, aut ſubſequntur. Ejuſmodi eſt locus à toto, & partibus. *Sex* autem modis totum aliquod concipitur, puta vniverſale, quantitativum, integrale: in modo, in loco, in tempore. Atque in hocce loco plures modi, plures & maximæ. V. g. quod affirmatur vel negatur de toto,

affirmatur vel negatur de parte. Poſito toto integrali, ponuntur partes neceſſariæ. Poſitis omnibus partibus, ponitur totum.

DIALECTICÆ.
A cauſis.

Locus quoque internus eſt *à Cauſis*. Nempe ab efficienti tum potentiâ aut actu, tum neceſſariâ vel ſufficienti. A materiali tam permanente, quàm tranſeunte. A formali ſeu ſubſtantiali, ſeu accidentali. A finali per ſe, quæ, maximè idonea eſt movendæ voluntati in genere moris. Subſunt loci à generatione, corruptione & vſu; quæ ſi bona ſunt, rem bonam arguunt: malam, ſi mala. Communiter accidentia, aut neceſſariè conjuncta, ſeu vicina; aut ab ijs quæ plerumque ſimul accidunt; queis maximè innituntur ſuſpiciones.

Loci externi.

Loci *Externi* ducuntur ab oppoſitis & adverſis, contrariorum enim contraria eſt conſequentia: & in contradictorijs de quo affirmatur vnum, negatur alterum. Si caſtitas eſt virtus, ergo libido vitium eſt, &c. à majori ex parte vel prædicati, vel ſubjecti, vel vtriuſque. A minori eodem triplici modo. A ſimili, pari ſeu æquali, in ijs quæ pari formâ, aut proportione donantur; modo ſimilitudo ſumatur in eo, ratione cujus prædicatum ineſt: Non enim valet, lilium vegetat, ergo & nix.

Tranſmutatione.
Ab autoritate.
A Tranſſumptione.

Alij Loci extrinſeci ducuntur à tranſmutata ***proportione***, quâ ſæpiùs vtuntur Arithmetici. V. g. ſicut ſe habent duo ad quattuor, ita ſex ad duodecim, quæ proportio duplex eſt. Ab autoritate, quæ ſemper affirmativa reputatur, quamvis probetur quid negative. Maxima ſolemnis Loci hujus. Cuique in ſuâ arte experto credendum eſt. Et ea baſis eſt & fundamentum Religionis Chriſtianæ. A tranſſumptione nominis ignoti, per notius expreſſi: vel tranſlatione, ex ſimilitudine & metaphora; vt vafri eſt decipere, ergo & aſtuti: ſerpenti non eſt fidendum, ergo nec adulatori.

Loci Medii.
Conjugata.
Caſuus.
Comparatio.
Oppoſitio.

Loci ***medij*** argumenta complectuntur, nec prorſus intranea, nec prorſus extranea. Ejuſmodi *ſunt Conjugata*; vt albedo eſt color, ergo album eſt coloratum. Iuſtitia virtus eſt, ergo Iuſtus virtute præditus eſt. *Caſus* variè inflexi; vt ſapienter agere optimum eſt, ergo & ſapientem eſſe. *Comparatio* abſoluta, relata, poſitiva; comparativa, ſuperlativa; modò non fiat in rebus, quæ conveniunt tantùm per accidens. *Oppoſitio*, quoties ſcilicet ſubjectum capax eſt predicari; falſum enim nix alba eſt propter albedinem, ergo albedo eſt alba. In reliquis idoneis certiſſima eſt maxima, propter quod vnum quodque tale, & illud magis. Aqua calida eſt propter ignem, ergo ignis magis calidus eſt.

Hæ porrò imminutæ Argumentationes *Rhetoricæ* potiùs & Dialecticæ quàm Logicæ, vt concludant vi non ſolùm materiæ ſed etiam formæ & conſequentiæ, reduci debent ad perfectum genus argumentandi.

enim quoniam ſtruendis in debita Figura Syllogiſmis, aſſignantur à Dialecticis *Regulæ* tum communes omnibus figuris, tum cuique ſpeciales vt de validitate conſequentiæ rectum ſtatuatur judicium, præcipuas ſeligo.

DIALECTICÆ.

Regulæ Syllogiſmi & regulares

Tria principia.

I. Veritatis aut falſitatis ſyllogiſmorum, *principia* apud Ariſtotelem præcipuè tria reperias. Primum, quodlibet eſt, vel non eſt Secundum, eſſe in toto & dici de toto, id eſt quidquid vniverſaliter affirmatur de aliquo ſubjecto, affirmatur etiam de omni quod continetur ſub eodem ſubjecto. Tertium, eſſe in nullo, & dici de nullo, id eſt quidquid vniverſaliter negatur de aliquo ſubjecto, negatur pariter de quocumque contento ſub eodem ſubjecto.

Medium diſtribui debet.

II. *Medium* ſaltem in præmiſſarum altervtra debet completè diſtribui, id eſt accipi vniverſaliter pro omni re pro qua accipi poteſt. Propterea *ex particularibus*, vi formæ, nil concluditur. Vt *Aliquod animal eſt Homo. Aliquis equus eſt animal. Ergo aliquis equus eſt Homo.*

Concluſio ſequitur debiliorem partem.

III. In concluſione non debet diſtribui aliquis terminus, qui non fuerit diſtributus in præmiſſis; quia *concluſio* ſequitur ſemper partem debiliorem, nec ſeipſam debet excedere. Vt *Omne animal eſt vivens Aliquod animal eſt nigrum. Ergo omne nigrum eſt vivens.*

Ex negativis nil ſequitur.

IV. Ex puris negativis, nil vnquam ſequitur. Vt Homo non eſt brutum Nullus equus eſt Homo. Ergo nullus equus eſt brutum.

Medium non ingredere concluſionem.

V. *Medium* ſub ratione medij nuſquam ingredi debet concluſionem, quia quilibet terminus bis duntaxat intrare debet ſyllogiſmum, & nihil probatur per ſeipſum. Vt Omne riſibile eſt rationale. Omnis Homo eſt riſibilis. Ergo omne riſibile eſt rationale.

VI. Nullibi variandæ ſunt *terminorum* proprietates, alioquin quattuor eſſent termini in ſyllogiſmo & fieret æquivocatio. Vt, Rationalis eſt differentia. Homo eſt rationalis. Igitur Homo eſt differentia.

Termini ſemper iidem.

Regulas ſpeciales.

In prima figura.

SVNT & Canones alij, directæ cuique figuræ *ſpeciales.* In prima ex majori particulari aut minori negativa, vi formæ nil concluditur. Exemplum primi. Aliquis homo eſt albus. Omne Animal rationale eſt album. Exemplum ſecundi. Omne marmor eſt frigidum. Nullum ferrum eſt marmor. Ergo nullum ferrum eſt frigidum. In ſecunda ex præmiſſis ambabus affirmativis, aut ex majori particulari nil ſequitur. Exemplum primi. Omnis Homo poteſt intelligere Omnis Angelus poteſt etiam intelligere. Ergo Omnis Angelus eſt homo. Exemplum ſecundi datur in eadem materia. Aliquod Intelligens eſt expers materiæ. Sed nullus Homo eſt expers materiæ. Ergo nullus Homo eſt intelligens. In tertia, ex minori affirmativa nil efficitur. Vt *Omnis lapis eſt ſubſtantia, Nullus lapis eſt Homo. Ergo nullus Homo eſt ſubſtantia. Concluſio item debet eſſe ſpecialis, vt Omnis Homo eſt ſubſtantia. Omnis Homo eſt animal. Ergo omne animal eſt ſubſtantia.* Subjungit Ariſtoteles non probandum per plura, cum ſufficit per pauciora: omnem digreſſionem vitioſam eſſe, niſi ſit neceſſaria; concluſionem demum debere colligi nude & ſimpliciter, non per interrogationem. Inſtantias omnes, id eſt factas ab adverſario objectiones, debere ſolvi: roburque eſſe non parvum quoties agitur, vt vocant, ad hominem & ex illius conceſſis.

Tres figuræ.

Modi quadraginta octo.

IGITVR ex varia illa combinatione terminorum, emergunt *tres figuræ.* Nec aliter ex varia combinatione propoſitionum, ſecundùm rationem affirmationis aut negationis, vniverſalitatis & particularitatis, naſcuntur *quadraginta & octo modi*, decem & ſex in vnaquaque figura. Quinam verò *vtiles* ſint aut inutiles; probabunt regulæ & canones mox antepræſcripti. Ex quorum applicatione, reſtant ſolùm *quattuordecim* Modi directè concludentes in tribus Figuris quos denotant voces fictitia ſequentes.

I. Fig. dir.	Indirect.
Barbara, Celarent Darij, Ferio	*Baralipton.*
Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum.	

SYLLO-GISMI

II. Fig. | III. Fig.
Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco | *Daropti.*
Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon.

I. Figura. Primi novem Modi, qui duobus primis verſibus continentur, ad primam pertinent figuram. Ex quibus quattuor priores concludunt directè, alij quinque indirectè; Illique dantur ſcilicet in Exemplum, è quo modos in alijs figuris indirectos facilè elicias. 2. Figura. 3. Figura. Quattuor primi qui continentur tertio verſu, ſecundam figuram exprimunt. Reliqui ſex tertiam. Cujuſque autem modi vocales A. E. I. O. propoſitionum qualitatem & quantitatem deſignant modo ſupra-dicto.

Aſſerit A. negat E. ſunt vniverſaliter amba.
Aſſerit I. negat O. ſunt particulariter amba.

Modi perfecti. Reliquæ vocales metro dumtaxat deſerviunt. In ſumma; primi quattuor modi primæ figuræ, ſoli appellantur *Perfecti*; tum quia ſunt in Figura omnium perfectiſſima, prima ſcilicet, tum quia concludunt directè. Alterius defectu, reliqui Modi habentur imperfecti.

Imperfecti. Ac perfecti quidem contra obſtinatè protervos, probantur per principia illa duo lumine naturali nota; *dici de omne, & de nullo*. V. g. neganti *conſequentiam* hujus ſyllogiſmi in Barbara. Omne animal eſt vivens. Omnis Homo eſt animal. Ergo omnis Homo eſt vivens. Probabis per dici de omni, in hunc modum. Quidquid vniverſaliter affirmatur de ſubjecto, affirmatur etiam de omni contento ſub ſubjecto. Sed eſſe vivens affirmatur de animali in majori, cum ipſa ſit vniverſalis affirmativa: ergo debet etiam affirmari de omni contento ſub animali. Atqui Homo continetur ſub illo in minori, cum Homo ſit ſubjectum & animal prædicatum. Ergo vivens debet affirmari de Homine *In concluſione*. Idem eſt proceſſus in negativis perdici de nullo. Vtrumque porro axioma innititur principio illi Metaphyſico indemonſtrabili, *quodlibet eſt vel non eſt*. Cui affine illud eſt *quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe*.

Imperfecti ad perfectos reducuntur. Oſtenſivè. Imperfecti autem ad perfectos *reducuntur*, vt conſequentia fiat evidentior, duplici viâ. Prima, quæ dicitur *Oſtenſiva*, convertit: & ſi opus eſt, tranſmutat ipſas propoſitiones ſyllogiſmi imperfecti, ſecundùm litteras capitales. V. g. Baralipton ad Barbara, Ceſare ad Celarent, & ita de reliquis. Ad impoſſibile. Secunda reductio dicta ad *impoſſibile*, deducit ad aliquod inconveniens per illationem contradictorij conſecutionis negatæ; ita vt vel negatum, vel contradictorium admittere cogaris.

Præter autem quattuor literas initiales B. C. D F. aliæ quattuor S. P. M. C. Modos reductionis manifeſtant. S. denotat propoſitionem ſignificatam per vocalem antecedentem, convertandam eſſe ſimpliciter. P. per accidens. M. commutandas eſſe præmiſſas, ſic vt major fiat minor, & è contra. C. in medio dictionis ſolùm Baroco, & Bocardo, denotat reductionem in his duobus modi non poſſe fieri oſtenſivè ſed tantùm per impoſſibile.

Syllogiſmus multiplex. Affirmativus & negativus. Categoremati-cus & hypoteti-cus. Demonſtrati-vus probabilis, Sophiſticum Rectus & Obli-quus. Communis & ſingularis. Modales. HACTENVS Syllogiſmus, formaliter conſideratus. Iam ratione *materiæ*, dividitur in Affirmativum & negativum; vtrumque ex terminis notum. In Categorematicum, & Hypotheticum, conflatos ex propoſitionibus ejuſdem naturæ; categoricis ſcilicet, aut bypotheticis. In Demonſtrativum, Probabilem, & Saphiſticum; alias, à libris in quibus tractantur apud Ariſtotelem. Poſterioriſticum, Topicum, & Elenchum. In Rectum, & Obliquum, ex terminis in recto vel obliquo collocatis. In Communem, ex medio communi perfecte diſtributo: & Singularem ſeu Expoſitorium, ex medio incommunicabili. Tandem fiunt Syllogiſmi modales, ex propoſitionibus modalibus conflati. Et hypothetici, ex propoſitionibus hypotheticis conditionalibus, copulativis, aut disjunctivis.

Inventio Medij. Enim verò quoniam nullus omnino ſyllogiſmus fabricari poteſt ſine MEDIO, hujus quoque inveniendi ars quædam præſcribitur in hunc fermè

modum. Ante omnia, repetendum eſt medium appellari terminum in argumentatione, quo vtitur Logicus ad propoſitam quæſtionem in modo & figura concludendam ac probandam. Ejuſmodi autem medium diſtinguitur *triplex*. Antecedens, terminum infert vel tanquam inferius, vel tanquam convertibile; vt Homo medium eſt antecedens ad animal, & ad riſibile. Conſequens, quod ex aliquo termino infertur altervtro modo; vt animal & riſibile, eſt conſequens ad Hominem. Extraneum de termino nequit affirmari, vt irrationalis reſpectu Hominis. Medij deffinitione ac diviſione ſic præſtructis, ſequentibus vijs reperitur;

DIALECTICÆ.

Triplex.

I. *Vniverſalis affirmativa*, quæ ſolum fit in Barbara, concluditur per medium conſequens ad ſubjectum, antecedens ad prædicatum. Id eſt terminus qui de ſubjecto prædicetur, illoque ſuperior ſit, inferior verò prædicato. V. g. omne ſenſibile eſt vivens. omne animal eſt ſenſibile, ergo omne animal eſt vivens.

II. *Particularis affirmativa* per medium antecedens tam ad ſubjectum, quam ad prædicatum. Omnis Homo eſt vivens, omnis Homo eſt animal, ergo aliquod animal eſt vivens.

III. *Vniverſalis negativa* per medium extraneum ad prædicatum, & conſequens ad ſubjectum. Nullum animal eſt planta, omnis Homo eſt animal, ergo nullus Homo eſt planta.

IV. *Particularis negativa* per medium antecedens ad ſubjectum, & extraneum ad prædicatum. Nullus Homo eſt inſenſibilis, omnis Homo eſt animal, ergo animal non eſt inſenſibile. Et ita variè, varias juxta figuras.

Eas verò regulas vt tenaciùs retineret memoria, novem finguntur dictiones; quas obſcuras æquè & inconditas complectitur, figura, quam veteres pontem aſinorum dixere.

DEMONSTRATIONIS LEGES & Artificium.

TITVLVS XIII.

Syllogiſmorum perfectiſſimus eſt Demonſtratio.

POSTERIOR ANALYTIC. LIBR. DVO.

QVIA porrò ſicut inter media efficaciſſimum ſtatuitur definitio: ſic in ſyllogiſmis optima, & deinceps examinanda velut propria materia Poſteriorum Analyticorum, Demonſtratio eſt. Attendi itaque debent.

DEMONSTRATIONIS { *Materia, Forma,* / *Finis, Medium.* }

EX iſtis nimirum quattuor, Demonſtrationis *definitio* colligitur à Philoſopho in hunc modum. Demonſtratio, ſyllogiſmus eſt faciens ſcire: vel certè conſtans ex veris, prioribus, notioribus, cauſiſque concluſionis. Adeò vt præmiſſæ concluſionibus credantur notiores, ſintque cauſæ concluſionis effectivæ, veriùs quàm inſtrumenta. Quia porro cauſæ omnes quattuor Scientiæ deſerviunt, demonſtratio haberi poteſt non de omnibus rebus, non de nullis: ſed de illis ſolùm & vniverſim, quæ medium habent neceſſarium. Eoque demonſtratio perfectior eſt, quò cauſa eſt propinquior. Atque eam ob rem ſtatuitur,

Definitur.
ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος, *L. 1. Analyt. Poſter. c. 2.*

MVLTIPLEX {
Vniverſalis, & Particularis.
Affirmativa, & negativa.
Oſtenſiva & deducens ad Impoſſibile.
Propter quid, & quia.
}

SYLLOGISMI [illegible], L. 1. Anal. ... c. 1.
1. Propter quid.
2. Quia.
Geneſ. 28.

DEMONSTRATIO propter quid ex cauſa proxima ſeu immediata demonſtrat effectus. Demonſtratio quia, fit per cauſam remotam, aut per effectus. Quæ diſtinctio ex eo oritur, quod propoſitionum aliæ notæ ſunt ſimpliciter quoad ſe; & ſecundùm naturam: aliæ, quoad nos. Ideoque per illas mens humana alis ratiocinationis inſtructa; aſcendit, rurſumque deſcendit velut per gradus ſcalæ illius Myſticæ; quam alibi voco Naturæ, Scientiæ, & Eloquentiæ Pyramidem.

Præcognoſcenda de ſubjecto, paſſione & principijs.

CVM autem doctrina omnis fiat ex antecedente cognitione præcognoſcendum eſt de ſubjecto, quod ſit: de paſſione, quid ſignificet: de principijs, quod vera ſint. Vnde priùs quam gignatur Demonſtratio, concluſio dicitur formaliter ignorari virtute cognoſci. Eſt autem ignorantia duplex. Altera puræ negationis, vt in lapide; altera pravæ diſpoſitionis, vt in ruſtico tyrone. *Principia Demonſtrationis*, certiora debent eſſe ceteris, non extranea, ſed interna; non remota, ſed proxima: non accidentalia, ſed neceſſaria: non fluxa, ſed perpetua: non particularia, ſed vniverſalia. Quam quoque ob rem Principia cenſentur *Indemonſtrabilia*, vel ſimpliciter; tuncque appellantur ſeu poſitiones, ſeu dignitates & axiomata. Principia ſcilicet valde communia, & per ſe nota; vt quodlibet eſt, vel non eſt. Vel ſecundùm quid, & ſunt poſtulationes ſeu poſitiones. Principia nempe non omninò communia & nota, ſed alicui Scientiæ particularia; vt omne quod movetur, vel à ſe, vel ab alio: movetur

Principia Demonſtrationis vel ſimplicia, vel poſtulationes.

Indemonſtrabilia

Axiomata.

Poſitiones.

Demonſtrationis principia communia & propria.

DIVIDVNTVR IN { *Communia multis Scientijs,*
Et Propria alicui Scientiæ. }

Analyſis deductio ad impoſſibile.

Duo communiſſima principia.

OMNIVM ejuſmodi Principiorum vltima analyſis fit deductione ad incommodum ſeu impoſſibile, quà pervenitur ad illud ſolemne principium; Impoſſibile eſt idem de eodem ſimul affirmare, & negare ſunt verò duo communiſſima Principia; Impoſſibile eſt aliquid ſimul eſſe, & non eſſe: Neceſſe eſt idem eſſe, vel non. Quapropter idem de eodem non poteſt ſimul affirmari & negari: Primum autem principium in vno genere cauſæ, & in vna ſcientia, eſt indemonſtrabile. Eſto in alio genere in aliave ſcientia, vbi primum principium non eſt, demonſtratur. Porrò quoniam ad vnumquemque pertinet reſpondere de ſua arte, inhærere ſemper debet ſcientiæ ſuæ theſibus, axiomatis, ac definitionibus. Nec quicquam contrarium admittere, conceſſo enim vno abſurdo, ſequerentur innumera.

Primum principium indemonſtrabile. [illegible], L. 1. Prior. Analytic. c. 2.

SED ENIM quia in Diſciplinarum viretis, flores nulli ſine ſpinis, quemadmodum in ſublunaribus perfectio nulla abſque nævo; impigra induſtriaque manus ejuſdem Ariſtotelis abſolutum totius ſcientiæ Ratiocinatricis opus coronat libris duobus περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων.

ELENCHORVM LIBRI duo.

TITVLVS XIV. *Ars Sophiſtica.*

De Anim. c. 18.

VT intelligantur ſubtiles Sophiſmatum fallaciæ, quas tormenta [*cruciandæ ſimplicitatis & ſuppendendæ veritatis*,] vocat egregiè Tertullianus; quæ ſequuntur, animadvertere pretium erit. I. Sapientiæ ac Sophiſticæ idem elogium eſt, eadem origo. Vnde, notantibus Cicerone ac Plutarcho, *Sophiſtarum* nomen tributum primò in vnaquaque ſeu ſcientià ſeu arte præſtantiſſimis. Derivatum deinde à Sapientiæ cultoribus, ad Profeſſores Eloquentiæ. Ceſſit tandem vtriuſque corruptoribus, qui lucri & gloriæ Simiarum inſtar, cupidi non ſapientes eſſe contendunt, ſed videri affectant.

Obſervanda quædam

1. Quinam dicti Sophiſtæ.

II. Quemadmodum corpus nullum ſine vmbra, ſic nec veritas vlla cui non ſit affine *mendacium*, nec diſciplina vlla vnquam fuit abſque ſuis corruptelis. Phyſicam infuſcat Chimia, Medicinam mangonium, Theologiam ſuperſtitio, Moralem hypocriſis, noſtram hanc Logicam ſophiſtica.

2. Nil ſine nævo & corruptela.

III. Officium itaque ſapientis eſt noſſe technas ejuſmodi, non quidem vt decipiat: ſed ne dum verum veſtigat, vel à ſe vel ab alijs *decipiatur*. Præter quam quod veritas, colorum inſtar, per oppoſita magis ducet; ejuſdem profectò diſciplinæ munus eſt docere contraria, haud aliter eadem amuſſis recta dirigit, obliqua corrigit. Quare & ipſa quoque medicina venena non minùs tradit, quàm antidota.

3. Cur diſcenda Sophiſmata.

IV. Sed enim vbiquè mendacium, & hallucinatio à *ſimilitudine*, Eoque major fallacia evadit, quò vultus & larvæ, veritatis ac mendacij ſimilitudo ſimilior. Quis enim quæſo pedem credat eſſe oculum, aut gramen nigricans auri talentum reputet?

4. Omnis error à ſimilitudine [illegible] 2. Repr. 1.

V. Quidquid porrò fallaciæ eſt *oritur* partim vel à cognitione ipſa, vel ab ipſomet cognoſcente; qui non vno modo cæcutit, & caligat in objectis. Partim ex cauſis apparentiæ in rebus ipſis, vel ex differentia, quæ cauſa non exiſtentiæ appellatur. *Apparentia* decipimur, quoniam vnius nominis vnum quoque ſignificatum præſumimus. Nec diſcrimen res inter & verba ſatis advertimus. Quia enim, autore Ariſtotele, cogimur vti fabricatis nominibus velut vicarijs rerum ipſarum, quæ dumtaxat ſigna ſunt ex hominum inſtituto; eandem amborum ſortem, falsò opinamur. Nam naturæ fœcunditas res quotidiè producit innumeras, *nomina* autem quæ cudimus perpauca ſunt. Inde idem nomen, rebus ſæpè diverſis, quin & omninò adverſis, aptari neceſſe eſt. Et illa quidem radix eſt primaque origo noſtræ omnis tum ignorantiæ, tum hallucinationis.

5. Vnde oriuntur fallaciæ.

VI. Scopus itaque *Sophiſtis* vnicus eſt ſubtiles videri per ejuſmodi præſtigias, eaque tàm rerum quàm nominum confuſione incautos vel decipere, vel irretire & irridere. Quod inter diſputandum *quinque* enituntur modis. Ad metam enim, vt vocant, deducunt 1. per redargutionem, dum ita argumentis, velut plagis & retibus implicant; vt idem concedere, idem mox negare adigant. 2. Per fallaciam, quoties confeſſionem extorquent apertæ veritati manifeſtè oppoſitam. 3. per paradoxum, abſurdum ſeu inopinabile; quando cogunt eum contra quem diſputant ſua principia, ſuæque artis axiomata pernegare. 4. Per ſolœciſmum, ſi illum ad aliquos Grammaticæ ſcopulos impingunt.. 5. Per nugatoriam, eum reſpondentem in battologias & inutilia præcipitant.

6. Scopus Sophiſtarum

Qui nam plex. 1. Redargutio. 2. Fallacia 3. Inopinabile. 4. Solœciſmus. 5. Nugatoria.

ILLA nimirùm vniverſa, & ſcitu neutiquam indigna, Ariſtoteli cauſa fuit; vt ab eo diſtingueretur.

Syllogiſmi
Syllogiſmus quadruplex.
1. Demonſtrativus
2. Dialecticus
3. Pſeudographus.
3. Sophiſticus

Syllogiſmus quadruplex { *Demonſtrationis, Dialecticus: Pſeudographus, Sophiſticus.*

Demonſtrativus*; ſeu epidicticus, qui evidens eſt. Dialecticus, qui probabilis. Pſeudographus, qui ſimulat demonſtrativum, ex principijs alicujus ſcientiæ malè intellectis. Sophiſticus demùm ſeu paralogiſmus, dialecticum adulterans, captioſa & litigioſa ratiocinatio illa eſt; quæ ex ijs quæ videntur, nec tamen ſunt, concluſionem colligit. Eodem ſenſu *diſputationem* ſtatuit doctrinalem, dialecticam: tentativam, & contentioſam.

Quadruplex diſputatio
Tribus modis fit Sophiſma.
1. In materia.
2. In forma.
3. In vtroque.

Illuſio itaque ex ejuſmodi principijs orta, contingit I. in *materia*, vel quando ſupponitur neceſſaria licet non ſit, vel quando apparens ſumitur vt probabilis. II. *In forma*, quando contra regulam peccatur. III. *In vtroque*. Sophiſmatis igtur fabricandi artes & technæ traduntur in priori Parte hujus Operis: poſterior, illius deſtructionem, & redargutionem proſequitur.

Duo libri Elenchorum.

Qvocvnqve autem modo inſidias ſtruat Sophiſtarum genus pecunioſam, ſimulatamque ſapientiam affectans, Sophiſmatum genus omne ſtatuitur duplex; in dictione, ſeu in verbis: & extra dictionem, ſeu in rebus ipſis.

In dictione fallaciæ ſex.

In dictione svnt VI. { *Æquivocatio, Amphibologia: Compoſitio, Diviſio; Accentus, Figura dictionis.*

1. Æquivocationis.
2. Amphibologiæ.
Indic. 14.
3 Reg 10.
Ænigmata.
Geneſ 27.
Ioan. 7.
Luc. 24.
Geneſ 44. & ſeq.

I. Æ*Quivocatio*, deceptio eſt procedens ex vnitate vocis plura ſignificantis, priuſquam diſtinguatur. Cauſa apparentiæ eſt ſimilitudo vocis, cauſa non exiſtentiæ eſt diſſimilitudo ſignificati I. *Fit* in merè æquivocis. Vt, Homo eſt animal rationale hæc imago eſt Homo; ergo hæc imago eſt animal rationale. II. In voce analoga. Vt, *quod ridet, habet os*: pratum ridet, ergo habet os. III. In variatione aliqua. Vt *quod ſurgit* ſtat; ſedens ſurgit, ergo ſedens ſtat IV. *Amphibologia* fit quando oratio, ipſa æquivoca habet plures ſenſus, aut quando caſus & conſtructio immutantur. Vt, omnes magiſtri ſunt Homines; libri ſunt magiſtri, ergo libri ſunt Homines. Eo fortè in numero cenſeri poſſunt problemata illa parabola & *ænigmata*, quæ ſibi invicem miſſitabant Reges olim ſapientiſſimi. Facta ipſa nonnulla quæ aliud oſtendunt, aliud abſcondunt. Ita Iacob matris ſuaſu veſtes piloſas indutus, patri caliganti Eſau ſe eſſe aſſeverat: Christvs negat ſe Hieroſolymam proficiſci, nec procul Emau fingit ſe longiùs ire. Quæſiti pariter ad necem, S. S. Felix & Athanaſius; ille Felicem ſibi de facie notum negat: iſte obverſa prora, Athanaſium illuc mox navigaſſe affirmat. Ioſephus ſuos fratres prolixè, & innocenter ludificat. Sunt alia ejuſmodi ſexcenta, quæ mendacio ſic vacare, aſtruit Auguſtinus, vt illo vnquam vti, quocumque ſub prætextu, fas eſſe prorsùs abneget.

3 Compoſitionis.

III. *Compoſitio*. Vt, quod non poteſt non agere, agit neceſſario: ſed voluntas Hominis cum gratia efficaci, non poteſt non agere; ergo voluntas Hominis, agit neceſſariò.

4. Diviſionis.

IV. *Diviſio* præcedenti opponitur. Vt, qui nunc natus dicitur, nunc *natus eſt: Homo viginti annorum*, nunc natus dicitur; ergo Homo viginti annorum, nunc natus eſt:

5. Accentus.

V. *Accentus* quintuplex, ex diverſa vocis alicujus prolatione, vel variato accentu, vel mutata quantitate, vel mutatione aſpirationis, vel vnione dictionum. Vt, quidquid gignitur invite, vva eſt: ſed quidquid fit coactè, fit invite; ergo quidquid fit coactè, vva eſt. Quicumque deſiderat æquum, deſiderat juſtum: ſed qui deſiderat equitate, equum deſiderat; ergo qui deſiderat equitate, deſiderat juſtum.

VI. *Figura dictionis*, fit dum tranſitur de vno genere in aliud. Idque vel grammaticè per ſolœciſmum, vel logicè de vno prædicamento ad aliud: vel intra idem prædicamentum, de vna ſpecie ad aliam; vel ab vniverſali ad parti-

culare, & vice verſa. Vt, animal eſt genus, Homo eſt animal, *ergo Homo eſt genus.*

Fallaciæ extra dictionem VII.

EXTRA DICTIONEM VII.

Fallacia Accidentis,
Ejus quod ſimpliciter dicitur, & ſecundum quid.
Ignoratio Elenchi.
Petitio principij.
Conſequens.
Non cauſa pro cauſa.
Interrogatio multiplex, quaſi vna.

1. Accidentis.

2. ACCIDENTIS fallacia triplex, omnium ſubtiliſſima & communiſſima fit quoties variatur ſuppoſitio: & dum quidquid de vno V. g. de prædicato aſſeritur, aſſeritur & de alio V. g. de ſubjecto. Vt Natura Divina eſt Pater, Filius eſt natura Divina; ergo. Filius eſt Pater. Id verò falſiſſimum eſt, quia medium non diſtribuitur.

2. Secundum quid.

II. A dicto *ſecundùm quid* ad eſſe ſimpliciter, aut vice verſa, ſeu à parte ad totum Vt, Lege divina omnis ſacerdos exemptus eſt, ergo omnis *ſacerdos à perſolvendo officio exemptus eſt.*

3. Ignoratio Elenchi.

III. *Ignoratio* Elenchi, fallacia tranſcendentalis, aliquid omittit, vel in materia, vel in forma, ſub quo latet contradictio ementita. CHRISTVS Dominus idem eſt cum Patre ſecundum Divinitatem, ſecundùm verò humanitatem non eſt idem, ergo cum Patre eſt idem, & non idem.

4. Petitio principij.

IV. *Petitio principij*, reponit pro ratione ipſam theſim, probatque idem per idem. Vt Homo eſt riſibilis, *quia animal rationale eſt riſibile*, *qui circulus vtique vitioſus eſt.*

5. Conſequens.

V. *Conſequens* fallit dupliciter. I. Cum ex ejus affirmatione infertur antecedens; Vt, *eſt Spiritus*, *ergo eſt* DEVS. II. Cum ex negatione conſequentis, infertur negatio antecedentis. Vt, *non eſt* DEVS, ergo non eſt ſpiritus.

6 Non cauſa vt cauſa.

VI. *Non cauſa, vt cauſa.* V. g. ſi colligas litterarum ſtudijs non eſſe incumbendum, eò quod multis ceſſerint in perniciem. Sacramenta Eccleſiæ abroganda, quoniam illis abutuntur non pauci.

7. Interrogatio multiplex.

VII. *Interrogatio* multiplex, velut vna. Vt licet ne dare cenſum Cæſari, occidere hominem, puellam, & ſororem ducere in vxorem?

Quot modis fallaciæ diſſolvuntur. 1. Extraordinaria. Prov. c. 26. Matth. 23. Ioan. 8.

SED ENIM ejuſmodi Sophiſmatum *diſſolutio*, Duplex à me reperitur. *Extraordinaria*, eaque ſapientiſſima; cùm V. g. docet Salomon ſtulto aliquando reſpondendum, aliquando non reſpondendum. Vel cum ars arte repellitur. Sic divina CHRISTI prudentia, miſſos è Iudæis qui ipſum caperent in ſermone, liceret ne cenſum dare Cæſari, egregiâ ſolertiâ confutat. Vel cum vibrata ab adverſarijs jacula in ipſos retorquentur, argumento quod propterea vocant *ad hominem.* Eo modo idemmet CHRISTVS, accuſatores meretricis vrget, vt qui inter eos innocens eſt, primus in mulierculam ſaxum mittat.. Iudæoſque omnes præclaro dilemmate conſtringit. [*Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.*]

2. Ordinaria & Logica. Lib. 6. Topic.

Ordinaria ſeu *Logica* fallaciarum ſolutio, fit veri explicatione, mendacij, revelatione: negando ſyllogiſmi vel materiam, vel conſequentiam in forma & figura; ambigua diſtinguendo, proprium rei & nominis ſenſum exponendo, alijſque ejuſmodi cautionibus, quas ἄμαλα Stoïci vocitabant. Et certè *quiſquis* verum probe novit, mendacia facilè & deprehendit & revincit. Nec tamen diſputandum cum quovis, ſed vel increpandus, vel deſerendus qui aptè non reſpondet, aut interrogat, ſeu arguit.

ATQVE ea in cæteris cauſa eſt, cur Logicam Ariadnæ filo comparent

Syl. Dialect. *L. 3. contra Academ. c. 13. L. 3. contra Academ. c. 17. L. 2. de Ordin. c. 19. L. 1 contra Creſcon. c. 14.*

Eruditi. Ducit nempe intellectum per varios mendacij & erroris, velut labyrinthi, anfractus. Vt meritò repetat ſæpè Auguſtinus [*plura* ſe de Dalectica ſcire, quàm de quavis parte Philoſophiæ. Quare & eam vocat ſcientiarum formatricem ac judicem, diſciplinarum diſciplinam; à qua ſe in omnibus eruditum & profitetur, & verò gloriatur. Illud certè præcipuum *quando de re conſtat, non eſſe de nomine laborandum.*] Addit alicubi D. Paulum, quin & CHRISTVM ipſummet, Dialecticis vtique annumerandos.

Quo quidem præeunte, *ſyllogiſmus* ſolet à me appellari lapis lydius explorator veritatis; quam humanæ mentis & pabulum eſſe & theſaurum, noſter hic Contextus oſtendere proſequatur.

Nexus & tranſitio.

CVM ergò abſolverimus vtroque præcedenti Circulo, quæ & oris ſermonem formant, & rationis diſcurſum reformant; jam ad *ſpeculativam* Philoſophiam, qua tres vltimi noſtræ vniverſalis ſapientiæ Circuli clauduntur, vt tranſeamus monet ipſa ratio inſtituti.

SCIEN-

SCIENTIA
SPECVLATRIX.

Proloquium ad Scientias Theoreticas.

TERTIVS hic Doctrinæ Humanæ ſeu Acquiſitæ Circulus, tres alias complectitur, quibus ſcientiæ nomen maximè proprium eſt. Statim enim atque Homo & loqui emendatè ac ornatè, & probabiliter certóque ratiocinari aſſuevit; ſemet ſupra ſe evehens, ea demum contemplatur quorum opifex minimè eſt. Veritates nequaquam facit, ſed illas anquirit. Quod ſi inventis ejuſmodi veris, aliquid deinde operatur; ſcientiæ revera munus non eſt niſi ex accidenti, & quatenus mixta ſeu impura evadit.

Natura Scientiæ ſpeculativi.

Ea porrò *Speculatrix*, quæ ſola ſcientiæ elogio claret, proles eſt & effectus demonſtrationis. Suo quippe tum objecto, tum cognoſcendi modo, diſtinguitur abs cæteris facultatibus & diſciplinis; quæ ſunt mentis humanæ decora, & theſauri. Adeò vt nulla fruatur titulo Scientiæ, niſi quæ indubitatis adhæret, & Scientem facit in ſua cognitione immobilem.

Scientiarum diſtinctio ab objectis.

Enim-verò Scientiarum iſtiuſmodi, quæ partes ſunt & velut membra ENCYCLOPÆDIÆ, *diſtinctio* non aliundè ſumi ſolet, quàm à ſuis objectis. Et quidem à ſolo formali, præciſo, ſingulari ac determinato. Ratio illa eſt, vt inſinuatum ἐν τοῖς λογικοῖς, ſub qua conſideratur vnaquæque veritas, ex quarum coagulo variæ poſt modùm claſſes emergunt.

Vincula Scientiarum & nexus duo.

Neque verò ſolùm communes habent Scientiæ inter ſe *commiſſuras*, quibus vnum Encyclopædiæ Corpus efficitur. Sed proprijs nexibus ac ligamentis vnaquæque inſiſtit. Inde-adeò ſi ſingulis iſtis Diſciplinis animus, pluſquam par eſt, illigatur; & invicem videntur ſibi ipſis averſari, & altera alteri eſſe impedimento. Econtra ſi nexus illarum pateſcunt, ſuiſque ipſæ redduntur principijs vniverſalibus; ſorores revera conſpicies, Gratiaſque mutuo ſe complexu oſculantes. Nec tunc magis altera alteri, quàm lux luci, adverſatur.

Annon Mathematice incumbit quantitati ſeparatæ, Phyſica corpori naturali: Aſtronomia Cœlorum naturæ, Medicina corporibus

ſanandis, Theologia Numini contemplando? Tot ſeorſim *objecta*, prima fronte oppoſita quis neget? At ſi rimaris intimos nexus, ſecretaque vincula; conſpirabunt illæ omnes diſciplinæ, in veritatem vniſſimam.

Tres Speculativæ.

Sed enim quia ternarium nullis non rebus, ſcientijſque adhæreſcit; cognitio omnis, etiam ſpeculativa, ad tres ſummatim debet revocari. Tertius iſte *Circulus* eſt, quo includentur à me deinceps *Phyſica*, *Mathematica*, *Metaphyſica*.

Philoſophia propriè dicta.

Tres nimirum Diſciplinæ Scientiæque principes, quas vnum Philosophiæ nomen præcipuè complectitur. Ac hujus quidem ſtudium & amor, humanæ menti ſic à natura inſitum eſt; vt nulla vnquam Barbaries non habuerit ſuos Philoſophos, verique contemplatores. Annon ſui Iudæis Rabini, Indis Gymnoſophiſtæ, Perſis Magi, Chaldæis Aſtrologi, Sacerdotes Ægyptijs: noſtris quoque Gallis Bardi & Druidæ, Græcis Σόφοι?

Vbique Nationum Philoſophi.

Ex iſtis vetuſtiores Muſæus, Linus, Orphæus, Homerus, res divinas perinde ac naturales Poëticis involverunt. Primus proſâ evolvit Pherecides, præceptor Pythagoræ; qui non ſapiens, vt illi Septem, vocari ſuſtinuit: ſed φιλόσοφος, ſapientiæ amator, ſtudioſus & inquiſitor.

Variæ Sectæ.

Ab eo nimirum tempore, examina *Philoſophorum* penè innumera pullularuntque *Sectæ* diverſæ, quibus nomen vel ab Autore, vel à doctrina, vel à docendi modo, vel ab aliquo ejuſmodi adjuncto. Sic à Pythagora Symbolici, abs Zenone Dialectici, à Diogene Cynici, Phyſici à Thalete, Morales à Socrate. *Academicis* nomen ceſſit à Schola, vigetque vbicumquè præclara edocentur. Veterem certè *Academiam* condidere Socrates & Plato, Mediam Arceſilaüs, Carmedes & Lacides Novam. Ab illis poſtmodum fluxerunt Cyrenaïci, Stoïci, Epicurei: Peripatetici, qui inter deambulandum philoſophabantur. Sceptici aliàs, Pyrrhonici, quorum ambiguitatem renovavit, Sixtus Empiricus, de rebus non plus ratiocinantur quàm dubitando. Vnde paſſim Dubitatores, Conſideratores, Retentores nuncupati. Vltima, quæ in iſtis humanæ mentis & ſcientiæ tenebris magis fortè placuerit, *Electiva* eſt.

Academia.

Hic tamen gradus *Peripateticæ* inſiſtit. Nam cum Naturæ ductu, ab inferioribus greſſus fiat ad ſublimiora; *tres Speculativas* ordiri debemus cum Peripateticorum Principe Ariſtotele, ab ea quæ noſtris adhuc ſenſibus adhæreſcit, *Phyſica*.

PHYSICA GENERALIS PERIPATETICA.

TITVLVS I. *Diſtributio Phyſicæ Generalis.*

NE abeamus vſquam abs religioſo *Titulorum* numero, quo noſtra omnis Sapientia Vniverſalis, ſeu Encyclopædia myſticè dirigitur; in hoc Phyſicæ Generalis Digeſto, examinari debent, quia ſolent à Peripateticis, veſtigia Ariſtotelis prementibus, & in Octo Libris περὶ τῆς φυσικῆς Ἀκροάσεως, aliàs περὶ Ἀρχῶν, relegentibus.

IPSA SCIENTIA NATVRALIS.

TRACTATVS IX.	Rerum Naturalium Principia,	LIBR. I.
	Natura, & Naturalium Cauſæ,	LIB. II.
	Motus, & Infinitum,	LIB. III.
	Locus, Vacuum, Tempus,	LIB. IV.
	Species, Vnitas, Contrarietas, Motus,	LIB. V.
	Motus, Diviſio in partes,	LIB. VI.
	Principium motus in, vel extra ſe,	LIB. VII.
	Initium motus, & Primum movens.	LIB. VIII.

ATque vt ſueto Philoſophorum more ab Etymo ordiamur, Diſciplina quâ de modo agitur, τῆς φύσεως, Phyſica hoc eſt Scientia Naturalis paſſim agnominatur. Eſtque *exiſtentia* illius tam certa, quàm res ipſæ naturales, quas explicat, ſub ſenſum certiſſimè cadunt. Ad quod autem *genus* reducenda ſit, ſic ſtatuendum videtur. Phyſica quid.

Non dubium quin Phyſica hæc ſcateat *erroribus* plurimis, quia haud vivi-

mus in Mundo illo Platonis ideali & intelligibili, ſed in ſenſibili corporeoque. Atqui via ſenſuum, per quos ad Scientiam itur, ex Empedocle anguſta eſt, præterquàm quod in Mundo perpetuum nihil. Quamobrem ingenuè fateri oportet in noſtræ vanitatis pudorem, omnia ſublunaria & materiæ immerſa, tenebris pluſquàm cimmerijs eſſe involuta: veritatem Democriti puteo immerſam, Naturalem Scientiam docere multa, fidei divinæ, in ſpeciem, repugnantia. Vnde & Tertulliano, Philoſophi Patriarchæ Hæreticorum nuncupantur. Nihilominus cum Phyſica, ſeu Naturalis Scientia, plures effectus noſcat per neceſſarias cauſas, quæ nunquam, ſaltem vniverſim, naturæ ſuæ gradum amittunt, à potiori parte credi debet *Scientia*.

Philoſophi hæreticorum Patriarchæ. Phyſica Scientia eſt.

Non Practica, Speculatrix

Per accidens virtutem inſpirat.

NON illa quidem Practica, vt quæ non tradat operandi præcepta: Sed *Speculatrix*, vt pote tota in veritate & rerum phyſicarum contemplatione conſiſtens. Manat enim ex alio fonte, quòd notitia rerum abditarum Hominem DEO efficiat ſimilem: amorem illius concilict, ſimulque ſuadeat mundi vaniſſimi deſpicientiam. Nec tamen perperam Ariſtoteles, Phyſicæ ſororem appellat Medicinam. Hoc nimirum duplici diſcrimine; quod illa animo medeatur, iſta corpori; vna circa Parvum Mundum practicè, altera circa Magnum Theoreticè occuppetur. Phyſicæ itaque ſic conſtitutæ

OBVERSANTVR { *Objecta*, { *Materiale*, *Et* *Formale*. } *Vtilitates*, *Excellentia*. }

Objectum materiale.

MAteriale objectum eſt Ens mobile, Corpus mobile, ſeu Ens naturale; revera enim in idem recidunt, hi tres tituli. Adæquatur enim Phyſiologiæ. In illudque cadunt præcipuæ, quæ in Phyſicà tractantur, affectiones. *Formale*, quà corpus naturale eſt, ſeu mobile. Eo enim characteriſmo Phyſica Scientia inſignis, in ſuâ claſſe conſtituitur ab omnibus alijs Diſciplinis ſeparata.

Formale.

Vtilitates Phyſicæ.

In eo quidem gradu, ſortitur Phyſica non temnendas *vtilitates*. Nimirum vt agnoſcatur *vnitas* DEI & Naturæ, in vna Scientia. Certitudo & perſpicuitas rerum naturalium, in omnes Hominis operationes, maximè in actuoſas & factitias, derivata; quæ illius ſunt quaſi appendices, & propagines. Quin etiam Phyſicæ Theologis vſus in Atheos, vt ſupernaturalia noſcant, tueantur & illuſtrent. Cuilibet demum Homini, ad notitiam *Summi Opificis* & Moderatoris DEI, qui eſt in Philoſophia finis omnium ſanè peroptimus.

Prærogativæ.

AB eo potiſſimum fructu ſacerrimo, deſumenda eſt Scientiæ iſtius *Eminentia*. Practicis certè anteferendam nemo ambigit. Quod ſi comparetur cum Speculativis, ex Ariſtotele *ſecunda Philoſophia* eſt, id eſt poſt Metaphyſicam, & ante Mathematicam. Materialis enim Subſtantia dignior equidem quantitate eſt, ſed inferior Subſtantijs ſeparatis. Sin autem non rei ſubjectæ præſtantia attenditur, ſed demonſtrandi certitudo, is ordo vtiquè invertendus. Nam Mathematica eſt à motu abſoluta, Naturalis ſemper in motu. Metaphyſica verſatur circa res à noſtro ſenſu remotas, Phyſica circa ea quæ noſtris cum ſenſibus habent commercium. His obiter prælusis, PHYSICAM aperiunt varia illius *Principia*.

Metaphyſice & Mathematice comparantur cum Phyſica.

AVSCVLTAT.

PRINCIPIA RERVM Naturalium Examinantur.

TITVLVS II. *Principia in genere.*

AB illis nimirum, & quidem, generalioribus, ordiendum, docet ipſamet Natura. Eaque primùm in genere, deinde particulatim vt conſiderentur, methodus doctrinæ perſuadet. Principia etenim ſupponit Phyſicus, vel certè mutuatur à Metaphyſico & Dialectico. Ita vt nulla Scientia, ſua probet principia, nec contra illa negantem diſputet. Ea quippe illis prius habet nihil. Et tunc maximè ſcire putamus, cùm rem per principia & ad vſque elementa cognoſcimus. Dum ſcilicet & progredimur [ex ijs quæ naturâ quidem ſunt obſcuriora, nobis tamen ſunt clariora, ad ea quæ ſunt notiora & clariora natura.]

Principia ſupponuntur, non probantur. ὁ λόγος ἐπὶ τοῖς τῶν ἀναλυτικῶν ἀρχαῖς. *l. 1. Phyſ. c. 2.* οὐ γὰρ πάντων μὴ προγινωσκομένων ἡ ἀπόδειξις. *l.*

DARI nihilominus principia Philoſophus *probat*, ex rerum ad invicem tranſmutatione. Is quippe tranſitus vnius rei ad aliam, requirit *tria*. Illud quod tranſit, nempe ſubjectum: id à quo tranſit, ſeu terminum à quo; & id ad quod tranſitus fit, ſeu terminum ad quem. Quod ſatis liquet in geneſi, ſive vt vocant in fieri rerum.

Et nihilominus probantur. *Tria in omni mutatione.*

Porrò quia prius expendi debet quid ſit res de qua agitur, *definiuntur* in hunc modum. Principia ea ſunt [quæ neque ex alijs, neque ex ſe invicem, & ex quibus omnia fiunt.] Quam definitionem intellectam tantùm de principijs rerum naturalium, ita expendas velim. Non ex alijs, jam enim non eſſent prima principia, ſed ab illis proribus principijs oriunda. Non ex ſe invicem, quia principia ſunt primò contraria. Idque vel privatiuè, & in genere ſubſtantiæ. Vel ſimpliciter in ratione principandi; cujuſmodi ſtatuitur ipſamet forma ſubſtantialis, & ejus privatio. Ex ijs autem procedunt vniverſa, Quæ nempe à principijs ejuſmodi pendent. Quæ enim à ſemet exiſtere non valent, ab alijs oriri neceſſe eſt; puta vel in modum compoſitionis, vel ſaltem vt à termino à quo citra omnem cauſæ influxum.

Definiuntur. Δεῖ τὰς ἀρχὰς μήτε ἐξ ἀλλήλων εἶναι, μήτε ἐξ ἄλλων, καὶ ἐκ τούτων πάντα, *cap. 6.*

DISQVIRITVR deinceps QVOT-nam ſint ejuſmodi principia? Certè non poteſt eſſe *vnicum*. Principia enim contraria ſunt, ergo multa. Nam ſi non ſupponitur niſi vnicus Motus, Natura planè evertitur. Immo & tollitur ipſamet Natura, quæ eſt principium motus. Meritò igitur redarguit Ariſtoteles priſcos ante ſe Philoſophos; quorum alij cælum, aquam alij: hi aërem, illi ignem principium generaliſſimum credidere.

Plura ſunt Principia. *Non vnicum.*

Sed nec dantur *infinita* principia, quæ noſtram extra ſcientiam exorbitarent. Adde quod vbiquè vnica reperitur contrarietas privativa, vt album, non album; cujus duo ſunt extrema, in ſubjecto cui inexiſtunt. Apage igitur infinitas *Atomos* inſectiles, illamque πανσπερμίαν, cujus fortuito coalitu Res omnes Democritus conflavit, & poſt eum Epicurus, ejuſque ſymmiſta etiam in Poëſi Lucretius: quaſi

Non infinita. *Exploduntur atomi Democriti.*

Diſſimiles formæ glomeramen in vnum
Conveniunt, & res permiſto ſemine complent.

Libr. 2. de Rer. Natur.

NEC item *plura tribus* vt Pytagoræis placet, qui Mundum Δεκάδα dixere. Naturam ſcilicet referentes in denarium numerum ob ejus myſteria, vim occultam, & excellentiam in qua ceteri clauduntur. Vel in numerum parem diviſioni aptum, qui materiam ſignificat: & imparem, qui ſtabilitatem formæ repræſentat.

Non ſunt plura tribus. *Contra Pytagoræorum decadem.*

Sed nec *duo* tantùm. Nam vnum contrarium in abſtracto, non poteſt aliud ſibi contrarium efficere; calor quippe in frigiditatem non tranſit. Addas igi-

Non duo,

Libri VIII. Inter contraria datur medium Τεσ. τα στοιχεῖα, cap 7

tur neceſſe eſt ſubjectum, quod vtrumque patiatur, ſucceſſivè. Cum autem contraria ſibi omnia eſſe nequaquam debeant, ſed aliqua vnione ſimul devinciri, contraria enim ſe ſe mutuò pellunt; tertium principium privativè oppoſitum, duobus ſeſe patientibus, finxit Ariſtoteles. Indeque in ejus Porticu concluditur ſequens numerus principiorum.

TITVLVS III. *Principia in Specie.*

TRIA RERVM NATVRALIVM Principia Materia, Forma, Privatio.

Lib. I. Auscvltation

Tria probantur Principia in fieri.

QVEMADMODVM enim in opere ſculptoris, ſic in Naturæ fabrica Socrates V. g. componitur tum ex materia & forma Hominis: tum deinde ſimul ex privatione ſeu abſentia formæ, quam novæ acceſſus in materiâ abolevit. Principia enim ſeu termini à quorum vno in alterum fit progreſſio, cùm ſibi neceſſariò adverſantur; *tria* omnino interveniunt. I. Receſſus vnius, en Privatio, terminus à quo. II. Acceſſus alterius en & forma, terminus ad quem. Inter verò vtrumque requiritur Materia nulli duorum contrariorum adverſaria, ſed capax vtriuſque; alioquin luderet operam Natura, nihilque moliretur.

Per hæc verò tria, *generatio* ſubſtantialis ſecernitur à quacumque mutatione. Nimirum per materiam præjacentem, à Creatione quæ fit ex nihilo. A motu, qui oritur à termino poſitivo, per privationem: per formam demum, ab omni alia. Quo quidem ternione, abſolvitur omninò generationis conceptus.

Duo principia rei in facto eſſe.

Interim tamen *duobus* tantum principijs, conſtituuntur Res Naturales; quia accedente Formâ, recedit Privatio quæ ſubſtantia non eſt. Manent igitur reſiduæ ſolùm Materia, & Forma. Quare Generatio, vt mutatio eſt & progreſſio à privatione formæ veteris in materia ad novam, non includit agens: nec exemplarem cauſam, nec finalem. Iſta ſi quidem, vt ſic, generationis principia eſſe non poſſunt; cum ei externa ſint, nec ad notitiam definitionis exigantur, ſicuti nec forma recedens.

Quomodo vnicum principium.

Nec tamen prorſus à vero exerrant, qui *vnicum* ſtatuunt Principium. Vel enim eo intellexere vnum eſſe genus Entium, materiæ expers; cæteris nomen Entis minimè merentibus, vt pote mutationi obnoxijs. Vel vnam Mundi vniverſitatem, omnia ſuo complexu ambientem. Vel Ens illud primum ac ſupremum, qui Devs, eſt; in quo cuncta coëunt in vnitatem ſimplicem, quam poſt Triſmegiſtum, ſubtilis Præſul Syneſius vocavit radicem rerum omnium.

Ῥίζα πάντων. *In Hymn.*

Materia prima

Altera radix extremè oppoſita, eſt Materia prima. Repræſentatur enim ante omnia, vt primum informe, impoſitum, rude, ſed expers corruptionis; ex quo res quælibet naturalis componitur, & in quod reſolvitur. Ideoque mirum quàm varia in Autoribus extent ejus *Nomina.* Moſi enim Chaos eſt, Platoni *χώρα* ſeu regio. Poëtis Protheus; Dionyſio gremium & matrix, Auguſtino tenebræ & diſſimilitudo; Chimicis Luna, Elementum, fex, ſilva, deformitas, multitudo. Nec abs re diſtinguitur Materia *triplex*; in qua, ex qua, circa quam.

Varia ejus nomina.

Triplex.

Illius duplex definitio. *In Theolog. Myſt.* Negativè. Affirmativè. *Τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι*, *cap. 10.*

Verùm vt eſt propè nihil, omniſque viciſſitudinis origo; illius quoque prædifficilis *Definitio* comperitur. Nimirum ſicuti ex D. Dionyſio Devs ob infinitam perfectionem & illimitatam, negativè ſimul affirmativè noſcitur: ita ſenſu contrario, materia prima deſcribitur *priori modo* à Platone; ſubſtantia quæ non eſt quid, nec quale, nec quantum: nec aliquid eorum, quibus Ens determinatur. Poſteriori *modo* ab Ariſtotele, id ex quo quidpiam fit non per

accidens, ſed per ſe tanquam è ſubjecto primo. Quibus in verbis notandum Particulam, *ex quo* removere cauſas externas, vt efficientem. Non per accidens, excludere privationem, ex quâ per ſe non conſtat res genita. Fit nempe realiter compoſitivè è ſubjecto, non fictitiè & per rationem; quo excluduntur formæ omnes artefactæ.

AVSCVLTAT.

EXISTENTIA MATERIÆ.

TITVLVS IV.

Materiæ exiſtentia probatur,

PATET nimirum ex prælibata definitione. Quippe Materia Naturæ *neceſſaria* eſt, vt ſuum in ejus ſinu gremium habeant formæ omnes, quarum nullam in ſe formaliter materia continet vt etiam ex ea communi vulva, nihil non gignatur. Nam nativo curſu ex nihilo gignitur nihil, neque ea quæ extant abeunt in nihilum, ſed in materiam primam reſolvuntur. Educere enim ex nihilo, & poſtliminio in nihilum reducere; non Naturæ effectus eſt ſed divinæ virtutis miraculum. Et ſanè quemadmodum in *ſummo* rerum gradu, eſt actus primus nullius indigus; DEVS, vnus formarum effector abſque vlla ſui mutatione; à quo ſeries cauſarum efficientium incipit, in quem deſiuit. Sic jacet in *infimo* pura potentia omnium egena, & formarum ſuſceptrix; in quam cauſarum patientium ordo terminatur, ne in infinitum pateat proceſſus.

Duo extrema Deus, & Materia.

NEQVE aliter exiſtit Materia Prima quàm per *creationem* ortus & interitus expers. Niſi enim crearetur, non habens à ſe eſſe, (quod ſoli DEO competit) fieret vtiquè ex præſuppoſito aliquo ſubjecto per generationem. Tuncque non eſſet primum omnium ſubjectum. Sed nec vltimum ſi interecat, cum in aliquod ſubjectum omnia reſolvantur. Ejus igitur creatio requirit maximam DEI *virtutem* ob maximam illius ab actu diſtantiam.

Exiſtit per creationem, ortus & interitus expers. Ἄφθαρτος καὶ ἀγένητος, &c. *cap.* 10.

Ratione tamen privationis, *aliquo modo* oritur & interit Materia. Nam adveniente forma, quodam modo abſconditur: cum verò illa recedit, manet nudata. Aut certè quia cùm Materia & Privatio, ex Philoſopho, ſubjecto & numero ſint idem; alterum alteri id quod ſuum eſt, quaſi propinquitatis jure communicat. Dum itaque adventu Formæ hujus Privatio abigitur vtcumque interit Materia; quoniam deſinit tali ſubeſſe privationi, & contra.

Reſpectu privationis aliquo modo oritur, & interit.

Hanc verò ſuam exiſtentiam, quæ Areopagitæ effato propria eſt Numinis participatio, Materia non *habet* à forma, quam Plato prolem vocat divinam. Cum enim eſſentia, (quod modò ſupponitur) ſit ab exiſtentia indiſtincta; vt omne Ens propriam habet eſſentiam, ita & exiſtentiam. Hanc igitur exiſtentiam ſuam ante quàm vlla forma gigneretur, ſaltem in priori puncto naturæ & originis, Materia habuit per creationem. Alioquin & ea adventu ſingularum formarum, interiret & oriretur; ad exiſtentiæ ſcilicet per novam formam, ortum interitumque. Nihilominus tamen pura *Potentia* cum ſit, vmbra dicitur, idolum, & Prope modum nihil. Cumque ex Boëthio, omne eſſe (intellige ſpecificum) capiatur à forma; omni actu proprio ſpoliatur Materia, in aliquorum ſchola.

Propriam habet exiſtentiam.

Pura potentia eſt.

Eſt deinde extra facultatem Naturæ, vt *abſque formâ* relinquatur Materia, quæ, vt dixi, pura potentia eſt. Tum quia Natura nihil otioſum ſinit, aut patitur. Tum quia ad nullius interitum, vt pote malum, collimat. *Divinâ* tamen & abſolutâ potentiâ prorſus viduari poteſt, ab omni forma, cum ſit abſoluta in ſe: reipſâ à formâ diſtincta, priorque naturâ. Et verò accidens, quod ſubſtantiâ poſterius eſt & nonniſi entis ens, de facto ſeparatum manet in Euchariſtia; DEO illic ſupplente officium cauſæ ſecundariæ materialis, quæ neutiquam ingreditur res ipſius naturalia.

Naturaliter nonquam caret forma omni Supernaturaliter poteſt ſpoliari.

Nec defuere ex Patribus & Theologis, qui Terram illam initio Mundi inanem ac vacuam, Materiam aliquandiu *informem* aſſeverent. Immò Marſilius

Geneſ. 1.

contendit corpus Chriſti, abſcedente anima, triduum manſiſſe ſine vlla forma. Quod ſi Materia daretur ſine forma, reponeretur tunc ſub aliqua ſpecie; id eſt, ſub materiâ ſublunari.

Eſt mera potentia.

Existit ergo Materia Prima, ſed ita vt neque ſit actus, neque compoſita ex actu & potentiâ: ſed mera, nuda & pura Potentia. Si enim eſſet actus informans, non eſſet ipſa ſubjectum primò informatum. Debetque pupillæ inſtar carere omni formâ & colore. Si eſſet actus ſubſiſtens, eſſet quoque ens completum. Per que etiam reijcitur actus materiæ *entitativus* Scotiſtarum, antea Peripateticis ignotus.

Nullo modo poteſt eſſe potentia activa.

Potentia illa *paſſiva* eſt natura Materiæ intima, cùm per eam fiat ſubjectum formarum capax; quod ei non minùs convenit, vt fiat ens per ſe ex compoſito, quàm formæ ratio actus. Neque verò potentia eſt *activa*, nihil enim facit, ſed ex ea aliquid fit; aliàs actio non eſſet ab actu primo, qui forma eſt. Eſſetque in omnibus ejuſdem materiæ vis agendi eadem, vſque adeò vt equus hominem poſſet procreare.

Non eſt mala contra Manichæos.

Meritò igitur damnantur tam in ſchola, quàm in Eccleſia *Manichæi*, alijque Congerrones; qui ponunt Materiam, corporum omnium formatricem: purum actum, & Devm malum; eo quod corporeæ naturæ principium ſit. Sat eſt quod in ſuo genere ſit perfecta, tametſi inter perfecta imperfectiſſima. Vnde Auguſtinus ita Devm alloquitur. *Duo quædam feciſti Domine vnum prope te, id eſt. Angelicam naturam: aliud propè nihil, id eſt informem materiam. Vnum quo ſuperior tu eſſes, alterum quo inferius nihil eſſet.*

L. 12. Confeſſ. c. 7.

Appetitus ad formas.
[illegible] *c. p. 1.*
Quid ſit.

Materiæ proprietas nativa eſt Appetitus ad formas. Nec alius quidem, ex Philoſopho, quàm fœminæ ad marem & turpis ad pulchrum. Quo videlicet ſplendore formæ, conſequentiumque Accidentium ſpecie decoretur: quo etiam ex Platone, ad Devm, à quo longiſſimè abeſt, ſubaccedat. Vnde Appetitus hic *inclinatio* eſt materiæ ad ſuum bonum. Diciturque *deſiderij*, reſpectu formarum quas non habet: *complacentiæ*, erga eas quibus jucundè potitur. Nullâ autem ſatur, ad omnes luxuriat; vt ſapienti fœcundoque Naturæ conſilio, dum vnius formæ corruptio in alterius generationem deſinit, ſpecies nuſquam intereant: Sed perenni ſerie conſerventur, æmulæ quodammodò immortalitatis. Quo vtroque modo cenſetur materia cauſa hinc conſervationis, hinc interitus rerum omnium quas naturæ lex corruptioni mancipavit. Eadem quippe libidine Mater illa noverca & formas exoletas abjicit & novas ſubinde recipit.

Viciſſim appetitus in forma respectu materiæ.
Ferventior tamen in materia.

Conſimili pruritu *forma* materiam appetit, vt compartem & conſortem; quanquam vehementiùs appetitur à Materia, cuius forma velut finis & perfectio eſt. Vnde citra formæ auxilium ſola cognoſci nequit, niſi adulterinè, vt ait Plato; quemadmodum nec potentia vlla ſine ſuo actu, nec relatum ſine correlato. Quod Auguſtinum movit; vt diceret Materiam, inſtar tenebrarum, ignorando noſci noſcendo ignorari.

Materia eſt pars eſſentialis compoſiti naturalis.

Hactenvs exanimatâ Materiâ tum in ſemetipsâ, tum relativè ad formas, poſtremò conſideranda reſtat, reſpectu *Compoſiti*. Nam licet Philoſophus formam appellet ipſum quod eſt, Materia tamen eſt *pars* intrinſeca Compoſiti naturalis; cum ens naturale, V. g. homo, ſit totum quod conſtat partibus illis à quibus componitur. Aliàs totus Homo eſſet anima rationalis, & Homo diceretur vtiquè immortalis? licet ex Athanaſij Symbolo, anima rationalis & caro vnicus homo ſit. Sat animæ, ait D. Auguſtinus, eſſe Hominis partem meliorem ac præſtantiorem.

Materia non eſt vaga.

Materia autem illa non vaga, ſed *ſingularis* ad talem Hominem contracta, intelligi debet; nihilo ſeciùs quàm materia communis, ad Hominis naturam in communi; maximè cum idem corpus quod moritur, habeat, cùm reſurgit, materiæ *vnitatem* ſibi propriam in anteceſſu naturæ priùs quàm formæ vniatur. Quæ tamen, ob ejus naturam minimè ſtabilem, non eadem permanet vna eadem, niſi vnitate continuationis. Quare quoties gignitur vermis in Euchariſtia, vel quæ prius in pane fuerat materia repaſtinatur, vel nova à Deo producitur. Quod ſi in Reſurrectione eadem materia ad multos pertinuerit veluti vxor illa ſeptem fratrum in Evangelio, reddetur cuique

Corpus eandem habet materiam cum reſurgit.
Quando gignitur aliquid ex Euchariſtia.
Septem fratres, Matth. 22.

in

Digitized by Google

illa in qua eſſe primò cœpit. Infantibus verò largitur Devs eam, quæ ſi vixiſſent, illis debebatur. Materiæ Primæ ſuccedit ſecundum rerum naturalium principium Privatio. AVSCVLTAT.

PRIVATIO STATVITVR alterum Naturæ principium.

TITVLVS V.

Privatio quatenus principium Phyſicum.

EAM *probant* generatio, corruptio, & mutatio Rerum; quæ nuſquam ea omnia habent quæ poſſunt, cupiunt-ve poſſidere. Quia verò non aliter cognoſcitur quàm ex habitu, ad cujus ſedem revocanda eſt; ideo definitur abſentia formæ à ſubjecto apto, ſeu idoneo. Definitur Privatio.

Sic autem *ſumpta formaliter*, neque eſt Ens reale, neque rationis. Nam remotio formæ à ſubjecto, nec ens in natura ponit, nec in intellectu. Sæpè nihilominus inter-venit. *Ens rationis*, dum ſcilicet Privatio cogitatur ab intellectu quaſi quid poſitivum. Ac licet ejuſmodi naturam minimè habeat, in rebus tamen comperitur omni ſecluſa mentis operatione. Nam ex Ariſtotele, forma & privatio verſantur circa idem ſubjectum. Quo etiam ſenſu tenebræ, apud Prophetam, ex Auguſtini ſubtili interpretamento, laudant Devm. Quo ſcilicet modo interpoſitiones ſilentij tametſi privationes ſint vocis, ad muſicam tamen egregiè conferunt. Vel ſanè ſicuti vmbræ picturam diſtinguunt, & extollunt. *Daniel. 3.*

Interea *maleficam* privationem dixit Philoſophus, quia origo mutationum omnium quibus obnoxia natura eſt. Vt enim repetunt proprios recurſus ortuſque profectò quod à privatione naturaliter prodit, in privationem naturaliter deſinit. Malefica, & quare. *Boet. l. 3. Conſolat. Metr. 2.*

Principium itaque Privatio eſt, non compoſitionis, ſed eorum quæ requiruntur ad Generationem Phyſicam; quippe quæ à privatione oritur, vt à termino à quo, cùm ſit progreſſio à non eſſe ad eſſe. Ex quo patet Privationem eſſe *per ſe* principium generationis, compoſitionis verò tantùm per accidens. Quòque major eſt in materia diſpoſitio ad formam, eò exactior eſt formæ privatio. Nec propterea ſequitur ens pendere à non ente, vt ab influente, ſed ſolùm vt à termino. Tandem accedit tertium principium naturale. Quatenus principium eſt.

FORMA TERTIVM Naturæ Principium.

TITVLVS VI.

CONSIDERATA in ſe abſolutè ſuamque intra naturam, dicitur Pythagoræ vnum, quia materiam trahit ad vnam ſpeciem. Vel quia affectat vnitatem, ſicut materia multitudinem. Timæo apud Platonem mens; id eſt, adumbrata mentis divinæ ſimilitudo. Platonicis, divina ſoboles: ſimilitudo, effigies, veſtigium & imitatio idearum. Vel vmbra, quia ad ideas eſt, quod vmbra ad corpus. Quocirca autumat Plato, nos hîc velut in ſpecu, ſolas rerum *vmbras* ſubintueri. Peripateticis forma appellatur divinum, pulchrum, optimum: energia, prima & ſubſtantialis rei natura: principium princeps actuans, origo agendi, divinæ Naturæ participatio, chara- Varia formæ nomina.

Digitized by Google

Libri VIII. L. 1 de Anim. c. 1.

ctεr terminus & ligamen materiæ naturaliter fluentis; tandem verbo ex officina Ariſtotelis, ἐντελέχεια. Stoïcis Devs eſt, λόγος & energia rerum. Arabibus participatio, id eſt actus: lux, pulchritudo.

Exiſtentia formæ.

Existentia Formæ ſubſtantialis, à qua gradus perfectionis in Compoſitis phyſicis deſumuntur, à qua etiam rerum propagatio, & cuique proprius character exiſtit, facilè concluditur ex Materiæ natura paſſiva & indeterminata, mox per aliquid adventitium determinanda. Cùm eo namque additamento nobiliori, materia conſtituit vnum quid per ſe ſubſtantiale. Superaccedunt & Accidentia, velut ornamenta; quæ cum non fluant à materia, à forma vtique debent ſuboriri, ad totius Compoſiti perfectionem perinde & operationem.

Forma definitur.

Inde *definitur* Forma, ratio quidditatis, & natura ipſa id eſt actus ſimplex, ſubſtantialis: vnum quid per ſe, cum materia conſtituens.

Relativè ad materiam.

Conſideratur deinde *relativè ad Materiam*. Formæ enim ante cujuſque rei ortum neque actu exiſtunt, ſic enim nihil denuò gigneretur: neque prorſus non exiſtunt, alioqui natura aliquid ex nihilo efficeret. Sed ſunt in poteſtate materiæ, è cujus gremio excitantur naturalium cauſarum efficacitate & ἐνεργείᾳ.

Educuntur è materia.

Per illam verò *potentiam materiæ*, è cujus penu formæ educuntur, nequaquam intelligenda eſt potentia violenta repugnans: vel potentia neutra ſeu indifferens, qualis eſt in igne ad motum circularem. Sed eſt potentia naturalis in ſubjecto recipiente. Cujus rei defectu, gratia non educitur, ſed creatur à Deo; à quo ſupernaturaliter pendet tam vt producatur, quàm vt conſervetur.

Ea potentia naturalis eſt.

Rationes Seminariæ.

Rationes porro *Seminariæ* quas formæ habent in materia, ex D. Auguſtini mente, ſunt Agentium naturalium facultates; in quibus effecta continentur non actu, ſed poteſtate. Violentus verò corporum motus educitur è potentia materiæ, in quantum ad omnia indifferens eſt, licet ſæpè forma repugnet. Inclinatio demum ad arte facta eſt purè obedientialis, non naturalis; modos quantitatis reſpiciens tantùm, non veram & legitimam productionem.

Motus corporum violentus.

Inclinatio ad arte facta.

Anima rationalis.

Sola igitur Anima *Rationalis* adveniens extrinſecus, propriè fit; quoniam effectio cadit in rem, per ſe ſubſiſtentem. Cæteræ formæ ſolummodò educuntur ex ſubjecto, gignunturque in ſubjecto. Neque enim vt homo generet hominem, requiritur vt partes omnes generet. Sufficit vt eas vniat, ſaltem vt requiſita ad vnionem ponat. Quare non provenit ex hominis defectu, quod ab eo Anima minimè generetur. Sed ea Animæ dignitas eſt, & prærogativa; quæ vt mortis leges neſcit, ita nec materiæ ſinum novit. Hinc à Triſmegiſto vocatur Homo in horizonte temporis ac æternitatis ceu libri-pens divina inter & caduca. Eam ob rem malè ab Anaxagora, formæ in materia ſopitæ & occultæ dicuntur; ſi aliud velit, præter materiæ potentiam. Malè quoque ab Auicenna ſtatuitur Intelligentia formarum procreatrix; ſi aliud intelligit præter ordinarium Dei concurſum, cumque eo Agentium naturalium. Compoſitum enim à compoſito gignitur, vt ſimile à ſimili. Nec vlla Intelligentia, Deo excepto, poteſt formam vllam producere per ſe, ſed tantùm applicando activa paſſiuis. Quo pacto & Magi, ope Dæmonis, veros ſerpentes ſæpè edunt, & alia prodigia operantur.

AVSCVLTAT.

COMPOSITVM.

TITVLVS VII.
Quid ſit compoſitum.

EX antedictis duobus principijs, Materia nimirum & Forma, exurgit vnum quid ſubſtantiale per ſe; cujuſmodi extant Ignis, Cœlum, lapis Homo, &c. Ita vt detur *cauſa extrinſeca* hujus nexus, nempe cauſa generans. Quanquam & præviæ *Diſpoſitiones* requiruntur, quæ ſe tenent partim ex parte efficientis cauſæ, vt inſtrumenta generantis: partim ex parte cauſæ materialis, quatenus materiam vagam ad hanc determinant formam.

Diſpoſitiones.

NEQVE idcirco datur *cauſa interna* nexus Compoſiti. Sufficit enim materiam, quæ potentia eſt, & actum ſeu formam vniri per ſe ex inclinatione naturali. Proinde reijcienda duo illa corpuſcula Academicorum; quorum aliud ſplendidum; quibus noſtram à DEO volunt veſtiri animam, vt ingrediatur terrenum corpus. Optimè enim Plato tam Mundi quàm Hominis partium vincula *proportio* eſt, magna rerum conciliatrix.

Duo Corpuſcula.

Proportio.

Probabile igitur eſt Corpori jam mortuo & iterum à DEO repaſtinato ad formam, Animam præſentem *ſeſe vnire*; cum vnio vi naturæ ſequatur ad prærequiſita, non aliter quàm albedo ad dealbationem. Neque propterea Reſurrectio arguetur naturalis. Solus enim DEVS Animam efficiet præſentem, ſolus hanc numero determinate, non aliam: ſolus vltimam diſpoſitionem, ad talem numero formam cadaveri imprimit. Immò poteſt DEVS vnire formam materiæ nudæ *abſque organis*, ex qua vnione reſultabit compoſitum naturale. Socrates V. g. conſtans partibus Phyſicis eſſentialibus, carens diſtinctione organorum. Quia porro *à materia* eſt omnis diviſio, omniſque multitudo; remanebit hæc, ait Proclus, confuſa velut acervus & congeries, niſi adveniat *conciliatrix harmonia*. Hoc eſt accommodatio & proportio rerum inter ſe, quæ non niſi tertio aliquo velut ſequeſtri perficietur. Quam ob cauſam inventus eſt à nonnullis Philoſophis.

Reſurrectio.

Sine organis.

A materia omnis diviſio & multitudo. Harmonia.

ÇOMPOSITI PHYSICI vnio.

TITVLVS VIII.
Vnio totius quid, & vnde?

HANC enim licet aliqui fieri velint immediatè ex materia & forma, abſque vllo intermedio; alij tamen *modum vnionis* aſtruunt, qui ſit ſubſtantialis, quo vniantur actus & potentia. Ita vt per eandem actionem quâ formæ naturales è potentia educuntur, & anima creatur, per eamdemmet & vniantur. Ad quid enim multiplicatio in rebus non neceſſaria? *Formalis* autem vnio, eſt informatio materiæ à forma. Vnio enim eſt nexus duarum partium, quæ dum recipitur forma à materia, intelligitur ſufficienter. Vnde & vna vnio in Compoſito ſufficit, cum vnionis natura ſit duo vnire.

Vna eſt.

An autem ejuſmodi Vnio *diſtinguatur* à partibus ſimul ſumptis, problematicè diſputant pares ferè rationes. In negativa enim DEVS poſſet conſervare partes vnitas, toto non reſultante. In affirmativa, generatio ſubſtantialis terminaretur ad accidens. Hæc tamen probabilior videtur, vt & illa quâ conſtituitur in materia prima ipſique coæva *Interminata Quantitas*; à forma poſt modùm, & à diſpoſitionibus determinanda. Quantitas enim eſt magis *accidens*

An vnio diſtinguatur à partibus ſimul ſumptis.

In materiâ datur indeterminata quantitas.

materiæ, quàm formæ: & communis eſt corporibus omnibus, datque materiæ eſſe in potentia. Nec inde ſequetur vnionem materiæ cum forma eſſe accidentariam, cum quantitas non ſit ratio formalis vnitatis. Materia igitur non eſt dividua niſi *per quantitatem*, aliàs penetratio eſſet naturalis. Nam quantitas materiæ propria, conſiſteret in eodem loco cum quantitate adveniente; quæ etiam ſuperflua eſſet, contra naturæ ordinem.

Materia non eſt dividua, niſi per quantitatem.

Maximum, & minimum.

Ex quibus liquidò emergit definitas eſſe Res naturales ad *maximum, & minimum.* Nulla enim earum poteſt eſſe major eo, quod ex tota materia concreſceret. Itaque res viventes, tum quoad generationem tum quoad conſervationem, aliquem habent Magnitudinis & Parvitatis terminum. Nam quoad generationem, ſumatur quantitas in qua ob magnitudinem vivens non ſit generabile, minuatur vſque ad aptitudinem ejus ad vitam; datur punctum in quo nunc vivit, immediatè ante non vivebat; quantitas iſta vocatur terminus internus Magnitudinis, & contra de Parvitate. Quoad conſervationem, eodem modo philoſophandum. Addo tantùm vim nutritivam ab anima definita pendentem, definitam eſſe debere ex certis organis.

Non viventia genita.
Non viventia reliqua.
Proverb. 30.

Non viventia quæ genita fuere, vt cadaver, obtinent ex viventibus, quoad generationem, terminum internum magnitudinis Reliqua non viventia, nullum vindicant magnitudinis terminum. Sic ignis eo magis viget, quo amplior, ſicque meliùs ſe ſe tuetur ab interitu. Ignis enim, ait Scriptura, nunquam dicit, ſufficit. Quod advenit non ex natura ignis indefinita, ſed materiæ accretione; quam non digerit vt viventia, certis potentijs finitis.

Terminus parvitatis.

Vnde etiam elicitur Terminus Parvitatis Corporum vitæ expertium. Homogenea namque *inanimata* quoad partes quæ toti hærent, nullo parvitatis termino continentur. Itaque in quolibet igne nulla eſt tam exigua ignis portio, quâ non exiſtat alia minor in eodem igne. Non *viventia*, verò abſolutè aliquem habent parvitatis terminum. Nam ignis dum abit in partes minutulas, illicò extinguitur. Nec natura conſervat corpora, niſi ſub ea quantitate quæ operationi neceſſaria eſt, cum vnum quodque ſit propter operationem.

Terminus internus magnitudinis.
Terminus externus magnitudinis.
Terminus internus parvitatis.
Terminus externus parvitatis.

Abhinc nata quæ ſequuntur apophtegmata. Terminus internus magnitudinis, vel *maximum quod ſic*; eſt ea quantitas, ſub qua res eſſe poteſt: ſub majori, exiſtere non poteſt. Terminus externus magnitudinis, ſeu *minimum quod non*; eſt illa ſub qua res eſſe non poteſt, ſub majori poteſt. Terminus internus parvitatis, ſeu *minimum quod ſic*; eſt ille cum res ſub minori non poteſt eſſe. Terminus externus parvitatis, ſeu *maximum quod non*; eſt ille ſub quo res eſſe non valet, valet tamen ſub quovis minori.

Quæ incipiunt per primum ſui eſſe.

Quæ per vltimum ſui non eſſe.

VT autem per quattuor ejuſmodi limites ac terminos definitur rerum naturalium vera quantitas, ſic earumdem *Inceptio & deſitio.* Subſtantiæ enim quæ de integro generantur, aliæ item quæ in momento fiunt, de quibus enuntiamus nunc eſſe, immediatè ante non fuiſſe; incipiunt *per primum ſui* eſſe. V. g. nunc eſt Socrates, immediatè antè non fuit. Per vltimum ſui non eſſe incipiunt ea, de quibus affirmamus in hoc momento temporis non eſſe, immediatè poſt futura. Vt motus, & quæ per motum fiunt.

Quæ per terminum ſui non eſſe definunt.
Quæ per vltimum ſui eſſe.

Similiter per vltimum ſui *non eſſe* deſinit, quod verè dicimus in hoc momentò non eſſe, immediatè ante fuiſſe; vt ſubſtantiæ, & motus. Per vltimum *ſui eſſe* deſinit, quod verè affirmamus nunc eſſe, & immediatè poſt non futurum; vt indiviſibilia rerum ſucceſſivarum, momentum, & mutatum eſſe. Nam de quolibet horum verè dicimus nunc eſt, & immediatè poſt non erit.

AVSCVLTAT.

NATVRÆ NOMEN ET Significatus varij.

TITVLVS IX. *Natura dupliciter conſiderata.*

DELINEATIS ſic generaliter principijs, progreditur Ariſtoteles, IN SECVNDO PHYSICORVM LIBRO ad examen primò Naturæ, deinde Cauſarum quatenus res naturales attingunt, habentque ordinem ad motum: ideoque cum illo ordiendum à Natura. Eam in ſe primùm conſiderat; Arti deinde comparat. Dari ſane Naturam nimis quàm patet, cum motu nihil ſit communius, qui ſine principio eſſe non poteſt, quod eſt Natura. Porrò *multiplex* diſtinguitur. Natura Naturans eſt Mens divina, omnium opifex & parens. Ab ea & per eam Rei cujuſlibet *quidditas* & eſſentia, natura quoque nuncupatur. Quo ſignificatu vna in tribus Perſonis divinis creditur Natura, ſeu φύσις. Tertiò præclara illa extra Numen, rerum *univerſitas* Natura Naturata paſſim nuncupatur. Naturæ quoque titulo inſigniuntur *Cauſæ naturales*. Eo ſenſu opus Naturæ, opus dicitur Intelligentiæ. Natura nihil fruſtrà, nil ſuperfluum molitur; facit optimum quod poteſt, & vijs compendioſiſſimis; neceſſaria non negat, non patitur aliquid feriari, horret à vacuo, &c. Natura etiam vocatur *Temperamentum*, & calor nativus. Hinc Galeno dicitur Natura opifex, Medicus miniſter: Conſuetudo altera natura. Quin & *Poteſtas* DEI certis, ratiſque legibus inſiſtens. Viventium denique generatio & *Nativitas*, Græcè φύσις; atque hæc eſt germana Naturæ ſignificatio.

LIB. II. PHYSICORVM.

Multipliciter ſumpta.

In Philoſoph. Secreta.

Naturale itidem Naturæ conſentaneum, ſignificat quod vim habet internam quâ movetur. Quod maximè congruens eſt. Quod non eſt coactum, non violentum, non fortuitum aut temerarium: ſed ſpontaneum, ſimplex, & inartificioſum. Quod vivit, ac vegetat. Quod tandem benè ac præclarè à Natura conſtitutum eſt, generoſum, capaxque debitum finem aſſequendi.

Quid naturale.

SIC diſtincta Natura, definitur generali idea ex Triſmegiſto, & alijs; *vis* quædam ſeu forma abſoluta, per vniverſas Mundi partes commeans; cujus ſolertiam nulla ars, nulla manus, nemo opifex conſequi poſſit imitando. Preſſiùs ad noſtrum inſtitutum, ex Ariſtotele, Natura eſt cauſa & *principium motus* & quietis, in eo in quo eſt primò & per ſe, & non ex accidenti. An eo circulo claudantur DEVS & *Intelligentiæ*, viderint Theologi. Non eſt certè qui dubitet, ea definitione comprehendi *Animam Rationalem*. Ea enim profectò Natura eſt, fons vtiquè & principium actuum vitalium, ſeu actionum quæ motus ſunt. Ideoque definitur in Concilijs, forma ſubſtantialis corporis Phyſici. Falsò igitur Plato, & alij eam volunt ſubire vices dumtaxat Gubernatoris, non informantis corpus.

Definitio Naturæ

ὡς οὔσης τῆς φύσεως ἀρχῆς τινος καὶ αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν, &c. *l. 2. c. 1*

Deus & Angeli.

Anima humana.

Hinc liquet Naturas eſſe, & verò primarias, *Materiam & Formam*. Illam, vt principium paſſivum motus: hanc, vt activum. Anima V. g. exercens vitales functiones, & cœleſtis forma motum ciens circularem; ad quem ſeipsâ inclinat, non materiâ ſola. Quanquam Forma potior Natura eſt, quàm Materia. Niſi enim motui Forma conſentiat, violentus ille eſt: potiúſque eſt quod agit, quàm quod patitur. Natura ſimpliciter ad vnum dicitur *determinata*, niſi excipias Libera. Hæc quia cæteris antecellunt, præſertim Artificialibus, cauſa eſt cur hoc loco ſequens comparatio paſſim inſtituatur.

Materia & Forma ſunt naturæ.

Forma potiori jure.

Natura ad vnum determinatur, libera.

TITVLVS X.
In quibus Natura & Ars conveniunt.

NATVRA ET ARS Comparantur.

CONVENIVNT I. in operibus, quatenus vtriuſque effecta certis *legibus* ordinatè fiunt. Ex quo optimæ notæ Philoſophi intellexerunt, res Phyſicas artis cujuſdam occultæ & divinæ providentiâ gubernari varietate rerum in vnum ordinem conveniente, quod artis eſt proprium. Vnde Naturam *artem* DEI, DEVM pariter optimum dixere opificem. Et Plato artem divinam, & humanam admiſit. Hinc Arte facta reſpectu DEI poſſunt æſtimari, quæcumque in Naturæ officina peraguntur.

II. Effectus Naturæ agenti *ſimiles* ſunt ratione formæ: Artis verò opera exemplari ab Artifice præconcepto aſſimilantur. Sicut enim Formæ priùs habent eſſe, in poteſtate Agentis virtualiter: ita Artefacta in mente Artificis quod ideale nuncupatur.

III. Ars Naturam *ſupponit*, Natura DEVM; Naturâ Arti, DEO Naturæ materiam præbente. DEVS ſiquidem profert è nihilo, Natura ex ente in potentia, Ars ex rebus perfectis: DEVS creando, Natura generando, Ars fabricando, componendo & concinnando.

IV. Vtraque ſuas *ſenſim* lucubrationes molitur. Fœtum & picturam cogita in exemplum. Illum rudis moles inchoat iſtam rudis penicillus adumbrat.

V. Natura *menſura* Artis eſt, vt Ars Artefactorum: illa Artem divinam, iſta Naturam æmulatur. Ars divina, Exemplar Naturæ, & Natura Archetypi exemplum, ſimulque exemplar humanæ Artis; quæ altera Natura, ejuſque Simia dicitur. Sic ex vmbra picturam imitata eſt Hominum induſtria, ex ſpæleis & nidis ædes: ex avium volatu vela, è cauda gubernaculum ex piſcium pinnis remos. Immò etiam ſicut Natura in ſuis fabricationibus, eò præſtantior eſt, quò *propiùs* ad Artem divinam accedit: ita Ars quò propiùs Naturam imitatur, eò excellentior æſtimanda eſt. Vnde memoratus antiquis, duplex Alexander; filius Philippi inſuperabilis, opus Apellis inimitabile.

Ars Naturæ Simia.

In quibus Natura & Ars diſcrepant.

Nec minus Natura & Ars *opponuntur*. I. Ars quantumlibet veri imitatrix, nuſquam efformat veras res. Hinc pictura luſus fallax, & gratiſſima quæque mendaciſſima comperiuntur.

II. Quoties ambæ in idem opus conſpirant, Arte *perficitur* Natura, vt runcinâ & regulâ.

III. Artefacta Naturam tantiſper, Naturæ *actionem* nullatenus conſequuntur; quotus enim quiſque vidit vnquam domum gigni à domo, vt equum ab equo.

IV. Formæ Naturales, quod jam vidimus inſinuatum, adveniunt Rei *in potentia*: Artificiales, jam perfectæ ſeu compoſitæ; vnde Ars incipit, vbi Natura deſinit.

V. Natura agit *interiùs* potiſſimè, & in rerum centro: Ars non niſi exteriùs: & ſuperficie tenus.

VI. Formæ naturales vtique *vivaces*, Artefactæ inertes & emortuæ; quippe figura dumtaxat ſunt quantitatis, quæ materiæ inſtar ſuſtinendis ſolùm accidentibus deſervit ad certam figuram. Quantitas verò iners eſt & velut altera materia ad ſuſtinenda ſolùm accidentia.

Ars poteſt Naturæ opera exequi, applicando activa paſſivis.

Quare viſum etiam pluribus, ARTEM NON POSSE moliri opera Naturæ. Adeò nihil vi ſuâ producit quod naturæ ſinu gignatur, ſed tantùm *applicatione* activorum cum paſſivis. Id præſtat Medicina, dum corpus ſanat. Id & *Magia* non vi characterum, quæ nulla eſt, ſed Dæmonum induſtriâ; ſi nempe pactum intercedit vel tacitum, vel expreſſum. Nam de cætero virtus naturalis

occultas cauſas inter ſe copulans, abſque interventu vllo Dæmonum, plura efficit rara: & vulgo ſtupenda, quia inſueta. AVSCVLTAT.

Morus illi Arte factorum eximij, vt ſtatuæ Dædali, Memnonis, Alberti Magni fortè & Thomæ Aquinatis: Tripodes aureæ in Sanchæ convivio, Columbæ ligneæ volantes: Sphæra Archimedis, vbi ortus & occaſus Aſtrorum cernebantur; nec ab arte, necà forma artis proficiſcuntur. Sed ſunt dumtaxat ingenioſa naturæ imiramenta, à Mercurio, ponderibus, alijſque occultioribus Machinis; quas in ipſis horologijs miraremur, ſi vſu non vileſcerent. Artefactorum motus.

E'A PROPTER perdifficile dudum exiſtimo, haud tamen metaphyſicè ἀδύνατον, CHIMICA arte vel naturæ æmula vel invida, fieri verum *aurum*. De auro chimico.
Conſtat equidem dimidiaras quaſdam Geneſes juvari artis induſtriâ, quas Angeli ſaltem noſcunt, Homines poſſunt attingere. Ita apes è fimo bovis recenti, flores è ſuis cineribus vel hyberno tempore excitantur. Plura itidem peraguntur igne cæleſti & Solis energiâ, quæ poſſunt & labore ignis terreni, hominumque ſolertiâ.

An porrò Ars iſta ad germanam merallorum tranſmutationem pertingere queat, diſputationem reor nuſquam finiendam. Sanè quidem tot intercurrunt obſtacula, vt ſi λογικῶς inter ἀδύνατα minimè eſt, remaneat ſaltem φυσικῶς inter deſiderata. Ideoque obſervatum à me alibi eſt, Aurum omne *Chimicum* eſſe revera chimericum: famoſoſque illos Probolas & Mangones, divitias ſpondere, ait Ioannes XXII. quas non habent. Id quod probare olim cœpi Ingeniorum Eminentiſſimo tribus hiſce argumentis. Prima ratio delibatur in hunc modum. Nulla ſpecies perfectiſſimum opus producit, niſi in certo vtero, ſueta matrice, cujuſque determinatis. Patet inductione in Regno Vegetali & animali. Sic Aquila, Leo, Palma, Homo extra nativas vulvas non giguntur. Fruſtra ſimiliter aurum quæſieris metallorum præſtantiſſimum alibi quàm in ſinu & gremio matris ſuæ Opus id eſt telluris. Hiſtorica ſic ſe habet. Tot montes aureos omni ævo polliciti ſunt, nemo vllus Chimicam glebam auri vnquam exhibuiſſe retulit, niſi ex eodem grege & contubernio. Adeò quorquot viſum aurum ab arte memorant, non pluſquam vnius teſtis loco eſſe debent. Quippe omnes aſſeclæ tralatitiam opinionem reciprocant. Nec vllum reperire eſt extra Sectam, qui viſum alicubi ejuſmodi aurum bona fide aſſeveret. Theologica demum ſic procedit, vel probus es, vel improbus. Probos certè & quos habet amicos non ſuevit DEVS divitijs cumulare, quæ vitiorum illecebræ ſunt; cum filium ſuum pauperie dotaverit, quam & iſte ſtatuit Evangelicæ perfectionis fundamentum. Cæterùm nimis eſt prudens, vt Majeſtatis ſuæ hoſtibus & inimicis tribuat generale illud nullius non criminis inſtrumentum. Si etenim Pravos adeò opulentos evadere permitteret, quis effræni licentiæ repagula figeret? Ratio triplex.

IN SVMMA; Artis genera duo ſic mihi conſtituuntur. Altera gignit, vel ſaltem præparat ſuam materiam; Id facit figulina, & ſtatuaria. Altera quæ idcircò *Princeps* appellatur, imperat materiam vel qua vtitur, vt gubernaroria navis ædificatoriæ: vel quam tradit alijs vrendam, vt ars ligna dolandi præſtat materiam ædificanti navim, qua vtitur gubernator.

CÆTERVM Natura nunquam agit remerè, ſed finis alicujus gratiâ, ferméque ſimili modo. Ac licet neque Narura neque Ars deliberent, *quod* patet in ignitione, & tonitru: in volucrum nidis & plantarum ſtirpibus ac folijs; ſemper tamen tendunt ad formam, quæ illarum finis eſt. Quanquam inrerdùm ſuo fine fruſtrantur, & ars interdum aberrat, vt ſi non rectè ſcribirur aut Medicina malè propinarur. Er natura, vt in *Monſtris*. Ea ſi quidem nunquam ex ſe procurat, ſed effundit aliunde in ſuis operibus impedita. Horum ſanè cauſas meliùs reddet intra Medicina. Ἁμαρτάνει ποτε ... ἐν ἄλλῳ ἐργαζόμενος, Cap 8. Peccata Naturæ, & Artis.

ITA porrò Phyſicus Artifexque omnis à forma & fine ſuas ducunt definiriones, vt nequaquam tamen omitti debeat ab eis mareriæ conſideratio. Ob duplicem ſcilicet vtrobique *neceſſitatem*. Prior abſolutè, καὶ ἁπλῶς ducirur à mareria. Eâ nimirùm ratione ſerram eſſe duram neceſſe eſt, quia eſt ferrea. Poſterior ἐξ ὑποθέσεως, ex ſuppoſitione, inquam formæ vel finis. Eo modo ſerram duram eſſe neceſſe eſt, quia ad ſecandum fabricatur. Ἁμάρτημα δὲ γίνεται καὶ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην, Ibid. Neceſſitas duplex.

TITVLVS XI.
Diviſio Cauſarum in genere & ſpecie.

RERVM CAVSÆ Examinantur.

NATVRÆ pariter & Arti, ſed Naturæ potiſſimùm, deſerviunt Rerum *Cauſæ.* Sive autem eas conſideres in genere, ſive in ſpecie, tanti reverâ ſunt in ſcientijs momenti, vt felix reputetur *qui potuit rerum cognoſcere cauſas.* Sunt quippe omnium in natura exiſtentium radices primariæ, & fontes perennes. Earum itaque

VENIVNT EXAMINANDA { *Nomen , Definitio: Numerus , Dignitas.*

Cauſarum examinatur Nomen.
Definitio.
Numerus.

NOmen certè nec largiùs ſumendum, pro eo omni quod principium & origo eſt: nec preſſiùs, pro ſola efficiente. Sed in hoc Tractatu vſurpatur pro *quattuor* illis ſolemnibus; quarum vnaquæque definitur id à quo aliquid per ſe pendet, & naturam mutuatur. Is porrò Cauſarum numerus ſtatuitur ex quadruplici quæſtione; Efficiens, à quo? Formalis, per quid? Materialis, ex quo? Finalis, propter quid? Sed tres plerumque, ait Ariſtoteles in vnam coëunt.

[illegible] cap. 7
Cauſa vt cauſa, dignior ſuo effectu.
Actor. 21.

NOBILITATEM Cauſa omnis obtinet ſuum ſupra effectum. Quippe vel juxta verbum IESV à Paulo relatum, [divinius eſt agere quàm pati, & beatius dare quàm accipere, felicius non pendere quàm pendere ab alio. Quod quidem effatum intelligendum de cauſa vt cauſa, non prout eſt rei cujuſpiam natura. Materia enim, vt ſic, ignobilior eſt toto Compoſito; cujus eſt cauſa partialis, & in quod primaria Naturæ intentio collimat. Quod tamen non impedit, quin Cauſa *finalis* aliquando ſit effectu nobilior, vt in viſione DEI intuitiva: aliquando ignobilior, vt pecunia quoties aliquis propter divitias dat operam Philoſophiæ. Cauſa Efficiens *Vnivoca* & principalis, æqualis eſt cum effectu. Sic Homo Hominis cauſa eſt. Cauſa *Æquivoca* principalis, nobilior eſſe ſolet effectu quem continet eminenter; vt DEVS reſpectu Creaturarum, Sol reſpectu caloris. Nulla verò Cauſa efficiens principalis ignobilior effectu eſt, cum hic quidquid habet mutuetur ab ejuſmodi cauſâ. Ad has porrò Cauſas revocantur.

Finis ſuo effectu aliquando nobilior aliquando ignobilior.

ACCIDENTARIÆ { *Fortuna, Fatum, Idea.*

Fortuna.

FORTVNA temerè ab Antiquis, Numinibus accenſita; cujus *nomen* induxit, ait Cicero, ignoratio rerum atque cauſarum. Poëtis Dea: Philoſophis, ſexu mutato, DEVS, ſeu occultum Numen; à quo latentes, & inopinati Mortalibus effectus proveniunt. Cœca pingebatur, furenti ſimilis, volubilique pendens ſaxo aut rotæ.

Quicquid illa ſit *deſcribitur* cauſa per accidens, in ijs quæ ob aliquem finem ex electione operantur. Nihil propriè & ſimpliciter ab ea fieri ſcribit Ariſtoteles, vocatque τὸ παράλογον τὴν τύχην; quia non eſt eorum, quæ ſemper aut plerumque fiunt. Sed ἀβέβαιος, inconſtans eſt ſeu ſecunda ſit, ſeu adverſa. Quæ enim per ſe & natura exiſtunt, vno ſemper modo ſe habent: quæ à fortuna & per accidens, indefinita ſunt. Addit Philoſophus *Caſum* latiùs patere quàm

Caret ratione, inconſtans eſt, *cap. 4. & ſeq.*

quàm fortunam. Fortuna etenim ſpectat ſolùm actiones humanas & liberas, ejus ſiquidem proſperitas videtur aut idem eſſe cum beatitudine, aut ei propinqua. Caſus verò & infantibus, & helluis, & inanimatis competit; quibus fortunæ nec proſperitas nec adverſitas ineſt, niſi κατ' ὁμοιότητα. Quo ſenſu Plutarchus lapides vocat fortunatos & honoratos, ex quibus aræ exſtruuntur, cæteris conculcatis.

AVSCVLTAT. Nihil latè patet quam caſus.

Sed verò reſpectu DEI nihil incogitatum, nihil fortuitum. Nam, vt pulchrè Auguſtinus, [in hac vniverſæ Creaturæ Republica, nihil eſt quod ' de intelligibili & interiori aula Summi Imperatoris, aut non jubeatur, aut ' permittatur;] alioquin DEVS eſſet alicujus cauſa per accidens, inſcienter ' incurrens in effectum.

Reſpectu Dei nihil fortuitum.

CONTRA Antiquos qui cuncta in orbe temerè caſu, & ex fortunæ ludibrio agitari autumabant; alij acie oppoſita, rejecto caſu ſpretaque fortuna omni, nihil non addicebant inevitabili neceſſitati.

Eam neceſſitatem FATVM vocabant. Ea eſt videlicet neceſſaria rerum conſequentia, frieſque cauſarum indeclinabilis: ſeu catena è throno ſummæ cauſæ pendula, per æternæ conſequentiæ ſeries & ordines ſemetipſam implicans. Chriſtianis verò aliud nihil eſt, quàm quod DEVS fatur. Nimirùm ratus ordo cauſarum ſecundarum, omnia ex divinæ providentiæ præſcriptis legibus exequentium. Diſtinctius ex Boëtio, *Inhærens rebus mobilibus diſpoſitio, per quam providentia ſuis quæque nectit ordinibus.* Bifaria autem ea conſideratur ordinatio cauſarum ſecundarum. Quatenùs in DEO jubente præexiſtit, dicitur *Providentia*, Quatenus extat in ipſis rebus ordinatis, *Fatum* appellatur. Neutro vnquam modo adimit hominibus libertatem. Et quoties eam adimere creditur, vnanimi Scripturarum, Eccleſiæ, & Patrum ſententiâ reprobatur. Compendio exprimi videntur verbis iſtis Auguſtini, cedro ſanè & certè cera digniſſimis.

L. 4. Conſolat. Pro. 4.
Ea ſeries dupliciter attenditur.

[*Omnia* fato fieri non dicimus; imo nulla fieri fato dicimus: quoniam fati nomen vbi ſolet à loquentibus poni, id eſt, in conſtitutione ſyderum, qua quiſque conceptus aut natus eſt, quoniam res ipſa inaniter aſſeritur, nihil valere monſtramus. Ordinem autem cauſarum vbi voluntas DEI plurimum poteſt, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, niſi fortè vt fatum à fando dictum intelligamus, id eſt à loquendo. Non enim abnuere poſſumus eſſe ſcriptum in litteris ſanctis. Semel loquutus eſt DEVS, duo hæc audivi, quoniam poteſtas DEI eſt: & tibi Domine miſericordia, qui reddis vnicuique ſecundum opera ejus. Quod enim dictum eſt, ſemel loquutus eſt DEVS: intelligitur immobiliter, hoc eſt incommutabiliter, ſicut novit incommutabiliter omnia quæ futura ſunt, & quæ ipſe facturus eſt. Hac itaque ratione poſſemus à fando fatum appellare, niſi hoc nomen jam in alia re ſoleret intelligi, quò corda hominum nolumus *inclinari*.]

L. 5. Civitat c. 9. Varro de Lingua Lat.
Fatum à Fando, &c.
Lucanus 9. non vi ibus ullis Numen eget, dixitque ſemel naſcentibus autor, Quicquid ſcire licet.

IDEA ſeu Exemplar tantæ nobilitatis eſt, ex Philone & Clemente Alexandrino; vt qui ſemel divinas ideas fuerit contemplatus, victurus ſit quaſi DEVS inter Homines. Ex eo nimirum quod altiſſima æſtimanti, res ſublunares vileſcant non aliter quàm vmbræ. Definitur, forma quam aliquid aliud imitatur ex intentione agentis, determinantis ſibi finem. Seu forma, ſecundùm quàm effectus delineatur & efformatur. Quare vt Natura divina idea ſit, neceſſariò debet eſſe cognita & cogitata.

Idea.
Definitur.

Idea propriè ſumpta notitia eſt non quidem formalis, ſed objectiva. Ad quid enim Artificis reflexio vtilis in ſuam formalem notitiam, quæ opere non exprimitur: ſed re potiùs repræſentata, quam imitatur? Vnde Idea divina, Natura DEI eſt; quatenus condita omnia eminenter anticipat, illa vniverſa perfectiſſimè repræſentat; eamque aliter & aliter cuncta quæ creantur poſſunt imitari.

Idea divina Dei eſſentia.

Idea verè & propriè *cauſa* eſt, ſeu potiùs princeps & primaria cauſa à qua pendet artefactum. Eapropter ad cauſam *formalem* extrinſecam ſpectat. Eatenùs enim opus enititur quatenùs nativa imitatione certam formam indit artefacto. Ideæ autem divinæ efficiunt res non quà ideæ, ſed quà potentia. Non ergo reductivè tantùm, ſed & directè ad formalis cauſæ genus, vt ſpecies, pertinet Idea. Nam dum Ariſtoteles quattuor cauſas dixit, ſpectavit cauſas

Idea verè cauſa.
Formalis extrinſeca.

in communi. Et Exemplar eſt prototypa ratio naturæ rei cujus exemplar eſt, forma verò eſt participata quædam illius ſimilitudo.

Cauſa idealis.

Cauſa exemplaris creata interdum *effectu* ſuo nobilior, interdùm æquè aut minùs nobilis eſt. Ludovicus enim in ſe nobilior eſt ſuo exemplari. Et domus aliquando æquè, alias minùs perfecta exemplari comperitur. His eo modo conſtitutis, examinanda eſt omnium & cujuſque cauſandi ratio, quæ in Scholis vocatur Cauſalitas.

Titulus XII.
Cauſalitas quid?

MODUS AGENDI CAUSARUM quattuor.

EA in cauſis agendi ratio nec relatio eſt, cum ſit ejus fundamentum: & actu enim effectum ſit prius ipſomet effectu. Nec res ipſa, quæ cauſa dicitur, ſecundùm ſuam naturam; ſed eſt quidpiam latens & occultum quo cauſa actu ad effectum concurrit. Cauſa enim prior eſt ſua cauſalitate vel tempore, vt Homo: vel ſaltem origine, vt Sol. Certè concurſus cauſæ eſt quid illi adveniens, dum denominatur cauſa. Cauſalitas

Eſt modus

igitur omnium cauſarum, excepta efficiente, eſt *modus* quidam rei quæ denominatur cauſa. Superflua enim omnis entitas abſoluta in omni genere, cum modus ſufficiat à re indiſtinctus ſine quo cauſa, niſi provt eſt hic & nunc abſolutè, poteſt exiſtere; tametſi modus non poſſit permanere ſine re cujus eſt modus, quæ diſtinctio modalis dicitur.

Efficientis eſt actio.

Cauſalitas verò *Efficientis* Cauſæ, actio eſt quæ ſufficit vt effectus attingatur. Eam aliqui realiter volunt diſtinctam ab ipſa Cauſa Efficiente, eo quod emanet miniſterio rei à forma diſtinctæ. V. g. in igne actio prorumpit, vi caloris. Actio enim aliud nihil eſt quàm agentis effectus, dum efficitur quatenus cauſam nectit cum effectu.

Materia duplex.

Materiæ Cauſalitas duplex occurrit. Altera erga Formam, altera reſpectu Compoſiti. Prior iterùm duplex. In ipſa rei conſtitutione quoties formæ productio pendet à materia quod reperitur in cæteris infra Hominem. Vel ſolùm dum informat ac vitam præſtat quæ animæ rationalis prærogativa eſt. Erga Compoſitum, quod ejus ſtructuram materia componit vt pars illius, ſine qua nihil Phyſicum poteſt aut exiſtere, aut effingi. Idem eſto judicium de

Formæ ſimiliter.

Forma, reſpectu Compoſiti & Materiæ cui ineſt. Præcedit porrò origine, Cauſalitas Partium ad invicem: dignitate, reſpectu Compoſiti. Prima via eſt, ſecunda terminus. Itaque in vnaquaque Cauſa, vnica realiter eſt Cauſalitas.

Cauſalitas exemplaris.

Efficientis.

Finalis.

Cauſalitates continentur virtualiter in cauſis.

Dependentiæ paſſivæ in effectis, ſunt modi.

CAUSÆ verò diſtinctæ per varias agendi rationes, diverſam quoque Cauſalitatem ſortiuntur. Eo nempe modo, Cauſalitas Exemplaris cernitur in Artefacto, ſecundùm paſſivam imitationem efformando: Efficientis, in actione per quam effectus producitur. Finis, in eo quod ejus gratiâ aliquid efficitur.

Porrò diverſi illi Modi, quos vocant Cauſalitates, *continentur* virtute in Cauſis. In actum autem exiliunt data occaſione, ſibique invicem ſuccedunt in novis generationibus. In effectis dependentiæ paſſivæ, ſunt modi: ſed indiſtincti ab ijs, qui cauſæ conveniunt. Ex antedictis perfacile intelliges, cur omnes generatim Cauſæ ſibi invicem comparentur.

CAVSARVM VARIA adinvicem comparatio.

TITVLVS XIII.

Quatenus Cauſæ ſunt ſibi mutuò cauſa?

SVNT etenim ſibi mutuò cauſæ, non tamen omnes nec eodem modo. V. g. Exercitatio cauſa eſt boni habitus, & hic rurſus cauſa exercitationis eſt. Finis eſt cauſa efficientis, quoad Cauſalitatem. Nam cauſalitas efficientis eſt ejus operatio, & hæc inter finis effecta cenſetur; cum efficiens, nonniſi alicujus gratiâ operetur. Efficiens eſt cauſa finis, quem producit. Medicus enim & medicina ſanitatem ægroto dum reſtituunt, efficiunt revera ſanitatem. Quod tamen non capies niſi de finibus, qui efficientis operationi nequaquam præexiſtunt. NAM *Materia & Forma* ſibi ſunt cauſæ, aliquo modo, cum Forma neceſſariò à Materia foveatur, hæc ſine illa naturaliter non exiſtat. Excipe Animum hominis immortalem, niſi reduplicatiuè in actu informandi; à quo & Anima ipſa, interdum mortalis appellatur. Tunc enim animæ nomen pru vita vſurpatur. Eo nimirùm ſenſu anima dicitur eſſe in ſanguine. Et minitatio Numinis eſt veriſſima, *anima quæ peccaverit ipſa morietur.*

Finis eſt cauſe efficientis cauſa

Efficiens eſt cauſa finis.

Materia & Forma ſunt ſibi concauſæ.

CAVSÆ etiam ſibi ſunt cauſæ, quatenùs nexu quodam aliæ ab alijs *menſuram* accipiunt. Efficiens ex fine, cum ab eo excitatur ad operandum. Haud tamen perpetuus eſt iſte nexus. Vbicumque enim efficiens eſt, non ideò reperitur & materia, vt patet in Angelo: ſed ſolius efficientis regula, finis eſt.

Compoſitis ex materia & forma, competit *finis & efficiens*; ſunt enim ab alio, vt ab efficiente, & prupter aliquem finem. Sub qua ratione Phyſicus per omnia Cauſarum genera ſuas theſes demonſtrat; quia ad Compoſitum naturale, quadripartita Cauſarum varietas neceſſariò cuncurrit. Hinc naſcitur axioma ſolemne; *quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.* Puta in eodem genere cauſæ, & in cauſis vnivocis; vt Parentes reſpectu Gnatorum. Vinum enim formaliter ebrium minimè eſt, licet Homines inebriet. Finis demum qui prior eſt intentione, dum movet agens ad actionem: in executione, poſterior eſt.

Compoſitis ex materia & forma competit finis.

Axioma percelebre.

Finis prior in intentione, poſtremus in executione.

Sed enim ſegnes & veterno planè inertes remanent Cauſæ omnes, ni jugis adſit DEI, vt Cauſæ generalis & primariæ, concurſus; cujus explicatio Theologicum negotium eſt. Magis erit Philoſophicum explicare, an FORMA SVBSTANTIALIS activè influat in ſuas actiones? Quod quidem videtur apud omnes ſatis indubitatum. Actio quippe, vna ex præcipuis affectionibus rerum naturalium, quæ non ſunt niſi vt operentur, rei cujuſque naturam aſſectatur. Neque ejuſmodi actio materiam imitatur, quæ pura potentia eſt: ſed furmam, quæ pars potior eſt & princeps. Docet nimirum experientia, ceſſante forma ceſſare & actiones omnes Compoſiti.

Concurſus Dei.

Agere ſequitur eſſe formæ.

Rurſus cum materiæ munus ſit pati, non operari: ſi forma in agendo eſſet otioſa, actio tota penderet ab accidentibus Atqui nulla cauſa poteſt vi ſuâ, effectum edere qui ſunt gradus nobilioris. Quod vtiquè eveniret, ſi *accidens* ſolum in rei alicujus productionem influeret. Ex quo infertur actionem caloris in aqua bullienre, oriri ab igne; qui tum principalior agens eſt immediatione virtutis, media videlicet aquâ, vt ſuppoſito.

Effectus ſubſtantialis non ab accidentibus, ſed a forma.

INTERIM tamen nulla prorſus ſubſtantia infra DEVM, abſque inſtrumentaria *ope & ſupellectile accidentium* ſubſtantialem formam inducit. Quoniam agere dependenter à DEO vt priore cauſa, & ab accidentibus vt poſteriore, Natura Creaturæ eſt, quatenus diſtinguitur ab Agente primo & ſummo. Igitur huc vſque conferunt Accidentia in generatione, vt præparent materiam: ideoque conſequenter formam inducant, materiam determinent, & attingant

Omnis ſubſtantia creata indiget ope accidentium.

Quid conferunt accidentia in generatione.

productionem formæ ſubſtantialis. Quod equidem ſolùm præſtant vt inſtrumenta, non principaliter nec vnivocè; quia tunc illa ejuſdem eſſent naturæ, aut certe nobilioris & eminentioris.

Accidens igitur inſtrumentarium, cujuſmodi eſt lux in ſole, ignem producit abſque vlla *adventitia virtute* manante à ſubſtantia in accidentia. Sed id efficit per propriam naturam, quæ eſt ipſa virtus ſubſtantiæ generantis; quemadmodum enim in natura, ſic in operatione accidentia non ſunt niſi entis entia.

Quomodo accidens generet aliud accidens.

Immò nec vnum accidens aliud generat vi ſuâ, ſed ſubſtantiæ propriâ. Licet enim eo in caſu produceret ſibi æquale, ſi tamen id propria virtute perageret, naturæ ſuæ modum excederet; quæ ſterilis eſt, & infœcunda.

Quomodo extra ſubjectum.

Quod vtiquè non impedit, quin calor V. g. extra ſubjectum *divina virtute* poſitus, poſſit ignem generare? ſuppoſito contactu phyſico & quantitativo; vt patet in ſpeciebus Euchariſtiæ, quas agere quis ignorat? Cum dependentia actus ſecundi à primo, Naturæ, intima non ſit: ſed ſueta dumtaxat ſecundum Naturæ leges; quam propterea DEVS ſupplere poteſt, & aliunde compenſare. A calore itaque ſic ſeparato, generatur ignis. Non equidem, vt dixi, *virtute* caloris, ſed ignis cui intentione & œconomia naturæ debetur: & ad quem, illius velut appendix ſeu corrollarium, eſſentialem dicit ordinem.

Triplex principium activum.

Ex quibus haud obſcurè concluduntur *tria Principia* activa. Proximum & non principale, ſunt Accidentia. Principale & non proximum, eſt Subſtantia creata. Proximum & principale, DEVS eſt. Nam cum nequeat forma ſubſtantialis (quo imprimis charactere à prima Cauſa ſecernitur) immediatum ſuarum actionum eſſe principium eam conveſtivit autor Naturæ DEVS multis ac diverſis qualitatibus; quæ quidem maximè ſunt activæ, ſed non ſolæ. Nam actiones plures reponendæ in categoria non qualitatis, ſed actionis, revera activæ ſunt; vt notitia intellectus, actus deſiderij, &c.

Vis agendi qualitatum diverſa.

Sed & diverſa admodùm *vis agendi* qualitatum reperitur. Aliæ enim activæ ſunt, *realiter* ſimul & *intentionaliter*. Ita lux lucem non producit, ſed ſui idolum vel imaginem. Aliæ *realiter tantùm* agunt, vt vegetatrices potentiæ. Aliæ intentionaliter tantùm, vt calor. Aliæ *neutro modo*, vt character, & fortaſſis figuræ omnes.

Nulla ſuperflua accidentia, licet non omnia activa.

Ac licet ea omnia accidentia activa minimè ſint, cave tamen aliqua credideris *ſuperflua*. Nec enim optimus Pater familias ab omnibus opus & laborem exigit, ſufficit nullum ex Domeſticis domi eſſe inutilem. Vnde fit vt qualitates poſt ſubſtantiam, quam imitantur, *plus entis* habeant, relationes minimum. Ideoque nulla prorſus relatio activa eſt. Quomodo enim actionem vel motum inchoare poſſunt, quæ actionem vel motum non poſſunt terminare? Immò Divinæ Relationes activæ nihilnè ſunt, ne dividatur actio indiviſa Trinitatis. Poſt cauſas interiores, inter Extrinſecas eminet Finalis.

AVSCVLTAT.

TITVLVS XIV. *Finis natura & conditiones.*

FINIS MVLTIPLEX, agitque multipliciter.

NEMPE *finis cujus* gratiâ, vt valetudo ad quam recuperandam medicamenta adhibentur. Finis *cui*, id eſt in cujus gratiam; vt ægrotus, cui ſanitas procuratur. Finis *generationis*, nimirum forma; quæ à generante intenditur, vt propagatio ſpeciei. *Finis rei genitæ*, puta operatio, ob quam vnumquodque eſſe perhibetur. Finis præexiſtens operationi *agentis*, cui conjungi aut aſſimilari intendit per ſuam actionem. Ita DEVS totius Naturæ conditæ finis eſt. Finis demum qui ab agente *efficitur*, quomodo forma per generationem.

Cujus gratia. Cui Generationis. Rei genitæ. Operationi præexiſtens.

PORRO nullus datur omninò Finis, qui non ſit cauſa. Nec tantùm propriè, ſed prima etiam ac princeps. Finis ſi quidem eſt id cujus gratiâ vnumquodque ab eo vt à cauſa pendet, cujus gratiâ efficitur. Efficiens cum non operetur niſi in gratiam alicujus, à fine movetur. Hæc autem *Motio* omnes aliarum Cauſarum cauſalitates, ſaltem origine antecedit & dignitate; cum movens moto dignius ſit, quod reſpectu omnium cauſarum immoto fini ſolùm convenit. Nulla tamen cauſarum eſt, quin ſibi vendicet aliquem titulum nobilitatis. Talis enim *ordo* Cauſarum eſt vt vetuſtate Materia ſit prima, forma naturæ præſtantiâ: Efficiens motione, Finis pellaciâ & excitatione. Vbi & illud palmare, quod Finis, licet dum actu cauſat nullatenus extet in rerum natura, *exiſtit* tamen ſecundùm eſſe intentionale, quod in mente obtinet dum illi intenditur. Ea autem anticipatio non impedit quin germana ſit

Finis prima & princeps cauſa. Motio finis. Omnes Cauſæ ſuos habent dignitatis gradus. Cauſalitas finis, ſufficit illi eſſe intentionale. Finis duplex cauſalitas.

Cauſalitas finis, ſita in MOTIONE { *Propria*, & *Impropria.* }

PROPRIA ſit per veram actionem, vt calefactio aquæ. Impropria ſeu tranſlatitia, amore trahit & ad ſe ſe allicit. Quo ſenſu anima plus eſt vbi amat affectu rapta ab amato, quàm vbi animat. De illa itaque ſic ſtatuendum.

Propria. Impropria.

FINIS *cauſalitas*, in motione impropria conſiſtit; quâ nimirum illecebrâ finis cognitus, agens proportionatum deſiderio ſui allicit ad operandum. Qui illex, cauſandi modus, nulli cauſarum tribui poteſt quàm fini. Id quod adeò verum eſt, & omnibus Agentibus ſolemne; vt in externis actionibus, DEVS propter ſe veluti propter finem nunquam non operetur. Quanquam nullus finis circa divinam voluntatem cauſalitatem exercet. Internæ enim actiones, quæ ſunt ipſe DEVS, nullam cauſam habere poſſunt; cum DEI voluntas à bonitate ſua ſimplici trahatur naturali illicio, abſque cauſalitate & dependentia; quæ aſtruit ſemper diſtinctionem, cauſam inter & cauſatum.

In quo conſiſtat finis cauſalitas. *Proverb. 16.*

EX quo ſuavi voluptatis lenocinio patet, quod Finis omnis *bonum* eſt quidpiam ſive verum, ſive fictum & fucatum. Nemo enim ad malum ſpectans operatur, ait D. Dionyſius. Nec malum appetitur, niſi *ſpecie virtutis & umbrâ*; tametſi bonum ſub mali larva amare, ſit ἀδύνατον.

Omnis finis eſt bonum. *Trahit ſua quemque voluptas, Virg. Eclog. 2.* *4 DD NN.*

Ea igitur Finis prolectatio & movendi *ſeries*, ſic ſe habet. Sumatur in exemplum ſanitas. Principiò quidem in ea cernitur quidpiam, naturæ animalis conſentaneum. Hinc ſequitur relatio bonitatis formalis, ſeu vtilitas. Suboritur ſtatim idoneitas vt deſideretur & appetatur. Tandem accedit relatio finis, quâ ſanitas ad media refertur, & quæritur. Intellectus voluntati proponens

Iuvenal. 14 Sayt. 14. Ordo movendi in fine.

aliquid vt finem amplectendum, habet quoque ſuum finem quare ſemper finis manet prima cauſa.

Habet porro ejuſmodi *influxum* vel à voluntate, vel à Deo propenſionum autore, maximè in ſubitis motibus. Vnde fit vt Agentia naturalia, quæ cognitione carent & appetitu, non alliciantur per ſe à fine, arcana illa vi & motione ſecreta, ſicuti nec in eum per ſe contendunt: ſed quatenus diriguntur à prima Cauſa, in qua finis ejuſmodi cognitio & amor præexiſtit. Cauſalitatem Finis ſequitur duplex ejuſdem

Agentia naturalia, non moventur à fine, ſed diriguntur à prima cauſa.

Duplex effectus finis.

Effectus { *Proprius,* & *Perfectus.*

Perfectus. *Proprius.*

Poſterior eas actiones ſignificat, quæ vt finis obtineatur in media explicitè feruntur; cujuſmodi eſt mediorum veſtigatio, judicium, electio, applicatio. *Prior*, cætera continet; puta finis amorem, deſiderium, intentionem. Id quod evenit quia generalis *ratio effectorum* finalis cauſæ eſt, modo ob ejus præſtantiam fiant.

Mediorum affabilitas, eſt finis effectus.

Mediorum igitur affabilitas & congruentia, eſt effectus finis. Illis quippe indit illecebras, quia nuſquam appetuntur niſi quatenùs ad finem conducunt. Nec reduplicativè media ſunt media niſi dum ad ſcopum ducunt. Quare præſtantia illorum, vt ſic, à fine probabiliùs pendere cenſetur. Quanquam ſanitas V. g. etiam quamdiu non deſideratur, finis eſt poteſtate. Atque in eum modum [illegible] *quædam virtualis* relativa ad finem, reperitur in medijs ante illorum applicationem.

Omnis actio externa eſt propter finem.

Omnis itaque actio Agentis Creati, immò & omnis externa Increati, cum ſit ob aliquod bonum, eſt etiam neceſſariò *ob* aliquem finem. Non quod Deus ſeipſo abſolutus, ſine perficiatur vt operans, vel agat deſiderio finis cum ei deſit nihil: ſed in quantum externas operationes ſuas ad finem deſtinat, amore communicandæ bonitatis ſuæ. Quod dilutiùs retractatur in Theologia.

Duplex finis poſſeſſio

Quidquid finis eſt motus tendentis in finem terminat ſui adeptione ſeu *poſſeſſione*. Ea autem finis poſſeſſio aliquando eſt *operatio*, vt intuitiva Dei viſio. Aliquando *quies*, & ab opere ceſſatio; vt in corporibus, quæ in ſuo centro conquieſcunt. Prior, effectus eſt finis propriè. Poſterior vt non fit, ita propriè non eſt finis effectus. Ad eum tamen debent revocari operationes, quæ finis adeptionem antecedunt. Quod autem adeptio finis dicitur ceſſatio ab opere, intellige de ijs actionibus quibus finis quærebatur. Delectatio enim *in fine*, & aliæ complures, maximè vigent fine acquiſito.

Movet finis ſecundum eſſe reale.

Duplex eſſe finis.

Eſſ. reale tria continet.

Porro ad hanc vſque poſſeſſionem ſollicitat Finis ſecundùm *eſſe reale*. Illi etenim natura duplex. Realis, in rebus ipſis: objectiva, in ijs qui tendunt ad finem. Prior *tria* complectitur. Id quo movet, rationem quare movet, conditionem ſine qua non movet. Interea id quod cauſat ſimpliciter, & *vt quod*; eſt res ipſa quæ finis eſt, ſanitas V. g. Nec verò ratio formalis ob quam finis movet, eſt illius idea impreſſa menti hominis qui finem intendit, ſed eſt natura finis ipſius. *Omne ſcilicet ex ſeipſo non impoſſibile*, ſed congruens oblatum alicujus appetitui in ordine ad poſſeſſionem.

Aſſertionis *ratio* ſic ſe habet. Res quæ finis ſtatuitur, movet ſecundùm id quod ſatiat quando obtinetur: & quo non obtento, fruſtratur agens. Id ſanè realitatem dicit in re cupita. Neque enim ægrotus vllus ſanitatem quam ſibi præfigit poſſibilem, imaginariam cupit: ſed veram, & quam procurat omnibus modis. Illud verò alterum Eſſe objectivum, eſt *conditio ſine qua* finis alliciens per præcognitionem ſui, non moveret.

Eſſ: objectivum finis eſt conditio ſine qua non.

An Impoſſibilium detur appetitus?

Inde adeò *Impoſſibile*, vt ſic, cogitationi exhibitum, ſimplici quidem amore, inefficaci tamen & imperfecto poteſt optari: non autem ſeriò intendi, aut per media efficaciter procurari. Similiter id quod nullatenus eſt, nequit deſiderari appetitu innato; qui in rei conſervationem neceſſariò fertur. Poteſt vtcumque actu elicito, non quidem ſolitariè, ſed ſub ratione boni alicujus

veri & fucati. Ideo deſtructionem ſui nemo poteſt optare niſi valde *ex accidenti*, quatenus optatur remotio mali alicujus. Sic *Damnati* optarent non eſſe, ne cruciarentur? remotio enim mali non deſideratur, niſi quia naturæ aliquid per malum tollitur.

AVSCVLTAT. Nemo deſiderat ſui deſtructionem.

Itaquè, propriè loquendo, ſolùm deſideratur id quod eſt. Et ita appetitur, vt ſemper *Natura omnis agat propter finem*. Quod falsò negarunt, qui rerum generationem ex partium inter ſe temerè coëuntium permixtione, vaniſſimè conflant. Quos veritatis corruptores & providentiæ, Philoſophia etiam muta altè revincit, per vtriuſque Mundi Majoris & Minoris paraturam. Nam vtrobique ordo ratus & ſolemnis à fine contextus, ita elucet; vt ipſa etiam Naturæ crepundia, quiſquiliæ & quaſi peccata ſeu errrores; puta monſtra, Eclipſes, &c. non ſine *ordine* Naturæ fiant. Immò ſemper ex certâ providentiæ lege, tametſi interdum occulta.

Solum eſſe per ſe appetitur. Semper Natura agit propter finem. Omnia in mondo à conſilio.

Hinc pulchrè notant Eccleſiæ Patres, ne V. g. Soli & Lunæ divinus honos tribuatur, pati cœleſtia ſuos labores, ſuoſque defectus Quin etiam in vilioribus, & maximè contratijs, major *eminet* amplitudo. Nam ex Auguſtino, Plinio, Seneca & alijs; divinus Artifex ita magnus in magnis, vt non minor in parvis. Natura nuſquam magis tota eſt, quàm in minimis: nil non confert in Vniverſo, quanta enim ex venenatis quotidiè hauriuntur commoda? Eſtò alius non ſit finis, numquid parum eſt Homini alia noxia, alia offerri ſalutaria; vt in his declinandis, alijs-ve appetendis rationis ſuæ vim exerceat? Sed de his aptiùs & prolixiùs alibi.

Etiam viliſſimis.

INTERIM non vnus, ſed Naturæ MVLTIPLEX FINIS eſt; pro cujuſque ſcilicet natura, genio, officioque. Agentia enim particularia finem reſpiciunt ſingularem, vniverſalia communem. Providit propterea vtriſque immortalitatis æmula natura, vt eſſent quodam modo ſempiterna; ſi non numero, ſaltem ſpecie. Certè enim corpora cœleſtia, velut cauſæ vniverſales omnium ſublunarium, perennitatem & commune emolumentum procurant. Eo nimirum fine, Orbem ſuo complexu circumeunt: & iugi influxu quaſi irrorant, vt ſpecies omnes tueantur.

Finis naturæ multiplex.

Totius deinde Naturæ corporeæ finis vniverſalis, *Homo* eſt à DEO conſtitutus, ob naturam eminentiorem; cuius gratiâ Mundus paratus eſt, eique ſubjectus. Finis inſuper Homine vlterior, totius Naturæ ordo & pulchritudo cenſendus eſt. Finis tandem Naturæ communiſſimus, omniumque poſtremus, ob quem agit tota quanta quanta eſt, non alius revera quàm ipſius naturæ parens & autor DEVS; vt abſoluto vniverſitatis circulo, ſit idem A & Ω rerum principium & finis. Ordo enim in finibus, ordinem ſequitur agentium. Quemadmodum itaque naturalia nil abſque primo Agente efficiunt, ita ſemper aſpirant ad finem primo Agenti propoſitum; qui ſanè DEVS eſt, [omnia propter ſemetipſum operans.]

Homo. Naturæ Ordo. Deus. Ordo agentium. Ordo & finium. *Proverb. 16.*

ATENIM ſicut diverſus finis, ita multiplex *modus*, ſed præcipuè *triplex gradus* tendentium ad finem. Primus ac ſupremus eorum eſt, qui cogitant deliberantque præſtantiam finis, ſimulque expendunt proportionem mediorum quibus ad finem itur: atque ex illorum delectu liberrrimo, ad eum progrediuntur. Naturæ ſunt *intellectuales* DEVS, Angelus, Homo; quæ ſolæ, ſe ſe in finem agunt. In ſecundo gradu, *Bruta* non ipſa ſe movent per ordinem mediorum ad finem: ſed ſolo phantaſiæ impulſu & naturæ inſtinctu ad vnum quid definitum, ad pabulum V. g. aut coïrum rapiuntur. *Cætera* omni notitiâ ſicut ſenſu omni deſtituta, feruntur in finem planè prorſus ignotum.

Triplex gradus tendentium in finem. 1. Sunt ſubſtantiæ intellectuales. 2. Bruta. 3. Senſu carentia.

At quin vltima hæc diriguntur in finem, à prima & ſuperiori cauſa. Ab ipſo ſcilicet Naturæ totius Opifice, qui omnium fines comprehendit: & ad quos obtinendos propenſionem, vimque ſingulis indidit. Quo pacto *opus Naturæ*, *opus appellatur intelligentiæ*. Et ab Hippocrate nunc indocta dicitur Natura, nunc verò perdocta. Adeò vt ſublatâ primâ intelligentiâ, nil remaneret in mundo. Eſt enim velut in exercitu Imperator, Auriga in curru, Princeps in Republicâ.

Animantes verò ad finem properant naturali *inſtinctu*. Is non eſt ſpecies vlla ab ortu Brutis indita, aut qualitas quæ ſit velut ars Brutorum naturalis. Sed operatio eſt phantaſiæ, determinata per ſeipſam ad judicium practicum commodi aut

Inſtinctus quid?

incommodi; determinans appetitum ad proſecutionem boni, vel ad fugam mali. Forte character eſt & proprietas formæ, cuique Animantium generi ſpecificæ; quâ ad ſuas operas, ſuaque ſtudia naſcuntur habiles. Atque vt ad peculiarem Numinis applicationem recurrere, ſupervacaneum reor: ita *ſcintillas ratiocinationis*, compoſitionis & diviſionis vmbras non abnuo. Effectus equidem rationis cernimus, non tamen à ratione; ſed abs phantaſia. Lex enim natura eſt, vt ſupremum infimi attingat infimum ſupremi; & iſtius veſtigia, illius vertici adhæreſcant. Quare mirabiles, quas videmus in Brutis artes & induſtrias, vocare placet rudes ratiocinationes & inchoata argumenta. Ratiocinari Bruta non planè abnuo, animam rationis compotem non ideo concedo. Abſit: fiunt igitur imaginationis relucentiæ, & quaſi fulgetra. Similes tantillùm parent effectus, ſed à cauſis per omnia aquivocis.

Titvlvs XV.
Motus Natura & attributa.

MOTVS NATVRALIS enucleatur.

Lib. 3. Phyſic.
Ἀναγκαῖον ἀγνοουμένης κινήσεως ἀγνοεῖσθαι τὴν φύσιν, L. 3. c. 3.
Motus definitio.

POST naturales rerum cauſas; Tertius Physicorvm Liber examinat earum Affectiones. Inter eas præit *Motus Naturalis*; [quo ſcilicet ignorato, ignorari & Naturam neceſſe eſt. Adeò vt tot ſpecies motus, quot entis] ſapienter obſervatum ſit ab Ariſtotele. Definitur à Philoſopho, *actus entis in potentia vt in potentiâ eſt*. Ita vt ratio formalis motus nec forma ſit per ſe, nec forma cum fluxu: ſed ſucceſſiua & continua acquiſitio ac tendentia rei ad formam; quam præcedit anteceſſu naturæ, vt via ad terminum. Vnde Platoni & Pythagoreis, Motus dicitur non ens; quia forma acquirenda per eum, dum motus eſt, nondum eſt. Ab hac definitione excluduntur generatio Hominis, cujus introductio momentanea eſt. Excluduntur actus quoque potentiarum ſpiritualium, quæ non ſunt res naturales ſeu corporeæ, de quibus hîc ſermo dumtaxat eſt.

Omnis motus ſucceſſivus eſt continuus.

Omnis Motus *ſucceſſivus*, *&* *continuus* eſt. Nec enim forma integra ſimul acquiritur, ſed vna pars poſt aliam. Hinc dicitur Motus actus in potentia, quà in potentia eſt. Vſque adeò vt Motus ſi eſſet quid *permanens*, non eſſet motus; quod enim ſtat, non movetur: Continuitas tamen non ex æquo in omnibus Motibus elucet. Etenim in motu acccretionis latet, in alteratione patet, in motu locali eminet.

Succeſſio eſſentialis motui.

Succeſſio itaque eſſentialis eſt Motui. Qua etenim ratione tendentia cogitari poteſt, abſque ſucceſſione? Sicut igitur per hanc diſtinguitur ab inſtantanea mutatione, ita natura illius ſeu eſſentia conſtituitur per poſitivum fluxum ad formam. Continuitas verò licet indiſſolubili nexu motum comitetur, haud tamen pertinet ad ejus eſſentiam: ſed proprietas eſt ab eo oriunda, nec enim acquiſitio formæ formaliter eſt continuitas. Ideoque motus cujuſlibet ſtatuitur.

Non item continuitas.

Triplex motus continuitas.

Continvitas triplex. { *Durationis,* / *Subjecti,* / *Intrinſeca.* }

Durationis.
Subiecti.

DVrationis, quia motus omnis in tempore fit. Subjecti, in quo inſidet, quomodo accidentium materialium motus, extenditur ad extenſionem ſubjecti. Motui intrinſeca, eſt eius paſſio quæ ſequitur in ipſam formæ acquiſitionem. Hinc varijs includitur categorijs, pro vt diverſe conſideratur;

Intrinſeca.
Modi motus varij.

ortus

ortus à mouente, receptus in re mota: progreſſus formæ acquiſitio? ſucceſſiuus demum, & continuus,

AVSCVLTAT.

Diſtinctio à termino ad quem.

MOTVS à termino quem petit, non re, ſed formaliter tantùm *diſtinguitur*. Nec enim poteſt, etiam diuinitùs, ab eo ſeparari. Quî enim termini acquiſitio, poterit eſſe abſque termino? Et formaliter quidem diſtinguitur ex naturâ rei: Ea nimirum formalitate, per quam eadem realitas diuerſas ſortitur eſſentias. Longè igitur major eſt diſtinctio Motus à Mobili. Cum enim mobile ſumatur vel vt eſt quantitate affectum, vel abſolutè ſecundùm ſuam ſubſtantiam; omnis motus reuera *diſtinguitur* à Mobili, ſecundùm ſubſtantiam ſpectato. Eſt enim motus re idem cum formis, vt proximè dictum eſt. Motus verò omnis, latione excepta diſtinguitur reipſa à mobili, etiam *ſecundùm quantitatem* conſiderato. Terminus enim & quantitas Mobilis, non ſunt realiter idem.

Et à mobili.

Motus ſeu actio externa inſidet in ſubjecto.

Ita autem Motus ſeu *actio externa* & tranſiens (de immanente enim hîc ſermo minimè eſt) inſidet in ſubjecto; vt non ſolùm forma quæ motu gignitur, ſed ipſa quoque productio formæ; inhæreat in patiente. Si enim calefactio & calor idem ſunt, cum calore qui recipitur in aqua recipietur ſimul & calefactio. Vnde ſequitur quod actio & paſſio nec relationem, nec motum per ſe: nec motum vnà cum agente & patiente intrinſecùs adjunctis, formaliter ſignificant. Item quod *Actio*, *paſſio & motus* ſunt vna eademque res. Differunt tamen formaliter inter ſe, penes diuerſos modos abſolutos, quos ſibi vendicant. Calefactio enim motus eſt & actio, vt manat ab agente. Et ſimul etiam paſſio, quatenus in ſubjecto recipitur.

Actio, paſſio, & motus ſunt idem.

LATIO verò inhæret in mobili, non in corpore circumfuſo. Latio enim Angeli, quomodo recipietur in corpore? Vel ſi per diuinâ potentiâ moueatur aliquid in vacuo, erit tunc motus tantùm & mobile. Terminus igitur Lationis eſt *Vbi*, ſeu exhibentia in ſpatio; quæ aliud non eſt niſi quantitas mobilis vt in parte exiſtit ſpatij, quæ ſemper acquiritur per lationem.

Latio inhæret in mobili, non in corpore circumfuſo.

Terminus lationis eſt vbi.

INFINITVM EXPENDITVR.

TITVLVS XVI.

Quotuplex, & quid ſit Infinitum.

QVONIAM quidem latio ea continua eſt, continenti quoque ſerie Ariſtoteles, cui ſcientia omnis *à Motu eſt*, diſquirit an poſſit dari ſpatium vel aliquod aliud *Infinitum*. Ac ſuo quidem more diſtinguit, antequam definiat, Infinitum. Illud enim I. eſt, quod non poteſt pertranſiri, quia ad hoc aptum non eſt; quo ſenſu vox rectè dicitur inuiſibilis, quia videri non poteſt. II. Quod pertranſiri aptum eſt, ſed ſine fine, vt ſi locus daretur infinitus. III. Quod vix; vt dicitur maris profunditas infinita. IV. Quod aptum eſt fine aliquo terminari, ſed non habet actu, vt circulus. V. Quod poteſt infinitè augeri, vt numerus: aut ſemper diuidi, vt magnitudo. Quod vtrumque efficiunt Mathematici, ſola cogitatione, τῷ λόγῳ. Vulgatiùs ſimul ac breuius, diſtinguitur: Infinitum actu vel poteſtate: categorematicum & ſyncategorematicum. Infinitum *actu*, perfectum ſeu ſimpliciter & *categorematicum* illud eſſet, quod reapſe contineret infinitas partes æquales vni certæ, non communicantes inter ſe, ſimulque exiſtentes. Illius, ſi daretur, nullum eſt principium, ait Philoſophus, alioquin eſſet & finis. Infinitum in potentia, impropriè, ſecundum quid *Syncategorematicè*, quod reuera in ſe eſt finitum, ſed partes poſſunt illi addi vel ab eo detrahi, magis ac magis abſque termino, vt infinita puncta in linea. Infinitum *poteſtate*, quod ex infinitis partibus coaleſcit, diuerſo tamen modo ab

Actu infinitum categorem.

Syncategorem.

Poteſtate plex.

INFINITO ACTV PVTA { *Succeſſione; Deuiſione; Adjectione.* }

LIBRI VIII.
Succeſſione.
Diviſione.
Adjectione.

SVcceſſione, quod licet habeat infinitas partes, non tamen ſimul; vt motus, tempus; &c. Diviſione, qualis foret magnitudo cujuſvis diviſionis, quæ nullum habitura eſt finem. Adjectione, infinitè augeſcens numerus acceſſu vnitatum.

Infinitum actu impoſſibile viribus naturæ.

ACTV infinitum non cadit in vires naturæ. Nam omne corpus Phyſicum naturaliter *moveri* poteſt, quod repugnat infinito occupanti omnem locum. Quò enim progrediatur motu recto, ſi totum ſpatium infinita magnitudine ſua replet? Nec item motu circulari moveri poteſt. Nam infinita diſtantia tempore finito poſſet percurri, vt docet Geometria.

Aliunde nulla res infra, extra-ve Numen, habet infinitam naturam. Nam vel materia eſt, quæ eſt pura potentia. Vel eſt forma aut recepta, ergo limitata ſuo ſubjecto: vel non recepta, at ſemper limitata ſuo genere finito, accepto & dependente. Vel eſt compoſitum, ex ijs omnibus finitis. Atqui ex finitis, nihil infinitum exiſtit. Ob quas etiam rationes dari non poteſt infinita vlla qualitas, *accidens*. Hæc enim omnia neceſſariò naturæ ſuæ reſpondent, actu ſcilicet finitæ. Ideoque pulchrè concludit Philoſophus, in ſempiternis & infinitis idem eſt eſſe ac poſſe.

Τὸ ἐνδέχεσθαι τῷ εἶναι οὐδὲν διαφέρει ἐν τοῖς ἀιδίοις, 3.
Datur infinitum actu Syncategorematicum.
Non datur infinitum poteſtate ſucceſſione.
Infinitum poteſtate, diviſione, & directione poteſt dari naturaliter.
Infinitum actu categor. impoſſibile.

INFINITVM autem *poſteriori modo*, datur in rerum natura; in linea V. g. Infinita multitudo punctorum non eſt improbabilis. Infinitum poteſtate primo modo, id eſt ſucceſſione non datur; concedendum tamen eſſet, ſi motus & tempus fuiſſent ab æterno. Infinitum poteſtate ſecundo & tertio modo, vtcumque in rebus poteſt dari naturaliter. Sic diviſio partium in magnitudine, & adjectio vnitatum in numero: eujuſmodi ſunt cognitiones Angelorum in æternitate, non tot quin plures.

Quin etiam, inter paria propè rationum momenta, vero ſimilius eſt, Infinitum actu creatum ne quidem *virtute divina* effici poſſe. Id probant Scholæ per inductionem, quia dari non poteſt ejuſmodi actu infinitum neque in eſſentia, neque in magnitudine, neque in multitudine, neque in intentione. Immò ſi DEVS vi naturæ neceſſariò ageret, non produceret infinita. Nec enim in eo caſu infinitæ eſſet virtutis, cum eo modo operari imperfectio ſit maxima. Et ea hypoteſis cùm ſit falſa, quid mirum ſi poſito vno abſurdo, alia ſequuntur innumera?

Item infinitum actu Syncategor.
Poteſt DEVS producere ſpecies in infinitum perfectiores.

INFINITVM *Syncategorematicè*, id eſt non tot, quin plura; eſt quidpiam certum, quod repugnat ad actum reduci, etiam à DEO. Eſſet enim determinatum, & non determinatum. Quod non impedit, quin poſſit DEVS in Infinitum producere ſpecies perfectiores. Quæ enim repugnantia fingi poteſt, vel ex parte potentiæ, quæ infinita eſt, vel ex parte effectus; cum maximè Natura DEI ex ſe infinita, in infinitum perfectiùs & perfectiùs à Creaturis repræſentari queat? Quis enim, quæſo, aut quid ejus participationem coarctaret, reſtringeret-ve? Demus certè nullam ſubſtantiam deteriorem materiâ primâ aut aliquo accidente, effici poſſe à DEO. Non ſequitur ſi dari poteſt naturarum *minima* in imperfectione, ſtatim poſſe dari *maximam* in perfectione. Ignobilitas enim Creaturæ fit per receſſum à DEO, quem profectò receſſum nil repugnat in aliqua natura dari maximum. Secus rerum *perfectio* ſumitur per acceſſum ad DEI perfectionem, in quo impoſſibile eſt ad ſummum perveniri.

Dativi poteſt imperfectiſſimum, perfectiſſimum non poteſt.

Species à Deo, vt numeri ab vnitate.

Species itaque rerum omnium procedunt à DEO, inſit D. Dionyſius, quo modo *numeri* ab vnitate. Hi inſunt in ea tanquam in radice, in qua vnum quid ſunt: & à qua profecti, multiplicantur magis ac magis. Non ſecus ſpecies in DEO, velut in radice rerum omnium, vnam habent rationem: extra in multitudinem ſparſæ, in infinitum augeſcunt; poſſuntque creari ſemper perfectiores. Nam licet *novus gradus* perfectionis ſpeciem deſtruat, nec ſub eodem genere duæ ſpecies dignitate pari exiſtant; nil tamen repugat ſpeciem quamcumque alia ſpecie perfectiorem, à DEO produci. Inde adeò hæc, quam cernimus, moles Vniverſi perfectior eſſe poteſt, quoad partes quibus conſtat: non verò quoad partium è quibus conſtat, ſitum & diſpoſitionem.

Quomodo Vniverſum poteſt eſſe perfectius.

NATVRÆ Infiniti, adhæret ejus *Cognitio*, quam obſcuram ſcribit Ariſto-

teles, necnon propterea Materiæ Primæ ſimilem. Antiqui ſanè Philoſophi in circuitu ambulantes, ſomniarunt recurrere in Mundo rerum per intervalla ortus & occaſus, nec non eoſdem temporum circuitus. Metuebant illi ne ſi non redirent eadem, non poſſet DEVS tot varia, tot infinita vel præſcire vt faceret: vel ſcire, cum feciſſet. Verùm illic trepidavere, vbi nulla erat metus occaſio. Nam DEVS quodlibet infinitum complectitur, cum vim infinitam habeat intellectus ejus ad cognoſcendum, natura ad repræſentandum: & poteſtas executrix ad agendum non tot quin plura, in infinitum intellectui divino notiſſima. Nullum tamen Infinitum *Succeſſivè*, id eſt vnum poſt aliud, noſcit DEVS. Eſſet enim partim actu, partim in potentia ad ea quæ nondum noſſet, mutareturque ſucceſſiva cognitione.

AVSCVLTAT. Cognitio infiniti. Pſ. 2. Pſ 33. A DEO.

Notitia verò quam DEVS habet de Infinito, non tantùm eſt ſimplicis intelligentiæ, & de rebus ſecundùm ſe: ſed intuitiva quoque eſt, ſub eſſe exiſtentiæ. Quia cognitiones V. g. Angelorum quæ in infinitum multiplicandæ ſunt, eas etiam quæ eſſe poſſunt repræſentat divina Natura. Et ſanè ſi finitas noſſet, finem aliquando demum reperirent.

Non eſt tantùm ſimplicis intelligentiæ, ſed intuitiva.

Neque tamen ex ea cognitione perfecta Infiniti, ſequitur poſſe à DEO produci. Iſtud enim cum ſit actio externa effectum reſpiciens, qui repugnat ex natura ſua, abs DEO effici nequaquam poteſt. At Cognitio cum ſit actio interna, non poteſt non eſſe completa: debetque ad omnia quæ poteſt, actu ſeſe extendere. Eo nempe modo cognoſcit DEVS contradictoria, quæ tamen nec velle poteſt, nec efficere. E contra, *Intellectus* creatus per naturæ vires nuſquam cognoſcere valet infinita. Quia Infinitum, vt infinitum, ignotum eſt. Id inquam non poteſt neque ſimul, neque ſucceſſivè tempore finito. Tunc ſi quidem objectum limites excederet ſuæ potentiæ quæ finita eſt. Potentia porro activa *definitur* per maximum quod poteſt, id eſt per terminum à natura præfixum. Vltra quem progredi nequit, intra quem ejus menſuratur perfectio limitatur & continetur. Deinde quò mens pluribus intenta eſt: eo minùs ſingula perfectè novit; quid ergo ſi infinitis attenderet? Quod ſi Mundus ſupponeretur fuiſſe *ab æterno*, jam nunc quælibet Intelligentia infinitas quas efficit Orbis converſiones decurriſſet: cognoſceretque proinde infinita, quia infinito tempore extitiſſet in rerum naturâ.

Nec inde ſequitur productio.

Intellectus creatus non poteſt naturaliter infinita cognoſcere.

Poſſet ſi Mundus fuiſſet ab æterno.

LICET itaque *Angelus* phantaſiâ & rapſodiâ ſpecierum non defatigetur, vt Homo. Licet intellectus ab excellenti objecto non lædatur, vt ſenſus: nec ab aliorum perceptione retardetur, quin potiùs quantò nobiliora intuetur objecta, tantò ad alia cognoſcenda fiat habilior; tamen quia finitus eſt tam in natura, tum conſequenter in potentia, Infinitum actu non poteſt noſcere per proprias vires. *Divinitùs* tamen poteſt, puta divinum adjutus lumine gloriæ ac roboratus in Verbo cognoſcit ſimul infinita. Quod de facto convenire CHRISTO noſcenti rerum omnium poſſibilium naturas, probabiliùs aſſerit Theologia. Et verò intellectus maximum omnium intelligibilium, DEVM ſcilicet clarè intuens, vtiquè valebit id quod minus eſt. Neque verò ad id requiritur proportio Mathematica, quâ ad normam objecti creſcat & potentia. Sed ſufficit proportio accommodatitia, per elevationem ſupra naturæ vires. Maximè cùm natura DEI, rationem ſubeat ſpeciei; in qua infinitum vno actu, vt in objecto primario quo virtute continetur, conſequenter videri poteſt.

Angelica cognitio.

Poteſt divinitùs.

Chriſti cognitio.

Quin & probabilius cenſent benè-multi, poſſe Infinitum aliquod extra DEI naturam, ſimul & diſtinctè à creato Intellectu videri; vt infinita puncta in linea, cùm nulla appareat contradictio. Tuncque producenda eſſet ſpecies intelligibilis, quæ infinitum diſtinctè & enodatè repræſentet, haud tamen infinitè perfecta. Sed ea requireret ad ſuum actum peculiare DEI auxilium, quo Intellectus ſpecie illâ, ſupra captum naturæ, vtatur.

NVLLA denique potentiâ, Infinitum finito tempore ſucceſſivè cognoſcitur. Alioquin Infinitum percurreretur, quod omninò nequit; tunc enim non eſſet ampliùs Infinitum, in quo parte vnâ emensâ, alia ſuper eſſe debet. Rectè igitur concludit Ariſtoteles poſt Anaximandrum: cùm omnia ſint aut principium, aut à principio, hæc finita eſſe: illud quod eſt Numen, eſſe vtiquè ἄπειρον, ἀθάνατον, καὶ ἀνώλεθρον.

Ἄπειρα ἢ ἀρχὴ ἢ ἐξ ἀρχῆς, cap. 4.

LOCVS EXAMINATVR.

TITVLVS XVII.
Loci naturæ, & proprietates.
LIB. IV. PHYSICOR.

An ſit quotuplex.
Illius proprietates.

AB Infinito regreſſus Ariſtoteles ad Motum, QVARTO deinceps Phyſicorum anquirit primùm de Loco in quo fit, tum de oppoſito illi *vacuo*: demum de *Tempore*, quo fit motus. Igitur inter hæc tria præit LOCVS. Is equidem dari probatur contra negantes, vel ipſo locali motu. Diſtinguitur autem communis, qui plura corpora continet: & proprius, qui vnicum. Illius proprietates ſunt continere locatum, ab ipſo prorſus differre, & eſſe ſeparabilem, æqualem illi eſſe: locum & locatum eſſe ſimul, eſſe deorſum vel ſurſum. Vnde nihil in ſeipſo eſt, per ſe, & ſecundùm ſe totum.

Definitur.

Φέρεται εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἕκαστον, cap. 7.
Quænam ſunt in loco.

Exinde, *deſcribitur* finis ſuperficies ſeu extremitas corporis ambientis ſeu continentis, immobilis; quod enim movetur, neceſſariò locum relinquit. Immobilis eſt quatenus comparatur ad ſuperficiem imaginariam, motus omnis expertem. Cúmque rei vnicuique ſuus proprius locus ſit, in eum fertur quemadmodum pars à ſuo toto avulſa: in eoque tandem, vbi pervenit, placide quieſcit. Loco autem

CONTINENTVR { *Angelus*, *Corpus CHRISTI*, *Cælum*, *Elementa*, *Omnia*.

1. Angelus.

ANgelus non exiſtit circumſcriptivè in toto, de cujus exiſtentia hîc agitur, ſed *definitivè*: ejuſque motus non ad ſuperficiem tendit, ſed ad Vbi. Neque enim motus Angeli Phyſicus eſt, actus ſcilicet corporis: ſed ſpiritalis, conveniens ſubſtantijs à materia ſolutis.

2. Corpus

CORPVS CHRISTI in Euchariſtia non eſt ſub ſpeciebus, vt in loco circumſcriptivè; ſuperficies ſi quidem, cujus pars partibus corporis reſponder, ſola locus eſt. Immo nec definitivè, loquendo propriè; quoniam id quod alibi eſt, per hunc numero locum non definitur; Corpus autem CHRISTI, Euchariſticè in locis extat quam plurimis.

3. Supremum Cælum.

Supremum Cælum, quo intelligitur primum Mobile, nullo alio corpore circumcinctum, ſi Ariſtoteli creditur (credimus enim Empyreum ſuperius) propriè non eſt in loco per ſe, cum nullam habeat ſuperficiem ſuperiorem. Eſt tamen per accidens, primò poteſtate; nam motu ſuo acquireret Vbi, ſi divinitùs moveretur. Secundò ratione partium ſuarum, quia vnaquæque pars eſt in alia vt in loco ſuo.

4. Elementa.

Geneſ. 1.
Cælum in ſolio.
Terra
Aqua.
Aër.
Ignis.

Elementorum familiæ ſuas ſibi proprias ſedes vendicant. Vnde cunctâ ſua ſtatim Geneſi, ſuis ſtationibus pulchra ſerie & decenti ordine collocata, hoc eſt & ſtylo Scripturæ *valde bona* conſpiciuntur. Quippe cæleſtes Globi, opus DEI præſtantiſſimum, luminibus, vt floribus, diſtincti: figuris, mole, luce, motu rapidiſſimo ſolium occupant & faſtigium Vniverſi. Tellus jacet in imo, velut gremium, ſentina area ac pavimentum. Supernatat Aqua, cui & Aër ſupereminet, ob inſitam perſpicuitatem ac ſubtilitatem; ſicut Ignis prætervolat nativa agilitate. Elementa in ſuo quodque ſitu vna inter ſe conveniunt *qualitate*, alterâ diſſentiunt: alterâ ſibi machinantur interitum, alterâ mutuo fœdere conſociantur. Inde ars Naturæ æmula, opera ſua didicit contrarijs attemperare? partim ad neceſſitatem, partim ad venuſtatem.

Symbola & diſſymbola.
Ars naturæ ſimia.
Quare ſic ordinata Elementa

Nec potuere *aliter* Elementa rectè diſponi. Alioquin inter vicinos hoſtes pax nulla extitiſſet fœtibus naturæ perneceſſaria. Debueruntque intra Cœli

lacunar & Terræ ſinum, cuncta ratâ lege ſuis terminis & repagulis contineri. Id quod apertè evincit omnium Elementorum impetus, dum ſingula in nativam ſedem rapido motu regrediuntur.

Avscvltat.

Locus *cujuſque Elementi* ſigillatim, ſuperficies eſt Elementi ſuperioris; quo in loco appoſitè magis quàm alibi, non poteſt non recipere cæleſtes ſibi neceſſarios influxus. Itaque naturalem cjuſmodi Locum, veluti *centrum*, perenni agitatione quærit quodlibet Elementum: in eoque, ceſſante motu, placidè quieſcit, niſi vi externa impediatur; vt Mare quod propria vi, vel aliena quotidiè cietur. Eandem prorſus legem ſervant, quæcumque Elementorum commercio ſuam debent genituram.

Locus cujuſvis Elementi eſt ſuperficies concava ſuperioris.

Motus ad locum, & quies in loco.

Ita autem rei cuique propriam ſedem Natura metata eſt, vt *coëxiſtentia duorum corporum* ſimul in eodem loco, naturæ vires penitùs excedat. Nempe (quod experientijs patet) quantitatem pellit alia quantitas; non tantùm in craſſioribus, ſed vel in tenuiſſimis corporibus. Virtute autem divina de facto accidit, dum Christvs ex virgineo thalamo prodijt incluſus dum manet in ſacra Euchariſtia dum è tumulo obſigillato ſurrexit, dum januis clauſis redivivus Diſcipulis apparuit: dumque aſcendit, penetravitque cælos integra quantitate.

Duo corpora naturaliter nequeunt eſſe ſimul in eodem loco.

Poſſunt potentiâ divinâ.

Quantitas certè naturali virtute & replet locum, & quodlibet corpus ab alio diſtinguit ſitu: & ab alio removet negativè, non admittendo aliud corpus. Primum quidem in penetratione quantitatum ſervatur, aliud divinitùs adimitur. Quod quidem non fit actione poſitivâ, ſed ſubſtractione influxus in iſtud quantitatis munus ſecundarium.

Eivsdem planè characteris & ratiocinij cenſenda eſt Exiſtentia vnius corporis, *in pluribus locis*. Dogma ſi quidem fidei eſt, Christvm in Cœlo eſſe ſimul & in Euchariſtia. Quod tamen multò *difficilius* eſt, quàm ſi in duobus locis idem corpus ſit modo naturali, extenſum ſcilicet & circumſcriptum. Suppoſito itaque miraculo, de ejuſmodi corporis multiplicati affectionibus ſic *ſtatuendum* videtur.

Vnum corpus in pluribus locis.

Conſentanea ad ejuſmodi coëxiſtentiam.

1. Accidentia *localia*, cujuſmodi ſunt jacere, ſedere, ſtare; moveri, &c. vtrobiquè tunc non accident. Quemadmodum enim diverſum eſt Vbi corporis, in pluribus locis exiſtentis: ita poſſunt eſſe diverſa accidentia, quæ ad ipſum Vbi dicunt ordinem neceſſarium.

1. Accidentia localia tunc non erunt vtrobiquè.

II. Cætera accidentia à loco *abſoluta* vtrobiquè illi Corpori convenient, quia idem eſt vtrobique. Ea autem communicantur & quaſi derivantur in corpus replicatum & multiplicatum, non novo miraculo, ſed vi præcedentis. V. g. erit vtrobiquè corpus calidum, & nutritum: Caleſcit tamen & nutritur in vno tantùm loco, propter ignis actionem & cibationem tali loco illigatam.

2. Cætera erunt vtrobiquè.

III. Si ſibi venienti è duobus locis idem corpus *occurrat*, non poterit abſque penetratione locum eumdem occupare.

3. Si ſibi occurrat corpus idem.

IV. Nec forte an ſine conjectura probabili fingunt Conimbricenſes, novo accedente miraculo *fieri poſſe*; vt ea quæ nullum habent ordinem ad locum eidem corpori in vno loco conveniant, in alio non. Ita Petrus hîc vivet, morietur Romæ. Nec enim eſt implicantia, cum non ſit locus idem: neque manent ſimul veræ propoſitiones, Petrus vivit, Petrus non vivit. Sed prima vera eſt, quatenus dicit eum alicubi vivere: poſterior falſa, quia ſignificatur eum nullibi vivere.

4. Si vtrobique moritur.

V. Actio per quam ponitur Petrus in ſecundo loco, non terminatur ad *Vbi*, nec enim eſt mutatio loci: ſed ad eſſe Petri intrinſecè, quod Petro confert eſſe in loco ad quem naturali conſecutione acquirit Vbi.

5. Actio multiplicans corpus non terminatur ad vbi.

VI. Probabile eſt eandem eſſe actionem, quâ Petrus alibi *conſervatur*; alio tamen modo modificatam per ſpecialem Dei concurſum. Idem enim eſt terminus, omnia ſunt eadem; ſolo Vbi excepto, quod extrinſecè ſe habet ad corpus. Quare actio illa quâ corpus alibi multiplicatur & conſervatur, non eſt productio. Productio quippe actio propriè eſt, per quam res accipit eſſe quod nondum habebat.

6. Eadem vtrobique actio conſervans.

TITVLVS XVIII.
Vacuum quid ſit, & poſſit-ne dari.

VACVVM CONSIDERATVR.

QVONIAM ſolemne cuique Scientiæ eſt agere de oppoſitis, poſt tractatum de Loco ejuſque circumſtantijs, examinanda ſequitur

NATVRA VACVI { *Quid ſit?* / *An ſit?* / *An eſſe poſſit?* / *An motus in eo fieri poſſit?*

Definitur vacuum.
[illegible] c. 9.
Non datur in rerum naturâ.

AC primo quidem finitur ab Ariſtotele, locus corpore carens, aptus tamen vt eo repleatur. Vacuum non patitur Natura, quidquid obnitantur Epicuræi, & novellæ experientiæ. Veteres enim & quotidianæ oſtendunt cucurbitis trahi carnem, aëre denſato & refrigerato: folles nullâ vi diduci, niſi aperto opificio quo aër ingrediatur.

Ratio duplex.

ABHORRET autem Natura à Vacuo, *duplici* de cauſa. Prior deſumitur à fine Vniverſi. Natura etenim Immortalitatis æmula, tuetur ſe toto quo poteſt conatu: nullaque res eſt, quæ pari contentione non ſtudeat perpetuitati. Inde mirabili amoris nexu, ſingulæ totius corporis partes ſibi invicem agglutioantur; quoniam vnita & collecta, fortiùs agunt: fortiùs pugnaot, fortiùs ſe ſe mutuò conſervant. Quam ob rem & cariſſima eſt Naturæ, *figura rotunda*, vt-pote ingens vnionis conciliatrix; in qua nil diffidet, nil abſiſtit, nil inæquale. Id quod patet & in fœtu, & in guttis aquæ deciduis. *Vacuum* itaque quia diſſolveret ſolemne illud Naturæ fœdus, Naturæ *fini* vtiquè adverſatur.

Ratio ex parte cauſæ finalis.

Porro, quod dicebam paulò ante, vnaquæque pars mundi, primò *Vniverſi* conſervationem procurat, vt commune totius Naturæ commodum. Deinde proprium ſibi bonum, primò quidem vt ad communitatem ſpectat, quatenus membrum illius exiſtit. Secundò vt natura vna eſt ſingularis. Primum ſanè ardentiùs, cum ex Ariſtotele *bonum commune* ſit excellentius & divinius particulari. Sic manus ſcindi ſe permittit, vt ſalvetur caput: pars perit; vt vacuo occurrat.

2. Ratio ex parte cauſæ efficientis.
Vis motrix.
Qualitates primæ.
Impetus.
Obſiſtentia negativa.

Accedit altera ratio, ex parte *efficientis*; media videlicet quibus ſingula ſe ſe tuentur, & arcent vacuum. Ejuſmodi eſt communis *vis motrix*, præter cujuſque particulares virtutes; cujus impulſu ad omnem loci differentiam, quoties opus eſt, pro communi bono rapiuntur. Opera alteratricium *qualitatum* quæ rarefaciunt corpus & in ampliorem molem diffundunt. Impetus quo franguntur nonnunquam vaſa, & alia id genus. Negativa quædam *obſiſtentia*, vt latera follium quæ compreſſa manebunt in æternum, niſi aperiatur orificium. Vinum item quod per parvulum dolij foramen, haud quaquam effluit. In queis tamen, ſicut & in ceteris, ſemper compendio ſtudens Natura, faciliora & promptiora adhibet media. V. g. Si motus localis ſufficit, rarefactionem non adhibebit. Dum ergo dicitur Natura reflecti in ſeipſam, cave intelligas eam privatum bonum communi anteponere: Sed publicum bonum, in privatæ quoque rei commodum cedere.

Adhibet natura faciliora remedia promptioraque.

Divinâ virtute vacuum poſſibile.

AT cùm Naturâ vniverſâ ſuperior DEVS ſit, quid mirum ſi vacuum efficere poteſt & ioane? Fac enim ignis elementum V. g. ad nihilum redigat Omnipotens, num valet tunc impedire reliquorum corporum concurſum & motum? Num potuit Sphæras celeſtes fabricare, totam Mundi ſublunaris intercapedinem prorsùs inanem relinquens?

Neque tunc quidquam contra ordinem rerum faciet DEVS, vel contra illarum Naturam; quatenus, ſecundùm potentiam obedientialem, ſubduntur ſupremo omnium Conditori. Id enim, ait egregiè Auguſtinus, *cuique naturale eſt, quod fecerit ille, à quo eſt omnis modus, numerus, ordoque Naturæ.*

AVSCVLTAT-

VERVM quia Mundi Dominus ipſum Angelis minimè ſubjecit, æquè conſtat non poſſe effici Vacuum virtute Angelica. Nam *miraculum* eſt, contra totius Naturæ ordinem; quam ſolus mutare poteſt, qui ejus autor eſt & ordinator. Aliàs naturæ vires non excederet Vacuum. Nec reſiſtentia illa vi cujus res per ſe vacuo repugnant, cadit ſub menſuram certam; quæ proindeà majori virtute finitâ, vinci queat: Sed talis eſt vt à virtute quidem infinita ſuperari poſſit, nec ab vlla minori. Patet à ſimili in penetratione corporum, quam nulla vis creata poteſt efficere.

Hebr. 1.

Angelica virtute impoſſibile.

Motus pariter alicujus rei vt impediat vacuum, tamet-ſi finitus, non poteſt ab Angelo impediri; licet omnis alius motus localis poſſit impediri. Quippe qui potiùs character eſt Naturæ & impreſſio ordinis generalis, quæ vt ſic ſoli DEO ſubijciuntur. Adde quod *appetitus vnionis* in Naturâ, infinitus eſt ſyncategorematicè; ideoque poteſt reſiſtere cuivis finitæ virtuti.

Sed enim ſi virtute divinâ efficiatur Vacuum, in eo *motus* Corpòris dari poteſt, ſed non Momentaneus. Efficietur autem motus ille tum ab externo motore, tùm à rebus ipſis ſe ſe mouentibus. Cur enim jaculum in vacuo Angelus non contorqueat? Cur ignis leuitate & inclinatione loci natiui non ſe ſe eleuet, ſi in vacuo ſit? Cum præſertim terminus lationis locus non ſit, qui in vacuo eſſe nequit: ſed Vbi, quod in vacuo reperitur.

Motus corporum in vacuo.

Haud tamen *momentaneus* eſſet motus in vacuo. Nam ſucceſſio motus, non tantùm provenit ex corpore medio quo plenus eſt locus: ſed etiam ex intercapedine & diſtantia extremorum, quæ manet in vacuo; aliàs terminus à quo & ad quem ſimul eſſent, quod repugnat. Quæ cauſa eſt cur tempus requirit *motus Cæleſtium*, licet nil ei reſiſtat; ergo ex natura motus ipſius, qui ſucceſſivus eſt. Nec tantùm quod grave eſt faciliùs deſcendit, quia medium facilius ſecat: ſed proprio pondere, lapſum principaliùs excitante.

Non momentaneus.

Cur grave facilius deſcendit.

TEMPVS EVOLVITVR.

TITVLVS XIX. *Temporis & proprietates.*

QVANDOQVIDEM vidimus jam ſupra; motum quemlibet neceſſariò eſſe ſucceſſivum, rectè Ariſtoteles diſquiſitioni de motu ſubingerit

EXAMEN TEMPORIS { *Quid ſit,* & *Quotuplex.*

AC natura quidem temporis cognitu, explicatuque *prædifficilis.* Quamobrem, notante Cyrillo, dierum volubiles ſeries per ſpiras ſerpentis, perque hujus caudam reflexam in ejus rictum & occultatam, latentem temporis naturam deſignabant Ægyptij. Inde pulchrè & fusè Auguſtinus. ‘ *Quid eſt tempus? ſi nemo ex me quærat, ſcio: ſi quærenti velim explicare, neſcio.* Tum ‘ poſt multa ſubtiliſſimè examinata, ſic minutatim proſequitur. *Ipſa* vna hora ‘ fugitivis particulis agitatur, quicquid ejus avolavit præteritum eſt: quicquid ‘ ejus reſtat, futurum. Si quid intelligitur temporis, quod in nullas jam vel in ‘ minutiſſimas momentorum partes dividi poſſit, id ſolum eſt quod præſens ‘ dicatur; quod tamen ita raptim à futuro in præteritum tranſvolat, vt nulla ‘ morula extendatur. Vbi & addit plura, lectu & ſcitu digniſſima.

Cognitu difficile.

7. *et Confeſſ.* Tempus.

Hora.

Definitur.

Nihilominus contra nonnullos qui credebant tempus non eſſe, quia partes ejus, præteritum & futurum non ſunt, præſens autem momentum nihil eſt; definitur à Philoſopho, *numerus motus, ratione prioris & poſterioris*. Adeo vt ſi non eſſet anima, intellectus ſcilicet numerans, neque tempus eſſet ceu numerus numeratus. Qui motus non eſt ſed non eſt ſine motu. Ab alijs *deſcribitur*, res omnium ſapientiſſima & ſtultiſſima: circulus perennis, motuſque perpetuus; quo res Mortalium fluunt refluunt, accedunt recedunt per horas, dies, menſes, & annos. Ortus quidem cauſa eſt, ſed multò magis interitus; quia motus cùm ſit, id quod eſt de ſtatu ſuo dimovet.

Οἱ μὲν σοφώτατον ἔλεγον, ὁ δὲ Πυθαγόρειος Πάρων, ἀμαθέστατον, c. 10.

Quare numerus

Idem vbique.

Apoc. 10. vlt.

Τὰ ἀΐδια, οὐκ ἔστιν ἐν χρόνῳ, c. 19.

Aptiſſimè vocatur *numerus*, ſeu menſura interna *motus*, id eſt Primi Mobilis: externaque regula, aliorum omnium motuum ſub cœlo. Eaque propter tempus vnum & idem eſt vbiquè. Sed & Angelus jurat, poſt diem Iudicij tempus non futurum; æterna ſiquidem tempori nequaquam ſubijci, pulchrè notat Ariſtoteles. Vel ſanè numerus eſt cujuſque motus, ſeu menſura interna illius. Tempus namque & motus ſe mutuò metiuntur. Immò & menſura quietis eſt, ex accidenti. Inde tempus dicitur multum & paucum, quatenùs numerus eſt: longum & breve, quatenùs continuum. Quo ſenſu ait Divus Auguſtinus, *præliante Ioſue ſol ſtabat, tempus ibat*. Et ex Eccleſiaſte; [*omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs volvuntur univerſa ſub celo.*] Eſt & *imaginarium* Tempus Æternitati reſpondens à parte ante & poſt, non ſecus ac ſpatia imaginaria fingunt benè multi. Quin etiam Ariſtoteles, & qui in temporis negotio plurimùm deſudavit Auguſtinus, Tempus appellarunt *opus animæ*. In quantum ſcilicet Mens humana dividit dies, horaſque diſtribuit; licet revera à parte rei Tempus, vel nemine cogitante, exiſtat. Sed operæ pretium fuit nobiliſſimum Tempus, in motu omnium maximè æquabili ſibique ſimillimo, Primi ſcilicet Mobilis, collocare. Tametſi de cætero, diſtinctionem accipiat ab orbibus inferioribus. Nam dies à ſole, menſis à luna diſtribuuntur. Ideoque & Luminaria refert Geneſis, poſita *in tempora*; tum pro menſura motus, tum pro opportunitate ſerendi, metendi, medendi, navigandi, &c.

L. 11. Confeſſ. Cap. 1.

Eſt imaginarium

Opus animæ.

Geneſ. 1.

Non exiſtit per ſola inſtantia.

Cvm verò prius & poſterius partes ſint motus ſucceſſivi, fluentes vna poſt aliam; Tempus non exiſtit, per ſola inſtantia: ſed per ſuas partes *ſucceſſivas*, aliàs dividuum non eſſet. Quod ſi quando dicitur Temporis nil extare niſi *inſtans*, intelligitur de Tempore nil haberi determinatum, ſeu ſimul; præter inſtans illud ſeu momentum, quo pars immediatè præcedens & proximè ſubſequens copulantur. Tempus ita conſtitutum

Diſtinguitur tempus à motu, & ab exiſtentia motus.

Distingvitvr a { *Motu*, & *Exiſtentia motus*. }

A Motv, inquam, quem intrinſecus metitur (nam de externo primi Mobilis, hîc ſermo minimè eſt) *realiter* non diſtinguitur; alioquin poſſent divinitùs duratio, & res durans ſeparata conſervari. Sed ſufficit *diſtinctio rationis*, ex natura rei; cùm Tempus quod menſura motus eſt, eo poſterius ſit. Qua quidem diſtinctione ſatis ſalvatur, quomodo vnum menſuret alterum, non verò ſeipſum. Ac licet Tempus motum *ſupponat*, proprie tamen ejus ſoboles non eſt, nec ex eo gignitur.

Eadem aſſertio tenet in comparatione Durationis cum exiſtentia, & continuatione rei durantis. Neque enim neceſſaria eſt *realis diſtinctio*. Exiſtentia enim poſitio rei eſt extra cauſas, at duratio dicit moram & perſeverantiam. Sed ſufficit diſtinctio ex natura rei. Fermè vt virtute diſtinguitur natura Dei, ab illius æternitate ſeu duratione. Hæc enim per immutabilitatem, quaſi à priori, poteſt demonſtrari. Quomodo igitur, ſaltem ex natura rei, non diſtingueretur duratio in rebus creatis; quæ quò longiùs à ſua origine recedunt, eò magis à ſimplicitate degenerant, & abeunt in multitudinem. Tempus ergo duratio eſt. Porrò

Avscvltat.

Durationtriplex

Dvratio triplex { *Æternitas*, *Ævum*.
Tempus. { *Continuum*, *Diſcretum*, *Inſtans*.

Oportet enim menſuram reſpondere, juxta leges proportionis, rebus illis quæ ſub menſuram cadunt; vt pro diverſitate modi, quo res vel manere poſſunt, vel deficere, habeant durationem. Quot igitur extant res naturâ diverſæ, tot diſtinctæ durationes numerantur.

Æternitas Dei. Libr. 5. Pro. 6.

Æternitas propterea eſt duratio Dei in ſuo eſſe neceſſariò ſemper exiſtentis, & revera immenſurabilis. Eam idcircò definit Boëtius, interminabilis vitæ totam ſimul, perfectamque poſſeſſionem. Quia duratio Dei tam invariabilis, independens & immutabilis eſſe debet, ac ipſa Numinis Natura; quam noſtro intelligendi modo, vtcumque menſurat. Idcircò exclamat Auguſtinus. *Anni tui, dies vnus: & dies tuus non quotidiè, ſed hodiè; quia hodiernus tuus non cedit craſtino, ſicut neque ſuccedit heſterno. Hodiernus tuus, æternitas tua.*

Lib. 11. Confeſſ.

Æternitas participata.

Æternitas diminuta & *partita*, menſura eſt rerum ſupernaturalis ordinis, vt dilectio & viſio beatifica; quarum duratio non ſecus ac divinæ naturæ, ejuſdem ordinis cenſeri debet, cum hoc tamen præclaro diſcrimine; quod nunc fluens facit tempus: nunc ſtans, æternitatem. Inter vtrumque; Ævum definitur, duratio indiviſibilis & tota ſimul Naturæ creatæ ſtabiliter ſe ſe habentis. Habet quippe initium, ſicut & tempus: ſed fine & ſucceſſione caret, ſicut æternitas. Competit Angelis, Animabus ratione præditis, earumque potentijs: Materiæ-primæ, Corporibus cœleſtibus, alijſque id genus. Subtiliter idcircò advertit Boëtius, loco citato; Mundo, & ſi eſſet ab æterno, æternitatem non competere ſed *perpetuitatem*.

Tempus. Modus ævi.

Subſtantiæ quæ *mutatione* afficiuntur, Tempore menſurantur. Sed quoad ſuum eſſe tantiſper permanens, media illis tribuitur menſura inter tempus & ævum: diciturque à Nonnullis, *Modus ævi*. Idem dic de qualitatibus per motum acquiſitis, & poſtea in ſuo eſſe permanentibus. Ac Tempus quidem *Continuum*, menſurat res continuatas & ſucceſſivas; vt vitam hominis, &c. *Diſcretum* metitur actiones diſcretas, v.g. cognitiones Angelorum; non vt conjunguntur, ſed vt poſſunt colligi. Diſcretum ex ſolis conſtat inſtantibus, Continuum ex inſtantibus ſimul junctis.

Continuum. Diſcretum.

Inſtantia.

Inſtantia, Temporis ſunt vltimæ partes, minima durationis ſegmenta. Inſtantia verò naturæ, ſunt antegreſſiones quædam; quibus ea quæ rationem cauſæ habent, alijs ſupponuntur, & effectus ſuos naturâ præcedere dicuntur; licet eodem inſtanti, ſeu puncto temporis ſimul cauſa & effectus exiſtant.

Ex Inſtantibus, non rectè arguitur vnum exiſtere ſine alijs. Nam ejuſmodi Inſtantia, non ſunt durationum menſuræ: ſed ſunt ſigna quibus denotatur vnum dependere ab alio, vel vnum ſine alio poſſe cogitari, vt corpus ſine vivente.

TITVLVS XX.

Doctrina de motu reſumitur.

MOTVS VNITAS, CONTInuitas, contrarietas.

LIB. V. PHYSICOR.
Axiomata de motu.
Tripliciter res movetur.
Quinque in omni motu.
Immobile quot modis dicitur.
Motus vniformis.
Et difformis.
Vnius rei vnus motus.
Continua & Contigua.
Contrarietas.
Naturalis & violentus.

QVINTO deinceps Phyſicorum Libro rediens Ariſtoteles ad proprietates motus ſagaciter expiſcandas, ſupponit *effata* quædam præſenti doctrinæ perquàm opportuna. 1. Res quælibet moventur vel per ſe, vel per accidens, vel ratione partis. 2. In omni motu *quinque* ſemper interveniunt. Movens, mobile, tempus: termini ſemper poſitivi, à quo & ad quem. 3. *Immobile* dicitur vel quod omninò moveri nequit, vel quod non niſi tardiſſimè & difficillimè movetur. Vel quod non movetur quando, vbi, & quomodo aptum eſt. Atque hoc vltimum, ceſſatio eſt ſeu quies. IV. Motus æqualis & *vniformis* oritur, quando res adhæret principio ſui motus æquali & vniformi. V. Inæqualis & difformis cauſa eſt aliquando ſpatium inæquale & tortuoſum, aliquando ipſa movendi ratio inæqualis. VI. Vnius mobilis non eſt niſi *vnus motus* naturalis, plures eſſe poſſunt per accidens. VII. Quia continuitas motus proprietas eſt, *continua* vocat Philoſophus, quorum extrema ſunt vnum: contigua ſeu cohærentia, quorum extrema ſunt ſimul. VIII. Motus motui contrariè *opponitur*, quies privativè. IX. Quemadmodum oponuntur generatio & corruptio, ita motus naturalis & violentus.

Motus triplex acceptio.
1. Omnis mutatio continua.
2. Mutatio accidentaria.
3. Mutatio ſucceſſiva.
Tria contraria.

Ex ante-dictis elicitur *triplex* Motus acceptio. I. Eſt omnis mutatio continua, ſive ad generationem ſubſtantialem terminetur, ſive ad accidentariam; modò fiat ſucceſſivè. II. Mutatio tantùm accidentaria inter contrarios, vel etiam inter contradicentes terminos. III. preſſiùs mutatio ſucceſſiva eſt, quæ eſt actus entis in actu ſubſtantiali. Verſatur inter contraria, comprehenditque mutationes accidentarias, quibus à contrario in contrarium pergitur. Tribus autem modis hic intellige *contraria*. 1. Propriè, ſub eodem genere maximè diſtantia. 2. Duos terminos poſitivos, inter quos eſt latitudo vel graduum, vel qualitatis: vel extenſionis; vel formæ. 3. Privantia.

Duo neceſſaria vt aliquid per ſe motum terminet.
Ad tres tantùm categorias motus terminatur.

DVO etiam requiruntur & ſufficiunt, vt aliquid per ſe motum terminet. 1. Vt habeat contrarium, quod ſemper ſupponatur exiſtere in re quæ movetur: & ſit terminus à quo tenditur per motum in aliud contrarium, vt in terminum ad quem. 2. Vt terminus per ſe motus, acquiratur per motum: neque ſubjecto adveniat, abſque mutatione quæ ſit vera actio & paſſio. His intelligetur, motum propriè terminari tantum ad

TRES CATEGORIAS. { *Quantitatis,*
Qualitatis,
Vbi. }

NAM in iſtis *tribus*, formæ horum Prædicamentorum ſervant contrarietatem, de qua iam iam dicturi ſumus: neque ſubjectis, abſque eorum mutatione, adveniunt.

Non eſt per ſe motus ad ſubſtantiam.
Nec ad relationem.
Nec ad actionem & paſſionem,

Ad *ſubſtantiam*, non eſt per ſe motus. Nam in ſubſtantijs non datur contrarietas requiſita ad motum, nec latitudo motu percurrenda; cùm intenſionem non admittant, & extenſionem habeant per accidens tantùm, ratione ſcilicet quantitatis. Sed nec datur ad *relationem*. Cùm enim Socrate albeſcente nix concreſcit, fit ei ſimilis abſque mutatione in nive. Neque demum *ad actionem*, *aut paſſionem*. Ne ſcilicet detur motus ad motum, abeaturque in infini-

Digitized by Google

tum contra naturæ præſcripta. Neque actio & paſſio adveniunt ſubjectis, mutatione per ſe ad eas directè pertinente : ſed tantùm acquiſitione formæ, cum qua & producuntur. Quæ etiam ratio militat contra Prædicamenta, *Quando* , *Situs* , *&* *Habitus* ; ad quos motus nequaquam propriè terminatur.

Motus ſpecificatur à terminis,ad quos tendunt.

Iam verò *Motus diſtinctio ſpecifica* ſumitur à Terminis ad quos tendit , non à quibus proficiſcitur. Comparantur enim Termini ad motum , vt actus ſeu forma ad potentiam ; à quibus nomen & definitionem accipit, dealbatio enim vocatur ab albedine. Termini itaque habent rationem cauſæ formalis extrinſecæ , non componentis (vt clarum eſt) ſed ſpecificantis reſpectu motus. Primo itaque loco cenſeti debet.

Motus ad quantitatem.

MOTVS AD QVANTITATEM. { *Accretionis*, *&* *Decretionis*.

HÆc , quæ aliàs dicitur diminutio , poſitivus eſt motus in eorum ſententia qui ad motum non requirunt novæ realitatis acquiſitionem , ſed aiunt rem eamdem ſub novo dumtaxat modo comparari ; nempe quantitatem , quæ vi defluxus alio affecta modo, terminat motum decretionis. Certè tamen decretio , qualitatis remiſſio , & ſimilia , motus ſunt non poſitivi, ſed *negativi*. Vt enim accretio v. g. eſt eſſentialiter acquiſitio quantitatis , ita è contra. Aliàs accretio ad maiorem , decretio tendens in minorem quantitatem , ſpecie non diſtinguerentur ; quoniam ſortirentur eumdem terminum ſpecie , gradibus dumtaxat diverſum.

Sola accretio motus realis ad quantitatem.

Vnus igitur eſt tantùm realis motus ad quantitatem , qui dicitur Accretio. Quando videlicet quantitas ſecundùm ſe acquiritur , ſive ſit in vno puncto , ſive in pluribus : ſive in toto corpore , ſive in parte aliqua. Tuncque terminus poſitivus à quo , non pertinet ad eſſentiam motus, ſed accidentariò ; quatenus terminus poſitivus ad quem , ſe habet ad motum tendentem in formæ diminutionem , vel abjectionem.

Motus ad qualitatem, ſpecificatur à qualitate ad quam tendit.

PARI quoque ratione *motus ad Qualitatem* , ſpecificantur per ſpecies diſtinctas qualitatum , quæ per ſe motu acquiri poſſunt. Ita vt probabilius ſit, dum itur motu per qualitates *medias* , per cæruleum v. g. vel viride ad extremum nigrum , motus tunc diſtingui ſpecie , ſi ſpecies media & extrema differant. Quomodo introductio formæ Embryonis , quæ via eſt ad animam, ſpecie differt ab hujus introductione.

Motus lationum non diſtinguitur penes rationes, non naturalis loci.

AT verò Motus *lationum* non diſtinguitur , ſi propriè loquamur , pènes rationes naturalis & non naturalis loci. Aliàs calefactio per quam ignis calidus eſt , ſpecie differret ab ea per quam aqua ſuam contra naturam caleſcit. Sed lationes accipiunt *ſpeciem* à terminis ad quos , materialiter ſumptis, ſecundùm quos terminant illos motus. A tenim cùm bonum , perfectum , vnum, totum , in motibus alijſque vniuerſis , ſeſe perpetuò comitetur ; poſt ſpecificam Motus vnitatem , veſtiganda eſt *numeralis* & individua.

Sed à terminis ad quos , materialiter ſumptis.

Motus vnitas numeralis.

AD hanc igitur requiritur vnitas mobilis , formæ , & temporis , neutiquam tamen motoris. Fractio enim funis à duobus , vnus motus eſt ; niſi intelligatur motum qui fit ab vno , vel pluribus etiam vices vnius ſubeuntibus , non poſſe fieri eumdem numero ab alio motore.

Vnitas *temporis* requiſita , aliud non eſt ; niſi motum , qui vnus eſt vnitate numerali , nulla mediæ quietis morâ interpolari debere.

Motus violentus.

REPERITVR inſuper, quaſi ſupradictis adventitius , *Motus Violentus*. Nam quicquid per vim efficitur , id præter ſeu contra naturam eſt. Id quod aliquando evenit etiam in generationibus. Harum enim aliquæ , ait Ariſtoteles, naturales & fatales ſunt : aliæ violentæ , vt productio intempeſtiva ranarum , florumque per aquam calidam. Sic corruptio viventis per ſenium , naturalis eſt, violenta per morbum aut gladium. Sic accretio , decretio *naturales* quidem

Libri VIII. *Non Naturales.* *Alterationes naturales, & violentæ.*

ſunr; dum augeſcit v. g. Hnmo, paulatim procedens vſque ad floridam ætatem; in qua materiæ defluenris jactura, æqualirer reſarcitur. *Innaturales*, dum calore deficiente minus reſarcitur, paularimque corpus areſcit. Dantur & *alterationes* naturales, ac violentæ. Hæ dum ægroti v. g. exrraordinariè valetudinem recipiunt: naturales, dum diebus criticis convaleſcunt. Alteratio certè non datur ad figuram, quia ſtatua ex ære v. g. fuſa, æs ampliùs non vocatur: fierique ſtatua illa dicitur, non verò alrerari. Neque eriam ad virtures datur, neque ad vitia.

Cap. 3.

Quattuor Motus violenti. Motus violentus naturali contrarius. Violentia maximè elucet in lationibus. Quies.

Sedenim Motus violentus, qui fit tractu, ſub quo pulſio: & pulſu, ſub quo volutatio, naturali revera contrarius, propriè ille eſt cujus principium eſt extra: quemque patitur res quælibet non cooperans, ſed obluctans. Ac licet in alrerationibus detur violentia, patet tamen clariùs in lationibus & *projectis*; in lapide v. g. cujus forma aſcenſui, quantùm poreſt, repugnat.

Pari, conrrarioque modo de *Quiete* morüi oppoſita, philoſophandum eſt. Quamobrem motus ſectiones, diviſioneſque, & ſtarum quietis ſpecialiùs examinat Sextvs Physicorvm Liber.

Titvlvs XXI. Agit de Indiviſibilibus.

INDIVISIBILIA, ET Quies.

Lib. vi. Physicor. Indiviſibile quid?

INDIVISIBILIA quidem aſſerit Ariſtoteles eſſe quid reale, exiſtens in magnitudine; cujus generis ſunt lineæ, & ſuperficies. Nam cùm *continua* dicantur quorum parres eodem termino communi copulantur, terminus hic non poteſt eſſe diviſibilis. Sic enim non ſimpliciter ac ſecundùm idem, ſed ſecundùm aliam atque aliam ſui portionem vtrique parti continui communis eſſet.

Poſitivum. Indiviſibile reale probatur.

Sunt etiam quid *poſitivum*. Nam ſi punctum exiſtens in media linea, ſola ſit negatio vlterioris tendentiæ; jam punctum continuans duas partes lineæ, non erit vnum, ſed plura. Vt enim hæc pars ab alia diſtinguitur, ita aliam habet negationem vlrerioris rendentiæ diſtinctam ab ea quæ alteri parti convenit. Itaque partes lineæ non poſſunt eſſe continuæ, quibus deficit rerminus communis cujus nexu cohæreant.

Adde quòd tactus duorum corporum, fit in rebus realibus & poſitivis. Sic corpus perfectè ſphæricum, tangit perfectè planum in puncto: & lux, cæteraque ejuſmodi, recipiuntur in locis, lineis & ſuperficiebus conveſtitis, quæ ſunt veræ quanritatis ſpecies. Ira vr Indiviſibilia poſitiva dentur actu; non in fine continui rantùm, ſed eriam in medio. Nec enim ad terminandum tantùm continuum requiruntur, ſed mulrò magis ad ejus parres copulandas.

Superficies non eſt idem realiter cum corpore, nec linea cum ſuperficie, nec punctum cum linea. Quæ puncta ſunt actu in continuo. Continuum ex ſolis indiviſibilibus non conſtat. Geometræ.

Superficies non eſt idem realirer cum corpore, nec linea cum ſuperficie, nec punctum cum linea. Vt enim duo corpora ſe contingunt, ſuntque ſimul naruraliter interventu ſuperficierum: ita eodem modo eſſe poſſenr ſecundùm ipſam molem corpoream, & ſic naruralis eſſet penetratio. Puncta igitur actu ſunt in continuo, ea ſcilicet quæ terminant partes lineæ. Quæ verò illas copulant, ſunt tanrùm poteſtate; quia ſcilicet emergerent, ſi dividererur linea. Eadem eſt aſſertio de ſuperficie, & ſimilibus. Nec idèo ramen continuum *ex ſolis* indiviſibilibus componitur. Licet dicanr Geomerræ punctum, cùm movetur, lineam gignere: hanc ſuperficiem, ſuperficem verò corpus.

Qvemadmodvm igitur in tempore id quod immediatè poſt momentum iſtud exiſter, tempus erit ſucceſſivum, non momentum. Ita in linea, & punctis. Atque vt idem momenrum eſt extremum prærεriti & fururi remporis, ita punctum reſpectu parrium in continuo. Nec divina virture continuum poteſt in omnes ſuas partes *dividi*, ne dicatur continuum & non con-

tinuum. An autem in mutu continuo detur *prima pars* illius, ſubtilis eſt diſquiſitio.

AVSCVLTAT.

Sanè quidem mutatum eſſe, propriè ſignificat exiſtentiam ſubjecti in tali ſtatu formæ quæ acquiritur; vt eam prægreſſa fuerit aliqua pars motus, ratione cujus ſubjectum mutatum eſſe perhibeatur. Quod fit vt Indiviſibilia quibus motus cohærent mutuò, vel quæ motum claudunt, mutata eſſe cenſenda ſint. Quid mutatum eſſe.

His antepoſitis, videtur Motus verſus initium non habere primum mutatum eſſe: ex parte verò finis, aliquando habere, aliquando non. Nam ſæpè, in fine motus, adhuc viget mobile, & in motus deſitione vltima mutatum eſſe dicitur; quo etiam momento ſi occidit mobile, non terminatur motus intrinſecè. In motu tamen nec datur prima pars verſus initium, nec vltima verſus finem, quaſi in vtroque non poſſit minor aut major dari; cùm motus continuus in minores, & minores partes poſſit diſſecari. Et quia eodem modo ſe habet mutatum eſſe ad motum, quo inſtans temporis ad tempus; quemadmodum non datur in motu primum mutatum eſſe, ita nec primum inſtans. In motu nec datur prima pars verſus initium, nec vltima verſus finem.

Vſque autem adeò continuitas & ſucceſſio ſunt de natura motus, vt nil poſſit mutari *in inſtanti* naturaliter. Nam motus actus eſt entis in potentia, vt in potentia. Et quidem continuus, habens nimirum prius & poſterius; ideoque naturâ ſuâ, ſucceſſivus. Quæ profectò omnia moram exigunt, quam non admittit inſtans. Quin etiam ipſa quoque *Corpora gloriæ* dotibus inſignita, quoties per medium ab vno loco ad alium migrarent; celerrimè quidem, non tamen in inſtanti, commigrarent. Similiter illuminatio à ſole breviſſimo quidem fit punctitio, non tamen indiviſibili; licèt portio eadem ab vna parte in aliam non tranſeat, ſed tota ſimul effundatur. Secus in lationibus aliorum corporum, quorum pars altera tranſit poſt alteram. An autem *virtute divina* motus queat eſſe inſtantaneus, incertum eſt, paribus vtrimque rationum momentis. Negativa tamen videtur probabilior, ob contradictiones quas ſuggerunt rerum repugnantiæ. Nil poteſt mutari in inſtanti. An virtute divina?

Qvoniam verò quidquid movetur, ad ſtatum & quietem movetur; vero quoque ſimilius eſt, dari *quietem in puncto reflexionis*. Semper vtiquè, cum mobile ab externo motore per ſpatium planum pellitur: nec ei obſtat vel corpus durum, vel agens vehementius, à quibus alorſum deflectatur. Quia mobile ſimul in principio & fine actu eſſe, impoſſibile videtur. Et niſi detur quies inter motum directum & reflexum, motus ſpecie inter ſe contrarij continuarentur; quod abſurdum eſt, & ἀδύνατον. Datur quies in puncto reflexionis.

Eo tamen nonobſtante, ſi mobile per *ſpatium vacuum* ferretur, non oporteret tunc in puncto reflexionis dari quietem: ſicut nec in projectis ſurſum, dum à fortiori agente inferiùs repelluntur. Alioqui res minima, eaque leviſſima, ſaltem momento, maximam & graviſſimam detinere poſſet in aëre. In cæteris mutationibus, *vt plurimùm* datur quies in puncto vbi fit reflexio, non tamen neceſſariò. Nam inter generationem & interitum rei ejuſdem, cadit quies; nequaquam tamen in ijs, quæ ad nativam ſibi temperiem reducunt ſe ſe. In vacuo non datur. In cæteris datur.

Vno, eodemque momento poteſt eſſe motus *duplex ſpecie*. v. g. Titius è turri lapſus, moriens antequàm in terram deſcenderit. Nam momento quo moritur, idem inſtans eſt primum non eſſe motus Titij, & incipit motio cadaveris. Quod vt intelligi queat, *diſcutienda ſubtiliùs*; Vno, eodemque momento poſſunt eſſe duo motus ſpecie diſtincti.

TITVLVS XXII.
Quomodo res incipiunt, & deſinunt.

INCEPTIO, ET DESITIO rerum.

Inceptio duplex.

Deſitionis etiam genera duo.

DISQVIRITVR hocce loco, quonam pacto ſe habeant inſtantia; quibus rei duratio tum inchoatur, tum clauditur. Nam res quæcumque *incipit* vel eo inſtanti quo ita eſt, vt immediatè ante non fuerit: diciturque ſui primum eſſe, ſeu intrinſecè incipere. Vel in inſtanti quo ita non eſt, vt ſit immediatè poſt; quod eſt incipere per vltimum non eſſe, ſeu extrinſecè. Pariter duplex eſt *deſinendi* modus. Vel in inſtanti quo ita eſt, vt immediatè poſt non ſit; iſtud eſt deſinere intrinſecè, ſeu per vltimum ſui eſſe. Vel in inſtanti quo ita non eſt, vt immediatè antea fuerit; quod eſt deſinere per primum ſui non eſſe, ſeu extrinſecè. Igitur circa ejuſmodi deſitiones rerum & inceptiones, tales regulæ ſunto.

Quomodo motus & tempus incipiunt, & deſinunt.

I. MOTVS ET TEMPVS incipiunt per vltimum ſui non eſſe, deſinuntque per primum ſui non eſſe. Neuter enim horum poteſt eſſe in inſtanti. Quare non habent primum vel vltimum inſtans, in quo ſint: neque incipiunt per primum, vel deſinunt per vltimum ſui eſſe. Idem dicito de quiete.

Res permanentes.

II. *Res permanentes*, quæ abſolutè cum aliqua mutatione ſucceſſiva inchoantur; incipiunt per vltimum non eſſe, deſinunt verò per primum non eſſe. Cùm autem dicitur in hoc inſtanti non eſſe motum tempus-ve, & immediaté poſt fore; nomine inſtantis accipi debet non verum inſtans, ſed imaginarium. Neque enim ad tempus motum-ve, inſtans aliquod intrinſecè poteſt pertinere.

Quomodo Indiviſibilia rerum ſucceſſivarum, & actiones momentaneæ.

III. *Indiviſibilia* rerum ſucceſſivarum, id eſt temporis inſtantia: & puncta motus, quæ mutata eſſe dicuntur. Item actiones momentaneæ, incipiunt per primum ſui eſſe: deſinunt verò per vltimum ſui eſſe, cùm non valeant extra momentum conſiſtere.

Forma certa in ſubjecto certo.
Forma certa in ſubjecto incerto.
Forma incerta in ſubjecto incerto.
Forma certa in ſubjecto certo.
Forma certa in ſubjecto incerto.
Forma incerta in ſubjecto incerto.

IV. *Forma* certa (de extenſivis, & intenſivis ſermo dumtaxat eſt) in ſubjecto certo, v. g. hæc pars aquæ, incipit per primum ſui eſſe. Forma certa in ſubjecto incerto, vel interminatè ſumpto, incipit per vltimum non eſſe. Forma incerta in ſubjecto incerto, incipit per vltimum non eſſe. Hæc circa Inchoationem, jam de Deſitione. *Forma* certa in ſubjecto certo, deſinit eſſe completa in ſubjecto, per vltimum ſui eſſe: totaliter verò, ita vt nil illius remaneat, deſinit per primum non eſſe. Forma certa *in ſubjecto incerto*, tam ſecundùm omnes ſuæ intenſionis partes, quàm ſecundùm aliquas earum, deſinit per vltimum ſui eſſe. Forma *incerta* in ſubjecto incerto, deſinit quoque per vltimum ſui eſſe; tam quoad omnes partes ſuæ intenſionis, quàm quoad aliquam earum.

Subſtantiæ gignitæ.
Quomodo deſinunt.

V. *Subſtantiæ* quæ gignuntur & intereunt, incipiunt per primum ſui eſſe. Forma enim in materia non eſt, niſi tum cùm tueri ſe poteſt & operari, diſpoſitaque materia inducitur in inſtanti. Deſinunt per primum non eſſe. Semper enim generationi vnius rei, alterius corruptio conjuncta eſt; & contra. Quia quo temporis puncto res genita incipit, eodem illa quæ interijt, non exiſtit.

Quomodo incipiunt quæ creantur.
Quomodo deſinerent, ſi annihilarentur
Quomodo qualitates ſupernaturales incipiunt.

VI. Quæ propriè *creantur*, Angeli v. g. & Animæ Rationales, incipiunt per primum ſui eſſe. Nam momento creantur, poſtulantque in inſtanti produci, quia nequeunt dividi. Quod ſi à DEO in nihilum redigerentur, ſanè deſinerent per primum non eſſe, ſublato videlicet concurſu divino quo conſervabantur; quod nuſquam accidit, nec futurum vnquam eſt.

VII. *Qualitates ſupernaturales*, quæ nonniſi impropriè creari dicuntur, aliquando incipiunt per primum ſui eſſe. Nam potuit Magdalena in inſtanti ad

gratiam, ei eodem ipſo momento infundendam, diſponi. Aliquando per vltimum non eſſe, dum ita aliquis affectus eſt ad gratiam; vt ei ſtatim poſt hoc inſtans, gratia ſit infundenda.

AVSCVLTAT.

VIII. *Divinâ potentiâ* Angelus V. g. per vltimum non eſſe non poteſt creari; ita vt illius productio tempore menſuretur, & ad ejus fluxum ſecundùm alias & alias partes ſe ſe accommodet. Poteſt verò eſſe ejus productio dum tempus fluit, modò non producatur ſucceſſivè, ſed totus ſimul efficiatur. Eo modo Angelus qui in inſtanti creatur, in tempore conſervatur; conferendo ei totum eſſe indiviſibiliter, ac ſine ſucceſſione.

Per vltimum non eſſe nil poteſt creari.

VLTIMA tandem poſitione aſſerit Philoſophus, per ſe non moveri *Indiviſibilia.* Hoc eſt ea, quæ poſitionem habent in continuo; cujuſmodi ſunt puncta, lineæ, ſuperficies, quatenus à ſubjecto ſeparata ſunt. Ratio evidens & in promptu. Omnis motus tam ex parte ſpatij, quàm ex parte rei motæ *continuitatem* requirit. Et neceſſe eſt vt idquod movetur per ſe, dum movetur partim ſit in termino *à quo*, partim in termino *ad quem*: priuſque ſpatium minus, quàm majus conficiat. Nihilominus ejuſmodi indiviſibilia moventur per accidens, ſic enim movetur punctum ad motum rotæ cui infixum eſt. Cum etenim eadem ſit menſura motus & quietis, nec quies nec motus fiunt in momento. Angelus autem *ad punctum* ſe reducens, continuè non movetur per ſpatium, cui non commenſuratur. Adde continuum ab Angelo, vt ſic, tangi ſolùm tactu virtutis; non verò quantitatis, qui accidit in globo planum tangente. Nihilominus divina virtute *Indiviſibilia* poſſunt quodam modo moveri. Quæ enim contradictio ſi DEVS puncto diviſibilitatem quandam virtualem conferat, non ſecus atque Angelus naturâ impartibilis, ſpatio tamen dividuo coëxiſtit. Et CHRISTI corpus Euchariſticum cuivis parti ſpecierum, quantumvis exiguæ, totum reſpondet. Tandem vt hæc concludatur doctrina, in qua totus eſt cardo Peripateticus, SEPTIMVS LIBER veſtigat quænam ſit cauſa Motus.

Per ſe non moventur Indiviſibilia.

Angelus ad punctum ſe reducens.

Divina virtute poſſunt aliquando moveri.

PRINCIPIVM MOTVS.

TITVLVS XXIII.
De Principio Motus.
LIB VI. PHYSICOR.

PRÆMITTIT hîc quoque Ariſtoteles, velut fundamenta, illuſtria quæ ſequuntur *Theoremata*. I. Quicquid Phyſicè movetur, ab alio movetur; à principio nimirùm vel interno, vel externo. II. Inde in viventibus non datur *progreſſus* ſine fine & termino, nullum enim ſe movet, niſi vt ſtet alicubi. Semperque deveniendum eſt ad aliquod primum movens cætera, quod ſit immotum. Abhorret quippe Natura à progreſſu, ſeu proceſſu in infinitum, quia ſi non daretur primum, neque etiam daretur vltimum, nec motus infinitus ſit tempore finito, media finita non habent extrema infinita; nec tandem poſſent libera ſe ſe vnquam ad aliquid determinare.

Theoremata de motu.
1. Nil Phyſicum movetur a ſe ipſo.
2. Non datur progreſſus infinitus.
ὐ εἰς ἄπειρον ἐσιν, ἀλλ' ἵσταταί πῃ, &c. c. 2.

III. Quod à ſe ipſo movetur, non ideò ceſſat à motu, quia aliud quid movere deſinit, ſiquidem motus ejus ab alio non pendet. Et quod conſequens eſt, quidquid altero quieſcente à motu deſiſtit, id neutiquam à ſeipſo movetur.

3. Motus à ſe.

IV. Propoſitis infinitis moventibus eſſentialiter ſubordinatis, & mobilibus; neceſſariò omnia mobilia motum ſubibunt, vno motum ſubeunte. Hæc porro axiomata ſigillatim veniunt examinanda.

4. Motuum ſubordinatio.

NIL à ſeipſo movetur. Id eſt omne quod per ſe movetur motione Phyſica, ab aliquo alio movetur revera diſtincto. Fieri enim nequit vt V. g. idem calidum reſpectu ejuſdem, nempe caloris, ſit in actu & potentia ſimul; alioquin eſſet, & non eſſet. Quanquam ſufficit *diſtinctio* partis integrantis à ſuo toto. Id patet in corde principio animalis cujus pars eſt. In *emanatione* Po-

Nihil à ſe moveri, exponitur.

Emanationes.

tentiarum ſpiritalium ab Anima: idem certè eſt agens & patiens. Sed verâ actio non eſt, aut ſaltem minùs propriè: nec eſt motus compoſiti ex materia & forma, de quo hîc; nec Anima tunc eſt niſi inſtrumentum Generantis diſtincti à Patiente. In *Operationibus* Potentiarum immaterialium, non eſt idem re agere & pati. Nam actio eſt à ſpecie & intellectu, qui diſtinguitur ab intellectu ſolo & nudè ſumpto, qualis eſt dum actum ſuum ſuſtentat. Volitio item producta à notitia & voluntate, in hac ſola nudè recipitur, quæ tunc à ſeipſa ſatis diverſa eſt. Et fortè ob hanc rationem, Angelus ſine ſui ſpecie non ſe cognoſcit.

Operationes potentiarum.

Quin etiam *nulla qualitas* à ſe, & per ſe directo motu poteſt intendi. Nec calor in ventriculo, hyeme ſe intendit. Sed comprimitur tam contractione pororum à frigore externo, quàm ſpirituum, qui ſunt caloris vehiculum, in corpore detentione ac denſatione.

Intenſio qualitatum.

Atque eo etiam modo intelligi debet & explicari motus *aquæ & cordis*. Aquæ enim reductio per ſeipſam ad frigus, nequaquam tribuenda eſt qualitatibus virtualibus quibus elementa reſtituantur in ſuum eſſe naturale, quæ ſuperfluæ omninò ſunt. Sicut nec aëri ambienti, aut reliquijs frigoris, ſimilibus ve cauſis. Sed ſufficit V. g. in aqua ejus forma ſubſtantialis, vt inſtrumentum progenitoris; qui tenet velut vicarius locum præcipui in hoc Agentis, cujus inclinatio eſt ad frigus. Quare cùm forma omnis activa ſit, neque repugnet materia in his emanationibus paſſionis à ſubjectis; nil impedit quominus ſubſtantia creata ſit immediatum agendi principium inſtrumentale, vt Anima reſpectu ſuarum Potentiarum. Aquam porro revocari à ſe ad ſummum frigus, à calore ſejunctam indubium eſt: niſi prohibeant externa, calidique intus vapores. Hic etenim, dum fervet æſtas, in ſummis puteis, frigidiſſima eſt.

Quomodo ſe reducit aqua ad priſtinum frigus.

Sed longè mirabilior eſt *Motus Cordis*. Revera enim in concinna partium humani corporis diſtributione, imaginem quamdam politiæ ac civitatis ſingulari artificio à Numine expreſſam tradunt Sapientes, & nos proprio in loco digeremus. Hîc dumtaxat de cordis motu, quem Cæleſtium ſphærarum converſioni ſimilem advertit D. Thomas. Nam & circularis eſt aliquo modo, & continuus. Circularis, pro-vt ab eodem & ad eumdem terminum reciproca viciſſitudine convertitur. Continuus, quatenus vivente animali nuſquam interrumpitur. Quamquam à circulari deficit; quia non ſimplex eſt, ſed compoſitus ex pulſu, tractuque. A continuitate, quia inter pulſum tractumque moram aliquam intercipi eſt neceſſe.

Motus cordis.

In Medicina.

Compoſitus eſt.

In quo dicipiuntur qui motionem hanc derivant ab externa cauſa, puta ab Intelligentia. Cum enim maximè vitalis ſit, neceſſariò, vt aliæ functiones, principium habet in vivente. Et egregiè Ariſtoteles, animal ſe ſe habet vt benè adminiſtrata civitas legibus; in qua poſtquam ordo conſtiterit ſemel, nil opus eſt externo Legiſlatore: ſed bonus quiſque ea quæ ſuarum partium ſunt, ſtrenuè obit. Falsò alij motum illum cordis reijciunt in calorem innatum, qui non lationis principium eſt, ſed alterationis; at motus cordis, lationis eſt.

Quæ cauſæ.

Cor itaque ab anima ipſa movetur, interventu facultatis motricis quæ in eo hæret. Cùm enim vitalis ſit, neceſſariò à principio vitæ, ſcilicet ab Anima oritur. Cor enim vitæ fons eſt; in quo vis animalis *primùm movetur*: & à cujus motu, cæterarum partium pendent functiones. Quare in medio ſtatuitur, non tantùm quia vt nativi caloris theſaurus in tutiori loco ac quaſi centro corporis reponi debuit à natura, vt Rex in acie; Sed quia etiam vti princeps Regni, è medio cætera membra ſuo motu excitat, impellitque.

Cor vitæ fons, & primum movens.

Si non à Generante, ſed ab *Anima* moveri dicatur cor; tunc ſanè ratione formæ movebit ſe, ratione verò materiæ motum recipiet more animantium. Nam & ipſum, ait Philoſophus, quaſi quoddam ſeparatum Animal eſt. Certè *parvus* Devs, primuſque motor animalis eſt; à quo in motibus, ad Devm devenitur. A ſua tamen forma, ſeu à ſeipſo movet & movetur, Deo dum cuncta movet, vſquequaque immoto; in quo diſparitas elucet.

Tribuitur Animæ tota cordis motio non ſecundùm gradum vegetandi, ſed ſentiendi. Solis enim *Animantibus* communis eſt, & exercetur miniſterio Potentiæ motricis, quæ ab anima ſenſitiva primò exoritur. Nec requirit notitiam,

notitiam, vt in alijs ſenſitivis præcedentem. Tum quia quaſi Animal ſeparatum eſt, aliunde non pendens. Tum quia ipſis ſenſitivis functionibus vim & ſpiritus impertit; quas eam ob rem præcedit neceſſariò, illiſque applicatur. AVSCVLTAT.

MOTVS INTRA SPHÆRAM naturalis.

TITVLVS XXIV.

Conjunctio mobilis, & moti.

EFFATVM eſt Ariſtotelis præclarum, primum movens, modò non moveat in ratione finis, ſimul eſſe debere cum eo quod movetur. Nempe neceſſaria imprimis eſt CONIVNCTIO moventis, & moti; ſive corporei, ſive incorporei. Non, inquam, per ſolùm motionem metaphoricam: ſed efficienter, id eſt poſitivè & abſque alio agente intermedio. Vnde ſequitur nil omninò iuxta Naturæ vires, poſſe *in rem diſtantem* agere. Quorſum enim ſuam cuique rei, virtutis ſphæram aſſignavit Natura? Quorſum res remotæ non agunt niſi per intermedias, & omnes vſqueadeò vacuum abhorrent; niſi quia nihil agit in diſtans? Verùm objicitur actio Magnetis, Faſcini, Remoræ, Torpillæ, &c. Aquæ calidæ, Phantaſiæ, Projectorum. Ex ijs nonnulla, quoniam à me alibi examinantur alia, hoc loco expendere non gravabor; vt de cæteris, per iſta, facilis fiat conjectura.

Τὸ πρῶτον κινοῦν ἅμα τῷ κινουμένῳ.

Non datur actio in diſtans.

Motus aliqui extra ſphæram.

Sanè dum Remora piſciculus ingentia ſiſtit navigia quibus adhæret, dum Torpilla manus piſcatoris obtupefacit; neutra id facit actione in diſtans, ſed ſpirituum qualitate à facultate naturali. Aqua ſimiliter propria vi originali, reducit ſe ad frigus nativum. Quia verò in ejuſmodi occultis & arcanis nihil admirabilius intuemur, quàm *Magnetis* effectus; in illis paulùm immorari nec otioſum erit, nec ingratum.

Remora, & Torpilla.

Aqua.

PRISCIS quidem agnita dudum fuit virtus in Magnete ferri tractoria, at converſio ad polum poſterioris ævi obſervatio eſt. Palàm certè eſt naturam illi eſſe metallicam, terræque affinem. Vocatur lapis per κατ᾽ἐξοχὴν, herculeus à robore: Magnes ab origine, & inventoribus. Omnium optimè noſtrates Amantem appellant, abs ferri complexu amiciſſimo.

Magnes ferrum attrahens.

L'Aimant.

Pronuba ſit natura Dei, ferrumque maritat
Aura tenax, placidoſque chalybs agnoſcit amores,
—— Ferrique rigore.
Veſcitur: has dulces epulas, hac pabula novit.

Claudian. in Epigram.

Ejuſmodi ſecreti amoris necnon arctiſſimi fœderis rationem, in Autoribus omninò *triplicem* reperio. Nam eos motus, ab anima & vita oriri, vel in finem ſolùm allicientem reijciendos, nemo niſi ſomniando dixerit. Quæ enim in lapide, ſigna vitæ; generatio, nutritio, accretio? Deinde quod trahit inſtar finis, nullâ diſtantiâ, vi nullâ aut arte impeditur. Atqui Magnes non trahit ferrum, niſi ex certo ſpatio: hebeſcitque vis illa alliciens ſucco cepis, allij, pluribuſque ejuſmodi.

Occulta ſympathia.

Prima igitur ratio, occulta *ſympathia* eſt & neceſſitudo magnetem inter & ferrum; qualis inter ſuccinum & paleam, inter ſolem & heliotropium; quod

—— —— Quamvis radice tenetur,
Vertitur ad ſolem.

Scio vocari id à Scientiarum Catonibus, *aſylum ignorantiæ*. Sed ad quem paſſim confugiunt vel ſapientiſſimi. Inditum ergo à geneſi, DEI manu, cuilibet

Similitudo.

rei characterem, conſenſumque ſimilis aſtri & cœli influxum, *ſignaturam* vocant, non planè abnuo. Vnde altera quoque ratio emergit à conſenſu & *ſimilitudine*, quæ amoris illos impetus conciliat ferrum inter & magnetem, quibus ruunt in amplexus mutuos; potentiori debilius attrahente, & firmiſſimis nexibus alligante. Fortè etiam ejuſmodi amicitiæ radix qualitas eſt ſymbola, per quam cognata trahunt ſe invicem.

Gaſſendus ad Philoſoph. Epicur.
Effluvus corpuſculorum.

Tertia ratio vetus ſimul ac recens, in hunc modum explicatur. E cunctis paſſim corporibus fluunt iugiter, ſimulque inviſibiliter, *corpuſcula*: latentque viciſſim in cunctis ſpatiola vacua, velut pori ac latebræ. Inter illa & iſta proportio quædam à natura eſt, cujus defectu non omnia æquè conveniunt, ſibi-ve mutuò aptari queunt. His præſuppoſitis, ſic concluditur. Ex magnete ſimul & ferro, ac ex illo copioſiùs, fluunt atomi illæ acutæ, aduncæ, hamatæ. Profluvium iſtud facit in vtroque, Magnete ſcilicet & ferro, vacuum, aëremque rarefacit; ideoque & vberius, & violentius evadit. Aliunde efficit amborum conſenſus & proportio, vt vnius corpuſcula alterius ſpatiola mutuò ingrediantur. Et quoniam tenuia illa ſunt, & vel recta vel adunca, ſtringunt ſe etiam mutuò, implicant ac complectuntur. Tuncque porrò fortius allicit, trahit, rapitque debilius; magnes ſcilicet, quia longè pluribus ejuſmodi corpuſculis ſcatet & atomis.

Addunt eam vtriuſque proportionem ex eo oriri, quod magneti & ferro eadem ſit origo, eadem materia, eadem ſtructura & conditio; quibus carent cætera metalla. Id verò quid, quæſo, aliud eſt; quàm ad occultam συμπάθειαν, vel invitò confugere? Neque propterea mirum, ſi ferri natura ortus ſuos repetit. Nam Magnes telluris portio eſt, terra magnes ingens. Id totum poſtquàm fuſiùs peregit naturæ Vates Lucretius, concludit in hunc modum.

Fluere de lapide hoc, permulta neceſſe eſt
Semina, ſive æſtum, qui diſcutit aera plagis.
Inter qui lapidem ferrumque eſt cumque locatus,
Hoc vbi inanitur ſpatium, multàmque vacefit;
In medio locus, ex templo primordia ferri
In vacuum prolapſa cadunt conjuncta, ſit vſquè
Annulus ipſe ſequatur, eatque ita corpore toto.

Vide noſtram Ideam Sapient. Gallic. Titul. 49.

Iiſdem nimirùm rationibus intelliges, cur in ſcientia & nautica pixide aeus, Magnetis attritu exterſa attemperataque, obvertat ſe Septentrioni. Abſtineo non indeliberatè ab alijs Magnetis effectibus admirandis, quia philoſophum hic ago, non circulatorem. Tandemque conquieſco in hocce corrollario. Quidquid ſit, nec Remora, nec Torpilla, nec Magnes: nec aliud agens phyſicum, quodcumque illud ſit, agit vnquam *in diſtans*; ſed in ſubjectum ſibi conveniens, & continuum, ſeu cohærens per qualitatem, aliaque media; ex Naturæ genio & more.

RESTANT igitur ſolùm alij tres Motus, quos placet præcerpere ex ſequenti Libro Phyſicæ Auſculationis octavo, eodemque vltimo; quem totum Primo-Motori, motuumque omnium præſtantiſſimo dicatum, ob egregiam vtriuſque doctrinam reſerari, æqui bonique conſulet Chriſtianus Philoſophus.

TITVLVS XXV. *Motus alij diverſi.*

MOTVS GRAVIVM, LEVIVM, & Projectorum.

GRAVIA & Levia moventur *non à ſe* quaſi ab effectiva & principe causâ, dum naturali motu in ſua naturalia loca tendunt. Se enim hoc movere modo, munus eſt vitæ; quâ carent Elementa, cæteraque ejuſmodi. Moveri quippe ab principio rei quæ movetur intrinſeco, nota eſt vel character quo res viventes à non viventibus ſeparantur. Vnde etiam res celeres, per ſimilitudinem vivas nuncupamus. Sed moventur primò ac per ſe principaliter à generante, quod ea quæ ſunt nativæ perfectionis (ejuſmodi eſt in locum naturalem tendere) tribuit ſuis effectis, veluti genuinam paſſionem, quæ fluxit à generante in ipſo generationis momento. Vel ſanè velut naturalem diſpoſitionem, quam vocant naturæ corrollarium, generationiſque complementum & appendicem.

Gravia & levia non moventur a ſe, quaſi ab effectivâ & præcipuâ causâ.

Sed à Generante principaliter.

Deinde agens cui ex naturæ officio incumbit aliquid tribuere, ad perfectionem ſtatus; ne videatur deficere in neceſſarijs, debet etiam *conferre* quicquid via, mediumve eſt ad illum obtinendum: vel etiam, ſi amiſſus fuerit, ad illum recuperandum. Quare Genitores Gravium & Levium, debent illis tribuere neceſſaria vt ſint in ſuis locis. Quod ita minimè ſe habet in Viventibus. Iſta enim ſibi linquuntur poſt generationem, quoniam poſſunt ſibi ipſis providere. Nam actiones vitales ſic à vivente producuntur, vt à nullo externo motore dicantur excitari. Quæ doctrina de Gravibus, Levibus-ve, intelligenda quoque eſt *de omnibus* omninò Elementorum & mixtorum functionibus; v. g. de reductione aëris & aquæ ad ſtatum naturæ, alijſque, dummodò in bonum eius naturæ cedant.

Moventur inſuper illa vtraque *à forma* ſua, & à gravitate & levitate inſitiſà Generante, inſtrumentaliter. A formâ quidem, vt cauſa ſecundaria eſt, & inſtrumentum à Generante relictum. Ab alijs verò, quia ejuſmodi qualitates virtutes motrices ſunt aptæ ad movendum, quo fermè modo aptus eſt ad intelligendum intellectus; quas proinde vocat Philoſophus incitamenta, ſeu fomites ad motus. Moventur demum ex accidenti, à removente prohibens. Sic enim ſublata manu tenente, lapis cadit deorſum: vaſe confracto, ignis aſcendit ſurſum.

Moventur inſuper à forma & à gravitate, & levitate inſtrumentaliter.

Naturalis ergo motus Gravium & Levium, ad *pulſionem* reducendus eſt; inditus tam à Generante, quàm à forma & qualitatibus inſitis cum generatione. Eſtque propterea vnus ſemper ac determinatus. Naturalis, inquam, cùm loca petunt naturalia. Immo etiam cum v. g. grave corpus movetur ſurſum, vt acquirat diſpoſitionem ſibi propriam; nimirum conjunctionem cum omnibus Vniverſi partibus, vacuumque & ruinam cæterorum præpediat. Nec enim omnis motus externus violentus eſt, niſi ei res quæ movetur prtinaciter obſiſtat. Subjungo illud ſimiliter ex Ariſtotele, durius non eſſe ſemper gravius: ferro ſi quidem plumbum valde præponderat, quod longè mollius eſt.

Naturalis motus gravium & levium, ad pulſionem reducendus.

Motus Proiectorum princeps cauſa non eſt *medium* corpus, licet aliquid conferat adjumenti. Sed eſt *Projector* ipſe, cujus virtus inſtrumentaria eſt vis quædam ſeu impetus à jaciente impreſſus, inhærenſque rei motæ.

Motus projectorum cauſa eſt projector.

PRO coronide horum omnium, concludendum eſt duo eſſe moventium *genera*; vtrumque autem neceſſariò præſens eſſe mobili, dum movetur. Aliud continenter debet præſens eſſe rei motæ, aliàs motus illicò ceſſabit, vt Sol aërem illuſtrans. Aliud *movet abſens*, communicatâ tamen virtute motrice patienti, quæ ſufficit ad continuandum per ſe motum. Et iſtud dicitur per in-

Duo genera moventium.

Vnum actu præſens

Aliud virtualiter.

 ſtrumentum ſeparatum agere, id eſt per qualitatem vicariam. V. g. ſeminis virtus ab animante imprimitur; quâ, mortuo etiam Patre, fœtus augeſcit. Quo in numero recenſeri debet projector lapidis aut jaculi, impreſſo illis impetu quo ferantur deinceps per ſe: progenitores item levium & gravium, vt loca acquirant ſibi connaturalia.

Poteſt Devs vim agendi in diſtans, inſtrumentaliter alicui communicare.

His tamen non obſtantibus poteſt aliquid aſſumi à Deo, velut inſtrumentum, ad agendum *in diſtans*. Quidni enim principalis cauſa abſens, poterit agere virtute inſtrumenti; vt corpora cæleſtia? Inſtrumentum tunc operabitur illic vnde abeſt, ſed virtute Dei agentis principalis, quod immediatum paſſo vbiquè eſt; ita vt tale inſtrumentum, ab eo vltra vires ſuas elevetur. Eo nimirum modo noſtra aſſerit Theoſophia Caeodæmonas, qui etiam in noſtro Orbe vagantur, torqueri igne tartareo. Agnovitque Centurio ille Evangelicus, qui ſolo Christi verbo ſui ſanitatem Pueri audet ſibi polliceri. *Luc. 7.* Devs verò quia agit virtute propriâ. ideò ſi ejus ſubſtantia vbiquè præſens non eſſet, vbiquè agere non valeret. Inſtrumentum verò agens in diſtans, agit virtute alterius, Dei videlicet; qui Creaturæ cuilibet præſentiſſimus, cauſa eſt ejuſmodi actionum primatia.

Alteratio.

Motus ſpecies vltima, eſt Alteratio. Quæ propriè non eſt ad virtutes, quibus Res quæque ad ſuas functiones ritè obeundas idonea redditur; neque enim ijs quibus perficimur, alteramur. Virtus autem eſt propria cujuſque rei perfectio, dum quis obtinet quod ſecundùm naturam benè ſe habet, & in ſuo genere bonus eſt dicendus.

Definitur.

Sumitur itaque Alteratio pro motu inter duas qualitates ſenſibiles, quarum mutatione ſubjectum ſpecialiter alterum fieri deprehenditur: debetque ejuſmodi qualitas advenire per ſe, & habere contrarium. Vnde non datur Alteratio in figura, nec in ſcientijs, nec in omnibus qualitatibus tertiæ ſpeciei. v. g. in lumine, quod contrarium non habet: nec in odore, qui in ſubjecto non præexigit neceſſariò contrarium, licet habeat aliquod. Vbicumque igitur reperiuntur duæ illæ conditiones, dari poteſt Alteratio.

Debet advenire per ſe, & habere contrarium.

Titvlvs XXVI. Libr. viii. De Primo Principio, Primaque rerum omnium Cauſa.

PRIMI MOTORIS NECESSITAS, & Natura inſinuantur.

Quomodo Phyſicus agit de Deo.

POSTREMVS Phyſicæ Auſcultationis labor, ab effectu ad cauſam: & à conſideratione motus feliciter aſcendit ad dignisſimam Philoſopho cognitionem de Deo, diviniſque attributis. Neque propterea evagari credendus eſt extra ſuæ limites diſciplinæ. Nam ſicut divinum illud ſupremumque Numen, Metaphyſicæ, Theologiæque objectum eſt, quatenùs naturam habet ab omni mole corporea penitùs immunem: ſic Phyſicæ ea ipſa ratione illigatur, quâ Naturæ totius autor eſt, primumque motus cujuſlibet principium. Vnde tanti momenti eſt motus, ordiniſque conſideratio; vt contra Naturam, Naturæque autorem philoſophari aſtruat eos. Ariſtoteles, qui motum vel ordinem tollunt.

[illegible]

Falſa opinio de motus, & mundi æternitate.

Vnvm id dolendum, ſubtiliſſimum Dialecticum tot inter vera impegiſſe ad ſcopulum *æternitatis*. Nam ex motus perpetuitate, perpetuum æternumque primum Motorem egregiè probari exiſtimat Ariſtoteles. Ideoque deſudat non parum, in æternitate Mundi evincenda.

Sed danda tantiſper venia Homini à divina eruditione alieno; qui, quod ſupereſt, de Deo ſentit præclariſſimè. Quemque referunt nonnulli, cum annos natus ſexaginta tres Chalcidem vrbem Eubœæ veniſſet, diem ſupremum

clauſiſſe hac mirabili colophone; *Nudus veni, dubius vixi, incertus morior, quò vadam neſcio; Tu Domine, Ens entium, miſerere mei*: ſeu breviùs, vt alijs placet, *Cauſa cauſarum adiuva me.* Quidquid verò ſit de Mundi æternitate, quam ſuo deinceps loco Theologia redarguet; *Numinis* exiſtentiam, naturam ac proprietates hic Ariſtotelis penicillo adumbraſſe pretium erit.

AVSCVLTAT. Mors Ariſtotelis. *Vide Cal. Rhodign. l. 1.*

PRÆMITTENDA igitur egregia illius doctrina de Motu in vltimo hocce Libro, vt per eum ad primi-Motoris notitiam deveniatur. Ait enim I. Inter vniverſa quæ aut videntur aut ſciuntur, *quædam* movere, non moveri, vt DEVS. Quædam moveri, & non movere, vt corporea inanimata. Quædam movere ſimul ac moveri, vt animata. Sic quoties manus lapidem proijcit, lapis movetur non movens, manus movet lapidem & movetur à corde vitæ & motus principio; quod aliunde motum minimè recipit.

Partitio de moventibus, & motis.

II. Quæcumque ſeu movent, ſeu moventur; id *faciunt* vel per ſe, vel per accidens. Per ſe quidem vel à ſe ipſis, vt animalia: vel ab alio, vt inanimata. Quæ autem ab alio, vel naturâ moventur; vt gravia deorſum, levia ſurſum. Ea enim Naturâ moventur, quorum motionis principium in illis exiſtit. Vel præter Naturam, & violenter; vt cùm globum emittit bombarda, aut ignem Eliæ preces è cœlo demittunt. Porro ſolemni diſcrepantia Naturalis motus animalium initio lentus, in medio velox, in fine tardus. Projectorum initio velox, deinde lentior. Gravium, initio & in fine citatiſſimus, dum tendunt ad centrum.

Moveri per ſe & per accidens. A ſe, ab alio. Naturaliter, & violenter. Ὅσων ἡ ἀρχὴ ἐν ἑαυτοῖς τῆς κινήσεως, ταῦτα φύσει φαμὲν κινεῖσθαι, c. 4.

III. Vbiquè movens & motu, aliqua ſaltem ratione, inter ſe *diſtingui*; quod patet in Nauta & nave, in anima & corpore. Et quattuor modis, non ampliùs, fingi poſſe idem à *ſeipſo* moveri. 1. Vt totum à ſe toto. 2. Vt vtraque pars ab vtraque parte. 3. Vt vna pars, vel plures, à ſe invicem, alijs manentibus immotis. 4. Vt vna tantùm moveat, nec moveatur; niſi fortè per accidens, aliæ verò tantùm moveantur.

Movens & motum diſtinguntur. A ſeipſo moveri quadrupliciter.

IV. Additur conſequenti ſerie, *Quædam* nullatenùs moveri, vt primum mobile; quia in moventibus, ad vnum primum devenire neceſſe eſt. Quemadmodum enim primum patiens nihil agit, & primum agens nihil patitur: ita quod primò movet, motus expers eſt. Quædam ex adverſo ſemper moveri, vno eodemque modo; quia ab vno movente, eodem modo ſe habente, per motum ſimplicem ac perennem agitantur, vt Cœlorum globi. Quædam interdum moveri, & quidem inæqualiter: interdum quieſcere, vt ſublunaria; quoniam à primo mobili ſic reguntur, vt ab eo nunc motum, nunc quietem accipiant.

Triplex diſtinctio inter moventia, & mota,

Ex quibus ſubtiliſſimè explicatis, *duo* notatu digniſſima pronunciat Philoſophus. Alterum reſpicit motum ipſum, alterum Motorem primum. Certè inter *motus*; *Latio*, quoniam excellentior eſt, motus ſimpliciter appellatur. Atque inter lationes & motus omnes, *circularis* cenſeri debet præſtantiſſimus. Eſt quippe omnium primus, maximè ſimplex ac perfectiſſimus, capaciſſimuſque: ſemper æqualis, & vniformis. Idem habet vbiquè principium, medium ac finem. In eodemque puncto notari poteſt reſpectu diverſarum regionum, oriens, meridies, & occidens. Adeò vt ſphæra moveri *ſimul* & quieſcere dici queat. Moveri certè nemo dubitat, quia circumvolvitur. Quieſcit tamen, quoniam manens intra eundem gyrum, locum minimè mutat. Eas ſcilicet ob cauſas motus cæli, aliorum omnium norma eſt; quia *menſura*, & primum reciprocantur.

Latio, & converſio motuum præſtantiſſimi, Cælum movens ſimul & quieſcens.

Sic itaque conſtituto in ſua hæreſi motu Cœlorum perpetuo ac regulari, circa primum Motorem *tria* concludit. 1. Reſidet non in Terra Mundi centro, ſed *in cælo*, velut ſolio faſtigio-ve: in eaque cœli parte, vbi motus eſt velociſſimus. Ita tamen vt ſit vbiquè, quemadmodum cunctis corporis humani partibus ineſt anima; licet ſplendidioribus vitæ effectis effulgeat in corde, & cerebro.

Primus Motor, primaque cauſa DEVS.

II. Neque vllatenùs negari poteſt primum illud Movens, ab alio *non eſſe motum*; alioquin daretur progreſſus in infinitum, quem ſupra refellimus vt abs natu-

Movens non motum.

Libri VIII. Avscvltat.

Illius perfectiones.

Πρῶτον, ἀμερὲς, μηδὲν ἔχον μέγεθος, καὶ ἀκίνητον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ, &c.

ræ genio cùm maximè abhorrentem.

, III. Primi igitur illius Motoris prærogativæ & *dotes* ſunt tum innumeræ, tum excellentiſſimæ. Vt primus, à nullo alio dependet: movetque magis, quàm alij omnes poſteriores. Vt vnus, nec conſortem admittit, nec ſocium. Vt omnium perfectionum cumulo felix, perpetuus eſt, æternus, immobilis, infinitus, impartilis, ſimplex; à qualibet mutatione, & viciſſitudinis vmbra planè prorſus immunis.

Sed enim primi illius Motoris, principis Cauſæ, ſupremique Numinis naturam, naturæque illius immortali affixas *dotes*, vnà cum totius *Phyſicæ ſpecialis* ſupellectile; noſtra abundè recenſet Theologia-Chriſtiana, ſeu Scientia Divina. Convenienda igitur ſoror, meliùs opinor, genuina Phyſicæ hujus Generalis proles *Medicina*.

MEDICINA.

Proloquium ad Medicinam.

VETVS verbum eſt; vbi definit Phyſicus, ibidem Medicum incipere. Quare & Medicina, vt prædixi, *ſoror* Philoſophiæ Tertulliano appellatur. Priuſquàm verò agam juxta inſtitutum opus, de triplici humana; placet tantiſper proloqui de ea quam *divinam* voco, quoniam immediatiùs ſupra naturæ valentiam à DEO eſt; ſine cujus ſermone, ſeu virtute, [neque herba, neque malagma] quicquam pollent ad ſanitatem. Illa itaque conſtituitur à me

Lib. 4. de Anim. c. 1.

Divina, & extraordinaria.

Sapient. 16.

TRIPLEX { *Localis*, *Perſonalis*, *Hareditaria*.

Iterum triplex.

LOCALIS hodiéque certis templis & aris, ceu miraculorum officinis, videtur divinitùs addicta. Nam vt de Tabernaculo, Arca, Temploque Iſraëlitico nihil recitem modò; ſatis erit in exemplum, *Piſcina* illa quam Probaticam agnominat Evangelium, quamque commendant tituli plures. Licet enim nullibi memoretur in Veteri Teſtamento, nihil tamen habuit Iudæa illuſtrius. Cognomen illi Betſaïdæ, vel à fructuum copia, vel ab aquarum abundantia: vel à miſericordia, & pauperie. Rubras illius aquas commentatur Hieronymus, à victimarum ſcilicet cruore; quas illic vel mactabant popæ, vel lavabant. In periſtylio extructæ viſebantur porticus quinque, excipiendis vtiquè vel armentis, vel ægrotis, quibus ſanandis aptiſſimum erat balneum. Non equidem ex natura aquæ ipſius, ſicut videre eſt in mineralibus. Non item ex ſanguine victimarum. Sed ex impreſſione Angeli, juſſu Numinis aquam commoventis. Idque non ſtatis diebus, ſed παρὰ καιρὸν ex DEI O.M. nutu & imperio. Tuncque qui primus, poſt motum Angelicum aquam ſubibat, ex ea ſanus exibat & ſalvus. Occaſionem nimirum expectans eo loci, ſicut refert Evangelium, Paralyticus totos triginta & octo annos; juſſus eſt à CHRISTO *Cæleſti & Pæonio Hominum medico*, ſurgere, lectulum geſtare, & non amplius peccare. Hæc de locis ſalubribus ſatis ſunto.

1. Localis.

Piſcina Probatica.

Paralyticus.

Joan. 5.

Clem. Alexandr. 1. Pædagog.

2. Perſonalis. 1. *Cor.* 12. *Luc.* 6.

HOMINIBVS deinde conceſſam à DEO *gratiam curationum*, paſſim reperio. Ea nimirum ratione [virtus de CHRISTO exibat, & ſanabat omnes.] Et quod mireris in ſanitate mulieris illius Syrophœniſſæ, veſtimentorum Dominicorum fimbriam à tergo præ reverentia delibantis; ſentiebat ipſemet IESVS divinæ ejuſmodi virtutis ex ſe effluxum, quo mierculæ profluvium exaruit. Ea ipſa virtus derivata narratur haud ſemel in Apoſtolos, Viroſque Apoſtolicos. Immò, quod auget miraculum, & in illorum zonas, ſtrophia, vmbras.

Luc. 8. *Actor.* 5. & 19

3. Hæreditaria.

HÆREDITARIA demum vis morbos ſanandi, certis quibuſdam Familijs ineſt. Ita oriundi ex ſtirpe S. Huberti canum rabidorum aut morſus arcent, aut venenum ſanant. Verùm nihil tota habet hiſtoria magnificentius, quàm quod in Principibus noſtris CHRSTIANISSIMIS quotidiè intuemur. *Scrophulas* malum pertinax, aliiſque medicaminibus paſſim inexpugnabile, levi manus tactu perſanant Reges Galliæ. Admirabilem effectum ipſi qui interdum agnoſcere non ſuſtinent, ſuorum continuis curationibus fateri coguntur. At tanti miraculi, tamque indubitati cauſam rimari difficile non abnuo.

Reges Galliæ. Scrophulas ſanant. *Vide duos Libr. Andreæ Du-Laurent. ad Henric.* IV. *& Chiſſleti Confutatores.*

Scio Gentium olim adulationes, nonnullas ejuſmodi ſanitates ſuis aliquando Principibus tribuiſſe. Multóque minùs rejicio preces, quas noſtri Dynaſtæ ſtatim atque ſunt inaugurati, fundunt ad DEVM in S. Maculphi Oratorio. Iejunia etiam votiva, ſignumque Crucis quibus vtuntur, valere non parum hac in re lubens concedo. Verùm licet dubitent ex Autoribus nonnulli, eo-ne priviligio donati ſint à DEO Reges è Merovingiorum & Carolidarum familijs; illud ſacræ Regum noſtrorum vnctioni affixum vt credam, efficiunt rationes potiſſimùm duæ.

1. Ratio, Regis Gallarum ſacra inauguratio. *Ex Dionyſ. de Cæl. Hierarch.*

Alteram duco à ſacro ſolemnique ritu, quo Regem Chriſtianiſſimum LVDOVICVM XIV. vidi nuper Remis inaugurari. Continet certè quicquid auguſtum habent Baptiſmus Fidelium, Profeſſio Ἀσκητικὴ, Sacrorumque Ordinum χειροτονία. Ex quibus vltrò conjicias Franciæ Monarcham, cunctos inter Reges Chriſtianos Chriſtianiſſimum, Eccleſiæque *Primogenitum*, per eos ritus conſecrari. Sic vt ea Scrophularum medela, tam inſignis prærogativæ nota ſit & character. Sitque propterea Franciæ Rex verus David Chriſtianitatis, de quo divinum extat vaticinium. *Et ego Primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ. Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.*

Pſ. 88. *Pſ.* 131.

REGIÆ igitur inter Gallos coronæ radius, gemma & flos eſt ea, quam dixi, morbi teterrimi juxta & fœdiſſimi per miraculum curatio. Privilegium eò certè majus, quod dum prophetiæ donum, cæteraque gratuita non ſunt in Sanctiſſimis Viris niſi tranſitoria; virtus ea hæret reſidetque in noſtris Regibus, adeò illâ vtuntur ad benè placitum. Vnde & Chriſtianiſſimæ Majeſtatis ſymbolum placuit nuncupare.

In vita S. Ludov.

Immò etiam ſi admittas cum Guiberto Abbate, apud Duplexium, Philippum 1. eâ gratiâ ſingulari privatum in pœnam inceſtus & adulterij; cùm ex jure exceptio firmet legem, documentum profectò

fectò erit validiſſimum, cæteris Regibus noſtris eam à ſacta vnctione prærogativam concedi.

Inde emergit *altera ratio* priori conſentanea, cujus fundamentum & explicatio ſic ſe habent. Non tàm vulgari aut tralatitia opinione, quàm geminâ experientiâ, eâque indubitatâ, ſcio ego inter maſculos ex eodem vtero continuos, *ſeptimum* pollere ea vi ſcrophulas perſanandi. Res igitur ipſa tam certa, quàm ratio illius ignota. Nihil autem ea ſuper re arbitror ſimilius vero, quàm deberi id & numero ſeptimo myſteriorum vtiquè pleniſſimo: & S. Maculphi precationi, quâ cum ſeptimus eſſet ſuæ matri, tam inſigne decus cunctis eo modo ſeptimis impetravit. Idem nempe argumentum noſtris in Gallia Regibus, puto egregiè patrocinabitur. 2. Ratio, quia ſeptimus eſt in Imperio Dei.

In Imperio namque Dei *ſeptimum* reperio Galliæ Regem, proptereaque ejuſdem privilegij cum omnibus ſeptimis participem. Ac ne dubites aut cavilleris, repete ex noſtra Hiſtoria Chronologica. Docet illa ſerie perenni in Eccleſia Dei regnaſſe ab Orbe condito, primùm Patriarchas in Lege Naturæ. Tum Reges, ſub Lege Moſaïca. Poſtmodum quattuor ſucceſſivè Monarchias inter Chaldæos, Perſas, Græcos & Romanos. Sexto loco Conſtantinum. Septimo tandem Clodovæum, ejuſque ſucceſſores.

Iſtis nempe, cæterorum nemini, hæreditario jure conveniunt auguſtiſſimi tituli *duo*, quibus & Chriſtianiſſimi, & verò Eccleſiæ Primogeniti agnominantur. Tanti verò privilegij lemma eſt & nota, curatio ſcrophularum miraculoſa; quoniam in continuato per tot ſæcula Dei Imperio, ſeptimo illos loco vidimus recenſitos.

Hactenus præfati de primo medicandi genere, quod ſupra Naturæ vires eſt: & à Deo ſolo, quibus libuerit, conceſſum; de humana deinceps naturalique Medicina, ſolemnis noſtra hæc methodus Tractatum proſequetur.

MEDICI-NA

TITVLVS XXVII.

Medicinæ origo, & partitio.

Eccli. 38.

MEDICINÆ HVMANÆ NATVRA, ET PARTITIO.

HONORANDA vtiquè ob neceſſitatem, à qua *originem* cepit, nullis antea certis legibus conſtans; primùm ab Hippocrate diverſis aphoriſmis abs ratione & experientia collectis, in artem adumbrata eſt. Eam deinde auxit Galenus, & illuſtravit. Græci pariter ac Latini elaborarunt, cœteræ Nationes paſſim excoluere: Arabes onerarunt, Theophraſtus Paracelſus inquinavit; poſtremâ, noſtrâque ætate Fernelius, Perdulcis, Du Laurentius, Frambeſerius, & alij plures condecorarunt.

Scientia Salubrium, Inſalubrium, Neutrorum.

Libr. de Flatib. numer. 5.

Ejus definitio.

Tribus comprehenditur.

Tria conſiderat.

Quia enim Corpus humanum læditur ab extrinſeco, aut paulatim ſibi-met ruinam molitur; ſtatui debet *Scientia* hæc ſalubrium, Inſalubrium, & Neutrorum. Illa nimirum per adjectionem & detractionem, quod deeſt in humano corpore reſarcit: quod redundat, detrahit. Inde dicitur ab Hipprocrate πρόσθεσις, καὶ ἀφαίρεσις. *Deſinitur que* Ars conijciens & factiva ex ratione, varijſque experientijs conſtituta ad ſanitatem vel reparandam, vel conſervandam. Complectetur itaque ſubjectum, puta Corpus, capax ſanitatis, præſertim humanum: finem, ipſammet ſanitatem; Inſtrumenta, quibus procuratur. Occupaturque in conſideratione *Rerum* naturalium, non naturalium, & præter naturam. Illis namque incubuerunt olim, hodiéque operam navant

Tres illius Sectæ.

SECTÆ TRES { *Empirica*, *Methodica*, *Dogmatica*. }

Empirici.

Methodici.

Tria illis morborum genera.

EMPIRICI, quaſi ſolâ fulti experientiâ morbos, de illorum cauſis parum admodùm ſolliciti, tentant curare remedijs abs memoria, inſpectione, & hiſtoria profectis. *Methodici*, quorum princeps Acron, promotor Teſſalus ſub Nerone; paucis admodùm præceptis vtentes, vrgenti malo occurrunt. Triaque dumtaxat ſimplicia morborum genera conſtituunt. *Aſtrictum*, ſi naturales excretiones ſupprimuntur. Fluens, ſi plus æquo dilabuntur. *Mixtum*, ſi vtriuſque exceſſu, & humorum abundantiâ, & tumore innaturali lædit.

DOGMATICI abs doctrina, ratione, authoritate, & vſu Corporum naturam ſedulò rimantur: ſignorum omnium vires, & cauſarum differentias expendunt, curationemque juxta indicationes inſtituunt. Ideò habetur tutiſſima, ſimul & præſtantiſſima. Statuitur ante omnia duplex; SPECVLATIVA, ET PRACTICA. In vtraque ſolemni numero explicantur,

Partitio totius Medicinæ, in Novem Tractatus.

TRACTATVS IX. { Phyſiologia, Pathologia, Æthiologia: Simiotica, Hygieine, Diætica; Therapeutica, Pharmaceutica, Chirurgia. }

PHYSIOLOGIA.

TITVLVS XXVIII.
Phyſiologia explicatur.

PRIMA hæc pars Medicinæ Dogmaticæ, tota verſatur in examinanda Natura. Eo autem nomine ſignificatur ſubſtantiæ conſtitutio, animalis facultas, calidum innatum: ipſaque rei conformatio, & quaſi temperatura. Quia verò primarius, immò fermè vnicus Medicinæ ſcopus, CORPVS EST HVMANVM; iſtud vt antè omnia ritè dignoſcatur, reſolvi debet in generalia ſua rerumque omnium *Elementa*. Ac inter ea quidem primus Ignis, vim & vitam accendit: Aër vbiquè impurus, in nobis tepeſcit cum humiditate oleaginea: Aqua frigida coagulat, refrigerat, & emollit; Terra ſua duritie, affert corpori ſoliditatem.

Subjectum Medicinæ.
Corpus Humanum.
Veterinaria curat cætera viventia.
Principia illius quatuor Elementa

MISCENTVR illa profectò ad corporis humani ſtructuram, & ad compoſitionem rerum omnium corporalium, ſaltem in Orbe ſublunari. Ea autem *Miſtio* fit non compoſitione, ita-vt maneant actu integra Elementa. Non interitu, ita-vt pereant. Sed temperatis ſingulorum naturis, in novam à ſua diverſam coïtione. Quandiu ſimul *concordant* illa quattuor, vigent ſalus & ita Semel ac diſſident & pugnant, abitur in morbos, tandemque in ruinam & interitum.

Compoſitio corporum mixtio eſt
Quid miſtio, & quomodo fit?
Vita in concordia, mors in diſſidio.

Interitus autem non aliunde quàm ab ortu, quem per varias ſubinde mutationes efficiunt principia humanæ *generationis*. Nam quod Rebus naturalibus materia & forma eſt, hoc Animalium geneſi ſemen & ſanguis menſtruus deputatur. Non ſanè quia componunt, ſed quia efficiunt; Fœminâ materiam ſuppeditante, Mare vim præcipuam & robur.

Generatio.

Semen ſanè Galeno ſanguis eſt accuratè percoctus, partibus efformandis aptiſſimum: fortaſſis & à toto corpore deciduum, cum copioſo ſpirituum effluxu. Illi forma ineſſe creditur vis quædam divina, quæ fœtui domicilium architectatur, ſanguinem menſtruum exſugit & conformat. *Menſtruum* enim, ſanguis eſt in Muliere ſuperfluus, crudior, humidior, craſſior. Hunc tum formando, tum alendo fœtui Natura deſtinat toto generationis tempore. Et quoniam lactis fons eſt, prægnantibus ac puerperis menſtrua exſiccantur, dum mammæ replentur. Nomen illi à canonico iuxta Lunæ revolutiones profluvio, ad duos, tres ve, aliquando & ſeptem dies plurimùm extenſo. *Menſes*, inquit Hippocrates, *mulieribus ſanis ſingulis menſis apparent, tumquam peculiarem in corporibus vim menſis habeat.* Scatet circa annum fermè decimum quartum, areſcit intra quinquageſimum. Optimorum indicatio eſt copia, color, æqualitas. Nimijs cohibentur cucurbiculâ quàmmaximâ ad mammas appoſitâ. Segniores ſuffimentis, & cataracticis provocantur. Supreſſi aliquando reducuntur, tametſi corpus efficiunt hirſutum: deficit aliquando lac, tametſi mulier nec pepererit nec prægnans ſit.

Semen quid; & vnde.
Menſtruum quid quorſum, vnde, & quando?
Hippocr. l. de Morb. Popular. Sect. 2.
Libr. de ſeptim. Part. num. 4.
L. 2. Prædiction.
Aphoriſm. ſect. 5.
Libr. de Morb. Popular. ſect. 8.
Aphor. xxxix. ſect. 5.

IN eo tamen generationis opere contingit aliquando, vt effectis à recta & ſolita ſecundùm ſpeciem diſpoſitione inſigniter degenerantibus, fiant

MONSTRA; VEL A {
Virtute formatrice, Materia, fœtus receptaculo:
Primarijs qualitatibus, Imaginatione Parentum,
Cauſis Externis.
}

Monſtrorum cauſæ ſex.

EX horum ſcilicet omnium concurſu, vel etiam ex ſpeciali cujuſque defectu per abundantiam aut penuriam, devians Natura exerrat in par-

MEDICINA

Ariſtotel. 2. Phyſicor. Text. 82.

tum aliquem anomalum. Vnde definitur Monſtrum ἁμάρτημα τῆς φύσεως, ſeu naturalis effectus à recta & conſueta ſecundùm ſpeciem generatione deflectens. Ideoque prodit infinitis modis, quia natura cùm vno ſe modo habeat, peccatur innumeris.

1. Vis formatrix.

1. Ex ruditate, & debilitate *Formatricis* virtutis. Illa etenim ſemini inhærens, more opificis, corpus membratim effingere debet. Dumque id molitur, evenit aliquando vt partes indiſcretæ maneant, confuſæ & invtiles. Inde prodeunt fœtus alterius ſpeciei. Tunc ſiquidem natura inferiori gradu contenta eſt, cùm perfectum attingere non valet. Inde partes quoque viſuntur in loco non ſuo. Inde prodeunt Hermaphroditi, ex pari ſcilicet ad vtrumque ſexum ſeminariæ virtutis contentione. Vix tamen vnquam monſtruoſitas cernitur in corde, aut jecore; quoniam calor ibi vegetior, fœturam potentiùs elucubrat.

2. Materia.

II. Vitio *Materiæ*, Monſtra tribus modis extant. Nam ex confuſione ſeminum coaleſcunt diverſæ ſpeciei Semi Homines, Semi-Beſtiæ, Lupo-Cervi, Muli, &c. Ex materiæ penuria, qualis Puella quam vidit noſtra ætas apud generoſiſſimam Principem Ducis Aurelianenſis primogenitam, & ex Mompenſeriana vnicam. Et homunciolus ille apud Nicephorum cubito haud major, in Ægypto viſus. Contra abs materiei exuperantia, vt Gigas ille Gethæus-Araphæus, qui digitos habebat vigiuti quattuor.

2. Reg. 21.

3. Matrix.

III. Si redundat materia *Matrice* anguſtiori, aut alia aliqua parte intùs perperam configuratâ; materia deſtinata v. g. ad geminum partum, coarctatur in vnum: vel duo extant capita in vno corpore, &c.

4. Qualitates.

IV. Defectu *primarum qualitatum*, à quibus temperamentum & integritas pendet Animalis; calore v. g. elevante vapores ad caput, naſcitur Barbatus. Et ex minimo calore & humido abundante, canus Infans viſus memoratur.

5. Phantaſia.

V. Vis *imaginandi* Parentum, præcipuè Matris, non raròperegtinas formas fœtui imprimit. Id quod frequentes Hiſtoriæ paſſim conteſtantur.

6. Externa. In Ægypto frequentiora.

VI. Cauſæ *Extrinſecæ* ſunt ſiderum influxus, aëris temperies & patriæ ſitus. Eamobrem Monſtra in *Ægypto* frequentiora, ob Cæli & Regionis naturam. Sed & quod Africa novi ſemper aliquid pariat, accidere ſimile vero eſt ex communi Ferarum adaquatione, ad quam coëuntes miſcentur diverſæ ſpecies. Enim-verò cum Monſtra peccata ſint ſeu vitia Naturæ à lege exorbitantis, quoniam hæc infinitis modis errare poteſt, ideo Monſtrum modis innumeris poteſt emergere. Circa quæ *Regulæ* ſequentes ſolerter veniunt obſervandæ.

Regulæ obſervandæ.

Albert. M. libr. 2. Phyſicor.

1. Licet vix duæ ſpecies in vnum coaleſcant, cùm generatio ex ſimilitudine activi & paſſivi oriatur, & effecta vt plurimum partem ſequantur deteriorem; experientià tamen conſtat ex congreſſu Hominis & Beſtiæ, *veros Homines* interdum coaluiſſe nobiliori parte prævalente. Vtplurimum tamen nec Semi-Homines, nec Semi-Beſtiæ ſunt; licet vtriuſque effigiem præſeferant, ſed tertiæ ſpeciei reſultanti alligantur. Quare *Fauni & Satyri* Dæmones plerumque fuere, corporibus fictitijs in noſtrum ludibrium induti; quos effigies probavit non eſſe Homines, ſermo Belluas non fuiſſe.

II. Quoniam cor fons vitæ eſt, quoties vnum eſt, vnicum Animal videtur indicare, & ſecus.

III. Monſtra eveniunt ſemper præter Naturæ intentionem, cujus excurſus ſunt, *digreſſiones & errores*. Cauſis interim Particularibus coagit Prima, Monſtra etiam dirigens ad finem Vniverſi; cujus pulchritudo, vel ipſis deformitatibus eſfloreſcit.

Auguſtin. lib. XVI. Civit. c. 8.

Partes in generatione formantur.

QVOTIES autem cuncta rectè & ex lege Naturæ diſpoſita ſunt in generatione Animalis, conflantur

DOGMATICA.

PARTES, AB ILLARVM {
Subſtantia, *Spermaticæ*, *Carnoſæ*, *Mediæ*.
Compoſitione, *Similares & Diſſimilares*.
Officio, *Nobiles & Ignobiles*, *Principales & Secundariæ*.
Figura, *Organicæ*, & *Inorganicæ*.
Loco, *Continentes*, & *contentæ*.
}

INTER illas omnes cenſentur principes, Cor, Iecur, Cerebrum. Aliæ oriuntur à primarijs, vt nervi à cerebro, à corde arteriæ, venæ à jecore. Aliæ reguntur, non regunt; dum operam navant principalioribus, & earum opus corpori communicant. Suntque illæ, quas dixi modò, venæ atque arteriæ: muſculi item, & nervi. Aliæ partim regunt, partim reguntur; vt pulmo, lien, renes. Aliæ neque regunt, neque reguntur; vt oſſa, ligamenta, membranæ. Alijs actio propria eſt, nec tamen ſine principum ſubſidio. Vt quæ in ſexu vtroque, ſemini elaborando deſtinantur. Harumque actio neque communis toti corpori eſt, neque ad vitam neceſſaria: neque primò & per ſe, egent principum beneficio. Vim enim connatam habent propriæ actionis, inſitaſque à Natura facultates, quibus alimentum in ſuam ſubſtantiam convertant. Iam ſigillatim luſtrandæ Partes in particulari.

OSTEOLOGIA.

TITVLVS XXIX.

Oſſa corporis recenſita.

OSSA partium ſimilarium ſicciſſimæ, duriſſimæ & maximè terreſtres; vt velut baſes & fundamenta ædificij, molem corpoream ſuſtentent, cæteraſque partes ſibi adnatas conſolident.

Quomodo differunt.

DIFFERVNT { *Conſiſtentiâ*, *Magnitudine*, *Figurâ*: *Connexione*, *Adnatis*, *Proceſſibus*. }

QVÆDAM omninò ſolida ſunt, quædam ſpongioſa, quædam perforata. Hæc intus medullam continent, proprium velut nutrimentum. Solida verò humore rori perſimili aluntur, & augentur. Differunt inſuper Epiphyſi, & Apophyſi. Illa appendix eſt & particula vnius oſſis, alterius fini adnata: in Iunioribus cartilaginea, in Provectioribus durior firmiterque adhærens. Iſta proceſſus oſſis eſt productior, & eminentior; vt idonea fiat oſſium articulatio, muſculorum inſertio, & partium fulcimen. Epiphyſis, & apophyſis.

Oſſium porro ſtructura, Græcis Σχελετὸς, compingitur articulo, & coalitu. Articulus eſt oſſium conjunctio, ad motum voluntarium comparata. Coalitio, Græcè σύμφυσις, naturalis eſt vnio oſſium, facta per diverſas ſuturas. Sceletum partitur caput, thorax, artus. Sceletus conſtat duobus.

IN illa oſſium ſtrue & congerie, eminet *Cranium*; os capitis vaſtum, rarum & rotundum, inſtar κράνεος, id eſt Galeæ: ſeptem conſtans oſſibus per ſuturas diſtinctis, ad ſecuritatem & firmitatem. Ea ſunt oſſa μετώπου, ſeu frontis: occipitij quo clauditur cerebellum, ſincipitis cui ſubijciuntur oſſa temporum duo; à duritie petroſa, à ſimilitudine ſquamoſa. Illi ineſt meatus auditorius, cujus in fundo tria jacent oſſicula; incus, malleolus, ſtapes: & os cunei-forme, velut cuneus in capitis baſi, oſſa ſimul ligans; cui ineſt glandula pituitæ excipiendæ, extrinſecùs per geminos proceſſus, alarum inſtar, maxillæ ſupe- Cranium.

MEDICINA.

riori cohærens. Octavum addunt Recentiores crebris foraminulis, inſtar cribri, tranſcolandis cerebri ſuperfluis, & odoribus excipiendis.

Facies. Hyeocides. Dentes. FACIES maxillam comprehendit ſuperiorem, & inſeriorem: & vtrinque oſſa duodecim, alijs quindecim. Os *Hyoeïdes* bicorne, ad radicem linguæ figuram habens Υ, liberum inſpirationi, ciboque tranſitum relinquit. *Dentes* maxillarum alveolis ad eſum, & modulationem vocis vtiles, per gomphoſim ſeu inclavationem infixæ. In perfectis Hominibus ferè quindecim, aut ſexdecim in vtraque maxilla: raró plures, pauciores interdum.

Ῥάχις. *Ῥάχις*, poſterior pars corporis declinis & inflexa inſtar carinæ; ſpondilorum motu, erigendo flectendoque corpori, conſtituitur viginti quinque vertebris. Ita vt ſint cervicis ſeptem, dorſi duodecim, lumborum quindecim. Sub lumborum vertebris *os ſacrum*, ceu ſundamentum, pluribus conſtat oſſibus.

Os Sacrum. Thorax. THORACIS, quod ſeptum eſt partium ſpiritalium, arca & lorica; partes ſunt Sternum tenerum admodum, ipſiſque jam Adultis ſpongioſum, vt motum thoracis faciliùs ſequatur. Habet in ima parte longam cartilaginem, cui nomen enſi-formis, ſubjectis partibus munimentum.

Coſtæ. *Coſtæ* ad cordis, pulmoniſque ſecuritatem, ad ſcapularum firmitatem, & ad thoracis motum facilem vtrinque duodecim. Verſus ſpinam duriores ſunt, intus ſinuoſæ: longiùs progreſſæ latiores, tandem contrahuntur paulatim. Ex his ſeptem ſuperiores, veræ & legitimæ: inferiores, nothæ appellantur. Earum cartilagines longiores & molliores, Græcis *χόνδροι*, partes ſubjectas hypochondria agnominant.

Brachium. *Brachium*, ſcapulæ inſertum, dum ſumitur pro ſpatio quod à ſcapulis ad extremos digitos porrigitur; dividitur in humerum, cubitum, & manum. Hujus partes carpus, metacarpus, ſeries digitorum.

Coxendix. Crus. *Coxendix* in corpore humano os prægrande eſt, ad Hominis ſeſſionem & erectionem. Conſtat oſſe ilio, pubis, & iſchio; à quo ad imum pedem, *Crus* protenſum, totius corporis ſulcrum eſt, & inceſſus organum, conſtans femore, tibiâ, & pede.

Cartilago. CARTILAGO pars eſt corporis, oſſe excepto, magis terrea, ſolida, frigida: ſenſus vt & nervorum expers, ad partium munimentum idonea. Nam neque vt os durum confringitur, neque vt mollis caro facilè contunditur. Cartilaginibus conſtant *Aures*, vt prominentes ſiut & impetui externo cedant. *Palpebræ*, quarum cartilago tarſus dicitur, vt vallum ſit oculorum. Aſpera arteria, ex branchijs cartilaginoſis penè circularibus, quâ ſpectant œſophagum, in membranam degenerantibus; vt eſculentis cedant, ſpirituique aſſiduè pateat. Hujus ſummum caput, proprium vocis edendæ inſtrumentum, *Larynx*, componitur gemina cartilagine, cunei-formi & circulari, quibus Epiglottis, ſeu lingula annumeratur. Idoneum ſcilicet laryngi operculum, ne quid divertat in arteriam dum cibus diglutitur.

Ligamentum. *Ligamentum*, vinculi genus, duplex eſt. Vnum nervis, arterijs, membranis commune. Alterum, propriè dictum, terreſtre & ſolidum, exangue: ab oſſe aut cartilagine natum ad partium nexum, veſtitum ac munimentum.

Membranæ. *Membranæ* tenues, latæ, diſtendi faciles; duplici conſtant textura, etiam cùm ſunt tenuiſſimæ. Tunicæ ſunt ſuſtinendo, veſtiendoque partui à natura contextæ. Externæ ſunt & Internæ. Externæ, ſœtui exteriùs involvendo deſtinantur, Χόριον, Mediæ, Ἄμνιον. Aliæ vero membranæ partes formatas ſulciunt, colligunt, & diſterminant. Quæ cutis per vniverſum corpus extenditur, Ἐπιδερμὴ eſt. Cæteræ omnes valde tenues exiſtunt, ne ſuo premant pondere: robuſtæ tamen, contra externas injurias. Harum præſtantiſſimæ, ambæ *Menynges*, ſenſu exacto præditæ. Altera tenuis cerebrum, cui pertinaciter adhæret, obtegit & continet. Altera craſſior; cranio ad propulſandam ejus duritiem proxima, cerebrum à cerebello dirimit. Vtraque non cerebrum tantùm, ſed ſpinalem quoque medullam, ex hiſque ductas nervorum propagines conveſtit. Ab iſta dura menynge alia quoque emergit membrana ſeu tunica, dura & ſenſu pollens; quæ quia toti calvariæ obducitur, pericranium appellatur.

Menynges.

Pleura. His accenſendæ Πλευρὰ coſtas cingens, pulmonis propugnaculum: & omnium quæ in thorace latent, involucrum ac ſtabilimentum. Duplex in thorace, Me-

DOGMATICA.

Mediaſtinum, Peritoneum. Diaphragma. Omentum.

diaſtinum & Peritoneum, ventrem ita ſuſtinet; vt ſi laxetur, inteſtina & omentum procidant. Sed verò mediaſtinum aliud eſt nihil, quàm pleura reduplicata in ſeipſam in medio thorace; cujus dilatatio *Pericardium*, id eſt thecam, quâ cor includitur efformat. *Diaphragma* conſtat duplici membrana; ſupremâ, quæ à pleura naſcitur: inferna, quæ peritonei ſoboles eſt. Peritoneum circumvolvit omnia ventris inferioris viſcera, illiſque membranam & involucrum omne diſpertit. Omentum porrò geminis conflatum membranulis, firmo adipe conſperſis, fundo ventriculi inſidet, & inteſtinis innatat; vt innatum calorem ad coctionem foveat, ac tueatur. Adeò pars nulla in tota exiſtit corporis compage, ſi dentes excipias, quæ certis membranis non communiatur.

Cutis.

CVTIS totius corporis operimentum, externas arcet injurias: & exilibus poris calorem difflat, vapores & ſudores exhalat per meatus ſenſibus impervios. Sanguine prædita, mediamque inter carnem & nervum naturam adepta, temperatiſſima eſt. Eadem infinitis nervorum propaginibus conſperſa, tangendi ſenſus compos evadit. Et ex ſe nullius planè actionis, ſed tota ad vſum procreata. Quia verò imbecillior pars eſt, totius corporis ſordes & excrementa velut ſentina recipit. Extima illius ſuperficies, ſumma cuticula ſenſuſque expers, vt facilè aboletur, ita & facilè reſtituitur.

Fibræ.

Fibræ, partibus actionem communem toti corpori obeuntibus; ceu villi graciles inſeruntur, per quos ſuis funguntur muneribus. Aliæ muſculis inſunt, ad motum voluntarium: aliæ communibus organis, ad motum naturalem. Et quidem rectæ attrahunt, tranſverſæ expellunt, obliquæ retinent.

Caro triplex.

CARO quia ſolidis partibus obuolvendis deſtinatur, mollior eſt, cenſeturque *triplex*. Prima ex ſanguine mediocriter ſiccato, fibris muſculorum innaſcitur: ſpatiaque replens inania, robur conciliat. Ad eam reducuntur ſimplex caruncula, quæ majori oculorum cantho aſſidet ad humorem coërcendum: Gingivarum caro, rara & ſpongioſa: linguæ ſubſtantia, columella, gula, vel gurgulio, γαργαρεὼν in ore propendens ad vocis modulationem, glans penis, caro deniquè internis digitis affixa. Secundum carnis genus efficiunt ventriculus, inteſtina, veſica: vterus, venæ & arteriæ, ſeu communium vaſorum. Villis circumnaſcentibus tum ab externis injurijs, tum à caloris nativi voracitate defenditur. Tertia Caro cujuſque viſceris propria ſubſtantia eſt, primariæ actionis cauſa; quam veteres affuſionem appellarunt; qualis eſt pulmonum, hepatis, &c.

Glandulæ.

Glandulæ ex ſemine concretæ, molles ſunt, frigidæ, albicantes, imbecillæ, & fluxionibus opportunæ. Illarum duplex differentia, & vſus. Denſiores & ſicciores, ſenſuſque expertes fulciunt ac replent vaſorum diviſionem; vt in collo, axillis, meſaræo & inguinibus. Aliæ rariores abundant humore, quo vicinas partes irrigant. Harum quædam ebibendis humoribus addictæ, quædam ſuccos Animanti vtiles procreant & fundunt; vt ſalivares, lactificæ, & ſeminales.

Vtriuſque generis glandula duplex in cerebro. Conarium, nucis pineæ figurâ, cerebro ſubjecta, tranſcolat pituitam: inhibetque ne ſtatim ex coana ſeu infundibulo, excidat in palatum per ethmoidis foramina. Binæ in vtroque oculo ophtalmicæ, ſuperflua humiditate irrigant oculos ad motus facilitatem. Parotides ſub aurium radicibus, cerebri emunctoria ſunt. Tonſillæ & Amygdalæ, ad linguæ radicem, & ad vocis commoditatem totum os proluunt. Quarum ſorores itidem geminæ vtrinque ad radicem laryngis œſophago aſſidentes, pituitam fluentem à cerebro ſugunt: pinguique humore aſperam arteriam, & œſophagum perfundunt. Sub jugulo demum conſiſtit Thymus, corpus glandoſum venæ cavæ præſidium.

Mammæ.

Κιτὶς, τιτθίον, μαζὸς, γαυς, φωνῆς. Hippocr. l. 2. de Morb. Popular. Sect. 4.

MAMMARVM ſubſtantia glandoſa gignendo, continendoque lacti perquàm apta. Idcirco ſanguinem eliciunt per inſignes venas, quæ ſurculis aliquot epigaſtriæ occurrunt. Vnde mammarum & vteri conſenſus ingens. In medio papilla protuberat, foraminibus crebris lacti emittendo. Scatent ſub axillis plures glandulæ ad munimentum vaſorum, & ad ſuſcipienda pectoris excrementa, vbi propterea emunctorium cordis conſtituitur. Præterea Meſenterium multis ſcatet glandulis, lacteas vocant, madore ſuo inteſtina rigantibus. Quin Meſaræo ſupereminet Pancreas, corpus glandoſum præci-

puum venæ portæ propugnaculum, ne ex ſpinæ contractu lædatur. Multæ quoque ſunt in inguinibus, ad ſuperflua excipienda. Ad penis radicem duæ ſunt, προστάται & ἀδενοειδεῖς, glandulæ ſeminis ipſius capſulæ & promptuaria: nec-non oleoſi humoris quo penis meatus per-vngitur, adverſus vrinæ acrimoniam. Tandem & Teſtes Glandibus annumerantur.

Adeps. *Adeps* aut pinguedo ſeu axungia, humidior eſt: citò liqueſcens, coagulari difficilis. Sevum craſſius, durius, fundi difficile, ſtatimque poſt fuſionem concreſcens.

Medulla. *Medulla* pinguis eſt & humida, oſſium, quorum Sinibus continetur proprium alimentum. Iunioribus animalibus cruenta, ætate provectis alba, vt-pote oſſium calore percocta. Spinalis. *Spinalis* verò medulla impropriè appellatur, ob calorem & ſubſtantiæ ſimilitudinem. Nam cerebro continua, ejuſdemque cum eo naturæ, in partium numero habenda eſt.

Vngues. *Vngues*, nervorum, tendinum, vaſorum & ſolidorum omnium illic deſinentium, clauſulæ. Dentium inſtar, per radices dumtaxat nutriuntur; vt perpetuò augeſcant, ne attritu exedantur. Facti quoque ad tutandam extremæ carnis mollitiem, firmiorem rerum comprehenſionem, & vel maximè exilium collectionem.

Pili. PILI è ſumma cute prodeuntes ad ornatum, tutelam, & operimentum; nec vivunt, nec nutriuntur: ſed ad radicem dumtaxat novâ appellente materiâ, in longum promittuntur. Ætate provectis craſſeſcunt ac dureſcunt, ob meatus amplitudinem & majorem excrementi aduſtionem. Quia ſuboriuntur ex fuliginoſis, terrenis & craſſis vaporibus è tertia coctione ſuperfluis; differunt ſubſtantiâ, figura & colore; pro humoris, caloris, & meatuum varietate. Quare pueri ob mollitiem depileſcunt, ſenes ob ſiccitatem calveſcunt: ſpadones gabreſcunt, quia perfrigerantur. Sunt autem congeniti ab ortu omnibus communes, vt in capite, cilijs, & ſupercilijs. Adeo-vt Hominis caput maximè piloſum naſcatur, ob humoris, caloriſque copiam; vt cerebrum, quod maximum habet & humidiſſimum, ab injurijs vindicetur. Qui deinceps gignuntur pili, maſculis *barba* mento adnata autoritatis: Fæmellis oblongior capitis cæſaries, venuſtatis decora ſunt. Partes Corporis excipiunt *Organa*.

TITVLVS XXX. *Organa à facultate triplici.*

ORGANA; NATVRALIA, Vitalia, Animalia.

TRIA nimirum illa requirunt totidem facultates, quæ vitam corpori cæteraque munia inſpirant. Ac facultati quidem Naturali

Hepar.

INSERVIVNT { *Oeſophagus, Ventriculus, Inteſtina:* / *Vena, Fel, Renes, Vreteres, Veſica.* }

QVIA enim nutriri oportuit, vt reparetur corpus perpetuò fluens; Natura ſagax, triplicia nutritionis inſtituit organa. Horum alia nutrimentum præparant, & coquunt: alia excrementa ſeparant, ſuſcipiunt & expellunt; alia ſuccos devehunt, per corpus vniverſum.

Oeſophagus. *Oeſophagus* via cibi, potuſque ad ventriculum directa eſt. Incipit à faucibus, & ſpinæ vertebris incumbens ad quintam vſque thoracis, rectâ porrigitur: ac pertuſo diaphragmate, ventriculo committitur. Conſtat duabus tunicis, ſubſtantiâ & fibris differentibus. Interna membranoſa & nervoſa eſt, participſque ſenſus: fibris rectis prædita, ad deglutionem. Externa mollior, carnoſaque cum tranſverſis fibris ad vomitum, moleſtorumque excluſionem.

Ventriculus

Ventriculus œſophago contiguus, ſubſtantiâque ſimilis; vt terra ſtirpibus, ſic animalibus cibi receptaculum eſt, ac veluti promptuarium. Illi idcirco ſoli natura ſenſum contulit indigentiæ, ad ſumptionem cibi animal excitantem. Cibum igitur ſumptum longâ morâ concoquit & in chylum commutat, cæteriſque partibus accommodat; ita vt meritò primum coctionis ſit inſtrumentum. Duabus conſtat Tunicis. Internâ membranosâ, vt diſtendatur. Dura ac ſolida ad δυσπάθειαν, nervosâ ad ſenſum, rugosâ ad faciliorem comprehenſionem. Externa carnoſa eſt, ad calorem augendum. Tertia inſuper tunica communi partim involuitur, & protegitur: partim dorſo, viciniſque partibus; immo hepati & lieni per venas, cordi per arterias, cerebro per nervos colligatur. DOGMATICA. Ventriculus. Duæ tunicæ.

Collocatur inter vtrumque hypochondrium ſub diaphragmate, à xiphoïde ad vmbilicum ferè perveniens. Poſteriori parte inſidet arteriæ. Dextrâ à jecore comprehenditur, ſiniſtrâ lieni adjacet, inferiore epiploo contegitur; ab ijſque omnibus calor fovetur. Figura ejus rotunda omnium capaciſſima, & offenſioni minus obnoxia. Oblonga tamen eſt inſtar cucurbitæ, ob ductuum inſertionem. Habet orificia duo. Superius magis capax, cibis craſſioribus recipiendis, ſenſu exacto prædirum; *ſtomachus* eſt ſedes appetentiæ animalis, ob nervos ſtomachicos. Alterum inferius ad dextram ſub jecore ſitum, anguſtius eſt; ne cibis nondum comminutis, facilem concedat exitum ad Inteſtina. Stomachus.

INTESTINA ab imo ventriculo exeunt membranoſa, oblonga, concava, & rotunda; chilo non modò in jecur diſtribuendo, ſed etiam fæcibus expurgandis ex prima coctione reſiduis. Quamobrem jacent in imo, velut corporis ſentina: habentque anfractus plurimos, ne aut fames perpetua, aut fæcium perennis prolapſus fiat. Duplex illis tunica, tum vt validiùs expellant, tum vt ſint tutiora; adeo-vt interna putreſcente, exterior aliquando ſalvetur. Ac licet vnus ſit omnium ductus, ea tamen ſenario comprehenduntur. Tria magis craſſa, totidem molliora, tenuiora vel gracilia. Secta illa omnia facilè reglutinantur, & coaleſcunt. Sed & carnoſa adipe intus obliuuntur, vt fæces faciliùs defluant. Inteſtina.

Excrtum, ſeu Duodenum, δωδεκαδάκτυλον longitudine, ventriculo continuum eſt: & abſque anfractibus, vt promptiorem chilo præbeat deſcenſum. *Iejunum* omnium tenuiſſimum, quia ferè ſemper inane; ob venas multas chilum rapientes, hepatiſque viciniam. *Ileum* longiſſimum, ſub vmbilico in varios orbes implicatur, *Monoculum*, primum inter craſſa. In Brutis inſtar ſacculi eſt, reliquijs ciborum aſſervandis. In Hominibus ex parte vna pertuſum, Cæcum appellatur. *Colum*, craſſum, amplum: multiſque velut globis, & cellulis diſtinctum. Ab eo *Colicus* dolor; qui ob loci anguſtias vel viciniam, nephreticum ſepè ementitur. Hujus pars extima muſculo in orbem circumfuſo conſtringitur, exitum fæcibus intercludente, donec voluntatis ſolvatur imperio. Horum omnium commune vinculum eſt *Meſenterium* à ſitu ſic dictum, meſaræum verò ab ſubſtantia. Conſtat duabus tunicis, innumeriſque glandulis ad venarum meſaraïcarum munimen. Inteſtinorum nomina. Meſenterium.

ATENIM quia quidquid in chilo benignum eſt & ſucculentum, à venis meſaraïcis exſorbetur, jecorique deinceps elaborandum porrigitur; jecur naturalis facultatis principium, viſcerumque naturâ antiquiſſimum.

HEPAR itaque, ſi Galeno fides, inter partes ſanguineas primum omnium conſiſtit. Fœtus quippè ſtatim ac more plantæ vivit, ab hepate, quæ ſanguinis officina eſt, ſumit nutrimentum. Porro conſtat ſubſtantiâ Hepar.

DVPLICI { *Venis*, *&* *Carne ſanguifica.* }

LICET autem cor ſanguinem perficiat, primam tamen à jecore habet originem; à quo per venas illic exortas, in totum corpus diducitur. Hoc vt præſtet commodiùs, naturæ prudentia jecur ferè medium collocavit. Nam ſub diaphragmate dextram regionem obſidet, ita tamen vt in ſiniſtram mino-

MEDICINA rem porrigat partem; quomodo ad lienem, corpus redditur æquilibre. Quia fons ſanguinis jecur eſt, carne conſtat concreto ſanguini ſimillimâ. Atque vt craſſo ſanguine gignitur, ita & eodem alimentatur. Continuum datum eſt Hominibus, magnum helluonibus præſertim & timidis: fiſſurâ in cavis diviſum, belluis in quinque lobos diſtinctum. In jecore cernuntur numeroſæ venarum radices, ex quibus invicem collectis duæ venæ maximæ prodeunt.

Venæ. VENÆ ideo definiuntur, organa toti corpori in ſanguinis adminiſtratione deſervientia. *Suntque* ſubſtantia membranea & ſpermatica, in modum fiſtulæ concava. Vnicam habent tunicam peculiarem, ſanguini craſſiori coërcendo ſufficientem: triplicibus fibris contextam ad ſanguinem alliciendum, continendum, & propellendum.

Vena-porta. Præcipua inter eas, *Vena-Porta* reputatur. Oritur à ſima jecoris parte, velut aliarum truncus; vulgò porta chili. Deductioni, ventris inferioris nutritioni, excrementorumque vacuationi deſtinatur. Sunt tamen qui venis eiſdem ſanguinem, chilumque permiſceri docent; vno in eodem animali inſtrumento, contrarijs motibus ſubſerviente. Porta igitur antequam in duos ramos ſcindatur, in vicinas partes, ad earum nutritionem, præmittit ſurculos quattuor. Cyſticum geminum, in folliculum bilis: Gaſtricum, in pylorum: Gaſtrepiploidem, in fundum ventriculi & omentum; Inteſtinalem, in jejuni initium: hicque in ſplenicum, & meſentericum.

Vena-cava. VENA-CAVA, omnium capaciſſima, à gibba jecoris parte naſcens, partibus ferè omnibus connutriendis inſervit. Statim ab exortu in duos inſignes ramos ſcinditur, majore deorſum, minore ad jugulum tendente. Sed & venas vicinis partibus impertitur. Diaphragmati, geminas phrenicas: cordi coronalem, mammariam mammis nutriendis, cervicalem quæ cerebro irrepit, muſculam poſteriores colli & ſuperiores thoracis muſculos nutrientem. Thoracicam, vtrinque geminam. Antica & externa in thoracis muſculos & mammas diſtribuitur, poſtica in muſculos ſcapulis ſubjectos.

Venæ aliæ. Tandem Vena-Cava ad axillam producta, dicitur axillaris; à qua venæ fruticant humeralis, & baſilica. Illa ſupernam humeri regionem ad flexum cubiti tendens, ibi in duos ramos finditur. Horum alter cum ſimili baſilicæ ramo, *medianam*: alter in manum excurrens, inter pollicem & indicem, *ocularem* conſtituit. *Baſilica*, cubito interna, duplex eſt. Profunda, muſculis immerſa. Subcutanea, in cubito ſecari ſolet, quia ad cutem emergit. Illi duplex ramus. Vno ſub cubiti flexu, facit venam Communem. Altero cum *Cephalica* varijs in locis coëunte, & ad externam manum occurrente, *ſalvatellam* efficit inter minimum digitum & cubitum. *Ingularis*, tam interna quàm externa, vtrinque ab ortu gemina; à ramis qui in axillas contendunt, circa jugulum exſurgit in cervicem.

Vena-Cava. Vena-Cava deſcendens à gibba jecoris parte ad os vſque ſacrum, ſuo progreſſu *quattuor* vtrinque propagines emittit. Eſt etenim in renum tunica, adipoſa: in renum corpore, emulgens ſeu renalis; ſpermatica, demum & lumbaris. Abhinc ſubnaſcuntur venæ *hypogaſtræ*, hæmorroïdales; crurales, & cæteræ.

Cyſtis fellis. IECVR repurgatur ab excrementis, organo triplici. Primum eſt *Cyſtis fellis*, veſicula videlicet quæ bilis flavæ conceptaculum eſt. *Lien* alterum jecoris excrementum, ſuccum nempe melancholicum, per ramum ſplenicum inſita facultate prolectat, & in ſe ſe recondit. Occupat autem ſplen ſiniſtrum hypochondrium ſub nothis coſtis, peritoneo appenſus, & ab eodem inveſtitus. Atro colore nigreſcit, propter alimenti ſpeciem. Figurâ cum ſit oblongâ, parte gibbâ ſeptum contingit, ſimâ inſidet ventriculo. Creditur paſſim mater riſus, ex eo quod fæculento humore expurgato, quo ſpiritus obſcurantur, purior & ſubtilior ſanguis redditur.

Lien.

Renes. *Renes* proliciendo ſanguinis ſero, natura dedit geminos; ne præpedito vno, ejus ceſſaret profuſio, quod cæteris excrementis longè copioſius in nobis cumulatur.

Vreteres. *Vreteres* vaſa ſunt rotunda, quæ conſtant tunicâ ſimplici orta abs renibus: & obliquè deſinunt in veſicam, in quam ſerum devehunt.

Veſica renibus ſubjecta velut ciſterna, ſtillantem vrinam excipit, & aſſervat. Ideoque ſub oſſe pubis recondita, rectoque inteſtino appenſa eſt. Cæteris hîc conſultò omiſſis, humanæ ſpeciei traducibus, intra Thoracis ex oſſibus, & muſculis propugnaculum, occurrunt *inſtrumenta vitalia.* DOGMATICA. *Veſica.*

PVLMONES, COR, ARTERIÆ.

TITVLVS XXXI. *Organa facultatis vitalis.*

PVLMONES ad cordis, qui nativi caloris fons eſt, refrigerium & tutelam; conſtant ſubſtantiâ levi, molli & rarâ, ad hauriendum, concipiendumque aërem. Quin & fuliginoſum excrementum à corde ſuſcipiens, foras extrudit: reſpirationiſque, & vocis organum pulmo eſt. Illi pars gemina è duobus lobis ineſt, vt expeditiùs moveatur, & cor faciliùs complexetur. Alterum inſuper addit Galenus in dextro latere, cui vena-cava tanquam molli pulvino innititur. Quod in Brutis quidem frequens, in Hominibus rarum. *Pulmo.*

Per tunicam, quâ involvitur, à pleura productam, tenuem & poroſam, ſaniem in pectore congeſtam, per arteriæ aſperæ fiſtulas propellit. Tria enim vaſa, retis inſtar implicita, per pulmonis ſubſtantiam diſſeminantur. *Aſpera-*arteria, de qua ſupra. Arteria-*venoſa*, quæ à ſiniſtro cordis ventriculo orta & in pulmones variè diffuſa, elaboratum aërem ad cor devehit: viciſſimque ab eodem dum contrahitur, fuligines deducit per aſperam arteriam ſtatim extrudendas. Vena demum *arterioſa*, quæ ex dextro cordis ſinu attenuatum ſugens ſanguinem, pulmones nutricat.

COR animæ ſedes eſt, vitæ fons, motus principium, & actionum omnium in animali ſcaturigo; non aliter quàm Rex & Princeps ſedet in medio thorace, paulùm vergens ad ſiniſtram. Color illi puniceus. Figura pyramidis, aut nucis pineæ, ex baſi lata in conum finiens. Præter pulmonum lobos, involvitur pericardio; tantùm à corde ſeparato, quantùm ejus exigit diaſtole. In hoc ſpatium natura *aqueum humorem* congeſſit, ne cor motu perpetuo vel ſanguinis ardore deflagraret. *Cor.* *Τοῦ μὲν αἵματος ἡ καρδίη πηγὴ ἐστι, Hippoc. l. 3. de Morb.* *Ἡ καρδίη, καὶ αἱ κοῖλαι φλέβες κινέονται αἰεί, Id. l. de Princip.*

Porro cordis caro dura & denſa, vt validis & continuis motibus reſiſtat. Tribus quoque fibrarum generibus prædita, ad omnes motus obeundos

PER { *Diaſtolen,* & *Syſtolen.* } *Diaſtole; & Syſtole.*

NAM fibris rectis ſe ſe contrahentibus, cæteris verò laxatis, cor dilatatur per Diaſtolem; quâ ſanguinem trahit à vena-cava, ſpiritum ab arteria-venoſa. Contra rectis fibris ſe ſe relaxantibus, contractis verò tranſverſis per ſyſtolem; ſanguinem expellit in venam arterioſam & aortam, & fulginem in arteriam venoſam. Inter vtrumque motum, *quies* præmodica. *Quies.*

Omnium quidem fibrarum, maximè autem obliquarum operâ, ſanguinem, ſpiritumque cor attrahit, retinetque *ſinu* duplici. Dexter pulmonum gratiâ amplior, & carne molliore circumſeptus: ſiniſter profundior, ſed anguſtior, ne cum ſpiritu ſanguis tenuis evaneſcat. Per geminum pulmonis vas, arterias ſcilicet venoſam & arterioſam, motu perpetuo: tranſcolatur ſanguis: & à dextro in ſiniſtrum ventriculum transfunditur. Vtrique ſua eſt veluti auris membranoſa, cava & anfractuoſa; ad vaſorum, materiam in cor devehentium, fulcimentum. Ad dextrum vena-cava cor ſubit, neutiquam ingrediens, tantùm dehiſcit, ſanguinem ad ſpirituum elaborationem ſuggerens: & vena itidem ar- *Duplex ſinus.* *Aures duæ.*

MEDICINA

teriosa ab eo orta, & ad pulmones contendens. Ad ſiniſtrum arteria venoſa, quæ in eundem ſinum excurrit: & magna arteria, quæ ex eo ipſo ſinu orta in partes omnes diffunditur.

Valvulæ.

In ejuſmodi vaſorum extremis membraoæ extant, vulgo *valvulæ*. Harum aliæ foris ortæ, introrsùs feruotur & clauduntur, oe intromiſſa refluant. Aliæ ab internis cordis ſedibus ortæ, foras verguot; per quas ſpiritus in majorem arteriam, nequaquam refluxurus, emittitur.

Arteria.

Aorta.

ARTERIA vas membraneum eſt, teres, concavum, duplici tuoicâ compactum; quo vitalis ſpiritus, cum teoui ſanguine permixtus, in corpus voiverſum diſtribuitur. Αορτὴ magna arteria eſt, reliquarum ſtipes, ramos venarum complures diffundens. Ob motum perpetuum, antiquis *vena pulſatilis* dicebatur. Ne verò aër defluat, aut motu perpetuo canalem rumpat; fortitâ eſt tuoicas externam, & internam.

Magna arteria.

Pulſus.

Magna itaque Arteria, jam ab exortu diſtributis cordi duabos coronarijs, vbi pericardium egreſſa eſt, in duos ramos inæquales diffinditur. Major ſurſum aſcendit, rurſumque in duos ſubclavios dividitur. Minor in lævam axillam flexus, duodecim propagioes emittit, intercoſtalem minorem, mammariam, cervicalem, muſculam: humerariam duplicem, thoracicam duplicem. Rehquum axillaris arteria eſt, quæ in duos ramos finditur. Superior ſecundùm radium brachij, ad carpum maous emergit. Ejuſque motu ſtatum valetudinis aut morbi, Medici *explorant*. Ramus alter, qui & totius arteriæ major eſt, ad os vſque ſacrum delabens multas emittit propagioes, venarum ſemper comites; nempe intercoſtalem majorem, phrenicam, cœliacam, inſignem emulgentem in renes, ſpermaticam in teſtes, meſentericam inferiorem in coli ſiniſtram partem, rectum inteſtinum & ſedem, vnde fortaſſis arteriæ hæmorroidales: lumbarem multiplicem, iliam diffiſam in duos ramos ilios; à quibus ſurgit arteria vmbilicalis, denique Cruralem. Vitalia conſequuntur, quæ facultati Animali derſeviunt.

TITVLVS XXXII.
Organa facultatis animalis.

CEREBRVM, NERVI, Muſculi.

Cerebrum.
Hippocr. libr. de Morbo ſacr.
Pars duplex.
Cerebellum.

EA inter organa facultatis animalis, eminet CEREBRVM mentis humanæ domicilium, iotelligeotiæ ac prudentiæ internuncius: ſenſus, motus, ac voluptatum origo; frigidi, & glutinoſi metropolis. Ideoque ſpiritibus vitalibus à corde æſtuantibus temperandis, dum in animales traoſeunt, deſtinatum. Pars illi *duplex*. Poſtica, quæ *Cerebellum* eſt. Et Antica, quæ rurſus in dextram & ſiniſtram diviſa; geminis veotriculis ſuperioribus, falcatam Lunam referentibus, excavatur. Cerebrum voiverſum ne offendatur, forinſecus contegitur craoio, intus duplici menynge.

Illic ex venarum & arteriarum rivulis variè implicitis cootextus efficitur, in quo ſpiritus animalis elaboratur. Illic & aquoſa Cerebri excrementa exprimuotur, quæ per meatus declives in pelvim ſeu in fuodibulum, ex tenui menyoge factum, confluuot. Subjecta illi eſt glandula, exceptura humiditatem; quæ excreta per palatum, nares, aures, & oculos extillat.

Ventriculi.

Priores illi ventriculi in tertium communem, & mioorem deſinunt; cujus pars ſuperior, ne mole cerebri opprimatur, tribus veluti columnis innixa ſubſiſtit fornicis in modum. Inde meatus quidam in quartum ventriculum pertinet, ad cujus latera duæ apophyſes; quæ à ſimilitudine, nates ſeu gloutiæ nuncupantur. Gloutijs innititur glandula, cui à ſimilitudine pioeæ nucis conarium nomen eſt. Membranæ autem meatum hunc tegenti, iucubat epiphyſis, vermi-formis ob vermi ſpeciem. Sequitur hinc poſtremus veotriculus, in ce-

rebelli baſi ſitus. Partem iſtam multò ſpiritu perfuſam à priore majore diſtinguit ſiccitas, duritics, & ſublavus color.

DOGMATICA. Nervi.

NERVI alij molles, à cerebro propriè dicto: alij duri, à cerebello vel abs producta inde ſpinæ medulla, derivautur; vt vim animalem, vectore ſpiritu, tanquam rivuli in cæteras partes diffundant. Illorum duplex

Duplex illius ſubſtantia.

SVBSTANTIA { *Medulla intima, à Cerebro:*
Tunica duplex, à meningibus.

ILLA ſpiritu perfuſa, vim ſenſus & motus devehit: hæc contegit, tuetur, tactuſque ſubjectum efficitur. Vt verò ſpiritibus pateret aditus, & facultas majore impetu pelleretur; cavos, aut ſaltem poroſos eſſe oportuit.

Duri, & molles.

Duri nervi dicuntur motorij, quia motui potiſſimùm inſerviunt. Molles ſimiliter ſenſorij, ſenſibus deſtinati. Etenim cùm ſeoſus ſit paſſio quædam, motus aurem actio ſit; mollia patientiora comperiuntur, dura activiora. Vtrique ſubſerviunt *Conjugationes* nervorum ſeptem, à cerebro antieo & propriè dicto deſcendentos.

Septem Nervorum conjugationes.

Optica prima, oculos movet altera, tertia guſtat:
Quartaque, quinta audit, vaga ſexta eſt, ſeptima linguæ.

Maximi omnium, ſimulque molliſſimi, ſunt revera nervi *Optici*. In oculos ſpiritum deferentes, in progreſſu coëunt; vt viſio perfectior ſit, & ſimplex. Subſequuntur qui oculos movent, & palpebras recludunt. Tertia conjugatio nervorum, in quattuor propagioes diſcinditur. Earum vna in temporales muſculos porrigitur, altera in dentes & gingivas maxillæ ſuperioris. Tertia in inferiorem maxillam, & linguæ tunicam ſaporis judicem. Quarta verò conjugatio gracilis, in palatum & tunicam ori ſubtenſam decurrit. Quinta in meatum auditorium inſeritur, *crotaphitas* & *maſſeteres* muſculos. Sexta omoium fœcundiſſima, in colli & laryngis muſculos deorſum prolabens, in tres ramos dividitur, ideoque recurvus appellatur. Primus pulmoni & cordi ſe inſerens, ad laryngem retorquetur. Secundus, dicitur ſtomachicus. Tertius, coſtalis. Septima conjugatio in laryngis, faucium, & linguæ muſculos abſumitur.

Iam verò à ſpinali medulla, propagantur nervorum conjugationes triginta: à cervicis vertebris ſeptem paria, à thorace duodecim, à lumbis quinque, ab oſſe ſacro ſex.

Conjugationes aliæ triginta.

Muſculi. Triplici conſtant ſubſtantia. Partes ſimplices, & compoſitæ.

MVSCVLI nervis affines ſunt, motus ſcilicet voluntarij proxima inſtrumenta. Conſtant triplici ſubſtantia, nervo, ligamento, caroe. Et hæ quidem ſimplices ſunt muſculi partes, quarum *nervus* ſenſui ac motui vtilis eſt. *Ligamentum* extenſioni, & complicationi. At caro ambobus intertexta, facit ad robur & munimentum. Totidem quoque *partes compoſitas* habet muſculus. Nimirùm caput ſeu principium, in quod nervus & ligameotum ioſeruntur. Venter, tunicâ propriâ velatus. Tendo, ex confuſis oervorum & vinculorum fibris conflatus.

Tendo.

Hæ vt *contrahantur*, partem in quam tendo inſeritur, verſus principium attrahunr. Et ea fibrarum contractio, propria eſt muſculi actio, ex ſitu ejuſdem & partium varietate definienda. Qua de cauſa primò recenſentur

Motus, & actio.

MVSCVLI { *Capitis, Oculorum, Labiorum, Linguæ:*
Humerorum, Ventris, Brachij, Thoracis,
Cruris, Pedum.

Capitis.

ET verò *caput* totum, cervice quieſcente, videas proprio motu flecti, attolli, & circumgyrari. In latera verò ooo niſi cervicis ope detorquetur. Flectitur autem duobus muſculis maſtoideis, qui à ſterno & clavibus in proceſſum capitis maſtoidem, in occipitio obliquè inſeruntur. Levatur duodecim muſculis, ſitis in cervice; duobus ſplenijs, duobus complexis, octo parvis.

MEDICINA

Omnes autem viciſſim agentes, caput circumagunt. Cum tota cervice movetur muſculis ſpinato, & tranſverſali.

Oculorum. OCVLIS ſeptem muſculi tribuuntur. Sublimis, Humilis, Adductor: Retorquens, Obliqui duo, Obfirmans. Sunt & quibus palpebræ ſubinde movetur: & aliquando nares vel corrugantur, vel aperiuntur, vel reſtringuntur. Sic quoque *Labia* muſculis aliquot ſurſum attrahuntur, binis vtrinque muſculis à malis deſcendentibus: deorſum totidem, à mento in labrum vtrumque contendentibus. Eorum duo congeneres, dum ſimul agunt motu recto, labia movent: dum altervter, obliquo; omnes verò fibris exterois labia evertunt, ioternis comprimunt. *Maxillam inferiorem*, quæ ſola mobilis eſt, movent quattuor vtrinque muſculi. Ad os claudendum ſurſum adducit Crotaphita, id eſt temporalis, in ore deliteſcens: Maſſateres biceps, Rotundus genas inflans. Aperitur verò vtrinque ſingulis gracilibus, ſed digaſtricis; qui à ſtiloide proceſſu nati, ſub auribus & maxilla delati in medium mentum deſinunt. Organis *vocis* & laryngis duodecim communes, & ſex orti aliunde tribuuntur. *Lingua* decem muſculis flectitur quoquò verſum, attollitur, demittitur: exeritur, retrahitur, ad latera deducitur.

Palpebrarum, & Narium. Labiorum. Maxillæ inferioris. Vocis. Linguæ.

Scapularum. *Scapulis* quadruplex motus eſt. Antrorſum Serrato minore, qui à quinque coſtis ſuperioribus eò contendit. Retrorſum Rhomboïde, qui fertur in baſim internam omoplatæ. Levatore in ſuperiorem omoplatæ angulum; deorſum Trapeſio. *Brachium* quodlibet octo modis variè movetur. Antrorſum duobus, pectorali & ſubſcapulari ſeu immerſo. Retrorſum, majore & minore ſutorio, gibbam occuppante. Surſùm deltoïde, cui reliqui omnes ferunt ſuppetias. *Cubitus* duobus flectitur; bicipite, & brachiæo. Suntque in eo tres muſculorum differentiæ; Promotores, Flexores, Carpitenſores, Tenſores, Adductor. *Manibus* quindecim aſſignantur. Thoracis motus, qui non omninò, ſed κατά τι, pendet à voluntate; octoginta-vno muſculis proprijs, & octo communibus cietur. Propriorum vtrinque viginti vnus thoracem dilatant, per inſpirationem: decem verò & novem, per expirationem eumdem contrahunt. His accedit *Diaphragma*, qui muſculus rotundus eſt, obliquus tamen; quo naturalia, à ſpiritus organis dirimuntur. Conſtringitur in expiratione, dilatatur in inſpiratione.

Brachiorum. Cubiti. Manuum, Thoracis. Diaphragma.

Abdomen. *Abdominis* communes ſunt muſculi octo. Lumbi flectuntur duobus triangulis internis, ſeu lumbalibus. In ſecretis, *ſphincter* rotundus in orbem ductus, conſtringens extremum recti inteſtini, duos habet levatores.

Femur. *Femur* oſſium maximum, duodecim muſculis validis fertur quoquò verſum: duobus inflectitur, lumbali & iliaco. Porrò femur decem muſculis integitur qui ſuis tendioibus tibiam flectunt, extenduot, vel obliquè movent. *Pes*, pars extrema, novem muſculis movetur. Tres antici pedem flectuot, ſex poſtici extendunt. His omnibus, inter-oſſei octo inſernntur; qui digitos flectant vel æqualiter, vel in diverſas partes.

Pedes.

HAS omoes corporis organici partes pervadunt, replentque *Humores* varij; quos Animalium ſanguine præditorum elementa, Galenu egregiè nuncupat.

Libr. de Temperam.

HVMORES.

TITVLVS XXXIII.
Humores corporis enumerantur.

CORPORIS jam conſtituti ſubſtantia perpetuo fluori obnoxia diu non ſubſiſteret, niſi ſimilis materiæ affluxu reſarciretur. Huic ergo muneri accommodati ſunt HVMORES. Quippe naturâ fluxiles per quoſdam canales facilè in corpus vniverſum diffunduntur, ſervaturi corpus quod ex ijs primò conflatum eſt. Sunt autem

HVMORES
- *Congeniti* &
  - Semen, & Sanguis menſtruus,
    - Primi; ſanguis, aut Secundarij
      - Purus
      - Bilioſus
      - Pituitoſus.
      - Melancholicus.
- *Poſt geniti.*
  - Alimentitij, & Excrementitij.
    - Secundùm naturam, &
      - Ros, Gluten: Cambium, Anonymus.
      - Vtiles.
        - Semen,
      - Inutiles.
        - Lac, Serum
    - Contra naturam,
      - Bilis vitellina.
      - Porracea,
      - Atrabilis
      - Pituita ſalſa, &c.
        - Bilis,
        - Lotium,
        - Stercus.

SANE ex Ariſtotele, ſolus ſanguis nutrit, vt-pote dulcis: pituita verò inſipida, bilis amara, melancholia acida eſt. Quin ex Fernelio, tres humores qui ſanguini permiſcentur, ſinceri minimè ſunt. Sed pars ſanguinis tenuiſſima & calidiſſima, bilis appellatur: craſſa & terreſtris, ſuccus melancholicus; cruda & frigida, pituita. Sola verò ea quæ ſubſtantiæ & temperamenti mediocritate continetur, ſanguis peculiariter vocatur; cujus etiam nomine omnes ſimul humores deſignantur, ob ejuſdem copiam. Humores autem in venis eâ *proportione* continentur, vt in ſanis & temperatis naturis ſanguis plurimùm excellat. Dein pituita, mox ſuccus melancholicus, poſtremò bilis flava omnium pauciſſima.

Humorum proportio.

Communis omnium *materia Chilus* eſt; qui licet ſimplex appareat, mutuâ tamen conſtat diverſarum partium & materiæ permixtione. Cauſa illius efficiens, calor jecoris eſt. Is etenim omnes chili partes æqualiter afficiens, ex eius portione temperata ſanguinem, ex calidiore & tenuiore bilem: ex cruda, pituitam; ex terrena, ſuccum melancholicum producit. Galenus quidem putavit ſanguinem fieri à calore mediocri, reliquos abs immoderato; vt ſi cui jecur calidum obtigerit, bilis gignatur vberior & acrior: ſi frigidius, pituita. *Finis* deniquè & vſus, humorum eſt nutritio: non tamen quà ſimplices ſunt, ſed permixti; ſive partes ſint ſanguinis, ſive diſtinctæ quattuor ſubſtantiæ.

Materia Chilus. Cauſa efficiens, Iecur. Finis.

Humorum canales & conceptacula, *Venæ* ſunt & *Arteriæ*; vbi exactiùs elaborantur partim à calore nuſquam feriante, partim illapſa à jecore facultate. Sic autem conſervantur vt neque concreſcant, neque corrumpantur quandiu natura viget ſana.

Vaſa humorum.

SINGVLORVM examen inchoat duplex.

Sanguis.

SANGVIS { *Mixtus cum alijs tribus;* *&* *Secretus, ſeu ſincerus.* }

ILLE partes omnes gignit, & alit. Hic ſuccorum optimus & familiariſſimus, copiâ reliquos ſuperans: nuſquam tamen ab alijs, in corporibus ſanis, realiter ſecretus. Naturâ calidus eſt & humidus, ob vitæ vſus: à corde evadit, per accidens, calidiſſimus. *Materia* illi chilus eſt, ex alimentis euchimis in ventriculo probè elaboratus. Nihil quippe tam juvat ad boni ſanguinis elaborationem, quàm ſi eſculenta in ventriculo percoquantur. *Efficiens* eſt propria jecoris caro, quæ calore temperato chilum advectum ſibi aſſimilat. Nam vis ſanguifica venarum, nec præcipua, nec ab eis pendet, ſed ab hepate. Adjuvant totius corporis partes, aëris temperies, ver, adoleſcentia: & conſimilia, quibus calor augeſcit & dominatur. *Finis* & vſus illius, eſt partes corporis nutrire & augere. Ideo & animam eſſe in ſanguine, etiam DEI oraculum eſt; ſanguineas quidem & primò & per ſe, ſpermaticas autem ſeminis interventu. Quin etiam opinatur Medicorum Princeps, ea inter omnia quæ corpori inſunt; nihil magis conferre ad prudentiam, quàm ſanguinem.

Materia Chilus. Efficiens jecur. Finis. Deuteron. 12. Libr. de flatib. numer 12.

Diſtinguitur à cæteris humoribus, cauſis, proprietatibuſque; puta calore, ſapore, conſiſtentiâ, & effectis. In venis ruber eſt, jecoris imitamento. In arterijs flavior & tenuior, vt-pote calidior. Dulcis eſt, quia calore temperato, & ad nutritionem comparatus. Conſiſtentiâ mediocris, plenus tamen fibrarum; quarum frigiditate & craſſitie, extra vaſa promptè coagulatur. Fibris autem vel ademptis, vel à natura negatis, ſanguis nunquam à frigido concreſcit. *Effectus* ſanguinis varia temperies corporum & ingeniorum, pro-vt craſſior aut purior.

Diſtinctio ab alijs Qualitates.

PITVITA alibilis, aliud nihil eſt niſi crudior ſanguinis portio, ac ſemicoctum nutrimentum. Ejus *materia* alimentum eſt frigidum, humidum, craſſum, & viſcidum; cujuſmodi placentæ, piſces, fructus, olera. Cauſa verò *efficiens*, calor jecoris eſt, qui neceſſitate materiæ varios producit effectus: aut ſi imbecillior eſt, hepar frigidum ſanguinem generat pituitoſum. Adjuvant frigida, ſomnolentia: pluvium tempus, hyems, ſenium. Pituita tamen benigna & naturalis, minùs frigida eſt, ex coctione quemdam calorem acquirens. Excrementitia, frigidiſſima omnium per ſe eſt; cujus fons caput eſt, ſedes ventriculus & inteſtina. Illius porro duplex *vtilitas*. Vna vt temperato ſanguinis ardore, ad partium frigidarum & humidarum nutritione aptum reddat. Altera, vt per inediam & inopiam alimenti, in ſanguineum vertatur; non recurſu in jecur, ſed venarum calore. Proptereaque illi excipiendæ nullum peculiare *organum* Natura addixit. Nam vacuari non deſiderat, ſed in corpore manens meliorari; de facili ſubalbicans, & dulceſcens. *Facit* pituita inertes, graves, ſomnolentos, obeſos, & citò caneſcentes.

Pituita. Materia. Efficiens. Vſus duplex. Non habet organum proprium. Effectus.

MELANCHOLICVS ſuccus craſſitie fæculenta, nec-non fuſco & atro colore terræ perſimilis. *Producitur* ab hepatis, ſeu totius corporis frigida & ſicca temperie, qualis viget autumno & ætate declinante; ex craſſis edulijs, & longo mœrere. Si multùm *exuperat*, atra denſaque caligine ſpiritus offuſcat, ingeninm obtundit: terret animum, triſtitiamque inducit. Si phlegmati permiſcetur, ſegnitiem, torporem, & extremam gignit ſtupiditatem: ſi aduritur, ciet furorem. Sin verò bilis ſanguinis admixtione temperatur, attenuatur, illuſtratur; ſolertes, conſtantes, & ingenioſos efficit; quia ſpiritus ſunt acriores, motuſque animi ſtabiliores. Abhinc nimirum tanta & vbiquè geniorum, *& ingeniorum* diverſitas.

Ingeniorum diverſitas.

BILIS pars ſanguinis tenuiſſima, calida, ſicca, flori vini ſimilis: ignique, & æſtati analoga. *Generatur* ex chili parte calidiore; tantò propterea vberior, quantò alimentum paratius, & jecur calidius. Vnde fit vt non tantùm acria & amara, ſed dulcia etiam & pinguia alimenta bilem generent, ſi plus æquo incaleſcant. Orta ab hepatis calore nativo, augetur labore, inediâ, æſtate & iuventute

Bilis. Cauſæ.

iuventute. Quæ ob inſignem amarorem, alimento fit inutilis; vel à bilis folliculo ſecernitur, vel cum ſero foras excluditur. Altera pallidior, ſuavior, ſanitati & ingenio peridonea eſt. Nimia iracundiam, acerbitatem, levitatem & inconſtantiam inducit. Succedunt humores alij, magis elaborati. Duplex eſt;

SECVNDARII HVMORES.

TITVLVS XXXIV. *Humores Secundarij recenſeitur.*

Ex ſanguine humores quattuor potiores complectente, & per totum corpus diffuſo, quadrupliciter alterato;

Quattuor.

GIGNITVR. { *Succus*, *Tenuior*, *Ros*: *Gluten ſeu cambium*, *Aſſimilaris*.

PRIMVS in exilibus venis & arterijs contentus, in earumque orificijs perfundit partes ad quas appellit. Secundus ex vaſis in partis ſubſtantiam, roris modo, diſpergitur. *Tertius* paulò craſſior & magis coctus, parti jam agglutinatur. *Quartus* jam concretus, partique aſſimilatus, in ejus ſubſtantiam convertitur. 1. Succus tenuior. 2. Ros. 3. Gluten. 4. Aſſimilaris.

Liquet ex ante-dictis conſtare partem ſimilarem, humore

TRIPLICI, { *Alimentario*, *Aqueo*; *Primigenio*.

ALIMENTARIVS, per partis ſubſtantiam diffuſus, cibò & potu facilè reparatur. *Aqueus* corporum omnium ex elementis concretorum, communis eſt, nec vllum cum nativo calore habens commercium; terrenas partes tanquam glutinum ita connectit, vt eo conſumpto corpus diſſolvatur. *Primigenium* humidum, ſeu radicale, pingue & aëreum, proprium viventium: nativi ſedes caloris, & fomentum eſt. 1. Alimentarius, Aqueus. Primigenius;

Hic tertius totius vitæ fundamentum eſt, ſemini ſuam referens originem. Solidis partibus ab ortu inſidet, à quibus in carnoſas propagatur. Et cum nativo calore, quem fovet, vnum idemque re ipſa, ſola ratione diſtinctus. Itaque vt calor actionum opifex cenſendus, ita humidum illud ſalutare vice materiæ ei ſubſternitur; quem quandiu fovere poteſt, tandiu vivit animal. Pueris ineſt plurimus, ſenibus exiguus; in dies enim abſumitur, & tandem exareſcit à calore abſumptus. Aliud autem nihil præter Innatum calidum, Animal ad vſque finem vitæ alit & ſuſtentat. Nam quicquid ſubſiſtit, creſcit, roboratur & vivit; quandiu ſcilicet proprio regitur calore, ac vivificatur. Neque is calor primò & per ſe interitus cauſa eſt, ſed ex accidenti. Quatenus nimirum abſumpto humido, cujus commercio fruebatur, vt ignis in oleo lampadis, ipſum ex conſequenti interire neceſſe eſt; cum nulla arte humidum, quod perpetuò diſſipatur, poſſit in totum reparari. Reficitur quidem humore & calore, at nuſquam Primogenio paribus.

EXCREMEMTII HVMORES ex nutritione corporis ſuperſunt, vel ſolâ copiâ redundant; vt ſemen, ſanguis menſtruus: ac excrementorum beniigniſſimum, & non niſi ſanguis decoloratus. Vel qualitate aliena præditi, corpori alendo exiſtunt inutiles. Naturales debito temperamento, conſiſtentiâ, & quantitate commendantur. Præter naturam, à cauſis morbificis oriuntur. Illi rurſus vel ſunt omninò inutiles, haud tamen noxij, ſi tempeſtivè excernantur, vt vrina. Vel vſum aliquem conferunt corpori, in quo inſunt. Ex his duo præcipuè in jecore, vnà cum ſanguine procreantur. Sed ab eo ſecernuntur Humores excrementitij. Diverſiſſimi.

vt ſupervacanei, nec alendo corpori accommodati.

MEDICINA

Bilis.

Ac *Bilis* quidem ex calida & tenui chili portione, vi caloris immoderatioris, flava & amara ſanguini non permiſcetur: nec in ſanguinem poteſt redire, ob aduſtionem. Ideoque in propriam veſiculam, nativa cognatione & vi occultà ſegregatur. Huic infeſta nequaquam eſt, licet acris & mordax. Sed nec alimentitia, vt potè & purè excrementitia, & ſummè amara. Immo ſtatim ac moleſtior evadit, abjicitur in Inteſtina; partim vt fœces foras propellat, partim vt adhærentem viſceribus pituitam detergat & everrat. Quod verò dum ſanguis in jecore perficitur, craſſum terrenum & nigrum ſubſidet fœci analogum, efficit *Melancholicum* excrementum. Hujus pars benignior, in venas cum ſanguine pervadit. Supervacanea verò alendo corpori inutilis, à ſanguine ſecreta ad lienem ablegatur; vbi frequentium arteriarum actione, paulatim elaboratur. Atque exinde repurgatur ſanguis ſua fæce, lien nutricatur: alimenta in ventriculo retinentur, appetitus excitatur. Si redundat, per hæmorroïdes eliminatur.

Melancholia.

Pituitæ excrementa varia. Serum.

Ad *pituitam* referuntur vrinæ, mucor narium: ſaliva, quæ à tonſillis effunditur; vt perpetuo humore lingua, palatum, & fauces madeſcant. *Serum* ex potu, vel aquoſa alimenti parte coaleſcit. Non alit quidem, ſed ſanguinem craſſum, plerumque fibrarum in gibbas, venamque cavam: & ab hac in totum corpus, per venas tenuiſſimas diffundit. Atque vbi ſuo perfunctum eſt munere, à renibus ſecernitur cum aliqua parte bilis & ſanguinis: vt alat renes, & cum ſero in veſicam profunditur, vel ſudore diffluit; adeò vt eadem ſit ſudoris, & vrinæ materia. Eſt igitur ſerum ſecundæ, & tertiæ coctionis excrementum; quod non ſolum è jecore, ſed è venis quoque majoribus, partibuſque extremis prolicitur.

Humores præter naturam.

Præter naturam Humores morbifici quattuor naturalibus analogi, peccant per ſe quantitate & qualitate: per accidens, prava admixtione. Vnde morborum genus omne, de quibus ſubinde. Ab hujuſmodi Humorum differentia necnon diverſa mixtione, naſcuntur Temperamenta varia.

TITVLVS XXXV.

TEMPERAMENTA.

Temperamenta Examinantur.

Definiuntur.

NAM ſicut ex elementis, veluti ex materia, Mixtum conflatur: ſic ex eorum qualitatibus confuſis & retuſis, *Temperamentum*. Habitus ſcilicet ex primis qualitatibus temperatis, ad invicem reſultans, edendis functionibus accommodus. Neque enim mixtio ipſa eſt, neque proportio: ſed qualitas ex mutua primarum actione & paſſione proveniens, actionis causâ. Quare nil mirum ſi tam *varia*, tamque diverſa in Hominibus conſpiciuntur. Sunt verò potiora

Quattuor potiora.

QVATTVOR { *Æquale, Inæquale:* / *Eucraton, Dyſcraton.* }

NEMPE poſt actionem qualitatum, aut vna emergit, ſuperior cæteris: aut duæ, aut nullæ. Quodſi quattuor qualitates ad æquilibrium miſcentur, fit æquale Temperamentum; ſicut inæquale, vbi vna vel plures præpollent. Æquale ſive ſymmetron rurſus vel abſolutè & exquiſitè tale eſt, ſecundùm vniverſam ſubſtantiam, vocaturque *ad pondus*: vel in ſpecie, & *ad juſtitiam* appellatur. Ad pondus quidem dum exacta eſt æqualitas non mole æſtimanda, ſed viribus; ſimplex, vnicum & vnde quaquè perfectum eſt. Iſtud aut votivum dumtaxat eſt, aut momentaneum. A juſtitia, pro cujuſque ſpeciei dignitate ſpectandum, proportio eſt ea qualitatum geometrica; quæ gerendis cujuſque partis, aut ſpeciei functionibus convenit. Iſtud vtiquè pro

Æquale.

Ad pondus ad juſtitiam.

Eucrato habetur; quantoque vnum propiùs ad illud accedit, tantò perfectius eſt. *Dyſcraton*, à dyſcraſia ſeu intemperie duplici. *Sana* habetur temperatura, licet deflectat à medio; quia tamen parum exerrat, actiones non admodum lædit. *Morboſa* vel ſimplex eſt, cùm vna tantùm qualitas prævalet, vel compoſita. Vnde tot morbi complicati, quot varijs & infinitis modis qualitates permiſcentur. DOGMATICA. Eucraton. Dyſcraton. Sanum. Morboſum duplex.

QVIA porro Temperamentum non habetur ab humoribus poſt-genitis, ſed à connatis, in ſemine & ſanguine menſtruo comprehenſis; ſtatuitur rurſus

Iterum duplex.

DVPLEX { *Innatum*,
&
Adventitium.

INSITVM vix mutatur, ſemper enim natura recurrit. *Aſcititium* ſecus, quia à victu & conſuetudine. Quod ſi mediocritatis limites ita excedantur, vt actio aliqua inſigniter lædatur; fit *Intemperies* morboſa ſive partis, ſive totius: modò ſimplex, modò compoſita. Et quidem Intemperies duplex.

DVPLEX { *Æqualis*,
&
Inæqualis.

ÆQualis toti, vel parti æqualiter ineſt, nullo dolore moleſta; vtpote quæ tranſierit in habitum, cujuſmodi eſt febris hectica. *Inæqualis*, cùm res adhuc immutatur, vel cùm cauſis contrarijs corpus afficitur, vt in epiala. Vel quæ varijs partibus variat. V. g. cum venter calidus eſt, capite frigido. Vtraque rurſus duplex; nuda & ſola qualitate, vel cum affluxu materiæ. Simplex æqualis. Inæqualis.

Porro Temperamentum explorant Tactus, & Ratio. Sanam verò Temperamentum exploratur tactu, & ratione.

TEMPERIEM. { *Natura corporis*,
Accidentia,
Actiones.

HOMO ſcilicet temperatus, omnium exceſſuum medius; nec mollis, nec durus: nec calidus, nec frigidus, &c. Cutis humanæ color floridus, ex albo & rubro commixtus; ob cutis candorem, & ſubjectum ſanguinem. Capilli in pueritia rufi, in adulta ætate ad nigrum accedentes; colore, copia, &c. mediocres. Probam temperiem actione inculpatæ, & mores ingenui conſequuntur; optima ſiquidem natura quantum appetit, tantum concoquit. Pulſum habet inter magnum, & parvum ſeu mediocrem: ſenſus integros, cum cæteris animi facultatibus.

Temperatus Homo, idem & prudentiſſimus eſt: non ignavus, non iracundus, non audax, præceps, timidus, invidus, callidus; nec pronus in venerem. Sed manſuetus exiſtit, fortis, integer, liberalis: patiens laboris, temperans, &c. Inter verò acuta quamplurima ſcripta ab Hippocrate, iſtud reor acutiſſimum. [Quod humidiſſimum eſt in igne, & ſiccilſimum in aqua, ſi in corpore temperamentum acceperint, ſapientiſſima ſunt.] Adeo-vt diverſi in Homine temperamenti ſumantur Πυρὸς τὸ ὑγρότατον, καὶ ὕδατος τὸ ξηρότατον, κρῆσιν λαβόντα ἐν τῷ σώματι, φρονιμώτατα, Libr. 2. de Diæt. Numer. 13.

IVDICIA EX { *Corporis habitu*,
Animi inclinatione,
Morum conſuetudine.

MEDICINA

Sex Signa. Cuique parti ſua temperies.

A CORPORE quidem *ſex* ſigna petuntur, nempe à primis qualitatibus, à vaſorum magnitudine: ab habitu corporis, à calore, capilatura, moribus, quoniam animi cum corpore eximia connexio eſt. Habet *& pars* quæque ſuam temperiem. Cutis ex ſe frigida, vt-pote ſpermatica, ſanguinis profuſione temperatur. Cor & ſpiritus calidiſſima ſunt, inque perpetuo motu. Pulmo & jecur caleſcunt tum à ſe, tum à vicinia. Lien frigidior, proprijs arterijs incaleſcit. Renes per ſe frigidi, aliunde efferveſcunt. Omnium frigidiſſima æquè & humidiſſima, pituita eſt; à qua pilus, exhauſto calore & humore per aduſtionem, remanet. Conſequuntur oſſa, cartilagines, ligamenta: tendines, membranæ, arteriæ, venæ, nervi duri, ac molles.

Hæ nimirum Partes omnes frigidiores ſunt, quia ſpermaticæ & exangues. Licet enim fiant ex ſanguine calido & humido, quia tamen in earum conformatione, cum ſolidæ eſſe debeant, parte humida & ſpirituoſa abeunte, terreſtris remanet; ideo frigidæ, & ſiccæ ſunt. Quanquam tepeſcunt ob innatum calorem. Aliquæ etiam caleſcunt à contactu ſanguinis & ſpiritus, quemadmodum venæ & arteriæ.

Spinalis Medulla. Adeps.

Affinis eſt *Spinalis Medulla*. Affine & *Cerebrum* calorem ſpirituum, vaporumque inſito frigore temperans, vt idoneum reddatur Animæ domicilium. Adeps à frigore in partibus frigidis, concreſcit; tametſi caloris ſoboles, ex Ariſtotele, ſæpiùs appelletur. Idcirco ratione ſubſtantiæ & materiæ ex qua fit, calidus eſt; ex tenuj nempe & aërea portione ſanguinis, facilè inflammandus. Frigidus verò eſt, ratione cauſæ efficientis, Diſcutitur enim excellente calore, coagulatur frigiditate & denſitate membranarum.

Os.

Cartilago, membrana, &c.

Siccissimum vt & duriſſimum *Os*, ex ijs partibus quas contegit caro: pilus verò ex ijs quæ extant, quanquam pili humor viſcidus & pinguis, oſſium aquoſus. Cartilago, vinculum, tendo, membrana arteria, vena, nervus motni deſtinatus, ſiccitati participant. Temperamentis annectuntur quattuor conſequentia.

TITVLVS XXXVI.

Temperamento quattuor annectuntur.

Sexus Maſculinus, & Fœmininus.

SEXVS, ÆTAS, ANNI tempus, Regio.

IN EADEM ſcilicet ſpecie ob diverſa munia, Mas calidior & ſiccior activi partes obtinet: fæmella paſſivior, humidior & frigidior, materiæ reſpondet. Et quoniam dextra ſiniſtris calidiora ſunt, in vteri parte dextra Maſculi concipiuntur & geſtantur, in ſiniſtra fœminæ. Mas citiùs in vulva formatur, perficitur, moveturque: gracilior, nigrior, hirſutior; habet cavitates ampliores à calore dilatante, actiones perfectiores: movetur expeditiús, ſentit exactiús, nutritur feliciùs, vivit diutiùs.

Frigidiòrem, è contra Fæminam arguunt corporis gravitas & parvitas, craſſities, mollities: albedo, motus tarditas & lentitudo. Neque verò ſanguinis in ſequiori ſexu redundantiam facit copia caloris, ſed imbecillitas ejuſdem diſcutientis. Quod ſi interdum Mulier mare calidior exiſtit, id omninò per accidens eſt à majori ſanguinis copia. Si illa iterum iracundior, non id calori cordis tribuendum, ſed imbecillitati judicij. Nubilis tamen evadit ante virum, quia ſemen ejus, vt ſit prolificum, minorem poſtulat elaborationem. Salacior eſt, ob imperfectionem, imbecillatem & imprudentiam. Frigoris quidem impatientior, ab eo tamen minùs læditur; ob cutis denſitatem, & temperamenti ſimilitudinem.

Ætates variæ.

ÆTATVM differentia ſumitur à mutationibus corporis, dum tendit ad in-

teritum. Ideoque illarum limites admodùm incerti, pro temperamentorum & humorum differentiâ. Cenſentur DOGMATICA.

Quattuor præcipuæ.

POTIORES { *Adoleſcentia, Iuventus: Virilitas, Senectus.*

A*Doleſcentia* calida & humida Veri analoga, ſanguine abundans, producitur ferè in annum vicecimum quintum; quo tempore ſiſtitur incrementum, oſſibus per ſiccitatem induratis. Comprehenduntur *Sub ea* Infantia ad VII. annos, Pueritia ad XIV. Pubertas ad XVIII. Adoleſcentia ad XXV. Egregiè verò Hippocrates; Pueros notat calidos & humidos, Adoleſcentes calidos & ſiccos: Viros ſiccos & frigidos, Senes frigidos & humidos. Exinde Infantia humeſcit, pubertas hirceſcit, Adoleſcentia floreſcit, Iuventus viget: Virilitas robuſta, Senectus miſera, ſaltem poſt viridem. Declinans, ac multò magis decrepita, cui mors naturæ terminus eſt ac limes. 1. Adoleſcentia. Continet Infantiam, Pueritiam, & Pubertatem. *Libr. de Diæt. numer. 13.* *Amplius cor. lab. & dolor. Pſal. 89.*

NIHIL verò ſuper Hominum ætate dignius obſervatu, quàm *Anni Climacterici*. Cùm ſcilicet, velut per ſcalæ gradus, variat notabiliter Hominis ætas. Hebdomadici vocantur & Enneatici, quia per ſeptem & novem annos ea mutatio recurrit. Eo charactere ſignatur 7. 9. 14. 18. 21. 27. 28. 35. 36. 42. 45. 49. 56. Proptereaque omnium perículoſiſſimus 63. ex ſeptem & novem concurſu abſoluto. Anni Climacterici.

His Microcoſmi ætatum periodis reſpondent in Macrocoſmo Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems. Quattuor ſcilicet anni *Tempeſtates*; quæ acceſſu ſolis ac receſſu, humiditatem, calorem, ſiccitatem, frigus ſecundùm varias *Regiones*, variè temperant; prout eas præclarè diſtinguit Hippocrates libro de Diæta ſecundo. Anni tempeſtates, & locorum regiones.

HARUM igitur Partium ſimilarium temperatione, diſſimilarium apta compoſitione: tum ſpiritu fuſo per totum Corpus, præcipuoque inſtrumento calore naturali, exercent vitæ functiones Animalia, quibus nomen ab anima eſt.

ANIMA TRIPLEX.

TITULUS XXXVII. *Anima, & vita triplex.*

NEMPE Plantarum Vegetativa, Brutorum Senſitiva, Hominum Rationalis; ita ſimul connexæ, vt poſterior priorem includat. Vnde Rationalis, tametſi vnica ſimplexque, multis tamen ſe prodit vijs ſeu virtutibus; per quas ſuas exerit actiones vel per ſe ſeorſim, vel dependenter à corpore. Ad id tres præcipuè, deſtinatæ ſunt

FACULTATES { *Naturalis, ab Hepate: Vitalis, à Corde: Animalis, à Cerebro.* Tres facultates.

Singulis ſua ſeorſim organa. *Naturali* venæ, vitali arteriæ, animali nervi. 1. Naturalis.

FACULTAS NATURALIS viventium omnium communis, reliquorum velut baſis & fundamentum; quas vſu, & tempore præcedit. Interdum Vegetatrix, à communiori, ſed non digniori, officio nuncupatur. Aliæ ſub ea contentæ.

SUBSUNT { *Principes, & Miniſtræ;* } { *Procreatrix, Auctrix, Nutrix.* }

MEDICINA Procreatrix.

PROCREATRIX, Individuum dum propagat, Speciem conſervat. In vtero dominatur, ex ſemine & menſtruo novam generans ſubſtantiam; cui *Auctrix*, *&* *Nutrix* famulantur. Sedes illi Iecur, Teſtes officina. Generatio non eſt ſimplex actio, ſed compoſita ex alteratione & formatione, ideoque duplex; Immutatrix, & Conformatrix.

Generatio duplex.

PRIMA ſubjectam materiam commutat: aptamque facit ad os, nervum, carnem, &c. Atque vt illa Partes ſimilares producit, ita hæc organicas. Illa primis qualitatibus, hæc cœleſtis cuidam virtuti ac divinæ jure tribuitur. Sed quodnam ſit præcipuum illius *inſtrumentum*, non ſatis liquet. *Aſſignant* nonnulli calidum innatum, alij bonam temperiem; alij organa, alij qualitates. Fortè meliùs ipſa eſt Anima vegetativa, ſemini inſidens. Id quod probare videtur ſimilitudo Parentes inter & Gnatos. Vbicumque verò reſideat ea virtus ἡγεμονὴ, ab ea certè in vtero, velut ſecretiori aulâ,

Præcipuum illius inſtrumentum.

Quattuor actiones.

DELINEATVR { *Conceptio, Formatio: Partus, Similitudo.*

Conceptio.

CONCEPTIO concurrente vi ſeminis fæminæ & maris, vt tertium quidpiam in eadem generetur ſpecie; cum hoc diſcrimine quod mas in alio, fæmina in ſe generat. Fit ſeminum optima temperie & miſtione debita, menſtrui copia & temperie requiſita, vteri congrua temperie & conformationem. Ante enim omnia requiritur *Semen* fœcundum, moderatum, ſpirituumque benignitate perfuſum. Quapropter ad procreationem inepti ſunt Pueri, Seniores: Ebrij, Ægri, &c. Et ſemen morboſum, molam generat. Requiritur deinde bona *Temperies*, & ſymmetria partium genitalium tum maris, tum fæminæ. Adverſantur ſiccitas, æſtus inmodicus: humoris copia, & cætera quæ fœtum obruant. Poſtremò vt *Vterus* ſemen exceptum ſuo foveat calore, vique ingenita ad agendum excitet. Illuc ſanguis menſtruus concurrit ad conformationem, augmentum, & alimentum fœtus. Cætera rimari vetat naturæ reverentia.

Semen. Temperies. Vterus.

Quattuor in formatione.

FORMATIONIS GRADVS SVNT { *Genitura, Conceptus, Embryo, Fœtus, Partus.*

1. Genitura. Membranæ tres.

IN *Genitura*, quoties vincit ſpecies ſeminis, germen complectuntur *Membranæ tres*. Χόριον, velut corona ſeu ſecundina, tenuis, valida tamen, circumdat. Hanc inter & fœtum Ἀλλαντοειδὴς, inſtar faſciæ, anguſtior, cingens Infantem, ab οὐράχῳ vrinam excipit. Ἄμνιος toti fœtui contigua, ſudorem excipit; quo velut oleo, tenella gemmula perungitur.

2. Conceptus. 3. Embryon. 4. Fœtus.

Conceptus tum exoritur, cùm indigeſtum & rude coagulum cerebri, cordis & jecoris apparet; tuncque κύημα dicitur. Cum eminent magis, fit Embryon; donec diſtincta, poſtmodumque abſoluta Partium delineatione, vocatur Παιδίον ſeu fœtus. Acceleratur maſculinum opus, à majori calore per triginta dies. Retardatur fæmineum, ad duos ſupra quadraginta; quanquam iſtud augeſcit citiùs ab humiditate, trinam dimenſionem juvante. Productis poſt alias Partes vnguibus, fœtus incipit *moveri*, ac mas quidem, vt plurimùm tertio menſe, quarto fæmina: ille motu vehementiori, hæc imbecilliori. Sic abſoluto fœtui humano *Anima Rationalis* ἔξωθεν & ἄνωθεν infunditur. Ingreſſa domicilium ita perficit, vt facultatum cæterarum principatum obſcuret, & obeat; vbertate tamen humoris ſopita, nulla propemodum actione clareſcit. Taudem *Partus* contingit, cum ſanguis menſtruus fœtui nutriendo ampliùs non ſufficit: & cordis calor, citra liberioris & frigidioris aëris inſpirationem, ſervari nequit. Tunc enim jam robuſtior fœtus, calcitratu ſuo membranas, ſecundaſque diſrumpit: & capite prælabente, vt-pote graviore, vteroque ad nimium pondus dehiſcente, per viam admodum lubricam & humidam, emittit ſe in lucem *Puer*. Fructum diceres maturum, ex arbore propria vi delabantem.

Motus. Animæ Rationalis infuſio. 5. Partus.

Cæteris paſſim Animantibus vnum concipiendi , vnum & pariendi *tempus.* Soli propemodum mulieri varius , à cauſis varijs. Qui tamen naſcitur ante ſeptimum menſem , vitalis non eſt , defectu roboris. Primus igitur menſis τοκιμὸς , eſt ſeptimus ; quo fœtus omnibus numeris abſolutus eſt , & vitalis. Octimeſtris , quoniam debilitat ſe nouo exeundi conatu ; vix , niſi in Ægypto , vitalis eſt. Nonimeſtris omnium creditur fœliciſſimus. Interdum autem ad *decimum* menſem producitur partus , etiam ad vndecimum. Vltra quem Hippocrati cenſetur innaturalis. At verò Iuriſconſulti legitimum præſumunt vſque ad annum integrum.

Tempus patiendi.

A conformatione partium in fœtu , exoritur liberorum cum parentibus triplex

Triplex inter natos & parentes ſimilitudo.

SIMILITVDO ; IN { *Specie,* *Sexu,* *Individuo.* }

PRIMA ſimilitudo ſpeciei , cauſarum naturalium ſequela eſt. Quæ enim vniuocæ ſunt , ſimiles ſemper effectus procreant ; niſi cum exorbitant in monſtra, quæ naturæ ἁμαρτήματα paulò antea cum Hippocrate nuncupaui. Neque tamen *externæ* ſimilitudini ſemper credendum. Proptereaque obſeruatur non illegitimè , ſimias interiùs homini diſſimillimas , porcos ſimillimos.

1. Speciei.

Externa interdum fallax.

Sexus ſimilitudo in ſemen, validum aut debile, ſolet refundi. At licet non diffiteat naturam ſemper meditari perfectiora, eam tamen nego in maſculos idcircò ſemper eniti. *Fœmina* ſiquidem tam neceſſaria geneſi eſt,quam mas ipſe. Sequior certè ſexus , quemadmodum læva omnia , deffectu caloris debilior comperitur. *Vnde fœminæ nuſquam viſæ ambidextræ* raròque viuunt mas & fœmella ex eodem partu. Quidquid demum ſit , adeò paruum *diſcrimen* intercedit inter ſexus ; vt in prima Hominis fabrica , veteris Theologiæ , *Androgynum* ſacra Geneſis repræſentet.

2. Sexus.

Mulier non per accidens.

Diſtinctio accidentalis.

Maſcul. & Fœmin. creav. ill. & vocav. nom. illor. c. 5.

Individui ſeu effigiei ſimilitudinem efficit vis formatrix , impreſſa σπέρματι quod totius corporis, præſertim ſpirituum , effluxio eſt. Super accedunt calor natiuus , ideæ particulares , cæleſtium influxus , præ cæteris vis IMAGINATRIX. Ea ſiquidem , præſertim in Homine , nobiliſſima potentiſſimaque cum exiſtat , depingit in fœtu ſimilitudines diſſimillimas. Objectis namque rerum ſimulacris ciet primò cum motu , cordis appetitum. Hinc agitatione valida, humorum ac ſpirituum efficit alterationem ; quæ in partibus tenellis , velut ceræ ſigillum , imprimit imaginem jam priùs ſpiritibus inditam. *Patet* id in ouibus Iacobi , ex objectis virgulis variegatos agnos enitentibus. Pauones ſimiliter & Gallinæ , ſi pullis dum incubant linteis albis operiuntur , albos pariunt. Princeps illa Æthiopica , pueri candidiſſimi mater euaſit ; ex inſpectu tabellæ , in qua Galenus pulcherrimum infantem pingi curaverat.

3. Individui.

Imaginatricis Vis & effectus.

Exempla *Geneſ.* 31.

Ab eodem ſcilicet fonte morbi, moreſque *hæreditarij* à parentibus in liberos ſæpiſſimè defluunt. Major etiam prolis ſimilitudo *cum matre* , iſtiuſque in illam miræ propenſiones. Nam vt taceatur modò factum Salomonis prudentiſſimum , quo vera mater innotuit ; Lacædemones narrat Herodotus , Regem mortuo , è duobus Liberis poſthumis primogenitum agnouiſſe ; ex cura quam lauando , lactando , veſtiendo , Regina Mater nihil ſimile cogitans , ſecretò naturæ inſtinctu , Euriſtheni priuſquàm Procli impendebat.

Morbi & mores hæreditarij

Similitudo cum matre

3. *Reg.* 3.

Libr. 6.

Sed & *luſus* videtur naturæ. Ea *nimirum* Pictoris , meliùs Numinis inſtar, partus ſuus adeò ſimiliter diſſimiles gaudet effingere ; vt omnis rerum ſimilitudo aliquo ſemper χαρακτηριστικῷ diſtinguatur , immò & plura ſemper diſcrimina intercurrant. Quamobrem nec caſus ipſe reijciendus hac in re videtur. Cogita Pictorem illum qui projectu aſſulæ pictoriæ in tabellam , ſpumam ex ore equi ferocioris caſu affixit , quam arte ſua aſſequi nuſquam valuerat. Cogita & illum juuenem Amaracum , varia vnguenta in calatho geſtantem. Lapſu enim illius , fractiſque vaſculis commixta tot vnguenta, odoramentum præſtantiſſimum confecere. Haud ſecùs tot varia in geneſim intercurrentia, variant quoque in fœtu tum ſimilitudines , tum diſſimilitudines. Vide fratres

Ludens in orbe terrar. Proverb. 8.

Caſus.

Rom. 9. llos gemellos, ex eodem etiam concubitu, jam in matris Rebeccæ vtero pugnaces, perque omnia diſſimillimos. Vide ex adverſo, alios alijs vſque-adeò ſimiles; vt patres, matres, nutrices, vxores, reges, populos ſæpiſſimè fefellerint. Similitudo Nepotum. Præterquam quod *nepotum* major plerumque ſimilitudo exiſtit cum avis & avunculis, quàm cum ipſis Genitoribus. Nempe vis ſpitituum & calor, occaſione aliqua primùm impediuntur. Paulatim verò cocti deinceps, defæcati, & elaborati; validiùs poſteà operantur, ideoque à vi majore, major quoque Quomodo ea peragit imaginatio. redit ſimilitudo. Id igitur totum partim à ſpiritibus, partim ab *imaginatione*; cujus modum agendi ac fermè miracula, hic tantiſper interſerere non erit præter, extrave propoſitum.

INTIMO animæ ſimul & corporis commercio, bona omnia perinde ac mala habent duæ illæ Hominis partes, inter ſe communia. Vis itaque imaginatrix interiùs exteriùſque varias ſubinde recipit imagines, idolaque diverſiſſima. Ea mox movet agitatque ſpiritus, velut potiſſima ſuarum actionum organa. Illos autem maximè ciet in geneſi, cui validiùs incumbit natura, ac vehementius inſudat. Illi porrò ſpiritus, vtpote orti à cerebro, impreſſas ab imaginatione effigies retinent. Aliunde eximia intercedit cognatio cerebrum inter & matricem, per nervos. ſextæ, conjugationis. Iſthic autem jacet fœtus, adhuc mollis admodum & tenellus. Imaginatrix itaque per facultatem motricem, quæ illius miniſtra eſt, abundantiùs pellit in ea ſecreta copiam humorum ſimul & ſpirituum; à quibus cædemmet figuræ quas à phantaſia receperunt, tenello fœtui, velut ceræ ſigilla, imprimuntur.

AB ijſdem nimirum principijs, ſignantur fœtus ex matrum deſiderijs intem-Alij effectus diversi. peſtivis. Naſcuntur ſolemnes illæ à natura amicitiæ, inimicitiæ: ſympathiæ, antipathiæ. *Faſcinatio*, non atra ſolùm, quam projecti ad omne ſcelus, moliuntur inito fœdere cum Dæmonibus, ſed etiam vulgaris. Sunt nempe quibus natura ex inſito vel adventitio corporis habitu, vim *maleficam* noxiamque qualitatem inſtar veneni indidit. Hanc à ſe variè per ſpiritus ejaculantur oculis, totave facie, aut alia corporis parte; vicinum aërem ſic inficientes, vt quos attingetint lædant. Attingit autem ea labes corpora præſertim mollia, & corrumpi facilia. Vnde illud Poëtarum doctiſſimi.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos?

Eglog. 3. Sed & tetrum illud vitus ineſt potiſſimùm *fœminis*. Ac illis præcipuè quæ duplices habent pupillas, vel dum conſuetudines patiuntur, vel vbi effœta ſunt ætate. Immò interdum jam *tota vna Familia*, hac tabe inficitur, que-Oculi. madmodum aliæ ſunt averruncæ. Porrò faſcinnant præcipuè oculi. Ratio vicinior eſt, & copia ſpirituum maximè ſedet in extremis, imaginatio illic L.2. non vna, nec obſcura. Venenum abundantior.

Daniel. 4. *Lycantropia*, Herodoto memorata; quâ & à DEO punitum Nabucodonoſorem, ſunt qui interpretantur. Phreneſis, melancholica & *hypocondriaca*. Incubi & ſuccubi per ἐφιάλτην, ſomnambuli ſeu Ὑπνοβάται. Raucedo, ſic *Mævim* *Eclog. 9.* *lupi videre priores*. Morbi complures per venenatos ejuſmodi ſpiritus, phantaſiâ adjutrice, communicati, fortè & interdum ſanitates. Tanta videlicet exiſtit vis illa in Homine Imaginatrix, vt Dæmonum operas & miracula ſæpiſſimè exæquet.

IAM ab vtero, facultati procreatrici *Auctrix* adjungitur.

FACVLTAS AVCTRIX.

TITVLVS XXXVII. *Quomodo augeantur fœtus.*

ILLI propria eſt *Accretio*, ſeu partium ſolidarum in tres dimenſiones extenſio. Ad hanc requiruntur *tria*. I. Vt fiat novi corporis, ſeu alimenti acceſſione, vnde fortè eadem eſt cum facultate nutrice. II. Vt quod augeſcit, ſalvum perſiſtat, partiumque ſoliditas & forma ſervetur. Augetur enim quod forma prædictum eſt, idem manens ſaltem ſecundùm formam. III. Vt ſecundùm trinam dimenſionem fiat accretio, quæ ſola naturæ lege conſtat. Quare pili, lapides, extenſa corpora non propriè augentur. Spectanda porrò

Facultas Auctrix tribus conſtat. Tria conſiderat;

IN ACCRETIONE; { *Subjectum*, *Cauſa efficiens*, *In quo fit Auctio*.

SVBIECTVM eſt corpus vivens procerius evadens, ſaltem ſecundùm partes ſolidas. Cauſa *efficiens* eſt vis auctrix, quæ nativi caloris ope humidum ſingulis partibus inſitum, tanquam materiam, in earum incrementum vſurpat. Hoc itaque humido ceſſante, ceſſat ejus actio; non abolita vi ejus, quæ ſemper carnem auget, ſed ſubjecto renitente. Vel id fortè evenit ex naturæ providentia, quæ ſuis ipſa actionibus limitem præfigit. Id demum quo fit actio, materia eſt & inſtrumentum.

1. Subjectum. 2. Efficiens. 3. Inſtrumentum.

NVTRIX facultas, cæterarum ſcilicet adminiſtra, Auctrice vt ſupra ceſſante, ſola regit Animal ad mortem vſque; adeò nunquam ferians, vel otioſa. *Finis* ejus eſt ſubſtantiam repaſtinare in locum defluentis, vi tum aëris ambientis, tum caloris humidum radicale depaſcentis. Neque tamen propterea ſempiternum eſt Animal. Nam deterius in dies reponitur ſupplementum, ſimile quidem in ſpecie, non in gradu præſtantiæ.

Facultas nutrix. Finis illius.

Actio illius, *Nutritio* eſt. Definiri poteſt expletio ſubſtantiæ defluentis, vel converſio alimenti in ſubſtantiam corporis. Hæc mutatio, conſervans naturam meliorem numero eandem; perfectio potiùs dicitur, quàm prioris ſubſtantiæ interitus. Hinc à generatione *diſtinguitur*, *quod* ex alimento nulla pars corporis oritur, ſed ipſius formam ſibi ab eo communicatam inducit: per generationem verò, nova forma tot acquiratur. Quod non impedit, quin nutritio & particularis quædam generatio dici queat; quâ talis ſubſtantia gignitur, qualis eſt ea quæ nutritur. Eſt autem triplex. I. Habitum corporis conſervans, reponit tantum quantum effluxit, quod fit in ſanis. II. Extenuans, vires imminuit, vt in Ægris & Senibus. In his ſiquidem ob tenuem victum & calorem; quæ fluxit ſubſtantia, non omninò reparatur. III. Saginans convenit Attenuatis, habitum priſtinum nunquam recuperaturis; niſi ſit liberalior natura in reponendo, quàm in vacuando.

Nutritio. Diſtincta à generatione. Triplex eſt; Tria in nutritione.

NVTRITIONI INTERVENIT { *Alitum*, *Alens*, *Alimentum*.

NAM ſicut non alitur niſi Corpus animatum, ita etiam alitur neceſſariò quamdiu vivit. Nam dum exanguia tota hyeme, & Homines multo tempore abſtinent; calori languido ſat multa ſuppetunt viſcida, in quibus

1. Alitum;

MEDICINA
2. Alens.
3. Alimentum triplex.

conficiendis occupetur. Alit verò Nutrix Facultas, ope caloris nativi. Tandem alit cibus futurum alimentum, ſanguis quod eſt proximum actu nutriens.

FAMULANTUR. { *Attractrix, Retentrix, Coctrix, Expultrix:* *Appetens, Alterans, Secernens;*

Hippocr. lib. de flatib. numer. 5.
Attractrix. Septem auxiliares.

COMMUNES vocantur, quæ organis publico munere fungentibus, inſident: illiſque & primis qualitatibus, vt inſtrumentis, ad ſuas functiones vtuntur. Ac villis quidem rectis vtitur Attractrix, obliquis Retentrix, tranſverſis Expultrix. Coctrix verò ſolo calore, quia motu non indiget. *Propriæ* ſingulis partibus, ſuo tantùm commodo ſtudentibus, facultates inſitæ ſunt quattuor, ad hoc qualitatum miniſterio vtentes.

Communes.
Propriæ.
Opitulantes.

Moderati caloris præſidium, omnibus eſt opportunum. Siccitas ſoli coctrici nocet, reliquis inſtrumentorum duritiem poſtulantibus opitulatur. Frigus per ſe omnibus adverſatur, per accidens firmat retentionem conſtringendo. Coctrix nullo, vt aiebam, motu indigens, calore gaudet juncto humiditati.

Attractrix.

Facultatum igitur nutritivarum prima eſt Attractrix. Per eam videlicet ſingulæ Partes Corporis ſuccum familiarem, & ſubſtantiæ proprietate cognatum alliciùnt. Ita etenim ſimilitudo appetitum, hic attractionem movet. Ita-vt pro rerum & partium natura, varietate, numero ſit multiplex; nec enim omnibus ijdem cibi, eædem deliciæ. At quoniam Tractio fit tum ſucceſſu corporis ne detur vacuum, tum etiam convenientiâ & cognatione; priori modo arteriæ de foris aërem, à venis ſanguinem trahunt leviorem, ſimulque viciniorem. Poſteriore, partes ſingulæ cognatum ſanguinem, etiam eminùs, cùm delectu pelliciunt. *Finis* Attractionis, voluptas & nutritio eſt; vſqueadeò-vt partes aliquæ ipſa etiam excrementa trahant, his oblectandæ qualitatis cujuſdam affinitate.

Agit dupliciter.
Finis.
Calor.

Inſtrumentum trahendi, *Calor* eſt. Is ſi comitem habuerit ſiccitatem & partis firmitatem, validiùs trahet. Trahit autem à venis, nunquamnon ſanguine repletis, jecore ſemper ſanguinem conficiente: & vi expultrice, illum ad extremas partes propellente. Quod ſi venæ ita fuerint oppletæ, vt miſſum ab hepate ſanguinem non poſſint admittere; ſæpè aut vas aliquod rumpitur, aut calore obruto mors repentina conſequitur.

Vnde.
Retentrix.

RETENTRIX fruitur attracto cibo, donec ſit aut concoctus, aut tandem evacuandus.

Coctrix.
A quo? Cur.
Quomodo?

COCTRIX alimentum diſſimile veteri exuens naturâ, in propriam coquentis qualitatem immutat. Ad quod requiritur calor activus, ſubjectum patiens, tempus ſufficiens. Coquuntur autem Alimenta, vt fiat nutritio: Humores, vt proſint; Excrementa, vt abigantur. Fit verò à calore, & partium proprietate. Fit autem primò per Chiloſim in ventriculo, deinde per hæmatoſim in jecore, poſtremò per homeoſin; quando ſcilicet jecore ſatiato ſanguine, reliqua pars in venam-cavam propellitur, ab hac in totum corpus diffundenda. Non prolabitur ſua ſponte, vt aqua per rivulos: ſed vi jecoris partim pellitur, partim à cæteris partibus exugitur. Ita-vt quæque pars ſibi magis conſentaneum depromat ſuo modo percoquendum, vt facile in ſuam ſubſtantiam convertatur. Indeque ſanguine *variè aluntur, jecur rubicundo & craſſo*, ſplen ſubtili ſed nigro, renes ſeroſo: cor craſſo, pulmo tenui & vaporoſo, cerebrum pituitoſo; oſſa terreſtri, ligamenta viſcido.

Varia ſanguinis alimenta.

Hoc autem differunt Partes carnoſæ, à ſpermaticis; quod illæ quamprimùm, hæ non citra numeroſam mutationem alantur. Vnde Partes omnes ſanguine quidem nutriuntur vel proximè, vt carnoſæ: vel ſeminalis materiæ interventu, vt ſpermaticæ; cùm vnumquodque nutriatur ex his, ex quibus conſtat. Perfecta igitur nutritio quæ HOMEOSIS dicitur.

Quomodo fit homeoſis.

ABSOLVITUR { *Roris diſperſione, appoſitione:* *Agglutinatione, Converſione.*

DOGMATICA.

Facultas Expultrix. Excrementa,

AT quoniam diſſimilia alimenta excrementitia ſunt, ne illorum camarinâ inficeretur Corpus, illis ſecernendis & expurgandis inſtituta eſt FACVLTAS EXPVLTRIX ſeu Secernens; adjuta tum calore nativo, tum fibris tranſverſis. Nam cùm propria ſint ſingularum actionum *Excrementa*, fæcibus ex prima coctione purgandis Inteſtina, maximè craſſiora, dicata ſunt. In ſecunda bilem expurgat veſicula fellis, lien fœces melancholicas, renes ſerum. Tertiæ coctionis tenue per ſudorem, & inſenſibilem evaporationem erumpit: craſſum ſordibus euti adhærentibus & fuligine, quæ pilorum materia eſt.

Vtilia, & inutilia.

INSVNT & quibuſdam Partibus *privata* Excrementa. Illaque vel vtilia; cujuſmodi lac mammis, ſemen teſtibus, medulla oſſibus, ſaliva tonſillis. Vel inutilia, vt mucoſa & aquoſa è cerebro fluentia. Hæc cùm diu non poſſint retineri citra corporis offenſionem, connitentis alicujus partis robore foras excluduntur; vt in ſternutatione, & emunctione. Secundo deinde loco ſuccedit *Facultas Vitalis*.

VITALIS FACVLTAS.

TITVLVS XXXVIII. *Facultas Vitalis explicatur.*

ILLA nimirum à corde per arterias, cum calore & ſpiritu, in vniverſas partes illabitur: harum facultates conſervat, inſitum calorem inſtaurat, & ad agendum impellit. Illi

Tria complectitur.

ANNECTVNTVR { *Vis pulſifica*, *Reſpiratio*, *Paſſiones*. }

Etenim Animantium ſanguine præditorum calor vberrimus à corde influens, ne ſuffocatus extingueretur aut nimiùm incaleſceret; ventilari, refrigerarique debuit attracto aëre, & per accidens expulſa fuligine. Itaque per reſpirationem, cordis maximè, calor conſervatur per vim pulſificam. Cujus propria actio *pulſus* eſt. Ac ille quidem primò cordis, deinde arteriarum; quæ diſtenſione & contractione moventur à facultate vitali, quo nativi caloris mediocritas in corde retineatur, in cerebro autem ſpiritus animalis generetur. Hoc etenim pulſu cerebrum per ſe ineptum ad motum, arteriarum ope movetur.

Vis pulſifica: Pulſus duplex.

Cordis Diaſtole, & Syſtole.

Licet verò cordis & arteriarum motus ſimul ſint, cordis tamen motus prior naturâ cenſetur: conſtatque duobus motibus, contrarijs inter ſe. *Diaſtole* cor, & arteriæ quoquè verſum diſtenduntur. *Syſtole* contrahuntur, quiete non nulla intercedente; quandoquidem Natura nunquam motum contrarium exorditur, niſi ſedato priori, & adepto fine qui quies eſt.

Efficiens.

Cauſa *efficiens* pulſus, vis eſt à corde manans in arterias quæ ſunt duo illius inſtrumenta. Hinc cordis ſubſtantia dura, & fibris conflata; vt ſe contrahat, dilatet: actioniſque continuitatem toleret, & vehementiam. Vſus ejus, duplex. Prior, vt caloris ſymmetria ſervetur tam aëris frigidi per diaſtolem tractione, quàm fumidorum excrementorum, quos vaporum vſtione progenerat, per ſyſtolem expulſione. Poſterior vt ſpiritus animalis generetur, ejus materiâ per aeris mixtionem temperatâ.

Vſus duplex.

Reſpiratio.

RESPIRATIO; operatur vtrumque. Ejus ſiquidem eſt aëris tum inſpiratio tum expiratio, ad cordis ardorem temperandum comparata. Inſpiratio diaſtole analoga, thorace dilatato, aërem in pulmonem trahit. Exſpiratio ſyſtoli reſpondens, fumea cordis excrementa foras excludit. His nempe duo-

MEDICINA

bus alternis motibus, gemina quiete diſtinctis, tota peragitur reſpiratio. Illius autem exiſtunt

Reſpirationis cauſæ tres.

CAVSÆ TRES { *Efficiens*, *Inſtrumentalis*, *Finalis*.

Efficiens.

EFficiens facultas animalis à cerebro, à quâ tam libera eſt, quàm loqui: ſed ratione vſus neceſſaria, non ſecùs ac egeſtio. Libera, inquam, etiam dum dormitur; non ex electione, ſed inſtinctu abs Naturæ providentia. Ac licet vivente Animali, Reſpiratio non poſſit aboleri; attamen in pluribus ſymptomatis nullam ab ore prodire reſpirationem, ſed ſervari calorem ſola tranſpiratione vicariâ reſpirationis, quotidiana docet experientia.

Inſtrumentalis triplex.

Inſtrumenta reſpirationis triplicia I. Nempe diaphragma, facili reſpirationi ſufficiens: & thorax muſculis dilatantibus, & comprimentibus agitatus. II. Deducentia, vt nares & aſpera arteria. Siquidem aëris portio minor ad cerebrum, major ad pulmones attrahitur. III. Præparans, pulmo hauſtum aërem elaborans, cordique apparans; ne ejus frigiditate, vel impuritate offendatur.

Vtilitas duplex.

Vtilitas duplex. Præcipua, inſiti caloris cuſtodia; qui inſpiratione ventilatur, & expiratione purgatur à fuliginoſis. Deinde nutricatio ſpiritus animalis, & vitalis. Animalis quidem violentis motionibus abſumpti, nutriti tamen tum aëre attracto, tum ſanguinis evaporatione. Vitalis verò quòd vel aëris ſubſtantiâ, aut ſaltem qualitate non quidem verè nutriatur: vt potè inanimatus, ſed reparetur.

Tres aliæ facultates.

ADIVNGITVR hîcà Medicis Facultas *Concupiſcibilis* in Iecore, *Iraſcibilis* in Corde; quibus proprium reſervamus, in Morali, Digeſtum. Vltima igitur & tribus reſtat *Animalis facultas*.

TITVLVS XXXIX. *Facultas Animalis deſcribitur.*

FACVLTAS ANIMALIS.

SIC appellatur, vel quia ſolis ineſt Animantibus: vel quod omnium digniſſima eſt, cujus ſcilicet imperio cæteræ ſubjiciuntur; adeò vt à præſtantiſſimo munere, *Ratiocinatrix* Galeno nuncupetur. Quam quoque ob cauſam in Cerebro, velut in arce, collocatur. Hujus præcipuum inſtrumentum, eſt *Spiritus Animalis*; quo per nervos tranſmiſſo, ſenſus motuſque perficiuntur. Illius ideo vis triplex exercet Sentiens exteriùs, Motrix voluntariè: Princeps phantaſticè, & rationaliter.

Inſtrumentum ſpiritus animalis. Vires tres.

Tria ad ſenſum requiſita.

AD SENSVM REQVIRITVR { *Facultas*, *Inſtrumentum*, *Objectum*.

SENTIENS facultas, nulli parti inſita eſt. Sed à cerebro per nervos, ſpiritu comite, ad ſingula confluit ſenſoria; quorum alterationes primò ſuſcipit, Communique ſenſui de ſingulis judicaturo, diſtribuit. Ideo dividitur in Internam, & Externam.

Interna & Externa. Senſus-Communis.

INTERNA, ſenſus eſt *Communis*, eadem apud Medicos potentia cum phantaſia. At ſenſus *Externus*, ſpecies objectorum per organa corporea extrinſecùs percipit. Ejus idcirco juxta organorum & objectorum varietatem, *quinque* ſunt differentiæ. Ita vt Senſus illius Interioris, hi quinque externi totidem,

veluti ſatellites, adnumerentur. Senſus non alijs quàm præſentibus moventur. Internus, rei quoque abſentis conſervat imaginem. DOGMATICA.

Ambobus inſerviunt *Inſtrumenta duo*. Alterum deferens ſolidum eſt, vt nervus. Alterum ſenſorium vaporoſum, vt ſpiritus animalis. *Senſorium* verò illud nominatur in quo rerum externarum ſpecies abſque materia, viſque ſentiens vnà cum ſpiritu recipitur. Eſtque Viſui igneum ac pellucidum, Auditui aëreum, Olfactui vaporoſum, Guſtui liquidum, Tactui terrenum. Quinque ſenſus exteriores. Inſtrumenta duo. Senſorium quid. Quale. Objecta.

Illos porro quinque ſenſus movet

OBIECTVM DVPLEX;	*Per ſe*, & *Per accidens*.	*Proprium*, & *Commune*.

PROPRIVM à nullo alio percipitur, & circa illud ſenſus (modò rectè affectum ſit organum, juſtaque diſtantia) nunquam vnquam fallitur. *Commune* pluribus obijcitur; vt motus, figura, &c. Proprium.

Per ſe, vt lumen & color. *Per accidens* verò cum ſubſtantia non cadit per ſe ſenſum, ſed ratione qualitatum quibus afficitur. Nihil hoc à me loco ſigillatim addetur, de quinque *Senſibus Externis*; quoniam ſinguli, quantùm ſatis alibi expenduntur. Sicut & Princeps facultatum RATIO, ſola Diſciplinarum compos, ideoque Cerebri Inquilina. Senſus Externi. Ratio. *In Theolog. Part 4.*

EA COMPLECTITVR	*Phantaſiam*, *Memoriam*, *Ratiocinatricem*.

Tria amplectitur.

PRIMA tantò melior, quantò cerebrum calidius & humidius nacta fuerit. Secunda quantò cerebri ſubſtantia temperatior, & firmior. Tertia, rerum notiones à materia abſtractas ſpeculatur.

SPIRITVS.

TITVLVS XL. *Spiritus natura, & proprietates.*

FACVLTATVM porro omnium vehiculum, primumque obeundis functionibus Inſtrumentum eſt *Spiritus*. Temperie quidem calidus, ſubſtantiâ tenuiſſimus, in agendo celerrimus. Animæ cum diſpari Corpore jungendæ & conciliandæ, fovendoque calori aptiſſimus.

DVPLEX EST;	*Fixus*, & *Influens*,	*Naturalis*, *Vitalis*, *Animalis*.

Quotuplex.

FIXVS prodiens ex ſemine, ſolidis partibus ab ortu inſitus, à queis in carnoſas propagatur; quæ vt temperamentis & actionibus diſtinguuntur, ita proprium ſpiritum ſingulæ obtinent. Spiritus illius & caloris innati, eadem eſt ſubſtantia. Itaque calor innatus eſt humidum primigenium, ſpiritu inſito & calore perfuſum. Reficitur autem ne vaneſcat, à principibus partibus, quæ novos ſpiritus jugiter infundunt. Quare vt tres ſunt Facultates, ſic totidem Fixus.

MEDICINA - Naturalis. Vitalis. Animalis.

egent vehiculis; quibus ex ſuis quæque fontibus, per certos canales in corpus vniverſum dimanarent. *Naturalis*, à jecore per venas vim naturalem in partes longè diſſitas devehit. *Vitalis*, à corde per arterias influit aſſiduè. *Animalis*, à cerebro per nervos profectus, partes ſenſus & motus compotes irrigat.

Itaque Naturalis Spiritus vapor eſt ex benigno ſanguine emergens, vitali generando neceſſarius. Is primò facultatis vehiculum eſt, ſecundò alit ſpiritum qui ſingulis Partibus eſt congenitus. Vitalis in corde genitus, partium ſymmetriam conſervat: fovet, & actiones perficit. Animalis temperiem & perfectionem adeptus in cerebro, in ſenſus motuſque organa impetu concitatiſſimo diſcurrit, vim illis animalem communicaturus.

HACTENVS conſtitutum Animal, Homo præcipuè, quà Medicis objicitur vt ſanitatis capax; conſiderari mox debet, vt *Morbis* obnoxius. Id verò præſtant Tituli conſequentes.

PATHOLOGIA,

TITVLVS XLI. De Morbis.

ET ÆTHIOLOGIA.

ILLA occuppatur circa πάθους, ſeu morbi affectus. In illis conſiderantur Morbi, morborumque Cauſæ, & Symptomata. *Morbus* affectio eſt præter naturam, actionem impediens: ſeu ἀμετρεία, habita ratione ætatis, & ſexus. Ejus genera pluſquam trecenta in homine numerantur. Morbus ἐν ἕξει, & inveteratus, difficulter expugnatur: ἐν χέσει & naſcens, facilè. Actiones verò cum ſint partium, in ipſis partibus profecto conſiſtit morbus. Partes ergo læduntur quatenus

Tria conſideranda.

VEL { *Similares, in* εὐκρασίᾳ. / *Diſſimulares, in* συμμετρείᾳ. / *Communes, in* συνεχίᾳ.

MORBVS *ſimilaris* dicitur intemperies ſimplex, vel compoſita. Simplex eſt calida, ſicca, humida, vel frigida. Compoſita, ex illis mixta.

Similaris. Simplex Compoſita.

Quia verò ignotum non ſanatur, Morborum origines rimatur ÆTHIOLOGIA. Cauſæ igitur & materiæ morbi, ſunt exceſſus ſecundarum qualitatum; vt duritiei, &c. Morbi formæ ſunt, quæ veneno innato intimam rei ſubſtantiam depopulantur, dicunturque totius ſubſtantiæ morbi.

ÆTHIOLOGIA.

Varij morbi, ex adverſis principijs.

Cæteræ differentiæ petuntur à circumſtantijs tum rei ipſius, tum rerum annexarum; puta quantitate, numero, compoſitione, ſimilitudine, exceſſu, defectu, moribus, tempore, fine, &c. Vnde *diſtinguntur morbi* connati, adventitij, latentes, aperti; ſimplices, compoſiti, complicati, connexi; ſympathici: diſjuncti, conſequentes, communes, proprij, idiopathici, devteropathici. Acuti, tardi, breves, chronici, leves, acres & violenti, ant inſueti. Maligni, contagioſi, ac peſtilentes. In queis, ſicut & in mulieribus, & alijs quibus corruptio aëris origo eſt, θεῖόν τι, paſſim agnoſcit Hippocrates. Qui & ſapienter obſervat, dolorem dolore interdum ſanari. Sic enim à quartana correpti non ſolùm à magno morbo non corripiuntur, immo & ſi jam correpti fuerint liberantur.

Libr. 6. Epidem.

CAVSÆ quoque Morborum ſunt Innatæ, à quibus Morbi hæreditarij. *Adventitiæ* plures tam internæ, quàm externæ. Internæ ſunt προηγουμένη, antecedens: Συνεκτική, continens. Externa προκαταρκτική, antecedens non immediatè morbum producit, vt ſanguis putridus. Continens quæ proximè morbum excitat, illique comes individua eſt; vt calida intemperies, eſt cauſa continens febris bilioſæ. Procatarctica ſolùm afficiens corpora invalida, aut neceſſaria eſt; vt aër, potus, motus, ſomnus. Aut non neceſſaria, vt ſomnus poſt cibum. *Plethora* omnium humorum æqualis redundantia, vel vnius tantùm; aut venas diſtendit ſanguine, aut vires atterit. *Cacochimia* redundantia reliquorum humorum à ſanguine, copiâ vel qualitate peccantium. Differt à *Cocoëthia*, quia hæc malignitatem habet adjunctam. Differt à *Cacoëxia*, quia hæc eſt corruptela partis, vt in vitiligine.

Plethora Cacochimia.

Cacoëthia. Cacoexia.

Cauſæ calidæ *intemperiei* ſunt πλῆσμα, nimia exercitatio, putredo, &c. Frigidæ, otium, materia, raritas, &c. Morborum ſiccorum aſſumpta, vt acria alimenta: retenta, vt bilis, evacuatio: exceſſus laboris, vigiliæ, &c. Extrinſeca vt ſol, ventus, balnea, &c. Humidorum, ingluvies, labor ſtatim à cibo,

Cauſæ morborum in qualitate.

MEDICINA
Compoſita intemperies.
In Figurâ.

ſomnus, otium, aër ambiens. Et hæ quidem Cauſæ omnes ſi duplici qualitate noceant, efficiunt *compoſitam* intemperiem: quæ eſt vel ſine materia, vel cum materia. Hæc autem oritur humoris vel aggregatione, vel fluxione.

CAVSAS ejuſmodi ſimiliarium, ſequuntur inſuper Cauſæ Morborum partium organicarum. Petuntur à figura, conſormatione, ex calore imbecilliori, motu vehementiori, &c. A cavitate ampliori à rarefactione, laxitate, apetione. Aut anguſtiâ à compreſſione, obſtructione, coalitu. A levitate, & aſperitate; à quibus putrefactio, vt gangræna, refrigeratio: ſectio caſu, aut conſilio. A magnitudine nimia, diſtenſione vt in obeſis; facultatis læſione, vt in hydrope. Imminuta interiùs inopiâ alimenti, cacochimiâ, &c. Exteriùs frigidis, ſtipticis, vulneribus, &c. A vitiata conjunctione, luxatione, ictu, &c. Cauſæ morborum communium, ſive ſolutionis continui, petuntur ab aſſumptis, retentis, diſtentis: pungentibus, ſecantibùs, & alijs.

Symptomata.
Ex læſione actionis.

Hujuſmodi morbos omnes ſequuntur SYMPTOMATA, Affectus ſcilicet præter naturam; quæ morbos conſequuntur, vt vmbra corpus. Oriuntur autem vel ex læſione, quæ tripliciter evenit. Vel enim imminuitur, vt in viſus imbecillitate. Vel aboletur, vt in cæcitate: vel depravatur, vt in hallucinatione. Aliud genus ſymptomatum, oritur ex *retentione* excrementorum; quæ peccant ſubſtantiâ, vt pus, calculus, &c. Quantitate in exceſſu, vt in diarrhæa, hæmorroïdibus. In defectu, vt in ſuppreſſione menſium, vrinæ. Qualitate, quoties ſunt acria, fœtida, &c.

Ex retentione.

Vel morbi, vel morborum cauſæ ipſæ.

Porro ſymptomatum omnium cauſæ ſunt vel morbi ipſi, quo modo intemperies cerebri cauſa eſt vertiginis: intemperies frigida hepatis, cauſa hydropis, &c. Vel ipſæmet morborum cauſæ. Sic timor cauſa tremoris eſt, acris humor rigoris, amor vigiliæ & palloris, &c.

Senſuum actio, tripliciter læditur.

CAVSÆ læſæ actionis, petuntur è varia partium offenſione. Ita vt ſenſuum functiones, trifariàm lædantur; vel in potentia ſentiendi, vel in ſenſorio, vel in partibus quæ ſubſerviunt. Et quidem ſentiendi facultas quælibet læditur aut defectu ſpiritus, aut obſtructo nervo. Senſorium verò omnibus ferè modis offenditur. Partes demùm Subſervientes, cujuſmodi ſunt oculorum humores, tunicæ, muſculi, &c. varij injurijs patent.

Cauſa ſymptomatis.
Dolorum diverſitas.

Non autem propriè intervenit ſymptoma, niſi adſit alteratio magna, pars ſentiens, & dolor. Cauſa doloris eſt violenta & repentina mutatio, qualis evenit in ſolutione continui: vel in qualitatibus primis, aut ſecundis. Eſtque dolor omnis gravis ab humido, pungens à bile, diſtendens à flatu.

Morborum mutationes, & periodi.

ENIMVERÒ quia in omnibus ortui & interitui obnoxijs, reperitur principium, augmentum, ſtatus declinatio, finis; Morbi quoque ſua habent tempora, quibus ſubſunt inſignes

MVTATIONES { *Vniverſales*, in vniverſo Morbo: & *Particulares*, in acceſſionibus.

Principium morbi.

PRINCIPIVM morbi complectitur *tria*. Primum, morbi ἐπισημασίαν; ſpatium videlicet aliquod horarum & dierum, quod plerùmque tertio die circumſcribitur. Motus morbi, quo gignitur. Tempus ab initio ad ſtatum, dicitur à Græcis αὔξησις, ἀνάβασις, ἐπίδοσις. *Incrementum*; cognoſcitur anticipatione, longitudine, vehementiâ. *Status*, ſeu vigor, eſt tempus quo natura concoquendis humoribus morbificis vehementer incumbit. Tunc in pugna & criſi, erumpunt ſymptomata graviora; puta vigiliæ, jactationes, deliria, &c. *Declinatio*, eſt tempus quod ſtatum conſequitur. Eſt autem vera, cum omnia ſymptomata miteſcunt. Et tunc Æger nunquam moritur vi morbi. Aliquando etiam fallax eſt, cùm natura ſuccumbit. Quod contingit reſolutione caloris naturalis, diſcuſſione tenuioris materiæ, craſſiore manente, decubitu in partem nobilem: cadmicâ pugnâ, cùm virtus vnà cum morbo labitur: remiſſione ſymptomatum, vt in agone. *Finis* demum morbi mors eſt aut ſanitas, aliquando & alius morbus.

Incrementum.
Status.
Declinatio.

Quin

Quin & ſua quoque habent intervalla, *Acceſſiones* ſingulæ. Principium eſt, cum Æger refrigeſcit coacto calore. Incrementum, dum calor ſe ſe exerit. Status, cùm v. g. dolor capitis & ſitis ingraveſcunt. Declinatio, cum calor remittitur, ſudor effluit. Finis, intermiſſio videlicet & remiſſio.

DOGMATICA. Cuique etiam acceſſu, ſua ſymptomata.

Ea porro vniverſa quoniam à Medicis dignoſci ingens operæ pretium eſt, opportunè abijs ſubnectuntur varia *Signorum* diſcrimina.

SIMIOTICA.

TITVLVS XLII. *Signa & indicationes variæ.*

MVNVS partis hujus Medicinæ Dogmaticæ, eſt ex *Signorum* diverſitate valetudinis ſtatum & morbi affectiones inter-noſcere. Egregiè porro Hippocrates morbos ſcribit dignoſci ex communi omnium natura, & ex vniuſcujuſque propria, &c. Signa autem diſtinguntur Morboſa; Salubria, Neutra. Morboſa ſunt Ἀναμνηστικὰ, ſeu commemorativa, quæ præteritam corporis conſtitutionem memoriæ ſubjiciunt. Διαγνωστικὰ, ſeu δηλωτικὰ, præſentem conſtitutionem indicant: declarantque morbi ſpeciem, partem affectam, morbi cauſam. Προγνωστικὰ, prædicunt morbi periodos & eventa.

Libr. 1. Epidimior.

Morboſa tria. 1. Commemorativa. 2. Declarativa. 3. Prognoſtica.

PRÆSAGIA certiſſima, quæ pendent ab actione naturali, deſumuntur partim à coctione, partim à cruditate. In coctione diſtinguitur πέπασμος, alimenti demutatio in affinem viventi ſubſtantiam. Πέψις, maturatio humorum & mitigatio morbificorum ab humoribus aliti. Alteratio calidi.

Coctio omnis à naturâ, materiam evincente, perficitur. Adeoque felix habenda eſt, vt nemo intereat cum ſignis coctionis. *Cruditas*, quæ defectus eſt trium ſupradictorum; recidivam, vel morbi diuturnitatem, vel mortem prænuntiat.

Coctio. Cruditas.

SED verò ſanitatis & morbi, vitæ ac mortis præcipui indices *ſic* ſe habent. PVLSVS, actio nimirùm facultatis vitalis, quæ exploratur molli & temperatâ manu; conſtat diaſtole & ſyſtole. Vbi etiam ſicut, in omni motu obſervari debet movens, mobile: ſpatium: tempus, ordo. Diſtinguitur facultate, inſtrumento, vſu. Inde nimirùm, Pulſus longus, brevis: latus, anguſtus; altus, depreſſus: velox, tardus: vehemens, languidus: mollis, durus: plenus, vacuus: æqualis, inæqualis: oppreſſus, interſectus, intercadens, vndoſus, formicans, capriſſans, convulſivus; vibrans, tremulus, deficiens, lethalis.

Pulſus.

PVLSVVM indicia comitantur Prognoſtica ab *Animali facultate*. Viſus in acutis hebeſcit, aut obſcurante caligine ſuffunditur. Caliginoſus in febre ſalutari, vomitum aut hæmorragiam pollicetur: averſio lucis mala, viſus ferox delirium minatur. Surditas in acutis ac turbulentis, malum: ſonitus aurium in febre ardente, delirium minatur. Imbecillus odoratus frigidam intemperiem indicat, oris graveolentiâ fœtent ſplenici. Laſſitudines ſpontaneæ, in ſanis morbos denunciant: in Ægris, crudam materiam & naturam opreſſam; in febribus levioribus, acceſſum futurum. Qui dolens non ſentit dolorem, huic mens ægrotat. Vbi fames, non oportet laborare. Benè cibis vti & non augeri, malum. Sitis indicat actionem medicaminis peractam. Somnus excidens, malus: ſopor, pituitoſum cerebrum, & in febribus lethargiam minatur; Coma vigilans, in acutis periculoſum. Somnus laborem afferens, exitialis: è ſomno excitatio turbulenta, delirium vel convulſionem portendit; ſomnus placidus, humores coquit. Somnus aut vigilia excedens, κακόν; nihil enim naturam excedens, bonum eſt. Declarat navigatio, *quod motus* turbat corpora. Levis converſio Ægrorum, facultatis *motricis* robur ſignificat: gravitas corporis & ſegnities, imbe-

Prognoſtica ab animali facultate.

Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονεῖν, Sect. 2. Aphor. 16.

A ſomno.

Ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον, Sect. 2. Aphoriſm. 1.

Labores, cibi, potus, ſomnus, ἀφροδίσια, omnia mediocria, lib. 1. Epidemior.

A motu.

MEDICINA

cillitatem. Iactatio in acutis, *eſt aut critica*, aut ſymptomatica. Critica mutationem repentinam præcedit. Symptomatica vel fit ab humoribus, os ventriculi comprimentibus; vomitu verò, aut dejectione quieſcit. Vel conjuncta cum refrigeratione, indicium eſt pereuntis caloris. Convulſiones in acutis, febribus funeſtæ, quamquam in Pueris minùs. *Oculi* fixi, mali ſunt: inſtabiles, indices tremoris; perverſi, muſculorum convulſionem, vel reſolutionem ſignificant. Inordinatus oculi projectus, delirium: oculorum palpebræ non commiſſæ, pernitioſæ. Supercilia, nares, labia retorta mortem propinquam denunciant. In quovis morbo lachrimæ ſpontaneæ, malæ: involuntariæ, ſecus. Dentium ſtridor, delirium & mortem ſignificat. Lingua tremula, ſignum mentis non conſtantis. Lethale eſt hiantem, non aſſuetum, dormire. Manuum geſticulationes, læſam imaginationem indicant. Ignem ſacrum, ſeu Eriſipelas ab externis intro converti, οὐκ ἀγαθὸν: ἔσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν. Morbi naturæ, ætati, tempori affines, minùs periculoſi.

Ab oculis.

Sect. 6. Aphor. 25.

A ſitu. Ægrum *jacere* in latus altervtrum cum moderata corporis deductione, bonum. Supinum artubus exporrectis, malum. In ventrem decumbere, præter morem, alvi dolorem aut delirium arguit: decubitus abſurdi, delirium teſtantur. Crura ad motum disjecta & complicata eſſe, pravum eſt. Inæqualis eorum diſperſio cum nuditate pedum, frigidorum viſcerum inflammationem, aut febris cacoethiam denotat. Relabi ad pedes, cadaverum inſtar, ſignum pernicioſiſſimum: erectum ſedere in acutis, malum.

A Reſpiratione. Εὔπνοια ad ſalutem plurimùm valet, & contra. Nam reſpirandi difficultas ab anguſtia, aut à facultate infirma, aut à caloris inopia procedit. Celer reſpiratio, caloris exceſſum & fuliginum copiam oſtendit. Tarda, calorem diminutum: frequens & parva, inflammationem thoracis; rara cum magnitudine, delirium: cum parvitate, caloris inopiam. Æſtuoſa incendium, frigida mortem denunciat. In morbis acutis quaſi gementium ſuſpiria, prava.

A Voce. Mutatio *vocis* eſt ab affectibus facultatis animalis, vel vocalium inſtrumentorum. Vox rauca, ſignificat humidam fluxionem: acuta, anguſtiam inſtrumentorum. Fit interdum ab inflammatione, vt in angina: à deſiccatione, vt in febrilj calore: ab igneo ardore, reſiccatis faucibus quibus vox fit acuta, vt in hypocondria. Clangoſa & inæqualis, mala: eliſa, gravioris injuriæ eſt prænuncia; vt tremula, delirij. Ἀφωνία peſſima, fit enim vitio inſtrumentorum, diſſipatione vitalis materiæ, affectione cerebri.

Ab animo. IN quovis morbo *mente* conſtare, bonum. Delirium cerebri patientis certum argumentum, ſive per ſe, ſive per conſenſum: delirium cum riſu ſecuriùs, ſerium periculoſius. Ignorantia cum rigore, & oblivio, mala. Si timor & triſtitia multo tempore perſeveret, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

Sect. ſext. Aphoriſ. 23.
Ab Excrementis. *Excrementa* coctionem, vel cruditatem oſtendunt. Dejectio debito tempore, debita quantitate ac qualitate: conſtans, mollis figurata, ſubrufa; optima cenſetur. Secus durior, liquida, aquoſa, glutinoſa, ſpumoſa, pinguis: alba, æruginoſa, verſicolor, præpoſtera. *Tardam* efficiunt alimentorum paucitas & æqualitas, ignavia facultatis coctricis, expultricis imbecillitas. Celerem humor acris, humiditas, lentor. Alvi profluvio vomitus eſt contrarius, at ſuperveniens ſalutaris. Bilis flava aut pallida vomitu ejecta, non periculoſa. Nigra vomitio, incendium ſignificat. Livida, ſanguinea, diverſi-color, malè olens, mortem proximam denunciat. Prægnanti mammæ ſubitò graciles, abortus ſignum. Collectus ad mammas ſanguis, inſaniam ſignificat. Atrabilarijs & phreneticis homorrhoïdes accedentes, ἀγαθόν. Diuturnæ ſi ſanantur, nec vna ſervantur; periculum eſt tabis, aut hydropiſis.

Ibid.
Ab Vrina. INTER dejectiones non alia magis obſervatur, quam VRINA; cui materia eſt aquea alimenti ſubſtantia, decoctio & diſtributio neceſſaria, ſerum humorum. Formam aſſumit ab hepate, renibus, veſica. Indigitat imprimis peccantem humorem, quia tale ſerum qualis humor. Maximè etiam prodit affectus jecoris, ni impediant vitia veſicæ & renum. Debitè recepta & ſervata, attenditur in ſubſtantia, quantitate, qualitate, contentis: ſecundùm

temperamenta, ætates, anni tempora ; & ſimilia, quæ ſuis inſpectoribus relinquuntur. Sicut & *ſudor* excrementum tertiæ coctionis, quod per cutem erumpit aquæ in modum. Vbi verò ſudor erumpit, ibi morbus latet. DOGMATICA. A ſudore.

Materia ſudoris, ſeroſa eſt humiditas : cauſa efficiens, calor fundens humores. Ideo in æſtate humida, in febtibus, in calidis regionibus : & ab Hominibus calidis, humidis, pinguibus vberior dimanat. Diſtinguitur naturalis, criticus, ſymptomaticus. Examinandi leges eædem, quæ ſupra.

Excrementa Thoracis & pulmonis, vacuantur per ſputa. Capitis per lachrymas, mucorem, ſalivam, vomitum. Si omnes colores idem homo vomit, valde pernicioſum hoc eſt. A quibus, ſicut à [illegible]re, ventris conſtitutione : ab oculis, auribus, loquelâ, alijſque omnibus ; morbi aut valetudinis, vitæ aut necis deſumuntur judicia. Quorum quidem ſignorum *vires* plus æſtimandæ veniunt, quàm multitudo. *Πάντα τὰ χρώματα ἐν τῷ αὐτῷ ἐμέειν, &c Hippocrat. libr. Prænotion.* Vires æſtimandæ.

CRISIS.

TITVLVS XLIII.

Criſis multiplex.

SIGNA ſanè illa quæ dixi vniverſa, vel ſuo nomine, *Criſis* complectitur. Præceps videlicet morbi mutatio, in morbis humoralibus ad ſalutem aut perniciem, ad ſtatum meliorem aut deteriorem. Bonam efficit coctio materiæ morbificæ, ſecretio, & expulſio ; tum enim morbo planè liberat. Sed interea nil movendum. Deficiens, recidivam minatur : imperfecta, juvanda remedijs & victu ; ſymptomatica, in Ægri perniciem terminatur.

Cauſa efficiens Criſeos, natura ipſa : materialis, humor morbificus. Non fit in ſimplici intemperie, ſed ſolùm in morbis qui à materia liquida pendent : ſolvunturque aut criſi, aut lyſi. Cauſæ illius.

Dies Criſeos, ex motu intelligitur. Adeo-vt ijſdem diebus judicentur morbi, quibus exacerbantur, paribus vel imparibus ; ſcilicet VII. XI. XIV. XVII. Tuncque judicia fiunt in acceſſionibus, ob humorum motum & naturæ irritationem. Dies Critici.

Morbi *ſolutio* judicanda ex morbi natura & motu, ex acceſſu periodi : epiphænomenis, Ægri qualitatibus. Nam Morbus peracutus, intra quartum aut ſeptimum : acutus, intra quartum decimum ſolvi ſuevit. Quæ Criſes tempus antevertunt, diutiùs affligunt & vehementiùs, tertio quoque die nunciant criſim ſubſequturam. Quæ verò poſtponunt tempus, & lentè moventur, longiùs vigorem adfore ſignificant. Similiter coctio judicij celeritatem, cruditas ἀκρισίαν denotat. Demum Ægri natura, ætas, tempus, locus attendi debent. Morbi ſolutio.

SIGNA Criſis inſtantis prodroma habentur æſtus, jactatio, difficilis anhelitus : delirium, præcordiorum dolor. Salutifera, pulſus validus, & coctio in excrementis. Ideo diſtinguitur mareriâ coctâ aut crudâ, & vacuatione. Bona fit in ſtatu morbi, mala ſtatum antevertit. In hac, excrementa ſunt analoga humori peccanri : in illa non ſunt, nec ſequitur εὐφορία. Inſtantis ſigna.

Vacuatio ſi larga, bona eſt ; nihil quippe paucum, criticum cenſetur. Convenit etiam *morborum* ſpeciei. Sic febres judicantur vomitu, dejectione, vrinâ, ſudore, hæmorragiâ. Morbi thoracis & pulmonis, anacarhaſi raro per alvum, & vrinas. Inflammationes lienis & hepatis, inferna dejectione. Vnde tot differentes Criſes per excretionem, quot diverſæ vacuationum ſpecies per alvum vomitùm, vrinam, ſudorem, &c. Vacuatio.

QVOD verò *tempus* attinet, quamvis & cuncti dies poſſint eſſe critici ; *Septimus* tamen ordine, & viribus primus cenſetur. Decimus-quartus, naturam ſeptimi maximè imitatur ; quia tum Luna oppoſitum morbi initio locum ob- Tempus. *Hippocrat. Sect. 2 Aphoriſm 23.*

tinet, & eſt morborum acutorum terminus. Vigeſimus, tribus ſeptimanis conflatus, eſt limes vltimus acutorum ex decidentia. Quadrageſimus, ex vigeſimi duplicatione terminus eſt lento motu procedentium.

Dies.

Dies quoque ſibi invicem ſubinde judices : ἐπίδηλοι, θεωρητικοί. Quartus eſt index ſeptimi, vndecimus quartidecimi, decimus-ſeptimus vigeſimi. Dies *παρεμπίπτοντες* numerantur tertius, quintus, nonus, decimus-tertius. Infauſtæ Criſes plurimùm fiunt ſexto, qui tyrannus dicitur quia peſſimus, octavo, decimo, & ſimilibus.

Cauſa dierum ejuſmodi criticorum, refunditur paſſim in ſolem & Lunam. Verùm cæteris Naturæ myſteriis potiùs accenſendam reor. Reliqui morbi, qui Chronici dicuntur, ſenſim ſine ſenſu per menſes & annos, ætateſque κατὰ τὴν λύσιν terminantur.

MORBORVM generibus, cauſiſque hactenus recognitis; de tuenda ac reparanda deinceps valetudine leges præſcribit, ea quæ ſunt ſecundùm naturam conſervans, pars hujus Diſciplinæ altera.

DOGMATICA.

MEDICINA PRACTICA.

TITVLVS XLIV. *Medicina Practica, Triplex.*

TRIPLEX celebrantur. Ἀναληπτικὴ, à morbo recreatos inſtaurat. Ενεργετικὴ, integram cònſtitutiouem retinet in eodem ſtatu, Υγιεινὴ, corrigit à bono ſtatu recedentem. His tribus, ſecundùm diverſa munia

SVBSVNT { Παιδοτροφικὴ, Γηροκομικὴ: Προφυλακτικὴ, Γυμναστικὴ, Κοσμετικὴ. — Iterum quintuplex.

NEMPE poſt puerorum & ſenum curam, virorum ſanitas conſervatur remedijs ab exercitio & munditie. Quibus, intra ſimul & extra, comprimis

IVVANT { *Cælum, Solum, Alimentum: Purgatio, Exercitia, Somnus, Affectus.* — Iuvantia ſex.

CÆLI nomine, intelligunt diverſos Aſtrorum influxus; vt Medicum nolit Hippocrates, niſi Aſtrologum: & Medicinam dixerint artem ὁμοιῶσθαι μαντικῇ, ſimilem vaticinationi. Neque verò negari poteſt pendere plurimum Hominis valetudinem à cæleſtium influxu, ab anni tempeſtatibus: ab aëris contactu, aſpiratu, tranſpiratu; à ventorum immutationibus, alijſque circumjacentibus. Accenſetur *Solo* vbi habitatur, locus & regio; ſpectatis præſertim ſitu & naturâ, cum aquarum & montium vicinia. Temperatiora, generatim ſalubriora. Atque vt morbi quidam patrij ſunt, ita prudenti locorum mutatione ſanari ægritudines ſæpè experimur. — Cælum. Συμβάλλεται Αστρονομία ἐς ἰατρικὴν Hippocrat. l. de Aër. aq. *Id. & loc. libr. de vict. rat.* Solum.

ALIMENTA intùs ſuſcipiuntur, ideoque magis adhuc obſervatu digna. Nam reparando perenni diſpendio, proximè vel remotè à natura — Intus-Alimenta.

SVBMINISTRANTVR { *Aër, Cibus, Potus,* — Tria alunt.

CVMQVE debeat alimentum omne converti in aliti ſubſtantiam, debet ſemper intercedere ſimilitudo. Quod ſi alendo corpus inſigniter alterat, fit quoque medicamentum. In alimento attendi debet ſubſtantia, quæ alito aſſimilatur: & temperamentum, quod partim mutatur, partim immutat corpus quod alit. Vtrique — Quattuor obſervanda.

INEST { *Subſtantia, Qualitas: Quantitas, Vſus ſeu modus.*

SVBSTANTIÆ materia attenditur dura, mollis: gravis, levis: denſa, tenuis; lenta, friabilis, &c. Scilicet ex varia proportione humidi cum ſicco. Vnde alimentum tardiùs vel celeriùs, faciliùs vel difficiliùs coquitur, — Materia.

MEDICINA
Forma.
Suus cuique cibus.
Quadruplex alimentum.

Quæcumque autem concoqui opportet, concluſa eſſe convenit. Forma verò alimenti, poſita eſt in temperamenti proprietate. Suus enim cuique animali cibus; equis fœnum, ovibus herbæ, coturnici helleborus, leoni crudæ carnes, avibus grana, Homini panis, guloſis omnia ab appetitu inordinato.

AB incluſâ igitur in frugibus, oleribus, fructibus, animalibus, fortè & metallis, nutriendi facultate; fit

ALIMENTVM { *Euchimum, & Cacochimum:* / *Polytrophum, & Oligotrophum.*

Libr. de Victus ratione.
Qualitates duæ.
Primæ.

CErtè ſimplicia, ſimilia, pura, mediocria, temperata ſalubriora eſſe nemo non videt. Immo & ſimplex victus, ſibique ſemper ſimilis à Principe Medicorum Hippocrate melior judicatur. Vt porro probè eligantur cibi, conſiderantur alimentorum qualitates primæ & ſecundæ.

Primarum temperies ad nutririonem commodior, exceſſus ad alterationem. Calida certè alimenta craſſos humores attenuant, frigida æſtum temperant: humida celeritate coctionis præſtant, ſicca alvo ſiſtendo & ſucco melancholico generando ſunt idonea. Inter *ſecundas* qualitates, ſpectantur ſapores. Nam ſolus ſapor dulcis ad nutritionem idoneus eſt, quia intra certam primarum qualitatum medioeritatem poſitus; cæteri miſcentur alimentis, vel ad voluptatem, vel ob ventriculi intemperiem.

Secundæ.
Sapor.

Quantitas.
Vſus.
Tempus.

Qualitati affinis eſt *Quantitas* alimentorum, quæ major æquè & minor nocet. Inde triplex diæta; attenuans, conſervans, athletica. *Vſus* cibi attendit *tempus*, & ordinem. Nuſquam edendum ſine fame, poſtque præcedentium perfectam coctionem, & purgationem ventriculi; impura namque quò plus nutris, plus lædis. *Ordo* autem præmittit coctu facilia difficilioribus, liquida ſolidis, lubrica aſtringentibus. Generatim labores cibo præmitti, jubet Princeps Medicus.

Ordo.
Item ordine & [illegible], Lib. de Morb. Popular.
Potus.
Aqua.

POTVM verò quod attinet, Aqua ſitim ſedat, ardorem temperat, cibos in ventriculo diluit. Non equidem nutrit; ſed eſt nutrientis vehiculum: nec dulcis eſt, ſed inſipida; non reparat ſubſtantiam, ſed fluorem ejus prohibet irrigando. Probatur viſu, guſtu, odoratu. Dulcis eſt, quia expers alienæ qualitatis. Quò levior, eò mollior: tuncque & citò caleſcit, & citò refrigeratur. Potatur pluvialis, fontalis, putealis, fluvialis, paluſtris, metallica. Pluvialis tenuitate, levitate, ſplendore, dulcedine cæteris antecellit. Poſt pluvialem fontana, omni ætati creditur ſaluberrima. Putealis frigida, cruda, craſſa, terrea. Fluvialis mala, ſi limoſa & in aprico. Lacuſtris & paluſtris peſſima, quia torpida ſordidaque. Metallica, ſanandis morbis opportunior. Aqua omnis flatulenta, eo quod frigida & incoctilis: nec vrinas movet, nec alvum dejicit.

Vinum.

VINVM præſertim aquæ incommoda mitigat & emendat; quippe quod recreat, celeriterque vires reſtaurat, coctionem juvans, & anadoſim promovens; quia naturâ calidum, & ſiccum eſt. Sed verò immodicum, jecoris temperiem convellit. Vinum fulvum omnium aptiſſimum ad coctionem, flavum calidiſſimum: rubrum, gignendo ſanguini aptiſſimum: nigrum tardiùs permeat, potentiùs alit. Album ſudores, & vrinas movet. Fragrans ſpiritus reparat, graveolens inficit: odore carens, caret & viribus. Dulce flatus excitat, auget bilem, alvum humectat, ſputum promovet. Thoraci amicum, viſceribus inimicum quia obſtruit. Auſterum ventriculum roborat, bilem mitigat, calores nimios cohibet. Tenue minùs alit, celeriùs diſtribuitur, & magis incidit. Craſſum eſt ſtipticum, multùm alit: tardè permeat, ſanguinem gignit craſſum. Oligotrophum, ægrotantibus commodum Generuſum corpus vehementer calefacit, venerem provocat. Recens flatulentum, coctu difficile: generandæ pituitæ idoneum, externo calore abundans. Vetus vehementiùs calefacit, calore innato. In ſumma, præceptum Scholæ eſt Salernitanæ;

Sit benè dilutum, ſolvens, moderamine ſumptum.

Cibis debita ratione vtendis, præeſt ratio vivendi & ritus.

DOGMATICA.

TITVLVS XLV.

DIÆTICA.

Leges Alimenti.

PARS iſta Medicinæ alimoniam, præclarâ velut œconomi prudentiâ, ſuppeditat; juxta temperamenta, tempora, conſuetudinem. Inde calidis & humidis *convenit* victus tenuis, & acidus: calidis & ſiccis, frigidus & humidus. Bilioſis interdicuntur ſalſa, acria, amara; dulcia. Conveniunt ſolidiora, nihil magis nocet inediâ, bilem retundit mediocris aquæ potio. Pituitoſi calidis & ſiccis edulijs juvantur, moleſtantur frigidis, proficiunt maximè inediâ. Melancholicis nocent ſalſa & craſſa, legumina omnia vtpote flatuoſa & cruda: calida verò & humida conferunt, vt vinum fragrans & tenue. Attendi debent Temperamenta.

Ætatum quoque ritus, in cibis varius. Infantes debent ali lacte; quod ſit ſuave guſtui, æquale & candidum. Pueris humidus victus confert & moderatè calidus, remperandus potu frigidiori; quia illis ſanguis frequens, & copioſus. Iuvenibus ex ſe nimiùm calidis & ſiccis, frigida & humida victus ratio congruit. Senes balneo, ſomno, cibiſque calidis & humidis foventur. Conferunt incidentia, diuretica, eupeptica: vinum fulvum & generoſum, mel vtiliſſimum. Ætates.

Anni quoque tempora debent vtiquè obſervari, Hyeme copioſiùs edendum, ſed infrequentiùs: aſſa elixis præferenda; meraciùs bibendum. Ineunte vere plus, ſed dilutiùs bibatur; cibo verò aliquid demendum: ſicque tunc oligotrophos, & tenuis; evacuatio vtilis, & inedia. Æſtate tenuiùs & frequentiùs vivitur, fructus & olera conceduntur ad extinguendam ſitim. Iuſcula & elixa, aſſis præferuntur, potus liberalior permittitur. Autumno abſint ſicca, & melancholica edulia, cibus parcus, ſed frequens; fructuum copia, nociva. Anni Tempora.

Magni imprimis momenti eſt *Conſuetudo.* Qui itaque benè valent, ab aſſuetis ne deſiſtant; ſiquidem conſueta longo tempore, licet deteriora, inſuetis moleſta minùs ſunt. Immò & venena vſu fiunt alimenta. Sic etenim Conſuetudo. *Lectus prater morem mollis aut durus, dolorem inducit. Hippocrat. l. de Vict. rat.*

Proficit epoto Mithridates ſæpè veneno,
Toxica ne poſſent ſæva nocere ſibi.

Quod ſi qua *mutatio* vrget, attendendum primò vt ſenſim fiat; omnis enim mutatio repentina, naturæ inimica eſt. Secundò vt mutatio nulla fiat, morbo graſſante. Tertiò; ſit animus negotijs liber, & cura omni exolutus. Mutatio.

EXCREMENTA, alimentorum reliquiæ ſunt & ſordes. Si talia vacuantur, qualia opportet, benè. Nam fæces retentæ vaporibus cerebrum inficiunt, nauſeam pariunt: cholicum dolorem cient, vertiginem & κεφαλαλγίας inferunt. Excrementa. *Hippocrat. Sect. 1. Aphor. 25.*

Excrementa ſecundæ coctionis, ſunt quattuor humores; qui niſi tempeſtivè purgentur, plethoram ad vires & vaſa, copiâ ſuâ & putredine cacochimiam invehunt. Pituita putris, febrem quotidianam accendit: impurtis, leucophlegmatiam, ſeum ſuppreſſum affert aſcirem. Vrina intercepta, crudeles cruciatus invehit. Bilis putris febrem ardentem, aut tertianam: impurtis, icterum; tranſlata in aliquam partem, eryſipelas vel herpetem accendit. Saccus melancholicus putris nigrum jcterum, Elephantiaſim: effuſus in ſtomachum, picam & bulimum. Raptus in cerebrum, melancholiam: ſi cum ardore, maniam. In partes cæteras irrumpens, ſcirrhum aut cancrum. In cutem, nigram vitiliginem. Immodica dejectio, dejicit vires. Excrementa *tertiæ* coctionis ſunt liquida, ſicca, vaporoſa. Liquidorum ſuppreſſio, puſtulas & ſcabiem excitat.

Singularum partium Excrementa, quæ paulò ante attigimus, non minora inferunt incommoda.

ILLA porro expellunt, diſcutiunt que maximè EXERCITIA, quorum differentias præſcribit Medicina, ope *Gymnaſtices.*

MEDICINA

GYMNASTICA.

TITVLVS XLVI. *Exercitia varia.*

Duplex Gymnaſtica. DIVIDITVR à Platone in eam quæ fit in ipſo corpore, & quæ ab alijs. Tute ipſe exerces ſaltatoriâ, ſphæreticâ, orcheſtricâ, palæſtricâ: luctâ, curſu, ſaltu, diſco, jaculatione, pugilatu, digladiatione, vociferatione, deambulatione, & ſimilibus. Alienâ ope fit equitatio, & geſtatio in curru, lecticâ, ſella; agitatione in cunis, & penſilibus. Mixtæ ſunt navigatio, foſſio, piſcatio, aucupium, venatio. Quæ omnia moderato *vſu*

Vſus moderatus. exercenda, vt roboretur corpus, augeatur calor, ſpiritus concitentur. Nam labor nimis immoderatus caleſaciendo corpus exſiccat, auget & acuit bilem, humores putreſacit.

Sed & *Circumſtantiæ* temporis & ætatum, inprimis advertendæ. Æſtate motu

Circumſtantiæ. lento vtendum, Hyeme vehementiore. Pueri ſunt ad omnem motum proni, Senes ſunt lentè exercendi. Orcheſtrica craſſos humores attenuat, crudos concoquit. Volutatio in pulvere, hydropem curat. Curſus, naturis humidis & pinguibus confert. Venatio ijs tantùm convenit, qui valida ſanitate fruuntur.

Ne verò in vſu peccetur, *præparandum* eſt corpus, læditur enim qui impur-

Præparatio. gatus laborat. Tum obſervantur tempus, & menſura. Tandemque finito exercitio, perpurgari debet, & à laſſitudine feriari. Quod fit frictione molli, vnctione, balneis, ac fomentis.

SOMNVS quietis ſpecies præcipua, ſentientis facultatis vinculum: intermiſſio,

Somnus. quædam vigoris, ſeu non perfecta ceſſatio ſenſus & motus, ſanguinem intrò colligit. Ejus *cauſa* vnica, eſt caloris abſentia à ſenſorijs. Intra quippe revocatur à cibo ingeſto, crudo & multo humore. Item à narcoticis, refrigerantibus: labore, laſſitudine, dolore, vigilia, triſtitia, venæ ſectione, purgatione, & ſimilibus; quæ calorem efficiunt imbecilliorem, & revocant ad ſuos fontes. Horum enim alia repellunt calorem à ſenſorijs, vt refrigerantia admota. Alia revellunt deorſum, vt lotiones, frictiones, & titillationes extremorum. Alia abſtrahunt, vt muſica, aquæ ſtrepitus, tenebræ, inertia, voluptas.

Materialis cauſa ſomni, eſt ſuccus & benigna alimentorum anathymiaſis;

Somni differentiæ. quâ cerebrum labore & vigilia exſiccatum, humectatur.

DISTINGVITVR { *Naturalis, Naturæ contrarius:* *Longus, Brevis, &c.* }

LONGIVS dormitur cetebro frigido & humido, tempore hyberno, ciborum copiâ, aëris frigiditate pluvioſa: noctium humiditate, multitudine humorum crudorum. Brevior contingit calidis, melancholicis, Senibus, in locis calidis.

Cauſa *profundi* multus vapor, pituitæ redundantia: imbecillitas ventriculi,

Cauſæ. longa vigilia, labor vehemens. Cauſa *levis* caliditas, ſiccitas, cura. Cauſa *continui*, eſt contumacia humorum & alimentorum. *Abrumpitur* calore, clamore, luce, &c. A calore verò, humore, & imaginatione modò tranquillus eſt, modò turbatus per INSOMNIA; quæ diſtinguntur Naturalia à conſtitutione, Ani-

Inſomnia. malia à ſenſibus, Moralia ab effectibus: Dæmoniaca, Humana, Divina. Variam eorum originem attingit Claudianus.

Panegyr. Sext. Conſulat. Honor.

Omnia quæ ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cùm membra reponit,
Mens tamen ad ſilvas & ſua luſtra redit.

TEM-

Somni leges { Tempus, Spatium, Modus. — Dogmatica. Tres regulæ pro dormitione.

Tempus definitur perfecta ciborum, & humorum coctione. Diurnus, & diuturnus noxius eſt. Longior convenit repletis, pituitoſis, ſtudioſis. Brevior plethoricis, calidis, &c. mediocris, ſanis. Terminus ſolemnis ex veteri adagione. Tempus: Spatium,

Septem horis dormiſſe ſat eſt Iuvenique, Senique.

In decubitu, caput eſto erectius, corpus jaceat primùm in dextro latere, ſubinde in ſiniſtro. Pronus viſui adverſatur, ſupinus excrementa effluere prohibet. Modus.

Effectus ſomni plures. Articulos firmat, calorem auget: viſcera roborat, cruditates digerit. Illum propterea haud perperam affatur Ovidius. Effectus.

Somne quies rerum, placidiſſime ſomne deorum,
Pars animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Feſſa miniſterijs mulces, reparaſque labori. Metamorphoſ. lxi.

Pravus reputatur in viſcerum inflammatione, in febrili rigore, poſtque epotum venenum.

Vigilia ſomno oppoſita eſt. Affectio nimirum quæ ſenſationem conſequitur, ex caloris innati motu ad exteriora. Nimia, ruinoſa: mediocris, proficua eſt. Vigilia.

Præter ſuperiùs recenſita, à *Pathematis* quoque animi corpus variè conflictatur & ægrotat. Nam vt videre eſt, lætitia moderata ſpiritus exhilarat, immodica abſumit: triſtitia calorem cogit, premit, ſuffocat, & ſpiritus incraſſat. Timor calorem intra revocat. Verecundia eumdem primò cogit ad centrum, mox à centro ad peripheriam repellit. Ira fervorem caloris à bile in corde inflammat & acuit, &c. Anxietas ex ira & timore conſtans, motu inæquali corpus concutit. In ſumma, hæ Animi, vt vocant Ægritudines & Morbi, corpora afflant ſua contagione, immutant & perturbant. Quæ cauſa eſt cur etiam à *Medicis* debeant pertractari; vt pote Morborum ſæpius aut cauſæ, aut effectus. Pathemata.

Eas porrò omnes Corporis. Animi-ve Ægritudines curare attentat penultima Pars Medicinæ.

THERAPEVTICE GENERALIS.

Titulus XLVII. *Therapeutica remedia præſcribit, & parat.*

Dvplex eſt; Vniverſalis, & Particularis. *Vniverſalis* præcipuæ Vniverſalis.

Partes svnt { *Indicationes, Vacuationes, Phlebotomia: Cucurbitulæ, Hirudines, Vomitus.*

Indicationes generales duæ: Vna ab affectu præter naturam, qui tolli exigit: Altera à conſtitutione naturali, quæ amat conſervari. Vtriuſque diſcrimen in hoc ſitum, quod contraria contrarijs curantur, ſimilia ſimilibus ſervantur. Symptomati, vt ſic, non debetur curatio; quanquam ſymptomata interdum vſque adeo gravia emergunt vt convertant ad ſe Medici ſtudium & operam. Expectandus *etiam ſæpè* morbi decurſus: Neque inconſtantes febres Indicationes Duplicis generis. Τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα. *Hippocrat. lib. de Flatib.*

attingendæ conſtiterint. Vires Ægrotaotis ſiverè monet Hippocrates, donec indicant quantitatem remedij exhibendi, Morbi ſpecies indicat qualitatem.

MEDICINA

Lib. 1. Iſti rat. Coindicantia.

Coindicantia ſunt ætas, ſexus, temperies: vitæ ſtatus, partis conditio. Partes nobiles gaudent mitioribus, & roborantibus remedijs. Senſus partis quo exactior, eò faciliùs vehementium medicamentorum vſu offenditur. Situs longior & remotior partis, validius remedium poſtular; ſpectanda tamen vicinia alterius partis, parem vim non ferentis. Poſtrema indicatio ſumitur ab aëre ambiente, contactu, inſpiratione, & alijs id genus. Ideoque, & terram mutare commodum eſt in longis morbis.

Libr. 6. Epidemior.

Vacuationes. In duplici etiam genere.

VACVATIO ſpectat humores. Hi enim: Vel deficiunt, vel redundant; modò in qualitate, modò in quantitate. Qui igitur Morbi oriuntur ab inanitate, adjectione alimenti ſanantur: qui oriuotur à plenitudine, vacuatione.

Vacuatio autem *duplex*. Senſibilis, vel ſymptomatica, ab imbecillitate, aut irritatione naturæ. Artificialis, vel communis eſt, vt phlebotomia: vel propria, puta bilis, pituitæ, &c. Illud imprimis adverti par eſt, nunquam parti conſulendum, niſi totum corpus vacuatum fuerit.

Phlebothomia. Quæ obſervanda.

PHLEBOTOMIA reliquis præcellit tum brevitate temporis, remedij jucunditate, & ſecuritate. Tum quia vacuat, revellit, derivat, ventilat, arcet putredinem. Vt *celebretur* debita ratione; attendi debet morbus, vires, ætas, temperies, tempus, conſuetudo. Nec enim convenit pituitoſis, bilioſis, melancholicis: ventriculo infirmo, extenuatis. præpinguibus, &c. Nec debet vnquam celebrari, niſi alvo ritè exoneratâ. Phlebotomiæ ſuccenturiantur, *Arteriotomia* periculoſæ plenum opus aleæ, ob arteriarum duritiem. Item hirudines, cucurbitulæ, ſcarificatio, &c.

Revulſio.

Revulſio fluentes humores revocat in partem contrariam, & maximè remotam. Attenditur quoque ſocietas venarum, ac fibrarum rectitudo. Non illa quidem mathematica, quæ ad lineam rectam: ſed medica, quæ in recto ejuſdem venæ progreſſu conſiſtit.

Purgatio.

PVRGATIO vel vomitu vel dejectione evacuat humores qualitate noxios. Sed inea ſummè attendi debent, tempus, occaſio, ſucceſſus. Ante omnia humor *præparandus*, ſi viſcidus: incidendus, ſi craſſus, nec cruda vacuantur, ſed cocta. Sani ægrè ferunt purgationem. Nam medicamentum ſi benignum eſt, alit: ſi mediocre, tranſit in pravum humorem: ſi validum, veneni naturam induit. Bilioſi & calidi, leviora pharmaca ferunt: pituitoſi & melancholici, vehementiora. Quia *enema* favet lieni, hepati, thoraci; purgationibus & præmitti, & poſtponi ſolet.

Præparatione opus.

Enema;

Diæta.

Nihil verò majori curâ debet obſervari, quàm DIÆTA & victus ratio; attentis cunctis, vt ſupra, circumſtantijs. *Victus*, in morbis peracutis exquiſitè tenuis & lenis præſcribitur: in alijs, copioſior, & ſolidior. In principio morbi tenuiter, in vigore tenuiùs, in declinatione pleniùs viveodum. Si *vires* opprimantur, attendendum, potiùs ad ipſas, quàm ad morbum. Generatim differt non parum curatio à curatione.

Διαφέρει ἰητρεία ἰητρείης. Libr. de Fractur.

Enimverò tametſi non agam Medicum, non erit tamen alienum ab inſtituto, dare hic ſpicilegium ex Hippocratis illius Aphoriſmatis; quæ ſcilicet ad mores inſtituendos, & Eloquentiæ ornamenta eſſe idonea judicavi.

Selecta ex Aphoriſm. *Sect. 1.*

SANE extrema omnia periculoſa. In tenuiori tamen victu, plus periculi, quàm in pleniori. Extremis morbis, extrema remedia adhibenda. In morbi vigore & exacerbationibus victum apponere, βλάβη. Quæ tamen corpora augentur, quia multo abundant calore, plurimo quoque egent alimento. Dandum aliquid tempori, regioni, ætati, conſuetudini. Quo vergit natura eundum, & per locos convenientes purganda eſt. Si qualia purgari oportet repurgantur, benè eſt; ſecùs, malum.

Sect. 11.

Corpora purganda, priùs fluida facere oportet. Non pura quò plus nutris, plus lædis. Facilius eſt repleri cibo, quàm potu. Famem ſanat vini potus. Morbos à repletione ſanat vacuatio, & contra. Incipientibus morbis, ſi quid movendum, move: vigentibus, quies melior; quoniam circa principia & fines, omnia debiliora. Paulò deterior cibus, ſi jucundior, præferendus meliori, ſed minùs grato.

Senes juvenibus minùs ægrotant. Liberatis à ſtrangulatione aut ſubmerſione, ſpuma circa os, certiſſimam mortem denotat. Dolor vehementior, minorem obſcurat. Pus febrem magis excitat dum generatur. Aſſueta etiam ſi maximè laborioſa, minùs fatigant. DOGMATICA.

Mutationes temporum, ægritudines creant. Tales morbi, quales anous & ætas. In autumno, morbi acutiſſimi & lethales. Qui cum pueritia non exolvuntur, diuturni ſunt. Sub cane, & ante canem; curæ difficiles; febrem ceſſare die pari, recidivam minitatur. *Sect.* III.

Comitiales morbi ante pubertatem, paulatim vaneſcunt: incipientes poſt ætatis annum viceſimum-quintum, perdurant. *Sect.* IV.

In acutis morbis frigiditas extremarum partium, malum. Corruptum cerebrum, ſi non intra triduum mors accedit, ſanari poteſt. Aqua frigida, circa vicinas partes vnde fluit ſanguis, illum ſiſtit. Affuſa, podagras & convulſiones mitigat. Quæ citò caleſcit & frigeſcit, leviſſima eſt. Sternutatio juvat partum, & vteri ſtraogulationes. Lac dare caput doleotibus, malum. Dolenti poſteriorem capitis partem, vena recta in fronte ſecta prodeſt. *Sect.* V.

PVERI, Eunuchi, mulieres, niſi menſes deficiant, ſunt à podagra immunes. Hydropicis ruſſis adveniens, malum. Quibuſcumque occulti cancri gignuntur, eos non curare melius eſt. Convulſiones & ſingultus excitat tum repletio, tum inanitas. Siderationes ſeu apoplexiæ hominem aggrediuotur, ab anno maximè quadrageſimo ad ſexageſimum. *Sect.* VI.

Vere ſecanda vena eſt. Sternutatio fit percaleſcente cerebro, aut vacuo quod in capite eſt, perhumeſcente. Anxietatem, oſcitationem, horrorem, potus vini cum aqua in æquali menſura, ſolvit. Fames corpora ſiccat. Quibus cerebrum concuſſum fuerit, eos ſtatim voce privari neceſſe eſt. Quæcumque febris intermiſſio fiat, ſemper bona eſt. Cibus qui ſano robur eſt, ægroto morbus evadit. Quæcumque non ſanant medicamenta, ea ferrum ſanat. Quæcumque ferrum non ſanat, ea ignis ſanat. Quæcumque ignis non ſanat, ea incurabilia putare oportet. *Sect.* VII.

Addo effatum illud ejuſdem Hippocratis profecto mirabile. Morborum naturæ medici. Invenit natura ipſa ſibipſi egreſſiones, non ex diſcurſu. Ita enim vidimus nuper viridem ſpicam abs nobili Adoleſcente deglutitam, à natura per latus extruſam. *Νούσων φύσιες ἰητροί, &c. Lib. 6 de Morb. popular.*

SED & Præſcriptiones ejuſmodi generales, in praxi determinandæ & applicandæ.

THERAPEVTICA SPECIALIS.

TITVLVS XLVIII. *Pharmaceutica practica.*

ADMINISTRA ſcilicet omnium omninò Medicamentorum, quibus ſive curatura ſint, ſive Chirurgica, ſive diætica, corporis ſubſtantia imminutatur. Sumuntur paſſim *ex omnibus* tum Elementis, tum Mixtis. Nam ex Elementis ignis calefacit, aër refrigerat, aqua diluit. Ex lapidibus corallium ſiſtit ſanguinem, ſapbyrus antitodum eſt, ætites fœtum retinet. Ex *metallis* antimonium purgat, aurum roborat: vitriolum incidit, & refrigerat. Remedia triplicis generis. Sumuntur ex omnibus Ex Elementis. E Lapidibus. E Metallis.

Ex *Animalibus* vulpes integri accommodantur ad oleum vulpinum, Gallus anno ſuo ad jus purgatorium: hirundines in cibo ad viſus aciem, Muſtella ad epilepſim, Cicadæ ad colicum dolorem. Ranæ virides ad oleum de ranis, Cancri fluviatiles ad cancrum: lumbrici terreni ad nervorum affectus, cantharides ad lepram, pediculi ad icterum. Cerebella paſſerum & columbarum ſunt prolifica, pulmooes vulpium tabidis auxiliantur; jecur lupi & leporis hepaticis, teſtes caſtoris paralyticis. Cranium humanum in cineres redactum juvat epilep- Ex Animalibus.

MEDICINA

ticos, dens apri plureticos: dens elephantis, quod Ebur eſt, os cordis, & corou cervi cardiaca exiſtimantur. Adeps hominis, gallinæ, anatis, cuniculi, cervi, tauri, hirci, vulpis maximè remollit. Pelle arietum, contuſi involvuntur. Sanguis humanus ad emplaſtrum contra rupturam, hircious ad frangendum calculum, columbious ad oculorum ſuffuſiones. Lactis genus omne ſuos habet vſus. Quin & ipſa *excrementa*. Nam ſtercus calefacit, vrina pueri impubis detergit: ſaliva Hominis jejuni diſcutit, & digerit. Fel piſcium cataractæ medetur, Pili leporis ſiſtunt ſanguinem: moſchus Zibethum, ſeu civeta odoris eſt eximij.

Ex Vegetalibus. Quattuor ſpectanda,

In Vegetalibus nihil non Medicinæ idoneum. Quare & illorum vſus tum frequentior, tum ſecurior. In quo præcipuè, *velut in cæteris* quoque Medicamentorum generibus,

ATTENDITVR { *Delectus, Præparatio: Compoſitio, Ordo.*

Delectus.

DELECTVS fit vel in ſubſtantia Medicaminis, vel in qualitatibus. Sunt enim gravia & aſtriogentia, vt Rheum, mirabolani, &c. Mollia, vt pruoa, tamarini, caſſia: ſemina omnia, fructus plures. Solida & denſa, vt hermodactyli & lapides. Rara & levia ob igneam naturam, vt aloë, ſcammonium. Rara & levia ob humorem excrementitium, vt polypodium, Turbith, agaricum. Tenues partes habent vt ex ſolidis, ceruſa: ex liquidis aqua-vitæ. Lenta ſunt liguſticum, gentiana, cardamomum. Humida & calida ſecuriora ſunt frigidis & ſiccis; quoniam vita in humido & calido ſita eſt.

Secundæ qualitates.

Secundæ Medicaminum qualitates ſenſibus diſtioguhtur. Mollities & durities, aſperitas & lenitas percipiuntur tactu. Odorata præſtant fœtidis, quia ſpiritus recreant. Saporum omnium: acris eſt teterrimus, deinde amarus, tertiò acris & amarus ſimul. Dulcis ſaluberrimus, tum inſipidus, mox dulcis & acidus aut ſtypticus.

Solum natale.

Locus natalis Medicamentis propriam virtutem impertit. Iode Plantæ calidæ in locis calidis fiunt vehementiores, præhumidæ locis ſiccioribus caſtigantur. Plantæ maleficæ quò plures, io eodem loco, eò innocentiores. Plantæ benignæ quò pauciores, eò ſalubriores.

Collectio. Duratio. Virtus.

Sed & obſervatur *tempus* collectionis, durationis, virtutis. Colliguntur radices autumno, flores vere: ſemina æſtate ineunte, fructus declinante. Dura, craſſa, acria *diutiùs* aſſervantur. *Virtus* alia eſt neophytis, alia adultis, alia ſeneſcentibus. Quædam recentia, meliora; vt amara, ſtyptica, frigida, & quæ habent vim evanidam. Alia media æſtate, vt dulcia, inſipida & ſalſa ob ſuperfluam humiditatem. Alia vetuſtate, vt denſa & ſolida.

Correctio duplex. Mixtio. Ars.

PRÆPARATIO corrigit Medicameotum, aliquaodo mixtione contrarij, aliquando & arte. *Mixtio* vel temperiem contraria qualitate emendat, vel vim Medicamenti aut acuit, aut retundit. *Ars* verò, Medicameutorum malitiam debellat coctione, lotione, tritura, iofuſione.

Adminiſtrationis Leges.

Sic præparata *adminiſtrantur* debito ordine; maturè ponderatis omnibus circumſtantijs; puta remedij, morbi, ægroti, temporis, ordinis, & alijs.

Ordo.

ORDO igitur ſic inſtruitur, vt toti priùs conſulatur, quàm parti. Ante omnia alvuus repurgetur ſuppoſitorijs, balanijs, enematis varijs: ſyrupis, julepis, apozematis, & alijs. Repurgata prima regione per clyſterem, vel blandum catarcticum; materia cruda præparatur aquis ſtillaticijs ad medeodum, roboraodum, & delectandum.

Diſtillatio.

Diſtillatio certè Græcorum inventio, ſecernit & extrahit humorem ex planta, ex animali, alio-ve corpore. Id quod peragit vi caloris à ſole, igne, putredine. Idque aſcenſu vel deſcenſu; in alembico, vaſiſque diſtillatorijs per balneum, ſive aquæ calidam vaporatiooem, refrigerationem & cinerationem; quæ ampliùs explicabit, ſequens Chimica.

Purgationes validiores.

Fortiora deinde catartica humoribus purgandis variè adhibentur; hydragoga, cholagoga, melanagoga, phlemagoga. Quæ nimirum Medicamina debitè præparata decoctione, infuſione & diſſolutione; *exhibentur* potione, vel

bolo. Quare pro diverſis Morbis PHARMACÆA PRACTICA conficit Pulveres, Trochiſcos, Electuaria, tabellas, antidota, pillulas, opiata: reſtaurantia Marcipanes, Balnea, Fomenta, epithemata, embrocha, frontalia, lixi, mucilagina topica, denfricia, ſacculos, &c. DOGMATICA.

ALTERA pars Therapentices, ex manuum, quò potiſſimum eget auxilio *Chirurgiam* velut coronam imponit Medicinæ.

CHIRVRGIA.

TITVLVS XLIX. *Chirurgicæ operationes ſtrictim indicatæ.*

ARTIS hujus quæ à manus operatione nomen ducit, & in qua Chiron excelluit, Variæ Operationes continentur

QVATTVOR PRÆCIPVIS { *Colligatione, Separatione: Extractione, Cataplaſmate.* } Quattuor præcipuæ.

IN illarum vnaquaque Chirurgi munus eſt ſcire quid facto opus ſit. Nempe ante operationem præparatio, tempus, dies, officina quam expreſſo libello inſtruit Hippocrares: in ipſa operatione, poſt operationem.

Colligatio tam communis, quàm ſpecialis faſcijs & laqueis involvit, luxata redintegrat, & coaptat: effluentia reponit, diſcerpta fibulio, & ſuturis reſarcit. Multa enim, inquit Hippocrates, præter naturam ſuam excidunt, licet magnum quid prohibeat. 1. Colligatio. *Libr. de Fractur.*

Separatio ſeu diviſio aperit, diſcinditque phlebotomiâ, ſcarificatione, &c. Partes ſcilicet aut molles & carnoſas, ſuperfluas vel emortuas: aut etiam duras, vt oſſa & cartilagines. Extractio avellit è corpore res externas, vt tela: congenitas aut ingenitas, vt calculum, fœtum, Vrinam, cataractam, & ſimilia. Ea porrò exequitur foratione, terebris, & ſcalpris: raſione, ſcarificatione, novaculâ, limâ, forfice, acu. Aut tandem avulſione, & vſtulatione actuali vel potentiali, vt in cauterio. *Topicis* demùm remedijs, emplaſtris & vnguentis vtitur χειρῶργος ad vulnera, tumores, phlegmones, erezypelas, aliaque ejuſmodi perſananda. In ſingularum autem partium curationibus, nobiliorem quædam operationes exercentur. Puta trepanum in capite, dejectio cataractæ ex oculis, ſutura in labijs, naſi reparatio, dentium evulſio, litotomia in renibus, &c. 2. Separatio. 3. Extractio.

Verùm ea in arte, nihil præſtabilius Anatomiâ; cujus ſtudium quantùm vnicuique tum ad ſanitatem, tum ad ſapientiam, vtile ſit, docet congreſſus *Democriti & Hippocratis* relatu & memoriâ ſanè digniſſimus. Honorâ nimirum legationes Senatus populuſque Abderitarum, invitarunt Hippocratem; vt propriè advolaret, Democritum inter, vrbis cives ſapientiſſimum ab inſania, quâ eum laborare exiſtimabant, curaturus. Coo Abderum navigans Hippocrates, in collis ſecreto, vbi & delubrum erat, Democritum juvenit vultu & habitu Philoſophum. Circumquaque adjacebant accumulata animalium corpora, per totum reſecta. Interrogatus ab Hippocrate, ſcribere ſe reſpondit περὶ μανίης, de Inſania: rimarique in ea viſceratione & pecudum laniena, bilis naturam ac ſedem; qua in furorem abeunte, nulli non homines inſaniunt circa divitias, ambitum, voluptates, vt revera Mundus vniverſus valetudinarium ſit, in quo ægrotant quotquot vivunt vanis & ſtultis inhiantes: & vnus homo tam viſu dignus ſit, quàm dementiâ plenus eſt. Quæ cauſa Hippocrati fuit, vt Democriti inſaniam ſapientiſſimam reputaverit: ipſumque velut præſtantiſſimum naturæ ac mundi interpretem ἀριϛοντι φύσιος ἑρμηνευτῆ ϗ κόσμυ judicaverit. Ea ipsâmet ratione adductus, *Anatomiæ Breviculum* hîc placet repetere, vt *ſit totius Medicinæ velut Synopſis præclariſſima.* Democriti, Hippocratis congreſſus. *Hippocrat. Epiſtol.*

TITVLVS L.

ANATOMIA PRACTICA, totius Medicinæ compendium.

Anatomiæ breviculum.

DISSECTIO eſt artificialis, corporis præſertim humani. Cujus quidem brevis modò Synopſis, antedictorum veluti compendium exiſtet haud quaquam inutilis. Structura quippe corporis humani vſque adeò videtur ipſimet purpureo vati admirabilis, vt animum traducat ad DEI notitiam.

Mirabil. facta eſt ſcient. tua ex me.

PRINCIPIO quidem innocens iſtiuſmodi carnificina, corpus in ſuas omnes partes dividit. Illarum conſideratè intuetur ſubſtantiam, temperaturam, conformationem: actionem deniquè & vſum, vnà cum præcedentibus, conſectaneis, ſubſequentibus. Præſtat id quidem

Multiplex eſt.

1. Reſolutiva, & Compoſitiua.

METHODO DVPLICI { *Analytica,* *vel* *Synthetica.* }

ILLA corpus rimatur vſque ad partes vltimas, eaſque ſimpliciſſimas ac tenuiſſimas. Iſta naturæ ſtylo à minimis incipiens, totum corpus coagmentat. Iuxta altervtrius leges, Anatomia iterùm *duplex* cenſeri poteſt. Altera corporis totius, altera partis vniuſcujuſque.

2. Totius, & partium

3. Senſibilis & intellectualis.

Pars quid ſit.

3. Ideoque duplex iterùm ſtatuitur. *Senſibilis* veſtigat partes continentes, intellectualis contentas. *Pars* autem definitur corporis portio toti cohærens, vitæ illius participans, illique ad diverſa munia inſerviens. Partium verò numerus ingens. *Simplices ſeu ſimilares* ſunt homo-geneæ, nec alias ſub ſe ſpecies habent. *Communes* ſimilares & organicas componunt. Ejuſmodi ſunt oſſa, cartilagines, arteriæ, venæ, &c. Et quoniam illarum diſcrimen oritur à generationis principio, ſemine, & menſtruo; aliæ ſunt *ſpermaticæ* aliæ *Carnoſæ*. Harumque genus triplex. 1. Caro mera, qualis muſculorum & ingivarum. 2. Paremchyma cujuſmodi cor, jecur, pulmo, lien, &c. 3. Glandes, vt pancreas, amygdalæ, &c. *Similares-propriæ* vnâ conſtant naturâ, eaque in toto corpore eximia & ſingulari. In eo ſunt cenſu medulla cerebri, & oculi humores tres.

Similares. Communes.

Seminales. Carnoſæ.

Similares-propriæ.

Diſſimilares & Organicæ,

Diſſimilares dicuntur, quæ diviſæ partes ſortiuntur diverſæ ſpeciei, naturæ & nominis. Vocantur etiam *Organicæ*, quia per benè compactæ, formatæ & collocatæ; alicui actioni, ſpecialiter à natura deſtinantur. Ita enim oculus videt, vt ſolus videat. Ac in tali quidem organo pars vna actionem efficit, alia neceſſariò comitatur: tertia adjuvat, quarta continuationis & perſeverantiæ cauſa eſt.

Nobiles & Ignobiles.

Partes ſunt inſuper *Nobiles*, & Ignobiles. Illæ principem aliquam facultatem producunt. Tres omninò numerautur; cerebrum, cor, jecur. Cæteræ velut miniſtræ alijs inſerviunt, ideoque *ignobiles* deputantur.

Contentæ. Humores varij Acquiſiti.

CONTENTÆ partes ſunt duæ; hinc Humores, inde. Spiritus. *Humor* vocatur quidquid ſuâ naturâ fluxum ac liquidum, vaſe eget contineri. Humorum quidam ſunt congeniti, alij ad geniti. Tumque vel naturales, vel contra naturam. Et ab iſtis morbi omnes humorales.

Naturales. Alimentitij Excrementitij.

Naturales quamdiu manent vt decet, ſanitatem efficiunt. Inter iſtos alij ſunt *Alimentitij*, alij *Excrementitij*. Et hi quidem vel vtiles, vel inutiles; ex prima ſcilicet coctione per fæces, ex ſecunda per vrinas, ex tertia per ſudores.

Spiritus triplex.

Spiritus ſubtilior ſanguinis vapor eſt, arterijs incluſus, qui vndequaque motu celeri permeans omnes prorsùs vitæ actiones exerit. *Animalis*, fluit per

nervos à cerebro. *Vitalis*, à corde per arterias. *Naturalis*, ſubtiliſſima, calidiſſimaque ſanguinis exhalatio eſt, vbique-diſcurrens. DOGMATICA.

QVIA porrò partium cuilibet ſuum examen eſt particulare, idcircò particulare examen rectè diſtinguitur per ſpeciales Anatomias; Oſteologiam, Sarcologiam; ſub qua Myologia, Aogeiologia, Splancnologia; quibus examinantur oſſa & cartilagines, carnes, muſculi, venæ, arteriæ ac nervi, viſcera & inteſtina. Adeò vt partitione magis adhuc generali ſtatuatur demum

ANATOMIA { *Exterior*, & *Interior*, — Exterior, & Interior.

VTRAQVE totius humani corporis molem partitur io Caput emioens, Truncum corporis, partium juncturas. — Totius corporis partitio trina.

I. HOMINVM quidem capita nihil inter ſe ſimiliter habere, ſcribit Hippocrates: in eorumque ſuturis Litteræ T. figuram agnoſcit. Capite contineri videas partes illas omnes, à ſupremo vertice ad primam colli vertebram. Figurâ rotundâ; cranio conſtat & facie. Cranium ſic decenter conveſtit cæſaries ſeu capillatura, vt *calvitij* exprobratio cœli vltiooem olim meruerit. Oſſa habet octo, propria, per quinque ſuturas continua: communia duo, Sphenoïdem & Ethmoïdem. Illius involucra cuticula ſeu ἐπιδέρμις panniculum carneum, & *pericranium*. Iſtud membrana eſt exteriùs expanſa & à dura-matre procedens, quâ cerebri moles vndiquè conſtringitur. Duplex eſt, per venas quibus alitur, vndequaquè inhærens *Piæ Matri*, quæ illam immediatè circumvolvit. — Τῶν ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ οὐδὲν ὁμοίως σφίσιν αὐταῖς. *Hippocrat. l. de cap. Vulner.* Hominum. Aſcende calve. 4. *Reg.* 2. Tria involucra.

Cranium ſeptum eſt CEREBRI, cui divini neſcio quid haud perperam tribuit vetuſtas. Vnde & illo abſtinebant, & ſternutantibus benè precabantur. Figura cerebri rotunda, ſubſtantia medulla albeſcens, ſpongioſa, humida & frigida. Sedes eſt rationis, nervorum origo: ſuâ etiam cùm ſyſtole, tum diaſtole, ex rete admirabili aërem attrahens, ſpiritus ad animalis officia diſpertiens. *Homines* cerebri habent plurimum, mares verò pluſquàm fœmiox. Anterior pars ſynciput replet, occiput poſterior. — Cerebrum. Motus duplex. Majus in homine.

Intra cerebri ſubſtantiam latent *ventriculi* tres, figura ovali; ſub quibus eminentiæ mammilares, inſtrumenta ſunt odoratus. Sub primis duobus, velut infornice tribus columellis innixâ, tertium ventriculum duos habet canales. Altero exonerantur in os, muſcoſitates cerebro; nocivæ, ibique etiam *ſomni* ſedes eſt. Altero ad quartum ventriculum protenſo, ſpiritus tranſvehuntur. Quintum denique minimum ſed maximè ſolidum, in ſpinam dorſi deſinit per *Cerebellum*, quæ pars cerebri poſterior eſt. — Quinque ventriculi. Somni ſedes. Cerebellum.

Faciem decorant organa tam vocis, quàm primæ digeſtionis, ſeoſuumque externorum; os, naſus, aures, oculi.

TRVNCVM Corporis compiogunt vertebræ colli, dorſi, Lumborum, oſſis-ſacri. Vtrinque numerantur *coſtæ* duodecim, ſeptem veræ, quinque oothæ; quibus alligantur ſternon anterius, poſterius omoplatæ. Truoco inoculantur per commiſſuras, brachia, manus, digiti: coxendices, tibiæ, pedes. — 2. Truncus corporis. Coſtæ 24.

II. THORAX aperiens ſe ſe, in modum arcæ, claudit quas mox dicebam facultates; naturalem, vitalem, animalem. Illic quoque tum viſcera & inteſtina per meſenterium ſimul colligata, & *Pancreas* cui inoculantur rami venæportæ. Animadvertit nuper Azellius *venas lacteas*, à meſaraicis diſtinctas chilum ex inteſtinis ſugentes. Eaſque facit continuas receptaculo, ex quo vas quoddam thorachicum ſpinæ dorſi attiguum & in ramos ſub clavios eundem chilum deportans, & inde fœtum nutriri affirmat. — 3. Thorax. Viſcera. Venæ lacteæ.

Ventriculum, vbi ex receptis alimentis generatur chilus, orificium habet. Superius eſt ſtomachus, cui ineſt cibi appetitus. Inferius iogeſta detinet alimenta, donec peracta ſit digeſtio. *Iecur* cui ineſt vena-cava, vnde fons ſanguinis in totum corpus, in cor præcipuè, erumpit. Hujus *circulationem* continuam, eamque ex læva cordis cavitate io dextram reciprocam, neoterici declarant — Ventriculum. Iecur. Sanguinis circulatio.

DOGMATICA.
Cyſta fellis.
Renes.
Genitalia.
Pectus
Exod. 25.
Diaphragma.
Oeſophagus.

æſtus maritimi exemplo. Sub thorace & ſupra ventrem latet pariter Cyſta fellis, bili repurgandæ: Lien hepati oppoſitus, vt illud vacuet à fœcibus ſanguinis. Renes gemini, qui ſeroſitates tranſcolatas in vreteres exonerant. Genitalia conſervandæ ſpeciei, propagandiſque Individuis deſtinata.

Pectus *mammarum cubile*, continet diaphragma, inter muſculos præcipuum, reſpirationi inſerviens. Sua obliquitate, ventrem inferiorem ſeparat à pectore. Duplex illi foramen. Prius aperit Oeſophagum, Arabibus Meri, canalis ſcilicet ab ore in ventriculum cibos traijciens. Poſterius *ſubit* Diaphragma per quod Aorta deſcendit in inferiorem ventrem, vena-cava in pectus aſcendit.

Pleura.
Mediaſtinum.
Pulmo.
Arteria-venoſa.
Arterioſa.
Aſpera.
Larinx, epiglottis.

Pleura ex ſexta nervorum conjugatione ſenſu pollens admodum exquiſito membrana eſt cuncta cingens viſcera. Replicata format Mediaſtinum à dorſo ad ſternum porrectum, pectuſque in duas partes dividens. Mediaſtinum inter & coſtas jacet *Pulmo*, membranâ prætenui incinctus. Illi inſeritur Arteria-venoſa, ex lævo cordis ventriculo oriens. A dextro vena Arterioſa pulmonem ſubit, Aſpera medium occupat. Hanc supernè terminat Larynx, epiglottis cooperit in modum folij hederæ.

Pericardium.
Cor.
Vena-cava.
Arterioſa.
Arteria venoſa.
Aorta.
Σκελετός.

Pericardium velut capſula, *Cor* figurâ triangulari ac pyramidali claudit, ſanguinis & vitæ theſaurum. Motus illi duplex, per diaſtolem & ſyſtolem. Ventricula illius duo, tertium in intervtrumque medium vbiquè perforatum diſpeſcit. Dextrum verſus cordis acumen, occupat vena-cava, clauſa valvulis tribus: arterioſa, duplici portula patens, Siniſtro ventriculo ad cordis acumen pertinenti, inſunt Arteria venoſa, cum magna Aorta, tribus cuique valvulis. Habet inſuper hinc & inde auriculas duas molles & concavas, cordis refrigerio deſtinatas. Dextra ori venæ imminet, læva arteriæ-venoſæ. His omnibus inſtructum animal, vitam vivit naturalem. Cùm extinguitur fit cadaver; quod nomen homini ſoli aiunt tribuendum; quia ſolus ſtaturâ erectâ, propriè cadit dum moritur. Vbi exaruit, *Sceletus* eſt, oſſium ſcilicet omnium convexorum vniverſa ſyntaxis.

Nexus & commiſſura.

SED ENIM quemadmodum Phyſica dum pura eſſe deſinit, miſcetque ſe corporum valetudini aut reparandæ aut conſervandæ, evadit *Medicina*: ſic hujus iſtius ſoboles dicam aut parens, eſt *Chymia*.

PHILO-

PHILOSOPHIA SECRETA, VERE Naturalis.

SPAGIRICA. TITVLVS LI. *Chimia, ſeu Spagirica.*

CHIMIÆ ſeu Alchimiæ nomen & inventum, Arabes perperam creduntur ſibi arrogare. Sunt etiam qui derivent ἀπὸ τοῦ χύμου, ſucco ſcilicet; quem ars ea è cunctis omninò corporibus elicit, atque extrahit. Quo etiam ſenſu vocatur paſſim Spagirica, ἀπὸ τοῦ σπᾶσθαι; quod elicere, & extrahere ſignificat. Quidquid verò ſit tum de etymo, tum de origine; *Scientia* eſt corpora mixta naturalia diſſolvens, ac diſſoluta coagulans; vt eorum naturas penitiùs inſpiciat, ex iiſque medicamina conficiat jucundiora ſimul ac ſalubriora. Ego certè altiorem quoque aliam ob cauſam, *Philoſophiam Secretam ac verè Naturalem* ſoleo appellare. Dolendumque dicam an indignandum; quod vt ſincera eſt, plerumque aut ignoretur, aut ſubſannetur; ex quo præſertim illam Chimiſtarum, verius nebulenum πανουργία ſuâ fuligine pridem infumavit. Vt autem abſterſa illa nitori ſuo reſtituatur, à me hocce laterculo proponentur per

Ejus nomen, & origo.

Definitio.

TRACTATVS IX.
- *Scientia*,
  - Laudata,
  - Definita,
  - Diviſa.
- *Principia*,
  - Mercurius,
  - Sal,
  - Sulphur.
- *Operationes.*
  - Solutio, Coagulatio, &c.
  - Effectus,
  - Canones.

ILLI ſanè ampliſſimè patrocinantur Autoritas, Ratio, Experientia. Palam enim Cœli etiam *oracula* addicunt [argento venarum ſuarum Principia, & auro locum in quo confletur: ferrum aſſerunt de terra tolli, & lapidem ſo-

Scientia hæc probatur 1. Autoritate ſacrâ. *Job.* 28.

MEDICINA

Proverb. 27. Mala. 5. 2. P. 115. l. 4. c. 12. Lib. 1 Trinit. L. 4. Meth. Inst T.tul. de Sortileg. c. 2.

lutum calore in æs verti; lapides ſapphiri cunas eſſe, & in glebis illius gigni aurum; iſtudque igne purgari, conflari, colari; argentum tandem memorat Vates-Regius, ſeptuplici purgatione excoctum.] Ac ne quis pergat ambigere, Pſeudo-Eſdras integrum opus videtur propalare, vbi terram inducit reſpondentem; ex *multa argilla fieri fictile*, *aurum vero ex parvo pulvere*. Quibus ſuffragantur & Ipſi ſacri Scriptores, Auguſtinus, Thomas Aquinas, Panormitanus.

Prophanâ.

QVOD autem attinet ſæcularium Litterarum Peritos, in Scientiæ ipſius choro præcentor audit Hermes Triſmegiſtus. Eum ſcilicet narrant, Artis ſecretum incluſiſſe ſuâ illâ celebri Tabulâ Smaragdinâ; quam tanta Scriptorum Multitudo excepit, vt *Theatrum Chimicum* impleverit ampliſſimum. Quanquam, fateor, mihi omnes non ampliùs quàm pro vno numerantur; ob rationes quas olim contra χαπνιπόλας aptare juſſit, Vir Incomparabilis.

Vide Phyſicam retro. Mythologia.

Quin & putant fabulas penè omnes, à Mythologis ad hunc ſcopum deſtinari. Quis enim neſciat Iovis aureum imbrem, Midæ manus aurificas? Heſperidum poma aurea, Iaſonis Vellus itidem aureum? Quæ licet grata putentur mendacia, & Hominum avaræ curioſitati lenocinantia; illud ſaltem apud omnes inconfeſſo eſt hanc Artem fabulam minimè eſſe, quâ Medicina eſt. Vt enim ſileantur Apollo, Æſculapius, Chiron, Circe, & Medea; hodiéque datur intueri ſpecimina ſecretæ hujus Philoſophiæ, miraculo proxima.

2. Ratio. Divina. Conf. 1. Humana. 3. Experientia.

Adſtipulatur *Ratio* tum divina, tum humana. Illa, dum tradit ſummi Conditoris benedictione Cuncta jam à prima geneſi, inſito cuique proprio ſemine prolifica. Iſta, quia videmus paſſim Artem Naturæ æmulam, applicando activa paſſivis, illius operas imitari.

Quatenus Chriſtiana.

LAVDIS cumulus accedit ad Chimiam, quod habetur quoque *Chriſtiana*. Sunt quippe, fuereque omni ævo; qui arcana hæc Naturæ & Artis vniverſa, fidei Chriſtianæ-Catholicæ Myſterijs adaptant. Subtiliter quidem, ſed ſatis quoque invtiliter. Abundè erit noſtro Sapienti, lepidum ſatis commentum non ignorare. Quin etiam quâ Contemplatrix ſcientia eſt, illius vtilitates exiſtimare: Nam genus hoc ſtudij Candidatum Naturalis, & Secretioris Philoſophiæ ſevocat à turba, à ſenſibus, à mundi & carnis illecebris: rapitque miris modis, in ſecretum animæ. Vbi, velut in Sanctuario, Naturam jugi meditatione contemplatur: DEVMque Naturæ Autorem religioſè credit, colit, adorat, amat. Quippe eminentiſſima, certiſſimaque ejuſmodi contemplatio veram, evidentem, puramque Animis hominum ingenerat cognitionem: cognitio amorem, amor ſimilitudinem, ſimilitudo communionem, communio virtutem, virtus gloriam, gloria potentiam; cujus beneficio vir ſincerè Philoſophus, fit DEI Miniſter.

Quod ſi qui Πανουργοι, & Æratores ſophiſtici ſanctiſſimo dono per nefas abutuntur vel in ſe ipſis decepti, vel alijs illudentes; crimen eſt fateor, ſed aut Sciolorum aut Mangonum, non ſcientiæ Ipſius. Ipſa enim Natura ſecretas aperiens veritatis, ſcientiæ, eloquentiæ, prudentiæ, vias; vno verbo, ſapientiæ vniverſalis magiſtra eſt. Ipſa tota DEVM deprædicat, nec-non Chriſtianæ Religionis Myſteria haud quaquam obſcurè adumbrat.

Vide Dam. Colleſſon.

SPAGIRICA.

TITVLVS LII.

SCIENTIÆ HVIVS PRINCIPIA Generalia.

Scientiæ hujus Principia.

SCIENTIA ergò maneat hæc Philoſophiæ pars ſecretior. Sitque per nos licet veritatis ſigillum, PHYSICA SPECIALIS, ſolida & ſincera: Medicinæ & radix, & meta, Naturæ anatomia exactiſſima, Theologiæ baſis certiſſima. Loquamur ſignificantiùs, magiſque ad canonem & amuſſim. Alchimia, ſcientia eſt; quæ Naturæ totius œconomiam contemplatur, vt *Speculativa* eſt: imitatur, quatenus Practica. Primo modo, præcipuis hiſce Axiomatis innititur.

Definitur, & dividitur.

I. SAPIENTIA hæc veterum *Magia* Naturalis, ſola inter Humanas Diſciplinas recludit, ingrediturque rerum ac veritatum Sanctuarium. Tres imprimis *Mundos* diſtinguit, & contemplatur; Archetypum, Macrocoſmum: Microcoſmum in Homine, illorum compendio planè mirabili.

Illius principia.

Tres Mundi.

QVIDQVID extat in ea rerum vniverſitate, Natura eſt; hinc Naturans, inde Naturata. Illa DEVS eſt, iſta quidquid à DEO effectum. Cum verò hæc illius imago ſit, nihil habet, agitque nihil niſi ad ſimilitudinem ſui Exemplaris.

Natura naturans, & naturata.

II. Artis ſumma eſt ſi Naturam imitetur, vt Natura Vniverſi Conditorem.

III. Vnus eſt, ſaltem analogicè, *Spiritus* agens Mundi Archæus, vnum ſemen, receptaculum vnum. Quâ tamen non obſtante in ſe indiviſâ Naturæ vnitate, numero *ternario* in infinitum variatur per ſuas operationes; quæ circulo, ſeu rotâ tandem concluduntur. Hinc vna quæque veritas ſemper vna, Naturæ non aliter quàm vmbra corpori & ramus radici perpetuò adhæret.

Spiritus intus alit, totamque, &c. Virgil.
Vnitas & trinitas.

IV. Circularis ea Naturæ, conſequenter & Artis operatio eſt ſymbola commiſcere, ſimilia & diſſimilia producere. Quod exequitur iteratis ſuis gyrationibus, *quouſque* Cælum fiat terreſtre: & quod corporeum eſt, qualitate ſpiritali ſuperinduatur. Ideo Natura *ſubitas* odit mutationes, paulatim procedens juxta præſcriptas à DEO leges. Agit ſemper vijs directis, magiſque compendioſis. Sed vtiquè ab imperfectioribus tendit ad perfectiora, ab imis ad ſumma; à corporeis ad ſpiritalia: ab eodem procedit, in idem redit, licet non eodem modo.

Naturæ, & Artis operationes.

V. Quidquid initia & progreſſus agnoſcit, ſtatum habet præfinitum; in quo ſuâ perfectione, quiete ac felicitate fruatur.

VI. NATVRÆ organum generale, & velut catholicum *inſtrumentum* calor & amor vnitivus eſt in ſole, in centro, in corde. Inde omnia ab vno ad vnum, Vnitatis miracula in Trinitate repreſentant. Inde pariter in cæleſti Mundo flos terreni, in terreno fæx cæleſtis: & quod infra corpus eſt, ideam habet ſpiritalem in ſuperiori. Res enim omnes meditatione & productione *vnius*, illius imagines ſunt; vt nulla pars ſit Mundi viſibilis, in quo totum non ſe expreſſerit exemplar Archetypi.

Inſtrumentum generale calor, & amor.

VII. Naturam ſupremus artifex creavit de nihilo, mera libertate. Sed illam fecit hermaphroditam, androgynam, marem & femellam: omnia, & nihil omnium. Tanta nihilominus pace & *concordia*, vt in re qualibet omnis alia quælibet ſit in potentia, ſaltem analogicè, tametſi non videatur. Quod grande eſt Naturæ, & Artis MYSTERIVM. Quin &, Medeæ inſtar, prolis ſuæ carnifex eſt; quoniam vt patet in frumenti grano, nihil gignit niſi prævia corruptione.

Naturæ pax.

VIII. In rei cujuſque centro ineſt veritas quædam, imago divini radij puriſſima, oculis carneis inviſibilis. Adeò-vt veritates imminutæ vulgaribus oculis apparentes, ſpectra ſint & phantaſmata; *veritas* enim latens, non niſi à latente ſpiritu percipitur. Vt autem *penetretur*, nihil tentandum abſque naturâ,

Pſ. 11.
Veritas vna, & latens.

MEDICINA Medium.

& gratiâ ; quam ſequi tutum, & totum eſt. Sicut autem in rerum generatione, ſic in *Scientiarum* cognitione, rerum-ve agendarum peritia ; veſtigandum eſt in Naturæ operationibus *Medium* ; quo principia rerum ſuis finibus conjunguntur.

IX. NATVRA naturam ſuperat, id eſt ſpiritus Vniverſalis Naturas omnes particulares. Natura naturam continet. Nam quod eſt ſuperius, eſt ſicut quod eſt inferius: & quod eſt inferius, eſt ſicut quod eſt ſuperius ; ad manifeſtanda nimirum miracula VNIVS DEI, vnius pariter Naturæ, vnius & Veritatis, Scientiæ, Eloquentiæ, Prudentiæ. Natura aſcendit à terrâ in cælum, iterumque à cælo deſcendit in terram. Ac licet ſemper tendat ad meliora, imperfecta tamen patitur nonnulla, defectu circumſtantiarum : nec emendatur, niſi in propria matrice, & à ſpiritu homogeneo.

TITVLVS LIII. *Tria Naturæ, & Artis principia tria.*

PRINCIPIA HVIVS SCIENTIÆ Particularia.

PER eas igitur lineas progrediens Natura ad rerum geneſim, Arſque ad praxim deſcendens, principia omninò tria agnoſcit ; Mercurium, Sal, Sulphur. Ac illis quidem maximè, debetur nomen principij ; quia ex illis oriuntur, in illa reſolvuntur vniverſa. Generatur Mercurius, ex terræ & aquæ mixtione. Sulphur, ex terræ & aëris amplexu. Sal, ex aëris & aquæ condenſatione. Plures dari non poſſunt illorum combinationes. Ignis autem naturæ, omnibus tanquam principium formale ineſt ; cum influxu, & affluxu virtutum cæleſtium.

Sunt etiam Principia ſecundaria, ſimulque particularia. Naſcuntur quippe ex Elementorum copula & concurſu, non tamen ex quolibet indiſcriminatim. Nam ex terra pingui & aqua limpida optimè dilutis & mixtis, exit Mercurius. Ex terræ autem ſubtiliſſimæ & ſicciſſimæ cum aëris humidi conſortio, gignitur Sulphur. Sal denique ex aqua craſſa, pontica & ſalſa, cum aëre crudo intercepto concreſcit.

Ea porro Elementorum mixtio, fit per minima & actu indiviſibilia corpora. Secus enim corpus naturale & continuum non coaleſcerent. Et hoc voluit in ſuis atomis Democritus. Quantò enim magis res attenuantur, tantò mixtioni fiunt aptiores.

1. Mercurius. MERCVRIVS inter principia illa tria, primo occurrit loco. Liquor eſt ille æthereus, humidum aëris calore fœtum, aqua primigenia cuncta fœcundans acceſſu ignis velut mariti. Cuncta ideo permeans ſua tum ſubtilitate, tum puritate. Vitam cuilibet rei conferens tum motu & ſenſu. Vnde appellatur Spiritus, Sal armoniacum, Idea informans, Intelligentia movens, Intellectus glorioſus. Variatur tamen ex circumſtantibus, quorum contagio ſordeſcit, ideoque purificandus eſt per artem.

2. Sal. SAL alterum naturæ principium, primum corpus compactum, ſiccum & ſenſibile : baſis mixtorum omnium, quæ illius tenacitate coagulantur, & vi cujus ſervantur à corruptione ; ſubſtantia eſt chryſtallina, exaltata per ſublimationem : alba ſuper nivem, continens intra ſe, occultè tamen, ſemen Sulphuris rubeum ; quod vocant Sal animatum, aquam vivam, aquam congelatam.

3. Sal continens eſt, Mercurius verò & Sulphur res contentæ. Quippe occultum in terra aduſta, principium eſt remotiſſimum omnium metallorum ; vulgò *vitriolum* & medium minerale, ſeu ſemen proprium generandi omnia metalla ; vnde Sales ſunt radices operis. Hinc in anagrammate gallico, *Vitriol, l'or y vit*.

Abſque Sale naturali, vivere nullum animal poteſt. Nam Sal illud balſamum eſt, quod corruptionem arcet calidi Sulphuris cum humido Mercurio, ex quibus compactum eſt. Dat formam omnibus, quia facilè congelatur. *Virtutes* Salis ſunt condire, calefacere, ſiccare: extenuare, diſſolvere; diſcutere, abſtergere, aſtringere, ſuperfluos demum humores conſumere. SPAGIRICA.

SVLPHVR tertia rerum materia, terra ſicca, calida, præcipua pars rei cujuſlibet: lumen omnium corporum, tinctura è cujus optima præparatione Scientia hæc omnis pendet. Sulphur.

Cenſetur enim à Sophis *virtus* rei cujuſque, natu omnium minor, ſed omnibus ſenior: dignior, fortior-ve, & tamen puer obedientiſſimus. Deſcribiturque in ænigmatis, Rex in mari alta voce clamans; qui me eripiet, ingens præmium habebit. Ideo vocatur terra Philoſophorum, terra inquam adamitica & rubea. In Mundo elementari ignis, in Cæleſti Sol, in Intelligibili Spiritus Sanctus.

Sulphur alijs principijs calorem exhibet, & ſine eo non poteſt congelari Mercurius: maris vices ſubit, ideoque Mercurio fœminâ nobilior. Eorum autem perennis principiorum *commixtio* ſic ſe habet. Sulphuris qualitates.

Naturæ legibus conſtitutum eſt, vt Elementa è quibus immediatè tria hæc fluxere principia, agant ad invicem. Quæ *reciprocatio* vſque-adeò fœcunda exiſtit, vt actione ignis in aërem producatur Sulphur: actione aëris in aquam, Sal; actione aquæ in terram, Mercurius. Terra autem quia non habet inferius elementum in quod agat, nihil producit: ſed in ſuo ſinu recipit, fovetque velut in centro & gremio, quæ ab alijs Elementis fuere producta: Matrix ideo nutrixque trium ejuſmodi Principiorum, Ops appellatur. In illius corde Sulphur ineſt, ceu calor vivificus, animalibus dans acumen, flores pingens, fructus producens, odores exhalans? Vno verbo, rerum omnium tinctura eſt, color, coagulum, maturitas. Quomodo gignuntur tria hæc.

OMNIA ex tribus iſtis *producuntur* Principijs in Regno Minerali, Vegetabili, Animali. Et vnumquodque *duplex* eſt; naturale, & artificiale. Quare qui ea novit perfectè, & cujuſque pondus: quamque habent à natura, dum res producunt, permixtionem; ſcit profectò an perfectè concreta ſint, an cruda: plùs minùs-ve ignis habeant, an ſicca, an calida & in quo gradu. Ab illis tribus omnia. Duplex naturale, & artificiale.

NATVRÆ, ET ARTIS PER ea principia Operationes duæ.

TITVLVS LIV. *Chimiæ triplex Operatio.*

HIS igitur Principijs inſiſtit rerum omnium parens Natura, dum perenni circulatione opera ſua molitur. Ideo ex illius ſinu fluunt potiſſimum

OPERATIONES DVÆ { *Solutio,* *Et* *Coagulatio.* }

PRIOR res materiales aperit, & omninò diſſolvit; vt poſteà per alteram operationem ex eorum mixtione mutua, novus ex coagulo producatur fœtus, remotâ impuritate. Illud Ars vt imitetur, obſervare debet Naturæ centrum ſeu punctum; qui locus eſt tum ſeminis intùs latentis, tum in ſemine virtutis prolificæ. Procuranda deinde eſt converſio, & mutatio corporum in aquam, è qua primò fuere condita; ſcilicet in Mercurium, qui vivum elementum eſt, Vulgaria enim mortua reputantur. Solutio. Coagulatio.

MEDICINA

Inde Solutio *definitur* rei ſiccæ in aquam reductio. In Magno-Opere non fit niſi per ignem ſuum & ſanguinem, quem vocant caudam Draconis & aquam Mercurij. Omne enim corpus diſſolvitur per ſpiritum cui mixtum eſt, & fit procul dubio ſpiritale.

Quibus impeditur ſolutio.

Impeditur autem ea ſolutio frigiditate aëris circumambiente, ſoliditate terræ conſtringente, caliditate ignis nimiâ: motu non quieſcente, quantitate excedente. Iuvatur oppoſitis. Si videlicet addas mixtorum æqualitatem, patientiæ longanimitatem, temporiſque maturitatem; donec Natura naturaliter producens, ſuum ipſa opus abſolverit. Perficitur iteratâ ſæpiùs *Diſtillatione*, ſeu Cohobatione; qua efficitur vt aqua & aër ſint munda, & pura ſine fæcibus. Tunc enim abluunt faciliùs, tingunt vberiùs, & operantur nobiliùs. Natura enim & ars à ſuis operationibus abigunt externa, impura & ſuperflua. Exinde *Exaltatio*; qua rei ad ſua principia redactæ, vires magis ac magis augentur.

Quibus juvatur.

Promovetur diſtillatione.

Perficitur Exaltatione.

Effectus ſolutionis.

Effectus ſolutionis eſt facere fixum volatile, res corporeas non corporeas; modò ſpiritus, nimio igne, in fumum non evaneſcat. Nam idcirco ignis imitari debet calorem Solis in menſe Iulio, vt ſuavi & longâ decoctione aqua ſpiſſetur in terram nigram, quæ elementum eſt. Violenta ſolutio exhaurit, extinguitque Spiritus: naturales poros aperit & carceres, aſſeritque in libertatem. Solutionem ejuſmodi peragit *Calcinatio*, ſeu reductio mixti in tenuiſſimum pulverem. Eaque fit duplici modo. Alter *Corroſio* eſt, quæ fit *Amalgamate*; dum metallum quodvis, ferro excepto, cum octava parte Mercurij, igni ſubjicitur; vt Mercurio evaporato, metallum remaneat pulvis tenuiſſimus. *Præcipitatione*, quæ fit per aquas fortes & regales. *Stratificatione*, ſeu cementatione; cum metalli laminæ inter ſtrata pulveris corroſivi, calcinantur. *Fumigatione*, quæ metallum corrodit per fumum acrem abs liquore aliquo. Alter *Ignitio* dicitur, peragiturque alijs quattuor modis. *Cinefactio*, ignis viribus corpora in cineres redigit. *Reverberatio*, ea per flammam deurit. *Deſiccatio*, humidum naturale ſenſim exhalat. *Extractio*, ſubtiliores mixti partes ſeparat à craſſioribus. Ea autem fiunt aliquando per aſcenſum, aliquando per deſcenſum.

Calcinatio, &c.

Sublimatio. Triplex illius vſus.

SVBLIMATIO, id eſt humidæ graviſque naturæ in levem converſio, ſive in vaporem exhalatio. *Illius finis* & vtilitas, triplex eſt. I. vt corpus impurum ſenſim ſuis fæcibus mundetur. II. vt ſuperiorum virtutes, quæ continuò defluunt, largiùs aſſequatur. III. vt per ejuſmodi evacuationem exoneretur terrâ ſuperfluâ, & prægnanti humore ſpirituum actionem ſuffocante. Hæc ſupervacui humidi ſubtractio, obſtructionum cauſam amovet: & faſtidientem ſtomachum ſublevat, eumque digeſtioni aptum reddit. Caloris autem impulſu, humor ſublimatur & rareſit.

In ſublimatione materia craſſa fit ſubtilis, & ſeparatur ſubtilius à ſpiſſo. Aqua quæ ab inferioribus virtutem gravitatis accepit, vt in eis maneat; dum ſublimatur & in aërem elevatur, à ſuperioribus virtutem ſublimationis & penetrationis accipit. Vnde & vera *ſublimatio* Philoſophorum, eſt ex re vili & minima, magnam & incorruptam efficere.

Per ſe, & cum alijs.

Alia ſublimantur *per ſe*, alia cum alijs. Mercurius, qui ſpiritus eſt, ſublimatur per ſe. Terra philoſophica, cùm ſit calx corporis, non ſublimatur per ſe, ſed non niſi incorporata cum Mercurio.

Fermentatio.

FERMENTATIO exercetur à Superioribus in naturas inferiores, per aquæ commixtionem. Aër quippe vapori advolanti pervius, eum recipit quaſi in aula & vulva; quò priuſquam perveniat, corpore quodammodo in Spiritum verſo, humida natura pondere exuitur ſuo: vt addita celeritate, ambiguæ naturæ privilegio fruatur. Sol interim & cæleſtia, jugi afflatu, ſpiritus vivificos inſtillant. Vapores autem quaſi in ſpongiam concreti, nectar illud ſpirituale aviſſimè ſugunt, eoque imprægnantur. Relabentes poſtmodum in Terræ gremium, innumeros producunt fœtus; partim pro ſeminis virtute multiplici, partim pro varia matricis diſpoſitione.

Fermentum igitur ſpiritus eſt vivificus, à naturis ſuperioribus in has inferiores defluens; ſine quo Terra iterum inanis, & vacua foret. Eſt enim vitæ omnis ſemen, quo etiam vivit Homo; aëre ſcilicet, ſpiritu ejuſmodi fermentato & oppleto.

Definitur *fermentatio*, minoris perfectionis multiplicatio, & ad Majorem adductio.

SPAGIRICA. Tria in fermento.

Idcirco diſtinguenda in qualibet re { *Anima*, *Corpus*, *Spiritus*.

ANIMA fermentum eſt, vel forma: corpus, paſta ſive materia; Spiritus, ſedes & vehiculum animæ; quo mediatore ſublato, nullum fœdus eſſe poteſt inter corpus & animam, vt pote extrema. Hic Spiritus nihil eſt aliud, quàm liquor ille formam & materiam attenuans, & in ſpiritalem materiam revocans; qui dicitur interdum cæcum, mercurius ſolutivus, menſtruum, quinta-eſſentia.

Quin etiam fermentum auri aurum eſt, ferri ferrum; & ita de reliquis. Omne enim *agens* agit juxta ſuam formam, & alteratio ſemper redolet naturam agentis. Ideo qui neſcit duo corpora reducere ad materiam primam; non poterit habere aliquod fermentum.

Putrefactio.

Putrefactio, quæ & nonnullis digeſtio, fit lento calore. Ab ea generationem & nutritrionem, (quarum eadem propemodùm ratio eſt) inchoat Natura; adeo-vt conſequantur ſe mutuò humiditas, putredo, nigredo. Nec putrefactio completa eſt, donec materia tota ſoluta ſit in aquam. Promovetur eodem calore, rerum ſubtilitate, ignis levitate: & temporis maturitate, quia Natura naturaliter procedit.

Ex oppoſito aſcenſus, deſcenſum juvant *Filtratio*; quâ humores aquoſi per pannum, vel chartam à craſſioribus ſecernuntur. *Deficentia*, ſeu deliquium, quâ ſales & calces ſpontè liqueſquunt. *Circulatio*, qua res elevata ampliùs defæcatur.

Quid ſit Coagulatio, & quot modis peragatur?

COAGVLATIO cæptam à ſolutione, primam Naturæ & Artis operationem abſolvit. Nempe vnius & ejuſdem naturæ cum ſolutione, ab hac nonniſi objecto diſcriminatur. Spiritus quippe non congelatur niſi corpore ſoluto, & contra. Idem pariter vtrique operationi progreſſus, eadem & momenta. Ab ea fixatur volatile, aqua denſatur & congelatur. Liquidoque humore ſublato, ſolida efficiuntur. Qui vtramque novit, nil prorſus ignorat.

Subſunt quatuor. 1. Exaltatio. 2. Decoctio. 3. Congelatio. 4. Fixatio.

Coagulationem abſolvit *Exaltatio*, ſubtiliori vaneſcente. *Decoctio* iterata, vt ſordes omnes prorſus evaneſcant. *Congelatio*, quâ ſpiſſantur partes tenues, aëreæ & aquoſæ. *Fixatio* demùm, quæ ſpiritum in corpus incraſſat, fixatque volatile.

Expurgatio phlegmatis.

PRÆVIA tam ſolutioni, quàm coagulationi eſt expurgatio *Phlegmatis*, & Capitis mortui, ſeu Terræ, quam vocant, damnatæ. Phlegma autem excrementum duplex, aqueum & tereſtre. Vtrumque materiale in Mixtorum compoſitione admiſcetur cum Sale, Sulphure, & Mercurio. Principia non ſunt, ſed ad ſummum loca, matricès & cortices principiorum; ſine quibus infæcundæ eſſent hæ matrices, vt pote quæ nullam penitus ex ſe habent vim & ἐνέργειαν.

Sublatis itaque è Compoſito ejuſmodi ſuperfluis, quantùm ſat eſt, & facta mixtione congrua; Natura, & Ars ſuum opus aptè moliuntur. Adeo-vt per illas tres operationes ſolutionem, coagulationem, & expurgationem; naſcantur proles Philoſophiæ hujus, quatenus à ſpeculatione per Artem ad praxim traducitur.

TITVLVS LV.
Chimia Practica.

PHYSICÆ HVIVS EFFECTVS præcipui.

Sanitas animi, & corporis.

DVO cumprimis numerantur ; Sanitas Corporis, & generatio Lapidis. Enimverò quemadmodum morbus dualitas eſt, ſanitas verò vnitas ex communi corporis, animique concordia : ſic ea eſt profectò optima Medicina, quæ non modò corpus curat, ſed ſpiritum illum æthereum, cum corpore facit ad functiones conſpirantem. Reſpicienda igitur ſanitas Animi, Corporiſque ; vt *ſit Mens ſana, in Corpore ſano.*

Vitium, & morbus.

AD Animam conferunt Sol, Luna, Iupiter ; Intellectus ; Ratio, Memoria ; ad Corpus, reliqui quattuor Planetæ. Soli itaque & Lunæ ſuæ per Iovis temperiem attendat, qui ſanus eſſe vult. Animum & Corpus æquabili temperie conſociet, & ab vtroque ſummè arceat quod vergit in exceſſum. Vitium enim Animi ægritudo eſt, & intemperies. Corporis autem morbus, alteratio eſt vitæ naturalis.

Si ab exceſſu oritur vel à defectu, illius cura relinquenda eſt Naturæ : hæcque tantillum juvanda diætâ, remedijſque naturam blandè aperientibus. Si ignis naturalis nimia accenſione ferveſcit, quiete, opus eſt & remedijs quæ calorem moderentur. Vbi & illud obſervatu dignum ; ab vno fonte manare vitam & ſanitatem, morbum & medicinam. Vita ſi quidem & ſanitas calidum eſt naturale, cum ſuo humido radicali temperatum. Ab ejuſmodi æquilibrio ſi nimiùm inardeſcit calidum, Sulphur ejus vrens vel aduſtum cætera conſumit devoratque. Si plus juſto reſtagnat humidum radicale, fit profluvium ſuffocans.

Varij morbi, varia medicamina.

CÆTERVM vt Morbi omnes partim ad extra, partim ad intra ; vel ideales ſunt qui à DEO, vel aſtrales, vel elementares : ita curantur paſſim, remedijs conſimilibus. Adde Corporis contagio Animum ſæpiſſimè infici, ac labe reciproca ſæpè ab Anima in Corpus defluere tum bona, tum mala. Vnde & vtriuſque conſortis medicamina videas mutuò ſibi invicem opitulari. Adeò vel ex Scripturæ relatu, deterrimi morbi mitigantur remedijs ſpiritalibus ; Muſicâ, amicitiâ, colloquijs, gaudio & lætitiâ.

Effectus.

Sed & Corpori immediatè è tribus Regnis Minerali, Vegetali, Animali ; parantur, conficiunturque MEDICINÆ tum generales, tum particulares. Ambæ ſcilicet Chimiæ effectus diverſi. Aquæ fortes & causticæ, in quibus corroſiores ſunt ſtygiæ, & regales quæ aurum diſſolvunt, aliàs vocanrur duorum campionum. Spiritus, qui ſunt oleum vel aqua pro prædominanti qualitate. Enimverò qui ex humano ſanguine exprimitur inter animalia excellit, qui ex vino inter vegetantia, qui ex vitriolo inter mineralia. Illi ſpecies media, inter ignis & aëris naturam. Tincturæ Liquidæ, colores ſunt qualitatibus aut eſſentiæ rerum adhærentes. Sunt & aliæ tincturæ molles, liquidis ſolidiores. Balſami genera, id eſt olea addenſata & compoſita ex aliarum rerum mixtione. Extracta, ſive ſuccus animalium & vegetabilium. Flores, vt ſal qui ex omni re extrahitur. Magiſteria, quæ partes homogeneas elevant, exterioribus duntaxat impuritatibus rejectis : ſolidæ tincturæ, Panacæa : Quinteſſentiæ ; aliàs, cælum, elixir. Vbi & advertendum, metalla *duas* veluti naturas habere contrarias. Nam v. g ferrum in ſuo manifeſto frigidum & ſiccum eſt, in occulto calidum & humidum. Quod de omnibus Metallis certum eſt, quæ his nominibus celant Logodædali. Saturnus plumbum eſt ; Iupiter ſtannum, Sol aurum, Mars ferrum & Chalybs, Venus cuprum, Mercurius argentum-vivum, Luna argentum. Sanè medicamenta Metallica pluris faciunt Chimici, propter-

Duæ in metallis naturæ diverſæ.

Septem metalla.

ea

ea quod virtutes cæleſtes Metallis abundantiùs colligi putent. Satis erit in ſpecimen, ſequens ſpicilegium. SPAGI-RICA.

CVNCTA igitur in Orbe vtroque, inque tribus Regnis, quæ jam nominabam, ſingulis in Homine membris eſſe conſentanea; ſciunt qui Macrocoſmi naturam, & Microcoſmi anatomiam perfectè norunt. Remedia igitur per diſtillationem puriora ac vegetiora, membris *homogeneis* applicentur. Ita vt quæ nobiſcum naſcuntur, maximè faveant. Sed & cibi medicinales, in hacce Schola creduntur opportuni. Nihil verò præſtantius quàm expurgare ſordes, craſſitiem, fæces. Medicinæ particulares. Remedia homogenea.

Nitrum liqueſactum cum therebentina, addito aceto & adipe anſerino vel ſuillo; morſus curat venenoſos, etiam canum rabidorum. Quin & plerumque ipſamet venenata, ſuorum vulnerum medicamina ſunt; quod in ſcorpiooibus, & viperis ſatis vulgatum. Oleum ex libra ſemis aloës cum drachmis quattuor Myrrhæ per retortum diſtillatis, ventri appoſita, & ſuperimpoſitâ ſtupâ, evacuat. Succinum ſi cum vino bibatur, aut exportetur, regij morbi medela eſt. Plantarum flavi v. g. ſucci flavam bilem, flavoſque humores eliminant. Remedia ſpecifica.

Venena venenis ipſis, vel ferro candenti curantur. In aquam gelidam poma gelu rigida immiſſa, degelantur. Mergulus aquaticus contra rabidi canis morſus valet, & ὑδροφοβίαν tollit. Tumida teſtudo hydropicum ventrem referens, medetur hydropicis. Cancer ſive aqua ex illo elicita, cancro certum eſt remedium. Spinæ ſpinas à corporibus trahunt, & vulneribus medentur ſuis. Sanguis è naribus fluens in ſartagine exſiccatus, ac comminutus in pulverem, naribus inſperſus aut inſufflatus, ſanguinem ſiſtit. Sal ſitim accendit, ſub lingua detentum ſitim famemque ſedat pro biduo. In aqua, nivis inſtar & glaciei, vas vini refrigeratur. Thus lachryma eſt, cujus fuligo lachrymas ſiſtit.

TANDEM quiſquis in vtroque Mundo, majori & minori, cælum & terram novit: Hominis animâ virtutes omnes ſpiritales, ejuſdem corpore corporeas contineri agnoſcet. Nec minùs intelliget quantùm Natura vnione delectetur, ſeparationis inimica, niſi vt expellat heterogenea. Ne multa; præſtantiam aſſequetur Medicinæ vniverſalis, quam panacæam, elixir: aurum potabile, oleum ſolis, cælum & quinteſſentiam appellant.

LAPIS PHILOSOPHALIS.

TITVLVS LVI. *Lapis Philoſophalis.*

ALTER ſcilicet Phyſicæ hujus effectus, qui aliud revera non eſt quàm quinta veluti quædam eſſentia cæleſtis, ſimplexque elementorum ſubſtantia. Nomina illi à ſuis Autoribus mille, & mille juvandi artes. Nunc enim argentum, nuoc aurum: nunc mare repurgatum cum ſuo ſulphure, leo viridis, aſſa fætida, fumus albus, lac virgineum; Rex cujus corpus eſt rubeum, pedes albi, oculi nigri. Nomina varia.

Componitur ex duabus aquis. Vna facit lapidem volatilem, altera illum fixat & indurat. *Modus* illius producendi (nam metaphyſicè poſſibilem aſſero, phyſicè magis ac magis addubito) ſic tradunt qui in emblematis ludunt: & fortè ſibi, aut alijs illudunt. Aiunt ſcilicet accipiendum id quod eſt, ſed non videtur: quo res omnes creſcunt, & nutriuntur. Cujus pater Sol eſt, mater Luna, matrix Magneſia. Terram reſolvi debere in aquam, quæ Mercurius Philoſophorum eſt; quâ reſolvuntur corpora Solis & Lunæ, ita vt non remaneat niſi pars decima. Tum, inquiunt, in aqua clara ſalis nitri, de terra noſtra impone illud humidum radicale: & igne putrefactionis ac generationis rege omnia, donec colores appareant inſtar caudæ Pavonis; digere donec ceſſent ejuſmodi colores varij, & vnus per totum viridis color appareat. Cùm autem videbis in fundo cineres bruni coloris & aquam ferè rubeam, aperito Compoſitio ex duobus. Modus producendi.

MEDICINA

vas, madefacito pennam: inunge ferrum aliquod, ſi tingit habeto in promptu aquam (de qua ſtatim) & infunde tantum aquæ ejus, quantum crudi aëris intravit; iterum coquito priori igne. Aqua verò illa debet eſſe menſtruum Mundi, ex ſphæra Lunæ toties rectificatum vt poſſit Solem calcinare.

Si ad res producendas intendis animum, ſemper meditare in creatis. Non enim creas (hoc nempe Dei ſolius eſt) ſed res oc ultas in vmbra latentes, vmbram tollens potes manifeſtare. Aquam conſidera in nube, & rore. Vide vt nihil non contineat; aërem, terram, metalla, plantas, animantium partes diverſiſſimas, cùm tamen vna & ſimplex appareat aqua. Idem dicito de omnibus, ſi Sapientiæ oculis introſpicis Naturam communem, at non communi modo.

Materia prima Philoſophorum, vbiquè reperitur; replens omnia, & multiplicans. Quocumque autem elogio plumbi, ſalis, arſenici, auri, &c. agnominetur, vna tamen, eademque eſt. Naturas naturis miſce, ſeparans heterogenea; quoniam nihil non ſimili gaudet, & augeſcit. Id autem fac igne, non manu; naturam ſequens vbiquè, ne labores in vanum. Inde ſi extra vnicum ſal Philoſophorum, quod Mercurius eſt, operaris; operam oleumque perdis, quia laboras in re extranea.

Natura, ſtudium, & imitatio.

Sciat itaque Philoſophus *converſiones* elementorum. Attendat quomodò Natura facit levia ponderoſa, ſpiritus corpora, corpora ſpiritus. Eamque omnium Matrem ſolerti prudentia imitetur, nec quicquam ſubtiliùs moliatur quàm Natura ipſa; quæ omninò ſimplex eſt, cujus via vniſſima perinde ac ſimpliciſſima. Vno verbo; plus labora intellectu & meditatione, quàm manu & impenſis. Operis materia ante debitam coctionem, ſummum eſt venenum, poſtea ſumma medicina. Vbiquè inexiſtit, ſed inviſibiliter. Ex ea fiunt vniverſa, & nutricantur; quanquam propriè nihil eſt, ſed cunctis rebus admiſcetur.

Generationes ſimiles & diſſimiles.

Porro omnis *generatio* fit à mare, & in fæmina. Sed ob diſtinctionem trium regnorum Naturæ, alio modo naſcitur quadrupes, alio vermis. Vermes per putrefactionem, & eorum locus terra eſt, in qua putreſiunt ſemina. Ita Operis Philoſophici mater & nutrix aqua eſt, & quicquid naſcitur ex ea. Sed & more vermium, per putrefactionem naſcitur. Ideo Philoſophi Phænicem, & Salamandram appellant. Si enim gigneretur è duorum corporum coïtu, mortis neceſſitati ſubjiceretur. At quia tantùm ſe revivificat, deſtructo priori corpore, emicat aliud incorruptibile; mors enim aliud non eſt, quàm ſeparatio vnius ab alio.

In hujus Operis genitura neceſſariò debet excitari *ignis*, quem Deus incluſit in centro rei cujuſque. Id quod ſponte aliquando Natura præſtat, aliquando adjuta ab Opificis induſtria, igne purificante omnem impuritatem. Sic enim naſcuntur *Metalla* in terra, ex fumo ſcilicet ſulphureo agente in aqueum humidum & aëreum, quod eſt argentum-vivum. Id verò fit terendo, & imbibendo; donec ad vltimum purificationis, digeſtionis & decoctionis auri deveniatur. Quod mille dumtaxat annis elaborari affirmant. Ignis autem ille mineralis aqua eſt, & ignis non ignis. Pondera igitur ignem, menſura aërem, mortifica aquam, terram gravem reſuſcita; & Naturam imitabere. Quod ſi noveris aurum ita deſtruere, vt non ſit ampliùs aurum; id eſt ad materiam primam reducere, habes Artis arcanum.

Metalla.

Aurum ex auro.

Quia porro in tribus Naturæ familijs, *aurum* vulgare ſolum formam & qualitates auri poſſidet; ab eo, non aliunde, mutuandæ ſunt ad compoſitionem lapidis. Manifeſtum autem eſt aurum illud vulgare, licet naturâ ſuâ perfectum ſit: tamen perficiendum vlteriùs, quò metalla cætera poſſit perficere. Perficiendum, inquam, re ſubtiliori, magis activâ ac ſpirituali, cum auro homogenea: formam auri aut eminenter continente, aut ad illius receptionem idoneâ. Sic *pluvia* indeterminata ex ſe ad productionem lilij, vel roſæ, quorum ſemina & formas virtute & eminenter in ſe ſe continet; determinatur proximè à ſeminibus roſæ, vel lilij. *Determinatur* autem dum ſpiritus Mundi attrahitur à ſpiritibus roſæ vel lilij, ex ſpiritu vniverſali derivatis; determinatiſque à Deo

Natura determinanda.

in prima creatione ad roſam, vel lilium. Nam proximè & immediatè ſpiritus Mundi vniverſalis, fit homogeneus roſæ vel lilio; qui ante, erat tantùm mediatè determinatus. Is porro ſpiritus Mundi vniverſalis, prima eſt *materia* Philoſophorum; è qua roſa v. g. & cæteræ naturæ particulares habuere ſuas formas, ex diſpoſitione divina plùs minùs-ve perfectas.

SPAGIRICA.

Duo neceſſaria.

Reliqua verò Naturæ individua auro minùs perfecta, ipſum non perficient. Itaque vt aurum vulgare perficiatur & metalla imperfecta perficiat, eſt neceſſariò recurrendum ad *duo*. Ad Materiam primam & vniverſalem rerum omnium, quam Hermes vocat Lunam: ejus ſequaces balneum Dianæ, aquam Hyleadem, Aroticam & Primordialem. Deinde ad Formam primam & vniverſalem, quam Hermes Solem; Diſcipuli verò Dianam vocant, vel Naturam, Sulphur incorruptibile, Spiritum generalem Mundi: aquis, in prima rerum conſtitutione ex Sacra-Hiſtoria, incubantem. Ab hac vniverſali Anima, *Formæ* Individuorum ortæ ſunt: eique poſt Mundi conflagrationem, vnientur denuò.

Geneſ. 1.

Operationes duæ.

In prima operatione invenitur *Anima Mundi*, per ſeparationem Elementorum; ſcilicet ignis à terra, volatilis à fixo, à ſpiſſo ſubtilis, Animæ puræ à Corpore impuro. In ſecunda Operatione, prudens Artiſta Animam Mundi generalem fixat in auro vulgari: & puram corporis terreſtris, & immobilem animam reddit.

Multiplicatio. Fermentatio. Projectio.

MVLTIPLICATIO Lapidis, illius ſequitur generationem. Fit autem additione materiæ philoſophicæ, ſeu animæ generalis Mundi. Perficiturque *fermentatione*: ſed, vt aiunt, opere trium dierum. Tandem *Projectione* ſuper imperfecta Metalla.

Manet igitur Lapidem componi à Chimicis ex duabus partibus, ſive ſubſtantijs. Harum vna materialis eſt determinabilis, nempe Anima Mundi. Altera formalis & determinans, nempe Aurum vulgare: ſed purum ac naturale, nondum igne & artificio corruptum.

Corollaria.

EXINDE liquet I. Philoſophiam Hermeticam, *cognitionem* eſſe Animæ Mundi generalis, determinabilis in auro vulgari; vt ex his componatur Medicina vniverſalis, ſeu Panacæa, Lapiſque Philoſophorum ſeu albus, ſeu ruber.

Diſſolutio, & Coagulatio.

II. Scientiam hanc ſpagiricam, *duobus* tantùm conſtare; diſſolutione, & coagulatione. Porro *diſſolvere* eſt ſpiritualiſſare, & volatile efficere: coagulare, eſt fixè congelare Animam Mundi in argento & auro. In quibus & alijs attendendus eſt Naturæ proceſſus, in ſuis generationibus: materia quâ vtitur, & ordo vnicus; in omnibus enim diſſolvens, ſemper coagulans eſt.

Geneſ. 1.

Vtrâque, ſolutione ſcilicet & compoſitione, *aſcenditur* in perfectam Naturæ notitiam. Compoſitione quidem, quæ ſupponit ſcientiam antecedentem partium & principiorum, rem conſtituentium. Reſolutione verò ſcitur experientiâ & à poſteriori, quæ & quot ſint principia, ſeu partes Mixti perfecti. Enimverò teſtantur Sacræ-Paginæ, *Aquam* materiam fuiſſe vniverſalem rerum omnium: *Spiritum* autem ſeu Ignem vivum, Naturæ formam generalem; cujus vtriuſque fœdus ad omnia, vt neceſſarium eſt, ita ſufficit. Vtrumvis autem ſolitarium, nec ſibi ipſi, nec vlli alteri ſufficiens.

HACTENVS prælibata in compendium redigunt Canones Naturæ, & Artis.

TITVLVS LVII. *Canones Naturæ, & Artis.*

REGVLÆ GENERALES.

VT Natura melioretur in actu I. ſolvendum eſt corpus, & illud quod Naturæ heterogeneum advenit.

Generatio omnis ex copula maris & fœminæ.

II. DEI ſolius prærogativa eſt ex vno vnum eniti, Homo nequit niſi ex duobus quicquam efficere. Hinc cuncta ſecundùm Naturæ leges multiplicantur ex mare & fæmina, non diviſis: ſed ex vtriuſque ſexus debita conjunctione, modò ambo vitâ potiantur. Neque verò differunt niſi per accidens. Ambo ſiquidem ex eodem ſemine, & in eadem matrice: ſed in ſequiori ſexu digeſtio minor eſt, & major impuritas tum matricis, tum ſalis & ſanguinis. Quod in Sole quoque & Luna verum oſtendit Metallica.

Omnia vnitrina.

III. Ex vno itaque fiunt duo, ex duobus tertium vnum interiùs, aliudque tandem quartum ad extra; vltra quod nihil niſi perennis, & continuata per eamdem rotam multiplicatio. Patet id luce meridiana clariùs in DEO Vni-Trino, Mundi Conditione, inque Hominis Geneſi. Neque etiam res caducæ aliter deſinunt, quàm incœpere.

Natura vbiquè.

IV. PER Naturam DEVS omnia operatur, quoniam ex ea vult ſuboriri vniverſa. Nec quicquam eſt extra Naturam, ſi GRATIAM CHRISTI excipias, ejuſque œconomiam. Quamquàm & omnium ejuſmodi Supernaturalium, illa ipſa Natura rudimentum eſt. Abortus tamen non ſunt Matris hujus legitimi partus, ſed vel loci, vel Artificis vitia & ſtrumæ. V. Naturæ verò iſtius operationes, pluribus in vmbra ſunt. Immò nec ipſa *viſibilis* eſt, licet viſibiliter agat. Eſt enim ſpiritus volatilis qui in corporibus, perque corporea organa ſua opera exercet.

Invisibilia in ſe, videntur in effectis.

Conſideranda eſt.

VI. Prodeſt autem ejus *ſtudium*, vt ſciantur Rerum congruitates, & conjungantur ſecundùm naturam; vt ſimile agat in ſimile, ſuumque debitè officium peragat Natura. Nam naturaliter Res quælibet hoſtem & inimicum fugit, ſimili & amico oblectatur. Vnde tametſi ſuam vnum quodque Elementum ſedem occupet, vnum tamen eſſe ſine alio nullatenus poteſt.

Omnia in omnibus.

VII. DEVS nihil creavit in veritate ſuperius, quin ejuſdem ſimulachrum creaverit inferius: nihil in Gloria, quod non in Gratia; nihil in Gratia, quod non in Natura. Eo nimirum fine, vt per ſimulachrum apparentis Naturæ inferioris, perveniatur ad veritatem ſpiritus latentis: vtque [inviſibilia DEI, per ea quæ facta ſunt viſibilia conſpiciantur, ſempiterna quoque ejus virtus & Divinitas.] Nihil quoque in infinitum viſibiliter diſpergitur, quod in *vno* aliquo inviſibiliter non colligatur, vt per hoc quod eſt finitum in vno, perveniamus ad illud quod infinitum eſt in pluribus. Sic quidquid ambit circulus, centrum colligit. Sic diſperſum vbiquè lumen, in Sole vnitur. Ideoque Aurum Sol dicitur, quia radij Solis modo quaſi infinito diſperſi, in vno Auri corpore coadunantur.

Rom. I.

Diſperſa in centro vniuntur.

Duo principia.

VIII. DVO ſunt *Principia* primordialia; Calor agens, & Aqua patiens. Ambo ſeminibus, ipſique immeant humori; qui vnà cum Idea ſpecifica, Rei cujuſque generationi præbet initium. IX. Tres *Circuli*, tria ſunt principia; Corpus, Anima, Spiritus. Vel tria ſunt Regna naturæ; Metalla, Vegetabilia, Animalia. *Novem* Aquilæ, Globi ſunt cæleſtes; à quibus virtutes vt ſagittæ in terram vibrantur, vt iterum hi Spiritus redeuntes in altum fœcundentur.

Tres circuli.

Novem Aquilæ.

Varia Nomina, Res eadem.

X. Lux & tenebræ, forma & materia, cælum & terra, maſculus & fœmina, Sol & Luna, agens & patiens; idem ſunt. Ignis Naturæ & Vniverſi Archæus, Spiritus Mundi, idem quoque ſunt. Noſtro tamen loquendi modo, Materia-Prima duplex eſt, pura qualem anima informat. Impura ſpiritu carens & ἐνεργίᾳ, fæx eſt, phlegma, ſeu terra damnata. Ex illa, nihil non effecit DEVS; quam ſolus ipſe novit, vt & ſolus produxit. Adeò Primam-Materiam Mortalium

talium

talium nemo vnquam attigit. Si quis verò ſecundam collocet in loco debito, ipſa ſponté Natura generabit id cujus forma ſemen eſt. SPAGIRICA.

XII. FORMA, Spiritus, ſeu Anima Mundi, in abſtracto eſt materia prima Mundi, & Chaos ante omnem formam. Spiritus Mundi in concreto, complectitur Animam Mundi, & Materiam-primam illâ informatam. Calor naturalis cujuſque Mixti, ſeu ignis & ſpiritus particularis in abſtracto, radius eſt ignis Naturæ, ſeu Animæ Mundi etiam in abſtracto. Humidum radicale Mundi, eſt ſubtiliſſima pars Materiæ-Primæ actuatæ à Forma Vniverſi. In ſingulis rebus eſt balſamum Mixti, continens Naturæ balſamum. Componitur ex calore, igne ſeu ſpiritu ſpecifico, cum particula ſubtili Materiæ-Primæ defœcatæ. Humidum illud complectitur tria principia Mixti; Mercurium, Sal, Sulphur. Tria hæc deprehenduntur per ſolutionem Mixti, non per illius compoſitionem.

Calor naturalis.

Humidum radicale.

XIII. Aqua & Terra Rerum omnium *matrices* revera ſunt. Duplex vbiquè *ſemen*; natum, & ortum. Natum ſubſtantia eſt illa plurimùm decocta, quæ tranſit in noſtram ſubſtantiam. Ortum purius eſt; & in vaſe reſervatur ad generationem. Sale menſtrui, diſſolvitur ſemen. Mixtum eò imperfectius, quò plus retinet de matrice, quæ impuritatis eſt origo.

Duæ matrices rerum.
Duplex ſemen;
Natum.
Ortum.

XIV. REI hactenus generatæ *nutritio* fit ex ſpiritu exiſtente in alimento, ſeu ex radicali humido, & igne Naturæ; quæ balſamum ipſius elaborant, ac perficiunt. Aër autem vehiculum eſt ejuſmodi Spiritus, diciturque pabulum ignis; quia hic, vt pote ſpiritualioris & rarioris naturæ, requirit locum ſpatioſum ſuæque naturæ conſentaneum. Quod etiam agnitum fuit abs Coriphæo Medicæ Dogmaticæ, quem vidimus ſupra trina conſtituere alimentorum genera; aërem, cibum, potum. Vnde ſapienter omninò CHRISTVS IESVS Cacodæmoni reſpondet; *non ex ſolo pane vivit homo, ſed ex omni verbo quod procedit de ore* DEI. Adeo-vt ea alimenta ſucculentiora ſint, quibus plus ſpirituum ineſt; vt in pane, & vino.

Nutritio.

Aër.

Matth. 4.

NATVRAM ſic rudiori penicillo tantiſper delineatam, *Ars* imitatur. Sed cave ne cæſpites, præſertim in limine: parvus ſiquidem error in principijs, magnus evadit in effectis. Obſerva etiam, cæleſtium exemplo, virtutes ſemper deſcendere, nunquam aſcendere. Inde ſemen particulare ad ſe ſe attrahit generale, non aliter quàm magnes ferrum, & vnum quodque rem ſibi conſimilem. Inde & Sol cæli terræque miſcet ſe omnibus, ſed nuſquam ab inferioribus melioratur. Nihil autem *violenter* producitur; cùm rerum omnium geneſis in vnione, amicitia, & ſocietate conſiſtar. Errant propterea, qui aquis fortibus vtuntur & heterogeneis; quaſi verò Hominem gigni videas ex corpore humano diſſecto & deſtructo, jamque ſemine omni diſſipato & extincto. Vide vt Aurum Natura generet in matrice humida, vaporem auri attrahente & complectente; quæ tempeſtiva Solis digeſtione, in argillam coaleſcit.

Ars.

Productio pacis opus eſt.

Ad hoc igitur vt Natura, per Artem præſtantior fiat, ſolvendum eſt corpus: & illud quod naturæ hererogeneum advenit, ſeparandum purgandumque; vt mox conjungantur pura puris, cocta coctis, cruda crudis, ſecundùm pondus Naturæ, non materiæ. Et ea ſecretio puri ab impuro, ſeparatio eſt ſpiritus à corpore. Res igitur occulta quærenda eſt, èx qua fit humiditas illa quæ Aurum ſine violentia ſolvit, quo fermè modo glacies aquâ calidâ liqueſcit. Atque ex hac humiditate, Natura producit Metalla omnia. Quamquam nihil ei tam amicum eſt, ſicut Aurum; cui nulla adhæret impuritas, cui ideo inſtar matris eſt.

Separatio puri ab impuro.

Quidquid autem debet ſolvere, debet etiam in quantitate ſolvendum excedere. Cum verò fixandum eſt, Corpus debet excedere Spiritum; ideo enim Corpus eſt, vt figatur Spiritus: & ideo Spiritus, vt ſolvat Corpus.

Solutio & fixatio.

Tria igitur in mixto repeririuntur. Corpus quod apparet, Spiritus ſeu pars ſubtiliſſima materiæ primæ actuatæ: Anima, ſeu Forma. Hæc autem *duplex* eſt; fixa, & volatilis.

Tria in mixto.
Forma duplex.

In ſolutione Mixti *Ignis nimius* & accenſus, evaporat Sulphur & Mercurium,

Nimius calor in ſolutione.

MEDICINA

Lignum diu in quâ deſalitur.

remanente ſolo Sale. Id quod liquet in cineribus. Adeò vt cinerem combuſtorum ſi conjeceris in aquam ebullientem, ſi poſt ebullitionem ſola aqua infundatur in vas aliud, vique ignis evaporetur; quod ſubſidebit in fundo album, eſt ſal Mixti, in quo reſidet anima fixa Mixta. Quod ſi ſal iſtud ponatur in matrice conveniente, ex fixo fiet volatile. Lignorum autem quæ per aquam tranantur, cinis vim detergendi nullam ampliùs retinet; quoniam ſal illorum nimia vligine dilutum fuit. Sed & ſal nitri centrale non fugit de terra, niſi quantum opus habet. Quia verò aquæ pinguedo dura nunquam eſt, idcirco eam purgat calore duplici, vt iterum conjungat.

Quid ſit ſemen.

Materia ſecunda,

Sperma Metallorum, non aliter quàm cæterorum omnium, vapor eſt humidus: illudque ſuaviter eliciendum eſt vt in eo opereris, non in corporibus integris. Vnde faceſcant tot circulationes & calcinationes, quibus res duræ divexantur; ſemen enim fluor eſt, & mollities. Nec prima quærenda materia eſt, ſed ſecunda; quæ ſimul ac extat, in aliam formam demutari nequaquam poteſt. Adeò vt vbi Naturam videmus deſinere in perfectis Metallis, ibi Ars debeat exordiri.

Tabula Smaragdina.

Quidquid porrò continetur, in Scientiæ hujus myſterijs, nihil meo judicio, aptiùs includit quàm TABVLA ILLA SMARAGDINA, à quocumque tandem ſit concinnata. *Quod eſt inferius, eſt ſicut quod eſt ſuperius: & quod eſt ſuperius, eſt ſicut quod eſt inferius, ad perpetuanda miracula rei vnius. Et ſicut omnes res fuerunt ab vno, meditatione vnius: ſic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re, adaptatione. Pater ejus eſt Sol, Mater ejus Luna. Portavit illud ventus in ventre ſuo, nutrix ejus terra eſt. Aſcendit à terra in cælum, iterumque deſcendit in terram: & recipit vim ſuperiorum, & inferiorum, &c.*

Concluſio.

Ex queis omnibus, apertiſſima concluſione relinquitur, arcanam hancce Philoſophiam, dùm tota incumbit Myſterijs Naturæ ſagaciter indagandis; adeò non abhorrere abs ſinceræ Pietatis ſenſu, vt vel illius maximè documentis, DEVS Naturæ autor vtiquè agnoſcatur: nec vſquequaquè ignoretur, quod religioſè tradunt Tabulæ Chriſtianorum. Sic itaque rem apud me totam dudum definio. Nugis omnibus valere juſſis, & quæ in Chimia praxim attinent, vix, certè non niſi ſobriè admodùm delibatis; reſtabit profectò PHILOSOPHIA HÆC SECRETA, ſinceræ Theologiæ fundamentum, Naturæ ſchola, Veritatis nexus, Eloquentiæ parens, prudentiæ diſciplina, clavis demùm *Sapientiæ Vniverſalis.*

Amphitheatri Khonradini examen.

Levabam manum de tabula, cùm à me obtinuit ſummæ Vir autoritatis, vt quæ mea ſit ſententia de Medici Lipſenſis *Amphitheatro*, hîc aſcriberem. Detrectatum diu onus judicij, ideo ſincerè, καὶ ὡς ἐνδέχομαι, tandem non abnuo; quia plures magis ac magis adverto ejuſmodi larvis vel decipere, vel decipi faciles.

Studia ſtolida, inania, impia.

Ac primum quidem ingens ſtupor mihi ſemper fuit; præclara de cætero Ingenia, neglectis ijs, & quidem vtiliſſimis, quæ apud optimos Autores facilè intelligerent; *obſcuris*, & inanibus mirum quantùm delectari. Miſereor deinde Scriptorum illorum, quibus placere non videntur niſi *ænigmata*. Timent, credo intelligi. Aut certè dum nihil dicunt, grandia fingunt ſe effari. Ex illis plerique omnes paginas, & publicum onerant vigilantium ſomnijs: aut quod fortè magis allubet, ſi minùs eruditis, ſaltem elaboratis deliramentis. Neque profectò mirandum minùs, ſi ſana ſunt capita; tot figuris hieruglyphicis, tot emblematis, tot monſtruoſis, tot inconditis exarata & obruta. Sed quod magis animum vlcerat meum, ſuſpicio eſt qua paſſim & palam, culpâ ſuâ, laborant in *Religione*; qui eo ritu ad futiles nugas ſacerrima quæque aut impudenter, aut certè imprudenter detorquent.

In Iſagog. numer. 6.

Scio equidem Structorem labyrinthi hujus, palam *Chriſtianum* ſe profiteri. Verum-enim vſque adèò Divina miſcet cum ſuis Logodædalis, & de vtriſque ita loquitur confusè; vt ſenſus Fidei orthodoxæ planè prorſus aut corrumpat, aut obſcuret. Quorſum amabo, ea tenebrarum in ſcientia & ſermone affectatio? Et quam quæſo ob cauſam, ſacrum Thymiama profanis vſibus admiſcere?

Theatri ipſius ſcena & facies velatur tota emblematis, inter ſeſe valde admodum intricatis, & vel ad oculum ridiculis. *Gradus*, quos diſtinguit omninò ſeptem, compingũnt, per fas & nefas, quæcumque ex Libris quos habet Sacrum-Volumen Sapientiales, vndiquè corradit Theophiæ amator, ita enim amat audire, in Sapientiæ laudes & encomia. Continua deinde Centonibus illis, addit Commentaria; in quibus pauca ſana, plura ad nauſeám repetita: omnia ad ſuum geniuṁ, & conſilium violenter detorta.

SPAGIRICA. Theatri ſtructura. Septem gradus.

Vbi verò tandem attingit *Lapidem* illum, quem omninò infrunitè vocant benedictum; nihil revera proficit, niſi apud Eos qui paſcuntur oraculis pluſquàm delphicis & dodonæis. Verbis itaque hebræis, barbaris, fictitijs, ferruminatis, conſarcinatis ludit in *Regimine tri-vno Operis Phyſico-Chemici*. Poſtque Leonem viridem, ſuis vulneribus ſuo in ſpelæo ſaucium & cruentum. Poſt mulierum opus, & Puerorum ludum in cahos naturæ præparando. Poſt tenebras, noctem, Saturnum, nigredinem, & caput corvi. Poſt iridem, & caudam pavonis. Denique poſteaquam tranſierint color cineritius, albedo & flavedo. Videbis, inquit, Lapidem Philosophorum Regem noſtrum, & Dominum Dominantium; prodire ex ſepulchri vitrei ſui thalamo ac throno, in ſcenam mundanam hanc, in corpore ſuo glorificato. Hoc eſt, *Regeneratum, & pluſquam perfectum*. Videlicet Carbunculum lucentem, ſplendore temperatiſſimum: & cujus partes ſubtiliſſimæ ac depuratiſſimæ, concordi miſtionis pace in *vnum* inſeparabiliter ſunt ligatæ, ſummèque æqualem. Diaphanon, vt Chriſtallus. Compactum, & ponderoſiſſimum; facillimæ fuſionis, in igne, vt reſina: & ante hydrargyri fugam, ſicuti cera, attamen abſque fumo, fluentem, Corpora ſolida & clauſa ingredientem ac penetrantem, ſicuti oleum papyrum. In liquore quovis diſſolubilem & liqueſcentem, eique commiſcibilem: friabilem, vt vitrum. In pulvere, croceum, in maſſa verò integra: inſtar rubini, rubentem; quæ rubedo perfectæ fixationis, & fixæ perfectionis, eſt *Signatura*. Permanenter colorantem, aut tingentem. In tribulationibus examinum quorumvis, etiam ſulphuris advſtivi, & aquarum comedentium tentationibus, ignisque perſecutione vehementiſſima, fixum, ſemper durantem, & incremabilem. Ac, Salamandri inſtar, *Permanentem, omniaque* in omnibus.

Lapis Philoſophorum.

Postremò tribuit Lapidi fictitio vim transformativam in vniverſa, ad nutum ſcilicet operantis; per *Projectionem*, & ſi lubet, *Multiplicationem*. Inde mirabiles *Effectus* in tri vnitate Catholica. In Mundo namque Archetypo, & divino; Lapis ille ſimilitudo eſt Creationis Mundi, formationis Hominis, matrimonij maris & fœminæ, vtriuſque peccati. Typus quoque eſt, credite, Incarnationis Λόγου divini: Paſſionis, Mortis, Iudicij vltimi, Reſurrectionis, Sabbathi ſabbatorum.

Quid optabis amplius? *Imago eſt myſterij individuæ vnionis ſanctiſſimæ-Trinitatis vivæ.* Quis, quæſo, ita ad patientiam obſirmatus; vt æquo ferat animo ea Chriſtianitatis opprobria, Philoſophiæ ludibria: & malè feriantis calami affanias, nugaſque nugaciſſimas? Addit nihilominus.

In Microcoſmico lux naturæ eſt, motus Sapientum perpetuus, Malignorum-Spirituum averruncus: Ingenij, memoriæ, prudentiæ, nulliusnon virtutis proxeneneta; morbiſque omnibus depulſis, miror cur non & mortis, vegetæ valetudinis repaſtinator. O beati!

In Macrocoſmico, Metalla tranſmutat; ſilices vertit in gemmas & vniones: vitrum malleabile reddit, & potabile. Pauperiem fugat, gazas & theſauros cumulat. Credas haud dubiè rediјſſe ætatem auream, Sybillæ ramum aureum, Heſperidum poma aurea, Iaſonis vellus aureum; cuncta paſſim aurea.

Risum-ne mereri putas an indignationem, qui in hujuſmodi chimæris ſeriò occupantur? Quanquam vt Otioſi illi maxima contentione ingenij, in optimis Scientijs meditantur inaniſſima: ſic Commenta illorum, vel præſtat nullatenus attingere. Vel, quod ipſi faciunt exactè ex cunctis ſuis hyerogly-

Medic. Spagir.

phicis, analogicis, & metaphoricis, vnam juvat vbiquè Veritatem eruere contemplari. Quamobrem duos Amphitheatri in limine Επιχαρμάτυς, abs noſtrâ hac cenſurâ nec prorſus elimino. Alter Divi Paulini ad Auſonium ſcribentis non tam imitatorem agit, quam latronem. Furtum tamen illius per Verſus propemodum ſexaginta continuum ideo non eſt reprobandum, quod ſanctiſſimi Antiſtitis ad veram Theoſophiam ſedula exhortatio eſt. Alter ad Christvm, fontem Sapientiæ, orat ſequenti Carmine; quod in Paginæ complementum agglutinari à Bibliopolis, volens nolens permiſi.

Christe fac vt ſapiam, quia tu Sapientia *Patris*
Solus es: & tecum qui ſapit, ille ſapit,
Quis dabit in tanta, mihi nam caligine lucem,
Vt capiam veræ dulce ſalutis Iter?
Ad te confugio, qui Lvx *Mortalibus ipſa es;*
Per quam ſenſerunt cuncta creata diem.
Da mihi Natvræ lvmen, *tenebraſque repelle:*
Spiritus illuſtret pectora noſtra tuus.
Non equidem fateor tanto ſum dignus honore,
Sum miſer, & multo crimine Christe *reus.*
Sed tamen in fuſo confido ſanguine, cujus
Purgabit ſordes guttula parva meas.
Si mihi des vitam, cur non quoque commoda vitæ
Cuncta tua nobis pro bonitate dares?
A Patre quin etiam quæcumque rogabimus, inquis
Nos accepturos nomine certa tuo.
Non mihi quæro lucrum, vanam non arrogo laudem:
Et laus, & lucrum tu mihi ſolus eris.
Sed neque divitias dederis, quas miror avarus;
Cuncta cadunt, firmas non habet Orbis opes.
Aſpira cœptis, mentem cæleſtibus imple
Ignibus, ac vmbras aufer ab arte graves.
Nil erit obſcurum, facilè in penetralia ducar
Naturæ, monſtras ſi mihi Christe *viam.*
Ipſe feram magnas laudum tibi præmia grates;
Nil homo majus enim quod tibi reddat habet.

Clavso in hunc modum Phyſicæ, Medicinæ, & Spagiricæ Circulo; jam nos ad ſublimiora, ſubtilioraque vocat *Mathematica.*

MATHE-

MATHEMATICA.

Proloquium ad Matheſes.

COGNITIONI earum rerum, quas corpori mobili & ſanabili Phyſica illigat ac Medicina; ſuccedit illarum rerum contemplatio quas, licet corporeas, ab illis conditionibus ſeparat mens humana. Quæ quidem Μάθησις tot prærogativis condecoratur, vt ſola hactenus retinuerit *Scientiæ* nomenclaturam. Quippe vera demonſtrationum parens, nullum relinquit in ſuis operationibus locum dubitandi.

Sola ſcientia vera.

Quod tamen prima olim *Chriſtianitas* ejuſmodi ſtudijs abſtinuerit, non vna ratio effecit. Confuſum nomen Mathematicorum cum Genethliacis & Magis, Româ pluſquam ſemel pulſis, præclaræ diſciplinæ calumniam dudum fecerat. Videbaturque ſcientia hæc curioſior, quàm Chriſtianam deceret ſimplicitatem. Certè ſubtilitatibus ſuis vſque adeò mentem occupat, & vires exhaurit ingenij; vt alijs vacare, pietati præſertim, vix ac ne vix quidem permittat. Quæ ratio movit Auguſtinum, vt diceret; Mathematicas Diſciplinas, Sanctis pleriſque ignotas: & qui eas norunt, non propterea eſſe Sanctos *Illiuſque ævo tam rari erant Geometræ in Genere Humano, vt vix poſſet aliquis inveniri.* Diſcipulo præiverat, Auguſtini Magiſter Ambroſius. *Nec cubos Geometriæ*, inquit, *nec tetragonum numerum Philoſophiæ, quaternionem, vt aiunt, Pythagoricum; nec ſemper virgines, vt appellant, hebdomadis numeros cura diſcutimus inani: nec ſolem radio formamus, nec cælum in pulvere ſcribimus, nec intra anguſtos abacos orbem concludimus, ſed vera aperimus myſteria.*

Quatenus Chriſtianis interdicta. *Tacit. Hiſtor. 1. & 2.*

Rari Geometræ. *S. Ambr. l. 1. de Abrah. c. 11. Lib. de Ordin. c. 16. Lib. 12. Trinit. c. 15. Libr. 2. de Abrah. c. 31.*

APVD Priſcos tamen & Profanos, nemini patebat ad Philoſophiam aditus, niſi per Mathematicas diſciplinas. Nec vllos admittebat Schola, niſi Geometriæ ſtudijs initiatos. Et verò negari non poteſt, quotquot aliæ extant Diſciplinæ, hâc vnâ circumſcribi, cujus operatio ſemper vera eſt & ἀποδεικτική. Vt etiam Plato ille divinus ſuæ Academiæ propylæo, majoribus grammatis inſcripſerit; οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. Sacrilegijque non dubitet incuſare eos, qui divinas haſce Scientias profano vſu fœdant & corrumpunt.

Mathematicæ vſus.

Regiæ ſaltem Diſciplinæ quidni appellentur, quandoquidem Re-

Regiæ Diſciplinæ.

PROLOQVIUM.

gibus, Summiſque Viris in pretio & delicijs nunquam-non extitere? Teſtes in Oriente Iobus, Moyſes, Salomon, Magi illi tres, in Evangelio celeberrimi: Ptolemæus in Ægypto, Alphonſus inter Hiſpanos, in Dania Tico-Brahæus. Vt noſtro quoque ævo, nemo probè ingenuus ſit ac nobilis, qui non calleat *partes* illas Mathematicas; quas tum in pace, tum in bello imprimis neceſſarias quotidianus vſus declarat.

Quatenus Eccleſiaſticis prohibitæ. Cap 6. Ἐπιστήμας ... Naziam. Orat. 10.

IMMO & *Eccleſiaſticis* viris ſæpiſſimè vtiles comperiuntur. Quod igitur Conſtitutio vetat Apoſtolica, *οὐ μαθήσῃ μαθήματα πονηρά*, innuit in adjecto, reſcindenda ſolùm ea quibus *periculoſa diſciplina eſt.* Quæ autem habet præclara & innocua, ita decent Eccleſiaſten; vt illarum primas ſaltem lineas adumbrare, inſtituto à me Operi neceſſarium duxerim. Quia tamen nec Concionatoris, nec Sapientis, probique Viri propria materia eſt; non tam allaboro præſenti compendio vt ſint in ea Diſciplina eruditi, quàm ne illius ſint omninò neſcij.

MATHEMATICÆ DISCIPLINÆ DISTRIBVTÆ, ac definitæ.

TITVLVS I. *Mathematica Diſciplinæ recognitæ.*

MATHEMATICA igitur Scientiarum quaſi primogenita, generale nomen ſibi vendicans, Diſciplina eſt non tam inter Phyſicam & Metaphyſicam, quàm Scientiam inter & Artem. Ad illam inclinans, quà Speculativa eſt: ad iſtam, quatenus practica.

Ejus *definitio* generaliſſima, à duobus deſumitur principijs. Alterum quantitas eſt, quam pro adæquato habet objecto. Alterum modus eſt ſub quo ejuſmodi quantitatem contemplatur, ſecretam ſcilicet ab omni materia; Porrò *duplex* reperitur quantitas. Altera diſcreta ſeu ſeparata in multitudine & numeris, altera in corporibus continua. Inde adeò partes Mathematicæ emergunt præcipuè quattuor. Arithmetica, tam communis quàm Algebra, numeros expendit: Muſica, ſonos & tonos. Geometria & Coſmologia in corporibus quantitatem, aliter & aliter intuentur. Hinc generaliter conſtituitur — Definitæ. — Quantitas duplex.

MATHEMATICA DVPLEX { *Pura*, Et *Impura*. } — Duplex eſt.

PVRA ſeu ſimplex, ſincera & abſoluta ſpectat nudam quantitatem, ab omni alio abſtractam ſive ſeparatam. *Impura* verò aliquibus ſubjectis immerſam, ſeu illigatam. Puram itaque — Pura. — Impura.

SVBDIVIDVNT { *Arithmetica*, Et *Geometrica*. }

Arithmetica verſatur circa quantitatem diſcretam, qui abſtractus eſt numerus. Geometria circa quantitatem ſimiliter abſtractam, ſed continuam. Quanquam vtraque evadit relata, concreta, mixta ſeu compoſita. Nempe Arithmetica propriè dicta, in numeris ſeparâtis. Mutans poſtea nomen in numeris ſonoris, fit Muſica. Quantitas verò quam conſiderat Geometria, illigata eſt corporibus viſui ſubditis, ac motui. Vnde ſuboriuntur Coſmologia, atque Optica. Vtramque verò partiuntur ſolito more, præcipui — Arithmetica dividitur. — Item Geometria. — Vtraque mixta.

DVPLEX

Tractatus novem. TRACTATVS IX. { Arithmetica, Muſica, Geometria. Coſmologia { *Vranographia*, Et *Geographia*. } Optica, Gnomonica ab omnibus iſtis dependens. Artes { *Liberales*, Et *Mechanicæ*. } }

Methodus ambarum. Mathematicarum ejuſmodi Diſciplinarum Methodus, ante omnia præmittit

VELVT ELEMENTA, { *Principia, unde* Et *Propoſitiones.* } { *Definitiones*, *Poſtulata*, *Axiomata.* }

Principia. Definitiones. PRINCIPIA, quæ ſupponuntur, definitiones involvunt. Definitiones, ſeu Suppoſitiones & Hypotheſes, quid rei & quid nominis declarant ne ab æquivocis tenebræ oboriantur. Vt ſignum ſeu punctum definitur ab Euclide, cujus nulla pars eſt. Poſtulata, ſeu Petitiones, quæ exquiruntur à Mathematico, vt fiant determinationes. Sic poſtulabit, liceat à puncto ad punctum lineam ducere: ex dato centro, & ad certum intervallum circulum deſcribere.

Axiomata. *Axiomata* & Dignitates receptæ ſunt ſententiæ ſeu effata, de quibus ambigere nefas eſt, adeò eorum veritas humanæ menti connaturalis eſſe comperitur. Vt [quæ eidem æqualia, & ad invicem ſunt æqualia. Si æqualibus æqualia adijciantur, omnia erunt æqualia. Si ab æqualibus æqualia auferantur, quæ relinquuntur, æqualia erunt. Quæ ejuſdem dimidium vel duplicia ſunt, ad invicem ſunt æqualia. Duæ lineæ ſuperficiem non concludunt. Totum eſt ſua parte majus.]

Ex lib. libr. 1. Element.

Propoſitiones. PROPOSITIONES, & Veritates ſunt ex ſupradictis principijs, per demonſtrationem mathematicam deductæ.

EIVSMODI SVNT { *Problemata, Theoremata, Lemma: Corollarium, Scholium.* }

Problema. Theorema. PROBLEMA, eſt propoſitio docens conſtructionem rei. Vt ſuper datâ lineâ terminatâ, triangulum æquilaterum conſtituere. *Theorema*, eſt propoſitio proprietatem rei conſtructæ demonſtrativè ſpeculans. Vt in omni triangulo, tres anguli ſunt æquales duobus rectis.

Lemma. *Lemma*, eſt propoſitio ſecundaria & minùs principalis; Problemati vel Theoremati, de quo diſputatur, demonſtrando adſcita ſeu aſſumpta. Vt *ex propoſitione 22. Libr. VI. Euclid.* ſi figuræ recti-lineæ ſimiles & ſimiliter deſcriptæ, ſuper quattuor lineis ſunt invicem proportionales; ipſæ etiam lineæ erunt invicem proportionales. Quia verò dubitare quis poſſet, an recti-linea quæ ſunt æqualia ſimilia & ſimiliter deſcripta, conſtituantur ſuper lineis æqualibus rectis, cum iſtud non conſtet ex antedictis; aliunde aſſiſcitur nova probatio, principali deſerviens. Et ea vocatur Lemma.

Corollarium. *Corollarium*, eſt propoſitio evidenter deducta ex præcedenti aliqua propoſitione, non egens nova demonſtratione. Vt *ex propoſit. 4. lib. VI. Euclid.*

æquiangulorum triangulorum proportionalia ſunt latera, &c. Euclidis interpres Chriſtophorus Clavius, deducit iſtud evidens Corollarium; lineam rectam quæ parallela ducitur vni lateri trianguli, auferre triangulum toti triangulo ſimile. *Scholium* denique, additamentum eſt ad aliquam propoſitionem: illiuſque extenſio, & quaſi amplificatio. Hujus generis eſt ſcholion ejuſdem Clavij ad theor. 47. libr. 1. quod extendit ad alia, dicens; *Inde colligere eſt in triangulis amblygoniis, quadratum lateris ſubtendentis angulum obtuſum majus eſſe, quàm ſint quadrata aliorum laterum ſimul ſumpta.*

ARITHMETICA.

Scholium.

PORRÒ Μαθημάτων primaria, cæteriſque neceſſaria eſt ARITHMETICA.

ARITHMETICA DEFINITA, & laudata.

TITVLVS II. *Arithmeticæ Natura, & computa.*

EA dubio procul Ingenij lima eſt fonſque totius Matheſeos, circa numeros ϗ πάντα ἀριθμὸν occupata. Illius inventor non Phœnices, non Pythagoras: non Numeria inter Deas celebris, ſed ipſemet DEVS ſummus. Quippe qui omnia in pondere, numero & menſura molitus eſt: quartumque Volumen Pantateuchi, *Numeros* voluit indigitari. Nomen Arithmetica inventum ab objecto, cui incumbit. Tantaque illius neceſſitas ſemper habita eſt, vt qui neſcit numerare & analphabetus, & ignatus exiſtimaretur.

Objectum. Inventio. *Proverb. 8.*

Nomen.

NVMERI ergo objectum ſunt Arithmeticæ. Illique cùm apud Sacros tùm apud Profanos tanti ſemper pretij fuerunt, vt in ijs divini neſcio quid latitare nemo Eruditorum non crediderit. Nec me latet ejuſmodi Myſteria includi rerum formis ac ſubſtantijs, quas Plato vocat numeros formales & rationales: quaſque pariter Platonis diſcipulus Ariſtoteles vnitati, vt pote indiviſibili, ſolet comparare.

Numeri pleni Myſteriorum.

Quare laudabile conſilium Petri illius *Bungi*, Canonici Bergomenſis; qui expreſſo, eoque juſto Volumine, collegit quidquid vtraque Eruditio habet de Numeris præſtantiſſimum. Advertit itaque inter cætera Collector non indiligens; nihil te ſcire ſi neſcis numerare. Pythagoræis, tria dumtaxat rerum omnium principia; Infinitum, vnitatem; Numerum. Compoſitis perinde ac ſimplicibus, numeris qui mox explicabuntur, eandem naturam arcanamque vim. Quod in numeris formale appellatur, ab illorum materiali differre plurimum. Gallina videlicet cernit tritici acervum, pullorumque turmam. *At numerum & ordinem*, in diebus anni v. g. aut in exercitû callere, ſolius rationis negotium eſt. Vnitatem, virginem vtiquè fœcundam, ſymbolum eſſe Numinis perfectiſſimum. In Mundi molitione, primum diem vocari vnum: ac ſecundum neutiquam benedici ſicuti conſequentes, quia abrumpit vnitatem.

Petri Bungi liber de Numerorum Myſterijs.

Addit numeros reperiri muſicales, naturales, rationales, divinos. Imparem, vt pote maſculum, DEO dicatum: victimaſque, numero pari, nonniſi Dijs Infetis conſecratas. Vt etiam in Templis & Domibus, gradus eſſe debeant impari numero. Iuſſuque DEI O. M. intromiſſa fuiſſe in Arcam ex mundis animalibus ſeptena & ſeptena, bina & bina ex immundis. Pilutas à Medicis ſuggeri, numero ſemper impari. Febremque ſi in pari die deſinit, ociùs repedare: partus ſeptimeſtres & novimeſtres, haberi fœlices. Singulorum deinde numerorum Myſteria expiſcatur. Seligam obiter potiora.

TERNARIVS equidem vbiquè collucet. Sacrificium olim quotidianum erat triplex. Et trino Numini litabatur in diei exordio, medio & fine. Dæmon à CHRISTO receſſit poſt tertium impetum, tunc ſcilicet *conſummata omni tentatione.* Typus quoque eſt generationis, quandoquidem ſemel & iterum prognati Homines, ab Adamo per tres filios: abs Noëmo, per totidem. Ieroſo-

Numerus Ternarius. *Luc. 4.*

lyma ſimiliter trinomia. Et dolor circumciſionis, tertio die acerrimus.

DVPLEX Quaternarius. Quinarius. *Quaternarius*, cenſetur cubicus & teleſmaticus. Vnde Gens omnis DEI nomen efformat per quattuor litteras. *Quinarius* id habet eximium, quod primogeniti diebus quinque diutiùs quàm cæteri, geſtantur in vtero. Sexternarius

Sexternarius. conſecratur Hexamero.

Septenarius. *Septenarium*, inter omnia ſacratiſſimum, extollunt DEI Creatoris abs creationis opere ceſſatio, Iubilæum, Eccleſiæ Sacramenta, pænarum irrogatio; criſes in morbis, fatum vitæ humanæ; immo vrbium, & Regnorum fortuna. Annus ætatis ſexageſimus tertius ideò maximè periculoſus, quia confluenta ſunt numeri ſeptimi & novi. Sed & ſacrificatum olim à Magis Civi Atheniensi, eo quod diem ſupremum obiviſſet anno ætatis nonageſimo nono. Septimum in eodem matrimonio maſculum, nulla femella intermedia, divinis virtutibus pollere. Decimas ſacras nemo ignorat, decem ſimiliter præcepta Decalogi: decumanum fluctum, decimamque injuriam eſſe acerbiſſimam.

Nonageſimus nonus.

Decem *Detes confundit me, Job. 4.*

EA nimirum delibaſſe ſatis ſuperque fuerit, quæ fuſiùs proſequitur à me ſupra laudatus Bergomenſis Canonicus, ex Pythagora, Platone, Euclide, Proclo, Iamblico, Philone-Iudæo, Areopagita Dionyſio: Rabinis, aliiſque Θεοφήλοις. Ac licet jurarim nunquam, in ea Myſteria Numerorum vniverſa; non eſt tamen quod diſſimulem, ſi quod eſt ſecretum SAPIENTIÆ VNIVERSALIS, ternario vtiquè numero includi.

TITVLVS III. *Numerandi, & computandi leges.*

ARITHMETICÆ PARTITIO reſumitur.

EXPATIATVS tantiſper, ad alienum potiùs guſtum quàm ad meum, in Arithmeticæ laudibus delibandis; regredior modò, ad illius naturam propiùs explorandam. Cenſetur itaque

Duplex eſt. ARITHMETICA DVPLEX { *Minor, Supputatrix, Vulgaris,* Et *Major, Algebra.* }

Minor ſpeculativa. Minor, quatenus ſpeculativa eſt, contemplatur

NVMERORVM { *Proprietates, Proportiones: Progreſſiones, Radices.* }

Libr. 7. init. PRÆMITTENDA ante omnia ex Euclide, quæ habet inter alia notabilia. [*Vnitas*, eſt quâ vnaquæque res vna dicitur. Numerus, eſt multitudo ex vnitatibus compoſita. Naturalis ſeries numerorum dicitur, in qua ſecundùm additionem fit ipſorum computatio. Differentia numerorum, appellatur numerus quo major abundat à minore. Pars, eſt numerus numeri minor majoris, quando dimetitur majorem. Prima ſimpla numeri pars, eſt vnitas. Quilibet numerus totus eſt ab vnitate, quota pars ipſius eſt vnitas. Quicumque numerus in vnitatem ducitur, ſeipſum producit, & ſeipſum numerat.]

1. Numerorum proprietates. Pares *Si conservantur numeri pares, totus quoque ab eis conservatus erit par. Euclid. l. 9. propoſit. 22.*

IN numeris itaque primò occurrunt PROPRIETATES. Sunt enim Numeri ex vnitatibus conflati, non vnius generis. *Pares*, qui in duas æquas partes diſtribui queunt; 2. in 1 & 1: 4. in 2. & 2; 6 in 3 & 3. *Impares* ſecus, qui bifariàm non dividuntur; 3. 5. 7. 9. Rurſumque *Pariter-Pares*, qui producuntur per numeros pares. Vt 8 producitur per 2 & 4. 24 per 4 & 6. *Pariter-Impares*, meliùs Impariter-Pares, qui per Pares & impares producuntur. Vt

6 per 2 & 3. 10 per 2. & 5. *Impariter-Impares*, producti videlicet per numeros impares. Vt 15 per 3 & 5: 21, per 3 & 7.

Sunt inſuper numeri *Primi*, qui ſola vnitate, nec alio præter vnitatem numero, menſurantur. Dicitur autem numerus vnus alterum menſurare, qui multoties repetitus alterum ita explet; vt nihil ſuperfluat, aut deſit. Itaque vocantur numeri primi ac *Simplices*, quales ſunt. 2. 3. 5. 7. 11. 1. 3. 17. 19 2. &c. Nam nullus, præter vnitatem, quantumvis repetitus poteſt, illos ita explere; vt nihil ſuperfluat, aut deſit. Iis opponuntur Numeri *Compoſiti*, qui non ſolum ab vnitate menſurantur: ſed alio quodam numero, qui multoties repetitus illos explet. Sic numerus 5, eſt Compoſitus. Nam non ſolùm men ſuratur ab vnitate quindecies repetita, ſed etiam à numero 5. Nam repetendo quinque ter implebis quindecim. Vel etiam à numero 3. quem repetendo quinquies, implebis quindecim.

ARITHMETICA. *Ss à pari auf. ratur par, & reliquus erit par. ibid.* Impares. Pariter pares. Pariter-Impares. Impariter Impares. Primi. Simplices. Compoſiti.

Deinde Primi inter ſe, quos vnitas ſola metitur communi menſurâ, Sic 4, menſuratur per 2: 9, menſuratur per 3. At ſola vnitas metitur 4, & 9. Compoſiti inter ſe, quibus communis eſt menſura major vnitate. Sic 4 & 6, menſurantur per 2. *Perfecti*, quorum menſuræ ſeu partes omnes aliquotæ conjunctæ, totum reddunt, ſeu coæquant. Sic 6 continet 1, 2, 3. quæ ſimul juncta, reddunt etiam 6. Et 28. æquat præci è ſuas omnes partes 1, 2, 4, 7, 14. Cujuſmodi ſunt ſanè perpauci, nec in omnibus Claſſibus. Sic in prima vnitatum ſeu digitorum, eſt tantum 6. In ſecunda articulorum, 28. In tertia centenariorum, 496. In quarta milliarium, 8128. Ita vt omnes in ſex, vel octo deſinant. *Imperfecti* ſeu diminuti, qui exſtunt minores omnibus ſuis partibus ſimul conjugatis; vt 8 cujus partes 1, 2, 4, ſeptem dumtaxat efficiunt. *Abundantes* ſunt, quos partes combinatæ excedunt. Sic 1, 2, 3, 4, 6, excedunt 12. Porrò *Digitus*, eſt denario minor; 1, 2, 3, 8, 9. *Articulus* cum additur Chifra 10, 20, 30. *Compoſitus*, ſive Conjunctus, & Mixtus, ex digito & articulo 12, 15, 28, 39.

Primi inter ſe. *Omnis numerus, aut eſt primus, aut à primo numeratur. Eucl. l. 7. pr. poſit. 31.* Compoſiti inter ſe. Perfecti perpauci. Imperfecti. Abundantes. Digitus quid? Articulus. Compoſitus ex vtroque.

Integri, qui præciſè conſtant vnitatibus; 234511. Fracti, quando fit acceptio aliquot partium in quas diviſa eſt vnitas $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Qui infra lineolam eſt vocatur *Denominator*, quia denominat in quot partes vnitas ſit diviſa. Qui ſupra lineolam, vocatur *Numerator*; quia numerat quot ſumantur ex illis partibus mixti ex integro habente fractionem, vt 2 in $\frac{1}{2}$.

Integri. Fracti. Denominator. Numerator.

Iam verò vbi ad *praxim* & operationem, ſeu per calculos ſeu per calamum deſcendit Arithmetica, quinque potiſſimæ ſunt illius Regulæ

Arithmeticæ Practicæ Regulæ quinque.

COMMVNES { *Numeratio, Additio, Subſtractio:* *Multiplicatio, Diviſio.* }

NVMERATIO, eſt numerorum ſeries ſeu ordinatio; diverſa, ſecundùm diverſa Hominum inſtituta. Hebræis & Græcis, charracteres Alphabeti ſunt pro numeris. Latinis novem dumtaxat; I, V, X, L, C, D, M, Q, S. Geometris puncta, quæ intra numeros notantur, 4567. 293145. Incipiendo à dextrâ ſignificant numerum mille, millionem, milliardum: & numeri intermedij carentes puncto ſubſcripto, valent 10. & 100. & ita reliqui ad libitum. Atenim notulæ; *Arabum* vt creditur inventum, ſeu chiſræ vſum jam obtinent per revolutionem ab 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9; ad decem, centum mille, decem millia, centum millia, decies centena millia, &c. quæ ſunt tantùm replicationes denarij; qui idcirco Pythagoræis dicitur primus circularis, & πᾶ παῖδν. Interque eos junctæ Manus fidei erat ſymbolum, quia in manibus decem digiti numerantur. Vbi etiam notandum numeros dici *Continuos*, cum augentur circuli; vt 10. 200. 30-0. 40000. Suntque quattuor continui. *Disjuncti* verò ſunt, quoties coincidunt; vt 10. & 20. 100. & 200. 6000 & 7000.

Numeratio alios alia. Decem. Continui. Disjuncti.

ADDITIO, plurium Numerorum in vnam ſummam collectio eſt. Fit eundo à dextra ad ſiniſtram, & ab inferioribus ad ſuperiores colligendo; ita vt retentis tot vnitatibus quot ſunt denarij, reſiduus numerus ſubſcribatur. Quod ſi denarius retineatur, pro eo præcedenti lineæ apponenda eſt vnitas: ſi viginti, 2; ſi triginta, 3. & ſic conſequenter. Exemplum.

Additio.

Dvplex

246785	(8
357213.	probatio
603998	(8

Probatio. Quæ operatio, non ſecus ac exteræ, vera & ſine errore *probatur* in hunc modum. Tollendi ſunt omnes novenarij 9, qui occurrunt, primò ex omnibus numeris ſimul collectis, deinde ex ſumma collecta; vtrinque enim idem numerus relinqui debet, 8 nimirum in præcedenti additione.

Subſtractio. Svbstractio, eſt numeri inferioris à ſuperiore ablatio; ita-vt quod ſuper eſt, lineolâ ductâ ſubſcribatur. Quod ſi ſuperior numerus reperiatur minor inferiori, is à viciniori numero decem, vel ab altero antecedente numero centum mutuari debet; repoſitis 9, id eſt 90

782458	(7
191883	(7

Probatio. *Probatio* fit vt ſupra, tollendo 9, hinc ex prima ſumma, inde ex duabus alijs combinatis; vbiquè enim idem reſtat, vel jungendo ſecundam & tertiam, ad primæ productionem.

Multiplicatio. Mvltiplicatio, dicitur vnius numeri per alium ductiõ. Sive, ex Euclide, ſumptio vnius numeri toties, quoties in alio vnitas comperitur.

4564, *numerus multiplicatus*

7, *multiplicator*

31948

Huic porro operationi, haud ſecus quàm alijs in Arithmetica vniverſis, non parum conducit, ſequens *Abacus Inſtitorum*, ſeu Tabula Pythagorica.

Tabula Pythagorica.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
2	4	6	8	10	12	14	16	18
3	6	9	12	15	18	21	24	27
4	8	12	16	20	24	28	32	36
5	10	15	20	25	30	35	40	45
6	12	18	24	30	36	42	48	54
7	14	21	28	35	42	49	56	63
8	16	24	32	40	48	56	64	72
9	18	27	36	45	54	63	72	81

Diviſio. Divisio multiplicationi oppoſita, eſt vnius numeri per alium partitio. Sive inventio *quotientis*, qui videlicet rimatur quoties vnus numerus continetur in alio. In iſta, ſecus quàm in alijs, à læva ad dextram progreſſio fit. Ita-vt diviſor ponatur ſub primo numero, qui dividendus eſt; quem ſi ſuperaverit, propulſatur

ſatur ſub ſequenti. Numerus autem *quotiens*, ſcribitur à latere diviſoris; obſervando tria, ſequenti verſiculo indicata. ARITHMETICA.

Quære quotum, dein multiplica, tum ſubſtrahe delens.

$$\frac{1296}{\underline{333}} \quad \Big| \; \underline{432} \; \Big|$$

Porro hæ duæ operationes, *probant* ſe invicem. Et vtraque difficilior eſt; tum cùm facienda eſt duplex, triplex, &c. Ad ſimiles verò praxes in numeris fractis, juvat reducere numeros fractos ad eundem denominatorem; vt $\frac{2}{3}$ $\frac{4}{5}$ ad $\frac{10}{15}$ $\frac{12}{15}$. Vel integros ad fractos; vt 2 $\frac{1}{4}$ ad $\frac{9}{4}$. Vel fractos ad integros vt $\frac{16}{5}$ ad 3 $\frac{1}{5}$. Poſt abſolutum Numerorum valorem, quæ eſt veluti primaria proprietas; jam eos inter ſe ſe comparat *Proportio*. Probatio.

SECVNDA NVMERORVM proprietas, eſt Proportio.

TITVLVS IV. *Proportio, & proportionalitas explicantur.*

ANTE omnia *definitur* ratio, ſeu habitudo numeri vnius ad alium. Vel, ſi mavis, ex Euclide; [rationum æqualitas, & duarum quantæcumque ſint ejuſdem generis quantitatum, certa alterius ad alteram habitudo.] Ab eodem ſtatuitur *duplex*. Rationalis, quæ numeris exprimi poteſt. Irrationalis, quæ non poteſt; qualem Geometræ demonſtrant eſſe, proportionem diagonalis ad coſtam quadrati. Et ea quidem iterum duplex. *Æqualitatis*, inter numeros eoſdem; vt eſt ratio 5 ad 5. 8 ad 8. *Inæqualitatis*, quam efficit quotus ſeu differentia. Et hæc vel inæqualitatis Majoris, videlicet cum major terminus antecedit; vt ſex ad 3. 8 ad 2. Vel Inæqualitatis minoris, cùm præit terminus minor; vt 2 ad 5. 5 ad 7. Proportionis autem Genera

Proportionis definitio. *Libr. 5. init. in definit.* Duplex eſt. Æqualitatis. Inæqualitatis. Majoris. Et Minoris. Quintuplex proportio.

QVINQVE { *Multiplex, Super-particularis, Superpatiens.*
Multiplex Super-particularis, & Superpatiens.

PROPORTIO MVLTIPLEX tunc eſt, cùm numerus minor majorem metitur, ſeu cùm major minorem aliquoties continet. Si continet bis, dicitur dupla: ſi ter, tripla, ſimiliter quadrupla, quintupla, &c. Sic 2. ad 1. eſt dupla: 4 ad 1, eſt quadrupla; 9 ad 3, eſt tripla, &c. *Superparticularis* quando major numerus minorem ſemel continet, & partem aliquotam minoris, à quâ minor ille menſuratur: idque per ſeſqui-alteram, ſeſqui-tertiam, ſeſqui-quartam.. Sic 3 ad 2, eſt ſeſqui-altera: 12 ad 9, eſt ſeſqui-tertia. *Superpartiens*, quando major ſemel minorem complectitur, hujuſque partes aliquot ſeu-aliquantas. Vt 5 ad 3. Et ſuperbi-partiens tertias 9 ad 5 eſt ſuperquadri-partiens quintas. *Multiplex ſuper-particularis*, quando major minorem continet aliquoties; & præterea partem. Vt inter 5 & 2, eſt dupla ſeſqui-altera: inter 9 & 4, dupla ſeſqui-quarta *Multiplex ſuper-partiens*, ratio eſt in qua major minorem pluries includit, & plures inſuper illius partes. Ita eſt proportio dupla, ſuper-partiens quintas inter 12 & 5: tripla ſuperquadri-partiens quintas inter 19 & 5.

Multiplex. Superparticularis. Major numerus nunquam menſurat minorem. Super-partiens. Multiplex ſuperparticularis. Multiplex ſuperpartiens.

Proportionis autem continuatio, dicitur

PROGRESSIO { *Arithmetica,*
Geometrica,
Harmonica.

Quid ſit Progreſſio, & quotuplex.

DVPLEX
1. Arithmetica.
2. Geometrica.
3. Harmonica.

ARITHMETICA Progreſſio fit, cum idem præciſè exceſſus in numerorum revolutione decurritur; hoc eſt, cùm æquali differentiâ diſtantes inter ſe numeri continuantur Sic in 1, 2, 3. 4, 5, 6. numeratio ſemper excreſcit per vnitates: & in 1, 3, 5, 7, 9, 11, exceſſus fit per 2. *Geometrica*, cùm per eandem proportionem exceſſus replicatur. Ita vt plurium terminorum inter ſe comparatorum, eadem ſit ratio. Vt 1, 2, 4, 8, 16, 32. Et iterum 1, 3, 9, 27: *Harmonica* ex vtrâque præcedente coaleſcens, quoties differentia primi & ſecundi numeri, vnam habet & eadem proportinnem ad differentiam ſecundi & tertij, quam habet primus ad tertium; hoc modo, [illegible] & [illegible].

Proportionalitas.
Libr. 5. & libr. 7.

Id autem efficit. PROPORTIONALITAS, quæ eſt habitudo duarum rerum ad invicem. Vel ex Euclide, ſimilitudo proportionum verbi gratiâ, ad minùs tres inter terminos conſtituta. Vnde ex eodem, numeri quorum proportio vna eſt, proportionales appellantur ad invicem v. g. 12, ad 8, habet proportionem ſeſqui alteram. Sic 27 ad 18, habet proportionem ſeſqui-alteram. Iſta igitur ſimilitudo proportionum, vocatur propotionalitas, Græcè ἀναλογία; quæ in tribus terminis, & nuſquam in paucioribus invenitur, in pluribus verò poteſt reperiri. Vnde Logiſticus artifex ad magnos vſus ſolet regulam proponere,

Regula trium aurea.

quæ datis tribus numeris quartam proportionalem inveſtigat. Hæc autem Regula propter excellentiam, *Aurea* vocatur, ſeu trium; quæ & ipſa

Triplex.

TRIPLEX EST { *Recta*; *Inverſa*, *Compoſita*. }

1. Recta.

Et *Recta* quidem perficitur; ſi primò multiplicetur numerus ſecundus, per tertium: deinceps productus numerus totalis dividatur per primum, mox emerget quartus numerus. Exempli gratia; 10, 12, 15. ex emergit quartus numerus 18. Nam ſicut ſe habet antecedens 10: ad conſequens 12, ita & aotecedens 15, ad conſequens 18. Etenim vt 12 continet totum 10, & quintam ejus partem: ſic 18 continet totum 15, & quintam ejus partem.

2. Inverſa.
3. Compoſita.

Inverſa multiplicat primum per ſecundum, & productum dividit per tertium; vt io hoc exemplo, 10 12, 15, 8. *Compoſita*, priùs multiplicat primum numerum per ſecundum. Diende tertium per quartum. Et quod ex multiplicatione tertij per quartum provenerit, rurſus multiplicat per quintum numerum. Et numerus inde natus, dividitur per numerum ex prima multiplicatione provenientem, 3. 6. 12. 8. 12. 5 29.

Numeri Lineares.
Plani.

HACTENVS de numeris *Linearibus*, qui veluti per eandem lineam ſeu ſeriem evolvuntur. 1, 2, 3, 5, 7, 23; 101, 102. &c. Sunt & alij qui vocantur. PLANI, producti videlicet per aliorum duorum multiplicationem. Ita 12, per multiplicationem 2 & 6: 15 per 3 & 5; 20 per 4 & 5; &c. Quos inter, emioent *Quadrati*; producti nimirum per aliquem numerum, qui in ſe revoluitur, ſeipſum multiplicando; vocaturque idcirco, *Radix quadrata*. Sic omnium prima eſt vnitas, ad vnitatem: dein 2 ad 4, 3 ad 9. 4 ad 16. 5. ad 2. 5. 9 ad 8. Sequentem porrò quadratum invenies, ſi præcedendi numero quadrato addideris numerum imparem ejus ordinis cujus eſt numerus quadratus. Exempli gratiâ, ſi velim ſcire quis ſit numerus tertius quadratus; addo ad ſecuodum quadratum, qui eſt 4, numerum imparem, qui inter impares tenet tertium locum & hic eſt 5. Ex qua additione proveniet 9, qui eſt tertius quadratus. Hoc etiam fiet, ſi addas bis radicem præcedentis quadrati cum vnitate.

Quadratus numerus, qui æquè æqualis, ſub duobus æqualibus numeris continetur. Euclid. libr. 8.
Radix quadrata.

RAD.	1	2	3	4.	5	6	7	8	9	10
QVADR.	1	4	9	16	25	36	49	64	81	100

Tandem numeri vocantur *Superficiales*, qui ſub duobus lateribus continentur. Latera autem numerorum dicuntur quorum multiplicatione numeri producuntur. *Solidi*, producti per multiplicationem aliorum trium ſe invicem multiplicantium. Sic 24 productus eſt per multiplicationem 2, 3, 4. Nam bis tria, faciunt 6: & ſexies 4, faciunt 24. Atque in iſtis famoſiores ſunt *Cubi*, producti per numeros; qui & ſeipſos, & inſuper ſuum quadratum multiplicant. Sic primus cubus vt ſupra eſt 1, cujus radix cubica eſt 1. Secundus 8, cujus radix cubica eſt 2. Tertius 27, cujus radix 3. Et ita conſequenter ſequens orietur Cubicus, ſi addideris priori cubico ter radicem, & ter quadratum radicis præcedentis cubi cum vnitate. Ita quartus cubus 64, fit addendo ad 27 ter 3, & ter 9 cum vnitate.

ARITHMETICA. *Euclid. libr. 8. Deffinit.* Superficiales. Solidi. *Cubus, æquè æqualis, ſub tribus æqualibus numeris continetur. Euclid. libr. 7. Deffinit. Termini ſive radices dicuntur, quibus in eadem proportione minores ſumi impoſſibile eſt. Ibid.*

R	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
C	1	8	27	64	125	216	343	512	729	1000

Extrahuntur autem *Radices*, quadrata quidem multiplicato quotiente per diviſorem & per ſeipſum. Cubica verò multiplicato quadrato quotientis per tricies ſumptum priorem quotientem, ac tandem ſumpto ejus cubo.

Radicum extractio.

CÆTERA Artis hujus myſteria, non vna laborant difficultate: pauciſſimiſque, & nonniſi aliàs ſatis otioſis ingenijs, revelata continet *occultior Arithmetica*.

ALGEBRA, SEV ARITHMETICA Major.

TITVLVS V. *Algebra, & Rabdologia inſinuantur.*

NOMEN illius Arabicum vulgò reputatur. Eâ ſiquidem linguâ *geber* numerus eſt, alij autorem inventionis hujus ita nominatum autumant: *al* verò vbiquè apud Arabes, pro articulo vſurpatur. Sunt tamen qui nonnulla Artis iſtius veſtigia in Diophanto, homine Græco, ſubodorentur. Arithmetica certè *Major* eſt, quæ non ſolùm ad inſtar Minoris numerat, addit, ſubtrahit, multiplicat, dividit: ſed inſuper æquationes invenit, ad abſtruſarum quæſtionum reſolutionem. Vnde *definiri* poteſt, ſecretior Arithmetica; que certis characteriſmis, per numeros innominatos pervenit ad notitiam numerorum nominatorum: vel ſaltem ad notitiam habitudinis quam retinent quantitates, quæ propterea ſurdæ dicuntur, ſeu ἄλογοι. Vocantur inſuper denominati & *Coſſici*, verbo Italico quod rem ſignificat: & ſecundùm progreſſionem geometricam ſe conſequuntur, ab vnitate incipientes. *Rabdologia* interdum appellatur, quoniam lineis & aliquando virgulis ſeu baculis vtitur.

Nomen, & origo. Officium. Definitio. Signa varia.

CHARACTERISMI autem ſimplices, ad quos cæteri reducuntur, ſunt omninò quattuor. N, id eſt numerus. R, id eſt radix. Q, id eſt quadratum ſeu quadrangulum. C, id eſt Cubus. Ac horum quidem characterum *Expoſitores*, totidem planè aſſignantur. Numeri quidem expoſitor, eſt 0. Radicis, 1. Quadrati, 2. Cubi denique, 3. Quoties vltra progrediendum eſt, repetuntur iſti characteriſmi ſequenti modo. S, numeri, ſunt contra ſe primi. Qui poſt cubum eſt primus, nempe 5: deſignatur per SS, id eſt ſuperſolidus. Deinde 7, deſignatur per BSS. id eſt ſecundus ſuperſolidus. Deinde 11, deſignatur per CSS, id eſt tertius ſuperſolidus. Exempla.

Characteres. Expoſitiones.

Dvplex

O	*1*	*2*	*3*	*4*	*5*	*6*	*7*
N	℞	*q*	*c*	*qq*	*ſſ*	*qc*	*bſſ*
I	*2*	*4*	*8*	*16*	*22*	*64*	*128*

5.	*7.*	*11.*	*13.*	*17.*	*19.*	*23.*	*29.*	*31.*	*&c.*
ſſ.	*bſſ.*	*cſſ.*	*dſſ.*	*eſſ.*	*fſſ.*	*gſſ.*	*hſſ.*	*iſſ.*	*&c.*

Sunt & *ſigna* duo in hac arte potiora. Signum *plus*, ſic effingitur +. Signum verò minus, hocce modo —. Sed & in regulis, de quibus non ita multò poſt, opus aliquando Æqvatione. Operatio nimirum eſt, ſic dicta ex eo quod vel ablatione ſuperflui, vel adjectione ejus quod deeſt, Contentum & Continens æqualia reddit, vt procedat operatio in Regulis. Eſt autem *Contentum*, numerus incluſus hoc ſigno v. g. [16. Continens verò eſt numerus, qui ponitur ante reſpondens lateri quadrati; v. g. 48 + [. In Regulis compoſitis, Contentum eſſe debet vnius tantùm quantitatis: Continens verò, duarum quantitatum.

Expreſſio characterum.

Iam in numeris Compoſitis, ſic proceditur in expreſſione characterum. Vis, ſi lubet, exprimere numerum 32, per characteriſmos. Divide per minorem numerum primum, qui eſt 2. Tunc enim proveniet 16, in quotiente. Quotientem rurſum divide per numerum primum minorem, & proveniet 8. Rurſum divide 8. per numerum primum minorem, qui erit adhuc 2, & provenient 4. Ipſa verò 4, iterum dividantur per 2; qui eſt minor numerus primus. At 2. eſt exponens quadrati. Itaque ſic exprimes numerum 32, per characteriſmos qqqq. Ideſt quadratum quadrati, ex quadrato quadrati.

Quatuor regulæ. 1. Simplex. vna.

Hiſce rudimentis ita præſuppoſitis, procedit Algebra in ſuis Operationibvs, per *quatuor Regulas*; quarum prima vocatur Simplex, tres aliæ dicuntur Compoſitæ.

Regvla simplex. *Numerum invenire, qui ductus in 2, atque iterum proveniens ex ductione multiplicatus in 3, faciat 36.* Pone quæſitum numerum eſſe 1 R. Duc illum in 2. Evenient profectò 2 R. Duc iterum 2 R in 3, evenient 6 R. Is autem eſt numerus quæſitus. Nam 6 ductus in 22, facit 12. At numerus 12 ductus in 3, facit 36.

Compoſitæ tres.

Vocatur hæc regula *Simplex*, quia latus eſt ſemper vnius quantitatis. Tres verò aliæ Regulæ vocantur *Compoſitæ*, eo quod in latere ſunt ſemper duæ quantitates diverſæ; in tetragono verò, vna tantùm. Iterum tamen inter ſe differunt Compoſitæ, quod in Prima compoſita, Contentum eſt numerus: in ſecunda, Contentum eſt quadratum; in Tertia, Contentum eſt linea.

1. Regula compoſita.

Rrima Regula Compoſita. *Numerum invenire, cujus quadratum cum ſuis quatuor lateribus & additione* 7, faciat 52. Praxis. Pone talem numerum eſſe 1 R. Ipſius quadratum, eſt 1 q. Adde quatuor, ipſius latera ſunt 4 R. Itaque erit,

1 q + 4 r. + 7. (52.

Fac æquationem, auferens vtrinque plus 7. reſtabit

1 q | + 4 r (45.

Inventio quæſiti.

Ad inventionem *quæſiti*, quantitates ſeu characteriſmi tractantur hac ratione. Primò fac quadratum ex dimidio numeri linearum, ſeu radicum. Radices ſunt 4. Si igitur hujus dimidium accipias, habebis 2. Quadra iſtud dimidium, pro-

venient 4. Secundò iſtud quadratum adde numero contenti, (45. Ergò ſi addas 4 ad 45, fiet 49. Tertiò accipe tetragonicum latus, ſeu radicem quadratam huius numeri 49, qui eſt 7; nam ſepties ſeptem, faciunt 49. Quartò ex iſto latere quod eſt 7, aufer dimidium radicum. Totum radicum, eſt 4. Itaque dimidium, erit 2. Quod ſi 2, auferas à 7, reſtabit 5. Et hic numerus 5, ille eſt qui quæritur. ARITHMETICA.

POSTQVAM quadrato, quod factum eſt ex dimidio numeri radicum, junxeris Contenti numerum; ſi ex ea ſumma non poſſit excipi tetragonicum latus, tunc numerus nullus eſt qui nomen habeat. Eaque eſt habitudo *ſurda* EXEMPLVM. Adnotatio. Habitudo ſurda.

Numerum invenire, cujus quadratum cum ſuis quatuor lateribus & additione 7, faciat 53. Surdi exemplum.

1. q. + 4r. + 7. (53.

ÆQVATIO

1 q. + 4 r. (46.

Adde quadratum factum ex dimidio numeri linearum vt ſupra, quod erit 4, numero Contenti, qui eſt 46. Tunc provenit 50. Iam accipe hujus ſummæ 50, tetragonicum latus. Atqui nullum eſt ejuſmodi. Sic igitur erit exprimendum R 50. Et quoniam à radice, ſeu tetragonico latere, auferendum eſt dimidium numeri radicum, quod eſt 2, apponendum eſt ſignum minoris ſic —

R 50 — 2.

Id nempe ſignificat, quod numerus quæſitus non habet nomen. Ideoque cùm ejuſdem numerus neutiquam ſit ἐν λογικοῖς, dico illum eſſe radicem numeri 50 minoris duobus. Quæ quidem radix, habet quadratum; quod cum ſuis quattuor lateribus & additione facta 7, facit 53.

In aliis Regulis, idem ſæpè accidit, vt numerus innominatus reperiatur. Tuncque agendum erit eodem prorſus modo. Atque illud eſt *miraculum* Artis iſtius, numerare per ea quæ numerus non ſunt. Numerus ſine numero.

PLACET ex repetitis operationibus, rem primâ fronte obſcuriſſimam, tantiſper elucidare per exempla quattuor, quas dixi Regularum. Pro SIMPLICI.

Numerum invenire, qui ductus in 4, dein addendo 5 ad productum, faciat 17. Pone quæſitum numerum eſſe 1 R. Duc in 4, fiunt 4 R. Adde 5, fiunt 4 R, 5 (17. Exemplum Regulæ ſimplicis.

At nec-dum, rectè dignoſcitur quid ſit ille numerus. Nam iſtud plus 5, tenebras offundit. *Æquatio* itaque facienda eſt in hunc modum. *Aufer* iſtud ſuperfluum 5, ex Continente. Aufer tantumdem, ex Contento. Iſtud cùm eſſet 17, poſt ablationem 5, jam erit 12. Itaque ſic nota;

4 r. (12.

Iam partire 12 in 4, & proveniet 3; numerus ſcilicet, quem oportebat invenire. Nam ſi 3 ducatur in 4, proveniet 12. Huic ſi addideris 5, fiet 17.

Exemplum *adjectionis*, adhuc per Regulam ſimplicem. *Numerum invenire, qui ductus in 2, & ablatus 16 ab eo quod productum fuerit; remaneant 10, pro reſiduo.* Operare vt ſupra. Alterum exemplum.

2 r — 6 (10.

DVPLEX Æquatio autem per adjectionem, ſic procedet. Quoniam continens habet minus 6, donanda ſunt illa 6. Suppone itaque purè eſſe 1. R. Dona æqualem numerum Contento, quod eſt 10, & tunc erunt 16. Iam partire ſ6 in 2, & provenient 8; qui numerus erat quæſitus.

Pxemplum 2. Regulæ compoſitæ.

SECVNDA Regula Compoſita. *Numerum invenire, cujus quadratum, ſi octuplum ſui lateris auferas, relinquat* 20. Pone talem numerum eſſe 1. R. Duc in ſe fit 1 q. Aufer octuplum lateris, quod eſt 8 r, remanebit 1 q. — 8 r. Habes ergo

$$20 \;\; (\; 1q. - 8R.$$

Fac æquationem, donans vtrobiquè minus 8 R, fiet tranſmutando terminos & contentum in continentem.

$$20 + 8r \;\; (\; 1q.$$

Ita autem procedit opus ad quæſitum. Primò ex dimidia parte numeri linearum, fac quadratum. Lineæ autem hîc v. g. ſunt 8 R. Ergo ſemis eſt 4; quæ faciet quadratum 16. Secundò adde quadratum numero continentis, qui numerus hîc v. g. eſt 20. Tunc porrò fiet ex 16. & 20. ſumma 36. Tertiò hujus ſummæ, vt hîc 36, accipe tetragonicum latus, quod eſt 6, nam ſexies ſex faciunt 36. Quartò conjunge hoc latus, quod hîc eſt 6 R dimidiato linearum numero, qui eſt 4. Sic enim provenient 10, numerus quæſitus.

Tertiæ exemplum.

TERTIA Regula Compoſita. *Numerum invenire, qui ductus in 8, & ablatis 12. ex producto; reſiduum quadrato ſuo faciat æquale.* Pone numerum quæſitum eſſe 1 R, Duc in 8, fit 8 R. Aufer 12, reſtant 8 r.--- 12. Rurſus pone 1 R. Duc in ſe, fiet 1 q. Habes igitur 1 q. 8 R --- 12. Fac æquationem, donans vtrobiquè minus 12; fiet

$$1q + 12. \;\; (\; 8r.$$

Operatio diſponitur in hunc modum. Primò fiat quadratum ex dimidia parte linearum, ſeu radicum. Totum linearum ſeu radicum hîc v. g. eſt 8, ſemis eſt **14**; cujus quadratum, eſt 16. Secundò ex eo ſubtrahe Continentis numerum, qui v. g. hîc eſt 12. Itaque ſi auferas 12. ex omnibus, reſtabunt 4. Tertiò ejus numeri 4, qui reſiduus eſt, accipe tetragonicum latus, quod eſt **12**. Quartò junge tetragonicum iſtud latus, quod hîc eſt 12, ad dimidiam partem numeri radicum ſeu linearum, quæ dimidia pars hîc eſt 4; & invenies 6, numerum ſcilicet quæſitum.

LIBA hæc ſufficiant, ad noſtræ hujus Spartæ tantillum ornamentum. Reliqua enim, quæ plus habent ſubtilitatis quàm vtilitatis, otioſorum ſunt vel certè negotioſorum.

VTRIVSQVE ARITHMETICÆ Appendices variæ.

TITVLVS VI. *Arithmeticæ inventa.*

NEQVE etiam magnum opere-prætium arbitror in hunc locum inſerere, quæ à me alibi fuſiùs & vernaculè attinguntur. Illic nimirum aoimadverto abs vulgari Arithmetica ſuboriri Menſuras, Pondera, Monetas. Ab Algebra, occultos illos omnis generis characteres; quibus variatur Polygraphia, & Steganographia. *In Idea Sapient. univerſal. Tr. Tit. 38.*

Ac MENSVRÆ quidem juxta rerum naturam, commercij leges, Populorumque conſuetudines *vbiquè* reperiuntur perquàm diverſæ. Pro rebus ſiquidem *ſolidis* ſimul & *continuis*; Menſuræ variæ.

Quattuor ex granis digitus componitur vnus,
Eſt quater in palmo digitus, quater in pede palmus.
Quinque pedes paſſum faciunt, paſſus quoque centum,
Viginti quinque ſtadium dat: ſed milliare
Octies dat ſtadium, duplicatum dat tibi leucam.

Solidas & ſeparatas admetiuntur litron, quadrans, ſemodius, modius, ſemimedimnus, medimnus. *Liquidas* ſextatoriolus, hemina, amphora, cadus, culeus, metreta, cotylus, cus, congius, cyathus, dodrans, coclea. Pro ſolidis ſeparatis. Pro liquidis.

Sive autem ſolidæ res ſint ſive liquidæ, varia PONDERA ſortiuntur. Eſt enim in vtraque eruditione pondus ſacrum & prophanum, ſiclus itidem ex diverſa materia, minor & major: vncia, ſelibra; libra antiqua, moderna, attica, romana, medica, mercatoria, gallica, hiſpanica, &c. PONDERA quoque varia.

Pondera autem *fiunt* trutinâ; bilance: olim & aquâ, cujus ratio hodiè penè ignota eſt. Gradus ſunt granus, ſcrupulus, dragma, vncia, libra ſeu pondo, quintale.

Eadem pondera, eædem menſuræ MONETIS applicantur. Generatim vocantur *pecunia*, quoniam prima inter homines permutatio pecudum fuit. *Species* Monetarum, variæ; ſiliqua, follis, miliareſion, obolus; drachma, deoarius, ſemiſſis, tremiſſis: dupondum, quadrans, didrachma, aſſis, aureus; tandem monetarum maxima, *talentum* majus, & minus. Seſterſium ſimplici ſignificatu, æquabat aſſem ſeu ſolidum. Seſtertia neutro genere, ſignificabat mille ſeſtertia. Addito adverbio numerali, demooſtrabat centum. Itaque decem ſeſtertia, id eſt decem mille ſeſtertia: decies ſeſtertium, id eſt decies centena millia. *Nummus* demum, ſeu vt alijs placet Numus: ſive à numerando, ſive à Numa Rege apud Romaoos ioventore, ſive ἀπὸ τοῦ νόμου, nomen generale eſt cujuſlibet Monetæ. MONETÆ itidem variæ.

AB eadem origine prodierunt NVMISMATA, vulgò *Medalliæ*. In illis moderna curioſitas, *conſiderat* materiam, è quo, ſcilicet metallo cudantur. Formam, quas imagines & emblemata repræſentent: aliaque, quibus pretium illorum augetur. Collegit propemodùm vniverſas nobilis & eruditus *Sant-Amandus*, tribus libris Commentariorum; quibus non parùm lucis accedit ad Hiſtoriam antiquam, mediam, modernam. Tria, non ampliùs, huc transferre ſatis ſuperque erit. Prima eſt Auguſti, ſecunda Gordiani, tertia Conſtantini. NVMISMATA; ſeu *Medalliæ*.

DVPLEX







Iſtis porro antiquioribus non pigebit adjungere Numiſma recens, feliciſſimæ inaugurarionis LVDOVICI XIV. Simulque obſervare, reperiri nonnulla, quæ Sacrum iſtud inſcribunt triceſimo-primo Maij, Anni M. DC. LIV, quod tamen celebratum non fuit, niſi ſeptimo die Iunij conſequentis.



Ab his autem minoris momenti, nimiſ-ve intricaris, animum ad ſe & calamum allicir doctrinæ ſequelâ: & mirâ, per numeros ſonoros, cantus ſuavitudine *Muſica*.

MVSICA.

MVSICA.

TITVLVS VII.
Muſica quotuplex, & quibus conſtat.

SCIENTIA videlicet quæ verſatur circa numerum ſonorum, ſive circa ſonum numeroſum; dum ſenſu ſimul & ratione penſitat differentias ſonorum gravium, & acutorum. Ex præſtantiâ, credo, ſortita eſt nomenclaturam., quaſi ſit potiſſima Muſarum inventio. Statuitur

Nomen.

Dvplex	Naturalis,	*Divina-Archetypa, Mundana, Humana,*	*Cæleſtis,*	*Spiritalis,*
	Et		Et	Et
	Artificialis.	*Metrica, Rythmica, Harmonica.*	*Elementaris.*	*Corpora.*

ENIMVERO tota ratio Muſices conſiſtit in proportione, nihilque profecto eſt in toto Orbe quod non aptiſſimè cohæreat continuitate ac varietate inenarrabili. Quamobrem non ineptè finxerunt Pythagoræi, mirabilem quandam ſymphoniam; quæ vel intellectu, vel ſenſu, vel vtroque percipitur. Percipitur, inquam, in Deo, in Mundo, in Angelicis Choris, in Hominis fabrica. Vno verbo, intelligitur in rebus vniverſis; vel ſumptis ſigillatim, vel ad ſe ſe invicem comparatis.

Eam certè animadvertit Cenſorinus, à terræ imo ad ſummum Cælum. Vnde qui illi ſeriò attendunt, rapiuntur in extaſim. Videmuſque paſſim non Homines modò, ſed & ratione deſtitutas Animantes; per occultam vim quandam, naturæ cuilibet ab ipſa generali natura inditam, ſuavi melodiâ deliniri. Cujus rei exemplum illuſtre in Orpheo, in Amphione, in Arione ſtatuit Antiquitas. Longè porro & meliùs, & ſanctiùs eam licet admirari in Angelorum Choris; qui ſunt [Aſtra illa in matutina quæ divinas laudes concinunt, & jubilantes Dei filij.] In Cythara illa Davidis, Saülem energumenum recreantis. In Pſalte illo, Propheticæ Spiritum in Elizæo ſuſcitante.

Libel. de Die Natal.

Iob. 28.
1. Reg. 19.
4. Reg. 3.

Porro ex meditatione ſimul & imitamento Muſicæ hujus Naturalis, humani auxilio ingenij, non à Pythagora, ſed à Iubale, inventa eſt Artificialis. Et ea quoque triplex. *Metrica*, eadem nimirum cum Poëtica; menſuram & melodiam quandam obſervat in Verſuum conſtructione ſeu ordinatione, per diſtinctos pedes, variaque genera. Illius qualemcumque guſtum dedimus in noſtra rettò Poëtica. *Rythmica*, oritur ex numeris ad invicem relatis. Quod fit vel in principio, vel in medio, vel in fine, vel alterna variatione.

Iubal. pat. canent. in chor. & organ. *Gen. 4.*
Artificialis triplex.
Metrica.
Rythmica.

Ab his tàm theoreticè, quàm practicè, componitur Muſica *Harmonica*. Modulatio nimirùm eſt, quæ fit aliquando ſola voce, ſolis aliquando inſtrumentis, aliquando voce ſimul & inſtrumentis. Statuitur etiam *Duplex*. Prima ſimplex eſt Monodia, & vniſona decurrens per octo tonos, notaſque valoris ejuſdem. Is planus eſt Cautus ſeu Eccleſiaſticus, qui æqualem in notulis ſervat menſuram.

Harmonica multiplex.

Vetus Cantus, ſeu Gregorianus.

Operosior melodia, Muſica eſt etiam duplex. Altera in Contrapuncto ſimplici, aut figurato. Altera in plena ſymphonia, quæ propriè Mu-

HARMONIA ſica eſt Regularis, ſeu Canonica. Eaque iterum

DVPLEX	*Vetus*,	*Diatonica*, procedens per tonum, & ſemitonum.
	Et	*Enharmonica*, per ſemi-tonum, & tris-ſemitonum.
	Nova.	*Chromatica*, per diæſim & diæſim, & per ditonum.

Nova: NOVA ea eſt, quæ noſtro ac ſuperiori ævo vſurpatur. Crediturque à multis ex præcedentibus, vel ſatis ignotis, vel dudum obſoletis, variè conflata. Tota nimirum verſatur in *ſoni* conſideratione, & moderatione. Nam Quid ſit ſonus. quod Arithmeticis vnitas eſt, hoc Muſicis *ſonus*. Percuſſio ſcilicet duorum corporum à motu excitata, quæ melodiam quandam gignit, dum variatur ſecundùm magis & minus. Aſcendendo ſcilicet à gravi ad acutum, per ἄρσιν: & vice verſa deſcendendo ab acuto ad gravem, per θέσιν. Vtrumque verò decurritur per *Tonos*, *Tempora*, & *Modos*.

TONVS SANE DVPLEX.	*Major*,
	Et
	Minor.

Tonus quid, ſeu quotuplex. Semi tonus quoque duplex. VTERQVE deſcribi poteſt planus ſeu plenus ſonus, & legitima ſpatij quantitas; ſub diſtinctione duarum vocum, quæ per ſe intonantur. *Duplex* eſt. Simplex, primarius, authenticus ſeu legitimus: Secundarius plagius, ſpurius & irregularis. Iterùm *Major*, & *Minor*. Major dividitur in ſemi-tonum majorem, & ſemi-tonum medium ſeu diæſim. Minor, in ſemi-tonum majorem & minorem. In praxi, Tonus eſt ſecunda major; id eſt tranſitio vnius notæ, ad alteram vicinam. Puta, ab *vt* ad *re*. Hujus medietas, ſeu ſecunda Minor, eſt ſemi-tonus. Spatium videlicet imperfectum duorum vocum, ſibi immediatè vicinarum; dum vox velut media hæret & langueſcit inter vtramque tàm aſcendendo, quàm deſcendendo; velut à *mi* ad *fa*. Minora infra hæc intervalla ſunt diæſis, Lemma, Diachiſmus, Comma, Schiſma, Chaſma: & ſimilia, jamdiu aboletæ.

Et certè cùm proportio æqualitis ſit radicaliter inter vnum & vnum, duplex inter vnum & duo, ſeſqui-altera inter duo & tres, &c. profectò ſecundùm has proportiones, harmonici ſoni ab invicem diſtant. Vnde in illis diſtinguitur

Tria in ſonis.	QVANTITAS TRIPLEX	*Longitudo*,
		Latitudo,
		Craſſitudo.

Toni proprietates variæ. ATQVE ab hac præſertim craſſitudine cenſetur Tonus Æqualis, aliàs vni-ſonus, ſeu ſimplex. Et Inæqualis, qui parit diſtantiam Muſicam, ſeu intervallum in proportione & intentione. A proportione, fit *Simplex* radicale. Illudque vel Iuſtum, vt octava, quinta, &c. Vel non-Iuſtum, aliquando deficiens, vt tertia: aliquando redundans, vt ſemi-octava. Fit ab eadem proportione *Compoſitum*, ſeu radicatum, ex ſimplicibus, vt duplex octava.

Intervalla decem. Inde igitur præcipua emergunt, ad Muſicæ vſum, *Intervalla* decem Majora. Vni-ſonus duarum, vel plurium vocum in eodem loco conjunctio; vt ſi *ſol*, vel *la*, in eadem clave repetatur. Tonus, tranſitus à voce ad vocem per ſecundam perfectam, ſeu integrè ſonantem. Semi-tonus, medius hæret inter vocem & vocem, per ſecundam imperfectam. Ditonus, dura & perfecta tertia habens duos tonos, qualis inter *vt*, *mi*, *fa*, *la*. Semi-ditonus, per tertiam

mollem & imperfectam *re*, *fa*, *mi*, *ſol.* Diateſſaron, per quartam *vt*, *fa*, *re*, *ſol*, *mi*, *la.* Diapente per quintam *vt*, *ſol*, *re*, *la.* Semi-tonium cum diapente, eſt ſexta imperfecta. Tonus cum diapente, ſexta eſt imperfecta *vt* in G verbi gratiâ, ad *la* in E. Diapaſon, vocis à voce diſtantia per octavam; vnde & octava dicitur. Sunt & aliæ, ſecunda, tertia, quinta, &c. Quod ſi duplicantur, fit diſdiapaſon, diſdiapente, &c. Modernus vſus ſequentibus duntaxat adhæret MVSICA.

Vſus hodiernus.

Vniſonus.
(a *Tonus.*
(b *Semi-tonus.*
(a *Semi-ditonus, ſeu tertia-minor.*
(b *Ditonus, tertia-major.*
(a *Tritonus, ſeu quarta, dura.*
(b *Diateſſaron, ſeu quarta, bona.*
(a *Semi-diapente, ſeu quinta, imperfecta.*
(b *Diapente, ſeu quinta, perfecta.*
(a *Exachorda minor, ſeu ſexta minor.*
(b *Exachorda major, ſeu ſexta major.*
Septima.
Diapaſon, ſeu Octava, omnium conſonantiarum perfectiſſima.

ARTIFICIVM CANTVS, Muſicæ.

TITVLVS VIII. *Cantus, & Muſicæ, modi varij.*


PRÆMITTVNTVR pro elementis, ſeptem litteræ, a, b, c, d, e, f. Sexque voces, ab Aretino inventæ; *vt*, *re*, *mi*, *fa*, *ſol*, *la.* Vtrique inventa eſt figura illa *Scalæ*, *aut Manus*, ejuſmodi notis inſcripta. Provt enim aſcendendo & deſcendendo vox inflectitur, *quattuor* Muſicæ partes emergunt. Inter eas voces intercipitur tonus integer, ſi excepens *mi* & *fa*, in elevatione & aſcenſu: & inter *fa* & *mi*, in depreſſione & deſcenſu. Vtrobique enim non interjacet niſi ſemi-tonus. Quod ſi progrediendum fuerit vltra *la*, aut infra *mi*; mutatur *ſol* vel *la* in *re*, dum vox aſcendit: *re* vel *mi* in *la*, ſi deſcendit. Ad tollendas verò tot importunas mutationes, additur à nonnullis ſeptima vox *ſi*, ſive aſcendatur, ſive deſcendatur.

Septem litteræ. Voces ſex. Scala, ſeu Manus.

Mutationes.

Ex triplici *Vt*, pendent *Claves tres*, regulis ſemper affixæ; quæ cantum omnem moderantur, ex notarum diſcrimine. *Claves tres.*

Harmonia



e			a	mi
d		la	ſol	re
c		ſol	fa	vt
b		fa	b mi	
a	la	mi	re	
g	ſol	re	vt.	
f	fa	vt		
	natur.	bmol.	b car.	natur.

e		mi	la
d	la	re	ſol
c	ſol	vt	fa
b	fa	b	mi
a	mi	la	re
g	re	ſol	vt
f	vt	fa	
	bmol	natura	bcar.

Nihil itaque aliud conſiderat aut verſat Muſica, quàm in voce humana ſoni naturam & proprietates, intervalla & differentias; vt illam temperet in proportiones, juſtaſque conſonantias. Inde enim grato ſanè compoſitionis & ſymphoniæ artificio, ex tonis gravibus & acutis aures mira varietate demulcentur.

Modi. Ab ea nimirum temperatura, naſcuntur Modi. Antiquis pariter ac Modernis variè numerantur, ſeptem, octo, duodecim, quindecim. In queis principes celebrantur Dorius, Phrygius: Lydius, Ionicus, &c.

Conſonantiæ. Igitur ex ejuſmodi tonorum, modorumque aſſumptione, deductione, tranſmutatione, mixtura & vſu naſcuntur Genera conſonantiarum. Ita-vt omnis conſonantiæ radix, ſit vniſonus; ſicut trias harmonica, altera radix eſt

Melodia. harmoniæ. Adeóque aliud nihil ſit Melodia, quàm plurium modorum temperatura, cujus inæqualem menſuram variant ſigna ſoni præſentis & poſitivi, quæ ideo vocantur

Notæ quattuor. Notæ { *Simplices*, Et *Ligatæ*. } { *Integræ*, Et *Fractæ*. }

Integræ vel vno conſtant tempore, vt ſemi-brevis: vel duobus vt brevis, vel quattuor vt longa: vel octo, vt maxima. Fractæ continent vel ſecundam temporis partem, vt minima: vel quartam, vt ſemi-minima: vel octavam, vt fuſa, ſive fuga; vel decimam-ſextam, vt ſemi-fuga.

Notæ porro illæ Muſicales, partim nigræ, partim albæ cum ſignis, ligaturis, & lineolis; variantur valoris auctione, diminutione, interdum & vtrâque. Illiſque reſpondent velut earum privationes, *Pauſæ* ſilentij menſuræ, notatæ per lineolas. Vti etiam ſuſpirium, reſpondet ſemi-minimæ. Syncope demum ſeu ſyncopatio, quædam laxatio ſeu contractio. Ea enimvero vniverſa maximè debet obſervare *Compoſitio* Muſica, conſtans inventione, ordine: concordiarum nexu, motuum variatione. Illi verò inſerviunt ſequentes *Regulæ*, ſeu Canones.

Mvsica. Notarum variatio triplex. Pauſæ.

In Compoſitione quattuor obſervanda.

In Cantu ſimplici, omnium conſonantiarum perfectiſſima octava eſt: deinde tertia, quarta, quinta, ſexta; imperfectiſſima, ſexta minor. In Cantu compoſito præcellit concentus *quattuor* melodiarum, ſeu partium; quæ velut cæterarum radices, elementorum Διάθεσιν imitantur; in duabus extremis, baſſo & diſcantu: hinc inde medijs, tenore & alto.

Regulæ compoſitionis.

Quattuor partes Muſicæ.

Vitanda imprimis, vniſonantium vicinitas. Coïre debent conſonantiæ motu graduali, non ſaltuario. Varietas debet vbiquè regnare, & toni ac modi naturæ textus concinnè aptari. Baſſus primo componatur, ſemperque ſit baſis ima triadis harmoniæ. Cùm iterantur ſeu replicantur conſonantiæ, decima reſpondet tertiæ, vndecima quartæ, duodecima quintæ: decima-tertia ſextæ, decima-quinta octavæ. Tertia, minor ex tono & ſemi-tono, & major ex duobus tonis. Sexta, ex tribus tonis, & duobus ſemi-tonis. Major ex quattuor tonis, & ſemi-tono. Quarta legitima ex duobus tonis, & ſemi-tono. Quinta illegitima, ex duobus tonis, & duobus ſemi-tonis. Legitima ex tribus tonis, & ſemi tono. Octava, vnica ex quinque tonis, & ſemi-tonis duobus.

Quænam vitanda.

Duæ tertiæ, ſextæque duæ ſimul concinnari poſſunt, modò ſint ſpecie diverſæ; vt altera minor ſit, major altera. Duæ quartæ, quintæ, octavæ, ſimul necti non debent. Ad evitandas falſas relationes ab vna conſonantia minori ad majorem tranſitus fieri debet, vel à majori ad minorem. Quinta poſt ſextam non locatur eodem motu, quia ſunt perſimiles. Duæ tertiæ majores, nectuntur per ſemi-tonorum diſſonantias. Diſſonantias præcedere & ſequi ſemper debet conſonantia imperfecta, per ſyncopationem. Nunquam replicantur diſſonantiæ, nec in contrapuncto ſimplici recipiuntur.

Horum omnium naturas & proprietates, faciliori negotio commonſtrant Instrvmenta Pneumatica, quæ flatu: & Pſaltica, quæ tactu moventur. Princeps eſt *Monochordum*, per tactum chordarum vel infimarum, mediarum, diſiunctarum, ſuperadditarum: vel harum, inter ſe connexarum.

Inſtrumenta in duplici genere. *Monochordum.*

Cæterùm nobilitatem, præſtantiam, divinoſque Muſicæ *Effectus*, paucis retexere neque injucundum erit, neque vltra generale Operis hujus propoſitum. Conſtat certè Heroas omnes, antiquitùs fuiſſe Μουσικοφίλους. Ipſam Melodiæ ſcientiam, ex idea Platonis, ſine vniverſa *Diſciplina* non poſſe tractari. Viciſſimque nullam Scientiam, maximè Oratoriam, ſine Muſica eſſe perfectam. Vnde ſcribit Quintilianus [tantum jam illis antiquis temporibus non ſtudij modò, verùm etiam venerationis habuiſſe; vt ijdem Muſici, & Vates, & Sapientes judicarentur.]

Muſicæ effectus. Heroës Muſicæ amantes.

Verum-enim Platonis Diſcipulus *Ariſtoteles* ſuis in Politicis fusè, vt ſolet etiam & confusè, majorique ſubtilitate quàm perſpicuitate, plura diſputat circa Muſicam, è quibus *ſeligam potiora*; in ejus namque ſcrobibus & ſaxetis, latent & emicant gemmæ pretioſiſſimæ.

Ariſtotelis de Muſica diſputatio. *Libr. 8. de Rep. publ. c. 5. 6. 7.*

Svo primùm more dubitans, diſputanſque de fine Muſices, ſciſcitatur; vtrum Muſica *addiſcatur* ob ludum & quietem, an ad mores animi componendos, quemadmodum Gymnaſtica corpus exercet: an denique ad prudentiam, & vitæ inſtitutionem? Poſt has velut proluſiones, ſtatuit Pueros ludi causâ minimè docendos. *Non enim ludunt, qui diſcunt, & Diſciplina omnis cum dolore conjuncta eſt.* Ludus autem corporis refectio, ſimulque relaxatio animi cùm ſit; jucundus eſſe debet, velutque laboris & doloris medicina. Quo ſanè titulo fruitur Muſica, quandoquidem ex Muſæo,

Eruditio omnis moleſta. Ludus quid. Οὐ γὰρ παίζουσι μανθάνοντες, μετὰ λύπης γὰρ ἡ μάθησις.

Dulcius eſt nihil cantu mortalibus ægris.

HARMONIA
Errare à fine, excedere in medijs.
Voluptas ineſt Muſicæ.
Excitat motus animi imitatio omnis.
Varij modi Muſici.
Effectus teſtes.
Μουσικὴ τῶν λόγων ἐξ αὐτῶν τῶν ὀργάνων.
Pueros docet in Muſica.
Naturam delectat.
Comparanda, non ſemper exercenda.
Diſtinctio inter Inſtrumenta Muſica
Tibia vilis, & Sapiente indigna.

At quoniam Homines ad *finem* raró perveoiunt, raró & medium tenent: abeunt illicò in exceſſus, & voluptatem. Hanc videlicet paſſim ſubſtituunt loco finis debiti, cum quo habet illa affinitatem. Atqui ineſt Muſicæ naturalis quædam *voluptas*, propter quam omni ætati omnique hominum generi gratam eſſe & amœnam quotidiè experimur. Iuvat etiam ad mores, & excitat ἐνθουσιασμοὺς, quæ ſunt animi paſſiones: commotioneſque illàs quas cuncti ſeotiunt ex *imitatione*, ſi præſertim accedunt numeri & modi Quod non evenit in alijs ſenſibus, gûſtu videlicet & tactu: ſed nec in viſu, niſi admodum raró. At Modo mixolydio v. g. animi langueſcunt, ſedantur dorio, phrygio fiunt ἐνθουσιαστικοί. Quorum omnium effectus, teſtimonia ſunt indubitata. Ex quo Philoſophus concludit *Pueros* io Muſica erudiendos, quorum ætas nihil jucunditatis expers ſuſtinet. Muſicæ autem ineſt delectatio, Hominiſque naturæ cum harmonia & numeris cognatio ſingularis. Quam ob rem Sapientum plurimi Animum partim *harmoniam* eſſe dixerunt, partim ex harmonia conſtare.

Muſica itaque primoribus illis annis comparanda. Vbi verò provectior ætas eſt & maturior, abſtinendum ab illius *exercatio*. Nam neque vnquam Iovem inducunt Poëtæ veteres aut cantantem, aut pulſantem cytharam. Organa tamen, cæteraque Symphoniæ inſtrumenta, quædam permittit Ariſtoteles, quæ nimirum peritiam Muſices poſſunt juvare. Alia, maximè *tibiam*, in totum condemnat; vt pote vilia, vel iodecora. Quare & Minerva tibias, licet à ſe repertas, abjecit; non tam offenſa inflati oris deformitate, quàm quod nihil conferu it ad ſcientiarum cognitionem, aut ad vitæ diſciplinam.

Cantus varij, juxta varios fines.
Ποιεῖ τὴν ἡδονὴν ἑκάστοις, τὸ κατὰ φύσιν ἑκάστου.
Tres regulæ.

Ad extremum poſteaquam ſubtiliter diſtinxit *Cantus* alios ad mores, alios ad actiones vitæ, alios ad divinos afflatus: alios ad expiationes & luſtrationes, alios ad lætitiam & voluptatem, alios ad bacchantium furores & orgia; ſapienter decernit vnumquemque eo delectari, quod illius naturæ conſentaneum eſt. Ita-vt duo ſemper ſpectanda ſint in omni negotio & diſciplina; τὸ δὲ δυνατὸν, καὶ πρέπον. Treſque termini ſint in omni Diſciplina, quæ doctrinam affert & ornamentum; quod medium eſt, quod fieri poteſt, quod decet.

Libr. x. Confeſſ. c. 33.
In Pſ. 136.
Libr 11. de Doctrin. Chriſtian. c. 16 & Epiſt. 26. ad Hieron.
Ecli. 44.
Iſa. 6.

MVSICÆ effectus ab Ariſtotele recenſitos, *ſanctiores* debent excipere, & totam hanc materiam abſolvere. Ejus igitur energiæ tribuuntur, in ſacris prophaniſque hiſtorijs, quamplurima. Vſus verò in Eccleſijs vſque-adeò ſolemnis, & efficax ſemper fuit; vt fateatur Auguſtinus, [fudiſſe ſe lachrymas ad cantus Eccleſiæ, io primordijs recuperatæ fidei.] Immo etiam audet ſcribere idem Autor, omni exceptiooe major, [habere organa ſua Cives Hieruſalem; Scripturam DEI, promiſſa DEI, præcepta DEI.] Quid? quod extat ejuſdem Tractatus de Muſica? Ab eoque docetur Diſciplinæ hujus notitiam, pluribus Scripturæ Libris ioterpretandis perquàm eſſe idoneam. Eamque Hæreticos interdum, ab errore retraxiſſe. Ne multa; DEI eſſe donum, qui ipſe Muſicum agit in Orbis molitione, modulatione ac gubernatione. Vt minimè mirum ſit [Magnos ab Eccleſiaſtico Viros, appellari *divites in virtute: in peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina.* Conſtatque etiam ex Scripturis, in cœleſti aula Sanctos præ fœlicitatis gaudio, non ceſſaturos die ac nocte concinere illud nobile triſagioo, ſuper omnes meludias præſtantiſſimum.

Epiſt. ad Theſſal.

PORRO verò quemadmodum harmoniam efficit, perficitque Muſica: ita circa quantitatem continuam, occupatur ſtudium *Geometriæ*; quam cum Arithmetica ſummâ curâ addiſcendam, filium ſuum monet Hippocrates.

GEOMETRIA.

GEOMETRIA.

TITVLVS IX
Geometriæ Natura, & Officia.

GEOMETRIAM refert Quintilianus, [vtilem teneris ætatibus. Agitari namque animos, & acui ingenia ad celeritatem percipiendi, venire inde concedunt. Sed prodeſſe eam, non vt cæteras cum perceptæ ſunt, ſed cum diſcatur, exiſtimant. Ejus certè cum Oratoria connexionem, pluribus demonſtrat idem Fabius; præſertim in probationibus illis, quæ cum ſunt potentiſſimæ, [illegible] vulgò dicuntur.]

Lib. 1. cap. 17.

Scientia igitur iſta hinc, vt ſpeculativa eſt, regulas indubitatas circa quantitates contemplatur. Inde, quatenus practica, cum circino, regula & norma illas ipſas quantitates variè ita deſcribit, vt ſub ſenſum cadant. Quare nomen illi ſtrictius quàm par eſſet, vt omnia latiſſimæ Diſciplinæ officia complecteretur. Dum enim incumbit quantitati continuæ, illam

[illegible] Plato in Epinom.
Nomen a terræ menſura.
Objectum quantitates.

DESCRIBIT, VT GRAPHICA; PER { *Grammographiam*, *Lineis*: / *Planigraphiam*, *Figuris*: / *Gonographiam*, *Angulis*: / *Stereographiam*, *Corporibus*;

Munus triplex.

MENSVRAT, VT POLYMETRIA; PER { *Grammo-* / *Plani-* / *Gono-* / *Stereo-* } *metriam*.

DIVIDIT, VT GEODOESIA; PER { *Grammo-* / *Plani-* / *Gono-* / *Stereo-* } *Dæſiam*.

TOTA ergo occupatur circa Lineas, quæ ſunt magnitudines longæ. Circa Figuras, quæ ſunt magnitudines terminatæ. Terminus autem, inquit Euclides, vniuſcujuſque finis eſt. Circa Angulos, vbi concurrentes lineæ ſe invicem contingunt. Demum circa Corpora, quæ ſunt lineata longa, lata, alta ſeu profunda. Hæc quattuor ipſiſmet exemplis delineari, ac tantiſper definiri, fermè erit ſatis; vt oculis, & animo demonſtrentur. Addam nihilominus aliquot ſeu definitiones, ſeu propoſitiones, ex Euclide Megarenſi Mathematicorum revera Principe.

Linea longitudo illatabilis. *Euclid. libr. 1.*
Figuræ.
Anguli.

EQVIDEM quantitatis pars minima, ſeu mavis illius exordium, *Punctum*, quod & ſignum vocat Euclides, eſt indiviſibile, nihiloque viciniſſimum. Quia tamen nullum non principium divinum exiſtimatur à Platone, iſtud ſanè elogium punctum mereri quis neget? Ex fluxu igitur illius propemodum nihil, oritur *Linea*; quæ ab eodem deſcribitur Longitudo ſine latitudine, cujus extremitates ſunt duo puncta. Communicantes lineas appellat, rationales: incommunicantes, irrationales ſeu ſurdas; ſtatuitque lineam communicantem

Punctus.
Punctus eſt, cujus pars non eſt, Euclid. libr. 1. Elementorum.
Ibid. propoſit. 62.

Demonstrationes — majori, eſſe majorem. Ac generatim quidem lineæ multiplices cùm ſint, ad *tres* præcipuas omnes reduci in confeſſo eſt.

Multiplex. Recta. — [1] Recta eſt ab vno puncto ad alium breviſſima extenſio, in extremitates ſuas eam recipiens; id eſt æqualiter ducta inter terminos, quæ ſunt puncta.

Curva. — [2] Curvà intra idem ſpatium obliquè deflectens, non ex æquo ſua interjacet puncta.

Mixta. 1. *Lib.* 11. — [3] Mixta, ex vtraque præcedenti coaleſcit. Vbi notanda propoſitio Euclidis, Lineæ rectæ partem eſſe in plano, & partem in ſublimi eſt impoſſibile.

Recta iterum non vno modo conſideratur.

Sola. — Sola nimirum & ſolitaria [4], vel ad alias comparata.

Perpendicularis. — Tuncque vel perpendicularis [5] alteri lineæ ſuperſtans, ſeu elevetur, ſeu demittatur, duos angulos efficit.

Interſecans. *Euclid. libr.* 1. *propoſit.* 3. — Vel in aliquo puncto interſecat [6]; adeò-vt omnium duarum ſuperficierum ſe invicem ſecantium, communis ſectio [7] ſit linea recta.

Parallela. — Parallelæ [8], ſeu rectæ ſint, ſeu curvæ, ſuper eodem plano ductæ; æqualiter diſtantes ab invicem, nunquam concurrunt.


Proportionalis. — Proportionales [9], aliquam habent inter ſe analogiam & proportionalitatem.

Inter Curvas deinde Lineas, ſequentes [10] præcipuæ numerantur.

Circularis. Circumferentia. Axis. Centrum. — *Circulus* eſt figura plana, vnâ quidem lineâ contenta; quæ circumferentia, Græcis *περιφέρεια*, nominatur. Axis eſt manens relicta linea, quam circum vertitur circulus. In ejus medio punctus, centrum circuli dicitur; à quo omnes lineæ rectæ & ad circumferentiam exeuntes, ſibi invicem ſunt æquales.

Diameter. — Diameter circuli, eſt linea recta; quæ per centrum tranſiens, extremitateſque ſuas circumferentiæ explicans, circulum in duo media dividit.

Ellipſis. — [11] Ellipſis deficit à perfecta rotunditate, definitque in ovalem figuram.



Spira-


GEOMETRIÆ. Spiralis.



[12] Spiralis, vndarum & ſerpentium inſtar. [13] Voluta, pluribus gyris in ſeipſum replicata, ſui initij punctum nunquam attingit.

Voluta.






[14] Semi-circuli & Sectiones circuli, arcus interdum & [15] anſæ appellantur.


Semi-circuli. *Libr. 3. definit. Ibid. propoſit. 5. 6.10.12.14.15.*



[Sector circuli, eſt figura quæ ſub duabus à centro ductis lineis: & ſub arcu, qui ab eis comprehenditur, continetur. Æquales circuli ſunt, quorum dimetientes ſunt æquales. Circuli ſe invicem tangere dicuntur, qui ſe ſe invicem tangentes ſe invicem non ſecant. Circulorum ſe invicem ſecantium, centra diverſa: ſe contingentium, idem centrum eſſe neceſſe eſt. Si circulus circulum ſecet, in duobus tantùm locis ſecare neceſſe eſt. Si contingit, non niſi in vno. In circulo rectæ lineæ ſunt æquales, quæ æqualiter diſtant à centro. Et quæ æqualiter diſtant à centro, æquales adinvicem ſunt. Linearum in circulo maxima, eſt dimetiens. Circulorum æqualium, æquos arcus æquas chordas habere neceſſe eſt.]


Sector.






Anguli.

Ab s Lineis naſcuntur *Anguli*, ex figura & conjunctione linearum perquàm diverſi. Planus Angulus, eſt duarum Linearum in plano ſe tangentium, & non in directo jacentium, ad alteram vtram inclinatio. [16] Angulus Sphæticus ille eſt, qui fit in puncto in quo duo ſemi-circuli ſe ſecant. [17] Rectus ſeu Recti-lineus, duabus lineis rectis continetur. [18] Acutus minor eſt recto. [19] Obtuſus major eſt recto.






Lineis, & angulis continentur *ſuperficies*; quæ cum longitudinem, latitudinemque tantùm habeant



Demonstrationes

planæ & æquales ſuas interjacent lineas. Circulus[20] &






Ellipſis[21], vnâ continentur lineâ. A diverſis verò tum lineis tum angulis, figuræ fiunt innumeræ.


Triangulus.


Triangulus[22] æquilaterus, ſub tribus æqualibus la-



Iſoſceles.


teribus continetur. *Iſoſceles*[23], duo dumtaxat latera habet æqualia: tertium vel longius, vel brevius.






Scalenum. Quadratum.

Scalenum[24], tria latera habet inæqualia. *Quadratum*[25] æquilaterum ſimul ac rectangulum eſt. Linea ab



Diagonalis.

angulo in angulum tranſverſa, *Diagonalis*[26] eſt. Alterâ parte longius, rectangulum quidem eſt, non



Rhombus.

verò æquilaterum. Contrà *Rhombus*[27] æquilatera,




Rhomboides.

ſed rectangula non eſt. *Rhomboides*[28] verò latera, & angulos habens æquales; neque æquilatera, neque rectangula eſt. Præter hæc autem, cætera




Trapezia.

quæcùmque quadrilatera *Trapezia*[29] appellantur.




Iam inter regulares figuras, quæ multis conſtant tum lateribus, tum angulis; ex angulorum numero, figuræ denominantur Pentagonæ [30], Hexagonæ [31], Heptagonæ [32], Octogonæ [33], Enneagonæ [34], ſimileſque *Polygonæ*. Irregulares enim, citra vllam proportionem, pendent ab vniuſcujuſque arbitrio. Generatim à lineis obliquis prodeunt circulus, ellipſis, &c. A rectis ſimul & obliquis, variæ *parabolicæ*.

Geometriæ.
Figuræ Regulares.
Polygona Irregulares.




Porrò quemadmodum ex punctis lineæ, ex lineis circuli ex iſtis ſuperficies: ita ex his planis, concavis, convexis-ve formantur *Corpora* ſolida; quibus triplex dimenſio eſt, longa, lata, alta ſeu profunda. Non dabo hîc niſi potiora, quorum quinque vocantur *Platonica*.



Corpus eſt quod longitudinem, & latitudinem, & altitudinem habet; cujus termini ſunt ſuperficies. Euclid. 11.
Quinque Platonica.

Globus ſeu [*Sphæra*, eſt quando ſemi-circuli manente dimetiente circumductus ſemi-circulus in ſeipſum rurſus revolvitur vnde incœpit, circumaſſumpta figura.] Symbolum Dei eſt, qui depingitur Sphæra infinita; cujus centrum vbiquè eſt, circumferentia nullibi. Figura illa videlicet æqualis vndequaquè & rotunda, nihil habet aſperum, nihil inæquale, obliquum, aut ſibi diſſimile: cæteris omnibus æquivalet, vnitatis & amicitiæ conciliatrix eſt; nihilque extat, quod non circulariter & exiſtat, & operetur.




Sphæra.
Dei Symbolum.

Circuli ſeu Sphæræ circumferentia dividitur in plures partes ſeu ſegmenta, quæ vocantur *Gradus*, provt eos exhibet ſequens figura.

Circuli partita.

DEMONSTRATIONES



Conus.

Conus, pomi pinei inſtar, inferiùs lati, in acumen ſurſum deſinentis; [eſt quando rectanguli trianguli manente vno eorum quæ circa rectum angulum latere, circumductum triangulum in idem rurſus vnde ſumpſerat exordium circumvolvitur, ea aſſumpta figura.] Manens verò linea conum efficit vel rectangulum, ſi æqua eſt lineæ circumductæ: vel amblygonium, ſi minor; vel, ſi major, oxygoniu n.

Triplex.




Cylindrus.

Cylindrus eſt [quando rectanguli parallelogrammi manente vno eorum quæ circum rectum angulum latere, circumductum parallelogrammum, in idem vnde ſumpſit exordium ſteterit, ea aſſumpta figura.] Similes Coni, & Cylindri ſunt; quorum axes & dimetientes baſium, ſunt proportionales.




Cubus.


Cubus eſt figura ſolida, ſub ſex quadratis contenta lateribus.



Pyramis, [eſt figura ſolida planis comprehenſa ab vno plano ad vnum ſignum conſtituta.] Conſtat ſaltem quattuor lateribus, vnum pro baſi eſt, alia ſupernè deſinunt in acumen. GEOMETRIÆ. Pyramis. *Euclid. libr. 11.*




Priſma, eſt figura ſolida planis comprehenſa; quorum duo, quæ ex oppoſito æqualia, & ſimilia, & parallela ſunt, reliqua verò parallelogramma. Priſma.



DEMONSRATIONES
Corpus ſerratile.


Species quædam, & quaſi irregulares ac imperfectæ Pyramides ſunt tetraëdra, octaëdra, dodecaëdra, & ſimilia. Corpus *Serratile* dicitur; quod quinque ſuperficiebus continetur, quarum tres parallelogrammæ ſunt, duæ verò triangulæ.



Columna.

Columna laterata, & ſolidum corpus eſt; cujus baſis & ſuperficies ſunt ſimiles & æquales cunctæ verò ſuperficies ipſa ſolida circumſtantes, ſunt æquidiſtantium laterum. Inde notat Campanus, omnes columnas lateratas æquè altas, ſuis baſibus eſſe proportionales. Et ipſe Euclides, omnem columnam rotundam, triplam eſſe ſuæ Pyramidi.

Addit. ad propoſit 30. Euclid. libr. 12. Propoſit. 9.




ATQVE ea quidem omnia exactiſſimè & deſcribuntur, & menſurantur, & dividuntur. Illuſtriora aliquot exempla, obſervationeſque ſelectiores paucas hoc loci adumbrare, ſatis ſuperque erit ad inſtitutum.

PRAXES GEOMETRICÆ.


Exempla Geometriæ Practicæ.

QVOTIES aliquid Geometricè operandum, ſi problema eſt, res facienda proponitur per infinitivum. Mox ſuper hypotheſi datâ, res poſtulata conſtruitur. Deinde ſi opus eſt, ipſa operatio demonſtratur, aut demonſtratio explicatur. Id totum breviter exemplis aliquot illuſtremus.

Reperire *mediam proportionalem, inter duas lineas datas.* Datæ ſunt A B & C B. Iunge, & fac A C. Ex medio E, tanquam ex centro, duc ſemi-circulum A D C: & ex puncto B, perpendicularem B D. Hæc erit media inter datas A B, & B C. Problema Tertia linea media proportionalis.



Theorema, quod jam monui; enunciat tempus præſens, nec conſtruitur; cætera problematis habet ſimillima. V. g. vt probetur *in omni triangulo tres angulos æquales duobus rectis*, operatio ſic procedit. Angulus D A B æqualis eſt A B C; quoniam anguli alterni, intercepti inter duo ſigna parallela, ſunt æquales. Angulus etiam E A C, æqualis eſt ſuo alterno A C B. Si igitur addis angulum B A C, duobus alijs A B C & A C B; reperies haud dubiè tres angulos hujus aoguli, eſſe æquales duobus angulis D A B, E A C: ſimulque communi B A C, qui ſunt æquales duobus rectis. Theorema.



Lemma in iſta operatione propoſitio illa eſt, quæ aſſumitur ad probandum theorema. Scilicet omnes angulos qui fiunt ex eodem latere lineæ rectæ, non æquivalere niſi duobus rectis. Quod aliunde probari poſſet, demiſsâ lioeâ perpendiculari, quæ duos efficeret angulos rectos, qui reliquos omnes continereot. Lemma.


Corollarium ex eodem theoremate elicitur. Nempe figuram omnem quattrilineam, aut parallelam, ſive parallelogramma ſit, ſive rhombus, ſive trapeſia; habere ſemper quattuor angulos, æquales quattuor rectis. Quia nimirum omnis figura quattri-linearis, ex duobus triangulis componitur. Corollarium.

Scholion tunc fiet cùm ſuper iſto theoremate, *in omni triangulo tres anguli æquales ſunt duobus rectis*; obſervatur intelligi id debere, dummodò triangulus ſit recti-lineus, non curvi lineus; alioquin propoſitio eſſet falſa. Scholion.

Idem dicito de alijs conſimilibus, cujuſmodi ſunt paucæ quæ ſequuntur.

Ducere lineam alteri perpendicularem. In linea A B notentur duo puncta æqualiter diſtantia ab E, quæ ſint C & D. Ab iſtis punctis deſcribantur mutuò duo circuli, eorum arcus ſe interſecabunt in F. Ab ea interſectione ducatur linea F E & erit perpendicularis ad lineam A B ſeu E B. Linea perpendicularis.

DEMONSTRATIONES






Per punctum datum, ducere lineam parallelam. Demitte vnam perpendicularem, & erige alteram æqualem : per extremitates ducta, erit parallela.




Linea parallela.

Quarta proportionalis.

Reperire quartam proportionalem. Sint tres lineæ datæ. A B. B C. D.



Diſponantur autem A B & B C, in vnam lineam rectam A C.'



Dein à puncto A produc lineam rectam E indeterminatam, facientem cum prima linea A B, qualemcumque angulum. Ex iſta A E, ſcindatur A F æqualis D. Et à puncto F, ad punctum B ducatur linea recta. Poſtea ex C ducatur parallela linea lineæ B F. quæ erit C E. coïncidens cum A E in E linea F E, erit quarta proportionalis.

Deſcribere figuram regularem.


Deſcribere quamcumque figuram regularem. In circumferentia circuli diviſi in 360. partes, ſume pro coſta figuræ chordam arcus tot graduum, quot fuerunt vnitates in quotienre ; quando diviſeris 360. per numerum laterum figuræ ; vt in hac tabella, perfectum habes.

Trigonum.	*Tetragonum.*	*Pentagonum.*	*Sexagon.*	*Heptagon.*	*Octogon.*	*Enneagonum.*	*Decagon.*
120	90	72	60	$61\frac{3}{7}$	45	40	36


Latus igitur trianguli æquilateris erit chorda arcus 120. graduum : latus quadrati 90

drati 90, latus pentagoni 72; & ſic de cæteris. Peculiariter autem quadratum ſic etiam deſcribitur. Ab extremitate vnius coſtæ erigenda perpendicularis æqualis, & ad eandem diſtantiam ducendi duo arcus qui ſe interſecabunt in extremitate diagonalis. GEOMETRIÆ.


Per data tria puncta circulum deſcribere. Sed oportet vt puncta ita ſint poſita, vt per ea duci non poſſit linea recta. Ex punctis ducendi arcus hinc & inde, per quorum interſectiones ductæ lineæ ſe interſecabunt in centro. Circulum per data tria Puncta.



Deſcribere Cubum. Super diagonali quadrati ſume punctum quodlibet, è quo deſcribe quadratum æquale, anguloſque rectis lineis connecte. Cubum.



Deſcribere angulum alteri æqualem. Sit angulus A, cui alterum ſimilem vis deſcribere. Pedem circini immobilem pone in puncto, cui duæ lineæ coïncidunt quæ faciunt angulum A; quod erit tanquam centrum, à quo deſcribes arcum D. Deinde circinum ſemper tenens in eadem diſtautia, ibi pones vbi alterum angulum vis deſcribere: & pede immobili fixo, per alterum mobilem D. Deinde transfer circinum ad priorem arcum D, & menſura quam intercapedinem habet arcus inter duas lineas à quibus primus angulus componitur: & eandem intercapedinem nota in ſecundo arcu D, duobus punctis: à quibus duces duas lineas ad centrum ſecundi arcus B, & habebis angulum æqualem priori A. Angulum alteri æqualem.



Metiri triangula, & quadrangula rectangula. Multiplica duo latera, quæ efficiunt angulum rectum. Media pars producti, eſt area trigoni: productum autem, area quadranguli. Sic alias quaſlibet figuras, divide in triangula rectangula; ductis, vbi opus erit, perpendicularibus, facilis erit menſuratio. Metiri triangula, &c.



DEMONSTRATIONES
Sphæram.
Corpora rectangula.


Metiri corpora rectangula. Vnum latus multiplica per alterum, & productum per tertium: corpora autem non rectangula ductis, quando neceſſe eſt, perpendicularibus.

Metiri in Sphæra quintuplicem quantitatem. Data linea, v. g. 7 pedum pro ſemidiametro, dupla erit diameter, ergo 14 pedum. Multiplica diametrum, 14 videlicet, per 22: & productum divide per 7, habebis pro circumferentia 44. Multiplica denuò ſemidiametrum per ſemi-periphæriam 22, habebis pro area majoris circuli, 154. Multiplica circumferentiam per diametrum, vel ſume quater aream maximi circuli; habebis 616, pro ſuperficie Sphæræ. Denique multiplica tertiam partem ſuperficiei, per ſemidiametrum: vel aream circuli per duas tertias partes diametri, habebis 1437 $\frac{1}{3}$ pro ſoliditate Sphæræ.



Dividere lineam.

Dividere datam lineam in partes æquales. Sit linea A B, quam dividere vis in duas, vel quattuor partes æquales; ab extremitate A, tanquam centro, duc circulum, vel arcum circuli in ea diſtantia quæ medietatem lineæ A B ſuperet. Rurſus circini pede immobili applicato ad extremitatem B in eadem diſtantia, alterum deſcribe arcum; quos arcus etiam infra exarabis vt exaraſti ſupernè; quæ linea ducetur ab ijs arcubus, alteram lineam A B ſcindet in puncto E in duas partes æquales. Quod ſi vis dividere in quattuor partes, rurſus accipe lineam A E, & operare ſicut priùs. Dein lineam E B, & operare ſicut priùs.




Triangulum, &c.

Dividere Triangulum, & Parallelogrammum quodlibet. Divide in triangulo latus ſubtendens angulum, in tot partes quod vis: & ab angulo, duc lineas ad puncta diviſionis. In parallelogrammo quolibet divide vnum latus, in tot quot vis partes: & per diviſionum puncta, duc parallelas alteri lateri.

Circulum in 360 gradus.

Dividere Circulum in 360 partes, ſeu gradus. Pro toto circulo, ſolet quadrans in 90 gradus dividi. Ea ratione: dividitur primùm quadrans in tres partes æquales; quarum ſingulæ ſubdividuntur in duas, & rurſus ſingulæ in tres, ac demum ſingulæ in quinque.

Cubi dati ſolidam menſuram invenire. Vnum ex lateribus multiplica per ſe ipſum, & rurſus productum per idem latus multiplica, invenies quæſitum. Exemplùm ſit Cubus A, cujus latus hic, ſit quatuor pedum. In ſe ductum, facit 16. Et ſexdecim quattuor faciunt 64, quæ ſunt menſura cubi.



Parallelepipedum.

Parallelepipedum menſurare. Sit parallelepipedum D, cujus baſis E F G H. Habeat longius latus E F, ſicut 12. Et latus brevius F G, ſit 8. Multiplica vnum per alterum, provenient 96, ſuperficies ejus baſis. Deinde altitudinem accipies, quæ hîc ſit 7. Multiplicabis 96, per 7. Et habebis quæſitum, nempe 672.



Priſmi Dati quantitatem invenire. Accipe ſuperficiem baſis L, quæ ſit v. g. hexagona, & ſit vt 13. Altirudo verò M, 6. Multiplica vnum per alterum, & habebis quod quæris. GEOMETRIÆ. Priſmi quantitas.



Cylindri quantitatem reperire. Accipe quantitatem baſis, id eſt diametrum circuli qui eam conſtituit. Metire, & ſit vt 4. Altitudo verò ſit vt quinque. Superficies circuli erit 12$\frac{4}{7}$ quam multiplicabis per altitudinem 55. Venient 62$\frac{6}{7}$ propter ſolidam menſuram. Cylindri.



Pyramidem menſurare. Baſim ejus multiplicabis per tertiam partem altitudinis. Exemplum ſir pyramis O. Cujus baſis P, ſit 25, altitudo verò ſit vt 9. Multiplica 25 per 3, & habebis quæſitum. Pyramidis.



Coni Dati quantitatem reperire. Baſis Coni, multiplicanda eſt per tertiam partem altitudinis. Poſito quod baſis ſit 16, altitudo verò 12; multiplicabis 16, per 4; & habebis quod optas. Coni.



Ex diametro Sphæræ, invenire ejus quantitatem ſolidam. Circulus quater repetitus, continet ſuperficiem convexam ſphæræ. Ejus verò ſoliditas reperitur multiplicando tertiam parrem convexæ ſuperficiei, per ſemidiametrum ſphæræ. Exemplum ſit Sphæra, cujus diameter ſit 7. Faciet diamerer circulum vt 38$\frac{1}{2}$ quæ quater repetita, faciunt 154; quam quantitatem habebit ſuperficies convexa Sphæræ. Ejus tertia pars erir 31$\frac{1}{3}$; quæ per ſemidiametrum multiplicata, ſcilicet 3$\frac{1}{2}$, facient 179$\frac{2}{3}$ propter ſolidum. Sphæræ ſolidæ.



Geometriæ corporibus illigatæ potiſſima pars eſt ea, quâ Orbis totius Tabellas deinceps depinget Coſmographia ſeu *Coſmologia.* Nexus, & tranſitio.

Cœlum, & Terra deſcribuntur.

COSMOLOGIA.

SVBORDINATA hæc Geometriæ diſciplina, Mundi totius tam Cœleſtis & Terreni, quàm Elementaris delineationem exequitur. Vniverſa quippe Mundi compago, à Terræ fundamento ad vſque verticem Empyrei; vnâ, vel pluribus Sphæris vndequaque clauditur. Eſt enim *Figura* totius Vniverſi, concinnata in orbem, quem partiuntur circuli potiores duo; Terrenus in medio, circumquaque Cœleſtis. Illum depingit *Geographia*, iſtum *Vranographia*. Quód in vtróque Phyſicum eſt, cum vniverſa Elementorum ſuppellectile, latiùs explicabit noſtra in Theologicis Coſmopæia. Hærentes igitur tantiſper in Cœleſtis, Terrenique Globi paratura, à potiori parte noſtra ſeſe efferat oratio; faciem Cœli, vt cum Scripturis loquar, explicatura.

TITVLVS XI.

Orbis Cæleſtis delineatur.

VRANOLOGIA.

PARS Coſmologiæ nobiliſſima, quæ hinc per Aſtronomiam, inde per Aſtrologiam deſcribit Cœlorum, Siderumque naturam, orbes, motus, effectus. Ideò in illis


CONSIDERATVR { *Materia, Numerus, Figura:* / *Magnitudo, Altitudo, Diſtantia, Fabrica.* }

Quæ in Cœlis conſiderantur 1. Materia. *Job. 37.*

AC de materia quidem controvertitur ſolida-ne ſit [quaſi æris fuſi,] aut inſtar chryſtalli: an liquida, aquæ aut aëris in modum? Sit-ne ejuſdem generis cum noſtrate, an prorſus diverſi, alijſque omninò affectionibus induta? Equidem accedo lubens, neotericæ opinioni, quæ Cœlum, præter aërem & Empireum, conſtituit revera vnicum. Illum ſtatuit liquidiſſimum, lucidiſſimumque, atque ex eadem materia cum ſublunaribus elementis. Id jam melior Phyſica demonſtrat. Nimirum vt inania nominum, & machinarum tollat: ſalvetque veriſſima phœnomena duorum Sociorum Saturni, quattuor Comitum Iovis: item Martis, Veneris, Mercurij, & Macularum Solarium; modò ſupra, modò infra Solem: Cometarum ſupra Lunam apparentium, vt ſæculo ſuperiori in Caſſiopæia, & ſimilia.

Haud quaquam tamen abnuo de Cœlorum ſoliditate ſimul & varietate receptas pridem *hypotheſes*, pro Vranoſcoporum ingenio varias, ſequenti diagrammate exhibere. Commentarium vix vllum ſubjungam, quia vel mihi ſoli, vel ſcientibus tantùm ſcribo.

CÆLOR.



HIc apparet, vt vides, cæleſtis Regni *Figura* in globum rotunda, vtpote nobiliſſima capaciſſimaque. Quam etiam evincunt inter cætera motus Cælorum circularis, Horologiorum & ejuſmodi Inſtrumentorum conſtructio, Stellarum fixarum æqualis diſtantia, Aſtra ſemper in ſpeciem globi: Lunæ mutationes, Sol nobis & Antipodibus apparens, etiam cùm per foramen angulare lumen rotundum, ſaltem ovale, radios tranſmittit; aliæque Obſervationes.

Figura Cæli rotunda.

Per illas ſimiliter deprehenditur *Magnitudo* Cælorum, Aſtrorumque ex cujuſque ſemi-diametro, juxta Geometriæ regulas. Ex quo conſequenter circuli maximi diameter, area, ſuperficies extima, ac tandem ſoliditas certo certiùs innoteſcit. Nam ex Tichone-Brahe, media Lunæ altitudo, eſt ferè ſemidiametrorum Terraquei Globi 56 Solis, Mercurij, Veneris 1143, Martis 1745, Iovis 3990, Saturni 10550, Inerrantium 14000. Vt autem habeantur milliaria, multiplicandi ſunt diametri per 3436 $\frac{1}{7}$. Statuamus exemplum in Firmamento, cujus diameter continet ſemi-diametros terræ 28000. qui eſt peripheria maximi circuli ſemi-diametros 88000. Area maximi circuli 616000000 ſuperficies ſphærica 2464000000 ſoliditas comprehenſa ſphæra elementari 11498666666666 $\frac{2}{3}$ non comprehenſa 11498666077451.

Magnitudo.

Milliaria.

In quo longè multùm fallitur obtutus noſter; qui vix globulos nobis ex Cæli aſpectu renunciat. Erroris cauſa eſt Cæleſtium Corporum altitudo, ſeu exaltatio à terra vix ac ne vix quidem credenda; probata nihilominus Geometriæ, & Arithmeticæ calculis. Nam v. g. altitudo Lunæ, continet ſemidiametros terræ 56 ☿ ♀ & ☉ 1144, ♂ 17 45, ♃ 3980, ♄: 10550 Stellarum fixarum, 14000. Quod ſi Terræ diametros multiplices per 1145, habebis leucas Gallicas 16030000; ſtatuendo quamlibet leucam, pro tribus Italicis milliaribus.

Iam verò Aſtri cujuſlibet deprehenditur tum Magnitudo, tum Altitudo, 1. *Parallaxi*, id eſt diverſitate & aberratione aſpectus, inter verum locum aſtri reſpectu centri Mundi, & oculi conſpicientis; ita vt locus apparens ſem-

Aſtrorum magnitudo, & altitudo vnde ſumenda.

COSMOLOGIA

per humilior ſit vero, quanquam in tribus ſuperioribus nulla datur. II. *Tarditate* motus proprij. Quo enim Aſtrum longiùs eſt à primo mobili, eo lentiùs recipitur in Occidentem; eoque velociùs movetur motu proprio. III. *Eclipſi*, ſolùm enim inferius obnubilat ſuperius. IV. *Vmbrâ*; propius enim Aſtrum, majorem vmbram fundit. V. *Viſu*; quò enim remotius eſt Aſtrum, eò apparet minus. VI. *Conſiſtentiâ*; quò enim remotiùs, eo diutiùs permanet inviſibile ſuper Horizonte.

Diſtantia.

Vtrique, magnitudini, accedit *Diſtantiarum* varietas. Nam in Cœlo diſtantia Aſtri cujuſlibet ab Horizonte, vocatur elevatio ſeu altitudo, vt dictum eſt ſupra. Quanquam altitudo jam frequenter ſatis vſurpatur, pro diſtantiâ à terra. Igitur vltimum occurrit in enarratione Cœleſtium Corporum, partitio

Concentrici, Excentrici, Epicycli.


IN ORBES { *Concentricos*, *Excentricos*, *Epicyclos*.

ILLOS in cunctis Cæli orbibus, excepto ſole quoad Epicyclum, priſca eruditionis methodus facilior ad Cœleſtia explicanda comminiſcitur. Artificium feliciùs oculis ipſis repræſentabit ſequens delineatio. Si priùs animadverſum fuerit, inventos fuiſſe excentricos, ſignanter vt ſatisfiat quærenti; cur Planetæ modò remotiores, modò propiores & majores appareant? Cur Sol plures inſumat dies ab æquinoctio verno ad autumnale, quàm ab autumnali ad vernum? Cur Eclipſes eodem in loco videantur diverſæ? Curque ☽ ☿ & ♀ in eadem elevatione, parallaxim varient?

Epicycli.

Epicyclorum inſuper vſus eſt, vt explicetur quare ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ in eadem parte Excentrici nunc remotiores & minores, nunc propiores & majores videntur? Quare varient parallaxes, & ☽ ſuas præſertim Ecclipſes? Quare ipſamet [teſtis in cœlo fidelis,] in Epicyclo moto ab Oriente in Occidentem, vocetur apogæa cum tarda eſt: perigæa, quando velox; hinc autem & inde, mediocris? Cæteri verò quinque Planetæ moti in ſuis epicyclis ab occaſu in ortum, apogæi nominentur directi: perigæi, retrogradi; hinc & inde, ſtationarij? Ob eas igitur rationes, excogitatus fuit ſequens in Cœlis apparatus.

Pſ. 88.



CÆLESTIVM corporum delineationem, & ſi fas eſt dicere, divinationem proſequitur *Aſtronomia*.

CÆLOR.

ASTRONOMIA.

TITVLVS XII. *Corporum Cæleſtium motus varij.*

EFFICIVM illius eſt rimari, ſpecularique imprimis Orbium Cæleſtium gyrationes. Eſt verò cuique Globo

Triplex eſt.

MOTVS TRIPLEX; { *Raptus*, *Proprius*, *Librationis.*

1. Raptus. 2. Proprius. 3. Librationis.

PRIMVS impreſſus deſuper à Primo-Mobili, cui proprius eſt, quicquid inferne amplectitur ab Oriente rapit in Occidentem, ſpatio viginti quattuor horarum. Cæteri Orbes, quia tantiſper mole proprioque motu reſiſtunt, aliquot inſuper minuta addunt: eóque tardant magis, quò Sphæra motu inferior eſt, & à Primo Mobili remotior. *Secundus*, cuique Orbi proprius, labitur ab Occidente in Orientem. Eòque fermè velociùs, quò Sphæra mota magis recedit à Primo-Mobili, quod in Luna manifeſtum fit. Secus Chryſtallini periodus abſolvitur 36000 annis, ex Ptolemæo: Nonæ Sphæræ annis 49000, Octavæ 700. *Tertius* trepidationis ſeu primæ, ac etiam ſecundæ librationis; fit à borea ad auſtrum, ac viciſſim ab auſtro ad boream: iterumque ab ortu in occaſum, & viciſſim ab occaſu in ortum.

Anomalia.

Porro quia motus identidem irregulares ſunt, eorum inæqualitas bifariàm dividitur, vt fiat regularis motus medius; cujus differentia à vero, apellatur anomalia.

CONSEQVENTI volumine excurrit particulatim motus

Motus VII. Planetarum,

PLANETARVM VII. { ☽ *Lunæ*, ☿ *Veneris*, ♀ *Mercurij*, ☉ *Solis*, ♂ *Martis*, ♃ *Iovis*, ♄ *Saturni.*

1. Solis motus.

ATQVE vt ordo dignitatis teneatur, occurrit I. *Solis* motus. Quotidiè raptus à Primo-Mobili, vt iterum redeat, verbi gratiâ, ad ortum horizontis; inſumit paulo pluſquàm vigintiquattuor horas, ob retroceſſum ab occidente in orientem per proprium motum. Iuxta quem vt revertatur ad idem punctum Primi-Mobilis, facit annum vertentem ſeu temporalem, ſeu naturalem, ſeu æquinoctialem, ſeu tropicum; præciſè dierum 365. horarum 5, minutorum 48, ſecundorum 45″. Vt verò recurrat ad idem punctum firmamenti, paulo majorem facit *annum* ſidereum, dierum 365, horarum 6, 9′, 26″. Quando autem Sol Augi propior eſt, minùs velociter movetur motu proprio: debueratque idcirco obſervari à Viro multiſcio, augem ſolis olim repertam in ſigno ♊ nunc inveniri in certo gradu ♋, vnde quotannis orientalior evadit.

Sol in aſpectu annunc. &c. Eccli. 43. & 42.


2. Motus Lunæ.

II. LVNÆ motus, motu raptus vt integram revolutionem conficiat, inſumit fermè 25 horas; ob contrarium impetum motus proprij ſub propria eclipticâ, interſecante Eclipticam Solis in duobus punctis. Quorum ſuperius, dicitur Caput Draconis ☊ ſeu nodus Auſtrinus; partes remotiores, appellantur Ventres. Et quoniam ejuſmodi puncta fiunt ſemper occidentialiora, Luna priùs redit ad idem tale punctum, quàm ad idem punctum Primi Mobilis. Nam ad illud regreditur intra dies 27, horas 5, & ſecunda 30″: ad iſtud intra dies 27, 7 horas, & minuta 42. Prior periodus vocatur menſis *Criticus* ad Medicorum criſes, ſaltem ex Galeni mente, aptiſſimus. Poſterior, com-

modè dicitur *Periodicus*. Quibus additur paulò longior, quem *Synodicum* vocant, dierum 29, horarum 12, & minutorum 41; quo temporis ſpatio ☽ ad ☉ regreditur; vt latiùs in Chronologiâ.

ASTRONOM. Periodicus. Synodicus.

Interim pro variâ à Sole diſtantiâ, Luna nunc cornuta, nunc ſemiplena, nunc gibboſa: poſt plena, ac rurſus gibboſa, ſemiplena, cornuta ad ſequens vſque novilunium nominatur. Id quod appoſito ſchemate, percommodè declaratur.




Eclipſis.

Inde-adeò Solis ex Lunæ motu, & ex vtriuſque concurſu fit ECLIPSIS altervtrius; quæ annuo ſpatio quadruplex eſſe poteſt, vix vltra ſex. Ac Solis quidem in novilunio, non tamen in quolibet. Neceſſum namque eſt vt Sol & Luna ſimul exiſtant vel in ☊, vel in ☋. Tunc enim Luna interjecta, nobis occultat Solem. At verò *Lunæ* Eclipſis contingit in plenilunio, tum cùm Sol eſt in ☊, & Luna in ☋, aut verſâ vice. Quod ſi Luminaria ab ejuſmodi nodis haud multùm diſtent, poteſt contingere Eclipſis: ſed non ita perfecta, aliquot dumtaxat digitorum.

Quomodo fiat.

Quomodo autem fiat, vt Eclipſis Solis non ſit vniverſalis, nec æqualis vbiquè: ſed reſpectu vnius loci totalis, reſpectu alterius partialis; aut reſpectu vnius partialis, reſpectu alterius nulla. Similiter quomodo Eclipſis Lunæ ſit quidem reſpectu omnium Regionum vniverſalis, & æqualis: ſed modò totalis, modò partialis; meliùs ex infra poſitis Schematiſmis apparebit.

Qvo





BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVo certè loco ſequentia juvabit *obſervare*. I. Eclipſim, ex proprio ſignificatu, denotare quamlibet luminis privationem ex oppoſitione diametrali corporis alicujus opaci. II. Eclipſim Solis, oriri ex Lunæ interjectu Solem inter & noſtrum conſpectum. Lunæ verò, ex interjectu terræ Solem inter & Lunam. III. Reſiduos ſemper videri radios lucis aliquot, quibus Sol media in caligine apparet velut coronatus. Ex quorum quidem radiorum ſuperſtitum intuitu, nonnulli olim excæcati memorantur. Obſervationes circa Eclipſes.

Ex quibus liquidò concludere fas eſt poſt Auguſtinum, Eclipſim illam in nece CHRISTI DOMINI fuiſſe mirabilem verè ac prodigioſam, *non ex canonico ſiderum concurſu* Nam & extitit vniverſalis, & momento vbiquè terrarum tenebras effudit: & contigit in plenilunio, neque enim aliàs Paſcha celebrare Iudæis fas erat, & tres horas integras perſeveravit. Vt minimè mirum ſit, quod Dionyſius Areopagita ſcribens ad Polycarpum Smyrnenſem Epiſcopum, ſolus explicat modum & rationem hujus Eclipſeos. Narrat ille 'tum cùm ipſe vnà ſimul & Apollophanes degerent Heliopoli, in Ægypto, 'mirabili ratione Soli Lunam coincidiſſe (neque enim tempus conjunctionis 'erat) ipſamque rurſus ſub horam nonam veſpertinam, diametro Soli oppo'ſito ſupernaturaliter reſtitutam. Illumque occurſum ab Oriente cæpiſſe, & 'vſque ad Solis extremitatem perveniſſe: ac tum demum reſilijſſe, ex adverſo 'diametri. Quibus viſis Apollophanes, Dionyſij contubernalis, neſcio quo 'ſpiritu afflatus, velut divinans exclamavit; ταῦτα ὦ καλὲ Διονύσιε, θείων ἀμοιβαὶ 'πραγμάτων. Ad quod, nec pariter Sine Numine, repoſuiſſe Dionyſium refert 'Suidas; *aut* DEVS *patitur*, *aut patienti compatitur.* Vel vt alijs placet, *aut* '*Naturæ Autor patitur*, *aut machina mundi diſſolvitur.*'

Eclipſis in Paſſione Chriſti. *L. v. Civitat. c. 15. Et Epiſt. 80.*

Epiſt. 7.

ASTRONOM.

Majorum Luminarium revolutiones ſequitur III. Motus *Mercurij*, tàm motu raptus, quàm in proprio ſupra Eccentricum, Soli ſimillimus. Sed volvitur inſuper ſupra Epicyclum, quem in ſpatio dierum 115, horarum 21, & 5 ita percurrit; vt maxima illius à Sole diſtantia, non excedat 28 gradum, 4′, & 10″.

4. Veneris.

IV. *Veneris* Motus primus & ſecundus vt ☉ & ☿. Sed epicyclum ſuum pervadit infra annum vnum, dies 218, horas 22, & 15′. Maxima ejus à Sole diſtantia graduum 46. Maxima latitudo ab Ecliptica, graduum 9. Vnde ſola latitudinem prætergreditur Zodiaci, qui hinc inde ab Ecliptica plures quàm ſex gradus haud quaquam egreditur.

5. Martis.

V. *Martis* quem Recentiores & diligentiores Aſtronomi deprehenderunt ad inſtar ☿ & ♀ circa Solem volvi, in ſuo Eccentrico; ipſum decurrendo ſpatio vnius anni, & dierum 322. Epicyclum verò ſpatio annorum 2, dierum 49, & horarum 20. Maximam habet à ſole diſtantiam, cùm ipſi diametraliter opponitur, & in ſuo moratur perigæo. Tuncque ex novis obſervationibus propior eſt terræ, quàm ſol; ſi quidem eo loci Parallaxim patitur minutorum duorum. Maxima ejus latitudo ab ecliptica præcisè ad ſex gradus pertingit, vnde tunc extremam lambit oram Zodiaci.

6. Iovis.

VI. *Iovis*, qui etiam circa Solem, excentricum ſuum oberrat intra annos 12, dies 214, & horas 21. Epicyclum verò intra annum vnum, dies 33, & horas 21, Latitudo maxima ab ecliptica, eſt graduum duorum.

7. Saturni.

VII. *Saturni*, qui & ipſe Solem ambit, Excentrici periodum abſolvens annis 29, diebus 174, & horis 8. Epicycli verò vno, diebus 12, & horis 21. Maxima ejus latitudo, tres gradus non excedit.

Cæli ornatus. *Ierem.* 8.

POST Cælorum, Planetarumque periodicas revolutiones, conſiderandus venit reliquus Cæli ORNATVS quem etiam ſcriptura militiam appellat.

STELLÆ, ET SIDERA.

TITVLVS XIII. *Stellæ, & alia Aſtra.* *Qui numer. multitud. Stellar. & omnib. eis nom.* 10. *Pſ* 1. 8. Numerus.

OCTAVÆ Sphæræ, velut clavi, videntur affixa. Inde *Fixæ* appellantur ſtellæ non quia immobiles, ſed quia ſemper eandem ſervant inter ſe diſtantiam. Infinita illarum multitudo ſoli Deo, etiam de nomine innoteſcit. Evidentes, vulgareſque numerantur 1022. quibus Indiæ occidentalis luſtratores, addidere 300. Quarum differentia in magnitudine, dignitate & ſplendore ſeu colore, prætèrquam quòd hyeme acriori magis collucent; quàm æſtate; conſtituit ſeptem claſſes, ſive ſeries & ordines,

Septem claſſes

ASTROLOG.

MAGNITVDINIS

- *Prima*, XV. Saturninæ.
- *Secunda*, XLV. Ioviales.
- *Tertia*, CCVIII. Martiales.
- *Quarta*, CCCCLXXVII. Solares.
- *Quinta*, CCXVII. Venereæ.
- *Sexta*, XLIX. Mercuriales.
- *Nebuloſa*, V. Lunares.
- *Obſcura*, IX.

OMNES quidem Terrâ Majores, & in *Globum* efformatæ. Pleræque diſtributæ per XLVIII. *Conſtellationes*; provt extant in Cælo ipſo, vel in Globis imitationis. Præter motum raptus, per proprium quem habent longiſſimum, conficiunt ſecundùm conſequentiam ſignorum quotannis 51. ſecundas ſi Tichonis calculo fidem adhibeamus. Itàque ad Annum illum Magnum Platonis, in Scholis celeberrimum, quo ſtellæ in eadem loca redeunt, currerent anni circiter 25000. Magnitudo Figura. Conſtellationes 48. Motus. Annus Magnus Platon.

Ex configuratione formantur cæleſtes Imagines ſeu Conſtellationes, varijs characteribus inſignitæ. In queis potiorem locum obtinent *ſigna Zodiaci* Duodecim. In quo Signa alia ſunt Septentrionalia, alia Meridionalia: aſcendentia, deſcendentia, verna, æſtiva, autumnalia, hyemalia, cardinalia, fixa, communia, &c. Eorum *nomina*, *&* *notæ* ſic traduntur. Signa Zodiaci XII. Nomina, & Notæ.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍
Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo:
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Illa duodecim Signa Sol dum annuum conficit circulum, ſucceſſivo ordine adit, diebus indicatis hoc diſticho.

Inclyta laus juſtis impenditur, hæreſis horret
Garrula, grex gratus fauſtos gratatur honores.

Si enim incipiendo à Ianvario, initiales litteras pro quolibet menſe eximas è triginta; ſecundùm numerum quem in alpbabeto tenent, reſiduus numerus erit dies menſis, quo Sol Signum ingreditur. Exemplum ſit vox Inclyta. Quoniam littera I. nona eſt in alphabeto, ſubſtrahe novem è triginta: relinquetur XXI. Vnde colliges ſignum Aquarij ingredi Solem XXI. Ianuarij. Sic igitur. Dies menſis.

COSMO-LOGIA

SIGNA ZODIACI SOL ADIT
- *Arietem*, Martis die XXI.
- *Taurum*, Aprilis XXI.
- *Geminos*, Maij XXII.
- *Cancrum*, Iunij XXIII.
- *Leonem*, Iulij XXIII.
- *Virginem*, Auguſti XXIII.
- *Libram*, Septembris XXIII.
- *Scorpium*, Octobris XXIV.
- *Sagittarium*, Novembris XXIII.
- *Capricornum*, Decembris XXII.
- *Aquarium*, Ianvarij XXI.
- *Piſces*, Februarij XIX.

Horæ diei Planetariæ.

Similiter *Hebdomades* ordinem dierum habent ex Planetis, primâ diei horâ dominantibus; juxta illud vulgatum,

Nomen habetque dies, prima dominantis in horâ.

Saturnus igitur dominans in prima hora ſabbathi, diem Saturni facit. Et quoniam poſt tria ſeptiboria, idem Saturnus præſidet horæ vigeſimæ ſecundæ, Iupiter vigeſimæ tertiæ, Mars vigeſimæ quartæ; in prima hora ſequentis diei, dominatur Sol, vnde diem Solis facit, vulgo Dominicam. Et quoniam iterum poſt tria ſeptnhoria, idem ſol præſidet horæ 22. Venus 23. Mercurius 24. Prima horâ ſequentis diei dominatur Luna, vnde diem Lunæ facit & ſic de cæteris.

Aliorum Cæli ſchematum bipartitus *Ordo* præcipuus, ſequenti ſerie exhibetur.

Aliæ Conſtellationes Boreales.

Ad Boreæ partes ter ſeptem hæc ſydera cerne.
Sunt minor Vrſa, Draco, Cepheus, & Caſſiopeia:
Andromede, Perſeus, Auriga, Trigonus & Vrſa.
Major Pegaſides, & Equi præſectio, Delphin.
Inde volans Vultur, Telum, Lyra fulgida, Cygnus:
Hercles, Anguitenens, Serpenſque, Corona, Bootes.

Auſtrales.


Sidera terquinque hæc vidit Ptolemæus ad auſtrum.
Cetus, Eridanus, Lepus, & nimboſus Orion:
Sirius, & Procyon, Ara, Ratis, Hydraque, Crater;
Corvus, Centaurus, Lupus, Corollaque, Piſcis.

Galaxia.

His affinis eſt *Via Lactea*, quæ ex quo tubis opticis magis patuit, certiſſimè aſſeritur compoſita ex ſtellulis, alborem hunc diſcretum & ambiguum efficientibus.

Phænomena recentiora.

Poſtremæ contemplationis ſunt *Phænomena recentiora* in Aplane. Ejuſmodi ſunt ſtellæ novæ quæ ſubindè innotuerunt. Qualis quæ in Caſſiopæa an. 1572. Altera in pectore Cygni. an. 1600. Tertia in genu Serpentarij, circa viam lacteam. an. 1604. Omnes quidem lucidiſſimæ, ac Veneris magnitudinem fermè adæquantes. Has omnes Planetariæ Regionis Phaſes magis ordinatè exhibebit ſequens Globi-Cæleſtis figura.



Cælestis igitur hujus fabricæ ſtudium, quidquid in ſtellarum natura eſt conſiderat. Quis ſit illarum ortus, occaſus : altitudo, longitudo, latitudo, declinatio. Qua ratione ex ſitu & collocatione aliæ ſint orientales vel occidentates, aliæ meridionales vel ſeptentrionales. Affectus quoque illarum & qualitates variæ. Vnde agnominantur lucidæ, obſcuræ, ſolares, lunares : directæ, retrogradæ, tardæ, & ſimiles. Quæ ſint etiam earum ἐνέργειαι, quas vocant Influentias ; à quibus Cælum Dei theſaurus, in Secunda Lege appellatur. Per eas demum obſervationes & leges, auxilio præſertim Tabularum Aſtronomicarum conficiunt in illa arte periti Ephemerides & Calendaria. Quæ quidem omnia altiùs adhuc juxta & curioſiùs rimatur ſequens *Aſtrologia*. *Aper. Domin. theſaur. ſuum optim. Deuter. 28.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ASTROLOGIA.

TITVLVS XIV. *Aſtronomicæ conjecturæ.*

IMPERIVM, nedum actionem Mundi ſuperioris in inferiorem ita aſſeverant divina Oracula, vt inficias ire propemodùm ſit crimen. Certè à Cælorum lumine & calore motiones vivificas in terrena Corpora, experientia comprobat : arcanas etiam occultaſque energias, haud perperam ſuſpicatur Mortalium ignoratio. *Mundus Superior regit Inferiorem.* At-enim ex Cæli poſitionibus, ſiderumque concurſu, *Futurorum*, maximè quoties à libero pendent Hominum arbitrio, præſagitionem polliceri ; non modò ridiculum, ſed & ſcelus eſt Numini perquàm inviſum. *Futurorum prædictio.* Nobis certè, qui diſciplinas colimus & ſeveriores & ſanctiores, non vacat eſſe tam curioſis : nec fas eſt, ita otioſè nugari. Hanc igitur materiam ſacris nominatim Hominibus per Canones vetitam, eo dumtaxat attingimus fine ; vt inanes ineptiæ eleventur, nihilque in noſtra Encyclopædia intactum remaneat.

Iſtud itaque compendiolùm, ex calculatorum, vel potiùs, quoties fumos divendunt, Circulatorum præſtigijs, adumbrabir.

COSMOLOGIA

QVALITATES	Planetarum,		Dignitates,
	Signorum,		Paſſiones,
	Domorum.		Aſpectus.

Aſtrorum qualitates Maſculinæ.

QVALITATES, inquam, Aſtrorum non ampliùs formales, ſed jam virtuales. Inter quas calor humido prædominatur in Planetis *Maſculinis*; quæ ſunt Signa diei ſex à Sole; ♈, ♊, ♌, ♎, ♐, ♒. Humidum prævalet calido in *Fœmininis*, & in Signis noctis à Lunâ; ♉, ♋, ♍, ♏, ♑, ♓. Iterum ſex *Septentrionalia*, ſeu Signa Dominantia ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍. Totidem *Meridionalia*, ſeu Obedientia ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓. Rurſus *Directa*, & *Deſcendentia* ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐. Et *Obliqua ſeu Aſcendentia* ♑, ♒, ♓, ♈, ♉, ♊. *Conjuncta*, quæ aliquem inter ſe aſpectum habet: *Sylveſtria*, ſeu ἀσύνδετα, quæ nullum. Hac verò ratione comparantur Planetæ. ☽ immoderatè humida eſt, & moderarè calida. ☿, anceps, augens tamen qualitates eorum quibus jungitur. ♀, Moderarè humida & calida. ☉ Moderatè humidus, & calidus. ♂, immoderarè calidus & ſiccus. ♃, Moderatè calidus, & humidus. Vnde ♃, dicitur fortuna major, ♀, fortuna minor: ♄, Infortuna major, ♂ Infortuna minor; ☿ Augens fortunam, vel infortunam. ☽ etiam plena vtrique aptatur, ☉ neutri.

Fœmininæ Septentrionales. Meridionales Directæ & deſcendentes Obliquæ & aſcendentes. Conjunctæ. Sylveſtres. Quomodo comparantur Planetæ Fortuna major, &c.

QVALITATES SIGNORVM ZODIACI.

Ceterùm Stellarum quælibet Fixarum, ejuſdem eſt qualitatis cum aliquo Planetâ, vt ex catalogis colligere eſt.

	Mobiles.	*Immobiles.*	*Communes.*	*Qualitates.*	*Tempora.*	*Temperamēta.*	*Ætates.*	*Signa.*
1	♈	♉	♊	*Humida, & calida.*	*Ver.*	*Sanguineus.*	*Iuventus.*	♋ ♏ ♓
2	♋	♌	♍	*Calida, & Sicca.*	*Ætas.*	*Colericus.*	*Virilitas.*	♈ ♌ ♐
3	♎	♏	♐	*Sicca, & frigida.*	*Autumnus.*	*Melancholicus.*	*Senectus.*	♉ ♍ ♑
4	♑	♒	♓	*Frigida, & humida.*	*Hyems.*	*Phlegmaticus.*	*Decrepitudo.*	♊ ♎ ♒

§ XII. Domorum Cæleſtium.

In Cælo quoque fingunt duodecim Plagas ſeu *domos*, quas prædictis totidem Signis aſſignant: deſignantque Circulis tranſeuntibus per interſectiones Horizontis, & Meridiani. Interim Soli & Lunæ ſua cuique Domus, cæteris duæ diurna & nocturna.

Deciden-tes.	Succeden-tes.		
12	11	10	*Humidæ, & Calidæ.*
9	8	7	*Calidæ, & Siccæ.*
6	5	4	*Siccæ, & Frigidæ.*
3	2	1	*Frigidæ, & Humidæ.*

CŒLOR.

Dɪɢɴɪᴛᴀᴛᴇs quoque Planetarum aſſignant, ſecundùm diverſos gradus: præfecturam & imperium in quattuor anni tempeſtates, in quattuor temperamenta, & in quattuor vitæ humanæ ætates. Planetarum Dignitates.

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾
	D ♒ N ♑	♐ ♓	♈ ♏	♌	♎ ♉	♊ ♍	♋
	♎	♋	♑	♈	♓	♏	♉
	♎ ♒ ♊	♈ ♌ ♐	♋ ♏ ♓	♈ ♌ ♐	♋ ♏ ♈ / ♉ ♍ ♑	♊ ♎ ♒	♋ ♏ ♓ / ♉ ♍ ♑
♈	30	6	25		12	20	
♉	27	22	30		18	4	
♊	30	12	24		17	6	
♋	30	26	7		13	9	
♌	18	6	30		11	24	
♍	30	21	28		17	7	
♎	60	21	30		28	14	
♏	30	24	7		11	19	
♐	26	12	30		17	21	
♑	26	14	30		22	4	
♒	30	20	25		13	17	
♓	30	16	28		22	19	
	♒	♐	♏	♌	♉	♍	♋
	Signa ſ	4	3	0	2	1	0
	♈ ♏	♎ ♉	♒ ♑	♓	♐ ♓	♌	♎ ♉

ASTRONOMIA

In quibus iterum animadvertere par eſt, quod ☉ & ☽ vnicam domum habent: reliqui Planetæ, duas; diurnam, & nocturnam. Signa oppoſita Domibus, dicuntur Exilia. Exaltationibus, autem Oppoſita, Caſus. ☉ & ☽, terminis carent vt & perſonis. Domus, in influendo tribuit Planetæ quinque gradus roboris, Exaltatio quattuor, Trigonus tres, Terminus duos. Thronus, Perſona, & Gaudia, vnum. E Signis autem oppoſitis, tot petuntur Signa debilitatis.

Planetarum paſſiones.

PASSIONES Planetarum, Stellarumque dicuntur, cùm plùs minùs-ve vel ad Solem accedunt, vel à Sole recedunt. Sunt v. g. in corde Solis, quando illos ab Sole contingit non removeri vltra gradus 8. Eſſe combuſtum, ſeu hypaugum; id eſt removeri infra 8 gradus, & minuta 30. Eſſe ſub radijs Solis, id eſt removeri infra 17. gradus. Eſſe liberum, vltra. ☽ à ☉ ad ☍ dicitur orientalis, à ☍ ad ☌ occidentalis. ☿, ♀, ♂, ♃, ♄, ante ☉ orientales, poſt ☉ occidentales, Receſſus à ☉ dicitur augmentum luminis, acceſſus diminutio.

Porro ex corde habentur quinque gradus roboris, ex combuſtione quinque debilitatis: ex radijs quattuor debilitatis, ex libertate quinque roboris. ☽, ☿, ♀, occidentales, duos habent roboris gradus: orientales, duos debilitatis. ♂, ♃, ♄, orientales, duos roboris: occidentales, duos debilitatis. Omnes ex augmento luminis, duos roboris: ex diminutione, duos debilitatis.

Aſpectus.


ASPECTVS Planetarum & irradiationes, ſunt diſtantiæ à ſe invicem. Adeò vt earum oppoſitio vel conjunctio vires aut augeat, aut minuat. Vnde in conjunctionibus & ſyzygijs Domus influit gradus quinque, Exaltatio quattuor, Triplicitas tres, Termini duo. In oppoſitione contra, ſervarâ proportione. Si igitur continent duo ſigna, faciunt aſpectum ſextilem ✶. Si tria, quadratum, □. Si quattuor, trigonum, △. Si ſex, oppoſitionem ☍. Hujus contraria eſt conjunctio, ☌.

Si præciſa ſit diſtantia, vocatur aſpectus partilis. Si quid deſit, platicus; modò tamen non deſit vltra ſemidiametrum luminis. Semidiameter autem luminis in ♄, eſt graduum 10. In ♃, 12. In ♂, 12. In ☉, 17.; In ♀, 8. In ☿, 7. In ☽, 12 & 30'. Porro ✶ & △, ſunt aſpectus amici: □ & ☍, aſpectus inimici. ☌ eſt indifferens. *Amici* fortunam majorem faciunt maximam, minorem faciunt majorem. *Indifferentes* fortunam majorem faciunt minorem, & minorem faciunt indifferentem.

Contra verò *Inimici* infortunam majorem faciunt maximam, minorem faciunt majorem: indifferentes faciunt infortunam minorem, fortunam majorem faciunt minorem, minorem faciunt indifferentem. Deniquè, quoties duo aliqui Planetæ nullo horum aſpectuum ſe ſe mutuò irradiant, appellitari ſolent *Sylveſtres*.

ATQVE hæc ſunt præcipua capita, è quibus judicia ſua eruunt *Aſtrologi*, quàm parum ſolidè, ipſi tandem viderint. Nobis quidem certè vanitatis potiùs quàm veritatis corollarium, in praxi aliquâ *Genethliaci* adjungere, ſatis ſuperque fuerit.

Thema cœleſte



Neqve tamen, priùs levanda manus de tabella eſt, quàm vapularit tantiſper inanis, ſæpéque flagitioſa Cvriositas. Nam vt prætercam modo affixa Cœlo à ſuo Autore ſidera in ſigna, non in cauſas; eccui palam non liquet, futiliſſima hæc deliria nullo certo inniti *principio?* Næ, ipſimet Fatidici nullatenus conveniunt de Cælorum, Stellarumque natura, numero, motu, virtutibus. Immò ipſa quoque nomina fictitia eſſe, non auſint inficiari. Sed amabo, vbinam gentium inſtrumentum nanciſcentur, quo vtentes non aberrent in rebus tam longè diſſitis? Quæ Arithmetica ſatis exacta, vt numeros, ſanè innumeros vocet ad calculos? Quot contrarietates inter qualitates vnius, ejuſdemque planetæ? Quàm, quæſo, incertum conceptionis & nativitatis punctum; quod hujus farinæ homines aſſumunt in fundamentum, & thema genethliacum ſuarum omnium prædictionum? Quî elicient momentum illud, ſoli Deo notum? Contra Genethliacos. 1. Nullum principium certum.

Porro nonne advertimus immutari complexionem quavis hominum ætate, vel caſu aliquo? Quidni deprehendimus mirabilem diverſitatem, non dicam eam quæ inter quoſlibet intercedit: ſed eam quâ Eſaü & Iacob fuerunt à ſe diverſi, quanquam eos Spiritus-Sanctus vno eodemque momento conceptos fuiſſe docet. Rom. 9. Annon innumeri ex infima & miſerrima Plebe, eandem geneſim habuere, quam Alexander vii. & Ludovicus xiv. Ex oppoſito, eodem-ne momento conceptos putas tot millia Hominum; qui ſimul occubuerunt in pugna Cannenſi, aut Mont-Contoriana?

His adde quòd ſtellæ nobis ignotæ, ad calculum ſubduci minimè poſſunt; quæ tamen ſingulæ nihilò efficaciores ſunt, ſuaſque peculiares influentias habent. Adde quod illi qui motum Cælis aſſignant, rapi illos aſſerunt tam præcipiti celeritate, vt nullo puncto ſtabiles eſſe queant; quo punctum Nativitatis deprehendatur, noteturque. Quo igitur argumento Scientiæ nomen rei concedetur, quæ nullis principijs, vel certè incognitis, & incertis innititur? Quin etiam novit noſtra ætas, quoſdam harum rerum maximè conſultos & ſcientes; qui irrident eas omnes influentias, neceſſitudines, & dependentias cæleſtium ac ſublunarium.

De cætero per haſce nænias *virtus* omnis perit, vitium evehitur. Ademptâ ſcilicet Hominibus libertate, ſi ipſorum actiones pendent ab cauſis iſtis ſuperioribus. *Nemo nocens, ſi fata regunt.* Et ſanè Speculatores ejuſmodi, arti ſuæ ſunt nimiſquàm injurioſi, quoties de egeſtate queruntur; quandoquidem eorum fatum, illam ſic ratam eſſe ſanxit. Vt meritò ancillula illa herum ſuum Thaletem Mileſium irrideat, qui referente Tertulliano; *dum totum cælum examinat & ambulat oculis, incidit in puteum.* *Tertull. l. 2. ad Nat.*

ASTRONOM.
S. Auguſtin.
Picus Mirandul. lib. 7. c. 6.

Quod porro ad me attinet, facilè adduci non poſſum vt credam eſſe aliquos ingenij acutioris quàm fuerit Magnus ille Auguſtinus: vel judicij ſolidioris ſeduliúſque ſtudioſi, quàm miraculum illud vltimi ævi Picus Mirandulánus. Ac primus quidem incuſat ſe in Confeſſionibus ſuis, quod aliquando ſtudio harum vanarum prædictionum capi potuerit, quibus delectantur impij. Quas quidem falſas divinationes & impia deliramenta alter expugnat, Libro de *ſingulari Certamine* ſic felici, vt plenum triumphum mereatur. Sua ſanè argumenta claudit hac præclara colophone; *ergo eorum ſapere, deſipere eſt.*

4. Reg. 19.

Cæterum exemplo eorum funeſtiſſimo, qui noſtro quoque ævo per has ſuperſtitiones periere; ab illis avocari debent Magnates, Potenteſque præſertim. Hi nimirum, [vt videre eſt in Regibus illis Iſraëliticis, qui divinationibus & augurijs inſerviebant] innatâ ambitione illiciuntur magis ad hanc nocentem ſtultitiam; quam Divus idem Auguſtinus vocat Idololatriam. Vtiquè Cacodemones inſidioſiùs cum Magnatibus agere nunquam poſſent. Et DEVS ſepæ-ſæpiùs permittit ea, quæ illis prædicta ſunt, effectum ſortiri ſuum, in pœnam ſuperſtitioſæ credulitatis.

Pſ. 30.
Actor. 1.

Iſtiuſmodi ſeduli, ſupervacaneique Obſervatores quos odio proſequebatur David, adhibent etiam ex ijſdem principijs *Phyſionomiam*, *Chiromantiam*, & *Geomantiam*. Quæ damnandæ omnes curioſitates, vanitateſque noxiæ juxta & ridiculæ; Hominibus horrori eſſe debent, quemadmodum Numinis vindictam promerentur. Verbum quippe DEI, circa hanc materiam, inſtar Legis & oraculi ratum eſſe debet. *Non eſt veſtrum noſſe tempora & momenta, quæ pater meus poſuit in ſua poteſtate.*

TITVLVS XV.
Globus, Sphæra, &c.

VARIA MATHEMATICÆ Inſtrumenta.

MVNDI hactenus Superioris; ac deinceps Inferioris idea vt Hominum menti per oculos commodiùs imprimatur; harum Periti diſciplinarum, varia invenerunt Inſtrumenta. Potiorum exegeſim hîc intertexere pretium arbitror, ducto initio à Globi definitione, ex antedictis repetita.

Cæleſtis.

GLOBVS in genere definitur corpus ſolidum, ex æquo circumquaquè rotundum, vnaque ſuperficie contentum; cujus in meditullio centrum eſt, ex quo lineæ ad circumferentiam ductæ ſunt æquales inter ſe. *Cæleſtis* planetis, ſignis, conſtellationibus diſtinguitur. Terr-Aqueus, Terram ſimul & Aquam repreſentat. Cæleſtem mox antea ſatis explanatum, ſequens ſchema repræſentat.



TERRENVS Globus ſphæra quoque ſolida eſt, Terræ corpus delineans. Adjuncto illi Aquæ elemento, Globus coaleſcit *Terr-Aqueus*; cujus rotunditas eſt 18000 leucarum, viginti quinque leucis communibus, vni Cæleſtis Globi gradui reſpondentibus. Ejus, quod jam monuiſſe me reor, longitudo juxta Geographos ab oriente verſus occidentem ducitur: latitudo, à meridie in ſeptentrionem. *Longitudo* illa, ſpatium eſt duos inter meridianos. Alter abs Inſulis Canarijs, ſeu Aſſoris, decem gradus complectens. Alter tranſiens per locum, cujus veſtigatur longitudo. *Latitudinem* verò, Poli elevationi nunquam non æqualem, metiuntur nonaginta illi gradus; qui ex vtroque latere Æquatoris, hinc inde verſus polum, viſuntur. Ideoque Diſciplinæ hujus pars eſt non vltima reperire in Regione qualibet meridianos, elevationem æquatoris, & poli altitudinem. Terr-Aqueus. Longitudo, & latitudo.

Idem Globus Terr-Aqueus à Polo ad Polum ſecatur ex vtroque latere Æquatoris, ratione multiplici; à quibus *Mappæ* illæ ſeu Chartæ Geographicæ idem Terræ ſchema delineant, ſed in plano. Eſt autem Charta ejuſmodi vel Geographica generalis Terræ-vniverſæ, vel Chorographica Regionis, puta Franciæ, Britanniæ, Aquitaniæ, &c. vel Topographica loci alicujus, vt Lutetiæ, San-Germani, & ſimilium. Mappæ Geographicæ.

COSMOGRAPHIA

BELGIVM SEV GERMANIA INFERIOR




Sphæra.

VTRIVSQVE notitiæ deſeruit non parum Sphæra Armillaris, eximium humani ingenij artificium, implexis intra ſe varijs circulis, vt vides in ſequenti figura.



INSTRVM.



SPHÆRA igitur illa, vt dixi, inſtrumentum eſt, conſtans varijs circulis ad motus cæleſtes repræſentandos. Globus in meditullio ſuſpenſus, Terram exhibet. Axis linea recta per centrum trajecta, geminiſque polis innixa, Sphæram in duas æquas partes diſpeſcit. Anterior *Pars* illa eſt vnde Sol oritur, Poſterior vbi occidit. Dextra ſeu Meridionalis ea eſt, quam Orientali plagæ obverſi habent ad latus dextrum: ſiniſtra, verſus Septentrionem. Sphæræ deſcriptio.

COLLOCATVR TRIPLICITER { *Recta*, *Parallela*, *Obliqua*. Sphæræ triplex conſtitutio.

RECTA ſtatuitur, vtroque polo horizonti affixo. Parallela, altero polo in zenith, altero in nadir. Obliqua, quaſi media, polis hinc inde declinantibus. Hæc autem iterum *quintuplex*, habens zenith vel inter æquatorem & tropicum, vel in tropico, vel inter tropicum & circulum polarem, vel in circulo polari; vel denique inter circulum polarem, & polum. Vt autem *collocetur*, ſic procedere oportet. 1. Recta. 2. Parallela. 3. Obliqua.

Cosmolog. - Qromodo collocanda.

Primùm invenitur linea meridiaoa, vel per acum magnete illitam: vel per annua arborum incrementa, verſus meridiem laxiora, vel per extremitates vmbrarum æquinoctialium. Deinde inveſtiganda eſt *elevatio æquatoris*, vel per elevationem meridianam Solis, diebus æquinoctiorum: vel alijs diebus addendo, aut ſubſtrahendo declinationem ſolis ab æquatore. Poſtea quoniam elevatio æquatoris eſt complementum altitudinis poli, ſi illam detrahas ex 90, reſidua erit hæc poli altitudo. Deniquè in Sphæra Armillari meridiano ſuperpoſito, repertæ lineæ elevandus erit polus, ſecundùm adioventam altitudinem. Et ſic manebit Sphæra aſtronomicè collocata.

Sic autem componitur Sphæra, vt ſiot præcipuæ illius

Partes quatuor.

Partes { *Globus, Peripheria, Diameter:* / *Axis, Poli, Circuli.* }

Globus. Peripheria. Diameter. Axis. Poli. Arcticus. Antarcticus.

Globulus in medio, ſeu centro; Terræ, quod jam monui, imago eſt. Ab eo ductæ vndequaquè lineæ, æquales inter ſe perſeverant. *Peripheria*, linea eſt circum totam Sphæram lata. *Diameter*, contrà recto per centrum tramite decurrens, duas hinc inde ſuperficiei partes ſuis extremitatibus attingit: tumque vocatur *Axis*, cum per eam Muodi Sphæra veluti innixa, ab ortu ad occaſum volvitur. Hujuſque extremitates *Poli*, ſeu Mundi Cardines & vertices nuncupantur. Eorum alter à ſitu dicitur Septentrionalis, ſive Borealis, aut Aquilooius: Arcticus, ab vrſa, ſidere vicinio. Alter verò *Meridionalis* ſeu Auſtrinus, & Antarcticus, alteri ex diametro oppoſitus. Ille aſpectum noſtrum fugit nunquam, hic ſemper, latens ſub horizonte. In Sphæra igitur ſic deſcripta viſuntur

Circuli {
- Majores VI. { *Æquator, Zodiacus, Ecliptica:* / *Horizon, Meridianus; Coluri duo.* }
- Minores IV. { *Tropici duo;* Et *Polares, totidem.* }
}

Circuli Majores VI.

Circuli ergo Majores Sphæram in partes æquales dividunt, idemquè centrum habeot cum Globo. Mioores, eandem in ſegmenta inæqualia diſſecant. Horizon & Meridianus reſpectu vnius loci nullatenus variant, reliqui omnes vtiquè mobiles ſunt ex varia locorum diverſitate.

1. Æquator.

Maiorum, rectorum ſive parallelorum primus, idemque maximus eſt Æquator. Vocatur etiam ab officio Æquidialis; ſeu Æquinoctialis. Nautis ſimpliciter *Linea* illa eſt, quæ æquali ſpatio à Muodi polis diſcedit: eumque dividit in duas partes, Meridionalem & Septeotrionalem. Æquatoris titulus ex eo ducitur, quod Sol dum ſub eo movetur, noctes faciat diebus æquales.

2. Zodiacus.

Zodiacus eſt circulus major, latus duodecim circiter gradus: & obliquus zonæ, faſciæ, vel balthei inſtar; qui Sphæram, & Æquatorem æqualiter diſſecat. Vna ſui parte in Septentrionem, aliâ in auſtrum gradibus 23, cum ſemi, vergit. *Dividitur* io longum per duodecim Signa, mox recenſenda, quorum vnicuique trigiota gradus aſſignantur; qui juncti omnes, trecentos efficiunt. In latum verò per lineam, quæ dicitur Ecliptica Ea teſſerulis ſubinde albis ac nigris diſtincta, via eſt & orbita quam centrum Solis decurrit.

3. Ecliptica.

Sic *dicta* quod Sol & Luna in ea coojuncta, vel ſub ea oppoſita, defectum patiantur. Stellarum latitudinem hinc inde definit, quatenus recedunt ab Ecliptica: quam Sol aſſiduè oberrans, *quattuor Puncta* denotat Cardinalia.

Quattuor Puncta Cardinalia.

INSTRVM. 4. Horizon quadruplex.

Quotum duo hyemis & æſtatis, ſub ſignis Cancri & Capricorni: duo ſimiliter in Æquatoris contactu ſeu interſectione tum autumni, tum veris; vbi ſcilicet initia arietis & libræ, in quibus æquinoctia.

1. Senſibilis. 2. Intelligibilis. 3. Rectus. 4. Obliquus. Zenith. Nadir.

HORIZON, ſeu Tetminator & Finitor, citculus eſt major item & mobilis. Diſtinguitut quadruplex. *Senſibilis*, viſam ab oculo Mundi partem à non viſâ diſpeſcit; non vltra quinque circitet leucas, quo ſpatio terminari creditur acies & intuitus oculorum. *Intelligibilis*, ſphæram integram in duo hemiſphæria bipattitur. Iterum Rectus eſt, & Obliquus. *Rectus* tranſiens pet polos Mundi, verticem habet ſub Æquatore, quem interſecat ad angulos rectos. *Obliquus* contra. Horizontis polus eſt ille punctus, qui vertici noſtro perpendiculariter ſuperponitur: vocaturque vocabulo Arabico Semith, vulgò *Zenith*, cui opponitur *Nadir*, propriè Natir. Inde tot ſunt Horizontes reſpectu variarum habitationum terræ, quot extant ſitus diverſi. Dividitur tamen vt prædixi, in rectum, qui rectos cum Æquatore angulos; & obliquum, qui inæquales conſtituit.

Meridianus. Vnde ducuntur. Sunt innumeri.

MERIDIANVS, ſecans Æquatorem in duobus punctis, ducitur ab vno polo ad alterum; tranſiens nimirum per dati cujuſque loci verticem, ſive per Zenith, perque verticem Antipodum, ſive pet Nadir protrahitur. Ad eum vbi Sol pervenerit ſupet horizontem, mediam diem: infra verò, mediam noctem conſtituit; dividens totam Terram in duas partes, Orientalem & Occidentalem. Fixi *numerantur* Meridiani ab Inſulis fortunatis, ſeu Canarijs, vel Azorijs. Vel certè ab Inſula ferrea Occidentali, ſi accedere velimus conſultationi celeberrimæ, factæ ante annos aliquot juſſu Ludovici XIII. Suntque *innumeri*, quot ſcilicet puncta verticalia ſubinde haberi queunt.

V. & VI. Coluri. 1. Æquinoctiorum.

COLVRI duo, interſecant ſe angulis rectis, in geminis polis Mundi: ſphæramque & duodecim ſigna Zodiaci, in quattuor partes æquales dividunt. Alter *Æquinoctiorum*, tranſit per polos Mundi, & per puncta æquinoctialia; in principio Arietis, & Capricorni. Alter Solſtitiorum, initio Cancri & Capri per polos Zodiaci, & per puncta ſolſtitialia.


Quattuor Minores 1. Tropicus Cancri. 2. Capricorni.

Atque hos Majores Circulos ſex, excipiunt QVATTVOR MINORES; qui Æquatori paralleli, Sphæram dividunt in partes inæquales. Tropicus Cancri, ſive æſtivalis & ſolſtitialis, ille eſt ad quem cum pervenit Sol, ſiſtit: repetitque gradum, nativo velut deſcenſu. Hic ab Æquatore diſtat 23 gradibus, & 51 minutis. Illi auſtrum verſus, opponitur Tropicus Capricorni ſeu hyemalis; in quo Sol ſiſtens noctem efficit, ſicut ille ſuperiot diem longiſſimum, indeque aſcenſum otditur.

3. & 4. Circuli polares duo.

Circuli Polares duo tum Æquatori, tum præcedentibus Tropicis paralleli; tantùm diſtantà polis, quantùm Tropici ab Æquatore. A vicinis vtrique Polis, agnominantut; alter Antarcticus, qui nobis minimè conſpicuus eſt: alter è contra Arcticus, ſemper apparens.

HOS, ſimileſque Circulos magis adhuc enucleat altera ſequens figura *Aſtrolabij*.



Aſtrolabij facies duæ.

ASTROLABIVM inſtrumentum eſt planum ac rotundum, multis partibus conſtans.

DVÆ SVNT PRÆCIPVÆ { *Facies ante,* / *Dorſum retrò.*

Pars anterior.

FACIES, ſeu pars anterior, circumquáque clauditur limbo; qui dividitur I. in viginti quattuor partes horarias. II. in quattuor quadrantes circuli, quorum ſinguli 90. gradus continent: duos Oriente verſus Meridiem, & Septentrionem. Intra ejuſmodi limbum, jacet Aſtrolabij *Mater*; in qua

Mater.

DESCRIBVNTVR {
- *Æquator*, cum Tropicis.
- *Almincantarath*, ſeu Circuli progreſſionum & depreſſionum; quorum decimus nonus, vocatur linea crepuſculina.
- *Azimuth*, ſeu circuli verticales.
- *Circuli* Domorum Cæleſtium.
- *Circuli* horarum inæqualium, ſeu Planetarum.

Rete.

MATREM cooperit *Rete*, ſeu Aranea diſtincta Zodiaco, & arcubus benè-multis; ſparſis hinc inde flammulis, quibus ſtellæ nobiliores denotantur. In vtriuſque meditullio infigitur laminula, cum Linea fiduciæ.

Laminula. Linea fiduciæ. Pars poſterior.

IN poſteriore Parte Aſtrolabij, major circulus exhibet quattuor *quadrantes*, ſuperioribus perſimiles ab oriente & occidente. In altero circulo interiori, viſuntur duodecim *Signa* Zodiaci. In tertio adhuc magis intimo, duodecim anni *Menſes*. Adeò vt ante correctionem Calendarij, circiter decimus dies menſis: poſt verò, circiter viceſimus Signorum initijs reſpondeat. In medio jacent

Signa Zodiaci. Menſes anni.

quadratæ

Instrum. Quadrata geometria. Norma.

quadrata Geometrica duo, lateribus in duodecim vel ſexaginta partes diviſis. Superſtant plures *Circelli* tùm horis æqualibus & inæqualibus, tùm varijs praxibus Geometricis idonei. Tandem à medio ſupervolvitur *Norma*, cum ſuis pinnacidis, ad inveniendam altitudinem.

Vſus Aſtrolabij. Hora diei.


Porro inventis loco & altitudine Solis, in dorſo Aſtrolabij; ſi in matre locum ſolis ſtatueris ſupra requiſitum Almincantarath, lamina tranſiens per locum ſolis horam indicabit, & ſimiliter de nocte. Invenies quoque & altitudinem cujuſvis alterius planetæ, aut ſtellæ, aliaque paſſim aſtronomica.

Declinatio ſolis. Elevatio poli. Signum Zodiaci.

Praxes etiam variæ coſmographicæ, per Aſtrolabium perficiuntur. V. g. habetur declinatio Solis ſingulis diebus ab Æquinoctiali, poſito gradu ☉ in linea meridiana: & hinc numeratis Almicantarath, vſque ad Æquatorem. Item habetur elevatio poli, poſito initio ♈ vel ♎ in eadem linea meridiana: & notato Almincantarath, qui indicat altitudinem æquatoris; quâ detractâ ex 60, colligitur complementum pro elevatione Poli. Item poſito aſtro quolibet in horizonte obliquo, vel in linea meridiana; habetur cum quo Zodiaci gradu aſcendat, cælum mediet, occidat, & mediam noctem occupet. Denique cognito vel vnico Aſtro, & debitè in ſuo Azimuth & Almincantarath collocato, cætera omnia facilè internoſcuntur in Aſtrolabio.

Meriri altitudines, longitudines, altitudines.

Iuvat in cæteris ad dimetiendas loci cujuſlibet tum altitudines, tum longitudines & latitudines. Ad quos etiam vſus deſtinantur Baliſtra, Baculus Iacob, & Quadratum Geometricum. Quanquam ratio vniverſalis, omniumque facillima, *regula eſt trium* ſeu proportionum inter latera trianguli rectanguli & inſtrumento: & lineas diſtantiæ ſummitatis turris, ac plantæ ejuſdem cum ipſamet altitudine turris quam metimur. Id quod poteſt etiam perfici, duabus ſtationibus. Inſtrumento enim Geometrico altitudo alicujus turris ex duobus locis diſtinctis obſervata, elicitur ex differentia duarum iſtarum ſtationum.



Menſura loci inacceſſi.

Vervmenimvero ratio proſtat multò compendioſior, ad indagandas menſuras iſtas omnes. Verbi gratiâ ad metiendam loricam alicujus arcis inacceſſam & inviam, ſic proceditur. Sit A B lorica data, tum habeantur duæ regulæ mobiles commiſſæ invicem in extremitate, in formam litteræ V. Ita vt dilatari vel coarctari poſſint, inſtruanturque tribus cuſpidibus ferreis in pinnularum modum. Electa igitur ſtatione C pro arbitrio, deducendum eſt inſtrumentum; ita vt radij viſuales ducti per pinnulas extremam loricam attingant A B. Remanente itaque inſtrumento ſic aperto, transferendum eſt in aliam ſtationem ex qua eadem inſtrumenti apertura exactè loricæ A B amplitudinem complectatur, ſitque ſecunda hæc ſtatio D. Tum demum permutanda eſt inſtrumenti apertura, illudque deducendum quoad vna ex regulis collimante ad punctum A, altera dirigatur verſus C. Deniquè inſtrumentum eo modo apertum, adducetur de integro ad primam ſtationem C. Vbi immoto remanente hiatu regula illa ad punctum B, collineante alterâ, diriget radium viſualem parallelum loricæ dictæ. Itâque aſſixo palo in radio viſuali vbivis in puncto E, facili negotio invenietur C E æqualis lineæ A B, transfe-

Io quibos iterum animadvertere par eſt, quod ☉ & ☾ vnicam domum habent: reliqui Planetæ, duas; diurnam, & nocturnam. Signa oppoſita Domibus, dicuntur Exilia. Exaltationibus, autem Oppoſita, Caſus. ☉ & ☾, terminis carent vt & perſonis. Domus, in influendo tribuit Planetæ quinque gradus roboris, Exaltatio quattuor, Trigonus tres, Terminus duos. Thronus, Perſona, & Gaudia, vnum. E Signis autem oppoſitis, tot petuntur Signa debilitatis.

Planetarum paſſiones.

PASSIONES Planetarum, Stellarumque dicuntur, cùm plùs minùs-ve vel ad Solem accedunt, vel à Sole recedunt. Sunt v. g. in corde Solis, quando illos ab Sole contingit non removeri vltra gradus 8. Eſſe combuſtum, ſeu hypaugum; id eſt removeri infra 8 gradus, & minuta 30. Eſſe ſub radijs Solis, id eſt removeri infra 17. gradus. Eſſe liberum, vltra. ☾ à ☉ ad ☍ dicitur orientalis, à ☍ ad ☌ occidentalis. ☿, ♀, ♂, ♃, ♄, ante ☉ orientales, poſt ☉ occidentales, Receſſus à ☉ dicitur augmentum luminis, acceſſus diminutio.

Porro ex corde habentur quinque gradus roboris, ex combuſtione quinque debilitatis: ex radijs quattuor debilitatis, ex libertate quinque roboris. ☾, ☿, ♀, occidentales, duos habeot roboris gradus: orientales, duos debilitatis. ♂, ♃, ♄, orientales, duos roboris: occidentales, duos debilitatis. Omnes ex augmento luminis, duos roboris: ex diminutione, duos debilitatis.

Aſpectus.


ASPECTVS Planetarum & irradiationes, ſunt diſtantiæ à ſe invicem. Adeò vt earum oppoſitio vel conjunctio vires aut augeat, aut minuat. Vnde in coojunctioolbus & ſyzygijs Domus influit gradus quinque, Exaltatiò quattuor, Triplicitas tres, Termini duo. In oppoſitione contra, ſervatâ proportione. Si igitur continent duo ſigna, faciunt aſpectum ſextilem ✶. Si tria, quadratum, □. Si quattuor, trigonum, △. Si ſex, oppoſitionem ☍. Hujus contraria eſt conjunctio, ☌.

Si præciſa ſit diſtantia, vocatur aſpectus partilis. Si quid deſit, platicus; modò tamen non deſit vltra ſemidiametrum luminis. Semidiameter autem luminis in ♄, eſt graduum 10. In ♃, 12. In ♂, 12. In ☉, 17.; In ♀, 8. In ☿, 7. In ☾, 12 & 30'. Porro ✶ & △, ſunt aſpectus amici: □ & ☍, aſpectus inimici. ☌ eſt indiffereos. *Amici* fortunam majorem faciunt maximam, minorem faciunt majorem. *Indifferentes* fortunam majorem faciunt minorem, & minorem faciunt indifferentem.

Contra verò *Inimici* infortunam majorem faciunt maximam, minorem faciunt majorem: indifferentes faciunt infortunam minorem, fortunam majorem faciunt minorem, minorem faciunt indifferentem. Deniquè, quoties duo aliqui Planetæ nullo horum aſpectuum ſe ſe mutuò irradiant, appellitari ſolent *Sylveſtres*.

ATQVE hæc ſunt præcipua capita, è quibus judicia ſua eruunt *Aſtrologi*; quàm parum ſolidè, ipſi tandem viderint. Nobis quidem certè vanitatis potiùs quàm veritatis corollarium, in praxi aliquâ *Genethliaca* adjungere, ſatis ſuperque fuerit.

Thema cœleſte



Nᴇqᴠᴇ tamen, priùs levanda manus de tabella eſt, quàm vapularit tantiſper inanis, ſæpéque flagitioſa Cᴠʀɪoѕɪᴛᴀѕ. Nam vt præteream modo affixa Cœlo à ſuo Autore ſidera in ſigna, non in cauſas; eccui palam non liquet, futiliſſima bæc deliria nullo certo inniti *principio?* Næ, ipſimet Fatidici nullatenus conveniunt de Cælorum, Stellarumque natura, numero, motu, virtutibus. Immò ipſa quoque nomina fictitia eſſe, non auſint inficiari. Sed amabo, vbinam gentium inſtrumentum nanciſcentur, quo vtentes non aberrent in rebus tam longè diſſitis? Quæ Arithmetica ſatis exacta, vt numeros, ſanè innumeros vocet ad calculos? Quot contrarietates inter qualitates vnius, ejuſdemque planetæ? Quàm; quæſo, incertum conceptionis & nativitatis punctum; quod hujus farinæ homines aſſumunt in fundamentum, & thema genethliacum ſuarum omnium prædictionum? Quî elicient momentum illud, ſoli Dᴇᴏ notum?

Contra Genethliacos.

1. Nullum principium certum.

Porro nonne advertimus immutari complexionem quavis hominum ætate, vel caſu aliquo? Quidni deprehendimus mirabilem diverſitatem, non dicam eam quæ inter quoſlibet intercedit: ſed eam quâ Eſaü & Iacob fuerunt à ſe diverſi, quanquam eos Spiritus-Sanctus vno eodemque momento conceptos fuiſſe docet. Annon innumeri ex infima & miſerrima Plebe, eandem geneſim habuere, quam Alexander vɪɪ. & Ludovicus xɪv. Ex oppoſito, eodem-ne momento conceptos putas tot millia Hominum; qui ſimul occubuerunt in pugna Cannenſi, aut Mont-Contoriana?

Rom. 9.

His adde quòd ſtellæ nobis ignotæ, ad calculum ſubduci minimè poſſunt; quæ tamen ſingulæ nihilò efficatiores ſunt, ſuaſque peculiares influentias habent. Adde quod illi qui motum Cælis aſſignant, rapi illos aſſerunt tam præcipiti celeritate, vt nullo puncto ſtabiles eſſe queant; quo punctum Nativitatis deprehendatur, noteturque. Quo igitur argumento Scientiæ nomen rei concedetur, quæ nullis principijs, vel certè incognitis, & incertis innititur? Quin etiam novit noſtra ætas, quoſdam harum rerum maximè conſultos & ſcientes; qui irrident eas omnes influentias, neceſſitudines, & dependentias cæleſtium ac ſublunarium.

Dᴇ cætero per haſce nænias *virtus* omnis perit, vitium evehitur. Ademptâ ſcilicet Hominibus libertate, ſi ipſorum actiones pendent ab cauſis iſtis ſuperioribus. Et ſanè Speculatores ejuſmodi, arti ſuæ ſunt nimiſquàm injurioſi, quoties de egeſtate queruntur; quandoquidem eorum fatum, illam ſic ratam eſſe ſanxit. Vt meritò ancillula illa herum ſuum Thaletem Mileſium irrideat, qui referente Tertulliano; *dum totum cælum examinat & ambulat oculis, incidit in puteum.*

Nemo nocens, ſi fata regunt.

Tertull. l. 2. ad Nat.

ASTRONOM. S. Auguſtin. Picus Mirandul. lib. 7. c. 6.

Quod porro ad me attinet, facilè adduci non poſſum vt credam eſſe aliquos ingenij acutioris quàm fuerit Magnus ille Auguſtinus: vel judicij ſolidioris ſeduliùſque ſtudioſi, quàm miraculum illud vltimi ævi Picus Mirandulanus. Ac primus quidem incuſat ſe in Confeſſionibus ſuis, quod aliquando ſtudio harum vanarum prædictionum capi potuerit, quibus delectantur impij. Quas quidem falſas divinationes & impia deliramenta alter expugnat, Libro de *ſingulari Certamine* ſic felici, vt plenum triumphum mereatur. Sua ſanè argumenta claudit hac præclara colophone; *ergo eorum ſapere, deſipere eſt.*

Cæterum exemplo eorum funeſtiſſimo, qui noſtro quoque ævo per has ſuperſtitiones periere; ab illis avocari debent Magnates, Potenteſque præſertim. Hi nimirum, [vt videre eſt in Regibus illis Iſraëliticis, qui divinationibus & augurijs inſerviebant] innatâ ambitione illiciuntur magis ad hanc nocentem ſtultitiam; quam Divus idem Auguſtinus vocat Idololatriam. Vtiquè Cacodemones inſidioſiùs cum Magnatibus agere nunquam poſſent. Et DEVS ſæpe-ſæpiùs permittit ea, quæ illis prædicta ſunt, effectum ſortiri ſuum, in pœnam ſuperſtitioſæ credulitatis. (4. Reg. 19.)

Iſtiuſmodi ſeduli, ſupervacaneique Obſervatores quos odio proſequebatur David, adhibent etiam ex iiſdem principijs *Phyſionomiam*, *Chiromantiam*, *& Geomantiam*. Quæ damnandæ omnes curioſitates, vanitateſque noxiæ juxta & ridiculæ; Hominibus horrori eſſe debent, quemadmodum Numinis vindictam promerentur. Verbum quippe DEI, circa hanc materiam, inſtar Legis & oraculi nutare eſſe debet. *Non eſt veſtrum noſſe tempora & momenta, quæ pater meus poſuit in ſua poteſtate.* (Pſ. 30.) (Actor. 1.)

TITVLVS XV. *Globus, Sphæra, &c.*

VARIA MATHEMATICÆ Inſtrumenta.

MVNDI hactenus Superioris; ac deinceps Inferioris idea vt Hominum menti per oculos commodiùs imprimatur; harum Periti diſciplinarum, varia invenerunt Inſtrumenta. Potiorum exegeſim hîc intertexere pretium arbitror, ducto initio à Globi definitione, ex antedictis repetita.

Cæleſtis. GLOBVS in genere definitur corpus ſolidum, ex æquo circumquaquè rotundum, vnaque ſuperficie contentum; cujus in meditullio centrum eſt, ex quo lineæ ad circumferentiam ductæ ſunt æquales inter ſe. *Cæleſtis* planetis, ſignis, conſtellationibus diſtinguitur. Terr-Aqueus, Terram ſimul & Aquam repreſentat. Cæleſtem mox antea ſatis explanatum, ſequens ſchema repræſentat.



Terrenvs Globus ſphæra quoque ſolida eſt, Terræ corpus delineans. Adjuncto illi Aquæ elemento, Globus coaleſcit *Terr-Aqueus*; cujus rotunditas eſt 18000 leucarum, viginti quinque leucis communibus, vni Cæleſtis Globi gradui reſpondentibus. Ejus, quod jam monuiſſe me reor, longitudo juxta Geographos ab oriente verſus occidentem ducitur: latitudo, à meridie in ſeptentrionem. *Longitudo* illa, ſpatium eſt duos inter meridianos. Alter abs Inſulis Canarijs, ſeu Aſſoris, decem gradus complectens. Alter tranſiens per locum, cujus veſtigatur longitudo. *Latitudinem* verò, Poli elevationi nunquam non æqualem, metiuntur nonaginta illi gradus; qui ex vtroque latere Æquatoris, hinc inde verſus polum, viſuntur. Ideoque Diſciplinæ hujus pars eſt non vltima reperire in Regione qualibet meridianos, elevationem æquatoris, & poli altitudinem.

Terr-Aqueus. Longitudo, & latitudo.

Idem Globus Terr-Aqueus à Polo ad Polum ſecatur ex vtroque latere Æquatoris, ratione multiplici; à quibus *Mappæ* illæ ſeu Chartæ Geographicæ idem Terræ ſchema delineant, ſed in plano. Eſt autem Charta ejuſmodi vel Geographica generalis Terræ-vniverſæ, vel Chorographica Regionis, puta Franciæ, Britanniæ, Aquitaniæ, &c. vel Topographica loci alicujus, vt Lutetiæ, San-Germani, & ſimilium.

Mappæ Geographicæ.

Cosmologia.


BELGIVM SEV GERMANIA INFERIOR



Sphæra.

VTRIVSQVE notitiæ deſervit non parum Sphæra Armillaris, eximium humani ingenij artificium, implexis intra ſe varijs circulis, vt vides in ſequenti figura.





SPHÆRA igitur illa, vt dixi, inſtrumentum eſt, conſtans varijs circulis Sphæræ deſ-
ad motus cæleſtes repræſentandos. Globus in meditullio ſuſpenſus, Ter- criptio.
ram exhibet. Axis linea recta per centrum trajecta, geminiſque polis innixa, Sphæram in duas æquas partes diſpeſcit. Anterior *Pars* illa eſt vnde Sol oritur, Poſterior vbi occidit. Dextra ſeu Meridionalis ea eſt, quam Orientali plagæ obverſi habent ad latus dextrum: ſiniſtra, verſus Septentrionem.

COLLOCATVR TRIPLICITER	*Recta*, *Parallela*, *Obliqua*.	Sphæræ triplex conſtitu- tio,

RECTA ſtatuitur, vtroque polo horizonti affixo. Parallela, altero polo 1. Recta.
in zenith, altero in nadir. Obliqua, quaſi media, polis hinc inde decli 2. Parallela,
nantibus. Hæc autem iterum *quintuplex*, habens zenith vel inter æquatorem 3. Obliqua,
& tropicum, vel in tropico, vel inter tropicum & circulum polarem, vel in circulo polari; vel denique inter circulum polarem, & polum. Vt autem *collocetur*, ſic procedere oportet.

COSMOLOG. Quomodo collocanda.

Primùm invenitur linea meridiana, vel per acum magnete illitam: vel per annua arborum incrementa, verſus meridiem laxiora, vel per extremitates vmbrarum æquinoctialium. Deinde inveſtiganda eſt *elevatio æquatoris*, vel per elevationem meridianam Solis, diebus æquinoctiorum: vel alijs diebus addendo, aut ſubſtrahendo declinationem ſolis ab æquatore. Poſtea quoniam elevatio æquatoris eſt complementum altitudinis poli, ſi illam detrahas ex 90, reſidua erit hæc poli altitudo. Denique in Sphæra Armillari meridiano ſuperpoſito, repertæ lineæ elevandus erit polus, ſecundùm adinventam altitudinem. Et ſic manebit Sphæra aſtronomicè collocata.

SIC autem componitur Sphæra, vt ſint præcipuæ illius

Partes quatuor.

PARTES { *Globus, Peripheria, Diameter:* / *Axis, Poli, Circuli.*

Globus. Peripheria. Diameter. Axis. Poli. Arcticus. Antarcticus.

Globulus in medio, ſeu centro; Terræ, quod jam monui, imago eſt. Ab eo ductæ vndequaque lineæ, æquales inter ſe perſeverant. *Peripheria*, linea eſt circum totam Sphæram lata. *Diameter*, contrà recto per centrum tramite decurrens, duas hinc inde ſuperficiei partes ſuis extremitatibus attingit: tumque vocatur *Axis*, cum per eam Mundi Sphæra veluti innixa, ab ortu ad occaſum volvitur. Huiuſque extremitates *Poli*, ſeu Mundi Cardines & vertices nuncupantur. Eorum alter à ſitu dicitur Septentrionalis, ſive Borealis, aut Aquilonius: Arcticus, ab vrſa, ſidere vicinio. Alter verò *Meridionalis* ſeu Auſtrinus, & Antarcticus, alteri ex diametro oppoſitus. Ille aſpectum noſtrum fugit nunquam, hic ſemper, latens ſub horizonte. In Sphæra igitur ſic deſcripta viſuntur

CIRCULI {
- Majores VI. { *Æquator, Zodiacus, Ecliptica: Horizon, Meridianus, Coluri duo.*
- Minores IV. { *Tropici duo;* Et *Polares, totidem.*

Circuli Majores VI.

CIRCULI ergo Majores Sphæram in partes æquales dividunt, idemque centrum habent cum Globo. Minores, eandem in ſegmenta inæqualia diſſecant. Horizon & Meridianus reſpectu vnius loci nullatenus variant, reliqui omnes vtiquè mobiles ſunt ex varia locorum diverſitate.

1. Æquator.

MAIORUM, rectorum ſive parallelorum primus, idemque maximus eſt ÆQUATOR. Vocatur etiam ab officio Æquidialis, ſeu Æquinoctialis. Nautis ſimpliciter *Linea* illa eſt, quæ æquali ſpatio à Mundi polis diſcedit: eumque dividit in duas partes, Meridionalem & Septentrionalem. Æquatoris titulus ex eo ducitur, quod Sol dum ſub eo movetur, noctes faciat diebus æquales.

2. Zodiacus.

ZODIACUS eſt circulus major, latus duodecim circiter gradus: & obliquus zonæ, faſciæ, vel balthei inſtar; qui Sphæram, & Æquatorem æqualiter diſſecat. Vna ſui parte in Septentrionem, aliâ in auſtrum gradibus 23, cum ſemi, vergit. *Dividitur* in longum per duodecim Signa, mox recenſenda, quorum vnicuique triginta gradus aſſignantur; qui juncti omnes, trecentos efficiunt. In latum verò per lineam, quæ dicitur ECLIPTICA Ea teſſerulis ſubinde albis ac nigris diſtincta, via eſt & orbita quam centrum Solis decurrit. Sic *dicta* quod Sol & Luna in ea conjuncta, vel ſub ea oppoſita, defectum patiantur. Stellarum latitudinem hinc inde definit, quatenus recedunt ab Ecliptica: quam Sol aſſiduè oberrans, *quattuor Puncta* denotat Cardinalia.

3. Ecliptica.

Quattuor Puncta Cardinalia.

INSTRVM.

4. Horizon quadruplex.

Quorum duo hyemis & æſtatis, ſub ſignis Cancri & Capricorni: duo ſimiliter in Æquatoris contactu ſeu interſectione tum autumni, tum veris; vbi ſcilicet initia arietis & libræ, in quibus æquinoctia.

1. Senſibilis.

2. Intelligibilis.

3. Rectus.

4. Obliquus.

Zenith.
Nadir.

HORIZON, ſeu Terminator & Finitor, circulus eſt major item & mobilis. Diſtinguitur quadruplex. *Senſibilis*, viſam ab oculo Mundi partem à non viſâ diſpeſcit; non vltra quinque circiter leucas, quo ſpatio terminari creditur acies & intuitus oculorum. *Intelligibilis*, ſphæram integram in duo hemiſphæria bipartitur. Iterum Rectus eſt, & Obliquus. *Rectus* tranſiens per polos Mundi, verticem habet ſub Æquatore, quem interſecat ad angulos rectos. *Obliquus* contra. Horizontis polus eſt ille punctus, qui vertici noſtro perpendiculariter ſuperponitur: vocaturque vocabulo Arabico Semith, vulgò *Zenith*, cui opponitur *Nadir*, propriè Natir. Inde tot ſunt Horizontes reſpectu variarum habitationum terræ, quot extant ſitus diverſi. Dividitur tamen vt prædixi, in rectum, qui rectos cum Æquatore angulos: & obliquum, qui inæquales conſtituit.

Meridianus.

Vnde ducuntur.

Sunt innumeri.

MERIDIANVS, ſecans Æquatorem in duobus punctis, ducitur ab vno polo ad alterum; tranſiens nimirum per dati cujuſque loci verticem, ſive per Zenith, perque verticem Antipodum, ſive per Nadir protrahitur. Ad eum vbi Sol pervenerit ſuper horizontem, mediam diem: infra verò, mediam noctem conſtituit; dividens totam Terram in duas partes, Orientalem & Occidentalem. Fixi *numerantur* Meridiani ab Inſulis fortunatis, ſeu Canarijs, vel Azorijs. Vel certè ab Inſula ferrea Occidentali, ſi accedere velimus conſultationi celeberrimæ, factæ ante annos aliquot juſſu Ludovici XIII. Suntque *innumeri*, quot ſcilicet puncta verticalia ſubinde haberi queunt.

V & VI. Coluri.

1. Æquinoctiorum.

COLVRI duo, interſecant ſe angulis rectis, in geminis polis Mundi: ſphæramque & duodecim ſigna Zodiaci, in quattuor partes æquales dividunt. Alter *Æquinoctiorum*, tranſit per polos Mundi, & per puncta æquinoctialia; in principio Arietis, & Capricorni. Alter Solſtitiorum, initio Cancri & Capri per polos Zodiaci, & per puncta ſolſtitialia.

Quattuor Minores

1. Tropicus Cancri.


2. Capricorni.

Atque hos Majores Circulos ſex, excipiunt QVATTVOR MINORES; qui Æquatori paralleli, Sphæram dividunt in partes inæquales. Tropicus Cancri, ſive æſtivalis & ſolſtitialis, ille eſt ad quem cum pervenit Sol, ſiſtit: repetitque gradum, nativo velut deſcenſu. Hic ab Æquatore diſtat 23 gradibus, & 51 minutis. Illi auſtrum verſus, opponitur Tropicus Capricorni ſeu hyemalis; in quo Sol ſiſtens noctem efficit, ſicut ille ſuperior diem longiſſimum, indeque aſcenſum orditur.

3. & 4. Circuli polares duo.

Circuli Polares duo tum Æquatori, tum præcedentibus Tropicis paralleli; tantùm diſtant à polis, quantùm Tropici ab Æquatore. À vicinis vtrique Polis, agnominantur; alter Antarcticus, qui nobis minimè conſpicuus eſt: alter è contra Arcticus, ſemper apparens.

HOS, ſimileſque Circulos magis adhuc enucleat altera ſequens figura *Aſtrolabij*.



Aſtrolabij facies duæ.

ASTROLABIVM inſtrumentum eſt planum ac rotundum, multis partibus conſtans.

DVÆ SVNT PRÆCIPVÆ { *Facies ante,* *Dorſum retrò.* }

Pars anterior.

FACIES, ſeu pars anterior, circumquáque clauditur limbo ; qui dividitur I. in viginti quattuor partes horarias. II. in quattuor quadrantes circuli, quorum ſinguli 90. gradus continent: duos Oriente verſus Meridiem, & Septentrionem. Intra ejuſmodi limbum, jacet Aſtrolabij *Mater*; in qua

Mater.

DESCRIBVNTVR {
Æquator, cum Tropicis.
Almincantarath, ſeu Circuli progreſſionum & depreſſionum; quorum decimus nonus, vocatur linea crepuſculina.
Azimuth, ſeu circuli verticales.
Circuli Domorum Cæleſtium.
Circuli horarum inæqualium, ſeu Planetarum.
}

Rete.

MATREM cooperit *Rete*, ſeu Aranea diſtincta Zodiaco, & arcubus benè-multis; ſparſis hinc inde flammulis, quibus ſtellæ nobiliores denotantur. In vtriuſque meditullio infigitur laminula, cum Linea fiduciæ.

Laminula. Linea fiduciæ. Pars poſterior.

IN poſteriore Parte Aſtrolabij, major circulus exhibet quattuor *quadrantes*, ſuperioribus perſimiles ab oriente & occidente. In altero circulo interiori, viſuntur duodecim *Signa* Zodiaci. In tertio adhuc magis intimo, duodecim anni *Menſes*. Adeò vt ante correctionem Calendarij, circiter decimus dies menſis: poſt verò, circiter viceſimus Signorum initijs reſpondeat. In medio jacent

Signa Zodiaci. Menſes anni.


quadrata

quadrata Geometrica duo, lateribus in duodecim vel ſexaginta partes diuiſis. Superſtant plures *Circelli* tùm horis æqualibus & inæqualibus, tùm varijs praxibus Geometricis idonei. Tandem à medio ſupervolvitur *Norma*, cum ſuis pinnacidis, ad inveniendam altitudinem. INSTRUM. Quadrata geometrica. Norma.

Porro inventis loco & altitudine Solis, in dorſo Aſtrolabij; ſi in matre locum ſolis ſtatueris ſupra requiſitum Almincantarath, lamina tranſiens per locum ſolis horam indicabit, & ſimiliter de nocte. Invenies quoque & altitudinem cujuſvis alterius planetæ, aut ſtellæ, aliaque paſſim aſtronomica. Vſus Aſtrolabij. Hora diei.

PRAXES etiam variæ coſmographicæ, per Aſtrolabium perficiuntur. V. g. habetur declinatio Solis ſingulis diebus ab Æquinoctiali, poſito gradu ☉ in linea meridiana: & hinc numeratis Almicantarath, vſque ad Æquatorem. Item habetur elevatio poli, poſito initio ♈ vel ♎ in eadem linea meridiana: & notato Almincantarath, qui indicat altitudinem æquatoris; quâ detractâ ex 60, colligitur complementum pro elevatione Poli. Item poſito aſtro quolibet in horizonte obliquo, vel in linea meridiana; habetur cum quo Zodiaci gradu aſcendat, cælum mediet, occidat, & mediam noctem occupet. Denique cognito vel vnico Aſtro, & debitè in ſuo Azimuth & Almincantarath collocato, cætera omnia facilè internoſcuntur in Aſtrolabio. Declinatio ſolis. Elevatio poli. Signum Zodiaci.


Iuvat in cæteris ad dimetiendas loci cujuſlibet tum altitudines, tum longitudines & latitudines. Ad quos etiam vſus deſtinantur Baliſtra, Baculus Iacob, & Quadratum Geometricum. Quanquam ratio vniverſalis, omniumque facillima, *regula eſt trium* ſeu proportionum inter latera trianguli rectanguli & inſtrumento: & lineas diſtantiæ ſummitatis turris, ac plantæ ejuſdem cum ipſamet altitudine turris quam metimur. Id quod poteſt etiam perfici, duabus ſtationibus. Inſtrumento enim Geometrico altitudo alicujus turris ex duobus locis diſtinctis obſervata, elicitur ex differentia duarum iſtarum ſtationum. Metiri altitudines, longitudines, altitudines.



VERUM ENIM VERO ratio proſtat multò compendioſior, ad indagandas menſuras iſtas omnes. Verbi gratiâ ad metiendam loricam alicujus arcis inacceſſam & inviam, ſic proceditur. Sit A B lorica data, tum habeantur duæ regulæ mobiles commiſſæ invicem in extremitate, in formam litteræ V. Ita vt dilatari vel coarctari poſſint, inſtruanturque tribus cuſpidibus ferreis in pinnularum modum. Electa igitur ſtatione C pro arbitrio, deducendum eſt inſtrumentum; ita vt radij viſuales ducti per pinnulas extremam loricam attingant A B. Remanente itaque inſtrumento ſic aperto, transferendum eſt in aliam ſtationem ex qua eadem inſtrumenti apertura exactè loricæ A B amplitudinem complectatur, ſicque ſecunda hæc ſtatio D. Tum demum permutanda eſt inſtrumenti apertura, illudque deducendum quoad vna ex regulis collimante ad punctum A, altera dirigatur verſus C. Deniquè inſtrumentum eo modo apertum, adducetur de integro ad primam ſtationem C. Vbi immoto remanente hiatu regula illa ad punctum B, collineante alterâ, diriget radium viſualem parallelum loricæ dictæ. Itâque affixo palo in radio viſuali vbivis in puncto E, facili negotio invenietur C E æqualis lineæ A B, transfe- Menſura loci inacceſſi.


COSMO-LOG.

rendo inſtrumentum verſus E. Ita-vt vltima ejus apertura remanente, regula quæ dirigebat radium viſualem verſus A B dirigat illum verſus A, alterâ neutiquam declinante à linea parallela. Idipſum quoque vſui eſſe poteſt, in librandis *Bombardis* & tormentis bellicis. Inventa enim in linea C E, parallela muro qui arietandus eſt, librabitur supernè tormentum, obverteturque os ejus ad angulum quemlibet.



Foſſæ menſura.

Simili prorſus modo ad metiendum latitudinem alicujus foſſæ, ſit A B latitudo foſſæ. Tum ſumantur A C & C D, æquales partes vnius ejuſdemque lineæ. Explica regulas ſeu crura inſtrumenti vti ſuperiùs, deducendo eas ad amplitudinem anguli D A B. Tranſlatoque in eo ſtatu inſtrumento ad punctum D, dirige vnam ex regulis verſus A. Atque ducto radio viſuali per aliam, jube figatur polus in linea iſta viſuali, alicubi in púncto E. Demum in linea D E, quære punctum F. Ita-vt reſpiciendo per C, videas B. Linea enim D F, æqualis erit latitudini A B.




Menſura loci acceſſu facilis.

Ad menſurandam altitudinem *acceſſu* facilem, ſit A B. Sumptoque ad arbitrium, puncto C, fige in eo perpendiculariter gnomonem ſeu baculum. Tum erige te quoad oculus ex puncto F, collimans per cuſpidem D, videat ſummitatem A Tunc menſuratis vnâ, eâdemque menſurâ diſtantijs E B, E C, & C D; quæ differentia eſt, quâ altitudo baculi exuperat altitudinem oculi. Sic habebuntur tres termini cogniti, qui per regulam trium dabunt quartum; cui demum addendo altitudinem oculi, habebitur altitudo A B.

Difficilis.

Si porrò locus eſſet *inacceſſus* neceſſe primò haberemus metiri diſtantiam C B. quemadmodum latitudinem foſſæ. Quo facto, hæc ſecunda propoſitio in primam coincideret. Vel etiam vtendum foret quadrato geometrico, vt in prima operatione explicuimus.

INSTRVM-



PYXIS NAVTICA, ſeu Bouſſola.

PYXIDIS Nauticæ vſus Aſtrolabij non abſimilis eſt. Figura illius rotunda acum habet in medio, magnete illitam; quæ polum indicat, notatque cæli gradus. Nempe adjunctâ Cartha navigatoriâ, ac ventorum diverſitate, navis curſum dirigit Navarcha ad locum navigationi deſtinatum. Si ſub meridiem quærant Nautæ in Oceano, Solis altitudinem, præſto eſt Aſtrolabium. Si Stellas rimantur, *Baculus Iacob*, vel Balliſta. Si fundum maris, demiſsâ *Bolide* illud explorant.

Baculus Iacob.

Bolis.

IN illis demum inſtrumentis viſuntur quoque Circuli *Horarij*. Partiuntur illi Cælum in 24. ſpatia; Tranſeuntque per Polos Mundi, & per decimum quintum quemque gradum Æquatoris, pro horis gallicis & Aſtronomicis. Nam pro Babylonicis & Italicis alij deſcribuntur Circuli, tranſeuntes per diviſiones duorum circulorum; quorum vnus eſt ſemper apparentium, alter ſemper latentium maximus. Circulus autem *ſemper apparentium* maximus, circa Polum Mundi elevatum ita diſcribitur; vt ejus circumferentia ſemper radat horizontem: nullaque Stellarum in ejus area ſpatiantium, occultetur vnquam infra horizontem. Vnde facilè intelligitur Circulus *ſemper latentium* maximus, circa Polum Mundi depreſſum, radens pariter in peripheria horizontem; continens ſtellas perpetuæ, vt aiunt, occultationis.

Horarij.

Semper apparentium.

Semper latentium.

Atque hi omnes Circuli velut *Aſtrorum menſuræ*, & *diſtantiæ* ſunt. Nam ab Horizonte ſurſum vocatur altitudo, elevatio, progreſſio: deorſum autem, depreſſio. Ab Æquatore in boream, vel auſtrum declinatio borealis vel auſtralis. Ab initio arietis verſus orientem, longitudo. Ab Ecliptica in boream, vel auſtrum; latitudo borealis, vel auſtralis. At in Terra *Longitudo*, quod ſupra attigi, ſumitur à primo meridiano, in occidente verſus orientem. *Latitudo* à diſtantia ab Æquatore, quæ eſt æqualis ſemper elevationi Poli. *Amplitudo* demum ortiva & occidua, quæ eſt diſtantia Aſtri orientis vel occidentis, à vero ortu vel occaſu.

Menſuræ Aſtrorum.

In Terra longitudo & latitudo.

Amplitudo.

IVVAT idcirco repetere quod Circulus omnis, qualiſcumque ſit apud Aſtrologos diſcriminatur in *Gradus* 360. quorum ſinguli rurſus dividuntur in ſcrupulos, ſive minuta 60. Hæc in 60 ſecunda, tertia, quarta, &c. in infinitum. Adeò vt variæ ex illis exurgant menſuræ, quas perſtringere locus erit commodior in ſequentis *Geographiæ* præambulo.

Partitio cujuſlibet Circuli.

GEOGRAPHIA.

Terræ globus rotundus.

ABSOLVTA Cælorum delineatione omnique ornatu eorum, interſertiſque varijs Inſtrumentis, alteram Coſmologiæ potiorem partem occupat TERRENA-MOLES. Hanc ſimul cum Aqua, cui innatat vnicum Globum efficere, probant argumenta benè-multa. Ortus ſolis qui orientalibus citiùs, & ejuſdem Ecclipſes quæ tardiùs apparent. Stellæ quæ de novo partim occultant ſe, partim ſeſe exhibent tam terrâ, quàm mari iter agentibus. Decidentes guttæ aquæ quæ rotundam totius ſpeciei figuram conſtanter retinent. Tandem, ex Archimede, æqualis liquorum omnium diſtantia abs centro vniverſi. Aridam tamen ab aquarum cumulis ſeparat *Geographia duplex*.

Terra in medio Mundo eſt centrique ordinem obtinet ad Mundum. Euclid. libr. Phænom. Theorem. 1.

TITVLVS XVI.

GEOGRAPHIA GENERALIS, & Specialis.

Triplex Geographiæ munus.

GENERALIS Officium eſt, Telluris

CORPVS { *Deſcribere* / *Metiri* / *Dividere* } PER { *Sphæras Armillares*, / *Globos Solidos*, / *Mappas planas*. }

Horum enim beneficio, fide haud indubitata

Tres Telluris menſuræ.

DIGNOSCITVR, TERRÆ { *Magnitudo*, / *Longitudo*, / *Latitudo*. }

Geograph. Magnitudo.

LICET namque Terrena-Moles, reſpectu Firmamenti punctitium ſit, haud ideo tamen contemnenda eſt illius in ſe magnitudo. Si quidem in maximo circulo Terr-Aquei Globi, numerantur ad Peripheriam 7200. leucæ gallicæ; aſſignatis cuilibet leucæ, tribus Italicis milliaribus. Vnde & ex Geometricis obſervationibus, Terræ diameter eſt gallicarum leucarum 2290 & ſemidiameter 1145 ſolemni videlicet in Coſmographicis menſurâ. Terræ autem magnitudo imitatur gradus ſphæræ Cæleſtis; cui reſpondent. Quibus ſuper menſuris placet attexere vnà cum Plinio, [exemplum vanitatis Græcæ maximum. Dionyſidori hæredes defuncto juſta dum peragerent, ejus in ſepulchro retulerunt inveniſſe ſe epiſtolam Dionyſidori nomine ad ſuperos ſcriptam. Eâ ſcilicet narrabatur perveniſſe eum à ſepulchro ad infimam terram: eſſeque eò, ſtadiorum quadraginta duo millia. Nec defuere Geometrę, qui interpretarentur ſignificare Epiſtolam à medio terrarum orbe miſſam, quò deorſum à ſummo longiſſimum eſſet ſpatium, & idem pilæ medium. Ex quo conſequuta computatio eſt, vt circuitu eſſe ducenta quinquaginta millia pronunciarent. Harmonica ratio, quæ cogit rerum naturam ſibi ipſi congruere, addit huic menſuræ ſtadiorum ſeptem, alij legunt duodecim, millia: terramque nonageſimam ſextam milleſimam totius Mundi partem facit.]

Variæ menſuræ ex Arithmetica, Geometria, & Geodeſia.

VARIÆ porrò apud varios *menſuræ* ſic inſtitutæ. Omnium minima cenſetur vbiquè, linea vel granum. Digitus, conſtat quattuor granis. Vncia, tribus digitis. Palmus minor, quattuor digitis. Dicha duobus palmis. Spithamus ſeu Palmus major, tribus palmis; ſeu digitis duodecim. Pes, quattuor palmis. Cubitus ſex. Paſſus Geometricus, quinque pedibus. Communis verò, tribus. Vlna communis, pedibus quattuor. Pertica, decem pedibus; vnde decempeda, cujus menſuræ media pars quincupeda eſt. Stadium Græcorum, centum viginti paſſibus geometricis, ſive pedibus ſexcentis viginti quinque. Milliare Romanorum, octo ſtadijs, ſeu mille paſſibus. Vnde quoniam ſingula millia paſſuum cippis, lapidibus-ve connotabant; milliaria lapides olim appellata, v. g. tertio ab vrbe lapide. Perſarum Paraſanga, Schœnus Ægyptiorum, itidemque leuca Occidentalium necnon Septentrionalium; tam incertâ ſunt apud Autores interpretatione, vt id fermè ſolùm conſtet, vni gradui reſpondere milliaria vel viginti, vel viginti quinque. Potiores ejuſmodi menſuras ſatis commodè explicant ſequentes verſus.

Quattuor è granis digitus componitùr vnus,
Et quater in palmo digitus, quater in pede palmus:
Quinque pedes paſſum faciunt, paſſus quoque centum,
Viginti quinque, ſtadium dat: ſed milliare
Octies dat ſtadium, duplicatum dat tibi leucam.

Modus menſurandi.

Atque has omnes metiendi regulas *reddet* circinus, vel ſpatium inter duas vrbes notas, tranſlatus ad alias vrbes vel ad extrema locorum quorum quæritur diſtantia, & puncta diſtantiæ inter vtrumque locum ſuis pedibus attingens: ac exinde ſcalæ milliarium in ora Tabularum exiſtenti, applicatus. Quod ſi ſcala brevior extiterit, iteratur circini revolutio. Vel demum circinus extenditur inter quæſita loca duo, apponiturque Æquatori; cujus, vt dixi mox antè, gradus quiſque, circiter leucas viginti conficit. Et eâ quidem ratione deprehenditur

TERRÆ { *Longitudo Latitudo, Paralleli innumeri:* / *Zonæ v. Climata xxiv. Incolarum oppoſitio varia.* }

Terræ longitudo.

LONGITVDO, per circulos videlicet meridianos ab occaſu ad ortum. Quantùm enim ductâ lineâ, ſecundùm Antiquos, ab Inſulis fortunatis: ſecundùm Recentiores, à Flandricis ſeu Aſſoreis; vnaquæque Civitas ab ejuſmodi Inſulis versùs ortum recedit, tantùm creditur habere longitudinis.

Latitudo duplex.

Per circulos verò parallelos, ſumitur *Latitudo* duplex, ab Æquatore ad


Cosmolog. Polos non vltra nonaginta gradus: hinc borealis, inde meridionalis; quæ eſt eadem cum Poli altitudine, ſeu elevatione ſupra Horizontem dicti loci. Quantò enim abſumus ab Æquinoctiali, tantò polus fit ſuperior Horizonte. Hoc ſolùm diſcrimine, quod Soli elevatio arcus eſt Meridiani circuli, inter Mundi Polum & Horizontem comprehenſus. Latitudo verò Meridiani alicujus, inter zenith ſeu verticem Regionis & Æquatorem interceptus.

Paralleli. Latitudinis indices ſunt *Circuli Paralleli*, æquali vndiquè ſpatio à ſe invicem diſtantes, ducti ab occidente in orientem. Numerum eorum, qui infinitus poſſet deſignari, ad *viginti vnum* cogit Ptolemæus.

Zonæ quinque. MAIORA intercipiunt in latitudine terræ ſpatia, quæ vocantur *Zonæ quinque*. Eorum duæ Frigidæ, ſpatium ſortitæ ſunt à Circulis Polaribus ad Polos vſque per gradus 23 ½ continuum. Temperatæ duæ, Circulis Tropicis, Polaribuſque interclusæ; ad latitudinem 43. graduum. Quas omnes media interſecat dividitque Zona Torrida. Lata eſt hinc inde gradus ſeptem ſupra quadraginta, ſciſſaque bifariam ab Æquatore: Æquinoctiali nimirum ſubjecta, Tropiciſque limitata. Omnes vtiquè habitari idoneas, docuit jam per frequentes navigationes experientia. Degimus nos in *Temperata*, ad Septentrionem vergente, quadraginta & tres gradus lata.



Climata. Parallelis ac Zonis accedunt CLIMATA. Nam paralleli tres conficiunt vnum Clima. Medius parallelus medium Climatis: duo alteri, principium & finem occupant. Igitur *Clima* eſt illud terræ ſpatium, quod tribus includitur Parallelis, inter cujus principium & finem ab Æquatore ad Polos procedendo, æſtivæ diei longiſſimæ quantitas per ſemi-horam augetur. Quamobrem vt ſcire queas, ſub quo Parallelo vel Climate quilibet locus poſitus ſit, conſidera numerum horarum; cujus longiſſimus ejus loci dies ſuperat diem ſphæræ rectæ, qui ſemper eſt horarum duodecim. Is enim duplicatus oſtendit numerum Climatum, quadruplicatus numerum Parallelorum.



Climata à Veteribus nonniſi VIII. numerantur, eò quod loea vltra ſeptem illis eſſent ineognita. Nune ad XXIV. producuntur. Qui quidem numerus certus eſt ad vſque locum quo dies eſt viginti quattuor horarum, vltra enim incertus eſt. Quo numero.

Diſtinguntur in Septentrionalia, & Auſtralia. Variaſque ſortiuntur *denominationes* ex varijs nominibus Regionum, Inſularum, aut Fluviorum per quos tranſeunt. Et ea quidem *nomina* communia ſunt tum Septentrionalibus, tum Auſtralibus Climatis; niſi quod Septentrionalibus ſolet præponi partieula Διὰ: Auſtralibus verò *ἀντι*. Quomodo diſtincta.

Eorum *ſcalam* ex tralatitijs Voluminibus hue tranſcribere, ſatis foret otioſum. Satis itaque ſit monere Hieroſolymam & Alexandriam jacere ſub tertio Climate, Rhodum ſub quarto: Conſtantinopolim, Romam, & Madritum ſub quinto: Mediolanum, Venetias, & Viennam ſub ſexto. Lutetiam-Pariſiorum, & Coloniam ſub ſeptimo, Londinum ſub octavo. Certè verſus Polum, minùs certa habetur Climatum diſtinctio; quoniam creſcit illic dies non ampliùs ſemi-horis, ſed diebus, tandem & hebdomadis, & menſibus integris; ita vt ſub Polo nox ſit ſex menſium, dies totidem. Potior.

Ex ſupradictis autem tum Parallelis, tum Meridianis, tum Zonis ſeu Cingulis, longitudinem & latitudinem conficientibus; trina oritur Mundi Incolarum *oppoſitio*, Incolarum oppoſitio triplex.

SECVNDVM	*Regiones,*	*Antipodes*, *Periæci*, *Antæci*.
	Et	
	Vmbras,	*Periſcij*, *Amphiſcij*, *Heteroſcij*.

RAtione igitur ſitus dicuntur *Antipodes*, ſeu Antichthones, qui degunt ſub meridiano noſtro directè oppoſito, & diſtantà nobis 180 gradibus. Ignotos Lactantio olim & Auguſtino, dudum demonſtrat Terræ rotunditas, hodièque frequentes paſſim navigationes. *Periæci*, qui ſub eodem Parallelo & meridiano, ſubque eadem Zona, ſed in locis oppoſitis habitant. Antœchi, ſeu *Antæci* & Anticolæ, qui ſub eodem Meridiano, ſed æqualiter diſtante ab Æquatore, è latere noſtro habitant.. A Regionibus Antipodes. *Libr. 3. Inſtit. c. 23.*


COSMO-LOG. Periſcij. Ampiſcij. Heteroſcij.

Ex varia quoque vmbrarum ratione, denominantur *Periſcij*, qui ſub Polis; quia per medium anni, vmbra circum eos volvitur. *Ampiſcij*, qui ſub Æquinoctiali; quia eorum vmbra, versùs quattuor Mundi plagas vertitur. *Heteroſcij*, qui ſub Temperatis zonis; quia eorum vmbræ in alteram tantùm partem, vel in Septentrionem, vel in meridiem dumtaxat inclinantur.

Quattuor Mundi plagæ.

EO nimirum modo ſtatuuntur *Mundi Regiones quattuor*, ex varia giratione ſolis oppoſitæ; Oriens, & Occidens: Meridies, & Septentrio. Quibus totidem ſubinterponuntur. Oriens æſtivus, inter Septentrionem & Orientem æquinoctialem. Oriens hibernus, inter Orientem æquinoctialem ac meridiem. Occidens itidem ex adverſo, æſtivus & hibernus.

Ijſdem Mundi cardinibus affiguntur *Ventorum* præcipui quattuor. Græcis Eurus, Notus, Zephyrus, Boreas. Latinis Subſolanus, Favonius, Auſter, Aquilo. Eorum deinde ſubpartitio & denominatio ſic variat, vt omnium certum aliquem typum componere vix queas. Solemniorem exhibebit ſequens delineatio.



Variæ voces Geographiæ; Infra Hydrographiam. Continens. Vrbs. Municipium.

HIs demum in Geographiam prælndijs adjungere juvat, VOCUM in Geographia ſolemniorum ſignificationem. Igitur dilatis & rejectis in propriam ſedem, quæ ad Aquam pertinent; *Continens* eſt omnis terra firma ſolida-ve, nec Peninſula, nec Iſthmus: ſed quæ tota ſibi conſtat, & cohæret, *Vrbs*, olim vnica Roma: ſicut ἄστυ, Athenæ; πόλις, Alexandria in Ægypto. *Municipium* Vrbs civitatis Romanæ jura participans; vbi quemadmodum Romæ, tres erant Ordines: Senatorum Equitum, plebis. *Oppida* cæteræ minores vrbes nuncupantur. Apud nos verò Vrbes ſunt, in quibus Epiſcopi, aut majoris alicujus Eccleſiæ ſedes eſt. *Colonia* vetus aut recens, vrbs eſt in regione hoſtili devictaque; novis Colonis ſeu Cultoribus ex Vrbe, aut aliunde accerſitis; Naturalibus ſcilicet Incolis vel internecione deletis, vel aliò aſportatis. *Caſtellum*, oppidum muris cinctum. *Villa*, aliâs Prætorium, Domus Ruſtica non ita procul ab vrbe. *Vicus* ſeu Pagus, pluribus villis domibus-ve ruſticis coagmentatus; nullis mœnibus circumdatus, dictus à vicinis habitatoribus.

Oppidum. Colonia. Caſtellum. Villa. Vicus.

Mons. Collis. Faucea. Vallis. Campus. Paſcuum. Territorium.

Mons, terræ multæ aggeſtio ſupra planitiem; vt Olympus, Atlas, Apenninus, Alpes, Pyrenæi. *Collis*, mons minoris elevationis. *Fauces* anguſtorum locorum aditus, inter arduos montes. *Vallis*, planities intra, vel ſub montibus. *Campus*, magnum & amplum terræ ſpatium. *Paſcuum*, vbi pecora paſcuntur. *Territorium*, vniverſitas agri intra cujuſque civitatis fines. Ejuſque propriè

priè ſignificatus eſt Diœceſis. *Pratum*, in quo ad percipiendos fructus falce opus eſt. *Provincia*, Magiſtratui Romano quotannis ab Vrbe mittendo parebat. Tales Romani XXXVI. numero fecere celebres. Regio, à regendo, magnus terrarum tractus; pluribus, tum Provincijs tum Regionibus conſtare ſolet. Regnum, ditio vni Principi & Monarchæ ſubdita. *Imperium*, præcellens autoritas in multos Dynaſtas ac Reges. Illas ergo vniverſas Terrarum, Regionum, Imperiorumque partitiones ſuo cingit complexu *Geographia ſpecialis*. GEOGRAPH. Pratum. Provincia. Regnum. Imperium.

GEOGRAPHIA VETVS, & Nova.

TITVLVS XVII. *Geographia ſpecialis duplex.*

VETVS, totius Aridæ Molem, amplum vnius Noëmi patrimonium, diſtribuit Vetus.

IN	*Aſiam,*	QVÆ	Schemo,	*Obvenit.*
	Africam,		Chamo,	
	Europam;		Iapeto,	

ITA compendioſè Plinius. [Terrarum orbis vniverſus, in tres dividitur partes; Europam, Aſiam, Africam. Origo ab occaſu Solis, & Gaditano freto; quà irrumpens Oceanus Atlanticus, in Maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa eſt, læva Europa: inter has, Aſia eſt. Termini amnes, Tanaïs & Nilus. Proxima faucibus vtrinque impoſiti montes coërcent clauſtra, Abula Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam Indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntque perfoſſos excluſa antea admiſiſſe Maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem.] Ego vix ac ne vix quidem aſſentior, qui naturam ſtabilem à Geneſi, ſaltem à Noëmij diluvio agnoſco. *Libr. 3. Proœm.*

Nova.

NOVA, adjunxit AMERICAM cum Auſtrali Terra. De quibus quatuor compendioſam hîc tractationem delineamus, ſuppoſitis ijs omnibus regulis quæ jam traditæ ſunt in alijs Coſmographiæ partibus. Initium itaque faciet EVROPA. [Eam plerique, vt habet jam Naturæ ſcriba, meliùs ſarcinator; meritò non tertiam portionem fecere, verùm æquam, in duas partes ab amne Tanaï ad Gaditanum fretum, vniverſo orbe diviſo.] Plinianæ relationi præiverant Iſocrates, & Salluſtius. Poſterior enim refert in hæc verba. [In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere, pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe, ſed Africam in Europa.] *In Iugurth.*



Europæ nomina.

EVROPA hæc *altrix*, vt habet Plinius, *victoris omnium Gentium Populi, longéque terrarum pulcherrima*; ducto *nomine* ab Europa, Agenoris Phœnicum Regis filia: vel, vt alijs placet, abs Rege Europo; Tyria à nonnullis dicta, quod eo nomine vocaretur Europæ mater. Iapetia, à Sacris Autoribus. Celtica à Ptolemæo poſt Strabonem, ex eo quod Celtæ diverſas ejus partes incoluerint. *Sita* eſt inter Climata VI & XVIII. Et parallelos XI & XXXVI. Ejus *Longitudo* à promontorio S. Vincentij in Hiſpania, ad Obij fluminis oſtium: vel ad Conſtantinopolim, gradus continet LIV. id eſt milliaria Germanica circiter DCCCC. *Latitudo* à Tenaro Peloponneſi Promontorio, vulgò *Cap de Malea*, ad Scritofinniæ promontoria, Ruttubas, vulgò *Cap des Lappons*, gradus XXXV. id eſt milliaria DL. *Termini*, ab ortu incerto cum Aſia limite, Tanaïs Fluvius, qui ex Hyperboræis montibus in Mæotidem Paludem influit: vocaturque ſubinde Pontus-Euxinus, Boſphorus Thracius, Mare Ægeum. Ab occaſu, Oceani vaſtitas. A Meridie, Mare Mediterraneum, & Atlanticum. A Septentrione, Mare itidem Septentrionale & Hyberboreum, vltra cujus montes, ſcribit Plinius, [Gens felix, (ſi credimus) annoſo degit ævo, fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſiderum ambitus, ſemeſtri luce, & vna nocte. Regio aprica felici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus ijs nemora, lucique: & deorum cultus viritim, gregatimque; diſcordia ignota, & ægritudo omnis. Mors nonniſi ſatietate vitæ, epulatis delibutiſque luxu ſenibus, ex quadam rupe, in Mare ſalientibus. Hoc genus ſepulturæ beatiſſimum.]

Situs, & menſuræ Longitudo.

Latitudo.

Libr. 4, c. 12.

Figura.

Figura Europæ Inſularis, vel Draconalis, cujus caput Hiſpania, collum Gallia, corpus Germania: alæ dextra, lævaque Italia & Cimbrica Cherſoneſus, ſive Dania. Vel ſedentis Fœminæ, cujus caput Hiſpania, collum extrema Gallia, quà Pyrenæis ſubjacet, pectus eadem Gallia: brachia Italia ac

Britannia, venter Germania, vmbilicus Boëmia; reliquum corporis Nortvegia, Dania, cæteraque Regna Chriſtiana XXVIII. Regiones XV. Majores Inſulæ XII. Eas lentiori pede luſtrare animus eſt; quoniam Hiſtoriæ lumen alterum eſt Geographia, idemque præclarum ſocietatis literariæ ornamentum. Initium itaque mihi erit *Plaga Septentrionalis*. GEOGRAPH. Regna quot, &c.

78 SCANDIA SIVE REGIONES SEPTENTRIONALES



EVROPÆ partes vniverſas, Orbemque Arctoum conſequenter dividit SCANDIA, ſeu Scandinavia: vagina illa & officina Populorum, vnde eluvies & vaſtatio in reliquum orbem. TITVLVS XVIII. *Regiones Septentrionales.*

SVB EA { *Nortvegia, quaſi via Solis.* / *Lappia,* / *Suecia, Dania.*

ILLIC olim μακρόβιοι. Nam & ad vſque quadraginta ſupra centum annos vixiſſe perhibentur, rariſſimo medicinarum vſu. Pinguiſſimum in Regem ſolebant eligere. Oves numero novem ſacrificabant. Venerem cum arcu colebant. Triremem, vt Deum conſulerent, in Paradiſum quotannis mittebant. Corticum eſu robuſtiores. Quiſque in ſuâ cauſâ erat advocatus. Frigus inibi ſupra fidem intenſum. Oceanus glacialis monſtruoſis balenis ſic infeſtus, vt eas caſtoreo mari affuſo à Nautis oleo fugari fabulentur. Eſt & lacus Mos vocatus, vbi *Serpens* viſitur cubitos excedens quinquaginta. Is quoties apparet, eminetque ſuprà aquas, certam rerum mutationem portendit. Nortvegia. Mores Septentrionalium. Macrobij. Rex pinguiſſimus. Religio. Lacus, Serpens.

Olim Metropolis totius Norvegiæ, Druntheos *Trondon*; ſedes Archiepiſcopi, ab Eugenio III. ann. MCXLVIII. erecta, ſub quo ſex Epiſcopi. Archi Epiſcopatus.

LAPPIA paucis diſtributa Regionibus, Biarmiâ imprimis & aliquot aliiſ. *Lappones* ſeu Lappi conjugia auſpicabantur igne & ſilice, venatos navigaturis Lappia. Mores. Conjugia.

COSMOLOG.

Ventos vendunt.

vendere fama fuit. Occupant modò totam Scrifinniam. Orientales Moſchi vectigales, Occidentales Sueciæ parent.

Svevia, nunc Suedia, Nortvegia eſt ſeptentrionalis, Regnum omnium in Orbe antiquiſſimum; vbi Gotia ſeu Hunia, Finlandia, Boddia, Gargapolia, Vplandia, Dalecarlia. *Olim* ſub vno Archiepiſcopo Vſpalenſi, ſex Suffraganeis ſic diſtributa; vt Regni caput ſit *Stokolmia*. Vrbi nomen à palis quibus, Hiſpalis & Venetiarum inſtar, in media palude innitur. Huic ad meridiem adjacet,

Dania. Termini.

Dania, id eſt Marchia & Regio Danorum; vnde tot Populorum illuvies, in reliquam Europam. Mari Baltico, ceu cingulo, ad Orientem: ab occaſu Septentrionali circumcluſa multis, partibus diſcinditur. Præcipuæ, Iutialandia, à nonnullis Gotia. Zelandia, ſive Codomia, Livonia, ſeu Sudiva, Boruſſia, Caſſubia, Lituania in formam litui, quæ & vetus Scythia: Podolaſſia, Maſſovia, Samogitia, vbi *mel candidum*; Volinia, Ruſſia nigra ſeu minor.

Lituania. Mel candidum.

Mores. Sol Ignis. Sponſæ.

Iſtic frequens etiam nunc Idololatria, & Lycanthropia. *Olim* Solem colebant ſub figura mallei ferrei, immani magnitudine. Samogitis verò præcipuum Numen, erat *Ignis*; quem ſacrum & perpetuum ſervabant in altiſſimo montis jugo, continua ſcilicet lignorum appoſitione. Sponſæ pedes aquâ lavant, quâ deinde tota domus luſtratur: os illius melle oblinitur, oculis velamen imponitur; aſpergitur tritico, ſiligine, avenâ, papavere, &c. cum certa ſponſione ei nil horum defuturum, ſi Religionem colat & domeſticæ rei attenta maneat. Quin & crinibus recifis niveo linteolo adornatur, quod geſtare licet ad vſque primum partum. Pellicatus viris infamia erat, Matronis decus. Damnati, de ſe ipſi ſuplicium ſumere cogebantur. In his oris animal in cæteris monſtruoſum, *Roſſomaka*. Nigro ſcilicet colore cum ſit, magnitudine canem, facie felem, caudâ vulpem referre narrant.

Dacia. Ejus termini.

Trans Iſtrum, ſeu Danubium occurrit Dacia definita à Septentrione Carpathicis jugis, & Hieraſo amne: ab Oriente & Meridie Iſtro, ab Occidente Patiſſo. Hanc olim incoluere Getæ, deinde Daci Scytica Gens, poſtea Sarmatæ: deinde Gothi, mox Hunni; demum tum Saxones, tum Hungari. Ripenſis conſtabat olim Hungariâ, & Walachiâ. Alpeſtris Moldaviâ, & Tranſſylvaniâ. Iam partiuntur Hungari, Tranſſylvani, Walachi.

Hungaria. Vvalachia. Moldavia. Feraciſſima.

Regio in totum feraciſſima, vnde in nũmo Trajani victoris, Ceres erectæ dextra tenens Amaltheam, lævâ tabellam cum hac Epigraphe; *Abundantia Daciæ*. Quin & auri copia puriſſimi, id quod indicat numi parte vna, C. Cato. altera, *Aur. Pur.*

Prima Dacia. Secunda. Tertia. Vaivoda.

In I. Daciâ vrbes celebriores *Buda*, Bozonium, *Belgradum*, Alba-Græca, Comora, Singidunum, Alba-Regalis, &c. In II. Daciâ, poſt victoriam Trajani, Vlpia-Trajana, jam Tranſylvaniæ, & Septem-Caſtrenſis. III. Dacia major Moldaviam, Minor Walachiam complectitur. Caput & ſedes Vaivodæ (quo nomine Principem ſuum vocant) eſt Targouiſko.

Ruſſi, Alba, & Nigra. Moſcovia.

Hinc verſus Tanaïm, Oceanumque Atlanticum, ſpatio longitudinis milliarium 380. Latitudinis ccc. porrigitur Russia; Alba, & Nigra: aliàs, Roxolania, Moſcovia, Ruthenia, & Podolia. Caput Moſcovia, vrbs ſupra fidem ampla, licet domus paſſim ligneæ: Templum verò inſigne, nec-non Sanctæ Sophiæ Bizantinæ æmulum.

Religio. Anni computum. Mores.

Religio Moſcovitis Græcorum erroribus implexa; ſub Archiepiſcopis Roſtonienſi & Novogradienſi, Octo habet Epiſcopos, quos è Monachis Baſilianis paſſim ſeligunt. Anni computum incipiunt ab Orbe condito, initium à menſe Septembri. Inviſum apud eos Règis nomen. Ideò *Ducem* appellant, qui illis revera loco Numinis eſt. Adeò in Vxores durum imperium, vt Maritorum benevolentiam ex verberum numero olim æſtimarent. Non alius exquirendæ veritatis cruciatus, quàm deſuper gelidæ aquæ affuſio. Sola vxor luget virum. Omnis color in vſu, præter nigrum. Gens ſervitutis patiens, nec invita; cùm multi ex Nobilibus ſeipſos & vxores vendant, vt majori aut otio, aut voluptate perfruantur. Regio fertiliſſima, adeò vt ſingulis tantùm trien-

nijs ſolum movere neceſſe ſit. Montes paſſim mellei. In ſylva Vvolkonienſi fons Boriſthenis, cujus aquâ beſtiæ omnes albeſcere perhibent. Moldaviæ, Podoliæ, Ruſſiæque partem maximam, quæ in Aſiam exporrigitur, & à Ponto Euxino terminatur in Septentrionem, occupant *Tartari*; qui vetuſtioribus, *Scythæ-Europæi* nuncupantur. GEOGRAPH. Tartari.

AD meridiem paululùm verſus Occidentem deflectendo, occurrit TAVRICA CHERSONESVS, ſive Gazara: ab alijs Tartaria Minor, ſive Europæa, ſive Precopenſium Tartarorum Regnum; Ptolemæo *Scytharum* Regio, Plinio Taurorum. Ampla eſt & Peninſula, à Ponto Euxino & Mæotide Palude, vſque ad Boſphorum Cymmerium. Hanc incolunt Tartari, qui in clientelam à Turcis redacti, ſolo Pro-rege vtuntur. Mahumeticam diſciplinam colunt. Principes ſuos Deorum loco habent. Iudices pro lege Mahumetanâ, apud eos delegantur. Taurica Cherſoneſus. Mores.

Ex his porro Septentrionalibus Regionibus, complures olim complectebatur SARMATIA-EVROPÆA. Ejus limites fuere ab Occidente Viſtula amnis, Suevicum mare, Fijnnicus ſinus: à Septentrione, Oceanus Sarmaticus: ab ortu, ijdem limites qui Europæ; à meridie Mæotis Palus, Pontus, Iſter, & Patiſſus, necnon Carpatici montes; vbi in cuneum inter Patiſſum, Iſtrumque procedit. Hanc incoluere Sarmatæ, à Græcis Saromatæ, à Mela Riphæi; vivendi ratione, Scythis & Parthis ſimillimi. [Pars Mundi, Plinio appellatur, dammata à natura rerum, & denſa merſa caligine: neque in aliud quàm rigoris opera, gelidiquæ aquilonis conceptacula.] Sarmatia Europæ, Termini. *Libr. 4. c. 12.*

SCYTHIA-EVROPÆA, non minoris quàm ſuperior amplitudinis, Terminata à meridie, Iſtro ad Pontum: ab ortu Tanaï, & Ponto-Euxino: ab occaſu, Patiſſo flumine; à Septentrione lineâ à Patiſſi fontibus per Mæotidem paludem in Lituania, ad Boriſthenis fontes, & ab his ad Tanaïm. Eam incoluere *Scythæ*, varijs nominibus donati; ex diverſis, in qua partita eſt Scythia, Nationibus. Scythia Europæa. Termini. Scythæ.

OCIVS luſtrato Orbe magis Septentrionali, ad partes Europæ notas magis, quia magis vicinas dum progredimur; ſtatim occurrit ampliſſima, vetuſtiſſimaque Regio *Germania*.

GERMANIA



Coſmolog. Titulus XIX

Germaniæ deſcriptio.

Limites.

A Gallis olim Rheno fluvio, à Rethis & Pannonibus Danubio: à Sarmatis, Daciſque mutuo metu, & montibus ſeparata; cætera Oceano ambiente. Hinc verò extenſa ab occaſu, quà Rhenus eſt, vſque ad Picardiam & Burgundiam: à meridie vltra Danubium ad Alpes vſque, accerſitis etiam Helvetijs: ab ortu Viſtulâ Pruſſæos continet, Septentrionalis limes eſt Oceanus. Subeſt VI. VII. & VIII. Climatibus. Longa à XXIV. ad LV. Lata à XLVI. ad LV.

Varia nomina.

Habitata primùm ab Acenero vel Togarinato primo, tertio-ve Gomeri filio, Iapeti primogenito. Deinde ab Alemannis, & Teutonibus. Vnde dicta priùs Teutonia, à Tuiſtone Noëmi filio. Vel certè à Theut, vel Thut, quo nomine vocabant ſupremum Deum. Modò Alemannia, à Manno Tuiſconis filio, qui Gentis autores fuere. Ab his [Ingerones, Herminones, Iſtærones, &c. Nam Germaniæ vocabulum recens, & nuper additum]

Tacit. libr. de morib. Ger.

Mores Priſci. Bellum.

Priſcis *moribus*, inituri prælium, ſacrum hymnum Herculi canebant: gravi, & ad horrorem compoſito ſonitu, pugnam committebant; nudi, aut certè brevi ſagulo induti. Scutum in pugna amiſiſſe, flagitium erat & dedecus vltimum; cujus mulcta ſacris, & publico conſilio interdictio erat. Bellatores eximij. Vnde Livius, [nemo Germanis bellum intulit impunè.] & Seneca, [Romanis pax eſt vſque ad Germanos.] Deorum ſimulacra geſtabant, ad animorum concitationem. Liberi, mulieres, parentes ad pugnam pergebant; non milites, ſed teſtes & exhortatores.

Iuſtitia.

In noxios animadvertere, ſolis Sacerdotibus fas erat; quod non vi & autoritate, ſed divinitùs flegitia coërcere credebantur.

Religio.

Mercurio humanas olim hoſtias immolabant. Noctium, non dierum numerum computabant. Non vxori vir, ſed viro vxor dotem parabat. Ex fluviorum verticibus & circumvolutionibus, futura prædicebant.

Imperij ſedes.

Ingens ea Regio modò *Occidui Imperij* ſedes, Principem habet Imperatorem; non tamen plenâ omninò, ſed certâ & caſtigatâ potentiâ. Includit verò

Imperii Tria membra:
- *Electores VII.*
- *Principes*, plures.
- *Civitates Liberas*, & *Anſeaticas.*

Electores VII.:
- *Archiepiſcopus Moguntinus*, Archi-Cancellarius per Germaniam.
- *Archiepiſcopus Trevirenſis*, Archi-Cancellarius per Galliam & Arelatenſe Regnum.
- *Archiepiſcopus Colonienſis*, Archi-Cancellarius per Italiam.
- *Rex Bohemiæ*, Archi-Pincerna.
- *Comes Palatinus*, Archi Dapifer.
- *Dux Saxoniæ*, Archi Mareſchallus.
- *Marchio Brandeburgenſis*, Archi-Camerarius.
- Adjunctus & octavus; *Palatinus Rheni*, reſtitutus in Cœtu Monaſterienſi.

Circuli decem.

Totum ejuſmodi Imperium diviſum eſt in decem Partes, quas vocant *Circulos.* Tota verò Germania.

DISTRIBVITVR IN	*Superiorem,* Et *Inferiorem.*	VEL IN	*I. Danubij,* *II. Rheni,* *III. Eridani, ſeu Viſtulæ.*	GEOGRAPH. Diviſio.

DANVBIO, ſeu Dravo, circumjacent, AVSTRIA olim Paononia ſuperior ſeu Norica; cui ad ortum Hungaria, ad occaſum. Bavaria: ad meridiem Styriæ montes, ad Septentrionem Tevim flumen & *Moravia* Superior ac Inferior, Carinthia, Carnia, Styria Superior & Inferior: Saliſburgenſis Archi-Epiſcopatus, olim Iuvanium, aut Invantium ad fluviùm Iuvantiam, Bavariam inter & Auſtriam in Alpium meditullio.

Auſtria, &c. Moravia. Corinthia. Saliſburgum.

Vrbs primaria *Vienna*, dudum culta à Sarmatis. Widebona, ſeu Iuliobona: etiam Fabiana, nec non Vnidomana primitùs appellata. Propugnaculum ea modò eſt adverſus Ottomanorum tyrannidem. Floret nihilominus inſigni Academia, io qua Ioaones Haſelbachus *Iſaiæ* explicationem orſus, vno & viginti annis vix in primi capitis finem devenit. Librum autem ſuum Lumen Animæ vocaverat. Hîc olim ſuſpenſum *furem*, tertio die examinabant.

Vienna. Commentarius in Iſa. Latrocinium.

Conſequitur ad Danubij fluenta, BAVARIA Ioſerior ſeu Vindelicia, à Bavaribus Hummorum reliquijs, Bojaria à Boijs Gallis. Habet in Oriente Auſtriam, ob occaſu Sueviam, à meridie Alpes Rheticas, à Septentrione Franconiam. Hoc in Ducatu *Vrbes* præcipuæ Monachium, ad ripam Iſaræ. Ingolſtadium ſeu Angeloſtadium, ad Danubium. Ratisbona, ad Danubium; à Claudio Tiberio Imperatore, qui eam condidit, dicta Tiberiana, vel Auguſta Tiberij. Patavium ſeu Patavia, Paſſavium, Ptolemæi Bojodurum.

Bavaria. Limites.

Hinc ad Alpes, recedit Bavariæ Superioris *Palatinatus*, olim Bavaria Trans-Danubiana; Nariſcorum ora ſive Moricum, hodiè Nortgovia; id eſt terra ſeu plaga Septentrionalis, ab Oriente verſus Pannoniam extenſa. Princeps Bavariæ, à Ruſticis quodam in agro lapidi inſideotibus, ditionem accipit, indutus ruſticis veſtibus. Is verò honos *Ruſticis* defertur, quod primi fidem Chriſtianam profeſſi fuerint. Huic adjacet *Vvolſlandia*, cujus Metropolis *Nuremberga*, ad amnem pegnitium in Germaniæ, imò in Europæ vmbilico.

Palatinatus Bavariæ. Rex à Ruſticis Chriſtianis.

In eo quoque tractu, à Danubio verſus Apenninos, & à Rheno ad Tirolum contermina eſt Rhetia, Sueviaque, vbi jam *Griſones*. Quibus verſus hinc Auſtriam, inde Berniam affinis eſt Moravia, olim *Marcomannia*; vbi thus & myrrha legitur, olerum inſtar. Myrrha quidem vno ſolùm in loco, cui Gradiſco nomen: repertumque illic ſemel corpus humanum, quod nihil niſi myrrha erat.

Griſones. Moravia. Myrrha.

Vicina eſt verſus Alemaniam, vltra Danubium, AVSTRIA INFERIOR, cui metropolis Krems. BOEMIA, vel Boiemia: Straboni Bubiemium, Tacito Boiemum, Paterculo Boiohemum. Sylvâ Herciniâ, tanquam nativo muro cingitur, argenti feraciſſima. Primaria vrbs *Praga*. Iam verò à Bavaria in Rhenum protenditur *Vvirtembergiæ* Ducatus, quæ propriè *Alemannia* eſt; cujus vrbes præcipuæ Stutgardia, Tubinga, Rhotemburgum, &c.

Auſtria Inferior. Boëmia. Praga. Vvitembergia. Alemannia.

Palatinatus Rheni, olim Majorum domus, Franconiæ quondam pars; vrbes habet præcipuas Heidelbergam, à Myrthi copiâ Myrtiletum: Ladenburgum, &c. Inter Elſatiam & Palatinatum, jacet *Marchionatus Badenſis*. Ab occaſu Rheno contigua eſt *Franconia*, Francia nimirum Orientalis; à qua Gentem & nomen quaſi immunitatis à vectigalibus pollens, noſtra *Francia* deduxit. Sueviæ & Bavariæ à Meridie finitima, ab occaſu Rheno continua: ab ortu Bohemos, à Septentriooe Turingos & Haſſos habet. Ducatus caput Erepipolis, aliàs Herbipolis: Macropolis, Artaunum; Wirceburgum à dulci muſto, ad Mœni fluenta.

Palatinatus Rheni. Marchionatus Badenſis. Franconia.

Hîc *Epiſcopus* inaugurandus, ducitur primùm in domum Servatoris. Illic nudatis capite & pedibus, griſeâ, vilique tunicâ indutus, funeque præcinctus accedit ad Epiſcopi cujuſdam ſtatuam: ibique ſeriò admonetur vt talem ſe gerat, qualis ille fuit; qui ex humili abjectoque ſcholaſtico electus, Epiſcopatum optimè gubernavit. Mortuus verò ſepelitur cum pedo & gladio, quo

Epiſcopi inauguratio.

COSMOLOG.

etiam diſtricto ſacris operatur, cum is ſit totius Franconiæ Dux. Cæteræ *vrbes* Bamberga, Ptolemæo Granionarum ſeu Pavonis mons. Francofurtum, ad Mœnum. Moguntia, Ptolemæo Neomagum Mentz, in qua Imperatores eliguntur.

Saxonia Inferior,

Inter Albim & Wiſurgim ad mare vſque, intercipiuntur SAXONIA INFERIOR. Olim totius Germaniæ regio ampliſſima, ſita inter Albim & Rhenum, mare Germanicum & Eidoram fluvium vſque ad Haſſiæ & Turingiæ confinia. Quare complexu ſuo continebat Weſtphaliam, Marchiam veterem, Miſniam, Luſatiam, Mansfeldiam. Ante Caroli Magni adventum, duodecim Principes illam mutatis vicibus adminiſtrabant.

Vrbes,

Vrbes præcipuæ Magdeburgum, & Hala ad Salam, vbi ſalis fontes. In ea ſunt Anhaltinus Principatus, Ducatus Lunem-burgenſis in quo Luneburgum. Ducatus Megalopenſis, vulgò Mechelburg; vbi Roſtochium, Wiſmaria, &c.

Ducatus Brunſvicenſis,

DVCATVS BRVNSVICENSIS, inter Magdeburgenſes & Halberſtadienſes, ab Hercinia ſylva ad Albim vſque pertinens. Nomen ducit ab vrbe primaria Brunſvicum, Brunopolis, & Tubiſurgium ad Onacram, formâ quadratâ; cujus in Curiæ foribus hæc leguntur.

Lites.

In controverſijs cauſarum capitales inimicitiæ oriuntur, multa crimina deinde conſequuntur: & ſi obtinent, computatis laboribus & expenſis, nihil acquirunt. Illic Halberſtadium, Mansfeldium, &c.

Epiſcopatus Magdeburgenſis.

Verſus Orientem ſubjacet *Epiſcopatus Magdeburgenſis*, celeberrimus inter decem, quos in Saxonia inſtituit Carolus Magnus. Vrbs primaria Magdeburgum, olim Partheno, ſeu Virgino-polis. Bruſvicenſi obverſa eſt ad Septentrionem

Haſſia,

Haſſia, Cattis quondam inhabitata, nunc Lantgraviatus titulo inſignis

Turingia.
Saxonia Superior,

TVRINGIA, olim Regnum, nunc variè diviſum, Lantgraviatuſque titulo gaudens. Rheno ſimulque Viſtulæ, ſeu Eridano, alluitur *Saxoniæ* Superioris Ducatus; Habens Haſſiam ab occidente, à meridie Turingiam ac Miſniam; cujus metropolis Vuitemberga, ad Albim. Ptolemæo Calægia, vbi miraculum de probatione per *ignitum ferrum*.

Probatio per ferrum ignitum.
Miſnia.
Luſatia.
Brandeburgum
Silesia.
Pomerania,

Ac illius quidem regio eſt ad Septentrionem inter Salam & Albim, ad meridiem verò occurrit *Miſnia*, argenti ferax, Hermandurorum ſedes. Verſus Boëmiæ montes *Luſatia* Superior, & Inferior, cum Marchionatu *Brande-Burgico*; cui vicina *Sileſia*, verſus Mare Balticum ad Holſatiæ fines Pomerania, olim Coiania, ſeu Polonia Major. Et verò *Pomeraniam* à Septentrione, ſicuti Maſſoviam & Lituaniam ab Oriente. Ruſſiam & Hungariæ montes à Meridie, ab occaſu demum Sileſianos & Moraviam reſpicit.

Polonia,

POLONIA Major, & Minor. Olim Regnum Lechitarum, vaſta nimirum terræ moles ſic à planicie vocitata. Hanc Sileſia reſpicit ad ortum & Septentrionem, ſicut habet à meridie Moraviam, Bohemiam ab Occidente. Regno caput eſt Vratiſlavia, Ptolemæo Budorchis; cujus Antiſtites, ob divitias,

Epiſcopi aurei.
Turris inſcriptio,

Epiſcopi aurei appellati. Turris Templi Sanctæ Eliſabetæ inſcriptio, *mirabilis in altis Dominus.* Habet Polonia Archiepiſcopatus tres; Girenſem; Lopolenſem, & Rigenſem. Epiſcopatus ſex ſupra decem; Academias Cracovienſem, & Regiomontanam.

Alſatia,

Quà ſol oritur, ab Helvetia Rheni fluentis diſterminatur ALSATIA Superior, & Inferior. Cella nimirum penuaria totius Germaniæ, ſedes olim Tribocorum, Francorumque. Ad Orientem Helvetiam habet, ad occaſum Lotharingiam: ad meridiem Burgundiam, ad Septentrionem Ducatum Wirtembergenſem, Gallias occidua extremitate attingit.

Sungonia.

Sungonia, cum Comitatu Pfirtenſi; vbi Befortium. Sungoiæ adhæret ad occaſum, Comitatus Montis-Beligardi. Hinc ſecundûm Rheni aſcenſum excurrit, Baſileam verſus,

Briſgovia.
Briſacum.

Briſgovia, id eſt pagus laudabilis; cui metropolis *Briſacum*, itemque vrbs magnifica Friburgum.

Helvetia.
Limites.

Et hic occurrit HELVETIA ſita inter montem Iuram, lacum Lemanum, Italiam & Rhenum. Habet ad ortum Tirolenſem Comitatum, ad auſtrum Alpes Cottias, Lombardiam & Pedemontium: ad occaſum Sabaudiam, & Burgundiam; Rhenum verò, ad Septentrionem. Olim Vitorum, Quadorumque, nunc Fœderatorum terra. Scinditur in quattuor omninò Partes,

quas

quas ipſi *Gova* vocant, id eſt regio ſeu pagus. Aliquando ſub ditione Germanica, quam à ſe excuſſerunt, liberè modò agentes Leopoldo duce in prælio cæſò anno circiter M D V I I I. *Reipublicæ*, cujus anarchica eſt adminiſtratio GEOGRAPH. Reipublicæ partes tres.

PARTES TRES { *Pagorum*, *Confœderatorum*, *Præfecturarum*.

EMINENT inter *Cantones* Tigurum, Baſilea, Aventicum, Berna, Loſanna, Novidunum: Feriburgum, Lucerna, *Suitia*, quæ Genti nomen dedit, quia prima rebellavit, Glarona. Hîc in vicino monte fracto *Lacus Pilati*, quem peregrinis nefas eſt adire; ne quid in aquam proijcientes, horrendas tempeſtates concitent. Cantones. Lacus Pilati,

Secunda Pars eſt *Confœderatorum*, ſcilicet Abbas & oppidum ſancti-Galli: Rhetôrum Populus, vulgò *les Griſons*, ſeu *la Ligue Griſe*; Curienſes, quorum ſocietas domus-Dei vocatur. Societas ſeptem Iudiciorum, quæ licet cum Helvetijs fœdus non inierit; ijs tamen fidem præſtat, quia alijs duobus vincta eſt. Sedunnm in qua Sedunenſes, olim Veragri, Valeſia tota. Geneva ad oſtium Lemani lacus, à Lemano patre Alemanorum; primum à Iuniperis, Genevra vocata: deinde Aurelia, ab Imperatore qui eam reſtauravit, & Heliogabalis anagrammaticè, *Vengée*. Rhetis annumeratur cincta montibus *Valtelina*: contermina Valli-Chia-vennenſi, Mediolanenſi agro. Confœderati, Griſones. Geneba, Valtelina,

Tertia Pars *Præfecturæ*, armis aut ſpontanea deditione conquiſitæ, cum liberis aliquot Provincijs; quæ ſunt quattuor nimirum Perfecturæ, ex dono Maximiliani Sfortiæ Ducis Mediolanenſis. 3. Præfecturæ.

OFFERT ſe jam, veluti Draconis Europæi caput, *Hiſpania*.

HISPANIÆ REGNVM



COSMOLOG.

TITVLVS XX.

Hiſpania Regna varia.

Nomina varia. Limites. Menſuræ. Diviſio vetus.

QVÆ, niſi Pyrenæorum clauſtra tranſitum maris arcerent, Inſula eſſet; Bubulo corio expanſo, à Strabone, aſſimilata. Dicta antiquitùs Iberia; ab Ibero fluvio: Celtiberia, quod eam Celtæ incoluerint. A Græcis Heſperia, quod ipſis ſit occidua. Iam Hiſpania ab Hiſpali, quæ hodiè Sevila eſt.

Quà oriens eſt, & meridies; terminos habet mare internum, fretum-Gaditanum, & Oceanum Atlanticum. A Septentrione Pyrenæis jugis & Oceano Cantabrico à Gallia ſummovetur. Ab occaſu, eodem Oceano ſemi-cingitur. Longa eſt à gradu XII. ad XXI. milliarijs hiſpanicis ducentis. Lata à XXXV. ad XLIII. milliarijs centum quinquaginta. *Diviſa* à Romanis in Citeriorem, & Vlteriorem. Mox in Bæticam, Luſitanicam, & Tarraconenſem. Olim Carthaginenſibus, & Romanis. Subinde Vvandalis, Alanis, Gothis & Sarracenis, Mauris ſeu Arabibus præda facta. Tandem recuperata eſt an. MCCCC. LXXXIV. virtute Ferdinandi Regis Arragoniæ, à quo & *Catholici* cognomen in poſteros derivatum. Sic vt jam totum illius Imperium, avulſis ſcilicet ab aliquot annis Portugallià & Catalonià, duæ Caſtellæ.

(Catholici cognomen.)

Nova duplex.

PARTIANTVR { Vetus, Et Nova.

{ *Andaluſia, Murcia, Grenada.*
Biſcaya, Navarra.
Gallæcia, Eſtramadura. }

{ Arragonia ipſa,
Valentia,
Inſulæ Baleares { Majorica, & Minorica. }

AD hæc ergo cùm referri debeat, quicquid Rex habebat retrò ampliſſimæ ditionis; occurrit imprimis LVSITANIA, jam *Portugallia* à portu Gallorum. Haoc cum Tireſiâ filiâ nothâ Alphonſi VI. Caſtellæ Regis, in dotem accepit *Henricus Lotharingiæ Comes*, ob navatam egregiè operam in Maurorum expulſione. Hujus filius Regibus Mauris quinque vno prælio fuſis in agro Orichienſi, primus cum ſtemmate quinque ſcutorum, Portugalliæ Rex creatus eſt initio ſæculi duodecimi. Metropolis illi eſt Vlisbona, ab Vliſſe conditore, vulgò Liſboa, Gallis *Lisbone*. Vicinæ Ebora, ſeu Ebura, & Pax-Iulia: Conimbria, Braga à Gallis Braccatis condita. Verùm totam Luſitaniam, jurè ſucceſſionis legitimæ, poſtliminio vendicavit nuper Ioannes IV.

(Portugallia. Liſbones.)

Algabria, id eſt campus felix, vel Regio occidua. *Granata* nomen eſt Regionis, & Vrbis. Eſtramadura; *Gallæcia* clauſa Oceano, fluvijſque Aniâ & Duero. Vrbs præcipua *Compoſtella*, inſignis memoriâ D. Iacobi, & inſtitutione Ordinis Equitum ab Alphonſo IX. devicto Miramolino Maurorum principe. Nunc verò Provinciæ XIV. Hiſpanicum Solum propriè dividunt. Nempe BÆTICA, ſeu Bæturia. Sub quâ *Andaluſia* olim Vvandalia, ſub faucibus freti Gaditani; oſtium ferè maris Mediterranei, qua parte *Mauri* irrumpentes ex Africa anno DCCXX. duce Muzamiſſo, evocante Comite Iuliano, ob ſtuprum filiæ ſuæ à Roderico XXV. Gothorum Rege illarum, Hiſpanias omnes, præter Aſtures, occuparunt biennio; occiſis vtrimquè, ſeptingentis hominum millibus. Regni metropolis Hiſpalis ad Bætim. Olim, referente Iſidoro, Iulia-Romana, nunc *Sevilla*. Subſunt Palantium, Corduba, Medina, S. Lucar de Barrameda.

(Algabria. Provinciæ 14. Bætica. Maurorum irruptio.)


LEGIO, cui nomen à ſeptima Legione Germanica, ibi ſtativâ ſub Nerva Imperatore. Metropolis ejuſdem nominis, hodie Leon, olim Sublancia.

Adiacent verſus occidentem *Aſtures* quorum vrbs præcipua Oviedo. Haud procul vetus Caſtilia eſt, melius *Caſtella* à Caſtello quod Pelagius Rex inibi contra Mauros extruxit. Olim Bardulia; cui metropolis Burgenſis civitas, *Burgos*, fortè Branum Ptolemæi. Hinc verò & inde Valliſoletum, Salmantica, Placentia, Abula, Segobia, Numantia Romanâ olim obſidione famoſa. *Novæ Caſtellæ* metropolis eſt Toletum, ferè in meditullio totius Hiſpaniæ; olim Serezola, & Colonia Toletana. Adjacent Madritum, Complutum, Saguntum, Caſtra-Cæcilia, hodiè Alcantara. GEOGRAPH. Aſtures. Caſtella.

Quà porro Septentrionalis plaga eſt, reperitur MVRCIA. Cujus ab occaſu jacet *Granata*, à Septentrione *Valencia*; cætera claudit mare Mediterraneum. Murciæ Metropolis vrbs ſynonima, & pro ſtemmate ſeptem coronæ. Ratio ex eo quod ſola exceperit Alphonſum x. qui Imperij molem averſatus, cùm in regnum ſuum ſe recipere meditaretur, ab ingrato filio Sanxio expulſus fuerat. *Valentia & Arragonia* excurrunt ad Pyrenæos; vbi & *Cataloniæ* Metropolis Barcelona, cum Tarracona, Girona, Lerida, Roſa, Monsferratus, &c. Tota Regio in libertatem ſe ipſa nupèr aſſeruit, ſub clientela Francorum Regis. Murcia. Valentia. Arragonia. Catalonia.

Navarræ caput Pompeiopolis, ſeu Pampelona. Biſcayæ, olim Baſtuliæ, *Bilbao*, quaſi bellum vadum. Guipuſcoæ Tola, ſeu Toloſetta; vbi Fuentarabia, & Fanum S. Sebaſtiani, Populique Iuſtino Chalibes appellati. Cæterum *Archiepiſcopatus* in Hiſpania XII. Epiſcopatus LV. *Academiæ* illuſtres Salmanticenſis, Complutenſis, Conimbricenſis. Navarra. Biſcaya. Guipuſcoa. Epiſcopatus. Academiæ.

Vbi porro infra Pyrenæos deſinit Hiſpania, ibi feliciſſima omnium exoritur *Gallia*.



COSMOLOGIÆ
TITVLVS XXI.
Galliæ Monarchia.
Nomen.
Celtæ
Limites.

NOMEN illi inditum à γάλα, id eſt lacte; ob colorem album, montibus & ventis ſolis ardorem excludentibus: vel à Galata, Herculis filiâ. Hodiè *Francia*, à Francis Germaniæ ad Rhenum Populis. Gallos Græci Celtas vocant, & Galatas; quin & Ioſephus Gomeritas, Latini Sicambros.

GALLIÆ fines olim latiſſimi intra Oceanum, Pyrenæos montes, Alpeſque concluſi. Nunc ſic jacet. Circuitus eſt ſupra viginti mille milliarium. Longitudo ab extima Inſula Britanniæ, ad vſque Varum flumen Italiæ terminum, milliarium gallicorum circiter trecentis. Latitudo à Pyrenæis radicibus in Bearnia, ad extremam Picardiam, plus ducentis. Ad Septentrionem habet Germaniam inferiorem, lineâ ductâ à Caletibus ad Argentoratum: ab occidente vaſto pulſatur Oceano, ad meridiem reſpicit Hiſpanos, ac mare Mediterraneum: ab ortu demum Alpibus ſeparatur ab Italiâ, Iurâ ab Helvetijs, Rheno à Germanis. Subjacet tota ſexto, ſeptimoque climatibus, nec non parti quinti & octavi; inter gradus latitudinis XLI. & LII. longitudinis autem XX. & XXXIX.

Diviſio vetus.
Ciſalpina, Togata.
Braccata Narbonenſis.

DIVISA OLIM IN GALLIAM
- *Ciſalpinam*,
- Et
- *Tranſalpinam*, Rurſus in
  - *Togatam*, *quæ Ciſalpina.*
  - *Braccatam*, *quæ Narbonenſis.*
  - *Comatam*, *quæ reliqua.*

TOGATA vltra Montes modò Lombardia eſt. *Narbonenſis* claudebatur mari Mediterraneo, Varo flumine, Alpiumque jugis, Pyrenæis, Gebenna monte, Garumna & Rhodano: Hodiè continetur his terminis Linguadocum, Sabaudia, Delphinatus ac Provincia.

Comata.

COMATA SVBDIVIDEBATVR IN
- *Aquitanicam*,
- *Celticam*,
- *Belgicam*.

Aquitanica.
Celtica.

AQVITANICA intra Ligerim, Gebennam, Pyrenæos & Oceanum; complectens Vaſcones, Alvernos, Bituriges, Santones & Pictavos. Celtica ſeu *Lugdunenſis* amplectebatur Minorem Britanniam, Andegavos, Turonenſes, Cœnomanos, Caturcos, Belſiam, Normaniam, Franciam, Pariſinum, Campaniam, Burgundos, Seguſianos, ac Lugdunenſes. *Belgica* clauſa Rheno, Rhodanoque, Matronâ, ac Sequanâ fluminibus, Oceanoque Britannico.

SED ENIM præterquàm quod hæc in Autoribus nimis quàm obſcura, Clodovæus v. devicto Gunebaldo Rege Burgundiæ, Gothiſque, qui eam Romanis eripuerant, anno CCCC ejectis, Galliam partitus eſt, filijſque diviſit in Quattuor

Quattuor Regna.

REGNA
- *Pariſiorum*,
- *Sueſſionum*,
- *Burgundiæ*, *ſeu Aureliani*,
- *Metenſe*, *ſeu Auſtraſia*.

Donec modò avulſis, modò reſtitutis varijs partibus; tandem ſub vnius Imperium, eo quo jam eſt modo, felieiſſimè conceſſit. Latiorem tamen, ideoque *quadruplicem* conſtituet inſtituti ratio. Ita nimirum vt ſit,

GALLIA { *Belgica, Celtica:*
Aquitanica, Narbonenſis.

GEOGRAPH.

EIVS itaque Regiones jam in Patriæ gratiam, paulò fuſiori ſtilo luſtrandæ obveniunt. Ac primo quidem loco facilioris methodi gratiâ, ſub Gallia Belgica meo calculo comprehenduntur, reſervatæ ſupra INFERIORIS, quam jam vocant, GERMANIÆ Regiones variæ.

Gallia Belgica.

OCCVRRIT ante omnes Weſtphalia vetus Theutonum ſedes. Cujus Metropolis Monaſterium, Ptolemæo Mediolanum, Indigenis *Munſter* ab inſigni ibidem Monaſterio; vbi orti Catabaptiſtæ, ſive Retinctores ann. MDXXXIII. autore Ioanne Bukholdo ſarcinatore. Ibidem Diœceſis Bremenſis, Comitatus Marchiæ, *Colonia* Vbiorum ſeu Agrippina; Clivia, Geldria, Batavia Superior & Inferior, Tranſiſalania, Ducatus Iulienſis, Comitatus Murcenſis: Aquiſgranum, Lodium vetus Eburonum Auguſta; Waldecenſis Comitatus, Luzenburgum, Trevirenſis Provincia, & circum Moguntium, Wormantia, Spira.

Vveſtphalia, &c.

His vicina eſt LOTHARINGIA, quæ priùs Auſtraſia, à Lothario, Ludovici Imperatoris & Francorum Regis filio. Superior æquè & Inferior olim comprehenſa inter Rhenum, Schaldim, Moſamque flumina. Habet ad ortum Alſatiam, & quæ ſpeciali nomine Weſtria, corruptoque vocabulo Neuſtria: à Meridie Burgundiam, ab Occaſu Campaniam, à Trionibus Arduennam ſylvam cum Lucemburgijs & Treviris; cæteriſque conregionalibus, quæ quondam partes erant Lotharingiæ.

Lotharingia.

Reges olim in ea perpauci, mox *Duces*. Quos inter *Godofridus Bullionæus* vſque ad Fridericum Comitem Vadimontium autorem ſtirpis Ducum. Verùm à Rege Franciæ Ludovico XIII. armis, Coronæ iterum annexa eſt.

Reges & Duces.

Septentrionalem habitarunt *Mediomatrices*, quorum metropolis Divodurum: & Luci, quorum Metropolis Tullum. Hodierni Imperij caput *Nanceium*, duos inter montes ad Murtæ ripam egregiè munitum: diviſumque in veterem vrbem, & novam. Oppida inſigniora San-Nicolaus, Muſſipons, Viridunum, &c.

Ex alterâ verò parte Moſam tranſvadantibus, occurrunt in Comitatu *Namurcenſi*, Namurcum, Bovinæ, Carolo-montium. Succedit *Hannonia* Nerviorum olim ſedes, vbi modo Montes, Valencenæ, Tornacum, Anenæ. In *Brabantiæ* Ducatu Lovanium, Bruxellæ, Antuerpia: Sylva Ducis, Mechlinia, Breda, Ducatus Limburgenſis.

Namurcum. Hannonia.

Brabantia.

A Meridie Hollandia, olim Batavia; cui nomen à ligno aut fœno paluſtris & vdoſæ regionis. Colonia olim Danorum, Gothorumque; cui & ſuos Reges tribuit Suetonius. Sed à Carolo Calvo Francorum Rege redacta in Comitatum, anno. DCCCLXIII. Ejus adminiſtratio tota eſt modò, penes Generalia totius Prouinciæ Comitia. In Septentrionali ſimul & Auſtrali, vrbes commercio celebres; Drodracum, Harlemum, Roterodamum, Leida ſeu Lugdunum: Haga, Vltraiectum; Delphi, vbi in vicino pagò epigraphe *Margaritæ* Comitiſſæ, quæ ipſo die Parſceves anno MCCCLXV. tot vno partu effudit liberos, quot in anno dies. Vicina eſt Zelandia, cum Walachria, Scaldia, alijſque pluribus Inſulis.

Batavia.

In Calig. c. 44.

Tot liberi, quot in anno dies.

Zelandia.

Objacet FLANDRIA totius Europæ Comitatus illuſtriſſimus, cujus caput eſt *Gandavum*, olim Gordunum; quod conditum ferunt à Iulio Cæſare, cùm in Morinis ageret. Poſtea à Wandalis dicta eſt Vanda, vnde fortè Wallones appellati, poſtremò Ganda. Quattuor beatur fluminibus, Eccleſijs ſexaginta, Abbatijs quinque: & domo Caroli v. natalitiâ, quæ *Leones* exinde perpetuò alit. Accenſentur Brugæ, Ypra, Seluſa: Oſtenda, Neoportus, Inſula. Dunkerka; Tornàcum, Duacum, Cortracum.

Flandria. Gandavum.

His limitanea eſt ARTESIA, ſedes olim Atrebatum & Ambianorum; cujus caput *Attrebatum*, ad Scarpam; vbi memorant ex Divo Hyeronimo, *Manna* ſua ætate pluiſſe, quod hodie aſſervatur. Adjacent fanum S. Audomari, Be-

Arteſia. Attrebatum.

COSMOLOG.

thunia, Bapalma, Aria, &c. Ac in tractu eodem, Cameracenſis Ducatus, Comitatus S. Pauli, & Teroana.

Sic ſe habent cum Rheni adjacentibus, partes Inferioris Germaniæ, vernaculis Nederlant, Gallis *le Pays-bas* quij juxta Mare; vel à præcipuo Comitatu, la *Flandre*; latino vſu Belgium.

Hinc emergit dicta modo propriè *Francia*.

TITVLVS XXII. *Gallo-Franciæ Regnum.* Picardia.

FRANCIA.

In ea Provinciæ & vrbes celeberrimæ. In Picardia, Ambianum olim Samarobrina: Corbia, Laudunum, Perona, Comitatus Veromanduorum, Fanum Sancti Quintini, Augusta Sueſſonum, Ager Tartenorum, Roya, Rhetelium, Sedanum, Mouſonium, Mezeriæ, Carolopolis, Guiſa, Compendium; Comitatus Boloniæ, Ditio Guinenſis, Caleſium, Teroana Morinorum.

Francia. In Gallia Celtica, quæ modò Francia, in Tractu Pariſino,

Exoritur tandem locus altera Regia Phœbi
Parrhiſij, Cyrrhæa Viris, Chryſæa Metallis.



Lutetiæ Pariſior.

Lvtetia eſt Parisiorvm diviſa in Villam, Inſulam & Vniverſitatem; de qua nihil ſcribo, quia omnia videoda. Solum moneo vulgò Lutetiam dictam à luto,, quo ſemper abundat propter vicinas paludes, quarum & Cæſar memioit, vel à gipſi fodinis albicantibus. Pariſium verò vel vt fabulantur nonnulli, in Paridis Trojani memoriam, vel forte veroſimiliùs ab Iſi-

de, hoc eſt *παρ' Ἴσιος*; id eſt propè templum Iſidis, cujus ſtatua erat olim in D. Germani Pratenſis territorio. GEOGRAPH.

Haud procul eſt Pons-Charentonius, vbi Matrona Sequanæ miſcetur. Sequitur Goëlla, vbi Comitatus Dammartinenſis. In *Inſulæ Franciæ* Fanum San-Dionyſij, Montmorantium, San-Germani Layenſis. Succedit Vexinum Francicum, continens quicquid eſt ab Æſia fluvio Claromontem vſque verſus Picardiam. Annectitur Valeſium, Ponteſia, Sylvanectum; Creſpiacum: Comitatus Bellovacenſis, cui caput Bellovacum, olim Bratus-pantium, Cæſaromagum, Claromontium. Charentonum. Goëlla. Inſula Franciæ.

Hurepenſe territorium, cui initium ad Sequanam ſub ponte Pariſienſi parvo curſu ad Corbelium, Melodunum, Fon-bellaqueum, Moretum. Demum ditio *Gaſtinenſium*; quæ ſeparatur ab Hurepenſi Verina fluvio, comprehendens Stampas, Montargium, Nemurſium, &c. Hurepenſe. Gaſtinenſis ditiò.

A Picardia verſus Septentrionem, vt ab Inſula Franciæ verſus occaſum ſeparatur CAMPANIA. Comitatus à camporum, vt creditur, latitudine nomen habens; circumdatur Brienſibus & Inſula Franciæ, ab occaſu. Burgundijs & Caroleſijs, à meridie: Picardiâ à Septentrione, ab ortu Lotharingiâ. Campania. Limites.

Superiori magis Septentrionali, accenſentur territorium Partenſe, *le Partois*, cui metropolis Vitriacum. REMORVM Ditio, civitas olim Durocotorum; à Remo Rege, multis ſæculis ante Romam, condita: vetere Republicâ, Regumque Chriſtianiſſimorum inauguratione celebris. Lingonenſis Ducatus, cui caput Andomatunum Lingonum. Comitatus Catalaunenſis, caput Catalaunum ad Matronam. Subſunt Lignienſis, Brienſis, Provincium, Iatinum Medorum, vel Meldarum. Superior.

Inferior Campania Auſtralior eſt verſus Burgundos. Illius caput Tricaſſium, vel Tricaſſinum, vel Auguſtobona, vel Trecaſſium in planitie. Subſunt Iuriſdictio Iuignienſis, quæ ſeparata à Burgundis. Item Baſſignium, Calvus-Mons, Nogentium Regium. In *Vallenſi* Territorio Vaſſeum, Fanum S. Deſiderij, Ianvilla, &c. Inferior. Tricaſſium.

BELSIAM Superiorem occupant Carnutenſes, quorum vrbs Ptolemæo Antricum, nunc *Carnutum*; vbi celebris Imago centum annos ante Mariam, *Virgini pariture* conſecrata. Vicinus eſt Comitatus Druidenis, & Monfortius. Item Perchium ſuperius, vbi Mortagnium: & Inferius, cujus caput Nogentium-Rotroium. Media complectitur Caſtellodunum, Vindocinum. Inferioris, immò totius Belſiæ caput agnoſcitur, ſita ad Ligerim *Aurelia*, Cæſaris Gennabum. Vrbs, ſi qua alia, perquàm celebris. Scilicet Epiſcopali Eccleſiâ Sanctæ Crucis, fœdè ab Hæreticis dirutâ; ad cujus dextram monimentum extat manumiſſionis. Academiâ, à Philippo Pulchro extructa ann. MCCCXII. Vbi Germanorum Bibliotheca. Apennagio ex lege Caroli V. perpetuò Secundi-geniti Regis. Varijs obſidionibus, ſed maximè Puellæ *Ioannæ Darciæ*, natæ in pago Vaucolorienſi heroicâ virtute; quæ Regnum ab Anglis fermè occupatum, reſtituit Carolo VII. Belſia Superior. Carnutum. Media. Inferior. Aurelia. Puella Aurelianenſis.

Infra, Ligeri decurrente, ſequitur TVRONIA. Hortus videlicet Galliæ amœniſſimus, protenſus à tribus milliaribus ſupra Amboſiacum verſus Bleſas, ad Capellam-albam, quâ Andegavenſibus jungitur. Metropolis Cæſarodunum Turonum, ad confluentes Ligeris & Cari. A Turno, cujus Cives oſtendunt ſepulchrum in turri, nomen ſortiri perhibetur. Vrbs ipſa oblongo novo pomœrio dilatata ab Henrico III. qui & eò tranſtulit aliquando Parlamentum Pariſienſe Negotiatione, præſertim ſerici, jam opulentiſſima; vt olim clade Sarracenorum, à Carolo Martello, nominatiſſima. In adversâ Ligeris ripâ prominet *Majus-Monaſterium* prima D. Martini mandra. Ex altera fluminis parte domus Regia *Pleſſæum* cum Cœnobio; ſepulchroque S. Franciſci Paulani. Turonia. Marmoutier.

A dextra Ligeris parte, incipit Ducatus ANDEGAVENSIS. Priùs Regnum, deîn Comitatus; à Carolo Duce, Regi Ludovico vndecimo dono datus hæreditario. Metropolim habet *Andegavum*, Ptolemæo Iuliomagum Andicavarum, Meduanæ flumine interſectam: Epiſcopali Templo, Arce, Academiâ nobilem. In Territorio viſuntur *Salmurium*, pietate erga Virginem inclytum. Andegavum. Salmurium.

Cosmolog. Cœnomanum. Deinceps Monſtruellium, Briſſacum, Beaufortium, Pons-Cæſaris; Flexia, educatione, ex in Regio Henrici M. Ieſuitarum Collegio celebris. Adjacet Coenomanensis Comitatus; vbi Vidunum, ſeu Cœnomanum ad Saulam: Mainia, Comitatus Lavallanſis, &c.

Britannia-Armorica. Vltra verò recedit ad Oceanum, Britannia; quæ nomen, haud minùs quàm Gentem, traxit à vicinis Anglis, qui eò Colonias deduxere. Vnde hodièque vocatur *Armorica*, vt pote ad mare ſita, Peninſulæ inſtar, ſoleæque Limites. ferreæ haud abſimilis. Longitudo ejus ſex dierum, latitudo trium. Habet Normannos ad Orientem, Cœnomanos & Andegavos confines, Pictones ad meridiem, Cæterà clauditur mari Britannico, cornuque Galliæ appellatur. Regulos primò habuit, mox Comites, tandem Duces ad vſque vltimum Franciſcum; quo mortuo anno MCCCCLXXXX. ad Reges Galliæ tranſ-Superior, & Inferior. lata eſt, vnicâ Annâ Hærede Carolo octavo matrimonio juncta. *Dividitur* in Superiorem & Inferiorem, ſeu Ripenſem. Splendor Provinciæ, vnà cum Par-Rhedonæ. lamento, reſidet *Condate-Rhedonum* frequenti populo culta.

Epiſcopatus eorum. Novem in ea Ditione *Epiſcopatus*, qui vnà cum Cœnomenſi & Andegavenſi ſubſunt Turonenſi Archiepiſcopo. Tres Francici Idiomatis puri, Rhedonenſis, Maclovienſis: Dolenſis, vbi olim Diablintres, hodièque Archiepiſcopi inſignia. Tres penitùs Aremorici; Trecorenſis, Curiſopitenſis, Leonenſis. Tres Mixti; Nannetenſis, Venetenſis, Briocenſis. Oppida deinceps illuſtriora Fulgerium, Vitrayum, Dinantum, Ploermelium, Ioſſelinum; Rhedonum, Hennebontium, Quintium, Lambellum, Quinperlayum, Monſrelaxus, Guingantium, vetus Oſiſmiorum Vorgannium.

Nortmannia. Britanniæ limitanea eſt, & quaſi collateralis, Nortmannia; olim Weuſtria, corruptè Neuſtria; Septentrionalium effuſa propago, quos Concilium Meldenſe anno DCCCXLV. divinæ Iuſtitiæ *Apoſtolos* nominat. Quantæ enim Normannorum vbiquè incurſiones, quantus furor? Donec Carolus Simplex eorum Duci Rolo Chriſtianam fidem amplexo, filiam Gillam, to-Limites. tamque Neuſtriam in dotem conceſſit? Ab occaſu adjacet Britannia, cui limes Coanonus fluvius. A Septentrione Oceanus, à Meridie Cœnomani & Belſia; ab ortu Picardia, Franciaque, à quo flumine Eptâ diſpeſcitur. Itineris eſt circiter ſex dierum.

Rothomagus. Epiſcopatus. Metropolis *Rhotomagus* Archiepiſcopatu & Parlamento, commercijſque dives. Suffraganei Bajocenſis, Abrincenſis, Ebroïcenſis Conſtanrienſis: Sayenſis, Lexovienſis. Oppida verò ſelecta Cadomus, Dieppa: Portus-Gratiæ, Faleſium, Alenconium, Giſorſium: Harcourtium, Argentanum, Louvierum, &c.

Burgundia. Ducatus, & Comitatus. Ex Gallia Celtica reſtat Bvrgvndia, olim Regnum. Diviſa modò in Ducatum, ſeu Burgundiam-Regiam, vel Inferiorem verſus occiduum: & Comitatum-Liberum, ſeu Superiorem & Imperatoriam. Etymon deducunt nonnulli à Burgundionibus, Wandalorum prole è Germania; alij aliunde. Tota clauditur ab occaſu Nivernenſium, Borboniorumque agris: à meridie Allo-Limites. brogibus, Seguſianiſque: à Septentrione Campaniæ parte Baſſinienſi, Lotharingiâ, ſuperiorique Germaniâ; ab ortu, Helvetijs.

Ducatum dono Odonis Regis Francorum, triginta duobus annis tenuit Richardus Comes Auguſtodunenſis; cui ſubinde varij ſucceſſores ad vſque Carolum cognomento Bellatoris, quo mortuo omnem ditionem occupavit Ludo-Divio. vicus XI. Hujus Metropolis *Divio*, ſeu Divionum: cujus Conditor, ſeu potiùs Reparator Aurelius Imperator. Nomen à Divis, quibus ibi cultus plurimus: Iuriſdictio à Parlamento, ſitus ad Suzionem & Oſcaram.

Vrbes. Auguſtodunum. *Vrbes* celebriores Auguſtodunum; ad radices montium Cebennenſium, juxta fluvium Arrouſium; olim Hedua ſive Heduorum civitas, Romæ æmula. Iam vix par ignobilioribus, niſi quod ſubinde multa illic viſuntur rudera an-Bibracte. Belna. tiquitatis. Diſputant Eruditi ſit-ne *Bibracte* illa, cujus tam frequens mentio in Commentarijs Cæſaris; tametſi alij malint referre ad Belnam *Beaune*, generoſiſſimis vinis, firmis propugnaculis, celeberrimoque Xenodochio, ex fundatione Nicolai Paulini Equitis viſendam. Tribus abhinc Leucis in dextra Caballionum. Araris ripâ, invenitur Caballinum ſeu Cabillonum Æduorum, Guntrannij olim

olim Regia; à Lothario Ludovici Pij tota incendio deleta, ſed jam mercimonijs clara; vt tempore Cæſaris, horreum Romanorum. Vrbes aliæ Tornutium, Matiſconum, Auſſonia, Loſnaum, Semurium, Flavia-Æduorum, Tornoderum, Auallonium, &c. *Concenſentur* Altiſſiodorum, ad Ionam fluvium; in cujus Oppido Clamecæo, Epiſcopatus Nazarethanus. Senonum, antiquitate & viribus nobilis. Et verſus Lugdunenſes, Nivernium ad Ligerim.

GEOGRAPH. Oppida. Altiſſiodorum; Senonum, Nivernum.

Ducatus Burgundiæ habet ad Orientem *Comitatum-Liberum*, ſub Hiſpani Imperio, in tres Præfecturas diviſo. Caput Dola ad Dubium. In Vmbilico *Veſontio* vrbs Imperialis, olim Chryſopolis. Nozorethum, quod Ludovicus Cabillonenſis ab expeditione Hieroſolymitana reverſus, Nazarethum voluit nuncupari. Salinæ ampla civitas, fontibus ſalis toto Orbe celebrata. San-Claudius, &c.

Comitatus Liber. Dola. Veſontio.

Succedit ad Alpes Tractus LVGDVNENSIS, ſedes olim Seguſianorum; limites habens à Septentrione Breſſiam, ab ortu Sabaudiam: quà meridies eſt Delphinatum, cum Languedokiâ; quà occidens, Forenſes jacent & Arverni. Caput *Lugdunum* ad confluentem Araris & Rhodani, Galliæ propugnaculum & emporium nobiliſſimum. Ludunt Autores in ejus etymo à luctu, luco: vel à luck, quod fortunæ vel deſideratus mons, &c. Fundator admodum ignotus, Amplificator Lucius Munatius Plancus. Famoſa olim incendijs, Eloquentiæ arâ, de quâ Iuvenalis: & alijs pluribus tum Profanis, tum Chriſtianæ pietatis monimentis. Non procul in ripâ Araris, Principatus *Dombenſis*, cum Dominio Beaujolio.

Lugdunenſes, Limites. Lugdunum. *Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad aram. Iuvenal. Sat. 1.* Dumbæ.

Lugduno ſuperatis Tartariæ jugis, Roannam pervenitur in agro *Forenſium*; vbi primò Ligeris navium capax, per centum ſexaginta leucas aut ampliùs, in mare Britannicum vltra Nannetas devolvitur; Agros interluens Borboniorum, ſeu Boiorum Æduorum; cui caput hodiè Molinium, à molendinis ad Elaveram. Aliquot hinc leucis diſtant, vineta inter lætiſſima, Sant-Amandus. Inde Borbonium vtrumque, cis & trans Ligerim, Thermis calidis nobilitarum. Territorium item Combraillenſe, cui caput Montacutium, S. Petrus Monaſterienſis, &c.

Forenſes. Borbonium.

Finitâ ſic Galliâ Celticâ, ex altera Ligeris parte excurrit *Aquitanica*.

GALLIA AQVITANICA.

TITVLVS XXIII. *Galliæ Aquitanicæ deſcriptio.*

HVIVS pars potior Aquitania, ab oppido Aquis Aqs, vel ab aquarum vbertate nomen indepta. Clauditur Pyrenæis montibus, Territorio Lugdunenſi, Galliâ Narbonenſi, Oceano Aquitanico, & parte Ligeris. Potior diſtributio Vaſconia, ſive *Guienna*. Vrbs illic primaria *Burdigala*, ſita in paludibus, quas exundans Garumna efficit: ornata Parlamento, Archiepiſcopatu, & Academiâ. Ptolemæus Biturigum Vobiſcorum appellat. Inde fundatam rentur benè multi à Boijs, Bituricibuſque. Reliquæ vrbes Blavia ſive Blavetum, arx mari imminens: Libourna, Bazatum: Geronda, Salvaterra, Bayonna, Aquæ, Aginum, Langonium, Reola, Aiguillonium, Condomum; & aliæ numero, & formâ inſignes.

Limites. Guienna. Burdigala.

Vicina eſt ALVERNIA, reſpiciens ad Orientem Forenſes & Lugdunenſes, ad meridiem Languedokiam: ad Occidentem Cadurcos, Petrocorios, & Lemovicenſes; ad Septentrionem Bituricenſes, Bojoſque In Superiori eminent Fanum San Flori, Aurelıacum, Muratum, Beaucarium. In Inferiori, minùs montoſa, Limania, ager prædives: Claromontium, Rionum, Monferrandum, Monpenſierium, &c.

Alvernia. Superior montana. Inferior.

Adhæret *Inculiſmenſis* Ager, Pictones ad Septentrionem attingens, & Santones ad occaſum. Metropolis Inculiſma in colle, Garantono fluvio immi-

Inculiſmenſes.

nens. Nec longè diſtat, *Petrocorium* à montoſis, ſaxeiſque locis ſic dictum. Veſma olim vrbs nuncupata. Immò & Iaphet à Conditore, ſi credere fas eſt. Filiæ Sarlatium, Bergeracum, Miramontium, &c. Paulò magis recedit, quaſi in tripodem, *Lemovicum*; cui Apoſtolus S. Martialis. Tractûs caput Auguſtoritum Lemovicum, vrbs mercurialis: & encauſti, vulgò emaillij, confectione prædives. Oppida Superioris Rupefoucaltium, Mortemartium, Boutavilla, Lanſeacum, Savignacum, &c. In Inferiori ſeu Marchia verſus Arvernos & Petrocorios, Tulla, Briva, Vſarchium, Belmontium, &c.

COSMO-LOG. Petrocorium. Lemovicum. Superius. Inferius.

Pictavium. Procedentibus ad oceanum, occurrit *Pictavium*. Regio ampliſſima, quæ Regni titulo decorata legitur à Gothis; quos hinc, vt totâ Franciâ, exegit Clodovæus. Inde Ducatus, Comitatuſque; quo diù potiti ſunt Angli, donec Aquitani ob graviora tributa defecere ad Carolum v. cujus nepos Carolus VII. Anglos totâ Aquitaniâ exturbavit, anno MCCCCLIII. Vrbs primaria *Auguſtoritum-Pictonum*, cincta Clanio flumine; in qua viſuntur Arenæ, Theatri, Palatium Galieni, fornices aquæ ductuum. Egregia illic Theriaca conficitur. Major, dignitas non quotidiana, eligitur in vrbis præfecturam die Sancti Cypriani. Cathedralis Sancti Petri vaſtiſſima. Arx ad Pratum S. Lazari, triqueta. In foro magno Templum vetus B. Virginis, in cujus veſtibulo ſtatua Conſtantini M. Item Templa Sancti Hilarij, cujus in cunis mente emoti ſanari perhibentur: tumulus S. Radegundis Reginæ, aliaque non indecora.

Vrbs Metropolis.

Vrbes aliæ. Coniacent hinc inde in Inferiori, Superiorique Pictavio, nec-non in contiguis Agris; Luſignanum, Niortium, San-Maxentium, Thoartium, Caſtelleraudum, Fontinæum, Breſſuitum ſeu Bercorum, Luçonium, Mallezatium, Mirabellum, Iuliodunum, Duacum amphitheatro nobile. Campinium, *Champigni*, ſeceſſus olim amœniſſimus Ducum Monpenſeriorum; cujus in Capellæ ſpecularibus vitreis hiſtoriam & ipſe adhuc vidi depictam S. Ludovici, Carmelitas in Galliam advehentis. Nobile Prætorium ſibi adjunxit in vicinia *Richelium*, clarum veteri nomine, recenti ſtructurâ, ſuique præſertim Reparatoris Eminentiſſimi elogio.

Richelium.

PICTAVIUM claudunt ab occaſu Oceanus, à Septentrione Britanni & Andegavenſes: ab ortu Bituricenſes, Turonenſes, ac Lemovicenſes; à meridie Enculiſmenſes, & SANTONES. Nomen derivatum à Xanto Troïæ flumine, vel ſi mavis à Sanctorum multitudine. Terra ſi qua vſquam alia in Gallia, rerum omnium feraciſſima; quæ olim Helvetios invitarat, vt huic commigrarent ni Cæſar obſtitiſſet. Metropolis *Mediolanum-Santonum*, ad Carantonum fluvium. Templum Cathedrale D. Petri, opus Caroli M. inſignitum Y. quaſi tot antea ædificaſſet Templa, quot eam litteram præcedunt in Alphabeto. In ſuburbio Templum *S Eutropij*, illius Gentis Apoſtoli. Multæ hîc Antiquitates, quas retulit Helias Vinetus illic oriundus.

Santones.

Rupella. Adiacet Tractus *Alnëtenſis*, ſeu Alnienſis; cui caput RUPELLA, portu ad oceanum commodiſſimo: privilegijs dotata à Carolo v. ann. MCCCLX. Expugnata ac deſtructa, ob inſolentiam Rebellantium, miraculo Ludovici XIII. anno MDCXXVIII. Non multùm diſtant Maranium, Rezium, Oleronum, Broüagium, Taillebourtium, Iarnacum, Ionſacum, Saugæonum, Pontes, Royanum, Barbeſium, Angeriacum, &c.

Bituricenſes. Pictavium ſimulque Galliam totam Aquitanicam claudit, *Bituricenſis*; Comitatus olim Cuborum, nunc Ducatus. Conterminos habet à Septentrione Soloniam, Inferioris Belſiæ partem, à quâ Caris fluentis diſterminatur: ab ortu Hurepenſes, Nivernenſes, ac Borbonios: à meridie Lemovices, vbi fluit Croura; ab occaſu Pictones ac Turonenſes, à quibus fluvio Claro diſpeſcitur. Metropolis Archiepiſcopatu, Academiâ, Turrique hactenus inclyta, Avaricum; à geminis turribus derivatum nonnullis,

Limites.

Turribus à binis, inde vocor Biturix.

Subſunt Iſſodunum, Caſtello-Rufum, Sancerra, Eruditis Xantododurum: Blanca-Bituricum, Sant-Amandum, Caſtello-Novum, Dunum-Regium, &c. Terminatâ Galliâ Aquitanicâ, obvia eſt NARBONENSIS.

GEOGRAPH.

GALLIA NARBONENSIS.

TITVLVS XXIV.
Galliæ Narbonenſis partitio.

Languedochia, Limites.

IN ea eminet LANGVEDOKIA, vel à Gothorum liogua: vel ab Idiotiſmo, *oc*, id eſt vernaculè ovis. Regio omium in Galliâ, poſt Provinciam, Æquatori maximè vicina; vt pote attingens ferè gradum elevationis poli XLII. Ab Orieote Rhodaoo ſeparatur à Provincia, à meridie mari alluitur Mediterraneo, Pyrenæos etiam pertingens: à Septentrione Arvernos, ab occaſu Vaſcones agnoſcit. Eam habitarunt olim Volſcæ, Tectoſages, & Arecomici. Circumjacent Velauni, *le Velay*: Gabali, *le Gevaudan*; Helvij ſive Albienſes, quorum ager Vivaretium & Albigium: vrbs verò Alba-Auguſta, Aubenas.

Toloſa.

TOLOSA prioceps Volcarum Tectoſagarum, Regnique Gothici: vnde & hi aliquando, Reges Toloſæ. Romanorum ſingulari privilegio, neque alijs quàm Narbonæ & Carthagini communicato, Amphitheatro & Capitolio decorata; quam interfluens Garumna, geminam facit. Coronæ Franciæ annexa fuit donatione hæreditaria Alphonſi S. Ludovici fratris, cùm è Ioanne filia Raimundi Comitis Toloſatis, prolem nullam ſuſcepiſſet. Ornamenta præcipua ſunt Parlamentum, Academia, Archiepiſcopatus. Eccleſia illuſtris S. Saturnini, vbi Corpora tellus ſervat incorrupta. Et in cujus choro ſtatuæ Ligneæ duodecim Apoſtolorum, quæ narrantur genua flexiſſe cum Mechanici dum jacerent in CHRISTVM blaſphemias. In fornicis ſubterraneæ introitu vbi ſacra Lipſana, iſtud Diſtichon legitur.

Omnia ſi luſtres alienæ climata terræ,
Non eſt in toto ſanctior orbe locus.

Haud procul Lacus in quem jaciebant infauſtum illud *aurum*, Templo Delphico ereptum. Viſendum Cænobium Sancti Dominici, vbi Reliquiæ D. Thomæ Aquinatis aſſervantur. In Palatio Epitaphium Clementis Iſaur. cum mentione ludorum Floralium, propoſito themate & præmio Poëtæ, cui carmine vernaculo victoria ceſſerit. Hîc, quod non alibi in Gallijs, viget genus quoddam Inquiſitionis, à tempore Hæreticorum Albigenſium.

Aliæ vrbes.

Subſunt *Oppida* Villa-franca, Agda, Carcaſſo. Ad maris verò Mediterranei oſtium, Narbo ſeu Narbona; à Narbone, inquiunt, Rege aut Nardone fluvio; olim Atacinorum, Decimanorumque Colonia. Etiam à Cicerone, Martius-Narbo: & Iulia-Paterna, à Iulio patre Patriæ ibi conſecrato. Diei hinc itinere diſtat Perpinianum, prima olim Hiſpaniæ vrbs, nunc à Ludovico XIII. expugnata. Fanum Sancti-Tuberi, vbi emotæ mentis homines ſanitati reſtitui perhibentur. *Mons-Peſſulanus* ſeu Monſpelium, quaſi mons-puellarum, medicinâ celebris. Arx Magellona, ſedes olim Epiſcopi. Nec procul Frontignacum, vnde vina Muſcatellina. Aquæ-Mortuæ, Sant-Ægidius, in cujus viciniâ ſylva Iſragela; ſedes olim Druidarum, ſi fides ſuperſtiti adhuc lapideæ Cathedræ. *Nemauſus* Volcarum Arecomicorum Metropolis, ampliſſima Civitas ſepticollis: & Amphiteatro ovalis figuræ, celebris. In Baſilica, vulgò Domo quarreta, crypta ſubterranea, quæ Arelatum vſque deducit. Circumjacent Anduza, Aletum, Aubenatium, Rodezium; Vſetium, Sebennæi montes, Cadurcum, Mons-Albanus, Nazaretum, Souillacum, &c.

Foxium. Auſcium. Bigorra. Bearnia.

CONCENSERI jam ſolet, licet olim in Guiennia, Comitatus *Foxtenſis*; cui ad Orientem Languedokia, ad occaſum ager Comingenſis, à meridie montes Pirenæi. Vrbes Apamia, Aletum, Severdunum, Mirepoxium. In Comitatu *Auſcorum* Auſcium, Lectoura, Inſula-Iordanis. In Comitatu *Bigerrorum*, Bigorra interjaceos inter Bearniam & Comingiam; vbi juxta Pyrenæi latera Tarbiæ, Conſerantium, Lombæum. Ad radices Pyrenæi ſubſidit *Bearnia*; cui vrbes Oleronum, Eſcartium, Caſtrum-palum, Orthesium, Navarrinum, San-pale-

ſium, Pontacum, &c. Queis accenſendus Ducatus *Albretanus*, cui præeſt Neracum, cunæ Henrici IV.

COSMOLOG.

Quod reliquum eſt Galliæ complectitur Regnum olim *Arelatenſe*.

REGNVM ARELATENSE.

TITVLVS XXIV. *Regni Arelatenſis partes.* Sabaudia.

ILLVD partiebatur olim Sabaudia; cujus Incolæ Allobroges, & Centrones. Habet jam, vt pingitur, à Septentrione Breſſiam & lacum Lemanum: ad ortum Valeſiam, & Pedemontium; à meridie & occaſu, Delphinates. Regionis, montibus aſperæ, metropolis *Chamberiacum*. Accenſentur Comitatus Genevenſis, cui vrbs Geneva in ipſo ore Lacus Lemani. Maurianenſis, cui caput Muſterium, Tarantaſia, Suza, Anicæium, Arx Mont-meliana, &c.

Delphinatus, Limites.

Inferiùs deſcendit DELPHINATVS. Illi nomen vel à Caſtello Delphino, vel à filio Comitis Griſinaudæ. Ad meridiem adhæret Provincia, ad Septentrionem Breſſia & Lugdunum interfluente Rhodano: ab occaſu ſe pandit Veniſſæ comitatus, cum Vivaretio Langüedokij portione; ab Oriente Pedemontium, & Sabaudia.

Vrbes.

Vrbes Vienna Allobrogum, Ptolemæo Biennus ad Rhodanum, à Venerio Africano exule, qui eam biennio condidit; quò & Pilatum, à Tiberio relegatum narrant. Valentia ad Rhodanum. Gratianopolis, vbi Parlamentum, & Epiſcopus titulo Princeps. Ab ea leucis quattuor Major Carthuſia, in anguſtijs montium, Fons ardens: Turris, quæ nullum patitur venenatorum intra ſe vivere. In montibus Ebrodunum, idem quod Caturigum, vel Alpium maritimarum. Auguſta Tricaſtinorum, Vapingum, Briençonium, &c. Humbertus Delphinatum Galliarum regno eâ adjecit conditione, vt Primo-natus regius, *Delphinus Viennenſis* nuncuparetur: & inſignia geſtaret ex Franciſcis & Delphinaticis mixta, quod fecit primus Carolus Ioannis filius.

Provincia, Limites.

Decurrente Rhodano alluitur PROVINCIA. Ita ob excellentiam jam olim appellata, cum à Romanis in formam Provinciæ redacta eſt. Vicinos habet ad Septentrionem, Delphinatum montium interpoſitu Velæorum, intercurſuque magnæ partis Druentij fluminis. Hodiè ab ortu finit ad Alpes, & Varum fluvium; cujus ſiniſtræ ripæ aſſidet Niſæa, vbi principium Italiæ. Quà meridies eſt, Gallico pulſatur mari: occidentalis illi limes partim *Arauſiorum* Principatus, & *Avenionenſis* ſeu Veniſſæ Comitatus, partim Rhodanus cum Languedokiâ. Hanc Carolus III. vltimus Provinciæ & Forqualquerij Comes, Ludovico XI. dono dedit hereditario. In eâ Vrbes ſunt illuſtriores Aquæ-Sextæ, Colonia, aliàs Sextilia, Colonia Iulia, ab aquis calidis C. Sextio Calvino Cos. anno DCXXX. VC. & Iul Cæſare, qui illius Colonias auxit.

Vrbes.

Arelate.

Ibidem hodiè ad ſiniſtram Rhodani ripam, propè infra Avenionem viſitur *Arelate*, olim à Graijs Theline: & ex inſcriptione columnæ, Mammilaria, fortè ob ſoli vbertatem. Conſtantiam appellari juſſit Fl. Conſtantinus Imperator, Galbulam-Romam agnominat Auſonius; Alij Coloniam Soliorum, aut Sextanorum. Sciditur hîc Rhodanus in duas partes, quarum dextram Aquasmortuas vſque pergentem foſſam-marianam vocant. Inſulam verò quam efficit Carmagniam, quaſi campum Marij. Vrbs ipſa Arelate condita creditur à Phocenſium Colonia, vt & *Maſſilia* vel ipſi Ciceroni dilaudata; Græco olim ſermone vtens, licet Populus fuerit ejuſdem nominis in Africâ. Hæc in loco petroſo ad oſtia Rhodani condita à Proto, ſub Tarquinio Rege. Sex ab ea leucis, in montis vertice conſpicitur Crypta B. MAGDALENÆ. Sequiores *vrbes* Dinia, Graſſenſe, Glannate: Rhegium, Apta-Iulia, Forum-Iulij, Seguſtero, Tolonum, Antipolis, Taraſconium, San-Maximinus, Bello-quadra; Inſulæ variæ, omnium celeberrima Lirinenſis.

Maſſilia.

La Sainte Baume. Vrbes.

Geograph. Avenio, Vrbes.

Supra Arelatem, Rhodano interfluente, reperetur AVENIO; cujus ditio tranſlata fuit ad Clementem Sextum P. M. anno MCCCXLVIII. à Ioanna, Regina Neapolis & Siciliæ. Temporanea manſio extitit Summorum Pontificum, vt retulimus in noſtra retrò Hiſtoria. Huic Metropoli totius Comitatus Veniſſini, ſubſunt Carpentoratum, Veſuntio, Cavallonium. Propè Avenionem Vallis-clauſa, ſeceſſu Franciſci Petrarchæ celebris.

Arauſica.

Egreſſus ex hoc Comitatu, ingrederis Principatum ARAVSICENSEM; cui nomen ab vrbe primaria, quæ Arauſio-Cavatum. Ditio olim familiæ Cabilonenſis, nunc Naſſoviæ. Vrbs ad fluvinm Argeniam, Secundanorum Colonia; arce munita, vnde proſpectus in ſeptem Provincias. In illa nihil deeſt, præter Poma Aurea. Vnde fluxit Adagium vernaculum; en *Orange, il n'y a point d'orange*. Vicinæ ſunt Pons-San-Spiritus, Mornatium, Mon-limardum, Petralata. Porro Regionibus, Populiſque addere jam animus eſt in gratiam Patriæ, Gallorum Mores & Regimen.

MORES, ET IMPERIVM Gallorum.

TITVLVS XXVI. Mores Gallorum deſcripti.

FORMIDANDVM ſi quidem olim, nunc verò amicum cunctis Gentibus *Gallorum* nomen; Incolis reverentiam ſimul & benevolentiam, hodièque conciliat. Vt enim cæli, ſolique amœna fœcunditas nullius rei indiga, cæteris quoque Populis ſuas divitias quà mari, quà terrâ liberaliſſimè communicat: ita Gentis gratiſſima indoles nata ad omne genus vrbanitatis, reliquas Nationes, velut aperto humanitatis templo, ad ſua hoſpitia invitat. Quod verò paſſim jactant, contra Gallos Autores nonnulli, priſcos mores adumbrant; quando videlicet Galli, Germanique vno Celtarum nomine Gens eadem audiebant. Eo nimirum ſenſu accipienda quæ veteres referunt, & ad præſens accommodanda.

Naturæ.

Vide Tacit. de Morib. German.

GALLIS igitur *Mores* à Germanis, ſicut & proſapia. Corpora agilia & venuſta, animus ingens: eloquentia prompta, facilis, & fœlix. Capillaturæ cura non modica, Regibus præſertim, flavique coloris affectatio. Ventris prominentia tanto horrori, vt qui ſolemnis cinguli menſuram excederet, caſtigaretur.

Religio vetus;

Ex varijs *Dijs* coluere noſtri Majores Mercurium, Herculem Ogmium, aureis ex ore cathenulis Populos ad ſe trahentem: Iovem, Dianam: Solem, Lunam, Teutatem, Belenum, &c. Quanquam Quercus ſolummodo Gallos adoraſſe, notant benè-multi; qui & Commentaria illa de Bello Gallico non Cæſari, ſed Iulio Celſo tribuunt. Deos colebant obverſi in dextram, de nocte ad tumulos Heroum oracula expectabant. Nullum porro ſacrificium ſine *Druidis*, qui eorum erant ſophiſtæ ac ſacrificuli. Habebant & Bardos Poëtas. Ammianus Marcellinus meminit Eubagum Philoſophorum: Laërtius & Suidas Semnotheorum & Saronidarum, vt vocat Diodorus Syculns; qui ijdem cum Druidis, quos etiam Magos Plinius appellat. Penes eos Puerorum educatio, Myſteriorum Religio: litium, odiorumque conciliatio; cui rei vacabant ſingulis annis in confinio agri Carnutenſis, fortè in vrbe Dreuſia. Ob eximia privilegia, multi erant eorum Diſcipuli, quos verſus plurimos docebant; ita tamen vt quidquam tranſcribere, eſſet nefas. Vnica, ait Mela, eorum opinio de Animorum immortalitate, in vulgus dimanavit. Cæterùm ab ijs Pythagoram multa didiciſſe, eoſque græcè paſſim locutos, tradunt nonnulli. Druidæ dicti quaſi Quercei, quod quercus adorarent, vnde *à Gui l'an neuf*; meliùs ex Hæbræo, Druſſim ſpeculatores. Ex Lucano in bello Pharſalico, ſoli Druidæ DEVM aut ſciebant, aut ignorabant; vnicum videlicet agnoſcentes.

Druidæ.

Vide Roüillard, Hiſtor. Carnot.

COSMOLOG. Bellum.

Nulli apud Gallos, *belli* oneribus exempti. Armati ſemper in ſuis Cœtibus conveniebant. Fœminæ quoque, ex Plutarcho, de rebus belli paciſque conſulebantur. Notantur curioſitate ſciendi, ſpargendique rumores; jactantiâ, loquacitate, mirâque audaciâ ac ſtrenuitate. Vnde Salluſtius ſcribit perquam acutè; adverſus cæteros pugnandum pro gloria, in Gallos pro vita. Hoſtium capita è collo equorum, vel ad ædium valvas appendebant. Patres Filios in conſpectu non admittebant, priuſquàm arma geſtare eſſent idonei. Domus pleræque in ſylvis aut ad flumina, vti calores devitarent. Ianuas nuſquam claudebant, ex Stobæo. Veſtis, ſagus cum braccis variegatis: tota ſuppellex menſa, lectus, tapetes. Cibus caro, potus lac, ditioribus vinum ex Italia advectum. Vervecis coxendix, in convivio bellicoſiſſimo debebatur. Quod ſi exinde diſſenſio oriebatur, ſtatim ſingulari certamine rem decernebant. Hoſpitalitas in Exteros, non vulgaris. In buſta Defunctorum, quæcumque in amoribus habuerant, conijciebant. Immò ſemet amici, quin & epiſtolas, quaſi eſſent lecturi poſt obitum: & pecuniam, à morte reddendam in Inferis. Tot columnas ponebant circa ſepulchrum, quot defunctus Hoſtes occiderat.

Præſens Regni adminiſtratio.

QVIS ſit *modo* Gentis noſtræ genius, parco hîc recenſere. De illo namque præſcriptum alibi, & ipſe ſuo ſe ſatis candore manifeſtat. Paucis dumtaxat formam IMPERII delibabo. Gallis certè omnibus nativus amor, & ingens, in Monarchiam. *Rex* è maſcula, eaque legitima ſtirpe primogenitus; filiabus à ſceptro remotis, adeo *lilia nonnent*. Is natu-major Delphinus vocitatur, quamdiu Pater vivit. Reginæ non minima autoritas. Regnans, Regis matrem præcedit; niſi quoque, & hæc Franciæ Regina ſit. Vidua vulgariter Regina Blancha nuncupatur, tracto titulo à matre S. Ludovici. Olim inauguratio delatio erat Regis ſuper clypeis, in humeros ſublatis. Iam ſacra vnctio eſt, cum prævia ſolemni formulâ juramenti manu ſuper volumine Evangeliorum appoſitâ, de fide Catholicâ tuendâ, & Hæreticis quibuſlibet eliminandis, conceptis hiſce verbis. *In* CHRISTI *promitto nomine, quod de terra meâ ac juriſdictione mihi ſubdita, vniverſos Hæreticos ab Eccleſia declaratos, pro viribus, bona fide exterminare conabor.*

Rex. Matth. 6, Luc. 16.

Regia familia.

Regentiæ ſunt inſtitutæ in minoritate, in abſentia, aut valetudine. Filij omnes olim æquali portione cernebant hæreditatem, Nothis etiam ex æquo admiſſis. Vtrique tamen excluſi, ſub Hugone Capeto, anno MCCLXXXIII. Filiæ, mobilium dumtaxat & acquiſitorum partem accipiunt, ex lege Salica. Interdum etiam Reginarum nomen obtinent, licet Regibus non collocentur, cognomen illis *de France*, ſive ante, ſive poſt regnum natę ſint. Eo tamen nequaquam gaudent, ante promotionem Genitoris ad Regnum. Filiæ majoris natu ab ortu vocantur *Dominæ*, cæterorum *domicillæ*.

Mes Dames. Mes Demoiſelles. Pares.

Secundùm Regem duodecim olim *Pares* Franciæ, Sex Eccleſiaſtici; Duces Remenſis, Laudunenſis, Lingonenſis: Comites Noviodunenſis, Bellovacenſis, Catalaunenſis. Laici totidem; Duces Burgundiæ, Normanniæ, Guiennię: Comites Toloſæ, Flandrię, Campanię. Origo & nomen ignota, numerus jam vltra terminos excreſcens.

Officiarij Nobiles.

Officiarij Regij, Nobiles inſtituuntur. Vt Prædium in Caſtellaniam erigatur gaudere debet ab antiquo, ſupremâ, mediâ & infimâ Iuſtitiâ: jure itidem nundinarum, fori, præfecturæ, vectigalis; & præeminentijs in Baſilicis, præſertim ejuſce Territorij. Baronia conſtare debet caſtellaneis tribus, ſub ſolo Regis homagio vnitis. Comitatus duabus baronijs, ſexque Caſtellanijs. Marchionatus tribus baronijs, ſexque Caſtellanijs. Superinjunxit verò Henricus III. nullum dominium Titulo *Ducatus* poſſe inſigniri, niſi cenſus annui habeat octo millia ſcutorum.

Major-Domus. Chambellanus. Magnus Eques. Generalis Curſorum.

OFFICIARII Regis, Regnique *Majores*. Major-Domus fuit olim Major-Palatij, qui & Præfectus Reipublicæ; quippe cujus curâ vniverſo Statui, cunctiſque Domus Regiæ Officiarijs præficitur. Magnus-Cubicularius, præfectus ſcilicet rerum omnium quæ ad Regis cubiculum pertinent. Magnus-Stabularius regijs præeſt Equorum ſtabulis, nec-non publicis Curſoribus, priuſquam Generalis alter crearetur: enſem quoque Regis liliatum, in omnibus ſolemnitatibus ſolet geſtare. Magni Venatores duo; alter venationi Ferarum,

alter Avium præeſt. Magiſtri domûs ſunt veluti œconomi; baculo in vtraque extremitate inargentato inſignes, dapes regias à nobilibus delatas antecedunt. Magnus Panetarius dapes menſæ regiæ prægustat, vti Magnus-Pincerna pocula prælibat. His ſubſunt Nobiles qui vel miſſus deferunt, vel ſecant cibaria. Præfectus Palatij Regij cauſis omnibus tàm civilibus, quàm criminalibus Domus Regiæ intraque ſex leucas Iudex aſſidet.

GEOGRAPH. Magni Venatores. Magiſtri Domus. Magnus Panetarius. Magnus Pincerna.

Duæ ſunt centuriæ Nobilium Regis, cum Centurione & Locum tenente; altera Cataphractorum, altera levis armaturæ. Illis Ludovicus XIII. Equites ſclopetarios, addiderat.

Regis porro *Satellitium*, triplex eſt; Scoticum, Gallicum, Helveticum.

Satellitium triplex.

Totius *Militiæ* reique bellicæ dux & caput, Conneſtabilis. Illi velut aſſident, diminutâ diviſâque ſigillatim autoritate, *Mareſchalli*. Maritimis rebus præeſt Admiralis. Provinciarum Gubernatores, & Loco-tenentes Regis perſonam repræſentant. Ante Ludovicum XII. concedebant litteras abolitionis, nobilitatis, &c. Duces copiarum equeſtrium, ac peditum: Præfectus tormentorum bellicorum, ipſa nomenclaturâ innoteſcunt.

Militia. Coneſtabilis. Mareſchallus. Admiralis. Proreges.

IAM *Iuſtitiæ* princeps eſt, *Cancellarius* ſeu Nomo-phylax; cui dum abeſt, vel alijs occupatur, ſubſtituitur *Pro Cancellarius*, qui & Sigillorum-Cuſtos. Scribæ ſunt à ſecretis & mandatis, à Cubiculo, à Coronâ. Sacrum Conſiſtorium, ſeu *Privatum-Conſilium*, in quo Conſiliarij Seniores, & Magiſtri Libellorum ſupplicum. Iam viget aliud Conſilium ſecretiſſimum, ſtrictiſſimum, ſeu altiſſimuum; ex probatiſſimis Regni Miniſtris, ad nutum Principis conflatum.

Iuſtitia. Privatum Conſilium.

Reddendæ Populis per Provincias Iuſtitiæ, inſtituta ſunt PARLAMENTA. Olim Comitia erant Notabilium è Clero, Nobilibus, mox etiam ex Plebe: celebrata pro rerum opportunitate, idque modò in apertis campis, modò in vrbibus. Primitùs idcirco vocata volantia, ſeu deambulatoria; donec à Philippo Lutetiæ ſtabilita fuere, ac celebrata bis dumtaxat in anno; in feſtis vel Paſchatis, & Natalitij Domini: vel Nativitatis, & Purificationis Marianæ. Locum Parlamento, ad augendam majeſtatem, in ipsâ Regis Lupara indixit Ludovicus Hutinus. Dum verò Anglus Franciâ potitur, tranſlatum eſt Auguſtorito-Pictonum, anno MCCCCXXXVI. E Regum beneplacito huc atque illuc evocari poteſt, pro rerum gerendarum occaſione.

Parlamenta.

Initio vnâ erat Curiæ Camera, in qua præerant Eccleſiaſtici. Varias ſubinde inſtitutas, in vnum corpus coëgit Henricus II. anno MDLIV. conſtans centum quinquaginta ſex Iudicibus, per anni medium vacantibus, ad vſque annum MDLVII. à quo tempore perennant. Acceſſerunt ſubinde varijs temporibus Camera-Major cauſarum Civilium: Tournella Criminalium, Edicti, Inquiſitionum, Requeſtarum. *Pariſienſis Parlamenti* vetus jam olim integritas, & autoritas tanta; vt & Exteri, & Supremi Principes ejus placita vltro ſubire ſæpiùs non abnuerint. Principes Regiæ ſtirpis, Senatores naſcuntur. Alij verò creantur vt Duces, Pares, Mareſchalli, & Epiſcoporum nonnulli. Cæteri, quæ labes & malum ingens! pretio infulantur.

Varijs ſubinde in Provincijs, erecta fuere conſimilia *Parlamenta*, ſeu Senatus Supremi; quibus ſubſunt Præſidentiæ, Seneſcalatus, & Balliatus. Nimirum Rhotomagenſe in Normannia, erectum anno MCCCCLXXXXIX. Tholoſanum in Languedokia, anno MCCCII. ſub Philippo Pulchro. Burdigalenſe in Aquitania, anno MCCCCLXI. ſub Carolo VII. Divionenſe in Burgundia, anno MCCCCLXXVII. ſub Ludovico XI. Aquenſe in Provincia, anno MDL. ſub Ludovico XII. Rhedonenſe in Britanniâ, anno MDLIII. ſub Henrico II. Metenſe in Lotbaringia, anno MDLXXXIII. ſub Ludovico XIII. Tandem Bearnij ſuprema juſtitia eſt Caſtrumpali; vt Dominatus Dombenſis, caput eſt Præſes Lugdunenſis.

Alia vbivis Parlamenta.

Secundùm Parlamenta alijs Cauſarum generibus intendunt. Nempe *Magnum-Conſilium*, cauſis præſertim Beneficiarijs. Suprema *Rationum* Curia, Computis; in quâ Magiſtri, Auditores, Correctores, Cenſores, Scribæ, Apparitores, Tabelliones, & Librorum Compactor: qui nec legere ſciat, nec ſcribere. Curia *Vectigalium* ac Subſidiorum erecta an. MCCCXXXVIII.

Magnum Conſilium. Curia Rationum.

COSMOLOGIÆ

Vectigalium Monetarum.

ſub Ludovico Hutino; in qua Generales, Magiſtri, & Electi. Curia *Theſauzaria*, in quâ Præſides, & Generales. Curia *Monetarum*, creata ſub Franciſco I. anno MDXXII. in qua Præſides, Generales, Magiſtri, Apparitores, Probatores, &c. Curia *Admiralis* ſeu Maritima, alias Tabula-Marmorea; præficitur ſylvis, itineribus, aquiſque, &c.

Maritima. Imperium. Monarchiæ.

Stirpes Regum tres.

ABOLITA Romanorum in Gallijs Provinciâ, expulſiſque Gothis, MONARCHIAM per duodecim Sæcula & amplius, ſapientiâ ac virtute ſingulari rexerunt, *ſtirpes Regiæ tres*. Prima Merovingiorum, à Pharamondo ad Childericum III. tulit Reges viginti vnum. Secunda Pipinorum, Reges habuit tredecim à Pipino ad Ludovicum V. Tertia Capetiorum, Reges dedit triginta ab Hugone Capeto ad Ludovicum XIV. noſtrum verè THEODOSIVM; quia poſt viginti annos, datus eſt *non ſine Numine Divûm*.

Vide Hiſtoriam vetro. Tum. LII. & ſeq.

Religio Chriſtiana.

ALTERA Regni columna eſt, RELIGIO Gallis Chriſtiano-Catholica. Hoc certè vel vnico nomine pluribus percelebris, quod tempore Hieronymi ſola monſtris caruerit *Gallia*, ſola Reges admiſerit nulla Hæreſeon labe maculatos; ideoque Chriſtianiſſimorum, & Eccleſiæ Primogenitorum elogio eximios. Sola fidei integritatem, per ſexdecim ſæcula conſervaverit. Sola titulis exultet à fide glorioſiſſimis. Sola deniquè ſuam Eccleſiæ Catholicæ-Romanæ, Summiſque Pontificibus libertatem ſæpè ſæpiùs vindicaverit: ab eaque viciſſim, nulli alteri conceſſis privilegijs, fuerit condecorata.

Academiæ.

Cæterùm in Gallia *Academiæ* illuſtriores numerantur Pariſienſis, vbi SORBONA vbiquè & in omnibus primaria ac princeps. Aurelianenſis, Bituricenſis, Andegavenſis, Nannetenſis, Pictavienſis, Burdegalenſis, Toloſana, Monpeſſulana, Carducenſis, Valentinenſis, Remenſis, Ponti-Muſſana, &c.

NECESSARIA natalis ſoli notitia calamum laxavit tantiſper, reliquâ deinceps breviori compendio perſtringentur. E Gallia igitur tam navigantibus per Mediterraneum, quàm ſuperantibus Alpium juga, aperit ſe ad radices *Italia*.

ITALIA



PEN

GEOGRAPH.

TITVLVS XXII. *Italiæ Partes luſtrantur.* Figura. Nomina. Limites. Menſuræ.

PEnniſula eſt folio hæderæ, vel quercus, aut cruri humano à pluribus comparata. Nomen illi ab Italo, Rege Siculorum. *Dicta* antiquitùs Saturnia, Auſonia, Oenotria, Latium, Græcis etiam Heſperia. *Terminos* habet, à Septentrione Alpes: ab Oriente Aſiam, Hiſtriæ flumen, & mare Superum, ſive Adriaticum ſinum: à meridie mare Inferum, ſeu Tuſcum; ab occaſu, iterum Alpes & Varum amnem. *Longitudo* eius ſumma eſt ab Alpino fine Prætoriæ-Auguſtæ, nunc Æſta, per Vrbes Romam & Capuam, ad Rhegium oppidum, ſeu Leucopetram promootorium, quod vocant *capo de l'arme*, millia Germanica CCXXV. *latitudo* varia pro ſitu, maxima ſubter Alpes mill Germaoica. CXL.

Alpes. Appenninus.

TERRA multis in locis ſanè gratiſſima, multis etiam aut nimio eoque ſterili æſtu torrens, aut frequentiâ montium aſpera. Hos inter præcipui *Alpes*, quorum initium à vadis Sabatijs, finis ad Flavaticum ſinum, vulgo *Golfo de Carnaro*. Varijs eæ nomioibus inſignitæ. Maritimæ quidem, à vadis Sabatijs ad Vari amnis ſontes. Hinc ad Seguſiam vſque, vulgò Suſa, Cottiæ: inde ad Sanctum Bernardum mioorem, Graiæ; deîn ad Sanctum Gothardum, Peoninæ. Iſtis continuantur Rheticæ, Tridentinæ, Noricæ, Carnicæ, Pannonicæ ſive Iuliæ; etiam & Dalmaticæ, pro varijs ſcilicet adjacentibus aut Regionibus, aut Populis qui illas incoluerunt. Apenninus mons, Alpibus ad vada Sabatia annexus, mediam Italiam lunato curſu interſecat, vltra Neapolim ad vſque Siculum fretum. Nolæ vicinus, Veſuvius, nunc *monte de Somma*; ignium eruptione, & Plinij abſumptione percelebris. Garganus in Apulia, nunc *monte di Sancto Angelo* Minores ſunt Maſſicus, Gaurus, Tiſatus.

IAM OLIM DIVISA IN
- *Italiam Ciſalpinam*
- *Togatam, ſeu Italicam*
  - *Tranſpadanam,*
  - *Et*
  - *Ciſpadanam.*
- *Italiam propriè dictam, ſeu Latium.*
- *Neapolim, ſeu Græciam.*

In Cis Alpinâ occurrit primâ fronte *Lombardia.*

LOMBARDIA.

TITVLVS XXIII. *Italiæ Tranſpadanæ partes.* Lombardia. Nomen. Situs.

HÆC olim Italis propriè *Ciſalpin a Gallia*, continens quidquid inter Alpium radices, & Rubiconem fluvium intercipitur. Vocatur & citerior, ſubalpina: vetus Gallia, & Italia-Gallica ſeu mediterranea. A Longobardis, Germaniæ Populis, per euphoniam Lombardia. Alpibus, & Adriatico ſinu circumcincta. Quà occidentalior eſt, complectitur Valeſiam ſeu Valeriam, de quâ in Helvetiâ egimus, præcinctam montibus aſperrimis; vbi Sedunum, Agaunum, Vexica, &c.

Diviſio Tranſpadanæ vrbes Ciſpadanæ vrbes. Pedemontium.

DIVIDITVR jam Lombardia, in *Tranſpadanam*; vbi Mediolanum, Mantua, Venetorumque Reſpublica. Et *Ciſpadanam*; in quâ Parmenſis, Mutinenſis, Montisferratenſis, Ferrarienſiſque ditio; de quibus poſtea. In Lombardiæ coofinio verſus occidentem, ad Padi fontes & Alpium radices, vel ex ipſo nomine, jacet *Pedemontium*. Illud habitarunt olim Turini; vnde metropolis Auguſta-Taurinorum, ad oſtium in pado Duriæ. Vrbs celebris Archi-Epiſcopatu, Academiâ, Sudario CHRISTI, & ſede Sabaudicorum Ducum,

COSMOLOG. Oppida Auguſta-Prætoria, Vercellæ, Eporedia, Saluſtium, Aſta, Nicæa, vbi portus Villa-franca.

Montiſferratus. Marchionatus *Montiſferrati*, meliùs Montisferacis, ob collium, qui illic frequentes, vbertatem; ſub Marchionibus olim Montisferrati vigente Peleologorum ſtirpe, nunc ſub Mantuano Duce. Oppida Caſalis, Alba-Pompeia, Aquæ-Statellyorum, Alexandria, Moncalvo, &c.

Genuenſes, Limites. HINC ad orientem mariſque mediterranei terminos recedit, *Genuenſium* Ducatus, olim Liguria, quà ſaltem tranſalpina fuit. Habens ab occaſu Alpes, dividentes Italiam à Gallia Narbonenſi: ab ortu, Hetruriam Macra interfluente: quà meridies, mari pulſatur mediterraneo; quà ſeptentrio, Appennino clauditur. Princeps vrbs *Genua*, Ianua, aut Genova, montium innixa radicibus. Vrbs, inter Italicas, ædificiorum ſplendore admodùm ſuperba: in eaque Reſpublica illuſtris, ſub Hiſpaniarum Regis clientela. Accenſentur Savona, Sartenæ, &c. Apud hos Iudex officio diſcedens, octo dies domi expectat accuſationem; vt vel puniatur, vel abſolvatur. Hinc verſus Padum in Septentrionem aſcendendo, occurrit Papia, ſeu Ticinum, vrbs præclara. Et *Parmenſis* Ducatus, in quo elegantiſſimæ vrbes duæ, Parma & Placentia. Affinis eſt in *Mutinenſi* Ducatu Mutina, & Regium-Lepidum.

Parmeſanum. Mutinum.

Mediolanum. Citra Padum verſus occidentem, occurrit Ducatus *Mediolanenſis*. Qui ſub varijs ſubinde Dominis, jam Hiſpano ceſſit pretium libertatis Franciſci I. Vrbem habet & munitiſſimam, & verò pulcherrimam Mediolanum; à Gallis Inſubribus, vel à Santonibus conditam. Circumjacent Cremona, Coma, Novaria, Bergama. A flumine verò Olio vſque ad Brentam, ſeu Medoacum, inter Alpes, Padumque extenditur *Brixienſis* Comitatus. Metropolis Brixia, propter opulentiam Venetæ ſponſa, inter Benacum, Sebiumque lacus à Cœnomanis condita; quam perlabitur amnis Garcia, alijs Mela. In palatio Ducis videas hancepigraphen.

Hic locus odit, amat, punit, conſervat, honorat,
Nequitiam, pacem, crimina, jura, probos,

Mantua. BRIXIÆ orientem verſus adjacet, *Mantua*; poſita in medio paludum, quas Mincius è Lacu Benaco effluens creat: Maronis patria, à Cœnomanis itidem extructa; vti & huic affines, Verona Theſi amne munita, & Amphitheatro inclyta. Vincentia, in agro fertiliſſimo ad Rhenonem & Bachilionem. *Patavium* Italiæ paradiſus, patria T. Livij. A flumine Brenta ad Iſtrum vſque, ſecundùm ſinum Adriaticum, porrigitur Marchia Tarviſina, cui præeminet VENETIA; Vrbs ſupra fidem, ſupraque miraculum in ipſa maris Adriatici reſtagnatione à Venetis Armoricis, aut ab Italis ipſis Attilæ invaſionem fugientibus, condita. Hinc & inde Forum-Iulij, ſeu *Aquileienſis*; cui Iſtria ab oriente, Alpes Noricæ ab occidente, ſinus Adriaticus ab meridie. Metropolis Aquileia ſeu Aquilegia, ad Natiſonem, ſedes olim Patriarchalis, nunc Venetiam tranſlata: ab Attila poſt trium annorum obſidionem vaſtata, nunc diruta & propemodum vacua.

Venetia.

Aquileia.

Iſtria, Carniola. Inter duos ſinus, Tergeſtinum & Carnarium, mari cingitur Adriatico; *Iſtria*, olim Iapidia Cherſoneſus, ſeu Peninſula. *Carniola* ſicca & irrigua, quæ incipit à foro Iulienſi, habetque Labacum vrbem primariam, ejuſdem cum flumine nominis. In ea Lacus Zircknitzerzee à vicino oppido, ſingulis annis meſſem, piſcationem, & venationem præbens.

Tirolum. Hinc occidentem verſus, ad Alpium radices occurrit *Tirolenſis* Comitatus: ab oppido Tirolo, inter Atheſim & Oenum flumina, Alpiumque juga. Bavaria clauditur à Septentrione, ab Auſtro Lombardiâ, Helvetiâ ab occaſu; Rheticæ quondam pars, Auſtriaci nunc imperij ab anno MCCCLX. Vrbes Oenipons, vulgò *Inſpruch*: Bolſanum, Tridentum ad Atheſim, Concilio Generali vltimò nominatiſſimum.

Romaniola. LVSTRATIS per orbem, Galliæ Ciſalpinæ Provincijs, vna ſupereſt Tuſciæ affinis, juxtaque Apenninum verſus meridiem ſita Romaniola, vulgò *Romagna*; cujus fines Foliâ amne, monte Apennino, Padique extremo alveo

verſus Septentrionem clauduntur. In ea vrbes *Bononia* Apennini radicibus appoſita, ad amnem Rhenum: ſtudijs excellens & Academiâ, extructa à Theodoſio Imperatore anno CCCCXXIII. *Ferraria* ad ripam Padi, caput Ducatus Areſtinæ familiæ, nunc tamen Eccleſiaſticæ ditionis. *Ravenna*, antiquitate, Exarchatu, lupara ac ſepulchro Theoderici, & præſentibus ruinis clara. Ariminium, ab amne qui alluit, Cervia, olim Phycoles. Imola, ad Santernum, Faventia. Ceſena, Sarſina ad Apennini radices, Plauti patria. Forum-Livij, *Forli*, inter amnes roncum & Montonum. Hinc oboritur propriè

GEOGRAPH. Bononia. Ferraria. Ravenna, &c.

DICTA ITALIA. IN QVA { *Tuſcia*, *Exarchatus*, *Latium*.

Italia propriè dicta.

TVSCIA, jam Toſcana, olim Tyrrhenia & Hetruria. Ejus fines ſunt ad Meridiem, mare Inferum, ſeu Tyrrhenum: ad Septentrionem, Apenninus mons, vbi Vmbria; ad occaſum Liguria, Tyberis ad ortum. *Vrbes* clariori nomine, Piſæ pervetuſta, cujus incolæ memoriâ valent ob craſſiorem aërem, quam hodiè Arnus perfluit: libera quondam & potens, nunc ſub Duce Hetruriæ. Libornum, Magni Ducis ſeceſſu, & triremium ſtatione celebris. Senæ, civitas meritò percelebris, & ipſa olim libera. *Luca*, adhuc puſilla, ſui tamen juris, Reſpublica. *Florentia* verè flos Italiæ, & Ducatus Metropolis. Piſtorium ſeu Piſtoria, amœniſſima. Volaterra, Maſſa olim Herculis-Fanum: Plumbinum, Orbetellum, Peruſia, Orvietum, Viterbium, vetuſtiſſimum oppidum. Et quod olim Centumcellæ, nunc Civitas Vetus, in qua Pontificiæ triremes.

Toſcana. Limites. Vrbes. Piſæ. Libornum. Senæ. Luca. Florentia. Piſtorium. Volaterra Maſſa, &c.

Affines ſunt in EXARCHATV *Marchia-Anconitana* ab Ancone Emporio celeberrimo, ſede olim Marchionum; Picenus Livio nominatur, fuitque Lactantij patria. In ea præter Anconam, viſuntur Firmium, Ricinetum ſeu Recanatum; vbi quæ miracula omnia ſuperat, ÆDES LAVRETANA. Macerata, Seno-gallia, Vrbinum. Et in Vmbria Spoletum, Eugubinum, Fulignium: Aſſiſium, patria S. Franciſci. Mon-Falco, vbi cadaver S. Claræ integerrimum. Forum-Sempronij, Interamna, Narnia; donec oritur Tertia Italiæ pars LATIVM, ſeu *Campania di Roma*. Regio nimirum omnibus titulis beatiſſima, culta olim Siculis, Aboriginibus, Pelaſgis, Arcadibus, Auruncis, Volſcis, Oſcis, Auſonibus, &c. In ea eminet Regionis, orbiſque caput *Roma*.

Exarchatus. Marchia-Anconitana. Picenus Ager, Æmilia. Vmbria. Spoletum. Latiani.



COSMOLOG.

TITVLVS XXIX.

Roma.

ILLA toties ſacris, profaniſque decantata: illa ſepticollis, Mundi Domitrix, Catholicæ Religionis apex; quam fluminum pater Tyberis interluit, in qua nil majus ipsâ Româ; quippe tota ter-maxima Armis, Litteris, Religione. Extructa à Romulo, poſt ſeptem Reges, poſt Conſules, Dictatores & Tribunos ab anno 3475. ad annum 3941. Poſt Cæſares & Imperatores ad vſque Conſtantinum, plus minus-ve quinquaginta, prove variè numerantur; ceſſit in caput Orbis Chriſtiani, ſedes Pontificis Maximi; qui *Papa*, ceu pater Catholicus eſt.

Quarto ab vrbe Româ lapide, verſus meridiem, Tyberi in mare ſeſe exoneranti occurrit *Oſtia*; cujus Epiſcopus pallium deferr, conſecratque Romanum Pontificem. Vbi & magnus Auguſtinus matri ſuæ, è vivis abeunti ſanctiſſimè parentavit. Oppida alia ad mare Neptunium, Aſtura vbi Cicero mactatus, Tacina ſeu Anxur: Cajeta, Alba ſeu Salvello, Tibur, Præneſte, Tuſculum, &c.

Campania. Terra laboris. Neapolis.

CAMPANIÆ pars, & Neapolis ſeu Magnæ-Græciæ initium eſt *Terra-Laboris*, ſeu Laborinus ager. Samnitum montibus contigua quà aquilo flat, cui caput Parthenope, NEAPOLIS, in orâ Tyrrheni maris magnificentiſſima. Sunt & Capua Vetus & Nova, in læva Vulturni ripa, duodecimo ab vrbe lapides Surrentum, Salernum: Melphis, vbi prima inventio Pyxidis nauticæ; Lacus Lucrinus & Avernus. Cumæ ſeu Calvi-cales, Nola, Summa, Puteoli, &c. Haud procul agrum Nucerinum ſpectat Mons Veſuvius, & ipſe ignivomus; cujus incendij cauſas dum obſtinatiùs rimatur Plinius ſecundus autor Librorum XXXVII. Hiſtoriæ mundi, extinctus eſt eo quem depingit modo Plinij illius per ſororem nepotis, ad Tacitum ſuum Epiſtola, lectu digniſſima. Inter Apennini juga Adriatico ſinu finitur, quà Septentrio eſt, *Aprutium*, Samnitum olim domicilium. Cujus Tractûs vrbes Aquila, Aſculum, Picenum, Pinna, Sulmona patria Ovidij: Theate, vbi origo Theatinorum. Beneventum, olim Malè-Ventum à malo vento; Aquinium, cunæ Doctoris Angelici.

Capua.

Aprutium.

Puglia-Piana.

Iam Neapolitani Regni altera pars eſt *Puglia-Piana*, ſeu Daunia: Adriatico, Ionioque cincta à Septentrionibus. Vrbes Manfredonia in rupe ſinus marini, quem Gargani montis flexus efficit. Luceria, Troja, &c. Succedit agnatione nominis, *Apuleia-Peucetia*, ſeu Terra-Barriæa; cui nomen à primaria vrbe ad oram maritimam Bario, olim Iapice. Filiæ ſunt Monopolis, Mola, Polinianum, Iuvantium, Vigiliæ, &c. Verſus occidentem recedit Salentinorum Regio, *di Ortranto*; cujus vrbes Hidruntium, Gallipolis, Brundusium, Tarentum, Vxentum, &c. Apud hos nemo *novam legem* proponebat, niſi fune ad collum religato; quo ſtrangularetur, niſi approbata foret.

Apulia-Peucetia.

Terra de Ortranto

Novæ legis propoſitio.

Calabria.

Inter verò Inferum, Superumque fretum, linguæ inſtar, porrigitur in Siciliam CALABRIA, Magnæ quondam Græciæ pars: ſtupendâ rerum vberrate, etiam mannâ dives; cui Metropolis eſt, circa Apennini declivitatem, Conſentia. In ſuperiori Calabria, quæ olim propriè *Magna Græcia*, & Albanenſium ſedes; objacet ad Tyrrhenum mare, *Lucania* hodie Baſilicata; cujus vrbes Pœſtum, vbi Roſæ efflorescunt bis in anno. Acropolis, Padula, &c. Cæterum in Italia Archiepiſcopatus triginta, Epiſcopatus oppidatim innumeri, Academiæ duodecim, &c.

Magna-Græcia. Baſilicata.

HACTENVS igitur *Italia triplex*, Gallica, Italica, Neapolitana. Atenim pars quondam Magnæ Græciæ non vltima, nunc Turcicæ Europæ verſus Septentrionem, alteram nimirum Adriatici ſinus, quæ toti Italiæ obverſatur ripam occupat *Sclavonia*.

GEOGRAPH.

TITVLVS XXX. *Sclavonia variè diſtincta.*

SCLAVONIA.

CONFVSA olim erat cum Illyrico Pannoniaque tum nomine, tum limitibus. At propriè ea Regio Dravum, Savumque amnes intercipit. *Styria* ab occaſu, ab ortu Danubio concluſa; in qua olim Pannonij, mox Gothi, demum Sclavi ſive Sclavoni; qui aliquando Hungaris vectigales, in Turcas deſciverunt. Styria.

Hinc ad mare Adriaticum deſcendendo occurrit *Croatia* vel Liburnia, alijs Valeria; inter Savum fluvium & Adriaticum mare, quam diſpeſcit à Macedonià fluvius Mathis: continetурque in ea *Boſnia*, inter Vnam, Savum & Dravum amnes, à Boſna flumine ſic dicta. In qua Beſſi ſeu Boſni, olim Gothi, nunc Sclavuni, qui Turcicæ ſunt ditionis. In littore Scardona Turcici Imperij, & *Raguſa* ſui juris at Turcæ ſtipendiaria. *Illyricum* ſeu *Dalmatia*, cujus limites olim fuere ab occaſu Arſias flumen, à Septentrione montes quibus à Pannonia diſcerpitur: ab ortu Timacus, Scodrus, & Drilo fluvius; à meridie, Adriaticus ſinus. Gens admodùm ferox, latrocinijs addicta. Sed D. Hieronymi natalibus, Stridone commendatiſſima. Croatia. Boſnia. Raguſa. Dalmatia.

VERSVS Septentrionem, inter Danubium & Germanicos montes, *Pannonia* terrarum quidquid inter Dravum, Savumque fluvios protenditur, dicta Valeriana & Riparenſis; diviſa olim in Superiorem, & Inferiorem. In Superiori ſive prima Conſulari, nunc Carniula, Croatia, Styria, Carinthia, major pars Auſtriæ. Pannonia. Superior.

In Inferiori, ſive ſecunda Conſulari, Poſnia, Sclavonia pars Hungariæ. *Mœſia*, dicta à nonnullis Dardania: ab alijs Cereris horreum, propter fertilitatem. Pars olim Thraciæ, ſita ſupra Macedoniam & Thraciam; cujus limites Aureus & Scodrus montes, Danubium intra & Hæmum ad Pontum vſque. Diviſa in Superiorem, quæ nunc *Servia*; cui per fluvium Ciabium verſus Euxinum, intra Danubium Hæmumque, contigua eſt Inferior; quæ *Bulgaria* à Servis & Bulgaris, advenis ex Sarmatia Aſiatica. Caput Superioris Sinderovia, Inferioris Sophia. Inferior. Mœſia. Servia. Bulgaria.

THRACIA ſeu Scitonia, nunc verò *Romania*, Iambolia, Toplizia, Thiqua. Cujus primus cultor Thyras, ſeptimus Iapeti filius; vnde Tyriam, Thraciamque ferunt cognominatam. Sita inter Pontum Euxinum & Propontidem, Ægeum mare, Strymona fluvium & Hæmum montem. Thracia.

Hanc incoluere *Thraces* & Getæ, adeò barbaris moribus; vt dum fulguraret, ſagittas in cœlum excuterent. Infantem à partu lugerent, functum gaudijs proſequerentur. Plures inter eos vxores, quarum dilectiſſima ad demortui viri tumulum mactabatur; cæteris in ſe beneficium minimè collatum, dolentibus. Ingenuæ Mulieres, notis in fronte ſignabantur. Otiari, & ex raptu vivere honeſtum. Rex ſuo munere non functus, interdicta poteſtate, fame peribat. Enim verò Turciæ Europeæ, nec-non *Ottomanici* Imperij pars maxima eſt *Græcia*. Mores Thracum. Rex.

TITVLVS XXXI. *Græcia-Turcica.*

GRÆCIA.

Nomen. Limites.

TERRA Iavani dicta, Hellas verò ab Hellene Rege. Dalmaticis ſive Sardicis jugis, ab Illyrijs ac Mœſis: Strimone amne, à Tracibus diſtincta. Ab aliquibus tamen deſcribitur Tractus ille omnis, qui ad Occidentem Ionio mari alluitur, ad meridiem Lybico: ad ortum Ægeo, ad Septentrionem Dalmaticis Montibus: Thermopylæ, ſicut Italiam Apenninus, mediam dirimunt, in totius Græciæ munimentum. Nempe adeò difficilis viæ, vt ſi Gallidromi ſpatium excipias non latius quadraginta pedibus, quà ſcilicet in Occidentem deſinunt, non poſſit exercitus in Græciam traduci. *Diviſa* à Romanis in *Macedoniam*, ſub qua Macedonia, Epirus, & Theſſalia: & *Achaiam*, ſub qua Græcia propriè dicta, Peloponeſus, & Inſulæ circum jacentes.

Thermopylæ. Diviſio. Macedonia Achaia.

Olim lætiſſima Regio, Martis ac Minervæ artibus præcellens. Iam ſub impietatis & diræ Tyrannidis jugo nil niſi magni nominis vmbra, vix retinet vrbium imagines. Satis igitur eſto, quinque Provincias ſtrictim perluſtrare.

Macedonia. Libr. 1. c. 1. Duplex eſt.

MACEDONIA in medio duorum marium, Ionij ab occaſu, ab Oriente Ægei ſeu Archipelagi; habens à Septentrione Thraciam & Mœſiam, montibus circumvallatur. Dicta ante Edeſſa, Pœonia, Amonia, Pieria, aliquando etiam Boëtia: in Libris Machabæorum, Cethim; tandem Æmathia, ab Æmat vndecimo filio Chanani. Iam *duplex* cenſetur. Illa quæ verſus Ægeum, propriè dicta Macedonia eſt; vbi Theſſalonica, Dyrrachium ſeu Epidaurus, Elima, Pella: Stagyra, Patria Ariſtotelis; Apollonia, &c. Quæ autem pars vergit ad Ionium mare, eſt Epirus, ſeu Albania: olim Canica, Chaonia, Oricia, Dodonia, Moloſſia; hodiè Ianna, ſive *Albania*, vbi Dodona, Buthrotum, Nicopolis, Caſſiope, Argos ſeu Amphilochium, Ambracia, Actium, &c.

Albania.

Achaia. Athenæ.

Interdividente Acheloo flumine, adjacet ab ortu ACHAIA. Hanc meram Græciam, Iunior Plinius indigitat: omnes Helladem, ſive Græciam propriè dictam; Peloponeſo ad Iſtrum contermina. Cujus Provincia Attis, in qua *Athenæ* ἑλλάδος ἑλλας: Græciæ compendium, oculus, ſol & anima. Marathon, magnarum virtutum teſtis. Ætolia, in qua Chalcis, Locris. Naupactus, vulgò *Lepantus*; victoriâ à Chriſtianis, contra Turcos, percelebris. Phocis, in Anticyra; Pythia; Delphis ad montem Parnaſſum, oraculo ſuo ſatis nominata. Boëtia, in qua Cheronæa Plutarcho inſignis. Plateæ, Delium; Aulis, cujus portus navium in Trojam conjurantium ſtatio fuit. Leuctra, vbi Epaminondas in Lacones Victor. Megaris, vbi Megarã, & Eleuſis. Achajam porro Othris & Oëta montes verſus Septentrionem dividunt à Teſſaliâ, ſeu Pyrrheâ, *Hæmonia*, & Comenolitaria nunc *Iana*; in quâ Philippici, ſive *Pharſalici* Campi, Romano per civiles diſcordias ſanguine purpurati. Melibea, Thebæ-Theſſalicæ. Methone, in cujus obſidione Philippus Magnus oculum amiſit. Tempe, ſacris nemoribus illuſtris.

Dicta olim. Morea. Figura, & ſitus. Iſthmus.

Tandem à Theſſalia per Achaiam ad meridiem deſcendenti, occurrit MOREA; Græciæ Peninſula, cuivis non prorſus indocto notiſſima. Dicta olim Peloponeſus, quin & Ægialia, Apia, Pelaſgia, Pelopia, Inachia, &c. Platani folio non abſimilis, ad ortum reſpiciens mare Creticum, ad occaſum Ionium ſeu Adriaticum, à meridie Mediterraneum: à Septentrione habet Corinthiacum ſinum, & Saronicum; inter quos *Iſthmus* ille clauditur ludis, Neptuni celebris; & multorum conatu irrito, qui eas anguſtias perforare attentarunt, vti Mare vtrumque committerent.

Hæc Græciæ pars quondam vt opulentiſſima, ita celeberrima: toties hiſtorijs, toties fabulis; toties ſacris, profaniſque Scriptoribus vel ad miracu-

lum, vel ad faſtidium decantata. In ea ſiquidem notiſſimâ famâ viſebantur *Corinthus*, priùs Ephyre, ad Iſthmum, Græciæ lumen appellata, Aſiam & Italiam gemino portu reſpectans; cui vicinus Pyrene fons. *Elis*, in qua Olympia tum Iovis Olympij Templo, tum ludis quinquennalibus percelebris. Cyllene, in qua Mercurius natus. Argia, Lernæ, Micenæ: Nauplia, ſive Neapolis; Lacònia, Lacedemon ſeu Sparta. Leuctrum, Epidaurus, Malvaſia, Meſſenia, Pylus. Arcadia vbi Tegea, Stymphalus, Megalopolis. Sicionia, vbi *Sicion* vrbium antiquiſſima. GEOGRAPH. Corinthus, Elis, &c.

His ſuper Europam ſummatim expeditis, jam cæteras Mundi partes (ſi Terram-Sanctam exceperis) adhuc leviori calamo exequemur; quia, vt eſt ſeculum, vix quicquam in eis reſtat, præter impiam barbariem, vilemque mercaturam. Dicamus ergo conſequenter, de vicinâ Europæ *Aſia*.

57

A S I A



TITVLVS XXXII.

Aſiæ amplitudo.

REGIO ſanè ampliſſima, complectens præcipuas Provincias quadringentas viginti octo, Inſulas majores triginta ſex. Semia olim dicta, à Semo Noëmi filio. Aſia verò ab Aſia Iapethi conjuge, vel ab Aſio Manei Lydi filio. Sita inter gradum latitudinis x. ad vſque LXXII. Habens à Septentrione mare Scythicum, à meridie Indicum: ab ortu Eoum, ab occaſu ſinum Arabicum ſeu mare Rubrum, Mediterraneum, & Euxinum. Diviſa olim in Majorem, & Minorem. Sub hac Phrygia, Media, Lydia: Caria, Æonia, Doris, Rhodus. Sub Majori, reliquæ. Nomina; Situs. Limites, Diviſio.

Nunc verò vaſtiſſimam terram ſub Tartarorum, Indorum, Chinenſium, Perſarum, Turcarumque famoſis Imperijs, velut in orbem circulariter

DIVIDVNT	*Tartaria,*	*Anatolia,*
	India,	*Syria,*
	Perſia:	*Palæſtina.*

COSMOLOG. Tartaria. Cathaio. Ruſſia-Alba.

SVB Tartaria, quà nunc *Scythia* & Sarmaria, Regiones olim tum Imperijs, tum confinijs diviſæ. Et Serica quidem, quæ nunc *Cathaïo*; habet ab ortu Chinæ Regnum, Indiam à meridie, ab occidente mare Caſpium & Poloniam; Moſcoviæ partem obtinet, vocaturque Ruſſia-Alba. Nimirum à fluvio Tanaï ſinuque Simbrico à Septentrione mari glaciali, vbi ignota, incultaque reputatur.

DIVISA IN { *Aſiaticam*, Et *Europæam*. }

Aſiatica. Zagatai. Turckeſtan. Magnus Cham.

ASIATICAM ſeu Majorem partiuntur imprimis *Tartaria* deſerta, inter Tanaïm, Imaumque montem: inque complures hordas diſtributa; quæ, ſi Tunienſem excipias, Moſcoviæ Duci pareot. Tartariam Zagataï, cujus Metropolis Samarcanda, *Tamberlane* Tartarorum bellicoſiſſimo celebris. Regnum Turckeſtan, veteribus Sacarum regio. Magni *Cham* Imperium, cujus initium à Noruſſis montibus in confinijs Tartariæ deſertæ, ad vſque Tabin promontorium, fretumque Aniar. Hujus, ſicut & totius Cataïni Regni caput, Cambalu ad ripam Poliſangi; cujus ſpatium eſt viginti quattuor milliarium Italicorum, ambitu quinque milliarum Germanicorum. Tartaria denique vetus, quæ inter Paropamiſum amnem, & Cataïæ Regnum ad vſque Septentriooalem Oceanum porrigitur.

Solum. Mores.

Vix credenda cæli intemperies, cùm vel tonitrua timore Homines enecent. Hyeme nunquam pluit, æſtate ſemper ſtillat; ferax tamen Regio. *Mores* Tartarorum, æquè barbari. Ejuſdem ſedis impatientes, Iſinaëlitas ſe jactitant. Adulterium in viro æquè ac muliere plectunt. Primum in criminibus ſupplicium, flagellatio: ſecundum, adeóque vltimum, ſectio per medium corpus. Fures repetitis per *ſeptem* vices ictibus puniunt. Credunt Metempſychoſim. Animam vocant vmbram, & filiam DEI. Albo in funeribus colore vtuntur. A Cæleſti DEO ſanitatem, à terreſtri bona poſtulant temporalia. Mahumeti legem admiſere anno MCCXLVI. Mithrarum vſus apud eos perennis. Fœminæ, hyeme nigro, æſtate albo conveſtiuntur. In bello equis imagines imponunt, ad terrorem hoſtium.

Rex.

Canguiſta, equorum mareſcallus, fictâ revelatione factus inter eos Imperator anoo MCLXXXVII. juſſit ſeptem Principes primogenitos occidere. Hinc mira in Regno obedientia. Nam & qui ſine *Regis Salvo-conductu* reperitur, poteſt capi in ſervitutem. Nefas jurare per Thronum regium; quod ſi pejerarent, morte mulctabantur. Summum nefas, verbis illius aliquid addere. Nullus coram eo, vacuis manibus admittitur: nec priuſquàm purgatus, etſi advena ſit, vel cujuſcumque dignitatis. Is honor defertur quod eum filium DEI exiſtiment, adeóque adorent: ei ſacrificent, nullumque in toto Mundo digniorem exiſtiment. Quotidie alit triginta mille pauperes. Modus Regem eligendi, haud vulgaris. Quippe electum ſtatimque in throro aureó conſtitutum, ſic alloqoitur Populus. *Rogamus, volumus, etiam præcipimus vt domineris nobis.* Quibus reſpondet, *parati igitur ſitis omnibus quæ præcepero morem gerere.* Annuente Populo, repetit; *ergo oris mei ſermo, de cætero gladius meus erit.* Quo facto ſtatuitur in terra ſuper ignobili filtro verſus orientem, illumque ſic alloquuntur. *Oculos ſurſum erige vt* DEVM *cognoſcas, & filtrum reſpice in quo ſedes. Si benè adminiſtraveris, omnia tibi ſecunda: ſin minùs, adverſa adeò omnia, vt nec exile in quo ſedes filtrum ſis poſſeſſurus.* Qui limen tentorij in quo Rex ſedet calcarit, in ipſo veſtigio interficitur.

Potentiores Tartarorum Servorum vnum eligunt, inuruntque ſuo ſigillo vt ſecum tumuletur. Regem cùm ſepeliendum deferunt, quicumque obvij occurrunt necantur, vt in alterum Orbem diſcedant Regi ſuo obſequia daturi; adeò vt in funere Mogut quinque circiter hominum millia, eo modo interfecta memorentur.

Idola quædam olim venerabantur, quibus antequam aut ederent, aut bi-
berent partem apponebant. Multis addicti ſuperſtitinnibus. Cultellum in GEOGRAPH.
ignem mittere, vel eum attingere nefas. Securi aliquid propè ignem ſecant
nunquam, ne fortè eum lædant quo arbitrantur omnia purganda. Oſſe aliud Religio. Ignis.
os ſrangere, aliaque ſimilia religioni ducunt; graviora cæterum peccata vt
homicidium, latrocinium, &c. nihili ſacientes. Cùm alicui mors inſtat, vexil-
lo nigro cum haſta ad januam poſito introitum arcent. Tartarorum quidam
parentes ſenes, vt citiùs morerentur, pinguedine obeſcabant: mortuos com-
burebant, cineribus aſſervatis, illis cibaria quotidiana condientes.

Vidimus confectum illic pannum, quem vocant Salamandram. Ex viſceri-
bus terræ cruitur, purgatur, in fila ducitur, igne non comburitur: ſed deal-
batur, purgaturque. *Fædera* iciunt infuſo in craterem vino, proprioque quem Fœdera
ſibi extrahunt ſanguine commixto; quod ebibunt, mutuis ſe ſe imprecatio-
nibus devouentes.

In eo Tractu Schytæ, Getæ, Amazones, Antropophagi, Pharmacotropi
venenis veſcentes. Melanclileni, ſolo nigro veſtiti: Budini, Geloni, Agrip-
pæi, ab ipſo ortu calvi.

Ad ortum verò ſolis INDIÆ. Cujus portio illuſtrior eſt *Sinarum* Regio. India.
Olim Caïna, à Cainam ſemi nepote per Arphaxatum. Lata à gradu x. ad xl. Sina.
longa à Cxl. ad Clx. Limites ab occaſu Damaſij montes, quibus ab India- Limites.
veteri & Tartariâ disjungitur: ab ortu & meridie Sinenſis oceanus, à Septen-
trione Oltorocoram, & murus ille trecentorum milliarium germanicorum,
contra Tartarorum irruptiones extructus. Diviſa in quindecim Provincias, Diviſio.
ſive Præfecturas; quarum minima, ſi Chartis & Relarionibus fides, totâ no-
ſtrâ Galliâ major eſt. In ea rara omnia, quamquàm ignota pleraque ante
Luſitanorum navigationes anno MCCCCLXXXXVII. Chinæ *Monarcha*, Imperium.
cui vix vllus poteſtate par, inſcribit ſe Mundi dominum ac Cæli filium. In ſin-
gulis Provincijs aſſervatur aurea *Regis* ſtatua, velo ſemper obducta; niſi in Rex.
pleni-lunio, quo à Populis ſumma veneratione colitur.

Idololatriam *exercent* Solem & Lunam venerantes, Cœlumque Deorum Religio.
maximum arbitrantur: eoque inſeriora omnia gubernari, & ptimo alphabethi
caractere exprimunt. Diabolum venerantur, ne mala inſerat. Animorum cre-
dunt immortalitatem, & aliquod poſt mortem Purgatorij genus. In ſepul-
chris arma, &c. comburunt, ſed papyracea & picta. Infinita Viris zelotypia,
vnde Vxoribus cancelli, &c. Lingua Eruditorum, vocatur Mandarim. Literis Studia.
Hieroglyphicis vtuntur, lineaſque à ſummo ad imum perducunt. Europæos
aiunt habere vnum oculum, ſe geminum, alios neutrum. Mira in China cœli
clementia, ſoli ſœcunditas, Hominum induſtria; vt pote quæ Πολυτεία, Ty-
pographiâ, æneis tormentis: alijſque præclaris, multis ante nos ſæculis, vſi
denarrantur.

Sinarum Regno peragrato aperit ſe INDIA-VETVS, ſive India propriè di- India vetus.
cta Orientalis; in qua alia rerum ſacies, alij ſiderum ortus & interitus: binæ in
anno meſſes, omnia læta, omnia ſælicia; ſic vt natura delicias; ſimul & divi-
tias videatur hîc profudiſſe. Etenim auri, argentique adeò fœcunda; vti ſolum
ejus aureum, argenteumque Veteres crediderint. Nomen accepit ab Indo; Limites.
nobiliſſimo flumine; quo à Perſis diſterminatur; habens ab oriente & Septen-
trione Chinam, cæterà mari cingitur. Longa à gradu C. ad xl: lata à Cx. ad Diviſio.
Cxl. diviſa Gange flumine. Partita in Indiam intra Gangem, quæ ad occa-
ſum, *Indoſtan*: & Indiam extra Gangem, quæ ad ortum *Mangi* dicitur, eſt-
que regio *Ophir*. Quam rurſus in novem Regiones partiuntur Cambaia, Goa, Ophir.
Malabar, Pegu, &c.

Indos reſert Plinius, ſolos è finibus ſuis nunquam egreſſos. Gangis aquæ, quâ Mores.
peccata credunt deleri, tributa impoſita. Arbor ibi ad omnes vitæ vſus vtilis.
Alia arbor ex qua oleum, vinum, acetum, & ſaccarum extrahitur. Falſis te-
ſtibus extrema digitorum abſcindunt. Qui membro alterum orbaverit, pro
talione manu truncatur: qui verò artificem, capite plectitur. Si qua mulier
Regem ebrium occidebat, ſucceſſori collocabatur. Regi de die dormire cri- Rex.
men erat. In prandio Regis, Sacerdotes verba ſaciunt de ſapientiæ myſterijs.

COSMOLOG.

Qui ter in mendacio fuerat deprehenſus, perpetuo ſilentio damnabatur. Elephanti hîc frequentes, qui fame domantur. Porus Rex Indorum, cum ſexcentis Regibus imperaret; ſcripſit ad Auguſtum Cæſarem, dona miſit, illius amicitiam demeriturus. Iis qui falſa ſemel ex Aſtrologia prædixiſſent, æternum ſilentium indicebatur.

Chriſtianitas. Sacrificia.

Inter eos Iognes quidam fuit vitæ auſterioris, qui à Chriſtiano inductus vt in memoriam quinque vulnerum CHRISTI, quina verbera ſibi infligeret, hanc vocem cælitùs emiſſam excepit; *Recta vna via eſt, quam terunt Chriſtiani.* Nemo ex Indis coronatus ſacrificat. Victimas non jugulant, ſed præcluſo ſpiritu ſuffocant, ne quid mancum DEO offeratur. Auſterus admodum Gymnoſophyſtarum, Brachmannorumque vivendi ritus. Variæ, horrendæque *Hominum* in India ſpecies eſſe referuntur. In quibus Aſtomi Homines ſine ore viventes, ſed tantùm halitu & odore quem naribus trahunt. Pigmæi, Spithamæi, quos Homerus à gruibus infeſtari prodit. Cyclopetæ, monoculi. Cynocephali, canino capite. Sciopodæ, qui vmbrâ pedum ſe protegunt. Sindæ quorum cutis adeo dura, vt ſagittarum ictibus non lædantur.

Hominum Monſtra. *Vide Herodot. & Plin.*

Persia. Limites. Diviſio.

Indiæ Orientalis amplitudini accedit, diſpeſcente Indo, alias Arabio, PERSIA, ſeu Elam: lata à XXV, gradu ad L. longa à LXXXV, ad CXX. Habet ab ortu Indos, à Septentrione Tartaros juxta Oxum fluvium: ab occaſu Turcas ad Tigridem, ab auſtro Perſicum ſinum, Indicumque Oceanum. Diviſa in complures Provincias; cujuſmodi Gedroſa, Carmania, vbi Regnum Ormus. Bactriana, Hircania, Parthia, Perſide, Aſſyria, Media, Meſopotamia. Babylonia, Chaldæa.

Imperator Sophi.

PERSIA ſanè dicitur *Sophorum* imperium, à Sopho Principe; vnde & Populi, Sophiani nuncupantur. Nam Imperium primò fuit penes Aſſyrios, poſtea ad Medos: ad Perſas poſt-modùm, ſubinde ad Macedones, demum ad Parthos; qui à Turcis devicti & Saracenis, Regnum in eorum poteſtate tradidiſſent, niſi ſub Iſmaële Rege, Perſarum virtus iterum emerſiſſet.

Aſſyrij. Chaldæi.

Aſſyrij porro ſinguli annulum ſignatorium, ſceptrumque affabrè factum habebant, ſine quo in publicum prodire nefas. Apud eos *Chaldæi* Philoſophiæ, Aſtrorumque obſervationibus addicti, Mundi æternitatem credebant. Maximam vim planetis, Saturno præſertim, tribuebant. Mercurium, Iovem communi nomine Mercurios vocabat; quod Deorum interpretes, futura imprimis prædicerent. Aſſyriorum ſepulchra in melle.

Sepulchra in melle. Medi.

Medis, à Medeo Iapethi filio, thiaræ, veſtiſque manicatæ vſus. Fædera inita mutuo ſanguinis linctu.

Parthi.

Parthi Gens ſæculis multis ignota, Scytharum exules; poſtmodùm tamen rebus bellicis adeò inſignes, vt devicto armis imperio Orientis, totius Orbis imperium cum Romanis fuerint partiti. Sæpiùs pugnant terga dantes, aut etiam fugam ſimulantes. Fides dictis, factiſque nulla niſi quatenùs expedit. Sepultura, avium ferarumque laniatus. Rex primus filius Aaram abnepos Noëmi, qui mutato nomine vocavit ſe Adamum. Viceſimus ſeptimus Rex Perſarum, vocatus *amicus militum*.

Rex amicus militum.

Perſæ.

Perſarum nunc ingenui admodùm mores, & litterarum cultura. Mahometica Religione infecti, cujus varias inter ſectas, eam complectuntur, quæ dicitur *Alli*, Turcis admodum inviſam; vnde frequentes inter eos diſſenſiones, bella, odiumque perpetuum.

QVOD reliquum eſt Aſiæ, Turcicum Imperium obtinet; cujus velut compendium eſt *Aſia minor*.

GEOGRAPH.

ASIA MINOR.

TITVLVS XXXIII. *Aſia Minor Mahumetica.*

Nomina, Limites.

MODO Iavàn nuncupata. Aliàs Anatolia, vel Natolia: Turcia Major, aut Nova. Terminos habet ab oriente Euphratem, à meridie Mediterraneum: ab occaſu Archipelagum Græciæ, à Septentrione Euxinum. In hac fœlici terra regnarunt olim Aſſyrij, Trojani: Cyrus, Cræſus, Mythridates: Cappadoces, Galatæ, Macedones Græci, Romani; jam verò Turcæ.

Turcæ.

TVRCÆ porro (quo etiam nomine à Plinio, & Mela appellantur) ferum Hominum genus, ad doctrinæ & Religionis excidium, è Scythiâ (quam nos Tartariam nuncupamus) per latrocinia ſub Ottomanno Chami Magni milite, eductum. Seipſos Iſmaëlitas, & Agarenos vocant; quod ab Iſmaële ex Agar, & Abrahamo jactitent ſe deſcendere. Sed & *Muſulmanni* amant appellari, id eſt Circumciſi, aut rectè credentes ac Fideles. *Turcarum* nomen averſantur, quia revera, quod ſunt, exules ſignificat.

Cœpit ea Tyrannis circa annum MCCC. Crevitque paſſim ignaviâ, & diſſentionibus noſtris. Nam quidquid ab Hungaria per Græciam, Aſiamque ad fælicis Arabiæ oram in mari Rubro extenditur: quidquid ab Ægypto, & Æthiopiæ confinijs, per mare Mediterraneum, Euxinumque, Ruſſiæ affines & Tartaros attingit; id totum nefandâ Turcarum Tyrannide pollutum eſt. Adeò vt adjunctis ſibi Saracenis, idque intra ducentos ſexaginta aut paulò plures annos, ſubque duodecim omninò Imperatoribus; magnam Africæ, majorem Europæ, maximam Aſiæ partem ſubjugarint. Gens ipſa impietati, voluptati, ſervituti, veneficijs, iiſque ſubtiliſſimis: ignorantiæ, crudelitati, nullis non criminibus nata.

Mahometiſmus Religio.

Monſtruoſam *Mahumetis* Legem, vt pote ex diſcrepantibus omninò Sectis conflatam, à Saracenis mutuata, ſequitur. Illius autor *Mahumetes*, Perſa, Iudæo patre, matre Chriſtiana oriundus; adjunctoque ſibi imprimis Sergio, Monacho Neſtoriano. De ea Lege, quæ *Alcorano* continetur, apud eos diſputare nefas. Ad eam cogitur nemo, ſemel amplexam deſerere piaculum eſt igne luendum In ea omnis voluptatum indulgentia. Repetita quinquies in die orientem verſus oratio, quæ fit ſæpiùs præcedente totius corporis lotione; vnde frequentia balnea. Summus apud illos Pontifex, *Mutphi* appellatur. Secundus à Mahumete tum CHRISTO Domino, tum B. Virgini honos; eum enim ſummi Prophetæ loco habent. Vrbes habet præcipuas, in Tbracia Bizantium Conſtantinopolim: Alepum in Syriâ, Tauſirium in Perſide, Cairum in Africa Ægypto. Diverſas verò Provincias gubernat per Beglerbeios, Baſſas & Sangiacos; quos præſertim legit ex Dalmatis, Illyricis, aliiſque ſanguine Chriſtianis; adeò vt ſit pretium, de Turcica ſtirpe minimè naſci.

Imperium.

Variæ Turcicæ ditionis Provinciæ. Turcomannia. Armenia duplex.

Turciæ porro Majoris, ſeu Minoris Aſiæ Provinciæ, ſive potiùs partes, deinceps numerantur. TVRCOMANNIA; in qua *Armenia*, diviſa Euphrate in Majorem & Minorem. Illa intra Caſpios & Tauros montes, ad vſque Moſchicos montes; vbi olim Saraceni, & Amazones. In ea jam reponitur Colchis, inter Iberiam & Pontum; in qua vrbs Sebaſtopolis. Iberia inter Albaniam, & Colchidem. Albania inter Iberiam, & mare Caſpium. *Armenia-Minor* ab ortu Euphratem, à meridie Amanum montem: ab occaſu & Septentrione, Scordicum montem habet. Ibi Nicopolis, Melitenæ, &c. Thergama, vel Tborgama, ſeu Pontus; vbi Cappadocia, Neocæſaria, Iconia, Trapezus. Galatia, ſeu Gallo-Græcia, vel *Græco-Gallia*: quod eam Gallica græca, Gens mixta, incoluerit. Cujus nunc partes duæ, Rom & Chianeare: olim verò, Paphlagonia; in qua Populi Heneti, à quibus fortaſsè Veneti in Italia. Tandemque *Pontus*, alias Bithinia, ſeu Phrigia Major; vbi Chalcedone, Heraclea, Nicea, Lampſacus, Cal-

COSMOLOG. lipolis, Lyſimachus, Nicomedia. Pruſa Nima, Ottomanorum ſedes ad montem Olympium. Et in ipſo Boſphoro, olim Biſantum, nunc *Conſtantinopolis*.

Aſia Minor. Limites. TERTIA & vltima pars eſt *Ianva*. Quæ propriè *Natolia* eſt, Aſia-Minor. Terminatur à Septentrione, Bythiniâ ac Ponto: ab ortu Galatiâ, Pamphiliâque, & Lyciâ. A meridie eâdem Lyciâ, & Rhodienſi mari: ab occaſu Ægeo pelago, & Helleſponto. In ea extant Myſia Major, & Minor; vbi Trajanopolis, Pergamus, Abydus, Dardanum. Phrygia, vbi olim *Troja* vetus fabula. Lydia, vbi Thyatira, Sardes, Philadelphia, Caria inter Lydiam & Ioniam; vbi Magneſia, Fripolis, Laodicea. Ionia in littore, non procùl à Chio, vbi Ephcſus, Smyrna, Clazomene, Colophon Homeri patria. Æolis, vbi Cuma, Phocæa, Elæa. Doris, in qua Hallicarnaſſus. Lycia, ſeu Lydia, quæ & Mæonia. *Aldinelli*, in qua mons Chimæra; qui fumum ſæpiùs exhalans leones in cacumine, capras in medio ob læta paſcua, in radicibus dracones habens, præbuit tot fabularum ſegetem. Licaonia, vbi vrbs Patara S. Nicolai Patria. Pamphylia, vbi Side, Seleu, Perga. *Cilicia*, nunc Carmania, longo tractu inter Taurum montem & Cilicium mare porrecta; in qua Tarſus, D. Pauli natalibus clara. Et cæteræ quæ hinc inde adeò implexæ ſunt, vt vix diſcerni queant.

REDEVNDVM igitur ad aliam Aſiæ partem non vltimam, quæ *Syria* nuncupatur.

TITVLVS XXIV. *Syriæ delineatio.*

SYRIA.

Syriæ Nomina. Limites. HEBRÆIS Aram, vernaculis Sorie, vel Aramée. Longa eſt à gradu LXXV, ad LXXXX. Lata à XV, ad XXXV. Habet ab ortu Euphratem, & Arabiam deſertam: à Septentrione Ciliciam, & Armeniam-Minorem: ab occaſu mare Syriacum, & montem Amanum; Terram-Sanctam, à meridie. Syriæ accenſetur *Phœnicia*, cujus limites olim fuere quidquid terrarum eſt inter Eleutherum flumen, & Peluſium oppidum Ægypti. *Divisa* in Galilæam ſuperiorem, ſive Gentium, inter Cherſei fluminis oſtia & Antilibanum montem: & Syrophenicen, inter Antilibanum & Libanum montes. In ea vrbes clariſſimæ Ptolemaïs in littore ſita, ante Acon & Ace dicta. Haud prucul Mons Carmelus in Phænicia, alter namque Galilæus, mari imminens; cui vicina vrbs ejuſdem nominis, olim Ecbatana. Famoſus vtiquè Eliæ incolatu, ac miraculis: Eliadum, ſeu Carmelitarum origine. Quin & Pythagoræ, ex Iamblico: & Veſpaſiani, ex Tacito, cultu & peregrinationibus. Tyrus, Zor Sacris litteris; nunc Sarepta; Sidon, Beritus, Tripolis in Galilæa Gentium. Antiochene, ab vrbe primaria Antiochia, vbi & Apamea. Laodicæa & Seleucia, dicta Peria; vrbes quattuor nobiles, à quibus ipſa regio Tetrapolis dicta.

Phœnicia. Diviſio. Mons Carmelus.

Cœleſyria, id eſt Cava-Syria; cujus partes tres. I. Decapolis. Regio ab decem vrbibus, in queis Damaſcus; à quâ & Regiuncula Syria, Damaſcenæ nomen habuit. Philadelphia, Scytopolis, Antia, Niſa; &c II. Tetrarchiæ, quæ ſeptemdecim notantur inſtar Regionum. Inter quas, Trachonitis, Paneas, in qua *Iordanis* fontes. Amnis à Plinio deſcribitur [amœnus, & quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus: accoliſque ſe præbens, velut invitus. *Aſphaltitem* lacum dirum natura petit; à quo poſtremò ebibitur: aquaſque laudatas perdit, peſtilentibus miſtas. Lacus nihil præter bitumen gignit, vnde & nomen. Nullum corpus animalium recipit, tauri camelique fluitant: inde fama, nihil eo mergi. Eodem latere eſt calidus fons Medicæ ſalubritatis, Callirrhoe, aquarum gloriam ipſo nomine præferrens. Ab Occidente littora *Eſſeni* habitant, Gens ſola, & in toto orbe præter cæteras mira. Sine vlla fœmina, omni venere abdicata: ſine pecunia, ſocia pal-

Cœleſyria triplex. Iordanis. *Libr. 5. c. 15. 16. 17.* Aſphaltites. Eſſeni.

marum. In diem ex æquo convenarum turba renaſcitur, largè frequentan- ‘
tibus quos vita feſſos fortunæ fluctus ad mores eorum agit. Ita per ſeculo- ‘ GEOGRA-
rum millia (incredibile dictu) Gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur. Tam ‘ PH.
fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia eſt.] III. Palmirene, cujus caput ‘
Palmira; quæ inter Romanorum, Parthorumque imperia, privatâ ſorte
ſtetit.

Syria Paleſtina, vbi *Terra-Sancta*, de quâ ſeorſim.

MESOPOTAMIA duos inter fluvios, Euphrarem & Tygrim, ſita: pars quondam Regni Aſſyriorum, *Hatam* dicta. Vbi Edeſſa, aliàs Antiochia, Niſibis, &c. Meſopotamia.

Seleuſia, ad confluenta Tygris & Euphratis. Carræ, clade Craſſi nobiles. Seleuſia.
Babylonia, Aſſyriæ quondam aut Meſopotamiæ pars; cui Euphrates à Septentrione, Tygris ab ortu. In ea *Chaldæa*, ſive *Arphaxat*. Mardocæa & Auchanitis Regiones, & Meſene peninſula. Chaldæa. Babylon. Vrbes *Babylon*, Chaldæorum quondam caput, à Semiramide in Aſſyrij Regni ſedem extructa, nunc ſolo nomine clara. Vr Chaldæorum.
Et Vrchoa, Vr Chaldæorum. Vicina eſt

ARABIA { *Deſerta*, *Felix*, *Petroſa*.

DESERTA reſpicit Chaldæam ad orientem, Iudæam ad occidentem: Syriam ad Septentrionem, ad meridiem Arabiam fælicem. Vbi Nomades, 1. Deſerta.
Bathanei, & Scenitæ, id eſt vagantes. *Fælix*, Sabæa, Mamota, ſeu Panchaia; 2. Fœlix.
habens à Septentrione deſertam, à meridie ſinum Arabicum & mare Rubrum: ab ortu ſinum Perſicum, ab occaſu Iudæam & Petroſam. *Petroſa*, à Petrâ 3. Petroſa.
vrbe primaria. Vel Nabathæa, à Gente Nabathæorum. Habet à Septentrione Iudæam, ab ortu & Meridie Arabiam-Fœlicem, ab occaſu deſertum *Pharan*; vbi Iſraëlitarum diutina peregrinatio, Mons Sinaï, & Oreb. Totam demum Aſiam feliciter claudit *Paleſtina*, vbi *Terra-Sancta*.

28 PALÆSTINA VEL TERRA SANCTA



Eden, ſive Chanaan, aut Terra-Promiſſionis Terra-Sancta, Paleſtina, ſive Iudæa *Syriâ* Continetur. In eaque numerantur

Provinciæ.	Tribus.	Regna.	Nationes, et Regiones.	
Perræa	Ruben	Eſebon, Madian, Petra deſerti.	Vallis Zareth, Moabitæ, Perræa Regio, Vallis Regia trans Iordanem, Madianitæ. Zuzim.	Duodecim hæc Regna debellavit Ioſue.
	Gad	Rabba, *ſeu Rabbath*, & Philadelphia, Amorrheorum Regnum.	Raphaim, Thob Regio Galaadita Regio. Perræa Regio Amorrhæi.	
Traconitis	Manaſses Secunda	Aſtraroth, *ſive Aſeroth: Carnaim, & Raphaim.* Damaſus, *ſive Dameſech.* Edrai, *Adara, Adar.* Geſſur, *ſive Ieſſur.* Machati, *Maacha, Micha.* Soba, *Hoba, Suba, Sophena.* Teman.	Galaaditæ. Gerazenij, Gergezenij. Gamalica Regio. Bethania Regio. Campi Madanæi. Hus Patria Iobi. Argob Regio. Geſſur Regio. Auranitis Regio. Machati Regio. Thraconitis Regio. Antilibanus Regio.	
Galilæa Regnum Iſrael	Nephtalim	Azor, *Hezen: Aſora, Aſara.* Cedes Nephtalim, *ſive Seneca.* Emath, *Chamath, Epiphania.*	Chananei. Æmathia Regio. Ituræa Regio. Pamea Regio. Berin Regio. Galilæa Gentium. Decapolis, *pars.* *Ceamones.*	
	Aser	Achſaph. *Axab, Acſap.* Sidon, *ſive Seid.* Tyr, *aut Tzor, Zor, ſive Sarra.*	Ævei. Sidonij. Maſpa Regio. Chabul Regio. Galilæa pars. Tyrij. Vallis Aſer.	Quæ tres Tribus Phœniciam ad mare Syriacum complent, ubi ante Diluvium hortus Eden, in quo & Verbum caro factum eſt.
	Zabulon	Ieconam, *Iecnal, ſive Icthonam.* Semerum *ſive Semron, ſive Sameron.*	Genneſareth. Galilææ Inferioris pars. Decapolis pars. Saron Regio. Cenezæi.	
	Isachar	Aphec, *aut Apheca.*	Galilæa Inferior. Vallis Ieſraël. Naid Regio. Campus Deſdrelon, *aut Magedao, aut Galilæa.* Dor Provincia.	
		Dor, ſive *Adora; ſive Dornephat.* Galgal, *ſive Galgel.*	Taphna Regio. Vallis Illuſtris. Acrabatane. Pherezij. Raphaim.	

PROVINCIÆ.	TRIBVS.	REGNA.	NATIONES, ET REGIONES.	
		Iezraël. Magedo, *ſabuda, ſive ſubumbra.* Thanac, *ſive Thenách Therſa.*	Narbatane. Dor. Amonitæ. Philiſtini.	
	EPHRAIM.	Gazer, *Gezer, Gadara.* Samaria, *Sichem, ſive Samaritiæ, Marcone.* Sebaſte, *ſive Auguſta.* Saron, *Laſaron, ſive Aſſaron.* Taphna.	Vallis Illuſtris. Ethim Regio. Acrabatane. Tamnitica. Gophnitica. Saron. Philiſtini. Phereſæi.	Paleſtina Phœniciam ſequitur ad Mare magnum.
	DAN	Acharon, *ſive Achron.* Geth. Lachis.	Sephala, Regio. Enachim, Regio Gigantum. Philiſtini.	
		Dabir, *Iabir, ſive Cariat-Sepher.* Gerara, *ſive Vrbaal.* Harma, *ſive Hormach, ſive Anatema.*	Daroma exterior. Sephelæ pars. Gerarica. Philiſtini.	
	BENIAMIN.	Bethel, *ſive Luza, Gabaa.* IERVSALEM. Ierico, *Oza, Hiericus.*	Vallis Regia. Phæreſæi. Iebuſæi.	
Iudæa Regnum Iuda	IVDA	Harad, *Heret, Hader.* Bezech. Eglon. Hebron, *ubi creatus Odam.* Gader. Ieritmos. Lebnia. Maceda. Odolla. Taphna.	Amorrhæi. Hethæi. Amalecitæ. Cinei. Choræi. Sodomitæ. Gomorrhitæ. Adama. Seboim. Segor. Vallis Silveſtris.	Pentapolis curita, Mare mortuum, ſive Lacus Aſphaltidos; aut Mare ſalſiſſum.
Idumæa, ſive Eſau.	ÆDOM, *aut Edõ, & Adonith.*	Cedar, *ſive Chedar.*	Iſmaëlitæ. Agareni, *ſive Saraceni.* Deſertum Sin. Deſertum Zure.	
		Pharan.	Campus Pharan. Deſertum Sinaï. Madianitæ.	

PRO-

GEOGRAPH.

PROVINCIÆ.	TRIBVS.	REGNA.	NATIONES, ET REGIONES.
		Duna Cades, *ſive Zin.*	Amalecitæ. Deſertum Evilach. Deſertum Idumææ. Horræi. Genezæi. Amorrhæi. Seir Regio. Gobilitis, *ſive Idumæa.*

Emenſis hactenus Europâ & Aſiâ, calamo offert ſe deinceps tertia pars Orbis terreni, *Africa.*

62. AFRICA



AFRICAM interpretantur ſine frigore, Hebræis Cham. Eam peninſularum maximam, Æquinoctialis Circulus ferè mediam ita ſecat; vt Aſiæ iſthmo milliarum dumtaxat XXV. annexa, habeat ad Septentrionem mare Mediterraneum, quà Libycum eſt: ab ortu ſinum maris Erythræi, Arabicum cum vicino Iſthmo; ad meridiem Oceanum Æthiopicum, vt Atlanticum ad Occidentem. Regio vaſta, magis quàm frequens. Longa milliaribus ſeptingenta, ab Herculis freto ad Promontorium Bonæ-Spei. Lata milliaribus quingentis quinquaginta, inter duo promontoria, Heſperium, vulgò *Cap verde*: & Aromata, quod eſt juxta fauces ſinûs Arabici, vulgò *Corda-fui.*

TITVLVS XXXV. *Africæ Tabella.*

Nomina. Limites.

Cosmolog.

Veteribus magna pars ignota, incultaque. Iam ſequentibus.

Distribvitvr	*Ægypto,*	*Barbaria,*
	Libya,	*Æthiopia,*
	Numidia.	*Guinæa.*

Ægyptus, Alexandria, Memphis. Babylon.

Æ*Gyptus*, dicta Hebræis Meſrain, quod nomen eſt filij Chami, Noëmi nepotis. Antiquis Aëria, quod inibi rarò depluat: & Nilo irrigetur, ac fœcundetur. Eſt enim inferior Ægyptus, vbi Nilus formatur in Δ, Agathodæmon, juxta flumen Lycum, mareque Mediterraneum. Illic *Alexandria*, in Eccleſiæ primordijs notiſſima; caput totius Africæ poſt deletam Carthaginem, nunc bellorum furore collapſa. Memphis ſeu Arſinoë, vel vt alijs placet, Babylon: hodiè *Cairum*, vel Alcair. Paulò ſuprà viſebatur Babylon, quam cum Caïro confundunt nonnulli. Illic Materea hortus ſolus in orbe balſami ferax, quod vni olim Iudeæ conceſſum. Peluſium hodie Damieta, Ptolemæi Geographi incunabulis clara.

Thebais.

Thebaïs ſeu Ægyptus ſuperior, cui ad occidentem montes Libyæ, ad orientem Nilus. Caput Thebe centi-porta, alijs centi aula, Dioſpolis à Buſiride condita. Abydus Memnonis olim Regiâ, Oſiriſque fano inclyta.

Pyramides. Labyrinthus.

Dvo olim in Ægypto artis miracula, *Pyramides* nimirum; quarum celeberrima, continuo 300000. hominum labore, totoque annorum viginti ſpatio excitata fuit. *Labyrinthus* deinde, mille domos & regias duodecim perpetuo marmorei parietis ambitu complexus; aditu vno ad vias penè innumerabiles, ambagibus multis huc & illuc remeantibus. *Turres* deniquè tantæ altitudinis, vt vmbrarum menſuram egreſſæ, nullas redderent. Illic quoque reperiuntur cadavera aromatis condita, *Mumias* vocant.

Mores, Studia, Religio. Scorpiac. c. 2.

Ægyptij porro ingenioſi admodùm, Geographiæ, Aſtrologiæque inventores, ſingulari rerum divinarum cognitione præditi; quam à Iudæis mutuati, varijs, ænigmaticiſque figuris celebrant. Seculi propterea vocat Tertullianus, ſuperſtitioſiſſimos: adeòque infames Crocodilorum, Felium, Apis, Bovis: quin & Cepium, Alliorumque ridiculâ adoratione. Vnde eos expreſsâ etiam Satyrâ traducit ridetque Iuvenalis.

Satyr. 15.

Illic cæruleos, hic piſcem fluminis: illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morſu.
O ſanctas Gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina!

Rex. Mors in convivijs. Iudex. Medici.

Crimine aliquo, aut ære obſtrictus, nec purgatus, ſepulturâ carebat, quoad vſque feciſſent ſatis poſteri. Defunctorum Parentum corpora dabant in pignus creditoribus. Vt ſiquis non redimeret, magna affectus ignominia careret ſepulturâ. *Regis* demortui vita ſubijciebatur Populorum, Sacerdotumque accuſationi. Quod ſi criminibus infecta probaretur., carebat ſepulturâ. Regi miniſtrabant Viri nobiles, Sacerdotali genere, virtutibus omnibus inſtructi, ne quid turpius committeret Rex. In convivijs celebrioribus mortui circumferebant effigiem, his ad ſingulos convivas prolatis; *hunc intuens pota & oblectare, talis futurus poſt mortem.* Præſes primarius inter Iudices, qui triginta erant, ſignum geſtabat collo ſuſpenſum, varijſque ornatum lapillis, quod *veritatem* vocabant: ſententiam laturus, in veriorem inclinabat partem. *Medicis* nefas alijs vti remedijs, quàm quæ ſacris antiquiſque libris habebantur.

Libya duplex.

Secundùm mare Mediterraneum à finibus Ægypti, vaſta extenditur Libya, Hebræis Phut, Exterior & Interior. Exterior ſeu Mareotidis deſertum, & Goaga; in qua Nazamones, qui mortuos ſedentes ſepeliebant: cavebantque imprimis, ne ſupinus quis è vita decederet. Iurant iciuntque fœdera, ad juſto-

um Virorum *ſepulchra*. Interior Libya habens ab oriente Ægyptum, ab occidente Azanagha: à Septentrione Marmaricam, Cyrenas & Numidiam. In ea Garamantes, Dolopes, &c.

GEOGRAPH.

Ab Ægypto, ad fretum vſque Gaditanum, porrigitur BARBARIA. Nomen invenit vel ab inconcinno murmure Incolarum, quorum nomina ineffabilia vocat Plinius. Vel à frequentibus deſertis. In ea continentur Heſperia ſeu Africa propriè dicta, Mauritania, Wandalia ſeu Tunetanum. *Carthago* ad ſinum mediterranei, Romæ æmula, Scipionis præda, Hannibalis patria, Didoniſque regia. Illic olim matres Deos placabant infantibus flagrantibus aris impoſitis, matre interdum adſtante abſque gemitu ἀγοίτας; adeò vt ſi vel ingemiſceret, honore privaretur, puer nihilominùs ſacrificaretur. *Algerium*, olim Iubæ regnum, & Naſabutorum: nunc verò Numidia Nova, vbi Nomades, &c.

Barbaria; Nomen, Diviſio. Tunetum, Carthago, Algerium;

In *Mauritania* Cæſarienſi, ſeu Sitiphenſi verſus mare Mediterraneum, Peluſium, ad extremum Nili oſtium, quo Ægyptus ab Aſia diſterminatur, nunc Damieta.

Mauritania;

In *Tingitana*, quæ jacet inter Atlantem montem & Oceanum Atlanticum, forma ferè triangulari, *Marocci* Regnum. Gens illic Plinio præcipua, Mauri ſeu Mauriſij. *Feſſæ* olim Ampeluſia; vbi planta vulgò Maus, cujus fructum primis Parentibus vetitum fingunt Rabbini. Vrbs ipſa Feſſa, ad radices Atlantis, ab auro cujus cumulus in fundamentis inventus. Hanc à Septentrione reſpicit *Numidia*.

Tingitana. Maroccum. lib. 5. c. 2. Feſſæ. Numidia;

A fluvio Bajada cum Oceano ad vſque fluvium aureum, vbi Incolæ os velut verenda contegunt; decurrit GVINEA, ſic dicta à primo genito Noë filio, Chus, & Occidentalis Æthiopia. Ibi olim Gangines, Æthiopes, nunc verò Nigritæ, à Nigri fluvio; qui mediam Regionem interfluit agros inſtar Nili ſic fœcundans, vt major ſit lætitia Populis quò minùs terrarum ſuarum vident. Nam ſpatio quadraginta dierum creſcentibus aquis, libera eſt per totam Regionem Navigatio. *Nigritæ* porro Gens admodùm barbara, incultaque. Alium Deum nec colunt, nec habent; quàm id quod mane primo occurrit ipſis ſive homo ſit, ſive animal. Terram ſputo coinquinare, piaculum putant. Labrum ſuperius annulo perforant, decorantque varias corporis partes trajectis ebore aut auro. Alterum oculum rubeo, cæruleo alterum ad decus inficiunt. Principem allocuturi, abjiciunt ſe ad terram. Succedit

Guinea. Nigritæ;

ÆTHIOPIA { *Aſiæ*, Et *Africæ*;

Æthiopia duplex.

ILLA India, de qua ſuperiùs, & cinnamomifera. Hæc jam Abiſſinorum Regnum, Preſte-Ioannis, olim Troglodytica. Habet à Septentrione Ægyptum, ab ortu mare rubrum & ſinum Barbaricum: à meridie montes Lunæ, ab occaſu Nilum, Congi, & Nubiæ Regna. Regio in totum feliciſſima, geminâ, quin & propemodum perpetua æſtate gaudens. Quem olim ex Sacerdotibus videbant phanatico curſu circumferri, ſanctiſſimum prædicabant. Duplex apud eos litterarum vſus. Alter earum, quas ſacras vocabant, ſolis Sacerdotibus addictus. Regem Numinis loco habebant. Rege aut claudo aut monoculo, &c. ſe ſe pariter deformabant. Quem vivere nolebat Princeps, ad eum per lictorem mittebat mortis ſignum; quo inſpecto, motem ipſe ſibi conciſcebat. Venerabantur orientem ſolem, occidentem diris inſectantes. Deum credebant vnum, immortalem, Vniverſique rectorem: alterum mortalem, eumque ignotum. Aurum apud eos adeò frequens; vt Cambyſis Legati illuc profecti, ſontes viderint catenis aureis in carcere detentos. Principes, ſummique Antiſtites in apertum cùm exeunt, Crux præcedit: & aureum vas, cineribus plenum.

Abiſſini. Limites. Rex. Religio. Aurum. Crux prægeſtata.

Religio hodiè Iudæo-Chriſtiana. Nam & Fœmellas circumcidunt, & baptiſmùm annuatim renovant: Sabbathum æquè ac Dominicam perſanctè obſervant. Sacerdotes ſemel nubunt. Indiſcreto colore vtuntur, excepto nigro

qui in ea Gente luctificus eſt.

Cosmolog. Æthiopiam coluere Troglodytæ, qui ijſdem ferè moribus quis Æthiopes Antiqui. Maximum malorum putabant eum vitam ducere, qui vitâ dignum nihil agere valeret. Tauri, arietis, ovis, &c. nomina ſibi aſciſcebant, non Parentum; quòd ab illis, non à Parentibus quotidianus cibus præberetur. Atlantes ſolem tranſcendentem diris devovebant, quod ardore nimio eos torqueret. Angoræ, globulis ſalis & ferri, loco pecuniæ vtebantur.

Congi. *Tandem* Africam claudit *Congi* Regnum, quod incipiens à promontorio Sanctæ Catharinæ, viceſimo ab Æquinoctiali gradu, protenditur verſus Auſtrum ad promontorium Ledo; habens ad occidentem, Oceanum Æthiopicum. Hîc ſtupenda Naturæ indulgentia, proventu propemodum continuo. Arbor vna omnibus fœcunda. Adeóque *Arbos* viſitur, quæ vna & ſola omnia humanæ vitæ neceſſaria ſubminiſtrat. Totos quinque menſes ſingulis annis pluit, vnde Nili arbitrantur inundationes oriri.

His tribus in terrena mole ita breviter adumbratis, reſtat vna, omnium maxima ſimul & ignotiſſima, *America*.

63



Titulus XXXVI. *Americæ vtriuſque adumbratio.* INSVLA nimirum, quam generali aquarum illuvione à reliquo Continenti avulſam ſunt qui divinant; ex Platonis ſcilicet, & Diodori autoritate, ſimulque Iudæorum olim & Carthaginenſium navigationibus. Reperta ſanè primùm fuit anno MCCCCLII à *Chriſtophoro Colombo* Genuenſi. Neque ita multò poſt an. MCCCCXLVII. ab *Americo Veſpuſio* Florentino, ſub Rege Portugalliæ Emanuele. A quibus reperta. Nomina. Repertoris agnomen retinuit Novus hic Orbis Vocatur aliquando Atlantis, India Major ſeu occidentalis, quoniam detecta ſub idem tempus quo India orientalis in Aſia. Et Incolis vtrobiquè non abſimile vivendi genus eſt.

Duplex eſt.

Dividitur in { *Septentrionalem*, ſeu Mexicanam; Et *Meridionalem*, ſeu Peruvianam. }

QVIA ſcilicet vaſtiſſimus ille Tractus, duas veluti peninſulas continet; quas tenuis Iſthmus vigioti ferè Leucarum committit, haud procul abs Linea Æquinoctiali. Habet ab ortu ſolis mare Atlanticum, vulgò *Mare del Nort.* A meridie, Fretum-Magellanicum, quo ab Auſtrali Terra ſejungitur. Ab occaſu Mare pacificum, vulgò *Mare del Zur.* A ſeptentrione, incertum terras an maria. Longitudo inter freta duo, Anianum & Magellicanum, milliarium eſt Germanicorum M D C ◡ C C. Latitudo inter promontoria Fortunæ & Britonis, mille trecentorum. GEOGRAPH. Limites. Menſuræ.

Notiores immenſæ hujus vaſtitatis, quà America *ſeptentrionalis* eſt, præcipuæ ſunt *Provinciæ tres.* I. Ananac, ſeu Hiſpania Nova, in commiſſura Iſthmi. II. Bacalaos ſeu *Francia-Nova*, verſus ſeptentrionem. Illic Canada à fluvio cognomine, diviſa in Eſtofilandiam, & Corterealem, Inſulaſque adjacentes. Virginia, Florida, Nova-Granata, California Mechoacan, &c. III. In *Meridionali*, ſeu Peruviana, iſthmo annexa ſeptentrionali, jacent Caſtella-aurea, Peruvia quam terram Ophir & Hevilat plures arbitrantur: Chili, Chica; vbi Patagones gigantæi, Braſilia, Portus omnium-Sanctorum, Fernanbuco, &c. Provinciæ tres.

Cæterum vaſtiſſima ſolitudo, loca quædam habet fertiliſſima: dierum noctiumque exiguo diſcrimine, ac tantùm-non perpetuo vere. Licet enim Zonæ torridæ ſubjaceant, aëre tamen fruuntur perquàm temperato; ob aſſiduas æſtate pluvias, levinmque ventorum flatus ab vtroque mari æſtum temperantes.

SVPEREST *Fretum-Magellanum*, ab Antore ſic nuncupatum. Aliàs Terra *del Fuego*, ſeu Auſtralis; vbi Guioea-Nova, & Regio Pſittacorum, cum Mari Pacifico *del Zur* Hîc, non ſecus ac in toto Orbe-Novo, terra paſſim inculta, vrbes raræ: Homines barbari, Religio admodùm nulla.

CONTINENTIS delineationi per Geographiam, ſuccedit *Hydrographia*.



COSMOLOG.

TITVLVS XXXVII.

Aquarum omnium deſcriptio.

Nomina varia

FIGVRA hæc ambientis, nec non interfluentis Terrenam molem Oceani, deſcriptionem ſic exhibet; vt Terra inſtar Inſulæ vnius ſtabilita, aquarum quidquid intra extra-ve eſt, in varios ſinus ac nomina diſtribuat. Neque hoc loci diutiùs immorabor paſſivis apud Autores in hacce materia nominibus. Nemo quippe ignorat quid ſignificet Fretum, Sinus, Promontorium, Iſthmus, Inſula, Peninſula, Cherſoneſus: Oſtium, Torrens, Lacus, Stagnum, Palus; Flumen, Fluvius, Rivus. Iſtud itaque vnum præmittam, rectè, quod à Strabone adnotatur, Globum Terræ cingi velut quattuor vittis ſeu limbis grandioribus. Quæ quidem occaſio fuit, vt apud Autores celebretur

Oceanus quadruplex.

OCEANVS
- *Orientalis*, mox Sericus, Sinenſis, Archipelagi, S. Lazari.
- *Occiduus*, ſubinde Atlanticus, Hiſpanicus: Gallicus, Britannicus, Caledonius, Germanicus.
- *Septentrionalis*, idem qui Sarmaticus, Scythicus, Hyperboreus, Chronius, Glacialis, Conetetus, Amalchius, Mortuus.
- *Meridionalis*, qui & Æthiopicus, Atlanticus, Indicus, Gangeticus, Perſicus: Arabicus, Ruber, ſeu Erythræus.

Nova Marium diviſio.

SVPERACCESSIT Patrum inventione, ignota veteribus Oceani diviſio. Nam quidquid liquidi Elementi terræ interjacet Aſiæ, Americæ & Magellanicæ ſive auſtrali; Mare *del Zur*, Pacificum-ve appellatur. Protenſum inter Americam, Europam, & Africam; Mare *del Nort*, ſeu Septentrionale ad vſque lineam æquinoctialem. Vltra lineam inter Americam, Africam, & Auſtrinam ſubſidit Æthiopicum. Indicum verò, Africam inter Aſiam atque Auſtralem. Habet præterea Oceanus alios duos ſinus ingentes I. Eſt Mare *Balticum* inter Pomeriam, Daniam, Suediam, Livoniam ac Pruſſiam. II. *Caſpium*, Hircanum, ſeu *del Sala*; quod adhæreat-ne Oceano, adhuc dubitatur.

Balticum. Caſpium.

Oceanus.

In ſumma; quæ aquarum immenſitas Terræ globum circumcingit, OCEANVS eſt. Quà porrò ad Columnas Herculis ſeu Fretum Gaditanum, vbi terræ moli ſe ſe inſinuans vniverſas hinc & inde Regiones permeans, ad Baleares Inſulas in eundem originis punctum recurrit; appellatur, *Mare* MEDITERRANEVM. Illi Externi nomen, iſti Interni non inconcinnè aptat è Geographis non-nemo. Externus variè, vt dixi, diviſus circumambit Telluris globum. Dum verò Atlanticus ab occaſu per Fretum-Gaditanum, à Gadibus Inſula (Veteribus Columnæ erant Herculeæ) inter Calpem Hiſpaniæ, & Abilam Affricæ irrumpit inter Europam, Africam, Aſiamque Mediterraneum effundit.

Mare Mediterraneum.

Varia ejus nomina.

INTRANTI ipſum Mare, à lævo latere Europa eſt, à dextro Africa: inter has ad imum receſſum, Aſia objacet. Sic autem diffuſi varia ſortitur *nomina*, ex varijs Regionibus quas alluit. Puta Ibericum, ſeu Hiſpanicum. Circa Baleares Inſulas, Balearicum. Ad Narbonenſem Provinciam, quâ Italia diſpeſcitur à Gallia Narbonenſi, Gallicus ſinus: mox Liguſticus, & Genuenſis. Ab eo ad Siciliam, Tuſcum mare; quod Græci Tyrrhenum, Latini *Inferum* vocitarunt. Inde abs vicinis Inſulis Corſicum, Sardoum, Siculum, Creticum Cyprium, &c. ad Aſiæ Continentem.

Inter Siciliam, Italiam & Græciam, *Ionium* dicitur. Pars illius Italiam inter & Illyricum, Sinus eſt Adriaticus; ab Adria, quondam vrbe, cognominatus. Idem & Mare-*Superum* vocatur reſpectu Inferi, quod eſt Tyrrhenum. Adriatici iterum partes ſunt Illyricum, Dalmaticum, Liburnicum: Auſonium, inter ſinum Adriaticum & Siculum. Inter Peloponeſum & Achaïam, Corinthiacum. Inter Græciam, Cretam Inſulam, & Aſiam, Ægeum. Nunc *Archi-*

Archipelagus.

pelagus eſt, innumeris Inſulis denſum; à quibus vocatur Mirtoum, Icarium, Carpatium; & ita conſequenter.

GEO-GRAPH.

Helleſpontus.

Hinc inter Europam Aſiamque, anguſtum efficit *Helleſpontum*; vbi Xerxes conſtrato è navibus ponre, ingenrem illum exercitum in Græciam traduxit. Porrigitur inde tenuis Euripus, mox exſpatiatur Æquor, rurſumque in arctum coit. Laxitas; *Propontis* appellatur, ſeu veſtibulum Ponti. Anguſtiæ *Boſphorus* Thracius, à meatibus boum pervijs; quà Darius pater Xerxis, copias ponte tranſvexit. Hinc Pontus *Euxinus* eſt, olim Axenus, ſeu inhoſpitalis; quem ita deſcribit gravis Autor. [Pontus qui dicitur Euxinus, ' naturâ negatur, nomine illuditur. Cæterum hoſpitalem Pontum nec de ſitu ' æſtimes. Ita ab humanioribus fretis noſtris, quaſi quodam barbariæ ſuæ pu- ' dore ſeceſſit. Gentibus ferociſſimis, & duritia de cælo quoque. Dies nun- ' quam patens, ſol nunquam libens: vnus aër, nebula; totus annus, hibernum; ' omne quod flaverit, aquilo eſt. Omnia torpent, omnia rigent; nihil illic ' niſi feritas calet, &c.] Illi porro magno littorum flexu jungitur *Mæotis* lacus oſtio, cui nomen Boſphorus Cimmerius. Ipſe Lacus Mæotis, Tanaïm amnem, noviſſimum inter Europam, Aſiamque terminum recipit. Hic nimirum alluitur Europa.

Propontis. Boſphorus. Euxinus. *Tertull. l. contra Marcion. c. 1.* Mæotis.

Porro *Aſiam* perlambens, poſt Ægeî nomen, Carium vocatur quà Cariam perfundit. Mox à littoribus Rhodium, Pamphilium, Cilicium, Syrium ſeu Syriacum. Cyprium, & Iſſicus ſinus, ab Iſſo celebri Ciliciæ vrbe. Dein Phœnicium, Palæſtinum, Iudæum, Ægyptiacum ſive Ægyptium. Cyrenaicum, Libycum, Africum, Numidicum, Mauritanicum.

Enimverò geminum illud Mare ſubinde efficit *Inſulas*, *aut Flumina.* Amborum notitia, quoniam juvat non parum, compendio vt exprimatur; reſumam modò, quæ prius conſultò omiſeram.

Inſulæ. Flumina.

PRÆCIPVÆ INSVLÆ.

TITVLVS XXXVIII.

Potiores Inſulæ recenſentur.

AC Polo quidem vicinæ, *Groëſlandia*; quæ à pabulorum viriditate, & copia nomen ſortita: cæterum & ignota & infœcunda, novem menſium hyeme riger. Illic Alba, & Inſula S. Thomæ, vbi mons igni-vomus, & aquæ inter frigora calidiſſimæ. Suppares ſunt *Friſlandia*, & Nova-Zembla. Circumſtant freta non pauca, cum illis Euripis quattuor, ſi non finguntur; vbi audax illa tredecim menſium navigatio Hollandica, anni MDCXXXXVI. finivit. *Iſlandia*, forſitan vltima *Thule*, ſi qua vnquam fuit. Ea nullius frumenti ferax, gramine ſic abundat; vt pecudes, ni arceantur, pabulo ſuffocentur & aruinâ.

Groëſlandia. S Thomæ. Friſlandia. Iſlandia. Thule.

Britannia Inſularum in Oceano maxima, alterius Orbis meruit nomen. A Britonum, id eſt Pictorum, ſeu Coluratorum origine; formâ triquetrâ, in tres angulos ſe curvat, proprièque Anglia eſt. Connectitur Scotia, ſeu Caledonia. Adjacet ſeorſim inſula Hibernia. Diviſæ olim à Romanis in Primam, Secundam, Maximam Cæſarienſem, Valentiam, Flaviam, &c. Sub Iacobo VI. tres ſimul *Magnæ Britanniæ* nomen obtinuere.

Britanniæ nomina, figura. Diviſio. Magna Britannia.

Domita primùm à Pictis, Belgis, Saxonibus. Mox delibatam potiùs quàm devictam à Iulio Cæſare, Claudius Imperator perdomuit. Illectus, referenre Suetonio, ſpe Margaritarum; quæ in eo mari natant gregatim, ducem ſectantes. Domitianus verò totâ deinde potitus eſt. Tandem ſub Theodoſio, Romanorum milire ad Gallias defendendas evocato, Britanniam Picti, Scoti, Angli ſive Saxones ſubegerunt; Britannis incolis partim in vicinam trans mare Minorem Armoricam fugientibus, partim intra montes in Wallia deliteſcentibus.

In vita.

tificia quoque non exercens, quaſi maculatura nobilitatem. Ad bellum tamen ita olim ſtrenui, vt hoſtem occiſum non putarent niſi capite truncatum. Pugnæ tibiâ vtriculari præcinebant, magno clamore accinentes; *Pharro*, *Pharro*. Lectulis inter prandendum ſic accumbebant, vt primus in menſa locus Matri-familias talari tunicâ amictæ tribueretur. Hibernæ Matres primum cibum Infantulis dabant in acumine nudi enſis, vt bello aſſueſcerent. *Iudices* apud eos ex eadem familia proſeminati, quaſi vi arcanâ ad id munus acceptâ. Hibernicæ ſcripturæ caracteres, prorſus à cæteris Europæis diſtincti. Religionis adeò hodièque tenaces, vt jam olim *Inſulæ Sanctorum* jure meruerit nuncupari Habet Epiſcopatus duodecim, duos Archiepiſcopatus; Armacanum & Dublinenſem, iſticque Academia eſt. GEOGRAPH. Mores. Iudices.

E latere Hiberniæ ſita eſt SCOTIA, Albania olim dicta, quaſi altera Hibernia. Hæc etenim Hiſtoricis Scotia-Major eſt, Parva-Britannia, ſecunda ſeu Caledonia, non Deucaledonia: à Schitis, quaſi Scultem, id eſt ſagittarijs, nomen indepta. Soli Angliæ Tueda fluvio & Zemota monte conterranea, de cætero vndequaquè Oceano circumcincta. Longa eſt ſeptuaginta milliaribus Germanicis, lata quinquaginta. A Gropio monte media dividitur in Meridionalem, quæ cultior eſt: & Septentrionalem, vbi inuia adhuc, fera & aſpera. Scotia.

In ea lacus Myttum, cujus pars hyeme congelatur, altera nuſquam. In Coila ſaxum ſurdum; quia ad illum applicati ſonitum ſuper eo quovis impetu editum non audiunt, niſi quò magis ab eo recedunt. Viſitur Inſula, quæ vento in mari circumagitur. Scotorum Reges centum & octo à Fergufio in Iacobum Britannicum numerantur, per viginti retrò ſæcula perennes. Leges Latino libro extant, cui titulus *Regis majeſtas*, quæ vox exordium eſt Voluminis. Rara. Imperium.

Sub Archiepiſcopis Sant-Andræano & Glaſguenſi, duodecim numerantur Epiſcopi; Moravienſis, Roſſenſis, Orcadenſis, Liſmorienſis, &c. Nec ita diſtributas Diœceſes ante annum, MLXX. cùm antea, ſicut in vniverſo Orbe Chriſtiano naſcente Evangelio, Epiſcopi certa Territoria minimè haberent, ſed vbicumquè ſua obirent munera; refert Aubertus Myræus, Bruxellenſis. Academias habet San-Andream, & Aberdonium. Religio. L. 10 Polit.

Triangulum, major alijs duabus claudit ANGLIA; Fortè ab angulo nomen adepta, potiùs quàm abs hamo vt deducit Goropius. Longa eſt milliaribus Germanicis octoginta, lata ſexaginta. Sedes Cereris Orpheo dicta, à fœcunditate; quia ſpiſſatum nubibus cælum, ventos frigusque immodica non admittit. Aſinos non fert, neque Camelos. Luporum in eo genus omninò deletum, indictâ ad id venatione publicâ. In ea amniculus Irton, margaritis copiosè abundans. Anglia.

Superiorem Regionis partem murus olim ſecabat centum viginti & duorum paſſuum longitudine, octo latitudine, duodecim altitudine, vt ſcribit Beda. Severi ſcilicet Imperatoris opus. Is quippe, vt habet Oroſius, partem Inſulæ à cæteris indomitis Gentibus, eo vallo diſtinguendam curavit.

Inter continuas, diraſque Religionis demutationes reſtant, ſaltem nomine tenus, ſub duobus *Archiepiſcopis*, Cantuarenſi & Eboracenſi, *Epiſcopatus* viginti quattuor. Ijs vidilicet decorantur *Vrbes* nobiliores Londinum ad Tameſim, Regni caput & epitome. Sequuntur Briſtolium, Saliſburgum, Linconia, Vigornia, Roffa. *Academiæ* Oxonienſis, & Cantabrigienſis. Mactato Rege Carolo, jam ab anno Regnum vetus in novam Rempublicam demutare pertentant qui adhærent Protectori Regnum meditanti.

CONTINENTI Europæ magis adhæreſcunt, quæ ſequuntur *Inſulæ*.

INSVLÆ MINORES.

TITVLVS XXXIX *Aliæ inſulæ Minores nominantur.*

Europheæ. Zelandia.

IN MARI Germanico *Zelandia*, ex ipſomet etymo tota mari circumcincta. Olim Walachria, Mattiacorum ſedes, inter Moſæ & Scaldis oſtia. Dividitur in ſeptem Inſulas: tres orientales, vltra Scaldis oſtia verſus Bataviam, quattuor occidentales; vbi Friſia Gens, vel ex Tacito, antiquiſſima. In Mari Balearico, *Baleares* duæ, Majorica & Minorica, Ebuſus, Yvica, Colubraria,

Balcares.

&c. In Atlantico ſeu Heſperico, Cadis, Erythræa, Inſulæ-Deorum. In Gallico-Mediterranço, Aureæ & Stôchades, Titania, &c. In Gallico-Oceano, Oleronia, Rezia, Bello-Inſula, Inſula-Dei, &c,

Sicilia. Trinacria. Scylla & Charybdis. Vrbes præcipuæ. Æthna.

Inter Europam, Aſiam & Africam in Mari Mediterraneo Inſularum maxima eſt SICILIA, vetus fabularum officina. A tribus promontorijs Pachino, Lilibæo, Peloro Trinacria appelatur. Ab Italia ſecernitur freto, *Scyllæ & Charybdis*, periculoſiſſimo. Celebres in ea *Vrbes* ſunt Meſſina, Panormum, Drepanum, Catania, Syracuſa, Agrigentum. Illic *Æthna*, mons ille ignivomus. Eam ſequitur *Sardinia* fœcunda, ſed peſtilens. Corſica, aliàs Terape & Cyrnus; vbiquè aſpera, & paſſim inculta.

Sardinia. Corſica. Candia.

GRÆCAS verò inter Inſulas maxima eſt *Creta*, nunc Candia; vbi noctua nulla, nullum animal venenatum; olim Regia Iovis, & centum vrbibus clara. Præcipuæ Cortyna, Cydon, Gnoſſus, &c. Iam Candia, Canea, Rethymus. Inſulam à Marchione Montis-ferrati grandi pretio redemptam, Veneti tuentur contra tyrannidem Ottomanicam jam bello duodecim annos continuo; reportata nuper inſigni victoria nauali, ad Dardanellas.

In Archipelago.

In Archipelago innumeræ. Scilicet in Ionio Corcyra, Cephalonia, Zacyntus, Itacha patria Vlyſſis. In Ægeo Eubæa, nunc Negreponte. Vbi olim Calyſtus & Chalcis, vrbes opulentiſſimæ. Scyrus, Lemnos nunc Salamina Leſbus, nunc Metellina. Chius. In Savonico ſinu, Salamis. In medio mari velut in orbem, Cyclades XIX. vbi Parium, vrbs marmore nobilis. Hinc & inde *Pathmus*, S. Ioannis Evangeliſtæ exilium. Cos, patria Hippocratis. Carpathus. Rhodus. Melita. Strophades, vbi Harpiæ. Cythera ſeu Porphiris, Egina vbi Mirmidones. Sporades ſex. In *Euxino*, Borriſteenes, Hille, Tanais ſeu Aopæcia, Macra ſeu Achillis.

Aſiaticæ.

Ad Aſiam præcipuæ accenſentur in Oceano Scihtyco, Falconum, &c. In Sinenſi Ebora, Formoſa. In Indico duæ Vaccæ, Cubali, Palmeiras, Raſga, Alta, &c. In Caſpio ſeu Hircano, Helades duæ, Pilora, Icarus, Varacta, Ormus, Organa, &c. In Perſico, Degoada, Zenobij. In Erithræo, Diodori, Avium. In Arabico, Chriſtaos, Dæmonium, Agatocle: Simonida, Ceylana, vel Tenariſis; in cujus altiſſimo monte, Adamum pœnitentiam egiſſe fingunt. Delanchidol, Sumatra vel Taprobana. Simonidis ſeu Saligua, quattuor Regnis diviſa; cum alijs minoribus, mille trecentis ſeptuaginta octo. Iava, vbi pietatis titulo Senes Parentes à Liberis *manducatur*.

Africæ.

In Orientali Cambaba, Borneo ſeu Agathi-Dæmones, Molucæ, Gilolo; vbi Deus habetur quidquid primo mane occurrit, & Fœminæ vento impregnari finguntur. Inſulæ S. Lazari, Philippinæ. In Chinenſi, *Iaponia*; vbi Bungo, Fungo, &c. E regione Sinæ, Corea ad Africam, in Nilo atque Heptanomia, Cinoplites, Phila, Elephantina, Iſis, Tentira: Meroë ſeu Elſeba, vnde *Regina Saba*. In ſinu Arabico Ophiaſes, Agontina, Menuthias, nunc S. Laurentij vulgò *Madagaſcar*, id eſt Lunæ inſula, aromatum proventu dives. In Atlantico & Æthiopico *Canariæ* fortunatæ. Heſperides, Gorgades, Madera: S. Vincentij, Matthæi, Aſcenſionis, &c. In Erithræo, Comoro, Sancti-Spiritûs. S. Marta, S. Laurentij: Tres Fratres, ſeptem Sorores, Liona, &c.

In America Iamaïca, Labradoris, Diabolorum : Tempeſtatis, Amoroſæ, Spei, S. Crucis ; Teſtudinum, Scopulorum, &c. Secundùm Hiſpaniam Novam & Mare-pacificum ; Malabrigo, S. Catharinæ, S. Thomæ, Nigrilla, &c. Secundùm Braſiliam, & Mare-Meridionale ; Margaritarum, Palmarum, Galli, Trinitatis, S. Luciæ, S. Chriſtophori, Gorgona, Granata, &c. Aliæ demum innumeræ ; quibus à nonnullis annumerantur novem *Acores* Flandricæ, ſeu Caſſiterides in Oceano Atlantico ; licet Europæ magis vicinæ deprehendantur.

COSMOLOG.

America.

EADEM demum methodo nominari debent, vt Regionum limites faciliùs dignoſcantur, præcipua *Flumina.*

MAIORA FLVMINA.

TITVLVS XL.

Flumina nobiliora recenſentur.

IN Europâ Daniam irrigant Epidora, Ptolemæo Chaluſus ; qui Friſios à Ditmarſis dirimens ; in Oceanum ſe Britannicum exonerat. Stora, qui in intima Holſatia ortus, in Albim effunditur.

In Dania.

In Livoniâ, Duna, ſive Duina ; qui ex Ruſſia longiſſimo tractu manans per Lituaniam & Livoniam, duobus infra Rigam milliaribus, in ſinum Livonicum verſus mare Balticum infunditur. Winda, Beca, &c.

In Livoniâ.

In Moſcovia, Boriſthenes ; qui naſcens in pago Moſcoviæ Dnieperko, ponto Euxino immergitur. Turuntus, non procul à Boriſthene, abit in Mare-Balticum.

In Moſcoviâ.

IN GERMANIA Danubius, Eruditis Iſter ; ex Sylva Hercinia (non ex Pyrenæis, vt Herodotus & Ariſtoteles) per Suevos, Pannonas, Dacos, Bulgaros in mare Euxinum evolvitur. *Rhenus*, ex Alpibus Lepontinis per Baſilcam, Argentoratum, Moguntiam, Bonnam, Coloniam, divortio ſeu divergio propè Batavos facto, huic Moſæ immergitur : inde, mutatis ſubinde nominibus, prope Brielam Oceano abſorbetur. *Amaſius* propè Panterborum Weſphalia natus, juxta Embdam exit in Oceanum. *Mænus*, aliàs Mogonus, Julia, &c. ortus ex monte Fichtelbergh, per Franco-fordiam, Hiperbolim, &c. juxta Moguncianum Rheno influens, Germanos Inferiores à ſuperioribus cis Rhenum diſpeſcit. Ejus litteræ græco computo efficiunt CCCLXV. quod ſunt in anno dies. *Neccarus* è vicinia Danubij lapſus per agrum Wirtembergicum, Rheno recipitur ſupra Heidelburgam. *Albis*, è Boëmia, inter Chaucos minores & Cimbros Oceano inſinuatur. *Suevus* ſeu Viadrus, & Odera, ex Oder-bergo monte ad Marcomanniam ſeu Moraviam per Franco-fordiam, in Oceanum Germanicum eluctatur. *Viſurgis*, Varianâ clade nobilis, ex Haſſia per Mindenſem, Bremenſem, &c. in Oceanum Germanicum deſertur. *Viſtula*, ſeu Vandalus terminus Germaniæ, extra quem Sarmatæ & Scythæ-Europæi, è Sarmaticis Iugis Cracoviam, Dantiſcum, Elbingam, &c præterfluens, in Veneticum ſinum effunditur. Venus, Alemannus, Ambra, &c.

In Germania.

In Hiſpania, Iberus ; qui erumpens apud Cantabros ex Idubeda monte, per Navarræos Cæſaranguſtanos, & Catalaunos in Mediterraneum irrumpit. Durius, ex eodem monte, Vectones ab Auſturibus, Luſitanos à Gallæcis veteribus diſterminans, occidentali ſe miſcet Oceano. Tagus vulgò Guadiana ; è ſtagnis Laminitani agri ſæpiùs è terra renaſcens, in Oceanum decurrit. Boetis, ſeu Tarteſſus, nunc *Guadalquivir* ; ex Oroſpeda monte Cordubam & Hiſpalim prætergreſſus, in Atlanticum haud procul à Gadibus evolvitur. Minius ex Tarraconenſi per Valentiam in Oceanum deoneratur. Chalybs in Guipuſcoa, à quo indigenæ Chalybes olim agnominati.

In Hiſpania.

IN GALLIA ; Sequana è Burgundiæ pago S. Sequano ſacro, Lutetiæ Inſulam concludens, Rhotomagi mari Normanico irrumpit. Labenti ſubinde ad-

In Gallia.

miſcetur Iona, Matrona, Eſia, Axona. *Ligeris* pater fluviorum Galliæ, è pago Velauno mediam ferè Galliam ſecans vltra Nannetas ad oppidum San-Nazarium in Oceanum mergitur; cumque eo Elaver Molinenſis, Charis Turonenſis, Vienna Pictonenſis, Meduana Andegavenſis, alij complures. *Garumna*, è Pyrenæis per Toloſates & Burdigalos, Aquitanico miſcetur mari; cui auctuaria ſunt Tarnis, Duranium, &c. *Rhodanus*, Vlpiano Eridanus; ortus è monte Briga, per lacum Genevenſem, Lugdunenſes, & Delphinates, in Mediterraneum rapitur non procul à Maſſilia. Ejus aquis excipiuntur Araris, Iſaris, Druna, vel Proma, Durentia, &c.

GEOGRAPH. Sequana. Ligeris. Garumna Rhodanus.

In Lotharingia

In Lothringia, Moſella è monte Vogeſo haud procul à ſcaturigine Araris. Saravus Auguſtæ Trevirorum influit, in quam Voloia margaritiferus. *In Burgundiæ* Comitatu Dubia, Lougnonius, Danus, Lupa.

In Helvetia. In Belgio.

In Helvetia, Rhenus, Ticinus, Taurus, Sara, Langarus, &c.

In Belgio, Moſa è monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, per Virdunum, Sedanum, Maſeriacum, Carolopolim, Leodium, Ruremondam, perdito ſubinde ac recuperato nomine, paulo ſupra Durdrechtum in Oceanum irrumpit. Scaldis, Ptolemæo Tabula; è Veromanduis per Cameracum, Valencenas, Condatum, Tornacum, Gandavum, & Antuerpiam Oceano conditur. Liſa ex Arteſia; Gandavi cùm aquis Scaldis immiſcetur. Sambra, Cæſari Sabis; ex Hannonia, propè pagum Novionem, per Landrecium, Maubeugium, &c Namurcum perlapſus, Moſæ influit.

In Italia.

IN ITALIA *Padus*, aliquando etiam Eridanus & Veſulus; è finibus Ligurum per mediam Longobardiam & Romanulæ partem, in Adriaticum ſe ſe exonerat. *Atheſis*, ex Tridentinis Alpibus per Veronam mari excipitur. *Tiberis* limes inter Etruriam & Latium, aliàs Ianus, Albula, Rumon; Romam interfluens, Mediterraneum ſubit ad oſtia Tiberina. *Sarra*, ex Apenninis collibus, per Romam & Oſtiam in Tyrrheno mari abſconditur. *Arnus* ex Apennini latere dextro, per Florentiam & Piſam mare petit. Mincius, per Mantuam in Padum defluit. Ticinus ex monte Summano, qui nunc D. Gothardi, per Lepontios in Padum influit.

In Ægypto. *Libr 5.c.9.*

In Ægypto, Nilus quem Hiſtoriarum conſarcinator Plinius, in hunc deſ- “
cribit modum. [Incertis ortus fontibus, & per deſerta & ardentia, & im- “
menſo longitudinis ſpatio ambulans: famâque tantum quæſitus, ſine bellis, “
quæ cæteras omnes terras inv nere. Originem (vt Iuba Rex potuit exqui- “
rere) in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet. Subinde “
abſcondens ſe variatis nominibus, non ante Nilus quàm ſe totum aquis “
concordibus rurſus junxerit. Vectus aquis properantibus ad locum Æthio “
pum, qui Catadupi vocatur, noviſſimo catarecte inter occurſantes ſcopulos “
non fluere immenſo fragore creditur, ſed ruere. Poſtea lenis, & confractis “
aquis, domitâque violentiâ, & ſpatio feſſus, multis faucibus in Ægyptium “
mare ſe evomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam ſpatiatus “
Ægyptum, fœcundus innatat terræ. Cauſas deinde huius incrementi, illiuſ-
que rationem & fœcunditatem ita finit Naturæ Scriba; Provincia in trede- “
cim etiamnum eſurit: quattuordecim cubita hilaritatem afferunt, quinde- “
cim ſecuritatem, ſexdecim delicias.] “

In Meſopotamia In Palæſtina.

In Media, Cyrus, Anaxes, Cavacus. In *Aſſyria*, Tygris. In Meſopotamia, Euphrates. In Palæſtina *Iordanus*. In India Orientali, Indus è Caucaſi jugo, paropatiſſo, curſu nongentorum milliarium in Oceanum Indicum duobus oſtijs erumpit; recipiens Hidaſpem, & Cantabram. *Ganges* incerto tum fonte, tum curſu. Ana, Mena, &c.

In Aſiâ Minore, & Græcia.

In Aſia Minore; Iris, Halis, Parthenius: Sangaris, Aſcanius, Æſopus, Granicus, Simois, Scamander, Hermus, Mæandrus ſexcentis flexuris; Licus, Eubroïcus, &c. Sunt enim vbiquè fluvioli propemodum innumeri, terræ corpus velut venulæ irrigantes.

HACTENVS Coſmologia, Corporis Mundani delineatrix ſatis accurata. Circa eandem quantitatem, ſed viſui, motuique ſubjectum, occupantur demum duæ, quę ſuperſunt è Mathematicâ Mixtâ, Diſciplinæ. Prior delicaſſima ſimul & pulcherrima, in oculos ipſos incurrit, *Optica*.

OPTHALMICA.

Titvlvs XLI. *Optica, & Appendices.* Quatuor conſiderat.

FINITVR doctrina de aſpectibus, ſeu Scientia quantitatis provt diverſi-modè conſpici poteſt; veſtigans qua ratione fit viſûs, quæ ſit natura lucis & vmbræ: quis acceſſus vel receſſus, quas rerum ſpecies ſeu imagines, majores vel minores, ſubjciat oculis. Quocirca *agit* de objecto, de medio, de ſubjecto, deque ipſa viſus actione. Objectum, color eſt: medium corpus diaphanum: ſubjectum ſeu organum, oculi; actio, modus quo efficitur viſio.

Dividitur. Optica. Catoptrica. Dioptrica.

Occupatur itaque Diſciplina hæc circa quantitatem, provt viſibilem per lumen innatum, vel mutuatum. Si enim objectum immittit radios directos per medium æquabile ad oculos vſque, fit *Optica* propriè dicta. Si verò mittit per medium æquabile, non tamen continuè directum propter obſtaculum medij ob radium reflexum, fit *Catoptrica.* Si deniquè per media inæqualia ob radios refractos, fit *Dioptrica*; de quibus infra ſigillatim, accerſitis quæ in Phyſica fuere omiſſa, quoniam præcipuum mihi ſtudium eſt eadem, quantùm licet, numquam repetere: & ſingula, in propria maximè claſſe collocare.

Objectum Opticæ.

Primvm itaque locum tenet in iſta, haud minùs quàm in reliquis ſcientijs, *Objectum.* Illud verò eſt omne viſibile, ſive verum vt in tabella ſive apparens vt in Iride, ſive abſtractum vt color: ſive concretum, vt coloratum; ſive proprium, vt lux & color ſine quibus videri poteſt nihil. Sive commune aliquove ſenſu perceptibile, vt numerus, magnitudo, &c. Sive per ſe immediatè, vt lux & color. Sive per accidens & mediatè, cujuſmodi ſunt remotio, magnitudo, ſitus, cæteræque viginti corporum affectiones. Sive ſecundarium, vt colores, de quibus in Projectiva. Sive.

Primarivm { *Lucidum per ſe,* aut *Illuminatum.*

Lucidum quid? Raritas. Et æquabilis fuſio. Lucida duo: cœlum & ignis.

Lvcidvm eſt omne illud corpus, cui innatum eſt lumen radicale, primò à raritate, dein ab æqualitate fuſionis in illa raritate. Quam ob rem ſeriò debent diſtingui partes raræ, rariores, rariſſimæ; à quibus videlicet corpora emergunt lucida, lucidiora, lucidiſſima. Modò tamen non deſit altera conditio, nempe fuſionis æquabilitas; quæ hîc ſpecies qualitatis eſt, non quantitatis. Hujus ſiquidem defectu, compoſitum ex raris, rarioribus, rariſſimis inæqualibus & aſperis, ſicut ex æqualibus denſis, non eſſet propriè lucidum. Id quod manifeſtum fit in fumo, qui componitur ex igne & aëre, in vitro comminuto, inque laminis cornu leviſſimis quibus aër immiſcetur. Exinde reſultant imprimis.

Lvcida corpora dvo { *Cœlum,* Et *Ignis.*

Qvia videlicet illa duo corpora rara ſunt, & æquabiliter fuſa. Terra enim & Aqua ab innata denſitate partium perbenè compactarum, lucida à ſemetipſis præciſè non ſunt. Quod evidens eſt in aqua, quæ vix tantillùm quâcumque tandem vi comprimi poteſt. Quam quoque ob cauſam inter elementa, firmiùs conſervat ſtatum ſuum naturalem. Fatendum revera terram & aquam in

COSMOLOGIÆ

Diaphana, terra, & aqua.

eo naturali ſtatu, habere quidem diaphaneïtatem, non verò lucem innatam. Quia ad diaphaneïtatem requiritur tantùm æquabilis fuſio, ſive in denſitate, ſive in raritate; ſpecialiter autem æquabilis fuſio in raritate, importat lucem innatam.

Aër medius.

Horum quaſi medius eſt Aër, qui ex ſe neque habet lucem innatam, neque non lucem. Sed vnica eſt origo albedinis, quæ de luce participat, nec tamen lux eſt. Idcirco quaſi medius intervenit in omni viſione, denſitatis & raritatis capaciſſimus.

Iam verò in cæleſtibus *Sol* vtiquè emicat, lucis fons & origo; quippe condenſatus cum æquabili fuſione, ex partibus Cæli quibus jam ineſt lumen innatum. Ea autem condenſatio debuit fieri velut in centro Cæli, vt lumen illic activitatem acquireret à virtute vnita; quæ in vaſtiſſimis Cæli plagis diſperſa, nimis laxabatur. Deinde etiam vt ſic collectum lumen, viſum terminaret efficaciùs. Quippe in corporeis, viſum

Tria terminant viſum.

TERMINANT VEL { *Opaca tantùm, vt fumus.* / *Denſa tantùm, vt Sol.* / *Opaca & denſa, vt cætera.* }

Opacum.

OPACVM quidem fit ex inæquabili fuſione. Denſum verò ex multa materia, in pauca quantitate: cui rarum opponit paulum materiei, in ampla quantitate. Hinc patet cælum eſſe primum, & primarium luminoſum: Solem præcipuum, cætera Aſtra velut ſecundaria. Quippe quia æquabiliter fuſa minimè fuerunt, intùs quidem opacata permanent. At quoniam partes Cœli in eis æquabiliter fuſæ, diviſæ non fuerunt in infinitum: retinuerunt profectò in ſuperficie extima, non nihil æquabilis fuſionis; conſequenter radiant aliqua luce innata, reliquum à Sole mutuantur.

Denſum. Rarum Luminoſa in cœlo.

In ſublunaribus.

Sublunarium autem claſſis duplex eſt. Licet namque nonnullis concedatur aliqua fuſio æquabilis, quia tamen non fit in raritate, ſed in denſitate; diaphana quidem remanent, vt terra & aqua: ſed nihil poſſident lucis innatæ, etiam in extima ſuperficie. Quæ verò videntur à ſe *lucida*, vt lampyrides, nitedulæ, piſces nonnulli, nyctipoles, ligna arida, oculi felis, &c. non lucent per ſemetipſa: ſed per particulas igneas ſeu ſpiritus, quibus ineſt radicale lumen innatum; quod ſubinde velut ſopitum excitat vel calor à motu, vel lumen è foris adſcitum. Vnde etiam oculis clauſis, nedum noctu, videre quis poteſt, quod de Tyberio, opinor, narrat Suetonius. Et gloriabatur Octavius, oculis vibrare ſe velut fulgetra quædam.

Corporis luminoſi à ſe vel ab alio, quod viſus objectum eſt, contemplationem non minùs quàm irradiationem ſubſequitur

Medium triplex.

MEDIVM TRIPLEX; { *Æquabile,* / *Reflectens,* / *Refringens.* }

SPATIVM videlicet pellucidum inter objectum quod videtur & oculum qui videt, radiis luminoſis abſque vlla mutatione pervium; quod vocant nonnulli, locum radiaturæ. Sunt autem,

PERSPICVA. { *Cælum, Aër, Aqua:* / *Vitrea, Cornua, Gemmea, &c.* }

AB iſto igitur medio, provt variè diſpoſitum eſt, viſionem aut directam aut reflexam, aut refractam, vt infra explicabitur, producit *Oculus*; cujus ſtructura mirabilis venit deinceps explananda.

OCVLORVM, ET VISIONIS
Natura explicatur.

TITVLVS XLII.

Oculorum ſtructura mirabilis.

Quale gaud. &c. Iob.5.

OCVLVS ſanè, viſionis ſubjectum & organum, pars eſt totius corporis exquiſitiſſima, miraculoque proxima. Symbolum olim inter Ægyptios Majeſtatis tum Divinæ, tum Regiæ. Ab eoque pars magna fœlicitatis in vita humana. Pupilla, quod oculo infixum à natura ſpeculum eſt, tot & tanta contineri ac repreſentari quis non obſtupeſcat? Eo ſe in naturali cryſtallo, anima totam depingit: ſuumque thronum collocat ſpecies, venuſtas & pulchritudo. Atque vt compendio dixerim, ita in oculis emicat neſcio quid divini; vt oculorum gratiâ, ſtructum eſſe cerebrum ſcribat Galenus: naſci homines doceat Anaxagoras, vt cernant. Cùmque ſoli cum auribus oculi Diſciplinarum januæ ſint, meritò aut irrideatur, aut condemnetur Philoſophus ille; qui ipſe ſibi oculos eruit, vel vt narrant ad radios ſolis extinxit, vt liberiùs meditaretur. Quanquam Homerus in Prophanis, inter Chriſtianos Dydimus, alijque non pauci exemplo ſunt non omnes Cæcos abs Eruditionis penetralibus arceri.

Figura Oculi.

IAM igitur Oculi *figura* tantùmnon ſphærica, certè ovalis ſecundùm longitudinem, aut lentis in modum. In latitudine pyramidem fingunt nonnulli, cujus baſis in extima parte, vertex intùs nervum verſus opticum. Frontis concavo aptè inoculantur, & clauduntur. Illicque genis, naſi prominentiâ, cilijs, ſupercilijs, palpebris: manibus etiam, quoties opus fuerit, adverſus externa muniuntur.

Subſtantia. Cur gemini? Motus. Sex muſculis.

Subſtantia Oculi ſecundùm diverſas *illius* partes mollis eſt, diaphana, craſſa, ignea, aquoſa. *Duos* fronti natura implantavit, ne vno amiſſo periret lumen. Ma vult enim Natura Hominem luſcum, quàm cæcum. Vnus nunquam *movetur* altero immoto, alioquin objectum appareret geminum. Is autem motus ſex *muſculis* cietur ſurſum, deorſum: ad dextram, ad ſiniſtram, & in orbem. Reliqua fabricæ per omnia mirabilis, & Cælorum inſtar multiplicibus ſpiris ac gyris involutæ, Phyſica perinde ad Medicina latiùs evolvunt, explicantque.

Opticè conſideratus.

Ad Opticam quod attinet, ſatis eſt Oculum deſcribere quatenus eſt organum ſeu ſenſorium *viſus*, lumen recipiens, eiuſque mox beneficio efficiens viſionem; quam ſeqventibus propemodum principijs generari, apud me ſtatuo.

Tres Humores.

OCVLVS CONSTAT	*Humoribus III.*	*Cryſtallino,* *Aqueo,* *Vitreo.*
	Tunicis VII.	*Interioribus;* Et *Exterioribus.*

Cryſtallinus.

CRYſtallinus ſua aranoïde incinctus, cryſtalli glacieive non duritiem, ſed puriſſimam claritatem imitatur. Ferè in Oculi centro, velut illius ſpeculum, acolor in pupillæ meditullio; præcipuaque oculi pars, in qua Viſio gignitur. Suſtinent eum humorem proceſſus ciliares, progreſſi verſus ſupercilia; queis Cryſtallinus modò dilatatur, modò coarctatur: & oculi juxta occurrentia lumina aliquando aperiuntur, aliquando clauduntur. Abs triplici ejuſmodi Cryſtal-

lini conformatione, ſuboritur *obtutus triplex*; obtuſus, acutus, mediocris. Si
Cosmolog. Triplex obtutus. enim humor ille nimis eſt aut planus, aut orbicularis; citiùs, tardiùs-ve coadunat ſpecies receptas ab objecto. Vnde Myopes, quibus eſt debilior intuitus, objecta oculis propiùs admovent; vt ea ratione ſpecies reijciant in retinam, vbi vniri debent: non in vitreo, quia humor iſte nimis diaphanus eſt. Quod ſi vel nebulatur, vel debilitatur, vt in Senibus, *perſpicilia* vocantur in ſubſidium.


Aqueus humor, ovis albumini haud diſſimilis, ſitus in anteriore oculi he-
2. Aqueus. miſphærio, corneâque tunicâ involutus; humorem cryſtallinum humectat, ne à circumſtante aëre ſiccetur: paulòque infractum externum ſplendorem aciei, attemperat. Retinet etiam ſpiritus ne confertim exeant, colligitque rerum imagines.


Vitreus, ſua hyaloïde involutus, velut ſpeculum, in imo & poſteriori oculi
3. Vitreus. hemiſphærio terminat humorem cryſtallinum, cui ſubtenditur, ne tranſmittantur ſpecies objectorum. Eſtque idcirco centrum oculi, & præcipuum viſionis organum.

Iam inter oculi Tvnicas, prima occurit Conjunctiva; ſeu *Adnata* &
Tunicæ ſex. 1. Adnata. Adhærens. Orta ex pericranio, extima, craſſa, alba, totum oculum involvit, excepta parte nigra in centro, vbi jungitur *Corneæ*. Hæc durior, ſimulque
2. Cornea. politior, continet humorem aqueum, tueturque cryſtallinum. Progreditur à *Sclerotica*, quæ omnium maximè intima, ſubſtrata conjunctivæ, naſcens à
3. Sclerotica. 4. Vvea. dura matre, oculi ſubſtantiam tuetur. Corneæ ſubjacet *Vvea*, cui nomen à ſimilitudine cum vvæ pellicula. Intus nigrior, exteriùs vt Iris verſicolor Albuginem claudit, ac coërcet. Habetque in medio *pupillam*, ſine colore vllo,
Pupilla. velut foramen; quod plus, minus-ve aperitur luci majori, aut minori. Propagatur à *Choroïde*, cujus origo pia mater eſt; cuique appenditur *Retina*, Reti-
5. Chorois. 6. Retina. furmis ſeu Reticularis. Ea à nervo optico procedens, retis in modum, per vniverſum oculum ſpiritus viſivos diffundit: objectas imagines, ad cerebrum tranſmittit. Ab ea introrſum naſcitur *Aranoïdes*, ſeu Hyaloïdes: omniumque
7. Aranoïdes. tunicarum, inſtar fili aranearum, tenuiſſima; quo cryſtallinus retinetur, ſuſpenditurque. *Vitream* ſuperinducunt nonnulli, veteribus ignotam; quâ con-
8. Vitrea. tinetur vitreus humor, & objectæ rerum imagines in oculi centrum tranſmittuntur.

Nervi Optici duo, alijs pluribus nerviculis implexi; derivantur à cerebro,
Nervi optici. Duo præcipui. cui oculos appendunt. Vbi verò decuſſati connectuntur, viſioni ita deſerviunt; vt ſi guttâ ſerenâ, alio-ve caſu occluduntur, pereat viſus; etiam ſubitò, quod & vidi ipſemet. Alijs duobus nervis, cum pluribus tum venis tum
Alij plures. arterijs, quaquà verſum moventur, vt monebam paulo antè, Oculi per ſex muſculos; ſupra, infra, dextrùm, ſiniſtrùm, orbiculariter.

Præclara hæc tota oculorum fabrica, meliùs inſpicitur geminâ deinceps fi-
Duæ oculi figuræ. gurâ. Prior Oculum exhibet avulſum, ſuiſque tum muſculis tum membranis conveſtitum. E B denotat *Adnatam*, quâ firmatur Oculus. A G, partem Oculi exteriorem. P, interiorem. A, Iridem, & in medio pupillam. O, albuginem. R, nervum opticum. V, muſculos ad motum. Poſterior figura Oculum oſtendit, quaſi adverſa fronte. A, Iris eſt. O, albugo. E, adnata. I, canales quibus fluunt lachrymæ.





Tant

OPTICA. Viſio.

TANTO nimirum artificio concinnatus oculus, objecta intuetur *actione* inter ſenſitivas omnium nobiliſſimâ perfectiſſimâque. Nam præterquam quod abs omni materie alieniſſima cùm ſit, tantùm-non ſpiritalis eſt. Diſcernit vtiquè rerum quas cernit colorem, magnitudinem, diſtantiam, ſitum, motus, geſtus: aliaſque penè omnes corporis, quod inſpicitur, affectiones.

Quomodo fit?

CÆTERVM explicare quonam præcisè modo fiat ejuſmodi *viſio*, ingens fuerit pretium operæ. Iſtud ſanè ſimilius vero, plerique arbitrantur. Corpus omne colore ſimul & lumine conveſtitum, ex ſe ſpecies ſeu imaguncula ſui-ipſius per directas lineas continuò effundit. Illa rerum ſimulacra ita admittit oculus, vt viſio incipiat in cornea, continuetur in aranoïde, perficiatur in reticulari. Nam effigies illæ, luciſque externæ radij tranſmiſſi per cryſtallinum diaphanum, ſphæricum, & centrum oculi; vnitis viribus collectæ junguntur virtuti ac luci, quæ reſident in reticulari. Hæc porrò tunica, ſedes nimirùm facultatis viſivæ, ſpeciem quam recepit ab objecto per radium viſualem rectâ coram ſe repellit, vbi velut in ſpeculo illam intuetur. Neque tunc vlla fit in radijs viſualibus refractio, quoniam tranſitus illorum eſt à medio denſo in rarum. Contra quod evenit in exterioribus radijs objectorum. Hi ſiquidem ſæpiùs franguntur, quia à medijs rarioribus tranſeunt ad denſiora. At viſuales radij fracti non putantur, niſi in cryſtallino. Id quod ſequens figura demonſtrat, quæ omnium optima mihi viſa eſt.


Figura viſionis.

Radij A A, procedentes à puncto A, ab objecto C A B, per eandem lineam reflexi à puncto A in retinam, oculorum *axes* nuncupantur. Illis nempe punctum A, oculi cernunt in objecto. Ita tamen vt punctum C, quod in objecto ſiniſtram tenet, parte dextrâ retinæ appingatur. Mox per filamen nervi optici, vel per continuationem ſubſtantiæ retinæ & cerebri, illa ipſamet imago tranſmittitur in cerebrum. Videtur interim objecti pars læva, per radium perpendicularem à retina emiſſum. Punctum ſimiliter B in objecto cernitur in parte ſiniſtra, tametſi imago illius à dextra parte picta ſit tàm in retina, quàm in cerebro. Vbi advertes lumen illud naturale in oculo produci ex concurſu ſpirituum, qui à cerebro per nervos opticos continuò manant ac deſcendunt: interiuſque iſtud lumen ex ſe ſatis debile, vehementer augeri lumine externo. Tandem per eos ipſos canales, per quos ſpiritus à cerebro tranſmeat in oculos, admiſſas de foris ſpecies rerum & imagines ad cerebrum commeare. Tuncque per mirabiles & inexplicabiles illos anfractus, curſus & recurſus, perficitur viſio; quam idcirco minùs ineptè veteres cenſuerunt perfici in concurſu radiorum tam intùs ſuſceptorum, quàm emiſſorum. Quos inter ſolus ille qui rectâ, ſeu ad angulos rectos incidit, dicitur *Axis* opticus; à quo, viſio naſcitur omnium perfectiſſima, quæ *obtutus* nuncupatur, aliorum enim ſimplex eſt intuitus. Quia ſolus ille rectà tranſit irrefractus per omnes tunicas, per omnes humores, & per omnia centra. Scilicet per centra corneæ anterioris, cryſtallini poſterioris: per centrum viſûs, in quo ſe decuſſant omnes radij viſuales. Per centrum oculi, per cavum & convexum retinæ, vbi punctum viſionis eſt. Perque eaſdem omninò vias regreditur, & tunc objectum viſum eſt.

Viſio. Axis pticus. Obtutus. Intuitus.

Nec verò plura centra, aut plures admittendæ refractiones; quia tunica immediatè tangens humorem, eſt ejuſdem denſitatis, ideoque novas refractiones minimè producit. Artificioſiſſimum igitur dædalum longè meliùs repræſentabit appoſitum ſchema.

MATHEMATICA.



Conditiones ad videndum neceſſariæ.

EX queis, concluſio Kepleri manifeſta eſt; omnes oculi partes, animatas præſertim, eſſe organum viſionis. Quæ quidem, vt jam à me obſervatum eſt, inchoatur in cornea anteriori, promovetur in aranea media, perficitur in retina intima. Adeò-vt ad illius generationem *Conditiones* requirantur.

EX PARTE
- *Objecti,*
  - *Luminoſi,*
  - *Oppoſiti,*
  - *Debitè terminati.*
- *Medij,*
  - *Diaphani,*
  - *Incolorati,*
  - *Vacui fortiori lumine.*
- *Organi,*
  - *Sani,*
  - *Incolorati,*
  - *Non impediti alio lumine.*

Tripliciter viſio fit.

POSITIS itaque illis omnibus ad videndum requiſitis, Viſio *triplici* modo fieri poteſt; à radio videlicet vel directo, vel reflexo, vel refracto. Vnde etiam diſtinguitur *Optica*, *Catoptrica*, *Dioptrica*.

OPTICA SPECIALIS, ET propriè dicta.

TITVLVS XLII. *Optices viſio directa.* Quid ſit lux?

SANEQVIDEM Luminoſum omne, ex ſupra conſtitutis, natiuo fluxu ex ſe profundit *Lucem*. Ea verò ſupponitur, ex Phyſicis, accidens eſſe ſub qualitatis prædicamento: reale, corporeum, eductum de potentia materiæ; inſignitum tamen, velut ſpiritualibus privilegijs. Nam neque prorſus corporea Lux eſt, neque prorſus immaterialis. Sed regina qualitatum eſt ſummè, celerrimè & ampliſſimè activa: velutque in momento, per vniverſam ſphæræ latitudinem ſeſe diffundens.

Lux agit æquivocè, & vnivocè.

SIC igitur Lux à ſuo ſonte emanans, vbicumquè eſt intimè & quaſi penetrativè, non agit niſi æquivocè, quoties v. g. gignit calorem. In eo autem ſubjecto, in quo non eſt, agit vnivocè; dum videlicet lumen emittit, quod à luce non diſtinguitur niſi accidentaliter. Nempe tam in modo agendi orbiculanter directè, quàm in ratione ſubjecti. Lumen enim recipitur in medio ſolùm diaphano; id eſt tranſparente, tranſpicuo, interminato. Atque ea propter diſtinguitur

Lumen multiplex.

LVMEN { *Primum, Secundum, Tertium:*
{ *Perfectum, Imperfectum.*

Primum. Secundum. Tertium Perfectum. Imperfectum.

PRimum Lumen appellatur, prima illa emiſſio lucis radicalis quæ directè & immediatè à lucido manat; vt in Sole. Secundum, quod reflectitur à primo; vt in cæteris Aſtris. Tertium quod à ſecundo, & ita ſerie continenti. Perfectum illud eſt, quod fluit ab omnibus partibus lucidi: Imperfectum, quod non ab omnibus. Similiter ex luminum abſentia & comparatione diſtinguitur *Vmbra* prima, ſecunda, tertia. Perfecta, ad quam nullus radius luminoſus pertingit: Imperfecta, ad quam aliquis.

Vmbra itidem quintuplex.

Propagatio luminis quomodo fit? Ratio.

PORRO tam Lux, quàm Lumen à ſuis cauſis ſic *propagantur*; vt nunquam eadem remaneant in individuo, niſi permaneant eadem numero, & eodem in loco, Luminoſa; quæ mota, ſucceſſivè ſemper ſundunt nova lumina impermixta. Iſtiuſmodi opinioni favent *ratio*, & experientia. Nam cùm Natura ſemper agat ad ſui vel multiplicationem, vel repræſentationem; effectus per ſe producti ad multiplicationem, vt per ſimilia individua conſervaretur ſpecies, perſiſtunt ceſſante eorum cauſâ vel locum mutante; vt patet in calore. Qui verò *effectus* nullum alium habent finem, quàm vt præciſè repreſentent; vſque adeò dependent à propriæ cauſæ influxu, vt nullatenus ab alia (ne fortè quidem divinitùs) poſſint vel produci, vel conſervari: vel intendi, vel remitti.

Effectuum duplex diſcrimen.

Effectus prioris generis plures ſæpiùs in vnum coaleſcunt, non agunt in ſeipſos, nec in ſimiles. Sic calores multi, fiunt vnus calor: nec tamen calor vt quattuor, calefacit calorem vt quattuor. Contra poſterioris generis effectus nunquam non manent impermixti, & ſemper invicem agunt. Sic candela illuminat ſpeculum, & viciſſim à ſpeculo recipit ſuum lumen reflexum. Inde adeò diverſa lucida producunt diverſa lumina, quæ nullatenus recipiunt magis & minus: ſed intendunt illuminationem, prius per poſterius. Sic candela & illuminatur à ſole, & illuminat ſolem. Et aër tum à ſole, tum à lampade diverſimodè illuminatur.

Nam, quod notatu dignum eſt, quodlibet ſubjectum, quamdiu non omne completur, capax remanet omnium ad quæ à natura inſtitutum eſt. Sic ergo

aër lumine ſolis pleniſſimus, illuminatur nihilominus à candela, quoniam nihil adhuc habebat repræſentativum candelæ; nec verò natus ſolùm eſt ad repræſentandum ſolem.

Experientia.

EXPERIENTIA juvat rationem. Petitur autem tam ab vmbrarum diverſitate, quàm à luminum ſeparatione. Videmus enim à tribus luminaribus corporis vnius opaci, tres in adverſum vmbras projici. Videmus per foramen, tria in obverſum parietem lumina profundi: & ſublato tertio luminari, duas remanere vmbras diſtinctiſſimas.

Pyramis illuminationis.

Per ejuſmodi igitur nativam propagationem à luminoſo lux, à luce lumen dum pullulat, enaſcitur Pyramis Luminoſa & Illuminationis. Habet illa baſim in corpore lucido, verticem in quocumque puncto extra lucidum. Iſta baſim in quovis corpore illuminato, verticem in quolibet puncto lucidi. Atque per ejuſmodi pyramides ſeu radios directos habetur illapſus, trajectus, & occurſus radiorum opticorum; quorum decuſſatio fit non cis, ſed trans foramen.

Quod ſi in trajectu luminis occurrens corpus denſum, directam illius impediat propagationem; ex ejuſmodi radiorum reflexione, quaſi in ſemet remeantium, naſcitur *Catoptrica*.

CATOPTRICA.

TITVLVS XLIV. *Speculorum fabrica.*

Reflectio neceſſaria, quare, & quando? Reflexivum duplex.

NAM lumen tam neceſſariò, quàm naturali fluxu egrediens à corpore lucido; nunquam vſquam impediri poteſt, quin alicubi, hinc vel inde, antrorſum tantumdem vtriquè pervadat. Itaque qualecumque corpus radio occurrat, habet ſe per accidens ad reflexionem. Adeo-vt ſi daretur vacuum loco corporis impedientis, eſſet ſufficiens obſtaculum reflectens. Et quia lumen non poſſet tunc recipi in vacuo, ſtatim reflecteret: fieretque ex vacuo, ſpeculum vſtorium. Propriè tamen reflexivum, eſt denſum duplex; Aſperum, & Politum. Aſperum reflectit tantùm lucem, & colorem; vt aër, & terra. Politum reflectens inſuper imaginem, facit

SPECVLVM {
- *Naturale*, { Animatum, *vt eſt oculus.* / Inanimatum, *vt cryſtallus:*
- *Artificiale*, { Metallicum, Vel Vitreum. { *Speculum multiplex;* *Naturale.* *Artificiale.*

ET verò, præeuntibus primis illis Naturæ exemplis, ob ejuſmodi radiorum reflexionem & repercuſſionem Philoptrici excogitarunt.

Quadruplex.

SPECVLVM, { *Regulare, Irregulare:* / *Planum, Sphæricum.*

REGVLARE, vnius & ſimplicis figuræ eſt. Irregulare, ex multis componitur. Planum, æqualiter funditur. Sphæricum, multiplex eſt. Atque in iſtis ſpeculis *viſio* fit in hunc modum.


Quomodo in ſpeculis fit viſio? Linea incidentiæ.

PRINCIPIÒ objectum ſui imaginem emittit directè in ſuperficiem ſpeculi, per lineam quam vocant incidentiæ. Incidens ea in in punctum C, remeat ad oculum E, per alteram lineam quam *reflexionis* appellant D. Iſta igitur receptam ab objecto imaginem refert in oculum, qui intuetur, E. Has inter li-


neas duas, fingitur tertia, cui nomen *Cathetus*; quæ perpendiculariter tangen ſuperficiem ſpeculi, in puncto incidentiæ ſimul & reflexionis vtriuſque angulos determinat. OPTICA. Cathetus.

Hic autem angulus incidentiæ æqualis ſemper eſt reflexionis angulo, facto ex altera parte ſuperficiei ſpeculi, & ex linea reflexionis. Quia ex generali problemate, Natura abhorrens ſuperfluum; ſemper agit per lineas directas, ſimulque breviſſimas. Lineæ autem quæ efficerent ejuſmodi angulos inæquales, eſſent longiores.

Horumque appendix & corollarium erit, *Inverſio* laterum objecti in quolibet ſpeculo. Quoniam quod eſt dextrum, fit ſiniſtrum: & quod eſt ſiniſtrum, fit dextrum. Eò quod ſcilicet incidentia partis dextræ fit in ſiniſtram, & vice verſâ: quod in meliori lumine, ſequens Schema collocabit.



PORRÒ ſpeculorum fabrica, humani ingenij miracula auget in dies. Alia quidem, vt dixi, Regularia vnâ, eâque ſimplici figurâ conſtant. Alia Irregularia, mille modis efformantur; plana, rotunda, concava, convexa, parabolica, hyperbolica, in columnam & pyramidem deformata, &c. Certè in concavis focus eſt linea, in parabolicis autem vnicum punctum. Quare eſt iſta ſunt magis vſtoria, quoniam concurſus radiorum illic magis vnitur. Nihil verò videt noſtra ætas ſtupendum magis, quàm illa; quæ abs variis diſperſis hinc inde rudioribus lineamentis, ex radiorum concurſu vultum aliquem pulcherrimum per polioptrum ingenioſiſſimè effingunt. Specula varia.






TANDEM ſi radius impeditur abs medio corpore, neque directè progreditur, neque in ſemet reflectitur; ne quid, vt ſuprà dictum eſt, debitæ materiæ deperdatur, fit FRACTIO; emergitque *Dioptrica*.

MATHEMATICA.

DIOPTRICA.

TITVLVS XLIV.
Effectus Refractionũ.
Fractio à materiâ, & formâ.
Quid ſit refractio?
Problemata duo

FRACTIO nimirum illa radij, ſit in medio duplici, & quidem duppliciter. A materia, ſeu ſubjecto recipiente; vt ſunt aqua, & aër. Vnde radius refractus eſt, qui incidens in duo media, quorum vnum denſius ſit, alterum rarius; non rectà procedit, ſed refringitur ad perpendicularem. Incidens verò in medium rarius, cujuſmodi eſt aër, refringitur à perpendiculari. Tuncque fiunt tres anguli incidentiæ, curvaturæ, erectionis, quomodo hoc loci repreſentatur. Obiectum A, aër B, aqua C, fractio D, radius viſualis, ſeu reflexionis D, E.



HINC emergunt famoſa hodiè *problemata* duo; quare, & quantùm refractio fiat ad perpendicularem, & à perpendiculari? In vtriuſque ſolutione, deſudant noſtri ævi Archimedes. Solutionem ænigmatis qui invenerit, Oedipus erit, vel certè *magnus Apollo*. Mihi hactenus approbatur petita ex angulorum æqualitate.

Teleſcopia.

Tantùm juvabit advertere concurſum radiorum, eò fieri globo cryſtallino propiorem, quò lucidum eſt remotius: neque ad viſionem, expectandum eſſe ejuſmodi concurſum. Tunc enim ſpecies omnes confuſæ & permixtæ, viſionem interturbant. Quæ cauſa certè eſt cur in tubo optico, ſeu teleſcopio apponitur quoque ex parte oculi vitrum; quod quidem facit vt res per Dioptricam apparentes, non ita creſcant. Sed aliunde neceſſariò quoque apponitur, ne ſcilicet perturbetur viſio in concurſu, & quaſi in confluentia radiorum: ſed diſtincta, & ordinata procedat.



Problemata.

SVPER verò illis omnibus ſanè præclariſſimis circa Oculum, Lumen, Viſionem, aliaque ad Opticam ſeu Ophtalmicam conſectanea, efformant Curioſi infinita propemodum *Problemata*.

OPTICÆ QVÆSTIONES, & Theoremata.

TITVLVS XLVI. *Varia Quæſita, & Axiomata.*

MERITO namque in materia omnium ſubtiliſſima, controvertitur; an viſus videat? An ſit lux ſpecialis? An color ſine lumine videri queat? An fiat viſio emiſſivè vel immiſſivè, extra vel intra oculum? An maxima vis luminis ſit circa centrum? An major lux magis illuminet? An meliùs videant oculi quàm oculus? An pyramis vnica optica? Cur altero clauſo clariùs, aut firmiùs videatur? Cur Nyctilopes videant in tenebris? Cur Homo videns ſe in ſpeculo, ſui faciliùs obliviſcitur quàm aliorum? Cur nox incutiat terrorem, lumen excellens officiat meditationi? Cur ſunt qui videant ſpectra in aëre, & ſui ſemper imagines, vt ille apud Ariſtotelem anonymus? Cur quieta videntur moveri, & ebriis geminantur objecta, & *centum credunt ſe cernere Thebas?*

Lib. 3. Meteor. c. 4.

Quomodo formantur *fallaciæ viſûs* à diſtantia, magnitudine, figura, ſitu, loco, numero, motu, quiete, &c. Vbi advertendum cum Lucretio, ejuſmodi deceptiones fieri quidem in apprehenſione interna, nuſquam verò in ſenſu externo. Semper enim imago & ſpecies objecti talis eſt intra oculum, qualis videtur: neque ſtatim talis eſt extra oculum, nempe in objecto; quod dum mens credit, hallucinatur;

Fallaciæ viſus.

Sed animi vitium hoc oculis affingere noli.

Libr. 4.

Adeò non illegitimè miratur Marſilius Ficinus, lucem cujus beneficio nihil non videtur, ipſam in ſe reperiri obſcuriſſimam. Hos verò errores omnes *corrigit* tum viſus ipſe, tum alij ſenſus, vt tactus: tum denique ratio ipſa rerum objectarum veritatem examinans, & nebulas diſcutiens.

Quomodo emendantur?

CVI rei conducent non parum ſequentia THEOREMATA. Viſibile alterat ſenſorium, excellens lædit. Non omne corpus eſt viſibile per ſe, neque ſolum corpus eſt viſibile per ſe. Solæ ſuperficies videntur. Oculi ſiti ſunt in loco eminenti, anteriori, profundo. Oculus eſt igni aqueus. Quoties movetur, ſemper totus movetur. Viſibile eſt denſius medio. Radij ſine permixtione, & confuſione tranſeunt per medium. Radius radio nil præſtat per ſe. Fortiſſimus eſt radius incidens ad angulos; & ad perpendiculum. Conjugatio nervi optici, facit vnius rei vnicam viſionem. Quidquid videtur, ſub angulo videtur. Si Senex haberet oculos Iuvenis, videret vt Iuvenis. Profundiores oculi, meliùs vident. In planitie viſio extendit ſe ad quinque circiter leucas. Lux congregata, eſt fortior diſſipatâ. Lux fortiùs illuminat objectum propinquum. Corporis luminoſi radij ſunt luminoſi. Viſibile majus; officit minori. Ita & vmbra. Lux temperata, ex ſe viſibilis eſt. Poſiti in tenebris vident quæ ſunt in luce, non vice verſa. Si oculus propiùs accedat, videtur plus videre, & tamen non videt. Propter diſtantiam, disjuncta videntur coniuncta: & obliqua, recta. Obliqua viſio, debilitat ſpeciem. Veritas compoſitæ viſionis eſt exigua, hallucinatio frequens. Lux reflexa ſeu ſecunda, fortior eſt primâ. Non reflectit, niſi quod eſt terminatum & opacum. Denſitas ſpeculi reflectit radium, lævor imaginem. In *ſpeculo* plano major eſt veritas, in gibbo major hallucinatio. In plano, paulò minor imago apparet. Imago Sphærici, Sphærarum diverſis ſegmentis, ſpectra depingit. Imago tantò minor videtur, quantò minus eſt ſpeculum: tantò major, quantò viſibile eſt propinquius.

Axiomata.

Viſa per duplex *medium*, videntur majora. Quidquid videtur per humorem, paret longè amplius vero. Ideo conſpicilla augent litteras, & ſolis radios nubes matutinæ. Rei per radios refractos viſæ, certa quantitas nequit

MATHEMATICA.

Quomodo fallaciæ viſûs corriguntur.

deprehendi. Imago in medio denſiore, videtur propinquior & major, ſecus in rariore. Talis imago, quales radij. Videtur aliquid per radios fractos, quod non per reflexos. Sic ſtella antequàm oriatur, & Sol ipſe Fallacias ejuſmodi jucundiſſimas emendat ſenſus aliquis, ipſe etiam viſus aliquando mutatione ſolius diſtantiæ ab objecto. Demum ratio, cujus officium eſt explorare, reſ-ne ſint revera, quales oculis apparent.

Tres Artes ſubordinatæ.

SED & Opticæ proles ſi dixero *Protectivam*, *Picturam*, *& Gnomonicam*; non aberrabo, opinor, à ſcopo & veritate. De his itaque tribus, tot à nobis Tituli deinceps inſtituendi.

TITVLVS XLVII.

Perſpectivæ leges, & effectus.

PERSPECTIVÆ artificia mira.

PROIECTIVA, quæ & Vulgò *Perſpectiva*, mirabili prorſus artificio objecta quomodo oculis apparent, docet repræſentare in Plano conſpecto. Aliàs dicitur ſectio pyramidis viſualis, cujus acumen in oculo eſt, baſis in objectis. Suam enim imaginem apparentem pingit objectum eo in plano intermedio, vnde ad oculum reflectit. Eapropter radios à toto objecto emiſſos, ad centrum viſûs, lineaſque Ars iſta delineat in tabula ſecante ejuſmodi radios. Ea idcirco linea planum-ſectum, meliùs fortè planum ſecans vocitatur. Perſpectivæ deſerviunt

LINEÆ { *Terræ, Horizontis, Radiales:*
Parallelæ, Diametrales, Perpendiculares.

Linea Terræ.

LINEA-terræ, eſt pars interior baſis plani-perſpectivi, hoc eſt loci in quo delineanda perſpectiva cogitatur, perpendiculariter oculum inter & planum geometricum; quod perſpectivo ſubtenditur geometricè deſcriptum, citra perſpectivam. Lineæ-terræ ſuperponitur Linea *Horizontis*, aliàs radius primarius. Parallela ſemper lineæ-terræ, ducitur ab oculo ad planum ſectum, in quo extremum illius lineæ punctum primarium eſt. Linea *Diſtantiæ*, in tabula picta ponitur pro linea horizontis, cujus extremitas nonnullis eſt punctum ſecundarium. *Radiales* Lineæ, ſunt illæ quæ tendunt ad punctum primarium. *Parallelæ*, tranſverſæ ſeu decuſſantes. Diametrales ſeu *Diagonales*, ductæ ad puncta diſtantiæ. *Perpendiculares*, erectæ ad angulos rectos. Tria enim puncta fingi ſolent, à quibus ducta omnis proportio emergit. Primarium, & ſecundaria duo; à primario æquè diſtantia.

Horizontis. Diſtantiæ. Radiales. Parallelæ. Diametrales. Perpendiculares.


Principium operationis.

OPERATIONIS principium vniverſale ſtatuitur, ibi deſignandum eſſe locum rei; vbi radius opticus per rem ductus attingit planum, in quo projicienda eſt deſcriptio. Præcipuæ verò *Regulæ*, ſunt duæ 1. Ad projiciendum ducatur perpendicularis ad planum, & diſtantia à latere ſumatur. Hinc & inde diametrales & radialis ſe interſecabunt, in loco puncti. 11. Fit trajectio Lineæ, ſi puncta projecta connectantur: projectio figuræ, ſi projecta lineæ conjungantur. Projectio corporis, ſi projectæ figuræ compingantur.

Regulæ duæ.

Artificium ſequens *Figura* adumbrabit. Linea 3 2 1, repreſentat Lineam-terræ. E, F, Lineam horizontalem. O, N, M, L, planum geometricè deſcriptum. Arcus punctis denotati, vias quibus planum geometricum O, N, M, L, vel apparens imago, Lineæ-terræ ſupreminens, in plano perſpectivo ipſa ſe imprimit; vbi eam oculus cernit à puncto F, per oculi radios. Hi etenim radij per lineas punctis ſignatas, efficiunt pyramidem viſualem, quam ſecat planum-perſpectivum, Ex quo perſpectivè planum geometricum perſpicitur,

tur, per figuram M, N, O, L. Ductas à punctis diſtantiæ lineas diagonales, notat E. Quæ verò à puncto principali, radiales ſunt. OPTICA.



Sic ſe habenti Projectivæ, accedit *Pictura*.

PICTVRA.

TITVLVS XLVIII. *Picturæ additamenta.*

ARS EST, quâ rerum ſimilitudines penicillo effinguntur: [quondam nobilis, ſcribit Plinius, tum cùm expeteretur à Regibus populiſque: & illos nobilitans, quos eſſet dignata poſteris tradere.] Quà ſuper docuere me in illa *Periti*, quæ lectorem debent aut docere, aut delectare. I. Hominis ingenium nil meditatur, niſi compoſitum in *proportione* congrua; ſecùs quàm Natura, cujus opus omne varium ſemper eſt ac luxurians. Nuſquam enim fœcundiſſima illa parens componit picturas, bortos, ædes, aliave per artem caſtigata & emendata. II. Pictura gratum *mendacium* eſt, fallens ex veri imitatione. Inde quia colores corpora ſunt, vera pictura minimè ſunt. III. Ea Naturæ imitatio per penicillum, longè minùs eſt ſcriptura muta, quàm per calami fictitios characteres. Hæc ſiquidem propriè tacet, illa tantum-non loquens res exhibet ipſiſſimas, etiam dum abſunt aut ſilent. Ideò vetus *Scriptura*, pictura fuit; cujus & hodiè nomen retinetur in characteribus efformandis, ac pingendis. Quæ ars cum merè fictitia ſit ex hominum libitu & arbitrio, per ſe nihil repræſentat, nihil ſignificat. Vnde difficultas initio tum legendi, tum ſcribendi, ſanè difficillima. At Pictura veri & nativi imitatrix; ipſa per ſe videtur loqui; dum per imagines, res ipſas repræſentat. Eâ nimirum ratione Appelles hominis, cujus nomen illi erat ignotum, Ptolemæo indicavit auxilio penicilli. Ex quibus liquet *Delinationem* primum eſſe opus Picturæ. Filiæ Beli inventum narrat Plinius, quæ conſpectam à ſe, in muro, patris vmbram carbone adumbravit. Rudis itaque initio Pictura ex ſolis lineamentis nigri & albi, temporis artiſque ſucceſſu ad ſummum perfectionis evecta eſt. Ardices certè & Telephanes, ridiculum morem, nomen picturis apponendi, arte ſuâ & induſtriâ deleverunt. Primus Hygion marem & fœminam diſtinxit. Panameus dentes aperuit & la-

Definitur Pictura. *Lib. XXXV. c. 1.* Differt à natura. Quomodo mendacium. Vera imitatio. Vetus ſcriptura. Delineatio. Perfecta paulatim.

MATHEMATICA. bia: Parrhaſius obſervavit proportiones, Pythagoras nervos eduxit. Demum Lyſippus, Protogenes, Polyclerus, Praxiteles, Zeuxis, Dædalus, Apelles: Poſtremis verò ſæculis eximij plures, pulcherrimam artem omnibus ornamentis cumularunt. Inſignis & Alciſtere, pingendis fœminis feliciſſima; quæ & ſeipſam in ſpeculo contemplata, artis ſuæ miraculum edidit. Paulatim igitur nudæ delineationi

INDVCTA FVERE { *Colores*, *Lumina*, *Vmbra*.

Color quid ſit? COLOR certè, Periphantis inventum, in vſu Picturæ definiri poteſt lux incorporata, objectumque viſûs ſecundarium. Componitur ex diverſa mixtione ac proportione luminis, perſpicui, opaci, quattuorque primarum qualitatum. Vnde Colorum alij ſunt ſimplices, quorum duo extremi; album, & nigrum. Illud ex luce & pelluciditate abundantiori, iſtud ex lucis paucitate & opacitate nimia. Cæteri ab iſtis primariis *medij* componuntur, ex illorum varia permixtione. Sic aureus ex flavo & rubeo, viridis ex flavo & cæruleo. Nam nigredo & albedo colores ſolummodò attollunt, vel deprimunt. Ideo ignea & aëreaalbeſcunt, aquea & terrea nigreſcunt; quod patet in chilo, ſanguine, ſpermate, nive, & aliis id genus. Egregiè Plinius, [Colores ſunt auſteri, aut floridi. Vtrumque naturâ, aut miſturâ invenit. Naſcuntur; aut fiunt.] Eſt autem illa

Duo extremi.

Reliqui medij.

lib. XXXV. c. 6.

Compoſitio triplex. COMPOSITIO VEL { *Realis*, *Intentionalis*, *Notionalis*.

1. Realis. REALIS eſt corporum mixtorum, vt ex indico & auri-pigmento fit corpus viride. 2. Intentionalis. *Intentionalis*, quando primæ cruſtæ ſuperinducitur alter tranſparens. Vt ſi indicum diaphanum ſuperponantur flavo, aut flavum lumen candelæ ſupervenian t cæruleo; tunc namque apparentia viridis eſt. 3. Notionalis. *Notionalis*, cùm diverſorum colorum tenuiſſimæ partes ſimul mixtæ, ambiguum colorem variegant. Reales propriè ſunt in objecto, intentionales in medio, notionationales in oculo. Præcipua verò Picturæ

ORNAMENTA SVNT { *Lumen*, Et *Vmbra*.

Lumen; VTRVMQVE ex Pictoris arte, & Tabellæ ſitu ac collocatione. *Lumen* in tabella eſſe debet altius puncto primario, vt in ipſa tabella vmbræ terminentur. Adeò vt res ſub dio ſpectabilis, ſit magis illuminanda. Quod ſi lumen ſic mendicatum à candela, vel trajectum per feneſtram; colores debent eſſe vividiores, vmbræ verò obſcuriores.

Vmbra; ATQVE vt lux ipſa in meliori ponatur lumine, adjungitur *vmbra*; tametſi ea privatio ſit luminis, in medio perſpicuo. Orta videlicet ex oppoſitione opaci inter corpus lucidum & oculum, quæ idcirco rectè procreari à luce memoratur. Cùm enim opacum corpus tranſitum radio præcludat, fit vt radij incidentes terminis corporis opaci, vlteriúſque in directum porrecti, ſpatium quoddam obſcurum & lumine privatum, terminent ac inumbrent. Ideoque diſtinguenda videtur,

Multiplex;

VMBRA DVPLEX, EXIN MVLTIPLEX.	*Naturalis*,	Diurna, vel Nocturna: Clara, vel Obſcura.
	Et	
	Artificialis	Imperfecta, vel totalis: Recta, vel inverſa; Diverſæ figuræ, cylindrica, pyramidalis, &c.

NATVRALEM vmbtam imitatur *Artificialis*. Nam addelineandum vmbras conorum, pyramidum, & corporum regularium; demittitur perpendicularis extremitate ductâ per centrum baſis, priorem ſecans in vertice vmbræ; vnde ducendæ aliæ lineæ, ad corporis extremitates. Pro Cylindro ducitur & alia linea, à lumine ad centrum baſis inferioris. In parallela pyxidis variæ lineæ à lumine & extremitate perpendiculares, ducuntur per omnes angulos. In ſphæra & in circulo, per ſectiones conicas. Si pendulum ſit corpus aut aliter in aëre, priùs ducendæ ſunt perpendiculares. Naturalis, & artificiales.

SVMMA porrò artis eſt, lucis ſimul & vmbræ decens temperatura. Summa & judicij ea in re exquiſitiſſimi, dignoſcere quidquid in arte præclarius eſt. Pictura-ne vetus ſit an recens, emendata an rudior, prototypa an ectypa & tranſcripta: ad vivum & naturam expreſſa, an ad arbitrium? Exacta ad normas omnes perfectionis, an vaga & effrænis? Demum ex opere dignoſcendus Opifex eſt, & in quonam vnuſquiſque potiſſimùm excelluit. Sic enim commendabant olim Lyſippum & Appellem vultus Alexandri, Phidiam Deorum imagines, Zeuxin Helena. Nuper verò Tiſſianum color, Raphaëlem delineatio, Caracas expreſſio, Caravagas naturæ imitatio, Davincium anatomia, Rubenſium hiſtoria, Heræum proportio. Vt etiam antiquis olim erat genus Picturæ multiplex; Aſiaticum, Helladicum, Sicyonium, Ionicum, & cætera quæ refert Plinius; [Vbi & notat in lineis extremis Picturæ ſummam ſub- „ tilitatem. *Extrema enim corporum facere, & deſinentis picturæ modum includere ra-* „ *rum in ſucceſſu artis invenitur; ambire enim ſe debet extremitas ipſa, & ſic deſinere vt promittat alia poſt ſe, oſtendatque etiam quæ occultat.*] Ideo etiam pueris tradi debere artem Pingendi, monet in ſua Republica Ariſtoteles. Non ob lucrum, quod vbiquè conſectari, ingenuis indignum eſt: ſed eo quod in pulchritudine corporis cognoſcenda, ſolertem efficit atque intelligentem. Picturæ perfectio. *Lib 35. c. 10.*

Sed quoniam magis, vt dixi, Ars eminet in luce & vmbra temperandis; poſt relatas ſuperiùs lucis dotes, placet ſeligere modò quas ante conſultò omiſi, præcipuas Vmbræ affectiones & *Theoremata*. VMBRA radiis lucis terminatur, projicitur in partem lucido oppoſitam: ſui opaci & luminoſi figuram imitatur, & ſequitur motum. Ita enim augetur, minuitur: intenditur, remittitur. Tantò minor eſt, quantò ſublimius lumen eſt. Tot vmbræ extant, quot ſunt oppoſita lumina. Multiplicata fit vmbroſior. Lucidi propioris, craſſior eſt: remotioris, tenuior. Sub ortu & occaſu ſolis apparet longiſſima, meridie breviſſima, medio tempore media. Variat in quattuor anni tempeſtatibus. *Lib. VIII. c. 3.* Theoremata circa vmbram.

Illa ipſa docet Eclipſes, magnitudinem Solis & Lunæ, rationes temporis horarias, menſuras corporum, locorum intervalla: terræ rotunditatem, ſitum in medio mundi, magnitudinem. Tandem, quod vmbræ magis internum ac proprium eſt; ab ea, auxiliantibus Mechanicis, manavit *Gnomonica*.

GNOMONICA.

TITVLVS XLIX.
Horologia fabricata, exarata.

Horologiorum genera duo. Mechanica magna, & parva.

ARS nimirum conficiendi Horologia. Inſtrumenta nimirum horis, diebus, alijſque indicandis fabricata Generali diviſione conficiuntur vel *Mechanica*, vel Sciaterica. Illa inter Priſcos Clepſydræ erant, Hydraulicæ, & Arenariæ. Hodiè tam Majores, quàm Portatiles & Rotatiles; ex diverſis metallorum circulis & rotulis, intra ſe invicem mirabiliter implicatis.

Sciaterica.

SCIATERICA, juxta etymologiam, horas per vmbras denotant. Quadrata vulgò nominantur; quia vel quadratâ figurâ conſtant plerumque, vel quia ope quadrati geometrici fabricantur.

Tria in horologiis.

In illis autem concinnandis, *tria* præ cæteris obſervantur. Planum ſeu area delineanda, variæ lineæ ſuperinducendæ: gnomon ſeu ſtylus infigendus, vt vmbram notet.

Diverſa genera. Simplicia. Compoſita. Fixa. Mobilia.

Fiunt autem diverſa. *Simplicia*, lineas horarum tautummodò deſignant. *Compoſita*, vſus omnes Aſtrolabij poſſunt imitari. *Fixa* in plano, globo; &c. *Mobilia* vt in cylindro, pyxide, annulo, baculo, &c. Illaque iterum diurna, nocturna, ſolaria, lunaria. Plana, rotunda, &c. Secundùm varias Mundi partes orientalia, occidentalia, dextra, &c. Item Aſtronomica, Iudaica, Babylonica, Italica, Gallica: Antiqua, Nova.

Praxis gnomonica.


PRAXES alias Gnomonicas omittens, omnium vniverſaliſſima eſt triceſimi circuli horarij tranſeuntis per polos Mundi, & per quindenos Æquatoris gradus ſeſe interſecantes in axe Mundi. In quo axe, & quidem in centro, concipirur vertex ſtyli cujuſlibet horologij. Ita-vt planum in quo delineantur horæ, ſit quaſi infra centrum Mundi. Lineæ autem horariæ, ſint interſectiones

Varia Horologia.


circulorum horariorum, cum ejuſmodi plano. A quo quidem denominantur *varia Horologia*; Æquinoctiale ſuperius, & inferius, Horizontale, Polare inferius & ſuperius. Meridianum Orientale, & Occidentale. Verticale primarium meridionale, & ſeptentrionale. Verticale declinans à meridie, & ſepeentrione: aut in ortum, aut in occaſum. Inclinans-non declinans: inclinans-declinans. Convexum, coneavum, &c. Præter *Portatilia*, vt jam attigi, in ſphærulis, tabellis, bilibatis, &c.

SED in omnibus omninò, lineæ horariæ facillimè & certiſſimæ duci poſſunt; ſi elevatâ illa machinulâ circulorum horariorum, ſecundùm altitudinem poli, educantur fila ad delineanda quælibet horologia in ſubjectis planis. Satis verò erit duo hoc loco *exempla* appoſuiſſe ſciaterica. Aliud erit Generale, aliud Particulare.

GNOMONICA.



Exempla duo.



POSTREMÒ è principijs tam Phyſicæ, quàm præſertim Geometriæ Staticæ; quatenus corpora attringit motui extraneo ſubdita; fluxerunt *Artes* Liberales pleræque, Mechanicæ demùm vniverſæ.

ARTES LIBERALES, AC Mechanicæ.

TITVLVS I.
Artes variè indicantur

LIBERALES non excolebant niſi Ingenui, Mechanicæ jacebant penes Servos. Hæ ſummatim *peraguntur* I. ponderibus gravi, & levi. II. Motibus naturali, & artificiali. III. Inſtrumentis; quæ aut ſimplicia ſunt; aut compoſita. In illis præcipua exiſtunt vectis, cuneus, pondera: trochlea, cochlea. In iſtis Machinæ Pyrotechnicæ, Pneumaticæ, Hydraulicæ. Quæſita ab omni ævo eſt per artem, Naturæ inſtar, *Motus perpetuitas*. Sed hactenus fruſtra; adeò in omni Diſciplina vnum, quod eminet perfectiſſimum, remanet ſemper in ideis & votis.

Liberales. Serviles.
Tribus peraguntur.
Inſtrumentorum genera duo.
Motus perpetuitas.

MATHE-MATICA.

ARTIVM *diſtributio* paſſim arbitraria cùm ſit, æquior videtur illa; quâ

Artium trina diſtinctio.

DISTIGVVNTVR. { *Neceſſariæ*, *Vtiles*, *Voluptuariæ*.

1. Neceſſariæ.

Coquinaria, Veſtiaria.

ATQVE vt vitâ prius nihil, ita primas in Artium choragio tenet Ciborum apparatus. Quanquam naturæ deſiderio quia ſufficiunt pauca, & parabilia, *Coquinariam* ad immenſas delicias auxere ſola gulæ irritamenta. Ejuſdem gradus eſt *Veſtiaria*, primò pudoris velamen, mox luxûs materies.

Hactenus cibari, indutique Hominis cura terram primò exercuit, vt ſibi de vtriſque provideret. Hinc domicilia extruxit, quibus tum cæli injuriæ arcerentur, tum fures. Tandem vrbes ac munimenta contra hoſtes, feraſque. Abhinc

Tres præcipuæ.

TRES PRÆCIPVÆ; { *Agricultura*, *Architectura*, *Militia*.

Agricultura.

Cap. 7.

AGRICVLTVRA Artium dubio procul antiquiſſima perinde & innocentiſſima, humani reatûs mulctam vertit in voluptatem. Propterea que ab Autore Eccleſiaſtici commendatur Ruſticatio, vtpote creata ab Altiſſimo; qui & naſcente Mundo, paradiſum ipſe voluptatis plantaverat. Et verò, vt eſt apud Ciceronem, [nihil melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.] Adeòque.

Felices nimiùm, ſua ſi bona noſſent
Agricolæ.

Triplex eſt.
In Sentent.

Ac ea quidem Agricultura ſtatui poteſt omninò *triplex*. Ruralis, Hortenſis, Phytologia. Vt à Secundo, Philoſopho Athenienſi, Agricola *Terræ Medicus* aptè & pulchrè nuncupetur. Tres illæ artes, æquè agnoſcunt principia; ſolem, aquam, terram, hominem: finem vtilitatem, ſimul & amœnitatem. Arvalis, eſt camporum & montium cultura. Hortenſis, magis ab arte ad ſpeciem & fructum. Arboribus ineſt vtrumque. Omnes perinde obſervant cælum, ſolum, ſemen. Collecta alibi vernaculè Herbarum, Florum, Arborumque rara tanti non arbitror, vt hunc in locum inſeri mereantur. Monebo ſolùm illis tribus accenſeri *Pecuariam*, vnde pecuniæ nomen; quia olim & vetus mercatura, pecorum permutatio fuit. *Venatio*, *Aucupium*, *Piſcatio*.

Idea General. Scientiar. Tit. LVII. & ſeq.
Pecuaria.
Venatio, Aucupium, Piſcatio.

SIC natus Homo Agricola ad alimentum, ad occupationem, quin & ad delicias; vt familiam ædibus clauderet, ſtatim cogitavit de ARCHITECTVRA. Molitur iſta ſtructuram Ædificij ſacri, profani: publici, domeſtici; regij, plebeij. Id quod certis legibus præſtat icnographia, orthographia, ſcenographia, eurythmia, ſymmetria. Idque artificio & ordine Tuſcano, Dorico, Ionico, Corinthiaco, & Compoſito. Eorum præcipua ſequentibus figuris, in exemplum ſatis erit indicaſſe.

Ædificatoria.




ROMA
VITTORIO EMANUELE


Homini cibato per agriculturam, tecto per ædificatoriam; ſuperinducta eſt Ars Militaris hinc ab ambitione, inde à ſecuritate. Cruentàm diſciplinam, & fato Humani Generis ab omni ævo maximè inclytam, docet pugna vmbratilis, vbi rudibus batuunt Tyrones, exercet Militia. Huic nomen dant Bellatores, ſuppellex ſunt arma, nervus pecunia eſt. In exercitu cenſentur Duces majores, ac minores; cum Milite tum Equite, tum Pedite. Majores Officiarios commendant ſtrenuitas, vigilantia, autoritas, fortuna. Minores, ſedulitas ac fidelitas. Stipendiarios & Gregarios diſciplina obediens, patienſque: & in adeundis periculis, animus audax. Militia. Milites,

Armorum alia offenſiva, alia defenſiva. Pugnarum aliæ terreſtres, aliæ navales. Machinarum aliæ oppugnant, aliæ propugnant. In ſumma; Ars eſt, Arma diverſa.

Militaris { *Tactica*, in aciebus ordinandis. / *Oppugnatrix*, in Machinis bellicis. / *Propugnatrix*, in locis muniendis. } Munus bellicum triplex.

Vltimi hujus *exemplum geminum* loci primò Regularis, deinde Irregularis, oculis ſubjeciſſe erit abundè. Fortificatio regularis, & irregularis.





Stemmata Nobilitatis inſignia.

AB ejuſmodi Martis & Bellonæ facinoribus natæ Teſſeræ Gentilitiæ, *Stemmata Nobilitatis*. Iſta porrò duplex apud omnes percenſetur. Nativa, proſapiæ & ſanguinis dos quò vetuſtior, eò Hominum opinione illuſtrior. Adventitia ex Principis privilegio vel ſcientiæ, vel prudentiæ, vel fortitudini conceſſo.

NOBILITATIS Inſignia extiterunt primùm belli prærogativæ, quibus innoteſcebant fortes Viri. Illos aio qui vel viciniam à belluis (vnde & belli nomen derivant) vel patriam ab hoſtili irruptione, patrato illuſtri aliquo facinore, tutabantur. Ejus ſiquidem memoriâ, ſcutum notabant, ſeu parmam; quæ eò-vſque alba parma, purum-ve ſcutum appellabatur.

Et parmâ inglorius albâ.

Scientia Heroica.


Inde tanta *Stemmatum varietas*, quæ ſubſtrato Scuti ſolo & areæ appinguntur. Pleriſque etiam ſymbola obtigere arbitraria, fortuita, onomaſtica. Quæ inſimul Peritiam illam efficiunt, quam gnari illius Scientiam vocant *Heroicam*. In qua illud ſcilicet eximium, quod Diſciplina hæc Teſſeraria adeò evaſit hieroglyphica; vt peculiare ſibi idioma, formulaſque myſticas auſit vindicare. Vnum tamen, vt & in cæteris quoque omnibus, habetur incommodum; quod ejuſmodi myſteriorum præſtites, nunquam ſatis inter ſe conveniunt de formulis, quas & ſæculi genius ſæpiùs immutat.

In Scuto quinque partes præcipuæ.

Stemmatis porrò cujuſlibet, *quinque Partes* nominantur potiores; Scutum, Æs, Color, Emblemata, ſeu Notæ Honorariæ, Ornamenta adventitia. Ac ne diutiùs nos detineant hæc lævidenſa, ſufficiet Metalla & colores ſubindicare.

Vulgaria

LIBERAL. ET MECHAN.



Vulgaria Nobilium ſtemmata, accreſcunt inſuper *Ordinum Militarium* inſignibus & decoris. Equites ſunt illi Torquati, quorum originem repetit ab ipſomet Abrahamo Bolducus inter Franciſcanos Capucinos eruditus, nos ſupra delibavimus. Ordines Militares.

Quemadmodum autem propagatâ Hominum ſtirpe, aliorum ſæva ambitio, aliorum juſta defenſio Militiam peperit: ita MERCATVRÆ occaſio extitere tum Hominum indoles ſocietatis amans, tum ex D. Auguſtino, mutua Provinciarum Regnorumque ſubſidia. Exercetur itaque Ars illa negotiatrix vel perſonatim, vel ſociatim; partim inter Gentiles ac Populares, partim cum Foraneis Extraneiſque. Dum ſcilicet genus omne mercium, ſeu nativæ ſint ſeu peregrinæ, mutua negotiatione; terrâ marique divenduntur. Leges autem commercij præcipuæ cenſentur, vt ſit facile, vtile, jucundum. Ex quo etiam commercio neceſſariis artibus paulatim ſuperacceſſerunt quæ aut vtilitati, aut voluptati famulantur. Primi generis

In Hiſtor. Monaſt. Mercatura.

Artes aliæ ſecundariæ 1. ad vtilitatem, Statuaria, Cælatura, Calcographia.

SVNT ARTES DERIVATÆ { *Statuaria* / *Cælatura* } { Fuſione, Vel Sculptura, ſigillaris. Typographica.

SECVNDI generis ſunt varia ſubinde *Gymnaſtica*, non minùs relaxandis animis, quàm corporibus exercendis idonea. Ea in claſſe, cenſentur palæ-

2. Ad Voluptatem, Gymnaſtica, & Luſoria.

ARTES LIBERAL. ET MECHAN.

ſtra, lucta, curſus, diſcus, pila, ſaltationes & choreæ variæ, equeſtres & pedeſtres: haſti ludia, diverſa ſpectacula. Quas quidem omnes recenſere ſigillatim, vel enodatiùs explicare non eſt præſentis inſtituti. Multòque abſtinendum magis reor à probroſis illis, *infamibuſque* opificiis; quæ datâ certatim operâ non niſi voluptati, gulæ, veneri lenocinantur.

HÆC pauca è multis, circa Artes propriè dictas tàm Liberales, quàm Mechanicas; quoquo demum nomine, vniuſcujuſque arbitrio, nominantur. Et ita tandem, non indiligenter peracto Scientiarum Circulo, reditur in vltimam METAPHYSICAM; quæ totius Humanæ Scientiæ, corona eſt.

ROMA ... VITTORIO EMANUELE

METAPHYSICA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

OPVS iſtud, Humanæ totius Scientiæ faſtigium, inchoat Ariſtoteles ſolemni effato; *omnes Homines, naturâ ſcire deſiderant.* Additque propterea ſenſus, oculorum præſertim, nobis eſſe cariſſimos. Nam ſi & nonnullæ animantes memoriæ, prudentiæ, ac diſciplinæ dote naturali capaces videntur; longè potiori jure Humanum-Genus experientiâ quæ oritur à ſenſibus & memoria, arte & ratione contendit ad notitiam veri. Quare & Metaphyſicæ imprimis amans Homo eſt. Quippe qui ejus beneficio per principia firmiſſima, certiſſima, notiſſimaque potitur veritate. Scientia ſcilicet de Vero, eo ipſo quòd Scientia de Ente eſt. Qua etiam de cauſa dignior cenſetur aliis omnibus, tametſi cæterarum neceſſitas major appareat.

PRÆFATIVNCVLA. *Lib. 1. c. 1. Ibid.*

Metaphyſica Scientiarum ſcientia.

Libr. 2. c. 2. & Libr. 6. c. 2.

SVO ſanè ambitu complectitur Metaphyſica quidquid ſciri aut debet, aut poteſt. Quare & tres illi partes, rectiùs opinor munus triplex, paſſim tribuvnt Interpretes. Principiò quidem ſpeculatur ſenſibilia, quatenus ſunt entia: eorumque genera, antecedentia, conſequentia, decem ſcilicet Prædicamentis incluſa. Conſiderat deinde principia ſubſtantiæ, quæ ſunt res ſeparatæ. Poſtremò, ſubjecta Scientiæ cujuſlibet particularis; probans principia illius, & oppoſitos errores confutans. [Metaphyſico namque incumbit diſputare contra negantes primas propoſitiones, & deſtruentes ſcire.]

Illius ambitus, partes, & munia.

Averro 4. Metaph.

Inde & *triplex nomen* ſortitur apud D. Thomam. Theologia eſt, DEVM contemplans & ſubſtantias abſtractas. [Scientia ſiquidem Vniverſalis reputatur quoniam tractat de primo Ente, quantum per viam rationis tractari poteſt.] Metaphyſica, dum occupatur in Entis & ſequelarum illius conſideratione. Prima demum Philoſophia, quatenus primas rerum cauſas inveſtigat.

Varia Metaphyſicæ nomina. Alex. ad Ales. 6 Metaph.

NEGAT propterea Albertus ille cognomento Magnus, iſtiuſmet Thomæ Aquinatis Magiſter, huic diſciplinæ idoneum, cujus excellenti imaginativæ, non ſuperacceſſit lumen intelligentiæ valde perſpicax. Iſtud enim quoties deſit, [Imaginatricis mobilitas, multiplicitaſque tota conſumitur in probabilibus & Sophiſticis, in Rhetoricis & Ciuilibus; quæ omnia habent in imaginibus probabilitatem] Immo & ex Platonis Schola Alcinous, Mathematicis non vno titulo præfert Metaphyſica. Itàque diſtinguit, vt conjecturam velit eſſe

Quis idoneus ad Metaphyſicam. *Lib. 2. de ſomn. & vigil. Tract. 1. c. 5.*

Meta-physycæ. *Ariſtot. 1. Metaph. c. 1.*

de imaginibus, opinionem de corporibus, cogitationem de Mathematicis, ſcientiam de Metaphyſicis; quæ tradunt cauſas primas, primaque rerum principia.

Ibid. Metaphyſicæ encomia.

Eas igitur ob cauſas conſentiunt Vniverſi Metaphyſicam maximè deſiderabilem, quia maximè doctrinalem. Solamque illam Ariſtoteles ideo agnoſcit liberam, quia ſoli ſuimet cauſa eſt. Idcirco vocat eam paſſim Theologiam, Sapientiam, Primam-Philoſophiam, Scientiam Vniverſalem, Prudentiam: aliarum omnium dominam, ac principem diſciplinarum.

Qvo certè titulo dolendum magis præclaram adeò Spartam à tanto Viro, minori, quàm merebatur, curâ & cultu, fuiſſe exornatam. Ariſtotelem profectò ſubtiliſſimum æquè ac fœcundiſſimum à me exiſtimari, profiteor. Paginas ſummi vtiquè Philoſophi ſcatere gemmis & vnionibus pretioſiſſimis, quis inficias ierit, niſi aut malignus, aut ignarus? At Naturæ ſcribam, Veritatis mentem & oraculum, Scientiarum dictatorem vnicum vbiquè haberi non ſuſtineo. Studium illius & ἀκρίβειαν deſidero, præſertim in hiſce Metaphyſicis.

Conſtant illa quidem Libris omninò quattuordecim, ſed revera admodum interpolatis & impolitis. Sex enim primis præludit Autor, nil vltra. In reliquis vix aliud occurrit, quàm ταυτολογία, ματαιολογία, materiarum confuſio, diſquiſitio ſæpè gratuita: pugna fermè inanis, & extra lineam captata. Accedit dubitatio continua ἴσως, οἴομαι, ὡς, &c. Vtque verbo abſolvam; quæſtionum ventilatio ludicra, potiùs quàm deciſio & ſententia decretoria. Quod quidem dicendi genus fortuitum magis reor, vel pruritu ingenij affectatum; quàm imperatum à modeſtia, quod adulatoriè ſuſpicantur qui in illius *jurant verba Magiſtri.*

Atque vt deeſſent iſti, & alij id genus nævi, quos nemo non videt; egregij de cætero Philoſophi in delineanda Numinis natura, & Mundi conditione, frequentes lapſus & hallucinationes cuncti palam & ſine monitore deprehendunt ac condemnant.

Noſtrum hic ſpicilegium.

Nos ejuſmodi obliquis ad veritatis normam, & fidei amuſſim revocatis; ſeligemus pro noſtri huius Contextûs coronide, quæ in Metaphyſicis potiora reperi & ὀρθόδοξα.

OBIECTVM.

METAPHYSICA DVPLEX; Philoſophica, & Chriſtiana.

TITVLVS I

Metaphyſicæ Tractatus 9x.

PRIOR intra Naturæ gyrum & cancellos, totius Philoſophiæ apex & vertex, nudè ſpeculatur res ab omni prorſus materiâ ſegreges & avulſas. Poſterior tendens vltrà Naturæ limites, eliminatis humanæ Scientiæ erroribus, firmiſſimæ veritati adhæret per THEOLOGIAM-CHRISTIANAM; in cujus effatis vera omnia, nullum mendacium. In Naturali, ſueto more, conſiderantur

TRACTATVS IX.
- *Scientia ipſa, & Objectum,*
- *Entis Natura, & Diviſio;*
- *Iſagoge Porphyrij, Categoriæ Ariſtotelis;*
- *Entis Proprietates, & Attributa.*
- *Intelligentia, & Supremum Ens DEVS.*

METAPHYSICA igitur, quam hìc digerimus, Scientia eſt primò vna non per ſimplicitatem habitûs: ſed aggregatione plurium habituum ſpecie diſtinctorum, quorum objecta ad vnum DEVM referuntur. Vel vt habet, Albertus Magnus, (vna ſcientia eſt, quia licet ſit de multis; de omnibus tamen illis, vt reducta ſunt ad Ens, tractat; in quibus omnibus Ens habet vnitatem analogam. Scientia deinde eſt ſpeculativa, nullatenus practica, ideo nec impura; quoniam ex ſe ſterilis res omnes contemplatur, nullam enititur. Certior etiam eſt & evidentior aliâ quâvis Scientiâ Naturali. Et verò multis ejus principijs, v. g. DEVS eſt, quodlibet eſt vel non eſt, repugnat falſitas in rebus etiam de potentiâ abſolutâ. Quòd vix in alijs reperias Diſciplinis, ſaltem quoad exiſtentiam. Certitudo autem & evidentia Scientiæ hujus, prodit ex ipſo Naturæ ſinu & penu, nobiſque minùs illuceſcit; ex defectu ſcilicet noſtri intellectûs, non verò ex defectu rerum quæ ex ſe humanæ menti vltro ſeſe offerunt. Rectèque obſervat Ariſtoteles mentis noſtræ oculos haud minùs caligare ad veritatem, quàm veſpertilionum ad lucem. Adde propterea cognitionem illius partim eſſe facilem, partim difficilem. Scientiæ inquiſitionem oriri ab admiratione, quando hæc reperitur cum ignorantia, & dubitatione. Errare eos ex Antiquis, tam qui dicunt omnia eſſe vera, quàm qui ſuſtinent omnia eſſe falſa. Erudiendaque Hominum ingenia, nec tamen quærendam in omnibus accuratam Mathematicorum rationem. Quia ſi eſſet omnium demonſtratio, daretur progreſſus infinitus in demonſtrationibus. Ideo peccare eos, qui primum principium probandum ſuſcipiunt. Eruditionem demum, παιδείαν cui opponit ἀπαιδευσίαν juvari tum indole, tum conſuetudine; ex qua judicamus, cujus & vis maxima eſt.

Metaphyſica ſcientia vna ſpecie.

1. Metaph. tract. 1. c. 3.

Speculativa.

Quâvis Scientiâ certior, & evidentior.

Evidentia hæc à naturâ, non quoad nos.

Vera eſt Sapientia.

Libr. 1. c. 2.

Sed particularis

EST quoque vera *Sapientia*, quatenus Hominem ita erudit & ditat, vt capax ſit rationem reddere de rebus abs ſenſuum conſuetudine multùm alienis; puta de DEO, de Angelis, deque Principiis rerum generaliſſimis. Atenim quo modo hîc ab Ariſtotele delibatur, ſtatui debet Sapientiâ dumtaxat particularis. Nam abſoluta & vniverſalis conſiſtit in collectione totius Philoſophiæ tùm Naturalis, tùm Moralis, tùm Divinæ; qualem prò modulo, noſtra Tabella adumbrat.

Metaph. Scientiarum Naturalium nobiliſſima.

Vtroque tamen modo cenſetur Nobiliſſima Scientiarum Naturalium, duplici de cauſa. Prior eſt modus tendendi in objecta, per puriſſimas videlicet humanæ mentis contemplationes. Poſterior ſunt ipſamet obiecta. Præſtat namque minima cognitio de ſummis rebus, præſtantiſſimæ de minimis ac viliſſimis. Inter ea verò objecta præcipuum & primarium, quod vocant attributionis, Devs eſt; cujus Naturam, Perfectiones & Attributa, quantùm patitur natura, indagat Metaphyſica. Quare ad ſublimem hanc Scientiam Homo ſentit appetitum tùm elicitum, tum etiam innatum, à duplici cauſa. Prior, quia nihil non cupit ſuam vltimam perfectionem; quam acquirit Homo per operationum ſuarum perfectiſſimam, quæ rerum nobiliſſimarum perfectio eſt. Poſterior, quia optat quiſque ſuo vniri principio; quod non facit Homo, niſi dum Devm novit. Ideo ſtatuendum ante omnia, Scientiæ hujus nobiliſſimæ *Objectum*.

Titvlvs II. Objectum adæquatum Metaphyſicæ.

METAPHYSICÆ Objectum.

Ariſtot. 6. Metaph. c. 2.

ADÆQVATVM eſt Ens in communi & vniverſaliſſimè ſumptum. Seu, vt loquuntur Scholæ, Ens vt ens & per ſe, conſequenter alia complectens; increatum, creatum: materiale, ſpiritale. Primariò ſubſtantiam ſpiritualem completam, eiuſque Attributa: ſecundariò Entia Accidentalia, & Rationis. Secundariò, inquam, quia Ens rationis neutiquam exiſtit à parte rei, & Ens per accidens eſt ferè non Ens. Vnde nec de illo, nec de iſto propriè datur Scientia. Entis, vt ſic, conceptus abſtrahit à Naturali & Supernaturali. Adeò vt diviſio hæc vltima Entis in Naturale & verè Supernaturale, attingatur ſolùm à Theologo, non à Metaphyſico. Hîc enim etſi quoque Theologus ſit divina ediſſerens, ad ſummum tamen intra limites Naturæ ſeſe continet. Reliquæ porro Scientiæ agunt etiam de Ente, ſed aliter & aliter contracto per varias differentias tum genericas, tum ſpecificas.

Objectum Attributionis, Devs,

Objectum igitur *Attributionis* Metaphyſicæ, eſt quod dixi modò, ſolus Devs; cujus ſcilicet gratiâ, tractantur quæcumque perſcribit Encyclopædia. Eoque ſignificatu, Scientia divina eſt: & Metaphyſici primi Philoſophi, nec non Theologi jam olim nuncupantur. Neque verò conſiderat particularis hæc Metaphyſica rationes Entis, niſi abſtractas à materia; quas vocat Ariſtoteles cauſas, & conceptus Entis vniverſaliſſimos. Quamobrem nec vagatur per alias Scientias, limitata ad ſuum objectum. Iuvatur tamen ab alijs, ſicut & aliæ pleræque omnes ordinantur, ſtabiliuntur: capiuntque principia ab hac Metaphyſica, velut ab Artifice architectonico; quatenùs ſcilicet per ejus demonſtrationes, coarguuntur qui negant aliarum Scientiarum Principia

Ab ea cæteræ Scientiæ ordinantur, ſtabiliuntur, capiuntque Principia.

Ens in communi definitur. Ens eſt illud quod primò intellectui occurrit Alexand. Aleſ. 5. Metaph. Ejus conceptus non eſt purè æquivocus, nec purè vnivocus. Sed Analogus analogiâ mixtâ, Proportionis. Attributionis. Prædicatur quidditativè, de eo omni quod non eſt nihil,

Qvia verò Ens in communi, ratio eſt & idea omnium vniverſaliſſima; *Entis*, vt ſic, Natura ſimpliciſſima deſcribi poteſt in hunc modum. Ens eſt, quod non repugnat exiſtere. Neque ratio illa Entis paſſiviſſima purè æquivoca eſt, ob ſocietatem quam habent Subſtantia & Accidens in illa ratione Entis, in qua conveniunt. Neque etiam eſt purè vnivoca. Ens enim genus non eſt, nec per veras differentias diviſibile. Has enim omnes continet, de omnibus illis prædicatur: & omnes, ſecundùm ſuas rationes proprias Entia revera ſunt. Manet itaque rationem Entis eſſe *Analogam* analogiâ mixtâ, proportionis ſimul & attributionis. Proportionis quidem ratione ſimilitudinis, vt loquitur Ariſtoteles. Atttibutionis verò, quatenus omnia Entia ad vnum dicuntur; Subſtantiæ ad Devm, Accidentia ad ſubſtantiam, Partes ad totum, Entia rationis & fictitia ad realia.

Ens igitur illud ſic genericum prædicatur quidditativè de eo omni quod non eſt nihil, ſive ſubſtantia ſit, ſive accidens: ſive modus, ſive differentia

&c. Et certè imbitur ratio Entis, in omni quod eſt aliquid. Quod enim non eſt merum nihil, neceſſariò eſt aliquid; ergo in Entium, & rerum centuria computatur. ENTIS NATVRA

Ens porrò ſumitur duobus præſertim modis. Alterum poteſt in rerum naturâ divinitùs exiſtere, ſine hoc accidente determinato. Petrus v. g. ſine albedine, aut eruditione. Alterum ita affigitur rei ſingulari, vt ſine illa nequeat conſiſtere; vt albedo ſine colore, ſcientia ſine ſpeciebus. Primum genus vocatur abſolutè Ens, Entitas quidditas, res, aliquid. Secundum, modus, ſive Entitas modalis. Hujuſmodi eſt vnio materiæ cum forma, cauſalitas, &c. Neque enim de intima materiæ Eſſentia eſt, formæ actu vniri: nec de primitiva & radicali cauſæ natura, effectum reapſe producere. Naturam Entis conſequitur ſtatus illius, &

Duo Entium genera.

Ens abſolutè. Entis modus.

PARTES DVÆ { *Eſſentia*, Et *Exiſtentia*. }

ESSENTIA, rei cuique maximè intima, fons & baſis omnium illius perfectionum; idea eſt & conceptus ille objectivus, qui primùm animo obverſatur dum format rei alicujus notitiam; vt dum hominem cogitat eſſe animal rationale. Illa ratio eſt per quam res concipiuntur eſſe extra cauſas in rerum natura, ſive actu. Ideoque ſupponenda vtrique eſt rerum *Poſſibilitas*, quæ ſumitur formaliter ab Eſſentia divina dum hoc vel illo modo participari poteſt à Creaturis per potentiam DEI, rerum productricem. Denominatio tamen poſſibilis & factibilis, cadit in rem à DEO realiter diſtinctam; quoniam potentia productiva Phyſicè eſt ad *aliud*, & non ad ſe. Ideo præclarè Philo apud Aphrodiſæum; poſſibile dicitur [ex ſola ſubjecti aptitudine, etiamſi à quibuſdam extrinſecùs neceſſarijs quò minùs fiat impeditur.] Iam nomen æquivocum dixerat Ariſtoteles, [de poſſibili vt plurimum, vt raro, vt æqualiter:]

Poſſibilia ſunt quæ fieri naturâ poſſunt. Ariſtot. 2. Rhetor. c. 19. 1 Naturale. quæſt. c. 18. 1. Phyſic. diſt. 2.

Id autem quod denominatur poſſibile & factibile, eſt eſſentia & exiſtentia rerum creatarum, quæ verè produci queunt. Illa quidem vt actu exiſtit, nec ſolùm in idea poſſibili; quo ſenſu, eſſentia omnis immortalis reputatur. Quod verò poſſibilitas nuncupatur, rerum eſt aptitudo ad hoc vt ſint. Neque aptitudo illa ſolùm negatio eſt, ſed conceptus poſitiuvs; tametſi eſſe in potentia non ſit ſimpliciter Ens, ſed ſimpliciter non Ens. Eſt tamen Ens ſecundùm quid, nempe in potentia. Quare in Creatura exiſtente, tam eſſentia quàm exiſtentia tranſmutantur quidditativè ex non Ente ſimpliciter. Vbi juvat obſervare eſſentiam, exiſtentiam, & potentiam eſſe propter actum ſeu operationem. Itaut diſtinguantur ex Ariſtotelis doctrina, ἐντελέχεια id eſt forma ſeu actus primus. Ενεργεία ſeu actus ſecundus, motus & operatio. Facultas ſeu potentia, ὄψις viſus, & ὅρασις, viſio.

Aptitudo ad eſſendum non eſt ſolum negatio, ſed conceptus poſitivus.

Lib. 9. Metaph. Melius eſt ſanum eſſe, quàm poſſe ſanum eſſe cap. 9.

Diſtinctio Eſſentiæ & Exiſtentiæ, non eſt realis.

Inde emergit *diſtinctio* Eſſentiæ & Exiſtentiæ, nequaquam realis. Neque enim per potentiam ipſam divinam, poſterior poteſt eſſe ſine priori. Ambæ nihilominus ratione diſtinguntur; quatenùs vna vno modo concipitur, alia altero.

Exiſtens actu, id eſt quod aut ea fuit poſſibile. Averr. in 2. Poſterior. 7 text. 56.

EXISTENTIA eſt ſubſtantia vel accidens, juxta ejus rei naturam quam afficit, dum illi per geneſim advenit. Prior eſt Exiſtentia, quàm Subſiſtentia; priùs enim Natura exiſtit, quàm intelligatur Perſona. Neque enim Perſona dicitur quamdiu res eſt in cauſis, ſed quando extra illas eſt. Id vt meliùs intelligatur, locus ſequens dandus eſt Entis diviſioni.

Exiſtentia quid.

METAPHYSICA.

TITVLVS III.
Ens variè diuiditur.

ENTIS DIVISIO Multiplex.

SVBTILITER, vt ſolet, Comes Mirandulanus gradus vniverſi diſtinguit in Ens, non verè ens, non verè non ens, verè non ens. Verùm-enim ſueta, eaque legitima ſit,

ENTIS DIVISIO, IN
Reale, & Rationis:
Infinitum, & Finitum:
Abſolutum à ſe, & in ſe. Dependens ab alio, & in alio:
Neceſſarium, & Contingens:
Vniverſale, & Particulare:
Subſtantiam, & Accidens.

Ens rationis definitur.

ENS Reale illud eſt, quod citra cujuſque cogitatum, rerum claſſem reverâ aliquam in natura occupat. ENS RATIONIS à reali diverſum, habet eſſe objectivè tantùm in intellectu; quippe quod obijcitur potentiæ, per modum entis. Aliud equidem ſtatuunt merè fictitium, vt eſt Chimera, Montes aurei, &c. Aliud rationis quidem, ſed ratiocinantis cum fundamento in re. Ideoque

DIVISVM IN
Relationes,
Negationes,
Privationes.

Relatio. Negatio. Privatio.

Relationes, cujuſmodi eſt inter Patrem & Filium. Negationes in ſubjecto non apto, vt privatio viſûs in lapide. Privationes in ſubjecto capaci, vt cæcitas & ſurditas in homine, &c.

SED illud Ens rationis vſquequaquè imaginatum ſeu fictitium, nec eſt quidquam, nec fit à DEO; quippe qui intuetur res quomodo revera ſunt à parte rei, & in ſeipſis. Alterum cum fundamento, aiunt reperiri in omnibus terminis Logicæ. Neutrum verò Ens rationis abſolutè Ens eſt, neque enim veram habet entitatem. Suo tamen modo verum eſt, dum fundat veram & reflexam ſui cognitionem. Immò & mendacia, poſſunt dici vera mendacia: & vera falſitas appellatur comparata non objecto quod falſum eſt, ſed actui quo cognoſcuntur res ſicuti ſunt. Itaque multæ ſunt opiniones veræ, quæ probabiliter reijciuntur vt falſæ: & falſæ viciſſim, quæ admittuntur vt veræ.

Ens abſolutum primariò DEVS eſt. Secundariò Subſtantiæ omnes. Dependens, cuiuſmodi creata omnia à DEO, accidentia à ſubſtantiis. Infinitum hîc intellige non negationem finis, ſed primam in DEO ideam. Alioquin diviſio non eſſet eſſentialis, ſed per attributa. Finitum ſuis terminis, certiſque limitibus coarctatur. Neceſſarium vno dumtaxat modo ſemper eſt, nec poteſt non eſſe, aut ſaltem aliter eſſe. Contingens variat ſubinde; poteſtque aliter & aliter ſe habere. Vniverſale & Particulare explicat ſequens Manuductio.

META-PHYSICA.

TITVLVS IV.
Quinque Voces Porphyrij.

ISAGOGE PORPHYRII.

INTRODVCTIO eſt à Malcho Porphyrio, aliàs ſceleſtiſſimo Chriſtianiſmi Ejeratore, collecta ex Majorum traditione, ad Categoriarum doctrinam. In ea videlicet, juvandis rudioribus, brevi Tractatione explicantur vſurpatæ ſæpiùs apud Ariſtotelem quinque

VOCES { *Genus, Species, Differentia:*
Proprium, Accidens.

Vniverſ. duplex.

QVAS, ex Neotericorum commentatione immenſum quantùm excreſcente, comprehendit Vniverſale ſeu Prædicabile duplex; generale, & ſpeciale.

Definitur.

DEFINITVR ante omnia Vniverſale, complexum ſeu commune effatum, quod de multis efferri natum eſt, ſeu aptum vt pluribus inſit. Id eſt habens ex ſe vnitatem aliquam, ſicut ex ratione inferiorum diviſionem. Ex qua quidem definitione liquet *Naturam Divinam*, ſingulare quid eſſe, nullatenus vniverſale.

Dividitur. In Cauſando. In Significando. In Eſſendo. In Prædicando.

DISTRIBVITVR deinde Vniverſale in cauſando; vt ſunt communes rerum cauſæ, DEVS, Intelligentiæ, Cæli, &c. In ſignificando; vt Cometæ, ſigna morborum, voces, nomina, &c. In eſſendo, cujuſmodi ſunt communes Naturæ, in multis inferioribus exiſtentes; vt Homo, ſub quo Plato, Socrates, &c. In prædicando, quemadmodum genus prædicatur de ſubjectis ſpeciebus.

Nominales confutantur.

NEC audiendi hoc loco *Nominales*, nullum Vniverſale niſi in nominibus admittentes. [Qui enim, ait egregiè Divus Anſelmus, nondum intelligit quomodo plures Homines in ſpecie ſint vnus Homo, qualiter in illa ſecretiſſima & altiſſima Natura comprehendet quomodo plures ſint Perſonæ; quarum ſingulæ quæque eſt perfectus DEVS, ſive vnus DEVS?] Nec admittenda ſimiliter Natura Vniverſalis, ſeparata à ſingularibus, quam Plato fruſtra comminiſcitur; cùm nihil planè exiſtat, quod non ſit determinatum, proindeque ſingulare.

Lib. de Incarn. Verbi, cap. 3.
Natura ſeparata, fictitia.

Vnum per ſe.

ATENIM in negotio Vniverſalis, conſiderandum primò quod eſt vnum per ſe, deinde quod eſt per accidens. Vnum per ſe eſſentialiter eſt vel ſimplex, vt DEVS. Vel naturæ operâ compoſitum, vt corpora Phyſica, &c.

Vnum per accidens triplex.

Vnum *per accidens*, vel habet naturam vnius ordinis ſeu prædicamenti; vt ſubjectum, & accidens. Vel multa copulata, nexu non phyſico: ſed aut artefacto, aut fortuito. Sic junguntur extremo loco, vinculo, aut ordine; abacus, menſa, acervus tritici: Reſpublica, Exercitus, & ſimilia. Inde diſtribuitur,

VNITAS IN { *Genericam,*
Specificam,
Individualem, ſeu Numericam.

Diſtribuitur Vnitas.

PRIMA Vnitate, Homo & Brutum ſunt vnum in Animali. Secundâ, Plato & Socrates ſunt vnum in Homine. Tertiâ, Socrates idem ſecum. Eſt & quarta *Vnitas Analoga*, vt Subſtantia & Accidens ſunt vnum in Ente. Tandem eſt Vnitas *præciſionis* naturarum vniverſalium. Hæcque privativa, non negativa, propiùs accedit ad vnitatem per ſe: magiſque materialis eſt quàm formalis, vtpote quæ negat diviſionem in inferiora.

Vnitas analoga.
Vnitas præciſionis.

PORPHYRII.

Vnitas vniverſalis a natura eſt à parte rei. Vnitas abſtractionis rejicienda.

Certè videtur *Vnitas Vniverſalis*, ante omnem omninò mentis operationem convenire Naturæ. Quis enim non videat, etiam nemine cogitante, Naturam Humanam v. g. eſſe in multis vnam vnitate ſpecificâ, deque multis prædicabilem; id eſt, aptam eſſe vt ſit in multis vna eademque Natura Humana, atque de illis efferatur? Itaque reijcienda à natura prædicabilium, ſaltem inter ea non niſi ſecundariò admittenda ea vnitas eſt; quam vocant *comparationis*, præciſionis, & abſtractioois.

Diſtinguntur Individuum, Singulare, & Particulare.

IAM verò quoniam ſcientia vna & eadem, agit de oppoſitis; poſt explicatiooem Vniverſalis ſubinſerendum quid ſit PARTICVLARE, quod nominis affinitate non rarò confunditur cum Individuo & Singulari. *Nihilominus Individuum*, formaliter negat diviſiooem omnem in plura. *Singulare*, dicit præciſè ſolitudinem oppoſitam communitati. Particulare, vt plurimùm vſurpatur pro re ſubjecta Voiverſali; ſive communis illa ſit, ſive individua.

Particularis itaque tres conditiones ſunt. I. Vt habeat aliquam vnitatem, quâ eſt pars. II. Vt aptum ſit ſubjacere. III. Vt plura ſint Particularia, ſaltem eſſe queant, quæ ſibi vendicent naturam eandem vniverſalem. Atque eapropter dividitur eodem prorſus modo, quo mox Vniverſale, in quid, quale, &c.

Particulari quæ vnitas convenit.

Quin & illi competit vnitas, & pluralitas. Particulari enim non repugnat identitatem habere cum ſuo Vniverſali. Immò tale non eſt, niſi ratiooem Vniverſalis participet; cùm in ſui natura & conſtitutione illud includat, licet cum aliquo diſcrimine. Nam Particularia quæ eſſentialiter participaot Vniverſale, poſtulant eſſentiæ vnitatem. Sunt enim entia per ſe, ſive vnius eſſentiæ. Particularia Vniverſalium accidentalium, ex ſe non efflagitant vnitatem eſſentialem neceſſariò.

Quæ pluralitas.

Convenit & Pluralitas; cùm germana ratio propriumque diſcrimen rei communis à ſingulari ſit, quod communis ad multa poſſit diffundi. Quod enim vni addictum eſt, caret communione. Et ſub qualibet natura communi neceſſariò plura conſtitui oportet Particularia, ad quæ æqualis ſit.

Vniverſalis multiplicatio.

Vniverſalia in particulari.

An autem oeceſſarium ſit Vniverſale in Particularibus multiplicari, problematicè deffenditur; vt & cætera pleraque ſcholaſtica, quibus plurimùm ſupervacaneis nimiſquàm onerantur Hominum ingenia. His generaliter expeditis, ſequuntur in particulari

VNIVERSALIA V. { *Genus, Species, Differentia: Proprium, Accidens.*

Cur quinque Vniverſalia: Species. Genus. Differentia. Proprium. Accidens.

QVÆ quidem diſtributio deprehenditur adæquata, ex ordine ad ſingulare. Nam quod eſt idem cum aliquo, idem eſt aut eſſentialiter, aut accidentaliter. Si *eſſentialiter*; aut tota illius Eſſentia eſt, aut pars. Si tota, eſt Species. Si pars, id fit aut per modum potentiæ ac materiæ, & tunc habetur Genus. Aut per modum actûs & formæ, & Differentia dicitur. Si accidentaliter, contingit id vel neceſſariò & ioſeparabiliter, & eſt Proprium: vel contingenter & accidentaliter, & eſt Accidens qointi prædicabilis. Eodem planè modo, de Prædicabili philoſophandum. Vel enim aliquid prædicatur in quid, vel in quale, vel in quale-quid: vel in quale eſſentiale, aut accidentale. Et diviſio hæc, eſt diviſio generis in ſpecies; quia tunc Vniverſale ſumitur, vt relativum eſt ad particularia.

Genus ſumitur tribus modis.

Veniamus ad illorum quinque examen generale. Ac GENERIS quidem acceptio triplex, I. Pro multitudine hominum, v. g. ab vno Progenitore, vel communi Patria deſcendentium; vt Geous Gallorum, Genus Borboniorum. II. Pro Natali principio. Sic Ariſtoteles Stagyrites genere, Paulus Tharſenſis, Thomas Aquinas. III. Pro termino Philoſophorum, ſub quo collocatur Species.

Generis definitio;

Tuncque *definitur* id quod de pluribus ſpecie differentibus prædicatur in quid, ſeu eſſentialiter.

ESTQVE DVPLEX
Summum,
Et
Subalternum.

Summum illud habetur, ſupra quod nullum aliud Genus collocatur; qualia ſunt Prædicamentorum capita decem, de quibus mox. Subalternum, quod quidem licet ſummi alicujus ſuperioris Generis ſpecies ſit, nihilominus prædicatur de alijs ſpecie differentibus ſub ſe contentis. Vt Animal reſpectu hinc Bruti, inde Hominis. Ad rationem verò Generis & Speciei neceſſaria eſt aliqua entitas *poſitiva*, quæ per differentiam verè contrahitur. Quare licet vera Entia rationis, Genus & Speciem habeant, non habent tamen purè fictitia. An porro ratio generis ſalvetur in ſpecie vna, ſpeciei in vnico individuo, lis eſt ſcholaſtica.

Genus ſummum.
Genus ſubalternum.
Conditio requiſita ad Generis, & Speciei conſtitutionem.

ATENIM cum in vnoquoque Prædicamento ſit Genus ſummum, vt Subſtantia: Species, & Individua tantùm, vt Homo; res interjectæ ſimul ſpecies ſunt ſuperiorum, & genera inferiorum. Rectè conſtituitur SPECIEI acceptio quadruplex. I. Sumitur pro pulchritudine & venuſtate. Ea apta membrorum figura eſt, cum quadam coloris ſuavitate. Hinc, *Species digna Imperio*, *Speciosus formà præ filijs Hominum*, & ſimilia. II. Frequenter ab Ariſtotele, pro Forma, quæ materiæ decus eſt & pulchritudo III. Pro objectorum imaginibus oculis, phantaſiæ, menti impreſſis. IV. Pro ſecundo Vniverſali, tuncque definitur, id quod prædicatur de pluribus numero differentibus, in quod quid eſt. Refertur ad Genus immediatè, vt ad ſuum correlatum, ſed non vt adæquatum; non ſecus Genus ad Speciem, & etiam ad Individua.

Species dupliciter ſumitur.
Pſ. 44.
Species definitur.

INDIVIDVVM ſumitur I. pro ſingulari quod ſubijcitur, vt Auguſtinus ſubijcitur Homini. II. Significat indiviſum in ſe, & diviſum à quolibet alio. Quo vltimo ſenſu licet Individui accidens in aliud cadere poſſit Individuum, nunquam tamen collectio; quæ duplici verſu ſequenti continetur.

Individuum quot modis.

Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus;
Vnum perpetuâ reddere lege ſolent.

III. Significat rem aliquam ſuo ſolùm ſubjecto illigatam; ideoque definitur hoc loco, quod de pluribus non eſt aptum prædicari. Huius verò

SPECIES QVATTVOR
In quid, / Et / *In quale.*
Neceſſarium, / Et / *Contingens.*

Individuum quadruplex.

Individuum in quid completè, vt Paulus comparatione ſui. In quale eſſentialiter, vt differentia individuans ejuſdem Pauli. In quale neceſſariò, vt hoc riſibile. In quale contingens, vt hoc album.

DIFFERENTIA eſt forma quæ alteram facit ſpeciem, vel quæ de pluribus ſpecie differentibus prædicatur in quod quale quid. Diſcrepat à *Diverſo*, quod iſtud in nullo gradu conveniat cum alio: ſed ſe toto diſtinguatur, vt Genera ſumma in ſolo Ente conveniunt. Differentia verò convenit cum alio, in re vniverſali, vel ſingulari vtrique communi. Et differt per aliquam formam; quomodo ſpiritus & corpus in ſubſtantia conveniunt, & diſſident proprijs differentijs.

Differentia definitur.
Diſtinguitur.

DIVIDITVR IN
Communem,
Propriam,
Maximè propriam.

Triplex differentia.

Ratio diviſionis ſumitur à forma itidem triplici. Prima ſubſtantialis eſt, rem cui

CATEGOR. SEV

ipſam conſtituens. Secunda accidentalis, ſed fluens ab eſſentia. Tertia quoque accidentalis, ſed materiæ ſequela. Rectè idcirco Autores benemulti à ſecunda differentiarum claſſe tollunt illam particulam, de pluribus ſpecie differentibus. Quis enim neget, alias naturas à generica ſuas habere differentias in quale eſſentiale, prædicabile de inferioribus; quod conſtituit quartum, quod ſequitur, Prædicabile?

Proprium.

PROPRIVM. Cujus nominis quadruplex ſignificatus reperitur. I. Denotat quod convenit alicui ſpeciei, non omni; vt eſſe medicum. II. Quod omni, non ſoli; vt hominem eſſe bipedem. III. Quod omni & ſoli, non ſemper; vt canities homini. IV. Quod omni, ſoli, & ſemper; vt homini eſſe riſibilem. Quo vltimo modo, Proprium extat quartum prædicabile; ſive genericum ſit, ſive etiam ſpecificum. Tuncque *definitur*, Vniverſale de pluribus ratione eâdem prædicabile in quale eſſentialiter, ſeu inſeparabile. An autem de potentia abſoluta poſſit Proprium ſeparari à ſubjecto cui proprium eſt, negotium eſt Theologicum.

Definitur.

ACCIDENS, vltimum Vniverſale, definitur quod prædicatur de pluribus, in quale contingenter. Nam illa definitio, quâ dicitur adeſſe & abeſſe ſine ſubjecti interitu, valde æquivoca eſt. Si etenim aureâ cameratione è Templo Salomonis ſublatâ, non tollitur Templum; quis non videt vivens omne per mortem, domum per combuſtionem perire? Sufficit verò ad hoc, vt Accidens prædicari queat, ſi vtplurimum & ex natura rei, contingenter tamen accidens reperiatur in ſubjecto. Nam de natura accidentis non eſt actualis inhærentia, ſed ea ſolùm quam vocant aptitudinalem. Species Euchariſticæ per miraculum nulli innituntur ſubjecto naturali, ſed inhærendi ſunt & capaces, & naturæ inſtinctu cupidæ.

Conveniunt Accidentia hujus Prædicabilis, primò & immediatè individuis, & horum interventu ſpeciebus. Porphyriana hæc præludia excipiunt Ariſtotelis *Categoriæ*.

CATEGORIÆ ARISTOTELIS.

TITVLVS V.

Decem Prædicamenta examinantur.

Ariſtot. libr. 7. Metaph.

Subſtantia, & accidens differunt.

HIS igitur juxta Porphyrium recenſitis, ſternitur via ad CATEGORIAS; quæ prima eſt & principalis diviſio Entis in *Subſtantiam, & Accidens*. Differunt ambo in eo præcipuè, quod ſubſtantia ſit naturâ perfecta, nihil requirens extra ſuum genus vt ſit. Accidens imperfectum quidpiam eſt, & alteri vt exiſtat annexum: nec tam Ens, quàm Entis Ens. Vnde definitur *Subſtantia*, id quod non eſt in ſubjecto; id eſt cui debetur non eſſe in alio, quaſi in ſubjecto inhæſionis. Vel eſt Ens per ſe exiſtens, & ſubſiſtens. Vel pertinens ad integritatem per ſe ſubſiſtentis. Comprehendit enim ſubſtantias completas, incompletas, modoſque ſubſtantiales. Enimverò numerantur ab Ariſtotele,

MODI ESSENDI OCTO:
- *Pars in Toto, Totum in Partibus:*
- *Genus in Specie, Species in Genere:*
- *Forma in Materia, Effectus in Cauſa;*
- *Motus in Movente, Res in Fine, & Loco.*

Hanc itaque ſecundam, eamque famoſiſſimam, Entis diviſionem replent

PRÆDICAMENTA X. { *Subſtantia, Quantitas, Qualitas: Relatio, Actio, Paſſio; Tempus, Locus, Situs, Habitus.* }

PRÆDICAM. Prædicamenta decem.

EST autem *Prædicamentum*, quod de aliquo prædicatur; ideſt, de primis ſubſtantijs. Sed vſurpatur hic ſecundùm Ariſtotelem, pro naturali diſpoſitione alicujus ſummi Generis realis, & eorum quæ ſub ipſo ſunt. Vel certè relatio eſt prædicabilis, & ſubijcibilis. Definitio Prædicamenti.

A Prædicamentis, quæ non niſi Entia realia continent, excluduntur figmenta, Entia per Accidens, & incompleta. Reducuntur tamen figmenta ad realia, accidentia ad ſubſtantias, partes ad totum. Conditiones verò aliæ, vt res aliqua ſubeat claſſes illas, ſeu Categorias, his comprehenduntur verſibus. Quænam ingrediuntur Prædicamentum.

Vox vna, & ſimplex rebus concinna locandis,
Entia per ſe ſe, finita, realia, tota.

Quanquam veriſimilius eſt, *Infinitum* contineri in Prædicamento ſaltem ſubſtantiæ. Quidni enim vnivoca ſit ſubſtantia divina, & humana; cum vtraque ſit Ens per ſe ſubſiſtens, quamvis alio & alio modo? Infinitum. Deus.

DECEM hæc Prædicamenta per ſumma genera colliguntur, ex *tribus modis*; in quibus quicquid convenit primæ ſubſtantiæ, in ea eſt, vel de ea prædicatur. Aut enim pertinet ad illius Eſſentiam, aut non pertinet, ſed inhæret. Aut nec pertinet ad Eſſentiam, nec inhæret, ſed extrinſecè afficit. Si primum, eſt ſubſtantia, & primum Prædicamentum. Si non pertinens, inhæret aut abſolutè, & reſpicit materiam, & Quantitas eſt: aut formam, & eſt Qualitas; aut reſpectivè, & dicitur Relatio. Si extrinſecus, aut in ordine ad potentiam activam, & dicitur Actio: aut ad paſſivam, & Paſſio appellatur; vel ejus Duratio eſt, vel Locus: vel Situs, vel Habitus. Cur decem Prædicamenta? Ratio hujus ordinis.

DUM verò ſigillatim examinantur hujuſmodi Categoriæ, prima inter decem occurrit SUBSTANTIA. Vſurpatur aliquando pro Eſſentia cujuſque rei, etiam accidentariæ, quia Eſſentia prædicationibus ſubſtat. Impropriè dicitur à ſtare; ſub quo ſenſu per ſe, & in ſe ſtat: & eſt ſub alijs, nempe ſub accidentibus. Conceptus ejus communis, eſt *Ens per ſe*. Ideſt, Ens per ſuum conceptum ſtans, ſine inhærentia ad ſubjectum quæ dicitur res. Igitur quia *Materia* ſubjectum eſt primum in compoſito phyſico, ſine quo non eſt res; eſt vtiquè, & dicitur ſubſtantia. *Pari ratione* forma, & compoſitum: ſubſiſtentia, & ſimilia, ſubſtantijs adnumerantur, non verò vlla actio. Subſtantiæ proprietates recenſentur plures. Primum ens eſt cognitione, tempore, naturâ. Sola propriè definitur, non tamen demonſtratur. Vnivocè ſemper prædicatur. Nibil habet contrarium, ſed ſuſcipit. Prima non recipit magis & minus, vnde & vnitati comparatur ὡς ἀριθμοὶ, αἱ οὐσίαι. A ſubſtantia quomodo diſtinguatur *Natura*, & quidnam ſit hæc, abundè in Phyſicis. Subſtantia. Materia. Forma, vnio amborum.

SUBSTANTIÆ SUPERVENIT { *Suppoſitum. Perſona, Subſiſtentia.* }

SUPPOSITUM, ſumitur interdum pro ipſa ratione ſubſiſtendi, interdum pro toto concreto ſubſiſtente. Quo vltimo ſenſu definitur integra Natura ſubſtantialis, completa vltimo modo ſubſtantiali. Probabilius eſt *quamlibet* Naturam ſubſtantialem creatam, vel etiam poſſibilem, etiam Angelicam, habere Suppoſitum à ſe ipſa à parte rei diſtinctum. Quod de fide certum eſt in humana, quam ſibi Verbum vnivit in vnitate Perſonæ divinæ. Suppoſitum.

Subſiſtentia modus eſt Naturæ, vltimumque complementum exiſtentiæ ſimul & Naturæ, quo conſtituitur in eſſe ſubſtantiali. Non eſt v. g. de Hominis eſſentia, nec principium actionum illus. Quare actiones ſunt ſuppoſitorum, ſolummodò denominativè; quatenus ijs natura ſupponitur, non tamen Subſiſtentia non eſt Eſſentia, nec origo actionum.

CATEGOR. SEV Emanat à ſubſtantia.

effectivè. Probabile eſt *Emanatione* naturali, quæ fit actio phyſica, produci à ſubſtantia ſubſiſtentiam; propemodum vt fluit à ſubſtantia aquæ, frigus quo ſe refrigerat. PERSONA, ſubſiſtentia eſt Naturæ intellectualis, & ratione prædita.

Subſiſtere ſex modis dicitur.

SVBSISTENTIA Prædicamentalis ea dicitur, quæ per ſe ſubſiſtens eſt. Subſiſtere autem dicitur ſex modis, I. Habere verum eſſe, vt Cælum: & oon apparens, quale Iris cæleſtis. II. Morari, vt apud Iobum, *ſi me quæſieris, non ſubſiſtam.* III. Alicui ſubeſſe; quo modo fundamentum ſubſiſtit, reliqua eminent. Eo ſenſu fides definitur *ſperandarum ſubſtantia rerum.* IV. Eſſe non in ſubjecto inhæſionis, vt ſubſtantialis forma, aut ſubſtantiæ primæ: imò ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt etiam io primis, vt in ſubjecto inhæſionis. V. Eſſe Entis completi ex natura & perſonalitate, quod io alio non eſt, de qua hîc maximè. VI. Eſſe per ſe incommunicabiliter. Porro *genus ſummum* ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia completa; communis corporali & ſpiritali, eadem ratione ab vtraque participabilis.

Cap. 7. Hebr. 11.

Summum Genus ſubſtantiæ.

Subſtantiæ diviſio.

DIVIDITVR IN { *Primam,* Et *Secundam.* }

Definitur ſubſtantia 1 *Aphrodiſ. in 6. Metaph.*

PRIMA ſubſtantia defioitur, id quod non eſt in ſubjecto, nec de vllo ſubjecto dicitur; vt quidam Homo, eſtque maximè ſubſtantia. Vnde [Ariſtoteles ſubſtantiæ loco conſuevit dicere hoc aliquid, & quid eſt.] Secunda, ſunt Entia prædicamentalia, videlicet Genera & Species; in quibus inſunt, vt primæ.

Suſceptiva contrariorum.

Primæ ſubſtantiæ maximè ſunt *ſuſceptivæ contrariorum*, vt ſubjectum ſuaptè naturâ vltimum. Eſſe verò ſuſceptivum contrariorum, eſt capacitas ſuſcipiendi accidentia plerumque oppoſita. Licet autem ſubſtantia ſubeat contraria, non tamen quæcumque ſubſtantia ſuſcipere poteſt quælibet contraria. Sed ſubſtantia in ſua latitudine, capere poteſt omnia accidentia illi naturalia. Cuidam enim ſubſtantiæ quædam contraria, alteri alia. Nullatenus autem ſubſtantiæ ſibi per ſe contrariæ ſunt.

Duplex Quantitas. Quantitatis effectus triplex.

Subſtantiæ ſic conſtitutæ, primò advenit QVANTITAS; diviſa in Continuam, & Diſcretam,

Illa copulatur termino communi, hæc nequaquam. Prima, reddit ſubſtantiam menſurabilem ſecundùm loogitudinem, latitudinem, profunditatem. Igitur per ſe extenſa, reddit formaliter ſubſtantiam extenſam; ideſt, habentem partem extra partem. Ex ſe autem

QVADRVPLEX EST { *Entitativa, Quantitativa: Aptitudinalis, Actualis.* }

Entitativa. Quantitativa. Aptitudinalis. Actualis. Diſtinguntur.

ENTITATIVA, quâ pars vna non eſt alia; vt caput, pes non eſt: nec auris, oculus. *Quantitativa* intrioſeca, quâ partes ordinem inter ſe ſervant; vt pugnus inter manum & brachium, naſus inter oculos & labia. *Aptitudinalis* in ordine ad locum, quâ corpus vnum per aliud excludi debet ab eodem loco. *Actualis* reſpondens aptitudinali, quæ facit partes locati actualiter & de facto reſpondere partibus loci.

Duas vltimas diſtingui patet in aptitudinali extenſione CHRISTI in Euchariſtia, abſque actuali. Eotitativa à Quantitate non eſt, ſed à ſubſtantia, cujus partes ſunt omninò ſubſtantiales. Localis actualis non eſt Quantitatis primus effectus, quod evidens in myſterio Altaris, ſed ſolùm ſecundarius. Aptitudinalis primarius effectus non eſt negatio, ſed forma poſitiva in qua negatio fundatur; cujus beneficio, ſubſtantia habet partes extra partes.

Quantitatis verò prædicamentalis, quod jam monui,

PRÆDICAMENTA. Continuæ quantitatis ſpecies triplex.

SPECIES TRES { *Longitudo,* *Latitudo,* *Profunditas.*

Quantitas diſcreta, ſeu numerus nullo communi termino copulatus, non eſt realis, ſed adumbrata tantùm ſpecies quantitatis prædicamentalis. Nec enim eſt vnum Ens per ſe, nec vnius Eſſentiæ, nec Ens reale.

Quantitas diſcreta.

Affectio quantitati maximè propria, eſt æqualitas vel inæqualitas. Vnde conſequitur.

Omnis quantitas æqualis, vel inæqualis.

RELATIO { *Realis,* Et *Rationis.*

Relatio duplex.

REALIS datur revera à parte rei, intrinſecè rebus denominatis; Paternitas v. g. & Filiatio, &c. Relatio Rationis, excluditur ab hoc Prædicamento. Item Relationes *ſecundum dici*, *tranſcendentales*; quæ terminum reſpiciunt vt ab eo aliquid recipiant, vel quòd jam receperint; cujuſmodi eſt creatura, potentia, objectum, &c. Itaque *definitur* Relatio prædicamentalis, cujus totum eſſe eſt ad aliud reſpicere. Idcirco in quavis Relatione

Realis. Rationis triplex. Prædicamentalis Relatio definitur.

REPERIVNTVR QVATTVOR { *Subjectum, Fundamentum:* *Ratio fundandi, Terminus.*

In omni relatione quatuor conſideranda.

Subjectum ſeu Extremum, nunc Subſtantia eſt, nunc Accidens. *Fundamentum*, cauſa eſt Extremo cur referatur. *Ratio fundandi*, ſeu fundamentum proximum, conditio videlicet neceſſaria vt Relatio ſequatur fundamentum. *Terminus*, ad quem Relativum primò & per ſe refertur.

Subjectum. Fundamentum. Fundandi ratio. Terminus.

Relatum in communi, quod eſt genus ſummum in concretis hujus Prædicamenti, refertur ad ſua inferiora: & per hæc, remotè ad terminum. Species dividentes ſunt fundatæ in bonitate & multitudine ſubſtantiæ, vel forma. Item in actione & paſſione, in menſura & menſurato. Eſſe *ſimul* cognitione & definitione, Relatorum proprietas eſt. Quæ notitia fit vno conceptu, quo per ſe primò cognoſcitur natura vnius relativi, ſecundariò aliquid ei reſpondere.

Genus ſummum. Species dividentes. Correlata ſunt ſimul cognitione.

Succedit formam ſubſequens, ſicuti quantitas materiam, QVALITAS conceſſa ſubſtantiæ, non ſolùm vt per eam perficiatur: ſed ad munus præſertim agendi, & patiendi; Quare *deſcribitur* conſequens & perficiens ſubſtantiam creatam vt ſit, vt benè ſit: vt operetur, vt faciliùs operetur. Illius porro

Qualitas definitur.

SPECIES QVATTVOR { *Habitus, & Diſpoſitio:* *Naturalis potentia, & Impotentia:* *Patibilis qualitas, & Paſſio;* *Forma, & Figura.*

Quadruplex qualitatis ſpecies.

RATIO prælibatæ diviſionis germana, profertur in hunc modum. Qualitas perficiens ſubſtantiam advenit aut propter ejus eſſe, aut propter ejus operari. Si ad *operari*, vel vt principium proximum, vel vt terminus. Si primum, aut regulariter eſt ab ipſa Natura inſitum: aut extrinſecùs adveniens, & acquiſitum. Si Naturâ inſitum, habetur *Naturalis Potentia*. Si extrinſecùs adveniens, *Habitus* eſt. Si ad eſſe perficiendum; vel eſt terminus extenſionis illius, & ſic habetur *Forma* & *Figura*. Vel eſt ſubſtantiæ diſpoſitio fovens, conſervans, & ornans; & tunc eſt *Patibilis-Qualitas*, ſeu *Paſſio*.

Catfgor. ſev

Habitus definitur, diſtinguitur à diſpoſitione
Definitur Potentia.
Paſſio
Forma, & Figura.
Qualitatis proprietates.

Habitus *definitur* qualitas benè vel malè afficiens ſubjectum, quæ difficulter abijci poteſt: In quo differt à diſpoſitione, quæ facilè poteſt deleri & eradi. Potentia qualitas eſt inſita à Natura, ad ſolam operationem. Impotentia eadem eſt cum potentia, ſed imbecillior. Patibilis *Qualitas* v. g. albedo, in hoc differt à Paſſione; quod illa plus, hæc minùs duret. Forma & Figura, idem ſunt. Nomen verò vtrumque ſumitur hîc, pro formâ & figura interna.

Qualitatem habere contrarium, ſuſcipere magis & minus: Res ex qualitatibus ſimiles dici aut diſſimiles, qualitatum *proprietas* eſt quarto modo.

Quia porrò agunt ſubſtantiæ per qualitates, his ſtatim

Accensentur { *Actio,* Et *Paſſio.*

Actio, & Paſſio.

Prima, eſt Agentis, quà agens: ſecunda Patientis, quà patiens, actus ſive perfectio; qua mediante illa aliquid efficit, iſta aliquid recipit. Vtraque ex numero Potentiarum à quibus fluunt,

Dividitur in { *Immanentem, & Tranſeuntem: Vitalem, & non Vitalem.*

Vbi.
Multiplex.

Vbi eſt modus internus, per quem res formaliter eſt in loco; productus non ab ambiente ſuperficie, ſed à cauſa conſtituente rem in loco, ratione cujus terminus ſit vbi internum. Eſt autem Vbi multiplex. *Immenſum*, quo res eſt vbiquè, vt Devs ſolus. *Circumſcriptivum*, cum commenſuratione ad loci partes. *Definitivum*, quo res eſt hîc, non alibi: tota in toto loco, totaque in partibus loci; vt formæ ſpiritales, & indiviſibiles. *Sacramentale*, quomodo Christvs eſt in Euchariſtia realiter-ſpiritualiter, non tamen definitivè.

Situs.

Sitvs, modus internus eſt, ſignificans certam poſitionem partium corporis in tali ordine ad locum; vt cubare, ſedere, &c. *Diſcrimen* Sitûs & Vbi tale eſt, quale actionem inter & paſſionem intercedit; virtuale ſcilicet, non actuale. Præterquàm quod Situs non pettinet niſi ad corpora, & partes habentia.

Duratio.

Qvando, ſeu Duratio cuilibet rei creatæ intrinſeca, perſeverantia eſt in exiſtentia. A Phyſicis.

Dividitur in { *Permanentem, & Succeſſivam: Æternitatem, Ævum, Tempus.*

Habitvs propriè eſt corporum, & eorum quæ circa corpus adjacentia ſunt. Illius abſtractum, veſtis eſt: concretum, veſtitum eſſe. Species ejus ſunt Veſtes, Pallia, Annuli, & ſimilia. Traducitur deinde ad ſignificandum qualitates, cuique ſubjecto permanenter inhærentes. Ejuſmodi eſt ſanitas, dexteritas, ſcientia, ars, virtus, &c. Indè Ariſtoteli [habitus eſt quod conſequitur ad eſſe, ita quod illud tangit: vel quo benè, vel malè ad effectus nos habemus. Et eſt vel actio quædam habentis, vel diſpoſitio rei ſecundùm ſe, aut ad aliud, vel pars ejuſmodi diſpoſitionis.] Ita nimirum res omnes ſimul conveniunt iſtis decem Categorijs comprehenſæ.

Libr. 4. Metaphyſ. c. 4. & 2. ad Nicom.

Post generalem Entis definitionem, ac partitionem, vlteriùs procedens Metaphyſica, veſtigat Entis *appendices*.

Libr. 5. Metaph. c. 4.

ENTIS

ATTRIBVTA.

ENTIS IN COMMVNI, Proprietates & Attributa.

TITVLVS VI.
Entis attributa.

CONCEPTVS namque illi ſunt, qui primariam, & quam vocant quidditativam rei cujuſque ideam, ſtatim conſequuntur. Nam Entis Proprietates, quæ formaliter dicunt aut negationem aut privationem, non ſunt propria illius Attributa. Negatio enim & privatio non ſunt idem, à parte rei, cum Ente. Sermo igitur dumtaxat eſt de reali attributo, quod includit formaliter conceptum, rationem & naturam Entis. Vniverſa reducunt ad ſex Terminos, quos vocant *Traſcendentales*: quoſque iſtæ totidem litterulæ deſignant, R E V B A V. Quibus ſignificatur Res, Ens, Vnum, Bonum, Aliquid, Verum. Quanquam concluſio Mirandulana, aliter decernit. [Intra ambitum terminati Entis, rectè illa quinque Platonis, pro tranſcendentalibus ponuntur; Ens, Idem, Alterum, Status, & Motus. Sex enim Tranſcendentalia, quæ ponit communis doctrina, à Iunioribus Latinis ſunt efficta. Ea & Græci Peripatetici, & Princeps eorum Ariſtoteles neſcit.] Hæc quatenus vera ſint, non eſt quod ſubtiliùs diſquiratur.

Sex Tranſcendentalia.

Reiicit Mirandulanus.

Vt vt ſe habeat, ſumma & præcipua Entis ſolent numerari, quæ reliqua continent, & ſolâ inter ſe ratione diſtinguuntur,

ATTRIBVTA TRIA; { *Vnum.* *Verum.* *Bonum.* }

VNVM hîc intellige per ſe, non accidentariò. Differt autem vnitas ratione tantùm, à conceptu Entis: formaliterque conſiſtit in indiviſione rei in ſe, quæ ſuperinducta pluralitate non remanet. Illa autem indiviſio ſignificatur quidem per negationem, revera tamen poſitiva eſt. Nempe entitas ſimplex (quomodo punctum eſt vnum, licet indiviſibile) & preciſè negat diviſionem rei in ſe: eſtque priòr dualitate, à qua omnis diviſio ac multitudo.

TANTI autem fit *Vnitas* ab Academicis, vt contra Peripateticos, eam extollant ſuper omnia: ſtatuantque primum, ac princeps rerum omnium principium. Quam ſpeculationem vrgent mirum in modum poſt Pythagoram, Platonem, Philonem, & Plotinum; Proclus, Iamblicus, Ficinus, Mirandulanus. Sanè mirum minimè eſt eam vocari abs Dionyſio [Supereſſentialem eſſentiam, vnitatis omnis vivificam, inintelligibilem, ineloquibilem; quæ ipſa verè non eſt, quia omni eſſentiâ ſuperior.]

Vnitatis excellentiæ.

de DIVINI DD. NN.

Excellentias certè vnitatis latè declarat Marcilius ille Ficinus, autoritate etiam Peripateticorum. [Nam docent formæ, & vnitatis eandem eſſe Naturam. Quoniam quo quidque ens eſt, eodem fit & vnum. Ideo cùm & forma ſit ens, eademque vnum; meritò formæ & vnitatis naturam eandem eſſe, ſed rationem diverſam. Nam formæ proprietas eſt, per potentiam formabilem ſe diffundere: vnitatis verò proprietas ſimpliciter in ſe conſiſtere, & interim cætera vnire & intus, & extra. Conſtat proinde vnitatis rationem non ſolùm eſſe à forma, ideoque ab eſſentia differentem: ſed ſimpliciorem etiam, & priorem, & magis ad celſitudinem principij pertinentem.] Adiungit alio loco idem Marcilius vtriuſque ſectæ controverſiam. [Vnitatem & multitudinem ad ens ipſum quaſi conditiones quaſdam ſequi, non recipiunt Platonici, quod Peripatetici ponunt. Sed potiùs præcedere, quatenus ex ipſo ſim-

In Plotin en 6. l. 9. c. 2.

Vnitas & forma idem.

Vnum ante Ens. *Id 15. Parmenid. c. 37.*

ENTIS.

pliciter vno ad ens quam entia derivantur: latiúſque vnum prædicari, ens; ſi- quidem privationes, vt habitus ſimiliter dicuntur vnum.]

Vnitatis proprietates. *Ficin. Theolog. Platon. l. 2. & in Plotin.*

HORUM ideo ſenſu & opinione, vnitas habet infinitam poteſtatem, diſperſio infinitam imbecillitatem. Illa eſt cauſa & ratio entis ab eſſentia penitùs abſoluta: eſſentiæ fundamentum, rei cujuſlibet coagulum & conſervatiò; ſuper eſſentiam in ſe manens, & omnia implens. Continens omnia ſecundùm rationes abſolutas, diſtincta tamen ſecundum relativas. Ipſa ſupremitas & primitas, ratio ſiquidem vnitatis & ſimplicitatis eſt eadem.

Cur diſtincta à ratione entis. *In Parmend. c. 2.*

Vnitatis porro rationem ideo præſertim diſtinguit Ficinus, ratione Entis; [quia Entis rationi multitudo, & compoſitio non repugnant. Vnitatis autem rationi repugnant. Nam non ens, huic non vnum eſt oppoſitum. Dicere verò non ens, non eſt prorſus idem atque non vnum dicere; ſiquidem non vnum, non neceſſariò nihilum ſignificat, ſed diverſam etiam multitudinem. Vnum igitur ens, non eſt ipſum ſimpliciter vnum: ſed quoquomodo compoſitum, & multitudini permixtum.

In Heptapl. l. 6. in Proem.

Nec minùs ſubtiliter diſtinguit Comes Mirandulanus. [Vnitas primùm in rebus eſt, quâ vnumquodque ſibi ipſi vnum eſt: ſibique conſtat, & cohæret. Eſt ea ſecundò per quam alteri creatura vnitur, & per quam demum omnes partes Mundi ſunt vnus Mundus. Eſt tertiò, & omnium principaliſſima, quâ totum Vniverſum cum ſuo Opifice, quaſi exercitus cum ſuo duce, eſt vnum. Adeſt trifaria hæc vnio vnicuique rei, per ſuam vnam ſimplicem vnitatem derivatam ab illo vno; quod & primum vnum, & trinum ſimul atque vnum eſt. A Patre, inquam, Filio, & Spiritu-Sancto. Nam & Patris poteſtas omnia producens, ſuam omnibus largitur vnitatem. Et Filij ſapientia ritè omnia diſponens, omnia invicem vnit & copulat. Et Spiritus amor omnia ad DEUM convertens, totum opus Opifici nexu charitatis adjungit.] Hactenus vnitas metaphyſicè ſpectata, non mathematicè, non ethicè. Sequitur alterum entis atributum, *Veritas*.

TITULUS VII. *Veritas & Verum.*

VERITAS, ALTERUM ENTIS in communi attributum.

Albert. Ethic. tract. 2. c. 3. Multiplex. *Ariſtot. 6. Metaph. c. 4.* Proprietates.

VERUM ſignificat rem cognoſcibilem, ſicuti eſt; non tantùm comparatione intellectus divini, ſed etiam creati. Ideo Veritas *diſtinguitur* in vtraque ſchola, eſſentialis & accidentalis Iterum radicalis, & fundamentalis & objectiva in rebus, diminuta in intellectu per conceptum ad rem adæquato: tertia in ſermone, illius vtriuſque ſigno. Vtrumque enim conſiſtit in compoſitione & diviſione, affirmando ea conjuncta eſſe quæ revera conjuncta ſunt, & negando dum dividit quæ ſunt diviſa: falſum autem cùm vice verſa, mens affirmat vel negat.

Ariſtot. 2. Metaph. c. 2.

Vtrolibet autem modo mens intelligat verum, ſemper conſentiens eſt. Illudque propterea ſimpliciter veriſſimum eſt, quod neceſſarium eſt in ſua veritate. Et ideo propriè regnat *in ſempiternis*, illiſque annexis. Nam & viciniora primo principio, magis perpetua ac vera exiſtunt.

Lib. 1. de verit. Gen. c. 2. Lux & ſplendor. *Lib. 3. Epit h. 2. Tract. 9. Metaphyſ. c. 6.*

Paulò aliter Mirandulanus Verum diſtinguit fundatum in re, adæquatum in conceptu, realitatis in effectu. Ficinus non abſonè veritatem ait eſſe meram, & integram cujuſque naturam. In DEO lucem, in ceteris ſplendorem. Brevius & clariùs Avicenna. [Veritas cujuſque rei eſt proprietas ſui eſſe, quod ei ſtabilitum eſt.] Nec multùm placet etymologia Platonis in Cratylo, vbi ἀλήθεια, dici ait quaſi ἄλη θεία, divinam lationem. Præſtat aſſerere cum pleriſque, veritatem eſſe *eſcam mentis* & alimentum, Homini maximè pro-

priam, maximumque bonum quo à pecudibus ſecernitur. Noſtram fælicitatem ſitam in veri contemplatione. Vera veris nullatenus eſſe contraria. Eam attingi fugâ multitudinis in affectibus, in ſenſibus, in imaginationibus, in opinionibus. Et, quod è Morali accerſitur, *veracem* aliquem haberi tam in actis, quàm in factis.

ATTRIBVTA. Vnde. Eſca mentis: *Aphrodiſ. 151. Prior &.*

Porro *difficultas* veritatis attingendæ, ſemper oritur ex imperfectione facultatis & ſubjecti cognoſcentis; aucta tamen aliquando perfectione objecti, captum & modulum excedentis

Ariſtotel. Perihermen. c. 6 & 1. Ethic. c. 8. Quomodo ad eam pervenitur.

QVAMOBREM haud illegitimè diſtinguitur Veritas duplex. Altera ſubſtantiva, altera quæ opponitur *falſitati*. Et cum iſto diſcrimine, quod veritas radicaliter, primariò & præcipuè ſe tenet ex parte objecti cogniti, falſitas nonniſi ex parte intellectus cognoſcentis. Illic eadem formaliter in vtroque veritas eſt. Nempe intrinſeca objecto, extrinſeca actui. Nec propriè vlla in rebus, ſecundùm ſe, falſitas reperitur. Nam falſum eſt quod apparens quod non eſt, fundat falſam ſui cognitionem: oriturque ex ſpeciebus aut alienis, aut confuſis. Vnde fit inæqualitas rerum & mentis, quæ quidem cauſativè eſt in re, ſubjectivè in conceptu, in propoſitione ſignificativè. Nam *quiſquis*, ex Auguſtino, *vllam rem aliter quàm ea res eſt intelligit, fallitur.*

Verax in dictis, factis. *Ariſtot. 1. Eth. c. 6.* Vnde illius difficultas. Falſitas. *Ioan Grammaticus in 4. de Animi ſect. 27.* Quid ſi. Vnde oritur. *Albert M. in 6. Metaph. Alexand. Aleſ. 155. Metaph. text 34.*

Acutè interea adnotat Mirandulanus falſum in vniverſum eſſe, quod vero adverſatur: falſum particulare, id quod ideæ rei cui reſpondere debet, non convenit. Addit alibi falſitatem ſæpiùs reperiri citra mendacium. [Nam poteſt imago non reſpondere exemplari, tametſi id contra mentis ſententiam proferatur. Nam differt rem aliter quàm ſit concipere, & concipere quod res ſit aliter quàm ſit. Primum illud ad primum intellectus officium pertinet, iſtud ad ſecundum. In primo nulla falſitas, in ſecundo mendacium. Cum enim quiſpiam ita abſtrahit, vt credat eandem rem ita diſtingui in ſeſe, vt eam intellectus diſtinctè ſecernit, longè fallitur. Si poſtea alijs falſum hoc inſinuare voluerit, apertè mentitur.]

Lib 83. qq. quæſt. 32. l. 1 de Praenot. c. 2. L. 3. in Exam. vanitat c. 6. Falſitas aliquando ſine mendacio.

Sed pace Comitis dixerim, iſtud nondum formaliter mendacium eſt; quod non fit pluſquam materiale, niſi cum itur contra mentem & debitum reſpondendi ad interrogata; quod ſolertiùs Ethica examinabit. Vtrumque ergo & falſum concipere, & falſum dicere quod exiſtimas verum, falſitatem crediderim & errorem. Tuncque dictum illud amplector Michaëlis Epheſini; [falſum qui dicit, nihil dicit. Falſum enim eſt, quod non eſt: & quod non eſt, nihil eſt.] Eo ſenſu ſcimus, ex doctrina Apoſtolica, quod idolum nihil eſt in mundo.

Falſum qui dicit nihil dicit. *10. Ethic. c. 2. 1. Cor. 8.*

DISTINGVIT interim æquè ſubtiliter Averroës, vbi ſtatuit falſi poſſibilis diſcrimen ab impoſſibili; [quod illud poteſt recipere verum, iſtud non poteſt.] Præiverat generaliori diſtinctione Ariſtoteles. [Falſum dicitur vno modo, vt res dicitur falſa ex eo quod non componitur, aut quod impoſſibile eſt componi. Et horum hoc ſemper falſum eſt, illud quandoque. Alio modo falſa ſunt, quæcumque ſunt quidem entia: apta tamen nata apparere aut qualia non ſunt, aut quæ non ſunt. Egregiè vt ſolet D. Thomas. [Res comparata ad intellectum ſecundùm id quod eſt, dicitur vera: ſecundùm id quod non eſt, dicitur falſa. Vnde verus Tragœdus, eſt falſus Hector, vt dicit Auguſtinus.]

9. Metaph. text. 8. Poſſibile, & impoſſibile. *5. Metaph c. 29.* Dupliei modo dicitur. *Falſum eſt ex eo quod judicatur eſſe quod non eſt, vel non eſſe quod eſt. Ibid l. 4. text. 27. 1. Part. q. 1. art. 1. ad 3.*

Neque interim negandum pleraque ex iſtis negotium eſſe *Logicæ*, cujus mater & origo Metaphyſica eſt. Vtriuſque circa Veritatem argutias claudo hac gemma, ex citato jam ſæpè Ioanne-Franciſco Pico. [Veritatis *judicatorium*, tripliciter ſumitur; communiter, propriè, magis propriè. Primò res quælibet quâ vtimur ad quicquam deprehendendum, vt viſio, & cæteri ſenſus naturales. Secundò omnis res quæ arte quicquam apprehendit, & metitur. Sic regula omnis, & amuſſis, & perpendicula. Tertiò res omnis, cujus ope in rei latentis cognitionem devenimus. Quare quæ rationalia ſunt, judicatorij nomen obtinuere. Quod & tribus ipſum modis accipi conſuevit; à quo, per quod, & ſecundùm quod. A quo, homo eſt. Per quod, ſenſus ſive mens. Secundùm quod, Phantaſia, vel Imaginatio.]

L. 2. Exam inc. 8 Veritatis judicatorium triplex.

TITVLVS VIII. Bonitas, & Bonum.

BONITAS, TERTIVM ENTIS attributum generale.

BONVM, quod tertium reſtat Entis generale attributum, nihil illi addit. Ipſum ſiquidem Ens eſt, quatenus in ſuo genere perfectum exiſtit; connotans tamen ſecundariò, relationem congruentis ſeu convenientis ad appetitum à quo poteſt deamari. Vnde ſententiosè Ariſtoteles. [Bonum tot modis dicitur, vt eſt.] Seu vt interpretatur D. Thomas, Bonum cum Ente convertitur. Eo ſenſu ſcriptum ab Auguſtino, in quantum ſumus, boni ſumus. Miror tamen Philoſophum alibi aſſerere Bonum vniverſale à nulla ſcientia, aut facultate conſiderari. Nam vt mores & virtutem attinet, Ethicæ objectum eſt. Et in hac ipſa Metaphyſica tractatur ita inſigniter, vt quidquid vtrobiquè eminet in vnum manipulum colligere pretium exiſtimem. Placet idcirco *examinare* QVIDNAM ſit Bonum, quæ potiores illius proprietates: quouſque idem cum Pulchro ſit reputandum, quotuplex cenſeatur; quid deniquè ſit Malum, quod diametraliter opponitur Bono?

1. de Doct. Christ. c. 32.
l. 5. Metaph. c. 16.
1. Magnor. Moral. c. 2.
Quicquid eſt ſicut eſſe debet, bonum eſt. l. 3. de liber. arb. c. 15.
Quinque circa bonum examinanda.
Nomen Græcum.
In Cratylo.

PLATONEM certè non audio libens, qui in ſuo illo Etymologiarum dialogo, Αγαθὸν dici comminiſcitur quaſi ἀγαστὸν, quod ſonat admirabile. Magis multò arridet definitio Simplicij in Epictetum. [Bonum eſt quod cujuſque naturæ convenit, quoque id ſuam habet perfectionem.] Quo ſenſu recurrit indubiè cum *Perfecto*. Perfectum autem eſt, cui nihil deeſt. Id quod σκοτινῶς, vt ſolet, inſinuat Philoſophus. [Bonum vnicuique illud eſt, quo præſente, benè afficitur, & ſeipſo contentum eſt: & quod vim habet res tales efficiendi ac cuſtodiendi, & quo res hujuſcemodi conſequitur; & quo vim habet res contrarias interimendi, & prohibendi.] Compendioſiùs ſimul & enucleatiùs alter verè Chriſtianorum Ariſtoteles. [Bonum eſt ab vltima ſua perfectione. Et vnumquodque bonum eſt, cùm optimè poteſt perficere ea quæ ſunt ſecundùm ſuam naturam.]

Boni definitiones variæ.
Idem quod Perfectum.
1. Rhetor.
Albert. M. 2. Ethic. tract. 2. c. 2.
Boni proprietates, ſui diffuſivũ.

EA naturæ Boni deſcriptio, illius quoque PROPRIETATES delineat præcipuè duas.

Albert. M. 9. Ethic. tract. 3. c. 2.
D. Thom. 13. 1. Metaph. lect. 1. text. 1.
Natural. quæſt. c. 1.
Procl. in Element Theolog. Propoſit. 13.
In Platon. Parmenid. c. 78.

Primò ſemper eſt ſui *diffuſivum*, quæ quidem communicatio ex amore provenire videtur. Quare & rivi illius nullibi non derivantur. Bonum tamen magis agnoſcit Aphrodiſeus in forma, quàm in materia. Deinde. [Bonum omne vnitivum eſt eorum, quæ ipſum participant: & omnis vnio bonum eſt, & ipſum bonum cum ipſo vnio idem.] Addit egregiè Ficinus, Boni & vnius eandem eſſe amplitudinem ac poteſtatem; licet ſcribat alibi Bonum potentius eſſe quàm verum, cùm & ipſa poteſtas ad bonum pertineat potiùs quàm ad verum.

In Plotin. En. 1. l. 2. c. 4.
Boni imago lumen eſt.
In Dionyſ. DD. N. N.

Atenim, placet proſequi cum eodem Marcilio. [Boni naturam nulla res magis refert, quàm *Lumen*. Nam primò Lumen in genere ſenſibili, puriſſimum & eminentiſſimum apparet. Secundò facillimè omnium, & ampliſſimè momento dilatatur. Tertiò innoxium accurrit omnibus & penetrat, & leniſſimum & blandiſſimum. Quartò calorem ſecum affert ſummum omnia foventem, generantem, & conſervantem. Quintò dum adeſt, ineſt cunctis: à nullo inficitur, nulli miſcetur. *Similiter* ipſum Bonum totum rerum ordinem ſupereminet, ampliſſimè dilatatur, mulcet, & allicit omnia: nihil cogit, amorem quaſi calorem habet vbiquè comitem; quò ſingula paſſim ineſcantur, & bonum libenter aſciſcunt vbiquè rerum penetralibus præſentiſſimum. Denique vt ipſum Bonum ineſtimabile eſt, & ineffabile, ita fermè lumen.] Mutuatum id puto Hominem Platonicum, à Platone; qui [Boni *ideam* re-

Dialog. 7. de Republ.

condit in loco inviſibili. Quæque tandem conſpecta, omnium rectorum & ' pulchrorum cauſa eſt. Quippe quæ in loco qui videtur, lumen & ipſius ' dominum peperit: & in eo qui intelligitur, ipſa domina veritatem & intel- ' ligentiam exhibet; quam inſpicere oportet illum, qui aut privatim aut pu- ' blicè ſapienter agere vult.]

ATTRIBVTA.
Boni idea in loco inviſibili.

Rectè conſequenter adjungitur Boni, vt Solis, ſplendorem & florem eſſe PVLCHRITVDINEM, quam ἀπὸ τῦ καλεῖν, ab alliciendo derivat Dionyſius Areopagites. Quò minùs intelligitur Leonis Hebræi ſententia, aſſerentis bonorum quædam pulchra eſſe, quædam non pulchra. Duplex tamen apud Autores *diſcrimen* invenitur. Primum, quia bonum ſemper eſt in operatione, pulchrum verò in immobilibus. Alterum, quia bonum non indiget pulchro, pulchrum autem indiget bono. Quin & Plato ipſe boni *gradus quinque* ita diſtinguit, vt ſit in primo rerum menſura. In ſecundo veritas, commenſuratio, pulchritudo. In tertio mens, ſapientia. In quarto ſcientia, ars, opinio. In quinto, temperata voluptas. Addit Ficinus bonitatem ab antiquis Theologis poſitam in centro, pulchritudinem in quattuor circulis circa DEVM revolutis. Mens ſtabilis circulus, anima per ſe mobilis: natura mobilis in alio non ab alio, materia mobilis ab alio & in alio; vnde totidem radij rerum, & ſpecies; quæ in mente ſunt ideæ, in anima rationes, in natura ſemina, formæ in materia.

Pulchrum.
Ficin. in Platon. l. 1.
Philoſoph. c. 3.
Dialog. 3. de Genealog amori.
Quorſum differt à bono?
Ariſtot. 13. Metaph. c. 3.
Plotin. En. 5. l. 5. c. 12.
Gradus quinque.
Ficin. in Platon. Phileb. & Convit.
Bonum multiplex.
In Phileb.

BONI vero ipſius quàm ingens *diſtributio*, apud vtriuſque dogmatis Autores! Alia ſunt bona per ſe, vt fines: alia propter ea, & per accidens, vt media. Sunt externa, vt divitiæ: animi, vt virtutes; corporis, vt ſanitas. Metaphyſicum, Naturale, Morale Atque in iſto, juxta Platonem, Eudæmonia beatitudo cognoſcens bona: Eutychia, fælicitas vitans mala, commoda procurans; Eupraxia, bona actio commodis rectè vtens. Eſt inſuper Bonum reale, & apparens. divinum & humanum. Abſolutum, de quo Plato in Parmenide. Cum conditione, de quo in Philebo. Nam ex Alberto Magno, [Bonum cùm ſit in multis non æquivocè, neceſſariò eſt in *vno primo*, quod ſit cauſa omnium aliorum. Eſtque Bonum illud ſimplex, cui *triplex conditio* ineſt; quibus dicitur æternum, verum, primum. Illud, inquam, quod omnia appetunt, etiam illud ipſum quod non eſt, ex Dionyſio: & quod firmiter permanet, & ad ſeipſum cuncta convertit cognitione, judicio, motu vitali, ex eodem Areopagita. Seu, vt habet Proclus, Bonum ipſum cauſa primiſſima, & principium omnium entium. Vno verbo, DEVS Opt. Max. ſummum Dionyſio bonum eſt, principium & rerum omnium inexhauſta ſcaturigo. Atquin obſervatu dignum; *vbi ſumma bonitas eſt cum ſumma poteſtate, ibidem ſummam libertatem exiſtere cum ſummam neceſſitate.*

Summum Bonum.
2. Ethic. tract. 2. c. 3.
Bonum ipſum ſuper omnia entia eſt, ſolum bonum: nihil in ſe habet, nullis permixtum cuncta ſupereminet, & cunctorum eſt cauſa
Plotin. En. 3. l. 5. c. 13.
Id. En. 2. l. 7. & 2. 4. DD. NN.
In Element. Propoſit. 11.

GENERALI demum diviſione, quam inſinuat quoque Ariſtoteles, Bonum eſt ſimpliciter, & alicui. Summum, addit Alexander Aleſius, ordine, comparatione, quantitate. Et ſingulare, vnuſcuiuſque rei, ordinis, principij. Vnde elicitur partitio illa maximè & vniverſalis, & nota, in Bonum triplex.

Ficin. in x. Dialog. Platon de Republ.
L. 7. Moral. Eudem. c. 2.
Partitio triplex.

TITVLVS IX.

HONESTVM, VTILE, Iucundum.

Vulgaris Boni partitiò triplex.
Boni differentiæ honeſtas, vtilitas, delectabilitas.
Albert. M. 2. Ethic. tract. 3. c. 6.

DICENDVM ante omnia meritò redargui à Plotino, eos qui Bonum generaliter definiunt [per id quod ſit appetibile, quia appetibile poſterius bono eſt: & præter appetitum, reſtat ambiguum boni veri judicium.] *Honeſtum* quidem, Ethicæ portio, rationi ſemper eſt conſentaneum, & per ſe expetendum. *Vtile*, & partim phyſicè, partim ethicè commodum, ſemper ad aliud refertur. *Delectabile* addit delicias & volupta-

Non definiendum per appetibilitatem.
En. 6. l. 7. c. 17.
Honeſtum.
Vtile.
Delectabile.

ENTIS.

In Politin. En.6. l. 7. c. 32. Sola Rationalia amant bonum. Ignotum non delectat. *2. Phyſic. teſt. 12. De animal. mot. lect 4. En. 6. l. 7. c. 36.* Gradibus ſeptem aſcendimus ad bonum. *En 1. l. 8. c. 1.* Quinque circa Malum. Eius cognitio bona. *In 3. de Anim. Text 2.*

tes, velut eſcam, *hamum amatorium* vocat Ficinus. Cujus & iſtud corollarium eſt Illud tametſi omnia appetant, ſola tamen rationalia & intellectualia *amant.* Immo, ſi Ariſtotelem præaudimus, ſolus homo fruitur bonis, quoniam ſolus diſcernit. Bonum autem *ignotum* non delectat, ſed cognitum. Addendum, cum Simplicio, nullas penè à nobis operationes exerceri, niſi boni alicujus gratiâ. Et cum D. Thoma, bonum non movere vt vniverſale, ſed vt particulare.

Neque hoc loco omittendum quod peregregiè Plotinus docet, nos aſcendere ad bonum *gradibus ſeptem.* Puta animi purgatione, cognitione divinorum operum, contemplatione, comparatione ordinis qui in mundo relucet, ad divinum: negatione, quâ cuncta à primo principio ſeparantur, oratione ad DEVM, vt ipſe intellectualis Pater te mundum, intellectualemque actu reddat; tandem vt cum intellectualis mundus evaſeris, vlteriùs amore boni concitatus, ex ſtatu intellectuali transformeris in bonum ſuperius intellectu.

Atenim quoniam, eodem præeunte Philoſopho Chriſtianæ ſublimitatis æmulo & invido, *Boni & Mali eadem notitia eſt*, quemadmodum contraria duo ad vnam ſcientiam pertinent; non benè repreſentavero naturam Boni, niſi accedat MALVM velut vmbra. Nam & Mali cognitio, quod obſervat Ioannes Grammaticus, bona eſt. Videndum igitur quid ſit, quotuplex, quale: vbi, & vnde exiſtat.

Malum nihil eſt. *Dionyſ. 4. DD. NN. Albert M. 15. Predicam* Sed privatio. *L. 2. Fid. orthodox. c. 4.* Mali proprietates. Malum multiplex, Bonum vnum. *Ariſt. 2. de Mor. c. 5. In Cratyl.* κακία vnde. Malum omnibus opponitur.

AC in primo quidem conſentiunt vniverſi, quod Malum ſecundùm ſe *nihil* eſt, nec ens, nec ſubſtantia, nec accidens: ſed deflexio à via, ab hypoſtaſi, à natura. Seu privatio modi, commenſurationis & harmoniæ ad bonum. Vno verbo, malum privatio eſt boni alicujus particularis. *Nihil eſt malum*, inquit Damaſcenus, niſi boni privatio, ſicut tenebræ luminis.

Infinitum deinde conſtituitur, modiſque infinitis, quemadmodum legitimi fætus vnâ prodeunt generationis viâ, & rectum iter vnum eſt: monſtra autem multifariàm eveniunt, & ſemitis innumeris à via aberratur Atque vt ſummatim dicam cum D. Areopagita, bonum ex vna integraque cauſa exiſtit: malum autem ex multis, partialibuſque defectibus. Eandemque ob cauſam Platoni *malitia*, nomen dicitur barbaricum: & Κακία quia malè progreditur, quaſi κακῶς ἰὸν Nulla proinde melior definitio quàm Areopagitica [Malum ' privatio eſt & defectus, & infirmitas, & inconcinnitas, & error, & fru- ' ſtratio ſcopi, pulchritudinis, vitæ, intellectus, rationis, perfectionis, funda- ' menti, cauſæ. Eſt interminatum, ſterile, iners, imbecillum, confuſum, diſſi- ' mile, infinitum, tenebroſum: ſtatu caret, ipſumque nullo pacto, ac nuſ- ' quam, & nihil exiſtit.] Vno verbo, Malum tot modis dicitur, quot Bonum. '

Culpæ, & Pœnæ. *En. 5. l. 8 c. 11.* ἡ δὶς εἰς τὸ κακὸν ἀναβλέπων ... *Secum pugnat.* *Bonum numquam contrarium bono, quia bonum vniforme eſt: malo autem contrarium eſt bonū, & malum. Albert M. in Predicam. Plato dialog. 7. de Rep. Iamblic. de Myſter. Ficin. l. 4. Epiſt. 4.*

Quocirca pugnat cum ente, quatenus carentia eſt ſeu non eſſe entis. Vbi opponitur perfecto, idem eſt quod imperfectum ſeu carens perfectione ei congruente. Si opponitur convenienti, diſconvenientia eſt rei vnius cum alia. Hoc ſenſu calor aquæ malus eſt, lux nimia oculis nocet. Si honeſto, dedecus eſt. Si vtili, nocumentum. Si jucundo, moleſtum & ingratum. Si amabili, fugam, horrorem & odium ingenerat. Si actionem moralem reſpicit, malum *culpæ* eſt. Si paſſionem, malum pœnæ nuncupatur.

ID vero Mali proprium eſt, 1. quod per ſe nunquam cadit ſub appetitum, ſed *fallit* ſemper ſub vultu & ſpecie boni. Vnde ſubtiliter Plotinus; [Malorum ſenſus majores habent pulſationes, minores cognitiones.] Interdum tamen minus malum comparatione majoris, induit naturam minoris boni: 11. Quod ſecum etiam *pugnat*, nec vnquam ſibi conſentiens eſt. Ideo tametſi bona ſibi invicem nullatenus contraria ſint, ſed ſolum malo: Malum ſecus, & bono oppoſitum eſt, & malo. Ita tamen vt magis contrarium ſit cuilibet bono, quàm cuilibet non bono, nedum malo. Virtute tamen infinitum eſſe nequaquam poteſt, ſicut bonum.

Vbi reperitur? Non eſt poſſibile Summum malum. 4. DD NN. ... ἐν τοῖς ἀιδίοις ...

Ideo nec vllum extat *ſummum Malum*, quo non poſſit dari alind pejus. Neque enim auffert vnquam totum bonum, ſed particulare, ſemperque admiſtum eſt alicui bono. Malum quippe nihil gignit boni, ſed ex eo eliciuntur bona. Vnde Dionyſius bonum appellat malorum omnium principium, & finem. Immo in ſempiternis, rectè ait Ariſtoteles, nec malum, nec peccatum, nec corruptio vlla eſt.

Neque Malum *oritur* à bono, niſi valde indirectè & per accidens, alioquin malum eſſet bonum. Et quia penitus deficit, non tam habet cauſam efficientem, quàm *deficientem*. Conſequenter Malum nullibi eſſe, affirmant Speculativi: nec cognoſci à DEO, niſi ſub idea & ratione boni. Perire tamen omninò & in totum deleri non poſſe, quia ſemper aliquid reperitur contrarium bono.

ATTRIBVTA: *l. 9. Metaph. c. 9.* Malum n ens. cauſa defici *l. 9. Plotin. En. 01. c. 19. Et Pſeus de Ente & vno. Dionyſ epiſt. 565. Mali natura in mundo non exiſtit, cùm ſit ab erratia ſcopa. Epiſtet in Manal. Plato in Theat.*

SVPREMVM ENS DEVS, POST eum Intelligentiæ.

TITVLVS X. *De ſubſtantiis Separatis,*

IAM dictum pluſquam ſemel fuit in hocce Tractatu vltimò, adæquatum Metaphyſicæ objectum Ens eſſe vel abſtractum, vel ſeparatum ab omni prorſus materia. Ac ſeparatum quidem duplex; primum, ſummum, infinitum: ſecundarium, illi primo ſubordinatum. Illud DEVS eſt, τῦτο ὁ Θεός: iſtud, Intelligentiæ. Vtrumque *probat* hîc Ariſtoteles, quia ejuſmodi Subſtantiæ rerum omnium principia ſunt. Vel quia ſubſtantiæ ſunt cauſæ omnium accidentium, conſequenter principia ſubſtantiarum, ſunt principia reliquorum entium. Vel quia inter ſubſtantias quædam ſunt primæ, principia & cauſæ cæterarum.

Ariſt. c. 7. Subſtantia ſenſibilis & ſeparabilis, finita & infinita. Φαμὲν δὲ τὸν θεὸν ζῶον ἀΐδιον, ἄριστον. *Vide Suar. Metaphyſic. Tota libro vltimo.*

ANTE igitur omnia prudenter ſtatuit, etiam citra fidei lumen; *præter cauſas omnes particulares, eſſe cauſam cunctæ moventem tanquam omnium primam*. Ac licet offendat in limine, poteſt tamen illius argumentatio in hunc modum reparari. Subſtantias in mundo corruptibiles nemo negat, quia omnes vident. Atqui ejuſmodi vel ſemper fuerunt, vel non. Si ſupponuntur æternæ, neceſſaria eſt aliqua prima à qua cæteræ oriantur. Si ſemper non fuerunt, multò magis neceſſaria eſt illa prima. Probatio autem Ariſtotelæa deficit, quia ante tempus reale, quod fingit, fingi poteſt imaginarium, infinitaque æternitas. Deinde falſum eſt primam illam ſubſtantiam non eſſe potentiam, ſed actum, ideo præcisè quod perpetuò movet. Præterquamquod enim motus ejuſmodi perpetuus, fictitius eſt; haud dubiè Subſtantia creata ab æterno, ſi eſt poſſibilis, motum illum perpetuum efficeret. Poſſent & eſſe plures Subſtantiæ, quæ per vices ſibi ſuccederent in eo motu ciendo. Sed nec vna fatigaretur, cùm ſupponatur immaterialis; ſeu neceſſariò, ſeu liberè moveret. Solùm itaque colligeretur ex illo motu perpetuo, motorem ſemper eſſe in actu movendi. Neque etiam ſatis probat Ariſtoteles motorem eſſe immaterialem, ex eo quod perpetuus eſt. Nam ipſemet Cælos admittit æternos, & tamen materiales. Parem-ne verò ſortem fecerit Philoſophus primi ejus Motoris, & aliarum Subſtantiarum, quis ex Peripateticis illis tenebris ſatis certò eruere valeat?

Primum movens, primaque cauſa. Ibid. Κινεῖ ὡς ἐρώμενον. Probatur.

Clariùs multò elicitur ex motu Cæli, vnus *primus Motor* immobilis. Deinde quod Cælum movet tam vt efficiens, quàm vt finis. Et quidem movet probabiliùs per ſeipſum, quàm mediâ alia Intelligentiâ. Eundem eſſe primum Intelligibile, meliùs primam Intelligentiam in actu; vt pote ſubſtantiam ſimpliciſſimam, ſimul & actualiſſimam. Eſſe ſimiliter primum appetibile, hoc eſt finem ſummum & vltimum. Nempe qui præexiſtit, acquirendus ſcilicet per media: non efficiendus, aut producendus. Eſſe demum ſubſtantiam primi illius Motoris ſempiternam, naturâ ſuâ maximè neceſſariam, ideoque invariabilem; à qua cætera pendent non tantùm quoad motum, ſed etiam quoad ſubſtantiam. Ne multa; DEVM vitam vivere in perpetua ſui ipſius, & in ſe aliorum omnium contemplatione perfectiſſimam, jucundiſſimam, feliciſſimam.

Dotes primi Entis. νόει ἀΐδιος, ἀκίνητος, κεχωρισμένη, ἀμερής, ἀδιαίρετος. Ibid. Finis præexiſtes, & productus. Ἀνάγκη ἐξ ἀνάγκης, ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχειν. Ibid. cap 8.

INTERSERIT hoc loco Philoſophus ex numero Cælorum mobilium inferri numerum *Subſtantiarum* immaterialium, quæ illos movent: & harum quoque ordinem ac proprietates, ex illorum ordine colligi. Satiſ-ne verò probetur Cælos moveri ab Intelligentijs, à DEO diſtinctis; ſint-ne ad Cælorum nu-

Placita Ariſt. de natura, numero & dignitate Intelligentiarum.

ENTIS. Hic tantum opinatur Ariſtoteles.

merum exactæ, ſeptem & quadraginta, ni error ſit in numero, nec plures, nec pauciores; interim dum ſuo loco examinabitur, juvat obſervare Ariſtotelem ipſum nihil hîc demonſtrare, ſed ſolùm conijcere. *Ita* inquit, *rationabiliter arbitrandum eſt; quod enim neceſſarium eſt, ἰσχυροτέροις dicendum relinquatur.*

Dei intelligentia & cognitio. I Mens divina cap. 9.

Reſumit deinde in Libri cace, Intelligentiæ Primæ *proprietates*, quas inſequenti ſerie concludit. I. Mens divina ſemper *intelligit* actu, alioquin *quidnam præcellens in ea erit, ſi ſit vt dormiens?* Neque interea perficitur intellectione ſua, quaſi actu diſtincta, ſed intelligit per ſuammet nobiliſſimam ſubſtantiam; quò magis perpetuò, ſine vlla deſatigatione continuatur.

[illegible] Cap. 9.

II. Cum illa Mens æterna ſemper *intelligere debeat quod diviniſſimum, honorabiliſſimumque eſt*, profecto ſeipſum DEVS intelligit. Excellentiſſimæ ſiquidem Intelligentiæ, vt ſit felix, objectum debetur excellentiſſimum. Nec ſeipſum ſolùm (quò inclinare videtur Philoſophus) ſed & alia, vel minima, cognoſcit in ſe & ſecundariò; ſine diſtractione, cura & imperſectione vlla. Ratio autem qua probat DEVM ſeipſo intelligere, ſine actione diſtincta, vſque adeò parum efficax eſt, vt id ipſum concludat de cæteris Intelligentijs,

Cap. 10. Perfectio in ordine, ergo primum ordinans.

III. Tertiò & poſtremò quaſi perorans Ariſtoteles concludit aptiſſimè, perſectionem Mundi hujus vniverſi conſiſtere in debito *ordine* ſuarum partium omnium, velut in exercitu & familia. Qui quidem ordo quaſi intrinſecum Vniverſi bonum eſt, illique inhærens. Non conſiſteret autem is ordo & Διακόσμησις cum pluralitate principatuum, ſeu primorum principiorum; quæ mala eſt, & caduca. *At Entia nolunt malè gubernari*, Princeps ergo in Entium Republica, & Rex *vnicus eſto*,

Dux non eſt propter ordinem, ſed ordo propter ducem, hic. Princeps vnus. Iliad. 2.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος.

Cætera quæ de DEO, deque Intelligentijs, repetita paſſim ex Phyſicorum vltimo, in hiſce Metaphyſicis Ariſtoteles pingui tantùm Minerva, rudiorique penicillo adumbrat, (Aquila enim in terrenis, Talpa in cæleſtibus reputatur,) & clarjùs, & verò longè certiùs exponet THEOLOGIA deinceps CHRISTIANA. Scientia nimirum Divina, parſque altera & auguſtior & ſanctior noſtræ hujus SAPIENTIÆ-VNIVERSALIS. Cui, quod vitæ ſupereſt, immorari & immori, à ſupremo illo Ente, DEO, Scientiarum Domino, Chriſto IESV Increato & Incarnato, omnibus votis efflagitabit Oratio, quæ poſt Indices duos ſubjungetur, pro dicendis deprecatoria, pro antè ſcriptis Εὐχαριστική.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fr. LEON

FR. LEONIS
CARMELITAE
RHEDONENSIS,
OMNIVM SCIENTIARVM
PARTITIO GENERALIS.
CENTVM TABVLIS, SEV
Diagrammatis delineata.

Devs Scientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes. 1. Reg. 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

SVBMONITIO
AD LECTOREM.

SVSCEPTO à me Operi ſi aliquem excuſationis colorem præ-tendo, ſateor me nullam à Lectoribus meis veniam promereri. *Præfatiuncula.* Olim ſcilicet pronunciabat, velut ex Tripode, Medicinæ Princeps; *peccari nihil ab ys, qui nihil ſunt præmeditati.* Enimverò anni *Lib. de Fractur.* jam triginta fluunt, aut ampliùs, exquo, licet varias inter ætatum & occupationum parentheſes, in iſta Sapientiæ palæſtra noſtra non ſegniter, ſi qua eſt, deſudat induſtria. Aliunde ſi ex ejuſdem Scriptoris relatu, *peccant illi dumtaxat, qui ſapientes ſibi videntur;* non ægrè abſolvam me ipſe ab ejuſmodi culpa, qui inſtar Socratis, in toto hoc qualicunque molimine & apparatu, nil vltra Sapientiæ ſtudium præſumo. Scio Medicos ab ipſo Hippocrate neutiquam exiſtimari, qui ſibi Medici eſſe videntur; maximè, inquit, propter morbos populares. Illos, nempe Probolas taxat, & Mangones; qui *Libr. de Vict. rat.* affectatâ nominum recitatione apud Ægros his malis affectos, futilem & inanem gloriolam aucupantur.

LONGE nimirum alia mihi mens & conſilium in qualicumque iſta Lucubratione, pro virili & quatenus datum à Patre luminum eſt, promovendà. Vnam quippe latentem vbiquè veritatem expiſcari, ſumma ſemper fuit tum ſtudij ſatis *Vide Libell.* indefeſſi, tum laboris haudquaquam quotidiani. Ideam igitur tantiſper intuitus *Adit. initio* SAPIENTIÆ VNIVERSALIS, illius ſaltem crepuſculum iſto Scientiæ-Humanæ *hujus Volumin.* & Divinæ *Contextu* adumbrare conatus ſum. Vulgares in vtraque errores magis delibavi, quàm caſtigavi. Neque ita conflatum à me eſt Scientiarum omnium Vocabularium, vt non multò plus contenderim in ipſa adyta penetrare. Quanquam ad vſum, præſertim *Eloquentiæ* quâ fungor, attendere ſemper & intendere conſilij mei & inſtituti Operis pars fuit potiſſima. Scopus revera ille fuit ſi non vnicus, ſaltem primarius.

Nullibi cæſpitaſſe in tam longo itinere, totque inter anfractus, votum magis quàm ſpem mihi ineſſe, nemo opinor ambiget inter rerum iſtarum Peritos. Tenui tamen veſtigium, quantum potui. Eòque tandem, Numinis ope, conatus proceſſit; vt peculiari ſaltem methodo, ſtyloque proprio, quidquid *Humanæ eſt Encyclopædiæ* adornarim.

PRIMO itaque Volumine in hunc quem retrò cernis modum abſoluto, priuſquàm ad Diviniora properem; pretium operæ duxi Novem quas hactenus explicui Scientiarum Syntagmata, per diſtinctas TABVLAS ET DIAGRAMMATA repræſentare. Cùm enim verè juxta & eleganter ſcriptum ſit ab eo, quem jam laudavi non ſemel Hippocrate; *turpe eſſe in machinis ſtruendis, à machinis aberrare:* novam vtcumque molitus Scientiarum Methodum, nihil potiùs habere debui, quam ab ipſamet præſcripta Methodo ne latum quidem, quod aiunt, vnguem exorbitare.

Quid ergo tandem ea in re præſtiterim, propalabunt *Diagrammata iſta, ſeu quæ ſequuntur Tabulæ centum,* ſeriatim ſic diſpoſitæ; vt quidquid doctrinæ eſt, primâ ſtatim fronte oculis, animoque ſubjiciatur. Eſt etenim, ſemperque æſtimata fuit apud Cordatos, præclara ejuſmodi ſyntaxis, velut libella & amuſſis exactiſſima;

quæ ſi quid in vnoquoque Tractatu redundat, ſi quid deeſt, aut aberrat; ſtatim patefacit, ſuumque in ordinem reducit.

Postremò diu addubitavi, alieno præſertim monitu, citare-ne deberem alicubi *Autores* ſi non omnes: eos ſaltem, quos vnaquaque materia præcipuos agnoſcit, ac velut Pontifices & Μυσταγωγοὺς veneratur. Sedenim re ſæpè ac ſæpiùs revocatâ ad examen, nulla mihi idonea occurrit ratio quâ id commodè perageretur. Si enim omnes nominarem, Cathalogus fuerit infinitus. Laudare porro ſelectiores, valdè erat invidioſum. Præterquam quod eo in judicio ſuus cuique guſtus eſt.

Summatim igitur dixiſſe ſatis ſuperque erit, in aſſidua olim lectitatione ac meditatione nequaquam otioſa; Scriptores ſanè paucos, à me fuiſſe prætermiſſos. Hæſi tamen præcipuè *Primariis* in vnaquaque Diſciplina, atque per ſingulas ætates inſignioribus. Tandemque, quod modeſtè ac verecundè dictum velim, nullius-non Autoris, modò ſit nominis alicujus, ſuccum eâ ratione expreſſi; vt cuncti Latini, Græci, Galli, Exteri pauca habeant rara & ſcitu digna, quæ in hoc Opere non includantur, aut certè indigitentur. Id quod Eruditi omnes, ad quos ſolos provoco, tum ex textu ipſo, tum ex citationibus ad marginem facilè aſſequentur.

Inde-adeò in *primo* Humanæ-Scientiæ Circulo, qui Sermonem emendat, *Grammaticam* noſtram ditant & ornant Donatus & Quintilianus. *Hiſtoriam-Chronologicam* texunt ac replent Scriptores, per varias materias & nationes primarij. *Mythologiam* referunt & explicant Orpheus, Homerus, Virgilius, Ovidius, Fulgentius, Lilius Giraldus, Valerianus Pierius, Natalis Comes, &c.

In secundo, vbi ſtruitur Ratiocinium; Triplicem *Rhetoricam* cumulant Eloquentiæ, vbivis Gentium, Primates ac Palmares. Vulgarem itaque docent Cicero imprimis, & Quintilianus. Lullianam enucleant Artis illius, Magnæ & Parvæ, Explanatores vniverſi. Chriſtianam-Concionatoriam aptant Panigarola, Ludovicus Granatenſis, Valadierus, Cauſſinus, Carolus Regius, Auguſtini duo; Hipponenſis, & Veronenſis Præſul. *Dialecticam & Logicam* exacuunt Ariſtotelis Topica & Logicalia, vnà cum Commentariis.

In tertia demum Triade, quæ Speculativa eſt, *Phyſicæ* Generali inſero lectiſſima quæ habent idem Stagirites: ejuſque Interpretes veteres, medij, vltimi. *Medicina* gemmas exhibet Hippocratis, Plinij, Fernelij, Aldovrandi, Perdulcis, Montui; Fambreſerij, Du-Laurentij. *Secretiori Philoſophiæ* includo Theatrum omne Chimicum. Præ verò omnibus Coſmopolitam, cum Autore Ἀνωνύμῳ Phyſicæ Reſtitutæ. In *Mathematicis* colligo præſertim Euclidem, Clavium, Sacro-Boſcho, Abrahamum Ortelium, & Cluverium. *Metaphyſicam* denique, totamque *Philoſophiam* abſolvunt præcipui Plato, Ariſtoteles, Iamblicus, Simplicius, Boëtius, Albertus-Magnus, Ficinus, Carpentarius, Contarenus: Iavellus, Zabarella, Suares, Fonſeca, Ruvius, Hurtadus; Conimbricenſes, Complutenſes, aliique paſſim innumeri.

Scientia porro Divina, quæ ſequenti altero Volumine continetur, ſuos ipſa in textu Autores exhibebit pluſquam *ſexaginta* ex antiquis Conciliis & Patribus, totidemque ex Scholaſticis & Neotericis.

SYNOPSIS SAPIENTIÆ VNIVERSALIS.

Methodus Generalis.

TABVLA I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

METHODVS TRIA CONSIDERAT

- *Finem*; vt Sapientem efficiat
  - SCIENTIA; diſcurrens ſuper omni Ente creato & increato, circulari ratiocinio; ceu *motu perpetuo*.
  - ERVDITIO; referens, explicans, & applicans ea quę de re qualibet Scientiarum *Autores* dixere.
  - ELOQVENTIA; loquens *de re omni propoſita*, cum proprietate, puritate, elegantia: ordine, robore & perſuaſione.
- *Principium*
  - SCIENTIÆ.
    - Vnam vbiquè reperiri *veritatem* identitate vel analogiâ, ab Ente inſeparabilem.
    - Omnia eſſe *vel ſimilia vel diſſimilia*, vtpote ab eodem principio & ad eundem finem; ita tamen vt ſua cuilibet ſignatura ſit ſpecifica, characterque individuus.
    - Vnam eſſe *Scalam ſive Pyramidem* Mundi Phyſici, ac Scientifici; certis gradibus ex lineis directis, & tranſverſalibus compoſitam.
  - ERVDITIONIS.
    - Humanum *ingenium* nulliuscon veritatis eſſe capax, quippe quæ ipſius objectum ita eſt, vt illius in ſe habeat inſita ſeminia.
    - Veritatem ejuſmodi quantumvis vnicam, in diverſis Scientiis aliter & aliter *variari*.
    - Inquirendum eſſe ſenſum *abſconditum* ac latentem, in Entibus ſimul & Autoribus; cùm nulla vſquam ſit *contrarietas*, ſed mera diverſitas.
  - ELOQVENTIÆ.
    - Per lineas Pyramidis *rectas* oportet aſcendere, veritates ſpirituales efficiendo: rurſumque deſcendere, eaſdem corporeas & materiales reddendo; Naturæ ſcilicet imitamento, quæ has metamorphoſes jugiter operatur.
    - Per lineas *tranſverſas*, detegere ſimilitudines & diſſimilitudines rerum omnium.
    - Per varia Pyramidis latera *opiniones* eas ſeligere, quas Scientiarum Autores protulere.
- *Modum*
  - SCIENTIÆ.
    - *Vnire* res omnes per artem, quomodo junguntur in Natura.
    - *Dividere* eas, ac ſubdividere, multiplicatione propemodum infinita.
    - Verſare illas ac *gyrare* per omnes Pyramidis lineas, vt fiat analyſis intellectualis.
  - ERVDITIONIS.
    - Scientias *ſeligere* conformes cujuſque genio, conditioni, & occupationi.
    - Encyclopædiam Scientiarum in Circulos digerere, per *Extracta* & Aphoriſmos.
    - Addiſcere principia vniverſalia Sapientiæ, particularia & concluſiones Scientiæ quam quis profitetur.
  - ELOQVENTIÆ.
    - Rhetorica *Vulgaris*, provt in Gymnaſiis edocetur.
    - Raymundi-*Lully* Ars Magna & Parva, noſtris vtcumque Commentariis enucleata.
    - CHRISTIANA-ELOQVENTIA, cujus myſteria reſerat Sanctuarium.

Digitized by Google

Partitio Generalis.
TABVLA II.

TABVLA GENERALIS OMNIVM SCIENTIARVM DELINEATRIX.

SCIENTIA OMNIS, EST
- *Humana*, ſeu *Acquiſita*;
  - SERMOCINATRIX.
    - *Grammatica.*
    - *Hiſtoria-Chronologica.*
    - *Poëtica.*
  - RATIOCINATRIX.
    - *Rhetorica.*
    - *Dialectica.*
    - *Logica.*
  - SPECVLATRIX.
    - *Phyſica.*
    - *Mathematica.*
    - *Metaphyſica.*
- Vel
- *Divina* ſeu *Inſpirata*, quæ THEOLOGIA eſt; vbi per *Tractatus ix.* explicantur
  - DEI *Natura.*
  - *Trinitas.*
  - *Coſmopeia.*
  - *Angelologia.*
  - *Jncarnatio.*
  - *Legum Inſtitutio.*
  - *Gratiæ Oeconomia.*
  - *Ethica-Chriſtiana.*
  - *Sacramentorum Rititus.*

Digitized by Google

TABVLÆ SCIENTIÆ SERMOCINAT.

GRAMMATICA GENERALIS.

GRAMMATICA, docet rectè

- LEGERE;
  - *Litteras*, ſeu Caracteres;
    - *Vocales*; A. E. I. O. V. Additur Y.
    - *Conſonantes*; B, N. C, P. D, Q. F, R. G, T. L, X. M, Z. Additur aſpiratio H, & K.
  - *Syllabas*
    - *Simplices*; Pa, Ter
    - *Diphtongos*; Æ. Au. Ei. Eu. Oe.
  - *Dictiones*; quæ ſunt
    - Primitivæ. Derivativæ. Simplices. Compoſitæ.
      - Declinabiles; Nomen. Pronomen. Verbum. Participium.
      - Indeclinabiles; Adverbia. Præpoſitiones. Interjectiones. Conjunctiones.
- LOQVI; diſcernens
  - *Proprietates* dictionis cujuſque, per declinationes & conjugationes.
  - Et
  - Quam habent inter ſe relationem, per *Syntaxim*.
- PRONVNCIARE; obſervando
  - *Accentum*, *Acutum*. *Gravem*. *Circumflexum*.
  - Et
  - *Quantitatem*. Longam. Brevem. Ancipitem.

Digitized by Google

Grammatica.

TABVLA IV.

VOCES INDECLINABILES.

- INDECLINABILIA; ſunt
  - ADVERBIA.
    - Temporis; *quando?*
    - Loci; *vbi?*
    - Numeri; *ſemel.*
    - Qualitatis; *benè.*
    - Quantitatis; *parum.*
    - Similitudinis; *quaſi.*
    - *Quæ*
      - Affirmant, *certè.*
      - Negant, *non.*
      - Interrogant, *cur?*
      - Dubitant, *fortè.*
      - Coacervant, *ſimul.*
      - Vocant, *heus tu!*
      - Hortantur, *eia!*
      - Deſiderant, *utinam!*
      - Oſtendunt, *ecce.*
  - PRÆPOSITIONES;
    - *Separabiles* à verbis; quæ caſum aliquem ſibi adſciſunt. Earum triginta accuſativo gaudent, quindecim ablativo.
    - *Inſeparabiles* ab aliis verbis, interdum ſignificationem immutant, aliquando non immutant, aliquando eam augent.
  - INTERJECTIONES; quæ diverſos animi affectus commonſtrant.
    - Lætitiæ; *o, o!*
    - Doloris; *hei!*
    - Iræ; *vah!*
    - Admirationis; *Papæ!*
  - CONJUNCTIONES dividit
    - *Significatio* in
      - Copulativas.
      - Disjunctivas.
      - Cauſales.
      - Ratiocinativas.
      - Adverſativas.
    - *Orationis ſeries;* in
      - Præpoſitivas.
      - Poſtpoſitivas.
      - Communes.

PRONOMINA.

PRONOMINA.

PRONOMINA

- Ponuntur loco nominum.
- Sunt adjectiva.
- *Tres perſonas connotant*
  - Primam, quæ loquitur; *ego.*
  - Secundam, ad quam loquimur; *tu.*
  - Tertiam, de qua loquimur; *ille,* &c.
- Numerantur *Quindecim*; quibus adduntur *qui, quæ, quod*; cum Pronomine, *cujas.*
- *Trium ſunt declinationum.*
  - Tria primæ;
    - *Ego,*
    - *Tu,*
    - *Sui.*
  - Decem ſecundæ;
    - *Ille, a, ud.*
    - *Iſte, a, ud.*
    - *Ipſe, a, um.*
    - *Is, ea, id.*
    - *Hic, hæc, hoc.*
    - *Meus, a, um.*
    - *Tuus, a, um.*
    - *Suus, a, um.*
    - *Noſter, a, um.*
    - *Veſter, a, um.*
    - (*Ille* … *Is*:) Quæ in genitivo faciunt vs.
  - Duo tertiæ;
    - Noſtras.
    - Veſtras.
- Vocativo carent; præter
  - Tu, meus;
  - Noſter,
  - Noſtra,
  - Quæ faciunt
    - *Tu, mi:*
    - *Noſter, noſtra.*

Gramma-tica.

VERBA, ET EORVM CONJVGATIONES.

TABVLA VI.

- VERBVM
  - *Eſt*
    - Perſonale, tres denotans perſonas;
      - *1. Formo.*
      - *2. Form as.*
      - *3. Form at.*
    - Imperſonale, vnam tantùm; *oportet.*
    - Subſtantivum; *ſum, es, eſt.*
    - Activum; *amo.*
    - Paſſivum; *amor.*
    - Neutro-activum, in *o* terminatum, ſine paſſivo; *ambulo.*
    - Neutro-paſſivum io *o*, cum ſignificatione paſſiva; *fio.*
    - Deponens in *or*, cum ſignificatione activa; *loquor.*
  - *Habet*
    - Quinque Modos;
      - Indicativom, *formo.*
      - Imperativom, *forma.*
      - Optativum, *formarem.*
      - Subjunctivum, *formem.*
      - Infinitivum, *formare.*
    - Tempora tria;
      - Præſens, *formo.*
      - Præteritum,
        - Imperfectum, *formabam.*
        - Perfectum, *formavi.*
        - Pluſquam perfectum, *formaveram.*
      - Futurum, *formabo.*
    - Participia, in tempore
      - Præſenti, *formans.*
      - Præterito, *formatus.*
      - Futuro, *formaturus, formandus.*
  - *Eſt* quatruplicis conjugationis
    - Primæ, quæ habet *a* longum ante *re*, vel *ri* in infinitivo; *formare, formari.*
    - Secundæ, quæ habet *e* longum ante *re*, vel *ri* in infinitivo; *docere, doceri.*
    - Tertiæ, quæ habet *e* breve ante *re*, vel *i*; *legere, legi.*
    - Quartæ, quæ habet *i* loogum ante *re*, vel *ri*; *audire, audiri.*
    - Quia porro iſtæ vocales inſerviunt ad formanda alia tempora, vocantur *figurativæ.*

NOMINA, ET EORVM GENERA.

- NOMEN
  - SVBSTANTIVVM; cujus
    - *Significatione.* Sunt enim nomina
      - Hominum. Fluviorum. Paludum. Montium. Menſium. Ventorum. — *Maſculini generis.*
      - Fœminarum. Inſularum. Vrbium. Regionum. Arborum. — *Fœminini.*
      - Quæ vtriquè conveniunt; — *Communis generis.*
    - *Terminatione,* in
      - An, ax, er, ex, in, ir, on, or, os, vs ſecundæ & quartæ declinationis; ſunt — *Maſculina.*
      - A, as, es, do, go, ios, is, x, s, cum vna conſonante præcedente; — *Fœminina.*
      - An, en, i, r, t, um, vs, tertiæ declinationis — *Neutra.*
      - A. Æ. I. In plurali numero
        - *Neutra.*
        - *Fœminina.*
        - *Maſculina.*
  - ADJECTIVVM;
    - Poſitivum. Comparativum. Superlativum. — Generis
      - *Maſculini.*
      - *Fœminini.*
      - *Neutrius.*

Gramma-tica.

DECLINATIONES QVINQVE.

TABVLA VIII.

NOMINA omnia *de-clinantur, ſecundùm*
- NVMERVM: Singularem. Et Pluralem.
- SEX CASVS: Nominativum. Genitivum. Dativum. Accuſativum. Vocativum. Ablativum.

Ex eorum diverſa *Terminatione* formantur

Declinationes quinque.

SINGVLARE format

Declinationes I.	II.	III.	IV.	V.
NOM. a, as, e, es.	er, io, vr, vs, um.	a, e, o, c, d, l, n, r, ſ, t, x.	vs, v.	es.
GENIT. æ, es.	i.	is.	vs, v.	ei.
DAT. æ.	o.	i.	vi, v.	ei.
ACCVS. am, em.	um.	em.	vm, v.	em.
VOCAT. *ſimilis eſt nominativo.*				
ABL. a, e.	o.	e, i.	v.	e.

PLVRALE formāt

NOM. æ.	i, a.	es, a.	vs, va.	es.
GENIT. arum.	orum.	vm, ium.	vum.	erum.
DAT. is.	is.	ibus.	ibus.	ebus.
ACCVS. as.	os, a.	es, a.	vs, va.	es.
VOCAT. *ſimilis eſt nominativo.*				
ABLAT. *ſimilis dativo.*				

SYNTAXIS NOMINVM, ET PRONOMINVM.

Grammatica.

TABVLA IX.

SYNTAXIS complectitur *Copulam, & Regimen*

- NOMINVM
  - SVBSTANTIVVM;
    - Duo nomina ſubſtantiva *rem eandem* ſignificantia, ponuntur in eodem caſu.
    - Si *diverſas* res ſignificent, vltimum ponitur in genitivo.
    - Nomina ſubſtantiva *cum adjectivo* laudis vel vituperij, ponuntur in genitivo vel in ablativo.
    - *Opus* indeclinabile regit dativum perſonæ, & ablativum rei.
    - Nomina *durationis & menſuræ*, ponuntur in accuſativo, vel in ablativo.
    - Pretium & æſtimatio, cauſa propter quam, modus, quomodo, inſtrumentum quo, ornatus, exceſſus; *ablativo* gaudent.
    - Multa ſubſtantiva ſimul juncta per vnam conjunctionem, poſtulant adjectivum & verbum ſuum in plurali.
  - ADJECTIVVM;
    - Adjectivum *convenit* in omnibus, cum ſuo ſubſtantivo.
    - Adjectiva ſimilitudinis, proprietatis, proximitatis genitivum *regunt*, vel dativuum.
    - Commodi, vel incommodi, dativum.
    - Quædam quæ *à verbis* deſcendunt, genitivo junguntur.
    - *Comparativum*, ablativum adſciſcit.
    - *Superlativum*, genitivum poſtulat.
- PRONOMINVM;
  - Nomina & Pronomina *conſentiunt* ſimul, quemadmodum ſubſtantiva & adjectiva.
  - Relativa *concordant* antecedentibus in genere, numero, & perſona. *Caſus* pendet vel à nomine, vel à verbo ſubſequenti.

Digitized by Google

Grammatica.

SYNTAXIS VERBORVM, ET ADVERBIORVM.

TABVLA X.

- VERBA
  - PERSONALIA;
    - VERBA *Perſonalia*, ante ſe nominativum præſupponunt.
    - Verba Subſtantiva & vocativa, nominativum adſciſcunt.
    - Activa, vel activæ ſignificationis, accuſativum regunt.
    - Verba *cælo, rogo, doceo, moneo* duos accuſativos poſtulant; vnum rei, alterum perſonæ.
    - *Verba*, quæ ſignificant
      - Vſum; *ablativo* junguntur.
      - Favendi, auxiliandi, nocendi; *dativo*.
      - Reminiſcendi, & obliviſcendi; *genitivo*.
      - Dandi, acquirendi, *accuſativo* rei, & dativo perſonæ.
      - Significantia copiam, penuriam, affectus animi, accuſationem; genitivo, vel ablativo rei.
    - Compoſita, ſæpè caſum ſuæ *præpoſitionis* regunt.
    - Verba quietis nomen loci in ablativo poſtulant, cum præpoſitione *in*. Quædam Vrbes, & alia quædam nomina, ponuntur in genitivo; *vt domi, Lugduni*. Aliquæ verò Vrbes, & quædam alia nomina in dativo; ruri, Pariſiis. Verba motus & proficiſcendi ex aliquo loco, poſtulant nomen loci in ablativo, cum præpoſitione *e*, vel *ex*. Nomina propria Vrbium, & quædam alia, in ablativo ponuntur; *venio* Româ, egredior domo.
    - Verba tranſitus per aliquem locum, accuſativum poſtulant cum præpoſitione *per: tranſivi per Galliam, per agrum*. Nomina Vrbium propria, ponuntur in ablativo; *tranſivi Lutetiâ*.
    - Verba migrationis in aliquem locum, accuſativum poſtulant cum præpoſitione *in*, vel *ad*; *eo in Paleſtinam*. Nomina verò propria Vrbium ſimiliter rus & domus, ponuntur in accuſativo ſine præpoſitione. Vt *eo Lutetiam, rus, domum*.
  - IMPERSONALIA, quæ ſignificant
    - Aliquod accidens, aliquem caſum & eventum; *dativo* junguntur.
    - *Deſiderium* genitivo rei, & accuſativo perſonæ.

PARTICIPIA eundem caſum regunt, quem verba vnde deſcendunt.

- *Adverbia*
  - Quæ
    - Demonſtrant, regunt *nominativum, vel accuſativum*.
    - Vocant, *vocativum*.
  - Temporis, loci quantitatis; *genitivum* adſciſcunt
  - Comparationis, quemadmodum nomina.

LEGES PRONVNCIATIONIS.

Grammatica.

TABVLA XI.

PRONVNCIATIO;

- Attolit, vel deprimit ſyllabas, provt variè *accentu* notantur
  - *Acuto.*
  - *Gravi.*
  - *Circumflexo.*
- Oſtendit QVANTITATEM;
  - Quæ eſt ſpatium temporis, quod menſura eſt pronunciationis illarum ipſarum ſyllabarum; quæ ideo dicuntur
    - *Longæ.*
    - *Breves.*
    - *Communes.*
  - Per REGVLAS
    - *Generales*
      - Aſſueſcere in proba *lectione*, præſertim Poëtarum.
      - Componere, *prosâ & poëſi.*
      - *Aurem* conſulere, cui velut à natura eſt inſitum longas & breves diſcernere.
    - *Particulares*
      - Vocalis ante vocalem, eſt brevis; *Dĕus.*
      - Omnis diphtongus, eſt natura longa; *cæcus.*
      - Vocalis ante duas conſonantes, vel ante duplicem, vel ante *I* conſonantem, eſt longa poſitione; *iūſtus, gāza, mājor.*
      - V poſt q, nihil addit pronunciationi; *Sequor.*
      - Derivatum ſequitur regulam primitivi, & compoſitum ſimplicis; *pāternus, compōno.*
      - Pæpoſitiones terminatæ vnâ vocali & vnius ſyllabæ, ſunt longæ, aliæ vero breves.
      - *A, E, O* in primitivis vocales longæ ſunt. In crementis nominum *I* brevis, *V* verò anceps.
      - *A,* in crementis verborum, eſt longa: *E* ſecundæ conjugationis, longa: tertiæ verò, brevis.
      - *I,* tertiæ, eſt brevis: quartæ, longa in primo cremento. *O,* longa vbiquè. *D,* brevis.
      - Vocalis *A* finalis declinabilis, eſt brevis: indeclinabilis, eſt longa. *E,* eſt brevis. *I,* longa.
      - *B, D, L, R* in fine ſyllabæ, eam efficiunt brevem. *C* verò, & *N,* longam.

Hiſtoria Chronologica.

TABVLA XII.

TABVLA GENERALIS
HISTORIÆ CHRONOLOGICÆ.

- EA CONTINETVR
  - *Ordo Temporum*
    - Momento diviſum in
      - Secundas,
      - Tertias, &c.
    - Hora
      - Aſtronomica,
      - Et
      - Vulgaris.
    - Dies
      - Naturalis, Artificialis.
      - Sacer, Profanus.
      - Feſtus, Nefaſtus.
    - Hebdomadæ
      - Diei vnius.
      - Septem dierum.
      - Anni integri.
    - Menſis,
      - Kalendæ.
      - Nonæ.
      - Idus.
    - Annus,
      - Naturalis, Civilis.
      - Solis, & Lunæ.
  - Et
  - *Res Geſtæ*
    - ÆRÆ SEV EPOCHÆ
      - *Generales*
        - Numerus Aureus.
        - Epacta.
        - Cyclus.
        - Luſtrum, & Indictio.
        - Seculum, & Iubileum.
      - *Particulares*
        - Mundi Creatio.
        - Diluvium ſub Noëmo.
        - Abrahami Circumciſio.
        - Moſis legiſlatio.
        - Regnum Davidis.
        - Macchabeorum victoriæ.
        - Nativitas CHRISTI.
        - Concilium Nicænum.
        - Imperium Caroli-Magni.
        - Regnum S. Ludovici.
        - InauguratioLudovici XIV.
    - ECCLESIA
      - Romana.
      - Patriarchales.
      - Promiſcuæ.
      - Gallica Chriſtianiſſima.
    - STATVS MONASTICVS
      - Omnium Ordinum.
      - Carmelitarum.
    - IMPERIVM VNIVERSALE
      - Patriarcharum.
      - Iſraëlitarum.
      - Chriſtianorum.
        - Orientis,
        - &
        - Occidentis.
    - HISTORIA EXTERA
      - IV. Monarchiarum
        - *Aſſyriorum.*
        - *Perſarum.*
        - *Græcorum.*
        - *Romanorum.*
      - Hiſpanica.
      - Anglica.
      - Germanica, &c.
    - HISTORIA GALLICO-FRANCICA
      - Vetus. — *Merovingiorum.*
      - Media. — *Carolemannorum.*
      - Nova. — *Capetianorum.*
    - MISCELANEA
      - Virorum Illuſtrium.
      - Rerum ſingularium.
        - *Sacrarum,*
        - *Et*
        - *Prophanarum.*

POESIS VARIA.

POESIM efficiunt

- *Rithmus*; Cum metro, Et Sine metro, in
  - Principio,
  - Medio.
  - Fine.
- Et
- *Verſus*, in queis
  - TEMPVS, menſura quantitatis
    - Longæ.
    - Brevis.
    - Ancipitis.
  - PEDES
    - Simplex, Et Compoſitus,
      - CXXIV.
        - Puri, Et Mixti.
          - *Inſig-niores*
            - Dactylus.
            - Spondæus.
            - Iambicus.
            - Pirrichius.
            - Anapeſtus.
            - Trochæus, &c.
  - SPECIES
    - Hexameter.
    - Pentameter.
    - Iambicus.
    - Hendecaſyllabus.
    - Glyconicus.
    - Saphicus.
    - Adonicus.
    - Coriambicus.
  - GENERA
    - *Simplex*
      - Heroïcum & Epidicticum.
      - Elegiacum.
      - Lyricum.
      - Epigrammaticum.
      - Protrepticum.
      - Eclogicum.
      - Georgicum.
      - Satyricum.
      - Didaſcalicum.
      - Dramaticum, in
        - Tragœdia.
        - Comœdia.
        - Tragi-comœdia.
      - Et
      - IOCOSVM multiplex
        - Iſolectum.
        - Paronomaſticum.
        - Echus.
        - Ænigmaticum.
        - Acroſticum.
        - Anagrammaticum.
        - Cancrinum.
        - Centaurinum.
        - Proteïcum.
        - Centonicum.
        - Monoſyllabum.
        - Philomelinum.
        - Leoninum, &c.
    - *Compoſitum*;
      - Dicolon.
      - Tricolon.
      - Policolon.
        - Vnde *Odæ*
          - Diſtrophæ.
          - Triſtrophæ.
          - Poliſtrophæ.
            - Vbi
              - Strophæ.
              - Anti-ſtrophæ.
              - Epodos.

Mythologiæ.

TABVLA XIV.

MYTHOLOGI-POETICA.

- MYTHOLOGIÆ ſubjectum eſt FABVLA; cujus evolvitur
  - *Compoſitio*
    - Rationalis.
    - Moralis.
    - Mixta.
  - *Cognomina*
    - Comœdiæ.
    - Tragœdiæ.
    - Togatæ.
    - Palliatæ.
    - Atellanæ.
    - Ænigmata, &c.
  - *Interpretatio*
    - Phyſica.
    - Politica.
    - Ethica.
  - *Proprietates,* per rerum
    - Nomina, Parentes.
    - Patriam, Connubia:
    - Proles, Nutrices;
    - Præceptores.
    - Officia.
    - Cultum, & Symbola.
    - Mortem.
    - Cognomina.
    - Significata.
  - In hacce SYNOPSI colliguntur per proprias initiales litteras, cuique illuſtriores
    - Filius, *FL.*
    - Vir, *VR.*
    - Vxor, *VX.*
    - Parentes, Nutrices, aut Proles, *PÁR.*
    - Præceptor, *PRÆ.*
    - Mortis genus, *MOR.*
    - Officia, Cultus, & ſi quid præterea ſingulare, non omittetur; *OFF.*

ÆSCVLAPIVS
- *FL.* Apollinis, & Coronidis.
- *VR.* Epionis.
- *PAR.* Machaonis, Podalirij, Iaſonis, Higeiæ.
- *MOR.* Fulminis Ictus.

ADONIS
- *FL.* Mirrhæ, ex inceſtu cum patre Thia.
- Amaſia Venus.
- *PAR.* Priapi.
- *MOR.* Dens Apri.

ACHELOVS
- *FL.* Oceani, & Thetidos.

ACTEON
- *FL.* Ariſtei, & Antonoës.
- *PRÆ.* Chiron.
- *MOR.* à propriis canibus laniatus.

ÆOLVS
- *FL.* Iovis & Hipetæ.
- *VR.* Telephoræ.
- *PAR.* Sex mares, totidem fœmellæ.
- *OFF.* Præſes Ventorum, qui præcipuè ſunt: Eurus. Notus. Subſolanus. Zephirus, &c.

ALPHEVS
- *FL.* Thermodonis, & Amimonæ.
- *VR.* Arethuſæ.
- *MOR.* Mutatur in fluvium.

AMPHION
- *FL.* Iovis, & Antropes.
- *MOR.* à ſe, vel ab Apolline occiſus.

ANDROMEDA
- *FL.* Cephei, & Caſſiopeæ.
- *VX.* Perſei.

APER CALEDONIVS
- Labor, & ſpolium Herculis.

APOLLO
- *FL.* Iovis & Latonæ, per omnia celeberrimus.

AMPHION
- Dubio & ignobili genere, Lyricen Delphinis carus.

ARISTEVS
- *FL.* Apollinis, & Cirenes.
- *VR.* Antonoës.
- *OFF.* Inventor mellis, & Sacrificiorum.

ATALANTA
- *FL.* Iaſij, curſu velociſſima.
- *VX.* Hyppomanes.
- *MOR.* Ob pollutum Templum, verſa in Leænam.

AVRORA
- *FL.* Hiperionis, & Thiæ.
- *VX.* Tithonis, & Aſtrei.
- *PAR.* Memnonis, & Stellarum.

ATLAS
- *FL.* Iapeti, & Climenes.
- *VR.* Pleiones.
- *PAR.* Septem Pleiadum, & quinque Hyadum.

BACCHVS
- *FL.* Iovis, & Semeles.
- *VR.* Ariadnæ, & Proſerpinæ.
- *PAR.* Staphilis.
- *MOR.* Occiſus à Titanibus.
- Deus vini, Orgiis celebratus.

BELLEROPHON
- *FL.* Neptuni, aut Glauci.
- Fratris Necator, dein Chimeræ vectus Pegaſo.

Mythologiæ.

Littera C.

TABVLA XVI.

CADMVS,
- *FL.* Agenoris.
- *VX.* Harmonia, quorum nuptiis Dij, Deæque omnes interfuere, cum ſingulorum muneribus.
- Dentium ſeminator.

CAMPI ELYSEI { Beata Immortalium Sedes.

CAPRA IOVIS nutrix, { Inter Aſtra numeratur.

CASTOR, ET POLLVX
- *FL.* Iovis & Ledes, velut ex ovo Cigni.
- *MOR.* Alterna vice moriuntur.
- *OFF.* Dij navigationis.

CERBERVS TRICEPS
- *FL.* Tiphonis, & Echidnis.
- *OFF.* Cuſtos Inferorum.

CERES
- *FL.* Saturni, & Opis.
- *PAR.* Ex Iove, ſub forma equi, Proſerpinæ.
- *OFF.* Dea frumenti, & Terræ cultus.

CENTAVRI
- *FL.* Ixionis, & Nubis loco Iunonis.
- *PAR.* Hippocentaurorum.

CHIMÆRA
- *FL.* Tiphonis, & Echidnis.
- *MOR.* à Bellerophonte lancea plombea necatur.

CÆLIVS, ſeu CÆLVS
- *FL.* Iovis, & Ætheris.
- *VX.* Terra.
- *PAR.* Saturni.

CIRCE veneſica
- *FL.* Solis, & Perſeæ.
- *PAR.* Ex Vlyſſe, Agrij, Latini, Auſonis.

CHIRON Centaurus
- *FL.* Saturni, & Philires.
- *VX.* Charicla.
- *OFF.* Aſtrologus, Medicus, Præceptor Heroum.

CVPIDO
- *FL.* Veneris, aut Cahos, nutritus à feris.
- *OFF.* Deus Amorum.

CVRETES, ſeu CORIBANTES
- *FL.* Incertorum Parentum.
- *OFF.* Muſici, fabri, malefici, ſaltatores.

CYCLOPES Monoculi
- *FL.* Cæli, aut Neptuni, & Terræ.
- *VX.* Lato ſoror Herculis, & Galathea.
- *PR.* Galatus, Celtus, Illirus, Henetus, Paphlagon.

DÆDALVS { *FL.* Epalami, & Alcipes.
Inſignis Artifex Labyrinthi, Velorum, Picturæ, Statuariæ, &c.

DEORVM caterva, & cultus {
Generalis { Templa, Altaria, Coronæ.
Simulachra, Sacerdotes, Honores.
Sacrificia, Hoſtiæ, Victimæ.
Cæremoniæ, Feſta { Romana, Et Græca.
Supplicationes, Evocationes.
Devotiones, Execrationes.
Cultus cuique Numini diverſus.
Inferorum Sacrificia.
Peculiares Nationibus { Ægyptiis.
Perſis.
Hierapolitis.
Romanis.
Barbaris.

DEVCALION { *FL.* Promethei, & Pandoræ.
VR. Pirrhæ.
PAR. Helles, &c.

ENDIMION { Rex juſtiſſimus, obtinuit à Iove, vt perpetuò dormiret.
Amaſius Lunæ.

FLVMINA vocantur { Cornigera,
Dracones, &c.

FAVNI, & SYLVANI { *FL.* Pici, Regis Latinorum.
PAR. Faunorum, Satyrorum, & Sterculij.
OFF. Agricolarum Dij, Lupercalibus culti.

FORTVNA { Natura dubia.
Eventu incerto.
Symbolis varia.

FVRIÆ Tres { *FL.* Acherontis, & Noctis.
NOM. Erinnis, Alecto, Megæra:
Parcarum ſorores, vltrices ſcelerum.

GENIVS { *FL.* Deorum, Iovis & Terræ.
PR. Hominum, & domorum, ideo Penates.
OFF. Deus & vis naturæ, cuique indita.
Diebus genialibus colebatur.

GIGANTES { *FL.* Cæli & Terræ, vel Opis ſolius.
MOR. Hoſtes Deorum, à Iove fulgurati & profligati.
OFF. Denotant Atheos, & Impios.

GORGONES ſunt { Lamiæ, Lemures, & ſimiles;
vel
Mulieres pulchræ, ſed impudicæ.

GRATIÆ Tres { *FL.* Iovis, & Eurinomes.
NOM. Aglaë, Thalia, Paſithea.
OFF. Cultu elegantiſſimæ.

GANIMEDES { *FL.* Troës.
OFF. Raptus ab Aquila, vt Iovi miniſtraret.

Mythologia.

Littera H, I, L.

TABVL. XVIII.

- HEBE
  - *FL.* Iovis, & Iunonis.
  - *VX.* Herculis.
  - *OFF.* Iovi Pocularia, Iuventutis Dea.
- HALCION
  - *FL.* Canobes, & Mæoli.
  - *VR.* Ceicis.
  - *OFF.* Typus caſtiſſimi, & amiciſſimi connubij.
- HECATE
  - *FL.* Tartari, & Noctis.
  - *VR.* Ætes.
  - *PAR.* Circe, Medea, Ægialus.
  - *OFF.* Venefica, eadem cum Luna & Proſerpina.
- HESPERIDES Tres
  - *FL.* Heſperi: Agle, Arethuſa, Hyperthuſa.
  - *PAR.* Atlantidum.
  - *OFF.* Draconem cuſtodem horti auriferi pomi nutrire.
- HERCVLES
  - *FL.* Iovis, & Alcmenes.
  - *OFF.* Monſtri-Domitor.
  - Vita, Mors, Cultus, Symbola & Inſignia varia.
- HORÆ Tres
  - *FL.* Iovis, & Themidis.
  - NOM. Eunomia, Dice, Irene.
  - *OFF.* Præeſſe portis cœli, & dierum temperiei.
- IASON
  - Dux Navigationis Argonauticæ.
  - Medicus & Philoſophus eximius, repertor velleris aurei.
- INFERI
  - Carceres Damnatorum.
  - De iis plura Prophani, vera Chriſtiani.
- IO
  - Filia fluvij Inaci, ſeu primi Græcorum Regis, in Vaccam à Iove converſa, & Argo oculatiſſimo credita, in Ægypto colitur Iſidis elogio.
- IVNO
  - *FL.* Saturni.
  - *VX.* Iovis, cujus & ſoror, ideo Regina Deorum.
  - *PAR.* Martis, Hebes, &c. Et Vulcani, abſque viro.
- IRIS
  - *FL.* Thaumantis, & Electræ.
  - *OFF.* Iunoni à nunciis, & à cubiculo.
- IXION
  - *FL.* Iovis, & Piſidices.
  - *VR.* Diei.
  - *PAR.* Centaurorum.
  - *OFF.* Impius, & Damnatus.
- INO
  - *FL.* Cadmi, & Harmoniæ.
  - *VX.* Athamæ.
  - *PAR.* Palæmonis.
- IVPITER
  - *FL.* Saturni & Rheæ, vel Ætheris & Diei.
  - Vxores, Amaſiæ, Proles, Epitheta, Cultus, Symbola, Significatus vltra numerum.
- LETE
  - Fluvius Inferorum.
  - Parit oblivionem.
- LATONA
  - *FL.* Cœi Titanis, & Phebes.
  - *PAR.* Dianæ, & Apollinis.
- LYCAON
  - *FL.* Pelaſgi, & Meliboes.
  - Hoſpes inhumaniſſimus.
- LVNA, ſeu DIANA
  - *FL.* Iovis, & Latonę.
  - Virgo Amaſium habuit Endimionem.
  - *OFF.* & Symbola innumera.

Mytholo-gia.

Littera M, N, O.

TABVLA XIX.

MARS { *FL.* Iunonis, abſque concubitu Iovis. *VX.* Nerio, id eſt, fortitudo, Bellona, &c.

MERCVRIVS { *FL.* Iovis, & Maiæ. *VR.* Driopes, & Penelopes. Officia, Symbola, innumera.

MEDEA { *FL.* Ætis Regis Colchidos. *VX.* Iaſonis. Inſignis venefica.

MEDVSA { *FL.* Forbi, & Balenæ. Vna ex Gorgonibus.

MIDAS { *FL.* Gorbi, & Cibeles, nutritus à formicis. *MOR.* Ob Auri avaritiam, fame mortuus.

MOMVS { *FL.* Noctis, & Somni. *OFF.* Deus convieij, & reprehenſionis.

MVSÆ Tres { *FL.* Iovis, & Mnemoſines. *OFF.* Scientiarum Deæ, ab Apolline edoctæ. Veneri, & Adonidi infeſtæ.

NARCISSVS { *FL.* Cephiſi, & Leriopes. Amore ſuiipſius periit, in florem verſus.

NEMESIS { *FL.* Oceani, & Noctis. *PAR.* Helenæ, aliis virgo. *OFF.* Scelerum vltrix.

NEPTVNVS { *FL.* Saturni, & Opis. *VR.* Amphitridis. *OFF.* Deus maris.

NEREVS { *FL.* Oceani, & Thetidos. *PAR.* Nereidum.

NYMPHÆ { *FL.* Oceani, & Thetidos. *PAR.* Fluviorum. *OFF.* Præſunt locis diverſis.

NIOBE { *FL.* Tantali, & Eurianeſſes. *VX.* Amphionis. *MOR.* Ob arrogantiam mutata in marmor.

OCEANVS { *FL.* Cœli, & Veſtæ. *OFF.* Deus maris, pater fluminum, & nutritor Regionum.

ORESTES { *FL.* Agamemnonis, & Clitemneſtræ. Patris vindex, matrem occidit.

ORION { *FL.* Thierij, ſed ex Deorum ſpermate. *MOR.* Ob ſuperbiam necatus à ſcorpione. Mox verſus in Stellam.

ORPHEVS { *FL.* Apollinis, & Calliopes. *VR.* Euridices. *OFF.* Theologus, Poëta, Muſicus decantatiſſimus.

Mytholo-gia.

Littera P, R.

TABVLA XX.

PALLAS, ſeu MINERVA { *FL.* Cerebri Iovis, vnde armata prodiit, abſque matris congreſſu. *OFF.* Scientiarum, & Artium Dea.

PAN { *FL.* Penelopes, & plurium. *OFF.* Deus Agrorum, Sylvarum, Paſtorum, &c.

PARIS { *FL.* Priami, & Hecubæ. Raptor Helenæ, patriæ fax & tarda.

PARCÆ Tres { *FL.* Iovis, & Themidis. NOM. Clotho, Lacheſis, Atropos. *OFF.* Decretorum divinorum Scribæ, exceptrices, & executrices.

PELOPS { *FL.* Tantali, & Taïgetes. *MOR.* à patre occiſus, & Diis appoſitus.

PENELOPE { *FL.* Icari, & Luriboës. *VX.* Vlyſſis, Mater Telemachi. Telà nuſquam finiendâ, amaſios omnes eluſit.

PASIPHAE { *FL.* Iovis, & Perſeïdis. *VX.* Minois. *PAR.* Ariadnæ, Androgei, Minotauri.

PENATES, ſeu LARES { *FL.* Mercurij, & Laris. *OFF.* Dij Provinciales, & Domeſtici.

PERSEVS { *FL.* Iovis, & Danaïs. *VR.* Andromedes.

PHAETON, ſeu ERIDANVS { *FL.* Solis, & Climenes. *MOR.* Temeritatis vindicta.

PHRIXE, & HELLE { *FL.* Athamantis, & Nephceles; Vecti ariete aureo vellere, Heleſpontum caſu cognominant.

PLVTO { *FL.* Saturni, & Opis. *VR.* Proſerpinæ. *OFF.* Deus Inferorum, Inferiarum, & Divitiarum.

PROMETHEVS { *FL.* Iapeti, & Climenes. *OFF.* Raptor cæleſtis ignis, Hominum plaſmator, Aquilæ pabulum.

PRIAPVS { *FL.* Dionyſij, & Naïadum. *OFF.* Hortorum Deus.

PROTHEVS { *FL.* Neptuni, & Phenignes. *OFF.* Vates futuri, præſes Naturæ.

PROSERPINA, ſeu HECATE { *FL.* Iovis, & Stygis, meliùs Cereris. *VX.* Plutonis, à quo rapta.

RHEA, ſeu OPS, & CIBELE { *FL.* Cæli, & Terræ. *VX.* Saturni. *PAR.* Deorum.

Littera

- SATVRNVS
  - *FL.* Cæli, & Oceani.
  - *VR.* Opis.
  - *PAR.* Deorum.
- SCYLLA, & CHARYBDIS
  - *FL.* Phorci, & Hecates.
  - Typi Voluptatum.
- SIRENES
  - Typi Meretricum.
- SISYPHVS
  - *FL.* Æoli.
  - *VR.* Meriope.
  - *OFF.* Deorum Secretarius, ſed non ſecretus, ideoque punitus.
- SOL
  - *FL.* Hiperionis, & Thiæ.
  - Habuit vxores, & prolem multiplicem.
- SPHYNX
  - Monſtrum.
  - *PAR.* Echidnis, & Tiphonis.
- TANTALVS
  - *FL.* Iovis, & Pothes.
  - Ob furtum, Infanticidium, aut avaritiam à Diis punitus.
- TARTARVS
  - Aliàs Erebus, Carcer Inferorum;
  - Vbi Nox, Mors, Somnus, & ſimilia.
- TERMINVS
  - Deus aliis loco non cedens.
  - Ad fores domorum.
- TITANES
  - *FL.* Cæli, & Terræ.
  - *PAR.* Viperarum, Serpentum, &c.
- TITHON
  - *FL.* Laomedontis, & Rheæ.
  - *VX.* Aurora.
  - *PAR.* Memnonis.
- TYPHON
  - *FL.* Iunonis, citra concubitum.
  - *PAR.* Draconum.
- TITIVS
  - *FL.* Iovis, & Elares.
  - Ob luxuriam Vulturi pabulum.
- THETIS
  - Aquarum Dea,
  - *PAR.* Deorum complurium.
- THESEVS
  - Monſtrorum domitor, Herculis Socius.
  - Amicus Pirithoï.
- TRITON
  - *FL.* Neptuni, & Amphitridis.
  - Monſtrum marinum, vnco allectum & occiſum.
- VENVS
  - *FL.* Cæli, & Spumæ marinæ ad Cyprum.
  - Triplex; Vrania, Vulgaris, Voluptuoſa.
  - *OFF.* Dea nuptiarum, voluptatum, libidinum.
- VESTA
  - *FL.* Saturni, & Rheæ.
  - *OFF.* Dea domorum, & matrimoniorum.
  - Et tamen à Virginibus Veſtalibus culta.
- VLYSSES
  - *FL.* Laërtis, & Aſticles apud Itachum.
  - *VX.* Penelope.
  - Typus viri prudentiſſimi.

Digitized by Google

Scientia Ratiocinatrix.

Tabula XXII.

SCIENTIÆ RATIONATRICIS TABVLÆ GENERALES.

Scientia Ratiocinatrix Triplex:

- *Rhetorica triplex*
  - Vulgaris.
  - Lulliana.
  - Concionatoria.
- *Dialectica*; explicans, &c.
  - Terminos.
  - Orationes.
  - Propoſitiones.
- *Logica*; *dirigens*
  - Mentis Operationes.
  - Scientiæ paraturam.
  - Fabricam Syllogiſmi.

RHETORICÆ PARTITIO.

Rhetorica Vulgaris.

TABVLA XXIII.

RHETORICA triplex
- Vulgaris, in Atrio.
- Secreta, in Templo.
- Secretior, in Sanctuario.

IN RHETORICA *Vulgari conſideratur*
- ORATOR, qui abſolvitur
  - *Naturâ,* corpore perfecto: & animâ, ornatâ
    - *Ingenio.*
    - *Memoriâ.*
    - *Iudicio.*
  - *Arte,* quam addiſcet
    - *Lectione* ſelectâ.
    - *Meditatione* attentâ.
    - *Imitatione* diſcretâ.
  - *Exercitatione*
    - Memoriæ.
    - Styli.
    - Actionis.
- ORATIO cujus
  - *Munia*
    - Docere.
    - Delectare.
    - Movere.
  - *Materia,* omnis Quæſtio; quæ dividitur in
    - *Theſim,*
    - Et
    - *Hypoteſim.*
  - *Genus* multiplex
    - Nuptiale.
    - Natalitium.
    - Salutatio.
    - Gratiarum actio.
    - Funebris oratio.
    - Conſolatio.
    - Invectiva.
    - Apologia.
    - Panegyris.
    - *Demonſtrativum*; cujus partes
      - Laus,
      - Et
      - Vituperium
        - *Perſonarum,*
        - *Factorum,*
        - *Rerum.*
    - *Deliberativum*; quod
      - Suadet,
      - Vel
      - Diſſuadet.
    - *Iudiciale*; cujus munus
      - Accuſare,
      - Vel
      - Defendere;
        - *In Statu triplici*;
          - Conjecturali,
          - Definitivo,
          - Legitimo.
  - *Partes*
    - Exordium.
    - Narratio.
    - Confirmatio.
    - Refutatio.
    - Peroratio.
- ARS ORATORIA; cujus membra v.
  - Inventio.
  - Diſpoſitio.
  - Elocutio.
  - Memoria.
  - Pronunciatio.

Rhetorica Vulgaris.

PARTES RHETORICÆ.

TABVL. XXIV.

- INVENTIONEM XL. ſuggerunt
  - Eruditio. Hiſtoria. Fabula.
  - Adagia. Symbola. Teſtimonia.
  - Sententiæ. Leges. Sacra-Scriptura.
  - Prædicamenta x, Diviſio Totius. Virtutes Card. IV.
  - Theologicæ III. Dona VII. Spir. Sancti. Theolog. quadruplex.
  - Tragœdiæ. Quæſtiones. Reductio.
  - Syllogiſmus. Meditatio. Pauli Epiſtolæ.
  - Cauſæ IV. Natura rei. Ordo Thomiſt.
  - Analogicus. Mundanus. Perfectivus.
  - Laudabilis. Moralis. Paſſionalis.
  - Allegoricus. Circumſtantiæ.
  - Principia. Animaſtica.
  - Paradoxum. Dialogus.
  - Enthymema. Conciliatio.
  - Ars Secreta. Methodus Secretior.
  - Sed præcipuè Argumenta; quorum ſpecies.
    - Syllogiſmus. Enthymema. Dilemma. Exempla. Inductio. *In quibus conſiderantur*
      - Medium. Antecedens. Conſequens. Innatum. Extraneum. *Vnde ſumuntur Argumenta*
        - Intrinſeca, Et Extrinſeca. Quæ cum delectu collocata, fuſiùs explicant affectus.
- DISPOSITIO MVLTIPLEX
  - Inventionis.
  - Diviſionis.
  - Rerum.
  - Naturalis.
  - Artificialis.
  - Reſolutiva.
  - Compoſitiva.
  - Arbitraria.
  - Prudens, pauca ſeligens ex Orationis varietate; quæ VARIETAS habetur
    - *Copiâ*
      - Dictionum,
      - Orationum,
      - Sententiarum.
    - Multiplici ratione COLLIGENDI AVCTORES; notando
      - *Ethica*
        - Mores, Et Humores.
      - *Critica* animi ſenſa; vt in his nihil
        - *Redundet.*
        - *Deſit.*
        - *Repugnet.*
      - *Rhetorica*
        - Artificium,
        - Inventionem,
        - Diſpoſitionem.
      - *Grammatica*
        - Verba,
        - Phraſes.
    - *Orationis* ordine; ſic vt præeat
      1. Exordium.
      2. Narratio.
      3. Confirmatio.
      4. Refutatio.
      5. Peroratio.
- ELOCVTIO, per
  - *Verba*
    - Simplicia, Et Compoſita.
  - *Stylum*, ſeu Orationis characterem
    - Perſpicuum.
    - Brevem.
    - Probabilem.
    - Splendidum.
    - Suavem.
- MEMORIA
  - Naturalis, Et Artificialis.
- PRONVNCIATIO, moderans Vocem & Geſtum, perficitur
  - Naturâ,
  - Imitatione,
  - Vſu.

ARTIS MAGNÆ, ET PARVÆ

PARTITIO, ET ELVCIDATIO.

- IN RHETORICA TEMPLI, continetur *Artis*
  - ELVCIDATIO; vbi
    - Explicatur *quadruplex Figura*,
      - I. Eſt SVBJECTORVM; quorum examinantur
        - Natura.
        - Definitiones.
        - Differentiæ.
        - Proprietates.
        - Accidentia.
          - Per
            - *Veritatis Pyramidem*,
            - Seu
            - *NaturæScalam.*
      - II. Eſt ABSOLVTORVM; qui Termini poſſunt,
        - Dici in
          - Communi,
            - *Tranſcendentales.*
            - *Convertibiles.*
            - *Conjugabiles.*
            - *Declinabiles.*
          - Et
          - Particulari
            - Primi, *eſſentiale.*
            - Alij, *cauſativi.*
            - Vltimi, *finales.*
        - Reduci ad
          - Eſſentiam.
          - Vnitatem.
          - Perfectionem.
      - III. Eſt RELATIVORVM; quorum tres Termini
        - I. *Trianguli*, ad propoſitionem affirmativam.
          - Probandam,
          - Et
          - Deſtruendam.
        - II. *Trianguli*, diſtinguunt rei,
          - Neceſſitatem,
          - Cauſalitatem,
          - Contingentiam.
        - III. *Trianguli*, inſerviunt magis Eloquentiæ, quàm Scientiæ.
      - IV. Eſt QVÆSTIONVM; quarum
        - Principales IV.
          - *An?*
          - *Quid?*
          - *Quale?*
          - *Quare?*
        - Minùs principales, & quaſi accidentales;
          - *Quantum?*
          - *Vnde?*
          - *Quando?*
          - *Vbi?*
          - *Quomodo?*
    - Attenditur inter principia harum trium Figurarum, connexio *triplex*;
      - Methodica,
      - Arbitraria,
      - Naturalis;
        - *Generalis,*
        - *Specialis,*
        - *Specialiſſima.*
  - APPLICATIO.
  - MVLTIPLICATIO.
  - SYNOPSIS.
  - COMPENDIVM.

Rhetorica Lulliana.

ARTIS APPLICATIO, ET MVLTIPLICATIO.

TABVLA XXVI.

- APPLICATIO; vbi oportet
  - Scire
    - *Partes* Subjecti propoſiti.
    - *Finem* quæſitum.
    - *Medium* ad eundem finem.
  - Deſcendere ad applicationem
    - *Authenticè.*
    - *Similitudinariè.*
    - *Exemplariter.*
  - Applicare
    - *Implicitum*, ad explicitum.
    - *Abſtractum*, ad concretum.
    - *Quæſtionem*, ad locum.
  - Ponere ſubjectum controverſum, veluti in *centro* XXXVI. Terminorum.
  - Vitare vanam & oſtentitiam verborum, ſeu Terminorum *dilatationem.*

- MVLTIPLICATIO; quæ fit quadrupliciter.
  - I. Per *Dialecticam* vulgarem. Et quidem per *Verba*
    - Mentalia.
    - Vocalia.
    - Scripta.
    - 1. Intentionis.
      - Poſitiva, Et Negativa.
        - *Vniverſalia*, Et *Particularia.*
          - Vnivoca.
            - *Genus.*
            - *Species.*
            - *Differentia.*
            - *Proprium.*
            - *Accidens.*
          - Æquivoca.
          - Analoga; ſecundùm
            - *Attributionem* Et *Proportionem.*
    - 2. Intentionis.
      - Synonyma.
      - Heteronyma.
      - Categorematica.
      - Syncathegorematica.
  - II. Per *Figuras* in
    - Propria, Et Aliena.
  - III. Per *Centum Formas*, apud Autorem.
  - IV. Per XXXVI. Terminos Artis, illorum examinando
    - Partes, Et Proprietates IV.
      - *Subjectorum.*
      - *Quæſtionum.*
      - *Relativorum.*
      - *Abſolutorum.*

MVLTIPLICANTVR ARTIS SVBJECTA IX.

Rhetorica Lulliana.

TABVLA XXVII.

- **MVLTIPLICANTVR SVBJECTA IX.**
  - DEVS; qui
    - Cognoſcitur viâ
      - *Cauſalitatis,*
      - *Eminentiæ,*
      - *Remotionis.*
    - Intelligitur exiſtens vbiquè, per
      - *Eſſentiam,*
      - *Præſentiam,*
      - *Potentiam.*
    - Agit & operatur
      - *Interiùs,*
      - Et
      - *Exteriùs.*
  - SPIRITVS Angelicus;
    - *Bonus,*
    - Et
    - *Malus.*
  - CÆLVM; de quo in Phyſiologia *examinatur*
    - Eſſentia.
    - Numerus.
    - Motus.
    - Accidentia.
  - HOMO; cujus in Phyſiologia, Theologia, & Medicina *examinantur*
    - Nomen.
    - Natura.
    - Virtus.
    - Fortuna.
    - Habitus.
    - Affectio.
    - Studium.
    - Conſilium.
    - Facta.
    - Negotia.
    - Geſtio.
    - Religio.
    - Poſteritas.
  - IMAGINATIVVM; explicat Phyſica, & Medicina; per
    - Eſſe.
    - Vivere.
    - Sentire *intrinſecè.*
  - SENSITIVVM; explicatur per
    - Eſſe.
    - Vivere.
    - Sentire *extrinſecè;*
      - Viſu.
      - Auditu.
      - Guſtu.
      - Odoratu.
      - Tactu; quod faciunt ANIMALIA.
        - Imperfecta.
          - *Sine motu.*
          - *Cum motu.*
        - Minùs perfecta.
        - Perfecta.
          - *Terreſtria.*
          - *Aquatica.*
          - *Aerea.*
  - VEGETATIVVM; explicat Hiſtoria Plantarum per eſſe, & vivere; vbi earum
    - *Genera.*
      - Arbor.
      - Frutex.
      - Suffrutex.
      - Herba, ſeu Olus.
    - *Partes.*
      - Perpetuæ.
      - Annuæ.
    - *Quantitas*
    - *Materia.*
    - *Sapor.*
    - *Qualitas.*
  - ELEMENTATIVVM declarant in Phyſiologia, *Elementa*
    - Simplicia.
      - Ignis,
      - Aër,
      - Aqua,
      - Terra.
    - Compoſita
      - *Imperfecta,* vt
        - Meteora.
        - Semina in animatis.
        - Germina in vegetalibus.
        - Rudimenta in mineralibus.
      - *Perfecta;*
        - Lapides.
        - Metalla.
          - *Perfecta.*
          - *Imperfecta.*
          - *Artificialia.*
  - INSTRVMENTATIVVM;
    - Conjunctum, aut Separatum.
    - Intrinſecum, aut Extrinſecum.
    - Vniverſale, aut Particulare.
    - Naturale, aut Neceſſarium.
    - Artificiale, aut Arbitrarium.
    - Morale, aut Phyſicum.

Rhetorica Lulliana.

MVLTIPLICANTVR ARTIS QVÆST. IX. ET ABSOL. IX.

TABVLA XXVIII.

MVLTIPLICANTVR QVÆSTIONES,

- AN SIT
  - Poſſibile.
  - Impoſſibile?
  - Neceſſarium?
  - Contingens?
- QVID SIT? Explicatur per
  - Definitionem,
  - Et
  - Diviſionem.
- QVALE SIT? Explicatur per omnes qualitatis
  - Acceptiones,
  - Diviſiones,
  - Subdiviſiones.
- QVANTVM? Explicatur per Quantitatis ſpecies.
- VNDE? Et hîc reſpondendi tres ſpecies;
  - A quo?
  - De quo?
  - Cujus.
- QVARE? Reſpondetur per cauſalitates.
- QVANDO?
  - Ab æterno.
  - In ævo.
  - In temporè.
- VBI? Explicatur per relationem ad locum multiplicem, in quo res exiſtunt etiam multipliciter.
- QVOMODO? Et cum quo, Explicatur dupliciter,
  - Per inſinuationem modi,
  - Et
  - Cum quo inſtrumento? Iuxta diviſionem allatam, Titul. Inſtrumentativum.

MVLTIPLICANTVR ABSOLVTA IX. Quorum alia

- *Eſſentialia.*
  - BONITAS, multiplex.
    - Abſoluta.
    - Reſpectiva.
    - Permanens.
    - Fluens.
    - Naturalis.
    - Supernaturalis.
  - MAGNITVDO. DVRATIO.
    - Quæ explicari poſſunt per Titulos
      - Quantum?
      - Et
      - Quando?
- *Cauſativa.*
  - POTESTAS multiplex, ſed præcipuè
    - Creata.
    - Increata.
  - COGNITIO multiplex;
    - Divina.
    - Angelica.
    - Humana.
    - Senſitiva.
    - Cæleſtis, &c.
- *Finalia,*
  - APPETITVS
    - Rationalis.
    - Senſitivus.
    - Medius.
  - VIRTVS multiplex;
    - Naturalis.
    - Elementaris.
    - Virtualis.
    - Senſitiva.
  - VERITAS multiplex; quæ à Philoſophis docetur vbiquè, per *Scientiarum Orbem.*
  - GLORIA
    - Naturalis, & Supernaturalis.
    - Humana, & Divina.
    - Vana, & Solida ac Sincera.

MVLTI-

MVLTIPLICATIO ARTIS PER RESPECTIVA.

Rhetorica Lulliana.

TABVLA XXIX.

- MVLTIPLICANTVR RESPECTIVA IX.
  - DIFFERENTIA; quæ
    - Ex primis intentionibus, alia eſt
      - *Eſſentialis.*
      - *Realis.*
      - *Accidentalis.*
    - Ex ſecundis intentionibus, ſumitur à
      - *Ratione.*
      - *Genere.*
      - *Specie.*
      - *Individuo.*
  - CONCORDANTIA; quæ fit ex
    - *Diviſione* incomplexorum; vt ſunt
      - Vnivoca.
      - Æquivoca.
      - Analoga.
      - Synonyma.
    - *Diviſione* reali totius
      - Eſſentialis.
      - Integralis.
      - Accidentalis.
    - *Complexis*, per conjunctiones
      - Subjecti.
      - Patientis.
      - Modi.
    - *Variis Attributionibus*, vt ſunt collectio
      - Partium in Toto.
      - Mixtorum in Mixto.
      - Simplicium in Compoſito.
  - OPPOSITIO.
    - Alia
      - Immediata.
      - Mediata.
      - Inter.
      - *Incomplexa*, Et *Complexa*.
    - Vbi etiam explicantur rerum omnium
      - Concordantia, &
      - Repugnantia.
      - Conjugatio, & Declinatio.
  - PRINCIPIVM; aliud
    - Vniverſale,
    - Speciale:
    - Per ſe,
    - Per accidens, &c.
  - MEDIVM; aliud
    - Conjunctionis.
    - Menſurationis.
    - Extremitatum.
    - Operationis.
  - FINIS; alius
    - Subſtantialis.
    - Accidentalis.
    - Secundùm locum.
    - Secundùm qualitatem, &c.
  - MAJORITAS; diverſa ſcilicet inter
    - *Subſtantiam, & Subſtantiam.*
    - *Subſtantiam, & Accidens.*
    - *Accidens, & Accidens.*
  - ÆQVALITAS; quæ ſumitur pro ratione intrinſeca, quâ Entia ſunt æqualia.
  - MINORITAS; illa videlicet quæ accidit ad rationem nihili.
  - Synopſis Artis ad litteram.
  - Compendium Artis Explicatæ.

Rhetorica Concionatoria.

TABVLA XXX.

RHETORICÆ CHRISTIANÆ CONCIONATORIÆ.

- IN SANCTVARIO TRADITVR
  - *Eloquentiæ partitio*
    - Civilis,
    - Et
    - Eccleſiaſtica.
  - *Concionatoris Dotes præcipuæ*
    - Natura.
    - Vocatio.
    - Miſſio.
      - *Ordinaria*,
      - Vel
      - *Extraordinaria.*
    - Vita Exemplaris.
    - Virtutes.
      - *Solitudo.*
      - *Pœnitentia.*
      - *Oratio.*
    - Zelus.
      - *Ardens,*
      - Et
      - *Prudens.*
  - *Concionis*
    - *Materia*, cum Exemplis;
      - Scientia, præcipuè Sacra.
      - Moralis Evangelica.
      - Canonica, Non-Canonica.
    - *Forma*, cum Exemplis
      - Vnitas ſtatuenda.
      - Propoſitiones ſub partiendæ.
      - Obſervationes præcipuæ.
    - *Qualitas*, cum Exemplis
      - FIGVRÆ in
        - Verbis,
        - Et
        - Sententiis.
      - VITIA
        - Fucus.
        - Caligo.
        - Scholaſtica.
        - Curioſa.
        - Polemica.
        - Temporalia.
        - Farrago.
        - Plagiaria.
      - VIRTVTES
        - Fœtus proprius.
        - Gravitas.
        - Stylus temperatus.
        - Character nativus.
  - Ex cætera vt in RHETORICA VVLGARI.

TABVLA XXXI.

- IN DIALECTICA I. conſideratur
  - *Signa varia*
    - Formale, & Inſtrumentale.
    - Naturale, Artificiale, Mixtum.
    - Proprium, & Improprium.
    - Antecedens, Concomitans, Subſequens.
    - Pronoſticum, & Demonſtrativum.
    - Speculativum, & Practicum.
    - Significativum, & Inane.
    - Reale, & Vocale.
  - *Sermo*
    - Mentalis,
    - Vocalis,
    - Scriptus.
  - *Termini*
    - SIMPLICES
      - Directus, Reflexus.
      - Categorematicus, Syncategorem,
      - Incomplexus, Complexus.
      - Communis, Singularis.
      - Abſtractus, Concretus.
      - Infinitus, Finitus.
      - Abſolutus, Connotativus.
      - Primæ, ſecundæ, tertiæ Intentionis.
    - COMPARATI
      - Pertinens, Impertinens, &c.
      - Repugnans, Convertibilis.
      - Diſparati.
      - Oppoſiti
        - Relativi,
        - Privativi,
        - Contrarij,
        - Contradictorij.
    - PROPRIETATES
      - Suppoſitio, Amplificatio;
      - Reſtrictio, Alienatio;
      - Diminutio, Appellatio.
    - PRÆCIPVI
      - *Nomen*,
        - Vnivocum.
        - Æquivocum.
        - Analogum.
      - Et
      - *Verbum*, ſignificans
        - Actionem, vel Paſſionem.
        - Perſonam.
        - Tempus.
- II Explicatur ORATIO, ſeu PROPOSITIO,
  - *Significatio*
    - Enunciativa, non Enunciativa.
    - Perfecta, Imperfecta.
  - *In materia*
    - Poſſibilis.
    - Impoſſibilis.
    - Neceſſaria.
    - Contingens.
    - Libera.
  - *In forma*
    - Quantitas;
      - Indefinita.
      - Vniverſalis.
      - Particularis.
      - Singularis.
    - Qualitas;
      - Vera, falſa.
      - Abſoluta.
      - Hypotetica.
      - Modalis multiplex;
        - *Exponens.*
        - *Excluſiva.*
        - *Exceptiva.*
        - *Reduplicativa, &c.*
  - *In comparatione*
    - Oppoſita
      - *Contraria.*
      - *Subcontraria.*
      - *Subalterna.*
      - *Contradictoria.*
    - Æquipollens, *ut mox ante in oppoſitis.*
    - Converſio
      - *Per Se.*
      - *Per Accidens.*

Logica.

TABVLA XXXII.

LOGICÆ OFFICIA ET LEGES.

LOGICA
- *Quadruplex*
  - Naturalis, Artificialis:
  - Docens, Vtens.
- *Dirigi* tres mentis operationes;
  - Apprehenſionem.
  - Iudicium.
  - Ratiocinationem.
- *Tradit*
  - Modum ſciendi.
  - Ordinem.
  - Methodum
    - Compoſitivam.
    - Reſolutivam.
    - Mixtam.
- *Diſtinguit* Objectum
  - Adæquatum.
  - Totale.
  - Partiale.
  - Materiale.
  - Formale.
- *Fabricat* definitionem
  - Nominis
    - Propriam,
    - Et
    - Metaphoricam.
  - Rei
    - Eſſentialem,
    - Et
    - Accidentalem.
- *Præſcribit*
  - Diviſiones,
  - Et
  - Argumentationes.

TABVLA XXXIII.

- EXPLICAT ANALITICORVM LIBROS
  - *Priores*; vbi examinantur
    - HABITVS INTELLECTVS, qui ſunt aut
      - *Virtutes*; vt
        - Intelligentia.
        - Sapientia.
        - Scientia; cujus examinatur
          - *Diviſio in*
            - Subalternantem,
            - Et
            - Subalternatam.
          - *Vnitas*
            - Vniverſaliſſima.
            - Generica.
            - Specifica.
          - Objectum.
          - Definitio.
          - Conditio.
          - Generatio.
          - Corruptio.
        - Prudentia.
        - Ars.
      - *Erronei*, ſuperioribus contrarij,
        - Stupiditas.
        - Inſipientia.
        - Ignorantia.
        - Imprudentia.
        - Inertia.
      - *Medij*, inter vtroſque;
        - Opinio.
        - Fides humana.
        - Suſpicio.
        - Dubium.
    - DISCVRSVS, ſeu ARGVMENTATIO
      - Dividitur in
        - Simplicem,
        - Et
        - Compoſitum.
          - *Hypotheticum*.
          - Et
          - *Disjunctivum*.
      - *Jn genere duplex*; à
        - Priori,
        - Et
        - Poſteriori.
      - *Jn ſpecie, ſextuplex*
        - Syllogiſmus.
        - Enthymema.
        - Inductio.
        - Exemplum.
        - Partium enumeratio.
        - Dilemma.
  - *Poſteriores*; vbi declaratur DEMONSTRATIO, de qua paulò poſt.

- ENVCLEAT TOPICORVM LIBROS OCTO; vbi explicatur ac Argumentatio, circa
  - *Rei*
    - Naturam,
    - Et
    - Proprietates.
  - *Argumentorum Sedes, & Loca*
    - INTERNA SVNT XVI.
      - Definitio.
      - Etymologia.
      - Diviſio.
      - Conjugata.
      - Genus.
      - Forma.
      - Differentia.
      - Cauſæ.
      - Effectus.
      - Circumſtantiæ.
      - Antecedentia.
      - Conſequentia.
      - Contraria.
      - Repugnantia.
      - Comparationes,
      - Similitudines.
    - EXTERNA VI.
      - Præjudicata.
      - Fama.
      - Quæſtiones.
      - Leges ſeu Tabulę.
      - Ioſjuranda.
      - Teſtes.
  - MAXIMÆ, & Maximarum differentia.

Logica.

ARTIFICIVM SYLLOGISMI.

TABVLA XXXIV.

- SYLLOGISMVS PERFECTVS; in quo attenditur
  - *Materia*
    - Remota, Termini tres
      - *Maius Extremum.*
      - *Copula.*
      - *Minus Extremum.*
    - Proxima, Propoſitiones tres
      - *Maior.*
      - *Minor.*
      - *Conſequentia.*
  - *Forma*
    - Materiæ
      - Proximæ, Modus.
      - Remotæ, Figura triplex
        - *I. Medium ſubijcit in Maiori.*
        - *II. Prędicat in vtraque.*
        - *III. Subijcit in vtraque.*
        - *IV. Galeni Medium prædicat in Maiori, ſubijcit in Minori.*
  - *Modi xlviij.*
    - DIRECTI XIV.
    - IMPERFECTI XXXIV.
  - *Reductio*
    - Imperfectorum ad perfectos.
    - Vel
    - Ad impoſſibile.
  - *Regulæ*
    - Communes tribus Figuris,
    - Et
    - Vnicuique Speciales.
  - *Inventio* Medij
    - Antecedens,
    - Et
    - Conſequens
    - *Perfectiſſima, Definitio eſt.*

- SYLLOGISMVS EX NATVRA PROPOSITIONVM, multiplex
  - Affirmativus, Negativus.
  - Categorematicus, Hypoteticus.
  - Rectus, Obliquus.
  - Communis, Singularis, Modalis.

- PERFECTISSIMVS EST DEMONSTRATIO; in qua explicatur
  - Materia.
  - Forma.
  - Finis.
  - Medium.
  - Definitio.
  - Diviſio.
    - *Propter quid,*
    - Et
    - *Quia.*
  - Præcognita.
  - Principia
    - *Communia pluribus Scientijs.*
    - *Propria alicui Scientiæ,*

TABVLA XXXV.

ELENCHORVM LIBRI DVO, vbi attingitur Syllogiſmus quadruplex;

- *Demonſtrativus.*
- *Dialecticus.*
- *Pſeudographus.*
- *Sophiſticus;* quo fallaciæ
  - FABRICANTVR
    - In dictione
      - Æquivocationis.
      - Amphibologiæ.
      - Compoſitionis.
      - Diviſionis.
      - Accentus.
      - Figuræ dictionis in
        - *Ipſâ vocis ſtructurâ.*
        - *Re ſignificatâ.*
    - Extra dictionem
      - Accidentia.
      - Ejus quod dicitur ſimpliciter, & ſecundùm quid
      - Ignorationis Elenchi.
      - Petitionis principij.
      - Conſequentis.
      - Non cauſæ pro cauſâ.
      - Plurium Interrogationum.
  - DISSOLVVNTVR
    - Vitij explicatione.
    - Distinctione.
    - Falſitatis oſtenſione.

ROMA

Digitized by Google

Scientia Speculativa.
TABVLA XXXVI.

TABVLA GENERALIS
SCIENTIAE SPECVLATIVAE.

- SPECVLATRIX TRIPLEX
  - *Phyſica*
    - GENERALIS ET SPECIALIS.
      - Medicina.
      - Chimia.
  - *Mathematica*
    - PVRA
      - Arithmetica.
      - Geometria.
    - IMPVRA
      - Muſica.
      - Coſmologia.
      - Optica.
      - Gnomonica.
      - Artes
        - *Liberales,*
        - Et
        - *Mechanicæ.*
  - *Metaphyſica*
    - Naturalis, ſeu Prima Philoſophia,
    - Et
    - Supernaturalis Theologia.

PHYSICÆ

TABVLA XXXVII.

In Physica Generali, examinatur

- *Naturalis Scientiæ*
  - Objectum
    - *Materiale,*
    - Et
    - *Formale.*
  - Vtilitas.
  - Certitudo.
  - Vſus.
  - Eminentia.
- *Rerum naturalium principia tria;*
  - MATERIA PRIMA; cujus examinantur
    - Varia nomina.
    - Differentia triplex
      - *In qua.*
      - *Ex qua.*
      - *Circa quam.*
    - Definitio
      - *Negativa,*
      - Et
      - *Affirmativa.*
    - Exiſtentia.
    - Relatio ad formas.
    - Appetitus.
    - Reſpectus ad compoſita.
  - FORMA, quæ conſideratur
    - *Abſolutè*
    - *Relativè* ad materiam, cum qua facit per vnionem, Compoſitum Phyſicum, cujus examinantur
      - Vnio.
      - Terminus magnitudinis, & parvitatis
        - *Viventium.*
        - *Non viventium.*
      - Inceptio.
      - Deſitio.
  - PRIVATIO.
- *Natura, & Naturalium rerum cauſæ*
  - In genere cauſarum
    - Nomen.
    - Definitio.
    - Nobilitas.
    - Partitio
      - Per ſe in
        - *Efficientem.*
        - *Formalem.*
        - *Materialem.*
        - *Finalem.*
      - Per Accidens
        - *Fortuna.*
        - *Fatum.*
        - *Idea.*
    - Cauſalitas erga
      - *Formam,*
      - Et
      - *Compoſitum.*
    - Comparatio cauſarum ad invicem.
  - In ſpecie
    - CAVSA EFFICIENS
      - Prima
        - *Conſervans,*
        - Et
        - *Determinans.*
      - Secunda, concurſu divino adjuta.
    - FORMA.
    - FINIS
      - Multiplex.
      - Cauſalitas
        - *Propria,*
        - *Impropria.*
      - Motus.
      - An de impoſſibili?
      - Naturæ multiplex.
      - Gradus triplex.
    - INSTINCTVS
      - Naturalis.
      - Brutorum.
    - MONSTRA.

Phyſica.

PHYSICA·GENERALIS.

TABVLA XXXVIII.

EXAMINATVR NATVRA

- MOTVS
  - Dofinitio.
  - Continuitas
    - Durationis.
    - Subjecti.
    - Intrinſeca.
  - Modi ſex, quatenus eſt diſtinctio à mobili
    - Ab agente.
    - In patiente.
    - Formæ imperfectæ ad perfectum.
    - Acquiſitio hujus formæ.
    - Succeſſivus.
    - Continuus.
- INFINITVM DVPLEX,
  - Actu
    - *Categorematicum,*
    - Et
    - *Syncategorematicum.*
  - Poteſtate
    - *Succeſſione.*
    - *Diviſione.*
    - *Adjectione.*
- LOCVS
  - Immenſitatis DEI.
  - Definitivus.
  - Circumſcriptivus.
    - *Duo corpora ſimul in vno loco.*
    - *Vnum in pluribus locis.*
- VACVVM
  - Quid ſit.
  - An ſit?
  - An eſſe poſſit?
  - An in eo motus poſſibilis?
- TEMPVS
  - Quid?
  - Quotuplex?
  - Diſtinguatur-ne à
    - Motu?
    - Motus exiſtentiâ?
    - Duratione quintuplici; quæ eſt
      - *Æternitas.*
      - *Ævum.*
      - *Continuum.*
      - *Diſcretum.*
      - *Inſtans.*
- *Reſumitur* motus
  - Acceptio triplex
  - Terminatio tantum ad
    - *Quantitatem.*
    - *Qualitatem.*
    - *Vbi.*
  - Diſtinctio à terminis.
  - Accretio, & decretio.
  - Alteratio.
  - Latio.
  - Violentia.
- *Diviſio* in partes; vbi explicantur
  - *Indiviſibilia.*
  - *Continuum.*
  - *Nihil in inſtanti mutari.*
  - *Quies in puncto Reflexionis.*
  - *Inceptio, & deſitio rerum.*
  - *Indiviſibilia per ſe non moveri.*
- *Princitium motus* in ſe, & extra ſe
  - Cordis.
  - Magnetis.
  - Faſcinorum.
  - Remoræ.
  - Aquæ calidæ.
  - Phantaſiæ.
  - Gravium, & Levium.
  - Projectorum.
  - An in diſtans?
- *Primum* ac generale motus principium, DEVS
  - *Opt. Max.*
  - *Immutabilis.*
  - *Immenſus.*
  - *Infinitus.*

PHYSICA *Specialis, enucleatur in Coſmopœia.*

MEDICINÆ GENERALIS.

MEDICINÆ explicantur

- Origo.
- Natura.
- Subjectum.
- Sectæ tres
  - *Dogmaticorum.*
  - *Methodicorum.*
  - *Empiricorum.*
- TRACTATVS Novem
  - Phiſiologia.
  - Pathologia.
  - Æthiologia.
  - Simiotica.
  - Higiene.
  - Diætica.
  - Terapevtica.
  - Pharmaceutica.
  - Chirurgia.
- CHIMIA
  - Speculativa,
  - Et
  - Practica.

Medicina.

MEDICINÆ.

TABVLA XL.

PHYSIOLOGIA, ſub qua examinantur

- NATVRA DVPLEX
  - Naturans, DEVS.
  - Naturata, à DEO.
- ELEMENTA IV.
  - Ignis.
  - Aër.
  - Aqua.
  - Terra.
- PROPRIA HVMANÆ GENERATIONIS
  - Semen.
  - Sanguis menſtruus.
- PARTES HVMANI CORPORIS
  - *Generales*
    - Similares
      - *Spermaticę, & ſolida.*
      - *Carnoſa.*
    - Ambarum aliæ
      - Nobiles, ſeu principales
        - *Cor.*
        - *Iecur.*
        - *Cerebrum.*
      - Ignobiles, ſeu ſecundariæ, cæteræ.
    - Diſſimilares.
  - *Speciales* præcipuæ
    - OSSA, quorum explicantur
      - Differentiæ; quæ deſumuntur à
        - *Conſiſtentiâ.*
        - *Magnitudine*
        - *Figurâ.*
        - *Connexione.*
        - *Adnatis.*
        - *Proceſſibus.*
        - *Epiphyſi.*
        - *Apophyſi.*
      - Compoſitio.
      - Commiſſura.
      - Cranium.
      - Facies.
      - Dentes.
      - Rachis.
      - Thorax, cujus partes
        - *Sternum.*
        - *Dorſum.*
        - *Scapulæ.*
        - *Claves.*
      - Brachium; dividitur in
        - *Humerum.*
        - *Cubitum.*
        - *Manum.*
      - Coxendix.
      - Crus, conſtans
        - Femore.
        - Tibia.
        - Pede, diviſo in
          - *Tarſum.*
          - *Pedium.*
          - *Digitos.*
    - CARTILAGINES; quibus conſtant
      - Aures.
      - Aſpera arteria.
      - Ligamenta.
      - Membranæ.
      - Meninges.
      - Omentum.
      - Cutis.
      - Tibiæ.
      - Caro.
      - Glandulæ.
      - Mammæ.
      - Adeps.
      - Medulla.
      - Vngues.
      - Pili
        - *Congeniti.*
        - *Poſtgeniti.*
    - ORGANA
      - *Naturalia*
        - Æſophagus.
        - Ventriculus.
        - Inteſtina.
        - Mezenterium.
        - Hepar.
        - Venæ
          - *Porta.*
          - *Cava.*
        - Fel.
        - Renes.
        - Veſica.
      - *Vitalia*
        - Pulmones.
        - Cor.
        - Arteriæ.
      - *Animalia*
        - Cerebrum.
        - Nervi; quorum explicantur
          - Subſtantia.
          - Differentia
            - *Capitis.*
            - *Oculorum.*
            - *Labiorum.*
            - *Linguæ.*
            - *Humerorum.*
            - *Brachij.*
            - *Thoracis.*
            - *Ventris.*
            - *Pedum.*
        - Muſculi, alij.
    - HVMORES
      - *Connati.*
      - *Poſtgeniti*
        - Alibiles
          - PRIMARII
            - Sanguis.
            - Pituita.
            - Melancholia.
            - Bilis.
          - SECVNDARII
            - Tenuior.
            - Ros.
            - Gluten, ſeu Cambium.
            - Aſſimilaris.
        - Excrementitij
          - Naturales.
          - Præternaturales.

TEMPERAMENTA, &c. Sequent. pag.

TABVLA XLI.

- TEMPERAMENTA
  - *Dividuntur in*
    - Æquale.
    - Inæquale.
    - Eucraton.
    - Diſcraton.
    - Innatum.
    - Adventitium.
  - *Explorantur*
    - Tactu.
    - Ratione.
  - *Alia*
    - Hominis.
    - Partium.
    - Sexuum.
    - Ætatum.
    - Tempeſtatum anni.
    - Regionum.
- FACVLTATES TRES
  - *Naturalis*
    - Fixa & inſita cuique parti, ad propriam actionem.
    - Communis, à jecore pervenas in corpus diffuſa.
    - vtriuſque
      - *Præcipuæ*
        - PROCREATRIX, à quâ generatio duplex,
          - Immutatrix.
          - Conformatrix, pendens à
            - *Semine.*
            - *Vtero.*
        - AVCTRIX; vbi ſpectantur
          - Subjectum.
          - Cauſa efficiens.
          - Id quu fit auctio.
        - NVTRIX, cui intervenit
          - *Alitum.*
          - *Alens.*
          - *Alimentum.*
      - *Adminiſtræ*
        - ATTRACTRIX
          - Appetens.
          - Alterans.
          - Secernens.
        - RETENTRIX.
        - COCTRIX; vbi conſiderantur
          - Chiloſis.
          - Hæmatoſis.
          - Homioſis.
        - EXPVLTRIX.
  - *Vitalis*; ſub qua conſideratur
    - VIS PVLSIFICA; quæ ſuffragatur
      - Cordi,
      - Et
      - Arteriis.
    - RESPIRATIO; cujus cauſæ tres
      - *Efficiens, facultas animalis à cerebro.*
      - Organica.
      - Finalis.
    - PASSIONES;
      - Concupiſcibilis, in Iecore.
      - Iraſcibilis, in Corde.
  - *Animalis*; cujus actiones, & vires
    - SENTIENS, ad ſenſum requiſita
      - Facultas
        - *Interna*,
        - Aut
        - *Externa*.
      - Inſtrumentum
        - Deferens, ſolidum, *vt nervus.*
        - Senſorium, vaporoſum; *vt ſpiritus animalis.*
      - Objectum
        - Per ſe
          - *Proprium.*
          - *Commune.*
        - Per accidens.
    - MOTRIX voluntariè,
    - PRINCEPS FACVLTATVM RATIO; complectens
      - Phantaſiam.
      - Memoriam.
      - Ratiocinatricem.
      - Facultatum omnium vehiculum, videlicet Spiritum; qui eſt aut
        - Fixus.
        - Fluens.
          - *Naturalis.*
          - *Vitalis.*
          - *Animalis.*

TABVLA XLII.

- PATHOLOGIA; vbi examinantur
  - Morbus.
  - Organum.
  - Conformatio.
  - Figura.
  - Morbi multiplices.
  - Deuteropathia.
  - Contagio.
- ETHIOLOGIA; ſub qua examinantur
  - Cauſæ morborum efficientes.
  - Pletora.
  - Cacochimia.
  - Simptomata
    - *Viſus.*
    - *Auditus.*
    - *Tactus.*
    - *Motricis.*
    - *Rationis.*
    - *Pulſus.*
    - Functionum naturalium
      - *Ventriculi.*
      - *Hepatis.*
      - *Renum.*
    - Petita ab affectibus v. ſenſuum externorum
      - *Viſus.*
      - *Olfactus.*
      - *Guſtus.*
      - *Tactus.*
      - *Auditus.*
    - Quorum explicantur
      - CAVSÆ
        - *Morborum*
        - *Morbificæ.*
      - TEMPORA; quæ ſubeunt mutationes
        - Vniverſales, *in universo morbo.*
        - Particulares, *in acceſſionibus.*
- SIMIOTICA; ſub qua examinantur
  - *Signa*
    - Morboſa.
    - Salubria.
    - Neutra.
  - *Differentia pulſus,* quæ naſcuntur à
    - Facultate.
    - Inſtrumento.
    - Vſu.
  - *Prognoſtica,* ab animali facultate.
  - *Jactatio duplex*
    - Critica.
    - Symptomatica.
  - *Dejectionum*
    - Notæ.
    - Qualitates.
    - Cauſæ.
    - Partes; vt
      - *Vrina.*
      - *Sudor.*
      - *Sputa.*
      - *Lachryme.*
  - *Criſis.*
  - *Vacuationes.*
  - *Abſceſſus.*
  - *Dies Critici.*

MEDICINÆ.

TABVLA XLIII.

- HIGIENE, cujus explicantur
  - *Subjectum*, corpus ſanabile.
  - *Affectiones*, ſanitas & morbus.
  - CAVSÆ
    - *Materialis*, corpus.
    - *Formalis*, ſanitas.
    - *Finalis*, harmonia vitæ
    - *Efficiens*
      - Cælum.
      - Solum.
      - Alimenta; quorum examinantur in
        - COMMVNI
          - Subſtantia.
          - Temperamenta.
        - PARTICVLARI
          - Panis.
          - Legumina.
          - Olera.
          - Radices.
          - Fructus.
          - Animalia
            - *Terreſtria.*
            - *Volatilia.*
            - *Aquatilia.*
          - Potus
            - *Aqua.*
            - *Vinum.*
      - Excrementa.
      - Exercitia.
      - Animi affectus.
- DIÆTICA; ſub qua conſiderantur
  - VICTVS RATIO; penes
    - Temperamenta.
    - Tempora.
    - Conſuetudinem.
  - EXERCITATIONES multiplicis generis.
  - Laſſitudo.
  - Balneum.
  - Venus.
  - Quies.
  - Somnus.
  - Inſomnia.
  - Vigilia.
  - Pathemata animi.
- THERAPEVTICA
  - *Vniverſalis*; cujus partes præcipuæ
    - Indicationes generales.
    - Vacuatio.
    - Phlebotomia.
    - Arteriotomia.
    - Cucurbitulæ.
    - Hirudines.
    - Purgatio humorum.
    - Vomitus.
    - Diæta.
    - Victus in morbis.
    - Sorbitiones.
  - *Particularis*,
    - PHARMACEVTICA; quæ complectitur
      - *Medicamenta*
        - Simplicia.
        - Mixta
          - *Lapidea.*
          - *Metallica.*
          - *Animata.*
          - *Vegetabilia.*
      - *Præparationes medicamentorum*
        - Mixtione contrarij.
        - Arte.
      - *Apta* & idonea ad diverſos humores expellendos
        - *Balanus, ſeu ſuppoſitaria.*
        - *Diſtillationes.*
        - *Succi.*
        - *Vina.*
        - *Syrupi.*
        - *Iulepi.*
        - *Apozemata.*
        - *Electuaria.*
        - *Potiones.*
        - *Pilulæ.*
    - CHIRVRGIA operationes tres
      - *Syntheſi*, ligationibus.
      - *Diæreſis*, ſectionibus.
      - *Exæreſis*, extractionibus.

Digitized by Google

Chymia.

CHYMIÆ SPECVLATIVÆ.

TABVLA XLIV.

In Chymia ſpeculativa conſideratur Naturæ

- Status; in
  - Vnica Natura vniverſali.
  - Mundi
    - Concentu.
    - Ordine.
- Motus, ſeu actio continua; in
  - *Semine*, quod
    - Elaboratur à
      - *Calo.*
      - *Elementis.*
      - *Mixtus.*
    - Dividitur in
      - Vniverſale.
      - Particulare
        - *Animale.*
        - *Vegetale.*
        - *Minerale.*
  - *Generatione*; cujus principia
    - Materia.
    - Forma.
    - Medium veniens.
- Vita; quæ
  - Deſcribitur.
  - Conſtituitur
    - *Lumine.*
    - *Calore.*
    - *Motu.*
  - Deſtruitur
    - *Corruptione.*
    - *Morte.*
  - Reſtituitur motu Naturę circulari; modo obſerventur Naturæ
    - Principia tria
      - *Mercurius*; ejuſque
        - *Natura.*
        - *Qualitas.*
        - *Forma.*
        - *Materia.*
        - *Effectus.*
        - *Vſus.*
        - *Nomina.*
      - *Sal*; ejuſque
        - Natura.
        - Species.
        - Nomina.
        - Effectus.
      - *Sulphur*; ejuſque
        - Natura.
        - Nomina.
        - Vſus.
        - Effectus.
        - Species —
          - *Tingens, ſeu colorans.*
          - *Coagulans Mercurium.*
          - *Eſſentiale, & maturans.*
    - Operationes duæ;
      - *Solutio.*
      - *Coagulatio*; cum vtrique adjunctis.
    - Canones aliquot generales.
- Principia
  - *Generalia*
    - Lux.
    - A quibus oritur humidum radicale
      - Macrocoſmicum.
      - Microcoſmicum.
      - Vbi diſtinguenda
        - Humor
          - *Elementaris.*
          - *Radicalis.*
        - Calidum innatum.
        - Mundi
          - Natura hermaphrodita.
          - Vniverſalis
            - Materia
            - Forma.
          - Spiritus; ejuſque
            - *Locus.*
            - *Participatio*
            - *Nomina.*
    - Tenebræ.
  - *Specialia*
    - Materia patiens.
    - Calor vivificus.
    - Semen ſpecificum.
    - Aſtrum rei cuique proprium.
    - Ordo harmonicus.

CHYMIÆ

TABVLA XLV.

- PRACTICÆ
  - *Operationes* Tres
    - SOLVTIO
      - Duplex
        - *Naturalis.*
        - *Violenta.*
      - Sub qua
        - Sublimatio.
        - Fermentatio.
        - Putrefactio.
        - Regulæ aliquot generales.
    - COAGVLATIO; ſub qua
      - Fixatio.
      - Cibatio.
      - Exaltatio.
      - Converſio.
    - EJECTIO
      - Phlegmatis.
      - Capitis mortui, ſive terræ damnatæ.
  - *Effectus duo*
    - SANITAS corporis; vbi ſub Medicina attenduntur
      - Conſtitutio
        - *Sanitatis,*
        - Et
        - *Morbi.*
      - Variæ Medicinæ particulares.
      - Canones aliquot Medicinæ Catholicæ.
    - LAPIS PHILOSOPHALIS; cujus examinantur
      - Deſcriptio.
      - Nomina.
      - Generatio.
      - Canones aliquot generales.
      - Corollaria quædam.

MATHEMATICARVM DISCIPLINARVM
DEMONSTRATIO GENERALIS.

MATHEMATICÆ DISCIPLINÆ

- *Methodus* conſtans
  - PRINCIPIIS; quæ ſunt
    - Definitiones.
    - Poſtulata.
    - Axiomata.
  - Et
  - PROPOSITIONIBVS; quæ ſunt
    - Problema.
    - Theorema.
    - Lemma.
    - Corollarium.
    - Scholium.
- *Diviſio* in
  - PVRAM, quæ eſt
    - ARITHMETICA.
    - MVSICA.
    - GEOMETRIA.
    - Abſtracta & ſpeculativa.
  - IMPVRAM, ſub quâ
    - COSMOLOGIA; in qua
      - Cælologia.
      - Aſtronomia.
      - Aſtrologia.
      - Inſtrumenta varia.
        - *Globi.*
        - *Sphæra.*
        - *Aſtrolabium.*
        - *Pixis Nautica.*
      - Geographia.
      - Hydrographia.
    - OPTICA; cum
      - Catoptrica.
      - Dioptrica.
      - Projectiva, ſeu Perſpectiva.
      - Gnomonica.
    - ARTES
      - *Liberales,*
      - Et
      - *Mechanicæ*, ad
        - Neceſſitatem.
        - Vtilitatem.
        - Voluptatem.

Arithmetica.

ARITHMETICÆ SPECIES, ET REGVLÆ.

TABVLA XLVII.

- **ARITHMETICA**, verſatur circa quanitatem diſcretam per *Numeros*
  - *Abſtractos*; vnde ARITHMETICA DVPLEX
    - MINOR SVPPVTATORIA, ſeu VVLGARIS; quæ quatenus
      - PRACTICA
        - Numerat.
        - Addit.
        - Subtrahit.
        - Multiplicat.
        - Dividit.
      - SPECVLATIVA conſiderat Numerorum
        - *Proprietates*, Sunt enim
          - Pares.
          - Impares.
          - Pariter-Pares.
          - Pariter-Impares.
          - Impariter-Impares.
          - Primi.
          - Compoſiti.
          - Primi inter ſe.
          - Compoſiti inter ſe.
          - Perfecti.
          - Imperfecti.
          - Abundantes.
          - Integri.
          - Fracti.
        - *Proportiones*; quarum examinantur
          - *Definitio.*
          - *Diviſio in*
            - Æqualitatis.
            - Et
            - Inæqualitatis;
              - *Majoris*,
              - Et
              - *Minoris.*
          - *Genera v.*
            - Multiplex.
            - Super-particularis.
            - Super-partiens.
            - Multiplex
              - *Super-particularis*,
              - Et
              - *Super-partiens.*
        - *Progreſsiones*; quarum alia eſt
          - Arithmetica.
          - Geometrica.
          - Harmonica.
          - Proportionalis; fitque per *regulam auream, ſeu trium*, quæ triplex eſt;
            - *Recta.*
            - *Inverſa.*
            - *Compoſita.*
        - *Radices*; vbi conſiderantur Numeri plani; quos inter eminent
          - *Quadrati.*
          - *Solidi*
            - Aquibus Radix
              - Quadrata.
              - Solida.
              - Cubica.
          - *Cubi.*
    - MAJOR, ſeu ALGEBRA, quæ præter præcedentis operationes, quinque æquationes invenit, ab abſtrofarum quæſtionum ſolutionem.
  - *Concretos* & ſorores vnde MVSICA DVPLEX.

Muſica.

MVSICÆ PARTITIO.

TABVLA XLVIII.

- MVSICA DVPLEX.
  - *Naturalis*
    - Divina.
    - Mundana.
    - Archetypa.
    - Cæleſtis.
    - Elementaris.
    - Spiritalis.
    - Corporea.
  - *Artificialis*
    - METRICA.
    - RITHMICA.
    - HARMONICA, ſeu Canonica multiplex;
      - *Vocalis.*
      - *Inſtrumentalis.*
      - *Mixta* ex ambabus.
      - VETVS.
      - NOVA, ex præcedentibus variè conflata; conſiderans Soni Muſici
        - *Naturam*, & Proprietates; vbi TONVS
          - Deſcribitur.
          - Diſtinguitur duplex
            - *Major*; qui dividitur in Semitonum
              - *Majorem.*
              - *Medium.*
            - *Minor*; qui dividitur in Semitonum
              - *Majorem*, Et *Minorem.*
          - Attenditur in eo QVANTITAS triplex
            - *Longitudo.*
            - *Latitudo.*
            - *Craſſitudo*; ratione cujus cenſetur Tonus
              - Æqualis in proportione, à qua fit
                - Simplex, ſeu radicale;
                  - *Iuſtum,*
                  - *Non Iuſtum.*
                - Compoſitum ſeu radicatum, conſtans ex ſimplicibus.
              - Inæqualis, qui parit Intervalla
                - In Intentione.
                - Præcipua x.
                  - *Vniſonus.*
                  - *Sonus.*
                  - *Semitonus.*
                  - *Ditonus.*
                  - *Semiditonus.*
                  - *Diateſſaron.*
                  - *Diapente.*
                  - *Semitonium cum diapente.*
                  - *Tonus cum diapente.*
                  - *Diapaſſon.*
                - Minùs præcipua v.
                  - *Dieſis.*
                  - *Lemma.*
                  - *Diachimus.*
                  - *Comma.*
                  - *Schiſma.*
                - Per motus varios, quos dirigit SCALA MVSICA: conſtructa ex vocibus, ſeu gradibus; ex quibus cantus duplex
                  - *Durus.*
                  - *Naturalis.*
          - Multiplex. Et quidem vigent io
            - CANTV PLANO, ſeu Eccleſiaſtico octo præcipui Toni.
              - *Regulares.*
              - *Irregulares.*
            - MVSICA FIGVRATA, quatuor præcipui
              - *Dorius.*
              - *Phrygius*
              - *Lydius.*
              - *Ionicus.*
        - *Conſonantiarum* genera
          - Quæ naſcuntur ex Tonorum, modorumve
            - Aſſumptione.
            - Deductione.
            - Tranſmutatione.
            - Mixturâ
            - Vſu.
          - Quarum inæqualium menſuram variant, SIGNA, ſeu NOTÆ; ideoque
            - vocantur Simplices
            - Ligatæ.
            - Integræ.
            - Fractæ.
            - Variantur valoris auctione, diminutione, vtroque.
            - Reſpondent ipſis velut earum privationes
              - Pauſæ.
              - Suſpirium.
              - Syncope, ſen ſyncopatio.
              - Laxatio, aut contractio.
        - *Compoſitionis artificium*; vbi obſervantur
          - Inventio.
          - Ordo.
          - Concordantiarum nexus
            - Per INSTRVMENTA; quæ moventur
              - *Flatu*, vt Pnevmatica.
              - *Tactu*, vt Cromatica.
              - *Vtroque*, vt Organa.
          - Motuum variatio.

TABVLA XLIX.

GEOMETRIA verſatur circa QVANTITATEM CONTINVAM; quæ

- *Eſt Triplex*
  - GRAPHICA, deſcribit in
    - Lineis, per Grammographiam.
    - Figuris, per Planigraphiam.
    - Angulis, per Gonographiam.
    - Corporibus, per Stereographiam.
  - POLIMETRIA, menſurat per
    - Grammo-metriam.
    - Plani-metriam.
    - Gono-metriam.
    - Stereo-metriam.
  - GEODÆSIA, dividit per
    - Grammodæſiam.
    - Plani-dæſiam.
    - Gonodæſiam.
    - Stereo dæſiam.
- *Occupatur* circa
  - LINEAS; quæ vt ortæ à punctis, ſunt
    - *Rectæ*
      - Solitariæ.
      - Perpendiculares.
      - Parallelæ.
      - Proportionales.
    - Aut
    - *Obliquæ*
      - Circularis.
      - Spiralis.
      - Elliptica.
      - Parabolica.
      - Hyperbolica, &c.
  - FIGVRAS; quæ ortæ ex lineis
    - Vnicâ curvâ, vt
      - Circulus.
      - Ellipſis.
    - Vnicâ curva ex duabus rectis, vt Sectores
      - *Circuli.*
      - *Ellipſis.*
    - Tribus lineis, quarum duæ curvæ, tertia baſis; vt
      - *Æquilatera.*
      - *Iſoceles.*
      - *Scalenus.*
      - *Orthogona.*
      - *Oxigona.*
      - *Ambligona.*
    - Quattuor rectis, vt
      - Quadratæ.
      - Altera parte longiores.
      - Rhombi.
      - Rhomboïdes.
      - Trapeſiæ.
    - Pluribus; vt ſunt
      - Trigonæ.
      - Tetragonæ.
      - Pentagonæ.
      - Hexagogonæ;
      - Heptagonæ.
      - Octogonæ.
  - ANGVLOS; qui ſunt
    - *Recti-linei*
      - Recti.
      - Acuti.
      - Obtuſi.
    - *Curvi-linei*
      - Concavi.
      - Convexi.
      - Concavo-Convexi.
      - Convexo-Concavi.
    - *Mixti-linei*
      - Recto-Concavi.
      - Recto-Convexi.
      - Concavo-Rectilinei.
      - Convexo-Rectilinei.
      - Quæ omnia deſcribuntur, menſurantur, dividuntur per aſſignatas Praxes
        - *Graphicè.*
        - *Polimetricè.*
        - *Geodeſiè.*

* *Vocatur*

Geometria.

- *Vocatur* quatenus illigata
  - Corpora multipliciter terminat
    - Vna ſuperficie, vt
      - *Sphæra.*
      - *Sphæroides.*
    - Vna ſuperficie curva & altera planâ vt
      - *Coni.*
      - *Conoides.*
    - Pluribus planis, vt ſunt v. Corpora regularia, vulgo *Platonica*
      - Pyramidis, ſeu Tetraædrum.
      - Cubus, ſeu Hexaædrum.
      - Octaædrum.
      - Dodecaædrum.
      - Icoſaædrum.
  - Corporibus, Cosmologia; quæ Mundi totius tam Cæleſtis quàm Elementaris delineatione m & dilucidam explanationem exequitur, per
    - Cælologiam.
    - Geographiam.
    - Hydrographiam; de quibus ſubinde.
  - Visui, *Optica*; ſub qua Aliæ recenſentur.
  - Motui, *Statica*, cui etiam ſubordinantur Artes
    - *Liberales* aliquæ.
    - *Mechanicæ* omnes.

Cælologia.

CÆLORVM DELINEATIO.

Tabvla I.

- Cælvm ſpecialiter deſcribitur per
  - *Vranographiam*; ſub quâ conſiderantur à Mathematicis, Cælorum
    - Natura.
    - Numerus.
    - Figura.
    - Magnitudo.
    - Altitudo; quæ ſex deprehenditur modis
      - *Parallaxi.*
      - *Tarditate motus proprij.*
      - *Ecclipſi.*
      - *Vmbrâ.*
      - *Viſu.*
      - *Conſiſtentiâ.*
    - Diſtantiæ.
    - Fabrica vulgaris in orbes
      - *Concentricos.*
      - *Excentricos.*
      - *Epicyclos.*
  - *Aſtronomiam*; quæ ſpeculatur Cælorum
    - Motvs tres
      - Raptus.
      - Proprij globi.
      - Librationis, vbi de
        - *vii. Planetis.* Et *Stellis fixis innumeris.*
    - Signa duodecim.
    - Viam Lacteam, ſeu Galaxiam.
    - Phænomena varia.
  - *Aſtrologiam*; quæ contemplatur qualitates
    - Planetarvm, & ipſorum
      - *Dignitates.*
      - *Paſſiones.*
      - *Affectiones.*
    - Signorvm Zodiaci.
    - Dvodecim domorvm Cælestivm.

MVNDI VTRIVSQVE DELINEATRIX.

Mathematica.

TABVLA LI.

PRÆDICTA EXHIBENT — Globi. Sphæra, cujus Aſtrolabium. Pixis Nautica.

- *Collocatio triplex*;
  - *Recta*, vtroque polo horizonti affixo.
  - *Parallela*, altero polo in Zenith, altero in Nadir.
  - *Obliqua*, quaſi media Polis hinc inde declinantibus.
- *Præcipuæ Partes*
  - Centrum.
  - Periferia.
  - Diameter.
  - Axis.
  - Poli.
  - CIRCVLI
    - *Majores v.*
      - Æquator.
      - Zodiacus.
      - Ecliptica.
      - Horizon.
      - Meridianus, vbi Coluri
        - *Æquinoxiorum*,
        - Et
        - *Solſtitiorum*.
    - *Minores iv.*
      - Duo Tropici
        - *Cancri*,
        - Et
        - *Capricorni*.
      - Duo Polares
        - *Arcticus*,
        - Et
        - *Antarcticus*.
    - SECVNDARII
      - Verticales.
      - Alinincantarath, eleuationum & depreſſionum.
      - Delineationum.
      - Paralleli
        - Æquatoris.
        - Climatum.
        - Dierum.
    - HORARII.
      - Latitudinum.
      - Poſitionum.
      - Domorum.
- *Diſtributio* in
  - PARTES.
    - Anteriorem, vbi Sol oritur.
    - Poſteriorem, vbi Sol occidit.
    - Dextram, ſeu Meridionalem.
    - Siniſtram, verſus Septentrionem.
  - MVNDI
    - Longitudinem, ab oriente in occidentem.
    - Latitudinem, à Septentrione in Meridiem.
    - Partem
      - Inferiorem, videlicet Terram.
      - Superiorem, videlicet Cælum.

Geographia.

GEOGRAPHIA GENERALIS.

TABVLA LII.

- GEOGRAPHIA
  - *Ejus officium* eſt Terræ corpus
    - Dividere.
    - Metiri.
    - Deſcribere.
    - Id præſtant
      - Globi.
      - *Spherę* armillares.
      - *Mappæ* generales; quarum beneficio dignoſcitur Terræ
        - Magnitudo, per diverſas menſuras, ex
          - *Arithmetica.*
          - *Geometria.*
          - *Geodeſia.*
        - Longitudo.
        - Latitudo.
        - Paralleli innumeri.
        - v. Zonæ.
        - xxiv. Climata, & *Incolarum oppoſitio* ſecundùm
          - Regiones
            - *Antipodes.*
            - *Periæci.*
            - *Antœci.*
          - Vmbras
            - *Periſcij.*
            - *Amphiſcij.*
            - *Heteroſcij.*
  - *Duplex* eſt
    - VETVS, diſtributa in
      - *Aſiam.*
      - *Africam.*
      - *Europam.*
      - Quæ obvenit
        - Schemo.
        - Chamo.
        - Iapeto.
    - *Nova,* diviſa in
      - EVROPAM, quam dividunt
        - SCANDIA, diviſa in
          - Norvegiam.
          - Lappiam.
          - Sueciam, ſeu Suediam.
          - Daniam.
        - LIVONIA, ſeu Sudina; quæ
          - Dividitur in
            - *Eſtiam.*
            - *Letteam.*
            - *Curlandiam.*
            - *Semigalliam.*
          - Cingitur
            - Boruſſia.
            - Caſſubia.
            - Lituania.
            - Dacia.
            - Ruſſia, ſeu Moſcovia.
            - Taurica Cherſoneſo.
            - Sarmatica-Europæa.
            - Scythia Europæa.
        - GERMANIA, diviſa in
          - *Superiorem*; quæ dividitur in
            - I. DANVBII; cui circumjacent
              - *Auſtria.*
              - *Bavaria.*
              - *Rhetia.*
              - *Suevia.*
              - *Moravia.*
              - *Auſtria inferior.*
              - *Boemia.*
            - II. RHENI; cui circumjacent
              - Vitembergia.
              - Palatinatus Rheni.
              - Franconia.
              - Saxonis inferior.
              - Ducatus Brunſvicenſis.
              - Magdeburgenſis Epiſcopatus.
              - Haſſia.
              - Turingia.
            - III. ERIDANI, ſeu Viſtulæ; cui circumjacent
              - Saxonia ſuperior.
              - Miſnia.
              - Luſatia.
              - Marchionatus Brandeburgicus.
              - Pomerania.
              - Polonia
                - *Maior,* Et *Minor.*
              - Sileſia.
            - Alſatia
              - *Inferior,* Et *Superior.*
            - Sungonia,
            - Briſgovia.
            - HELVETIA; cujus partes tres
              - *Pagorum.*
              - *Confœderatorum.*
              - *Præfectuarum.*
          - Et
          - *Inferiorem*; cujus delineatio Galliæ paradigmati reſervatur
        - HISPANIA.
        - GALLIA.
        - ITALIA.
        - SCLAVONIA.
        - GRÆCIA; de quibus ſubinde.
      - ASIAM.
      - AFRICAM.
      - AMERICAM.

EVROPÆ

EVROPÆ DELINEATIO.

TABVLA LIII.

- EVROPAM dividunt
  - ORBIS ARCTOVS diviſus vt mox ante.
  - HISPANIA diviſa in XVIV. Provincias; quæ vocantur
    - Bœtica, ſeu Andaluſia.
    - Luſitania, cui ſubeſt Algarbia.
    - Granata.
    - Eſtremaduria.
    - Gallicia.
    - Legio, cui adjacet Aſturia.
    - Caſtella
      - *Vetus*, Et
      - *Nova.*
    - Murcia.
    - Valentia.
    - Arragonia.
    - Catalonia.
    - Navarra.
    - Viſcaïa, vel Biſcaïa.
    - Quipuſcoa.
  - GALLIA; cujus conſiderantur
    - *Diviſio* in
      - BELGICAM; ſub qua, cum Germania Inferiori, comprehenduntur
        - *Vveſtphalia.*
        - *Diœceſis Bremenſis.*
        - *Comitatus Marchiæ.*
        - *Colonia.*
        - *Clivia.*
        - *Geſteria.*
        - *Batavia.*
        - *Tranſiſalania.*
        - *Ducatus Iulienſis.*
        - *Leodium Eburonum.*
        - *Vvaldenſis Comitatus.*
        - *Lutzemburgum.*
        - *Trevirenſis Provincia.*
        - *Lotharingia.*
        - *Comitatus Namurcenſis.*
        - *Hannonia.*
        - *Brabantiæ Ducatus.*
        - *Hollandia.*
        - *Flandria.*
        - *Arteſia.*
        - *Ducatus Cameracenſis.*
        - *Picardia.*
        - *Comitatus Boloniæ.*
        - *Ditio Guinenſis.*
      - CELTICAM; cujus Partes
        - Francia.
        - Campania.
        - Belſia.
        - Turonia.
        - Cœnomanens. Ducatus.
        - Britannia-Armorita.
        - Normania.
        - Burgundia.
        - Lugdunenſis Tractus.
      - AQVITANICAM; cujus Partes
        - Aquitania.
        - Vaſconia.
        - Alvernia.
        - Pictavium.
        - Santones.
        - Comitatus Bituricenſis.
      - NARBONENSEM; cujus Partes
        - Languedokia.
        - Bearnia.
        - Sabaudia.
        - Delphinatus.
        - Provincia.
    - *Imperium.*
    - *Pares Franciæ.*
    - *Officiarij Regij.*
    - *Parlamenta.*
    - *Regum* Familiæ tres, per XII. Sæcula.
    - *Religio.*
  - ITALIA Triplex
    - *Gallica*, ſub qua continentur
      - Pedemontium.
      - Lombardia.
      - Marchionatus Montis-ferrati.
      - Genuenſium Ducatus.
      - Parmenſis Ducatus.
      - Mutinenſis Ducatus.
      - Mantuanenſis Ducatus.
      - Mediolanenſis Ducatus.
      - VENETIA Vbi
        - *Brixia.*
        - *Verona.*
        - *Vincentia.*
        - *Patavium.*
      - Forum-Iulij.
      - Iſtria.
      - Carnolia.
      - Tirolus Comitatus.
      - Romaniola.
    - *Italica*; ſub qua continentur
      - *Tuſcia*, ſeu Etruria, jam Toſcana.
      - *Marchia Anconitana.*
      - *Vmbria.*
    - *Neapolitana*; ſub qua continentur
      - Magna Græcia.
      - Latium, ſeu Campania.
      - Parthenope, Neapolis.
      - Aprutium, Terra-laboris, Baſilicata.
      - Puglia-Piana.
      - Apuleia-Peucetia.
      - Tarentinorum Regio
      - Calabria.
      - Lucania.
  - SCLAVONIA
    - Croatia.
    - Boſnia.
    - Dalmatia.
    - Pannonia.
    - Mæſia.
    - Thracia.
  - GRÆCIA; cujus *Provinciæ*
    - Macedonia.
    - Epirus, ſeu Albania.
    - Achaïa.
    - Teſſalia.
    - Morea.

Geographia. *ASIÆ, AFRICÆ, AMERICÆ RVDIMENTA.*

TABVLA LIV.

- ASIAM dividunt
  - *Tartaria*
    - Aſiatica,
    - Et
    - Europæa.
  - *India*; vbi
    - Sinarum Regio,
    - Et
    - India Vetus, ſeu propriè dicta.
  - *Perſica*, ſeu Cham.
  - ASIA Minor; cujus tres partes
    - Turcomannia.
    - Thergama.
    - Ianva.
  - SYRIA; cui accenſentur
    - SYRIA propriè dicta.
    - Phænicia, diviſa in
      - *Galilaam Gentium*
      - Et
      - *Syro-phænicium.*
    - Antiochene.
    - Cæleſyria; cujus Partes
      - *Decapolis Regio.*
      - *Tetrarchia.*
      - *Palmirene.*
    - Meſopotamia.
    - Seleucia.
    - Babylonia.
    - Caldæa.
    - ARABIA triplex;
      - Deſerta.
      - Felix.
      - Petroſa.
    - TERRA-SANCTA, ſeu Palæſtina diviſa in IV. Partes
      - *Idumaam*;
      - *Indæam.*
      - *Samariam.*
      - *Galileam*
        - Inferiorem,
        - Et
        - Superiorem
- AFRICAM dividunt
  - Ægyptus.
  - Libia.
  - Barbaria.
  - Guinea.
  - Æthiopia.
  - Mancicongo.
- AMERICÆ, præcipuæ Provinciæ tres
  - *Ananac*, ſeu Hiſpania-Nova; ſub qua cenſentur
    - Aniam.
    - Quirina.
    - Califarnia.
    - Tolin.
    - Toronte.
    - Marata.
  - *Bacalaos*, ſeu Francia-Nova, ſub qua
    - Eſtotilan.
    - Corte-Realis.
    - Canada.
    - Nurembega.
    - Virginia.
    - Florida.
  - *Pervana*, ſeu AMERICA MERIDIONALIS; cui inſunt
    - Caſtell-Aurea.
    - Dariena.
    - Pepajan.
    - Pervana, ſeu *Ophir*.
    - Chili.
    - Chica.
    - Tiſmunda.
    - Vra.
    - Guiana.
    - Braſilia.
    - Caribana.
    - FRETVM MAGELLANICVM; vbi
      - Guinea-Nova,
      - Et
      - Regio Pſitacorum.

CONGREGATIO, ET DIVISIO AQVARVM IN ORBE OMNIVM.

Hydrographia.

TABVLA LV.

QVIDQVID SALSÆ, AVT DVLCIS AQVÆ EST; claudit

- Circa Terram *Oceanus*
  - ORIENTALIS
    - Sericus.
    - Sinenſis.
    - Archipelagi.
    - S. Lazari.
  - OCCIDVVS
    - Atlanticus.
    - Hiſpanicus.
    - Gallicus.
    - Britannicus.
    - Germanicus.
  - SEPTENTRIONALIS
    - Sarmaticus.
    - Scyticus.
    - Hyperboreus.
    - Glacialis.
    - Mortuus.
  - MERIDIONALIS
    - Æthiopicus.
    - Perſicus.
    - Arabicus.
    - Ærithæus.
- Ad Fretum Gaditanum, Africam inter & Europam, *Mare Mediterraneum*
  - Ibericum.
  - Balearicum.
  - Gallicum.
  - Liguſticum.
  - Tuſcum, ſeu Thyrrenum.
  - Siculum.
  - Ionicum.
  - Adriaticum.
  - Dalmaticum.
  - Ægæum, Archipelagus Inſulis innumeris frequens.
  - Helleſpontus.
  - Propontis.
  - Boſphorus.
  - Pontus-Euxinus.
  - Palus Meotis.
- *Inſulæ* in
  - EVROPA;
    - Groëlandia, Friſlandia, Iſlandia, Thule, S. Thomæ;
    - Magna Britannia; conſtans
      - *Hybernîâ.*
      - *Angliâ.*
      - *Scotiâ.*
    - Baleares, Majorica & Minorica.
    - Hollandia, Zelandia, Friſia, &c.
    - Sardinia, Corſica.
    - Cyclades, Naupactum.
    - Rhodus, Cyprus, Creta, Mitilene, &c. *in Archipelago;*
  - ASIA;
    - Iaponia.
    - S. Lazari.
    - Iava.
    - Moluccæ, & aliæ innumeræ.
  - AFRICA;
    - Cuba S. Dominici, Hiſpaniola.
    - S. Laurentij, Antillæ, &c.
  - AMERICA;
    - Teſtudinum. S. Thomæ.
    - Gadaloupa. Martinica.
- *Flumina grandiora* in
  - EVROPA
    - Boriſtenes, Mœnus, Ancaſius, Necarus, Viſtula, Viſurgis, Danubius, ſeu Iſther, Neperus, Rhenus, &c. *In Germania, & vltra.*
    - Iberus, Tagus, Bœtis, Minius, Chalybs, &c. *In Hiſpania.*
    - Rhodanus, Arar, Sequana, Ligeris, Garumna, Matrona, Moſa, Moſella, Scaldis, &c. *In Gallia, & Belgio.*
    - Padus, ſeu Eridanus, Tiberis, Atheſis, Mincius, Ticinus, &c. *In Italia.*
  - ASIA; Indus, Ganges, Hidaſpes, Tygris, Euphrates, Iordanus.
  - AFRICA; Nilus, Niger, Zama.
  - AMERICA; S. Laurentij, Fluvius Magnus, Amaſonum, &c. Rio de Plata.

Optica.

OPTICÆ, ILLIVSQVE APPENDICES.

TABVLA LVI.

- OPTICA; in qua
  - *Conſiderantur*
    - OBJECTVM
      - Secundarium, vt Colores.
      - Primarium, vt Lucidum illuminatum; vnde corpora
        - Lucida duo
          - Cœlum,
          - Et
          - Ignis.
        - Terminantia viſum tria
          - Opaca, *vt fumus.*
          - Denſa, *vt Sol.*
          - Opaca & denſa, *vt cætera; cujuſmodi Aſtra, & magna pars ſublunarium.*
    - MEDIVM TRIPLEX
      - ÆQVABILE, à quo definitur propriè dictâ OPTICA; vbi
        - Numerantur *Corpora perſpicua*
          - Cœlum.
          - Aër.
          - Aqua.
          - Vitrum.
          - Chriſtallus.
          - Gemmæ.
          - Cornu.
        - Diſtinguitur
          - *Lumen*
            - Primum.
            - Secundum.
            - Tertium.
            - Perfectum.
            - Imperfectum.
          - *Vmbra*
            - Prima.
            - Secunda.
            - Perfecta.
            - Imperfecta.
      - REFLECTENS, à quo CATOPTRICA; vbi reflexivum denſum aſſignatur duplex
        - Aſperum, quod reflectit tantùm lumen & colorem, vt aër & terra.
        - POLITVM, quod reflectit imaginem: diciturque SPECVLVM
          - *Naturale*
            - Animatum, *vt Oculus.*
            - Inanimatum, *vt Chryſtallus, cæteraque denſa.*
          - Aut
          - *Artificiale*
            - Metallicum.
            - Vnde SPECVLVM
              - Regulare.
              - Irregulare.
              - Planum.
              - Sphæricum; in queis VISIO.
            - Vitreum.
      - REFRINGENS, à quo DIOPTRICA; vnde fractio radij in medio dupliciter
        - Materia, ſeu ſubjecto recipiente, *vt ſunt aqua, & aer.*
          - Fit per tres lineas
            - Catheti.
            - Incidentiæ.
            - Reflexionis.
        - Figura materiæ, ovali, trianguli, &c.
    - ORGANVM, ſeu OCVLI; qui
      - Conſtant
        - *Humoribus*
          - Aqueo.
          - Chryſtallino.
          - Vitreo.
        - Et
        - *Tunicis*
          - Interioribus
            - Retinâ.
            - Secundinâ.
            - Scleroticâ.
          - Exterioribus
            - Adnatâ.
            - Corneâ.
            - Vvea.
            - Araneâ.
      - Sunt
        - Paſſivi luminis.
        - Activi *viſionis*; ad quam requiritur vt
          - *Objectum ſit*
            - Luminoſum.
            - Terminatum.
            - Oppoſitum.
            - Debitæ
              - *Magnitudinis*
              - Et
              - *Diſtantia.*
          - *Medium ſit*
            - Diaphanum.
            - Incoloratum.
            - Vacuum fortiori lumine.
          - *Organum ſit*
            - Configurationis, & habitudinis ſanæ.
            - Denudatum alieno colore.
            - Non impeditum alieno lumine.
  - *Examinantur* celebriores
    - QVÆSTIONES.
    - FALLACIÆ.
    - THEOREMATA VARIA.

Perſpectiv.
Pictura
Gnomon.

DEPENDENTIÆ OPTICES.

TABVLA LVII.

- OPTICÆ ſubordinantur
  - PROJECTIVA, ſeu PERSPECTIVA; cui deſerviunt
    - *Lineæ*
      - Terræ.
      - Horiſontis.
      - Diſtantiæ.
      - Radiales.
      - Parallelæ.
      - Tranſverſæ, ſeu Decuſſantes.
      - Diametrales.
      - Propendiculares.
    - Et
    - *Puncta*
      - Primum.
      - Duo alia diſtantiæ.
  - PICTVRA, in qua
    - *Colores*
      - Simplices.
      - Compoſiti.
      - Extremi.
      - Medij.
    - *Compoſitio* triplex
      - Realis.
      - Intentionalis.
      - Notionalis.
    - *Vmbra*
      - Quæ *dividitur* in
        - Naturalem
          - *Diurnam.*
          - *Nocturnam.*
          - *Claram.*
          - *Obſcuram.*
        - Artificialem
          - Imperfectam.
          - Totalem.
          - Rectam.
          - Inverſam.
          - Diverſæ figuræ; vt eſt
            - *Cilindrica.*
            - *Pyramidalis, &c.*
      - Cujus examinantur præcipua THEOREMATA.
      - Docetque
        - Ecclipſes.
        - Magnitudinem Solis, & Lunæ.
        - Rationes Temporis horarias.
        - Menſuras Corporum.
        - Locorum intervalla.
        - Terræ rotunditatem, ſitum in medio, & magnitudinem.
  - GNOMONICA; De qua ſubinde. *

- * GNOMONICA; Ars conficiendi Sciatherica horologia, quorum
  - *Partes*
    - Materia inſcribenda.
    - Linea ducenda.
    - Stylus infigendus.
    - Lineæ horariæ.
    - Almincantarath.
    - Azimuth.
    - Declinationum.
    - Arcuum.
    - Signorum Zodiaci.
  - *Species diverſæ*; vt
    - *Nocturnum*
      - Lunare,
      - Et
      - Siderale.
    - *Diurnum*
      - *Fixum*
      - Et
      - *Mobile*
      - In
        - *Plano*
          - Iacens, ſeu horizontale.
          - Erectom ratione
            - Suiipſius
              - Verticale.
              - Inclinatum
                - *Supinum.*
                - *Pronum.*
                - *Æquinoctiale;*
                - *Polare.*
            - Quattuor cardinum
              - Orientale.
              - Occidentale.
              - Meridionale.
              - Septentrionale
                - *Directum,*
                - *Declinatum;*
                - *Dextrum,*
                - *Siniſtrum.*
        - *Rotundo*
          - Perfecto, *vt globo concavo.*
          - Vel
          - Imperfecto, *vt in concavo Cilindri, aut Coni inverſi.*

Artes Lib. & Mechan.

ARTIVM PARTITIO GENERALIS.

TABVLA LVIII.

- ARTES
  - *Aliæ ad*
    - Neceſſitatem.
    - Vtilitatem.
    - Voluptatem.
  - *Liberales* ortæ
    - A Phyſica, & Mathematica,
    - Vel
    - A Mathematica, quà præſertim Statica eſt: & principium motus, per
      - *Per vectem.*
      - *Cuneum*
      - *Trochleam.*
      - *Cochlean.*
      - *Malleum.*
      - *Scalprum.*
      - *Securim.*
      - *Gladium.*
  - *Mechanicæ*
    - Statuaria
      - Fuſoria.
      - Sculptoria.
    - Fabrilis
      - Lignaria.
      - Ferraria.
      - Lapidaria.
  - *Serviles*
    - Coquinaria.
    - Veſtiaria.
    - Voluptuaria.
  - *Mixtæ*
    - Cælatura
      - *Typorum.*
      - *Sigillorum.*
      - *Numiſmatum.*
    - Typographica
      - *Conflatione Characterum.*
      - *Capſulis & loculis.*
      - *Prelo.*
    - Agricultura conſtans
      - Georgicâ.
      - Paſcuariâ.
      - Phytologiâ.
      - Hortenſi.
    - Architectura ad
      - Neceſſitatem.
      - Commoditatem.
      - Delicias.
    - Venatoria
      - Ferina.
      - Aucupatoria.
      - Piſcatoria.
    - Militaris; vbi
      - Stemmatum emblemata.
      - Et
      - Ordines Equeſtres varij.
    - Mercatura
      - Terreſtris.
      - Aquatica.
      - Mercium
        - *Domeſticarum,*
        - Et
        - *Peregrinarum.*
    - Gymnaſtica
      - Saltatione.
      - Curſu.
      - Paleſtrâ.
      - Diſco.
      - Pilâ.
      - Balneis, &c.

Metaphyſica.

Tabvla lix.

TABVLA METAPHYSICÆ.

- Metaphysica continentur
  - *Natura* Primæ hujus Philoſophiæ
    - *Sublimiſſima.*
    - *Certiſſima.*
    - *Veriſſima.*
  - *Objectum*
    - Aæquatum, *Ens.*
    - Attributionis, Devs.
  - *Partes*
    - Eſſentia.
    - Exiſtentia
      - *Suppoſitum.*
      - *Perſona.*
  - *Diviſio* in
    - Reale & Rationis.
    - Infinitum, & Finitum.
    - Abſolutum à ſe, Dependens ab alio.
    - Neceſſarium, Contingens.
    - Vniverſale, & Particulare.

Metaphyſica.

TABVLA LX.

- METAPHYSICAM continuant
  - ISAGOGE PORPHYRII; VBI VNIVERSALIA SEV VOCES V. examinantur.
    - *In generali*
      - Diviſio in
        - Cauſando.
        - Significando.
        - Eſſendo.
        - Prædicando.
      - Indiviſio, ſeu vnitas multiplex
        - *Per ſe.*
        - *Per accidens.*
        - *Generica.*
        - *Specifica.*
        - *Individualis.*
        - *Analogiæ.*
        - *Præciſionis.*
        - *Vniverſalis.*
        - *Abſtractionis.*
      - ENS RATIONIS
        - *Ratiocinantis*; vt Chimæra.
        - *Ratiocinatæ*; vt
          - Relationes.
          - Negationes.
          - Privationes.
    - *In ſpeciali*
      - GENVS
        - Summum, Et Subalternum.
      - SPECIES
        - Subalterna.
        - Specialiſſima.
      - INDIVIDVVM.
        - Particulare, Et Singulare.
      - DIFFERENTIA.
      - PROPRIVM.
      - ACCIDENS.
  - CATHEGORIÆ x. Ariſtotelis, quibus maximè dividitur ENS per decem PRÆDICAMENTA; quæ ſunt
    - Subſtantia
      - Prima, Et Secunda.
    - Quantitas
      - Continua
        - *Lata.*
        - *Longa.*
        - *Profunda.*
      - Diſcreta
        - *Numerus.*
        - *Tempus.*
    - Relatio
      - Realis, Et Rationis.
    - Qualitas quadruplex
      - *Habitus, & Diſpoſitio.*
      - *Naturalis Potentia, & Impotentia.*
      - *Patibilis qualitas, & Paſſio.*
      - *Forma, & Figura.*
    - Actio, & Paſſio
      - Immanens,
      - Tranſiens:
      - Vitalis,
      - Non vitalis.
    - Vbi
      - Immenſum.
      - Circumſcriptivum.
      - Definitivum.
      - Sacramentale.
    - Situs
      - Ante, retro:
      - Dextrorſum, Siniſtrorſum, &c.
    - Quando, ſeu Duratio,
      - Permanens.
      - Succeſſiva.
    - Habitus
      - Veſtes variæ, Et Ornamenta.
  - ENTIS ATTRIBVTA TRANSCENDENTALIA
    - Verum.
    - Vnum.
    - Bonum, &c.
      - Honeſtum.
      - Vtile.
      - Delectabile.
  - ENTIA IMMATERIALIA
    - Intelligentiæ, ſeu *Angeli.*
    - DEVS Entium *Alpha*, & *Omega*.
      - De quibus in conſequenti THEOLOGIA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SYLLABVS CAPITVM

SYLLABVS
CAPITVM, ET TITVLORVM
HVIVS VOLVMINIS.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

NVNCVPATORIA ad CHRISTVM *Votiva, & Euchariſtica.*
PRÆFATIO totius Operis, Autoris conſilium.

MEDVLLA SAPIENTIÆ VNIVERSALIS,
QVI LIBELLVS EST ADITIALIS.

CAPVT I.	HOMO *Scientiarum & cupidus & capax, eas omnes in ſeipſo continet.*	pag. 1	MEDVLL. SAPIENT.
CAPVT II.	*Intra Hominem ipſum, ſpecialis Scientiarum delineatio.*	7	
CAPVT III.	*Quâ præſertim Methodo, Homo ſit Erudiendus.*	9	
CAPVT IV.	*Forma Methodi ſtatuitur præcipuè triplex.*	12	
CAPVT V.	*Corollaria duo ex antedictis, cum acuratiori differentia Compendij, & Extracti.*	16	
CAPVT VI.	*Scientiarum & Diſciplinarum origo, & inventio.*	20	
CAPVT VII.	*Scientiarum, & Diſciplinarum partitio varia.*	23	
CAPVT VIII.	*Ejuſdem partitionis variæ proſecutio.*	29	
CAPVT IX.	*Scientiarum diſtributio melior ex ipſamet Hominis ſtructura.*	40	
CAPVT X.	*Scientia vna datur Encyclopædiæ, ſeu Sapientię-Vniverſalis.*	43	
CAPVT XI.	*Eadem Scientia vna Generalis, rationibus plurimis comprobatur.*	46	
CAPVT XII.	*Eadem Scientiæ Vnitas, confirmatur autoritate eximiorum Philoſophorum.*	49	
CAPVT XIII.	*Vniverſalis ejuſmodi Scientia, propriè Sapientia, Philoſophia-Prima, & Theologia debet appellari.*	53	
CAPVT XIV.	*Orbis rerum, & Scientiarum comparatur.*	57	
CAPVT XV.	*Eadem comparatio ampliùs explicatur per Naturæ Scalam, & Scientiarum Pyramidem.*	60	
CAPVT XVI.	*Præcipua Sapientiæ Vniverſalis Theoremata.*	64	
CAPVT XVII.	*Errores Plebeij ac Vulgares circa Scientias.*	66	
CAPVT XVIII.	*Curationes Sapientiæ-Vniverſalis.*	69	
CAPVT XIX.	*Via & Methodus naturalis compendio proponitur.*	72	
CAPVT XX.	*Facilitas & vtilitas Methodi naturalis, cum gemina exemplorum praxi.*	74	
CONCLVSIO.	*Ad ſtudium Sapientiæ Exhortatio Parænetica.*	78	

Digitized by Google

Syllabus Titulorum

1. CIRCVLVS.

CONTEXTVS SCIENTIÆ-HVMANÆ.

PROLOQVIVM *ad omnes Scientias.* pag. 1
TITVL. I. *Scientiæ-Humanæ*, Circulus Primus. 2

GRAMMATICA.

GRAMMATICA.
TITVL. II. GRAMMATICÆ *Tractatus IX.* 3
TITVL. III. *Alphabetum varijs Litteris, & characteribus constans.* 4
TITVL. IV. *Nomina, & Verba.* 5
TITVL. V. *Declinationes, & Conjugationes.* 6
TITVL. VI. *Syntaxis, & Orationis structura.* 7
TITVL. VII. *Glottomatia, de Linguis & Idiomatis diversis.* 9
TITVL. VIII. *Linguarum Isagoge, quæ præsertim, & quomodo addiscendæ.* 11
TITVL. IX. *Orthographiæ partes, ac munera.* 16

HISTORIA.

HISTORIA.
TITVL. I. HISTORIÆ *partitio, per Tractatus IX.* 18
TITVL. II. *Chronologia Multiplex.* 19
TITVL. III. *Aureus, Numerus, Epacta, Cyclus, &c.* 23
TITVL. IV. *Diversæ Ætates & Æræ.* 25

Selecta Ecclesiæ DEI.

ECCLESIASTICA.
TITVL. V. *Iudaica Ecclesiastica.* 27
TITVL. VI. CHRISTI *æra, novaque annorum computatio.* 30

Selecta Ecclesiæ Catholicæ-Romanæ.

TITVL. VII. *Gesta præcipua Pontific. MM.* 32
TITVL. VIII. *Continuatio Pontif. Roman. ab Imper. Constantin.* 34
TITVL. IX. *Continuatio Pontif. Maxim. à Carolo-Magno.* 38
TITVL. X. *Continuatio Pontif. Maxim. à morte S. Ludovici.* 43

Selecta ex Conciliis Oecumenicis, & Romanis.

TITVL. XI. *Concilia Generalia.* 48
TITVL. XII. SELECTA *Ecclesiarum quattuor Patriarchalium; Hierosolymitanæ.* 56
TITVL. XIII. *Ecclesia Patriarchalis Antiochena.* 58
TITVL. XIV. *Ecclesia Patriarchalis Alexandrina.* 61
TITVL. XV. *Ecclesia Patriarchalis Constantinopolitana.* 64
TITVL. XVI. *Selecta Potiorum vbique Ecclesiarum.* 70
NOTITIA *Archiepiscopatuum, & Episcopatuum Galliæ, prout recensentur in sequenti Historia-Chronologica.* 85
TITVL. XVII. SELECTA *Ecclesiæ in Gallo-Francia-Christianissimæ. Archi-Episcopatus* Parisiensis, *cum Suffraganeis III.* 89
TITVL. XVIII. *Archi-Episcopatus* Turonensis, *cum Suffraganeis XI.* 97
TITVL. XIX. *Archi-Episcopat. Bituricens. cum Suffraganeis XI.* 108
TITVL. XX. *Archi-Episcopat. Burdegal. cum Suffraganeis IX.* 113
TITVL. XXI. *Archi-Episcopatus Auxitanus, cum Suffraganeis X.* 118
TITVL. XXII. *Archi-Episcopat. Tolosanus, & Suffraganei VII.* 120
TITVL. XXIII. *Archi-Episcopat. Narbonensis, & Suffraganei IX.* 121
TITVL. XXIV. *Archi-Episcopat. Arelatensis, & Suffraganei IV.* 124
TITVL. XXV. *Archi-Episcopatus Aquensis, & Suffraganei V.* 126

Scientiæ-Humanæ.

TITVL. XXVI.	*Archi-Epiſcopatus Ebrodunenſis, & Suffreganei V.*	127	SERMOCINAL.
TITVL. XXVII.	*Archi-Epiſcopatus Viennenſis, & Suffraganei IV.*	129	
TITVL. XXVIII.	*Archi-Epiſcopatus Lugdunenſis, & Suffraganei IV.*	131	
TITVL. XXIX.	*Archi-Epiſcopatus Seuonenſis, & Suffraganei III.*	141	
TITVL. XXX.	*Archi-Epiſcopatus Rhemenſis, & Suffraganei VIII.*	147	
TITVL. XXXI.	*Archie-Epiſcopatus Rothomagenſis, & Suffraganei VI.*	156	
TITVL. XXXII.	*Selecta Auctuarij Epiſcopatuum Gallo-Franciæ.*	161	
TITVL. XXXIII.	SELECTA *Eccleſiæ Sanctæ. Cur Sancta vocatur?*	165	
TITVL. XXXIV.	*Varij Sanctorum Ordines.*	167	
TITVL. XXXV.	*Selecta Eccleſiæ doctrina conſpicuæ. Vbi viri in Eccleſia Eruditi.*	170	
TITVL. XXXVI.	*Doctores ab anno milleſimo.*	179	
TITVL. XXXVII.	SELECTA *de Hæreſibus.*	184	HÆRESES.
TITVL. XXXVIII.	*Continuatio Secul Chriſti XII.*	189	
TITVL. XXXIX.	SCHISMATVM *in Eccleſię-Catholicæ, Chrono-taxis.*	192	
TITVL. XL.	SYNOPSIS *Hiſtorię Monaſticæ.*	196	MONASTICA.
TITVL. XLI.	*Continuatio Monaſticę.*	200	
TITVL. XLII.	*Selecta de Ordine* Carmelitarum.	203	CARMELIT.
TITVL. XLIII.	SELECTA IMPERIJ DEI, *toto Orbe Generalis.*	206	IMPERI.
TITVL. XLIV.	*Imperium* CHRISTI.	209	
TITVL. XLV.	*Imperatores Orientis.*	212	
TITVL. XLVI.	*Imperij Orientis, & Occidentis diviſio.*	215	
TITVL. XLVII.	*Imperium Occidentis ab Ottone I.*	218	
TITVL. XLVIII.	*Synopſis Imperij Vniverſalis.*	220	
TITVL. XLIX.	SELECTA Hiſtoriæ Exteræ *Gentium diverſarum.*	222	EXTERA.
TITVL. L.	*Monarchiam Græcorum inchoat Alexander, ann. 3640.*	225	

ÆRA CHRISTIANA.

TITVL. LI.	*Monarchia Romana.*	229	
TITVL. LII.	*Hiſtoriæ Exteræ, Secul.* CHRISTI *IV. & V.*	233	
TITVL. LIII.	*Selecta Hiſtorię* Gallo-Francorum *Gentilicię.*	238	GALLO-FRANCI.
TITVL. LIV.	*Prima Regum Gallię Familia Merovingiorum.*	239	
TITVL. LV.	*Reges Secundæ Familiæ Carolinæ.*	242	
TITVL. LVI.	*Reges tertiæ Dynaſtiæ Capetior.*	245	
TITVL. LVII.	*Ludovici IX. poſteritas.*	246	
TITVL. LVIII.	*Stirps Valeſia Regno admota.*	250	
TITVL. LIX.	*Stirpis Borboniæ ſeries.*	251	

HISTORIA MISCELLANEA.

TITVL. LX.	*Viri, & Res illuſtriores ab Orbe condito.*	253	MISCELLANEA.
TITVL. LXI.	*Res rarę, & Viri illuſtres à* CHRISTO.	255	

POESIS, ET MYTHOLOGIA.

TITVL. I.	*Ars Poëtica delibatur.*	261	MYTHOLOG.
TITVL. II.	*Fabula definitur, & explicatur.*	268	POESIS
TITVL. III.	*Fabularum Syllabus, ſub littera A.*	269	
TITVL. IV.	*Series Fabularum Alphabetica, ſub litteris B, & C.*	273	
TITVL. V.	*Continuatio Fabularum Alphabetica, ſub litteris D. E. F.*	278	
TITVL. VI.	*Continuatio Fabularum Alphabetica, ſub litteris G. H.*	282	
TITVL. VII.	*Continuatio Fabularum Alphabetica, ſub litteris I. L.*	287	
TITVL. VIII.	*Continuatio Fabularum Alphabetica, ſub litteris M. N. O.*	291	
TITVL. IX.	*Continuatio Fabularum Alphabetica, ſub littera P.*	297	
TITVL. X.	*Continuatio Fabularum Alphabetica, ſub litteris R. S.*	301	
TITVL. XI.	*Continuatio Fabularum Alphabetica, ſub litteris T. V.*	305	

II. CIRCVLVS.

II. CIRCVLVS.

SCIENTIA RATIOCINATRIX. 309

RHETORICA VVLGARIS.

ATRIVM Eloquentiæ, Rhetorica Vulgaris.

TITVL. I.	*Officium triplex Rhetoricæ.*	312
TITVL. II.	*Partitio Rhetoricæ, & quas à Natura dotes habere debeat Orator.*	ibid.
TITVL. III.	*Naturę dotibus accedere debet Artis cultura triplex.*	314
TITVL. IV.	*Poſt Naturam & Artem, opus Exercitatione triplici.*	318
TITVL. V.	*Artis Oratoriæ Opus eſt Oratio, quomodo ſtruenda?*	322
TITVL. VI.	*Partes Orationis Exordium, Narratio: Confirmatio, Refutatio, Peroratio.*	325
TITVL. VII.	*Artis Oratoriæ Partes quinque. Inventio, Diſpoſitio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio.*	328
TITVL. VIII.	*Argumentorum variæ ſpecies, & inventio.*	332
TITVL. IX.	*Amplificationis varię ſtructura, & artificium.*	337
TITVL. X.	*Motus ſeu affectus in Oratione inſerendi, & quomodo excitandi?*	339
TITVL. XI.	*Figuræ Orationi interſerendæ, & illarum vſus varius.*	341
TITVL. XII.	*Quæ, qualis, & quotuplex ſit in Oratione Diſpoſitio.*	344
TITVL. XIII.	*Triplex via & copia augendi Orationis varietatem aperitur.*	346
TITVL. XIV.	*Multiplex ratio colligendi quæ paßim leguntur.*	347
TITVL. XV.	*Elocutionis virtutes, & vitia.*	348
TITVL. XVI.	*Præcipuus Elocutionis ornatus triplex.*	350
TITVL. XVII.	*Quidnam ſit in oratione Stylus.*	356
TITVL. XVIII.	*Stylus præſertim quintuplex enarratur.*	ibid.
TITVL. XIX.	*De Oratione memoriter addiſcenda.*	360

RHETORICA LVLLIANA.

TEMPLVM Eloquentiæ in quo perſpicua, faciliaque traduntur, de omnibus tum Scientiæ, tum Eloquentiæ, generalia principia. 365

TITVL. XX.	*Propoſitio Artis Magnę, & Parvæ.*	367
TITVL. XXI.	*Explicantur triginta ſex Termini.*	369
TITVL. XXII.	*Scala Naturę, Scientię, Eloquentiæ, ſeu Pyramis Veritatis explicatur.*	372
TITVL. XXIII.	*Explicatur Figura ſecunda Abſolutorum.*	374
TITVL. XXIV.	*Explicatur Figura Tertia Reſpectivorum.*	376
TITVL. XXV.	*Tertia Figura Interrogationum per Quæſtiones IX.*	379
TITVL. XXVI.	*Summa Artis hactenus propoſitæ.*	384
TITVL. XXVII.	*Applicatio Artis hactenus explicatæ, ad praxim.*	386
TITVL. XXVIII.	*Multiplicatio Artis, hactenus explicatę, & applicatæ, triplex.*	390
TITVL. XXIX.	*Multiplicatio IX. Subjectorum.*	394
TITVL. XXX.	*Quæſtiones novem evoluuntur.*	399
TITVL. XXXI.	*Multiplicatio IX. Abſolutorum.*	401
TITVL. XXXII.	*Multiplicatio novem Reſpectivorum.*	403
TITVL. XXXIII.	*Rerum Concordiæ, & Repugnantia.*	404
TITVL. XXXIV.	*Alia ſex Reſpectiva multiplicantur.*	407
TITVL. XXXV.	*Summa Artis vt eſt in Autore.*	409
TITVL. XXXVI.	*Compendium Artis, hoc Commentario.*	411

SANCTVA-

RATIOCINAT.

SANCTVARIVM ELOQVENTIÆ
CHRISTIANO-CATHOLICÆ.

RHETORICA CONCIONAT.

PARTITIONES Chriſtianæ Eloquentiæ. 413
TITVL. XXXVII. *Concionatoris ſex dotes præcipuæ.* 415
TITVL. XXXVIII. *Concionis artificium, & ſtructura.* 416
TITVL. XXXIX. *Materia Concionis duplex; Canonica, aut Non-Canonica.* 418
TITVL. XL. *Exemplo duplici, Concionis Materia enucleatur.* 419
TITVL. XLI. *Formæ Concionis artificium triplex.* 420
TITVL. XLII. *Vtilitates Methodi, compendio expreſſa.* 423
TITVL. XLIII. *Ornatus, & qualitates Eloquentiæ Chriſtianæ Concionis.* 424
TITVL. XLIV. *Citationes, aliaque aut vitanda, aut excolenda.* 426
TITVL. XLV. *Concionis elocutio, & ſtylus.* 427

DIALECTICA

DIALECTICA.

TITVL. I. *Diſciplinæ Dianoeticæ Tractatus IX.* 429
TITVL. II. *Terminorum explicatio; quid ſint Termini ſimplices, quid Propoſitio, & Oratio?* 432
TITVL. III. *Terminorum ejuſmodi affectiones, & proprietates variæ.* 433
TITVL. IV. *Nominis, & verbi explicatio.* 435
TITVL. V. *Orationis natura; quid, & quotuplex ſit?* 436
TITVL. VI. *Propoſitionis Paſſio triplex.* 438

LOGICA

LOGICA.

TITVL. VII. *Logicæ Tractatus IX.* 441
TITVL. VIII. *Officium Logicæ, eſt tradere Diſciplinas; quarum expenditur ordo, & methodus.* 442
TITVL. IX. *Indicantur intellectus virtutes, vitiaque oppoſita, & habitus medij.* 444
TITVL. X. *Scientia natura, & proprietates.* 446
TITVL. XI. *Modus ſciendi triplex.* 448
TITVL. XII. *Syllogiſmorum ſtructura varia, natura, & proprietates.* 452
TITVL. XIII. *Demonſtrationis, qui perfectus eſt Syllogiſmus, natura & artificium.* 457
TITVL. XIV. *Elenchorum Libri duo, vbi Ars Sophiſtica ventilatur.* 459

SCIENTIA SPECVLATRIX.

PHYSICA.

PROLOQVIVM ad Scientias Theoreticas. 463
TITVL. I. *Phyſica Generalis, Peripatetica, diſtribuitur.* 465
TITVL. II. *Principia Rerum naturalium, examinantur in genere.* 467
TITVL. III. *Tria in ſpecie Rerum naturalium Principia; Materia, Forma, Privatio.* 468
TITVL. IV. *Materiæ exiſtentia probatur.* 469
TITVL. V. *Privatio ſtatuitur alterum Naturæ Principium Phyſicum.* 471
TITVL. VI. *Forma tertium naturæ Principium, ejuſque varia nomina.* ibid.
TITVL. VII. *Quid ſit Compoſitum?* 473
TITVL. VIII. *Vnio totius quid, & vnde?* ibid.

III. CIRCVLVS. TITVL. IX. *Natura nomen, & ſignificatus varij.* 475
TITVL. X. *Natura, & Ars comparantur.* 476
TITVL. XI. *Diviſio Cauſarum in genere, & ſpecie.* 478
TITVL. XII. *Modus agendi Cauſarum quattuor, & Cauſalitas quid ſit?* 480
TITVL. XIII. *Cauſarum varia adinvicem comparatio, & quatenus cauſæ ſunt ſibi mutuò cauſæ.* 481
TITVL. XIV. *Finis natura, & conditiones.* 483
TITVL. XV. *Motus natura, & attributa.* 486
TITVL. XVI. *Quotuplex, & quid ſit Infinitum?* 487
TITVL. XVII. *Loci natura, & proprietates.* 490
TITVL. XVIII. *Vacuum quid ſit, & poſſit-ne dari?* 492
TITVL. XIX. *Temporis natura, & proprietates.* 493
TITVL. XX. *Motus vnitas, continuitas, contrarietas reſumitur.* 496
TITVL. XXI. *Indiviſibilia, & quies.* 498
TITVL. XXII. *Quomodo res incipiunt, & deſinunt.* 500
TITVL. XXIII. *De principio motus.* 501
TITVL. XXIV. *Motus intra ſphæram naturalis, non ſine conjunctione mobilis & mot.* 503
TITVL. XXV. *Motus gravium, levium, & projectorum.* 505
TITVL. XXVI. *Primi Motoris neceſſitas, & natura inſinuatur.* 506

MEDICINA.

MEDICINA. *PROLOQVIVM ad Medicinam.* 509
TITVL. XXVII. *Medicinæ Humanæ origo, & partitio.* 512
TITVL. XXVIII. *Phyſiologia explicatur.* 513
TITVL. XXIX. *Oſteologia oſſa corporis recenſet.* 515
TITVL. XXX. *Organa à facultate triplici; naturali, vitali, animali.* 518
TITVL. XXXI. *Organa facultatis vitalis; pulmones, cor arteria.* 521
TITVL. XXXII. *Organa facultatis animalis; cerebrum, nervi, muſculi.* 522
TITVL. XXXIII. *Humores corporis enumerantur.* 525
TITVL. XXXIV. *Humores Secundarij recenſentur.* 527
TITVL. XXXV. *Temperamenta examinantur.* 528
TITVL. XXXVI. *Temperamento quattuor annectuntur; ſexus, ætas, tempus, regio.* 530
TITVL. XXXVII. *Anima, & vita triplex.* 531
TIT. XXXVII. bis. *Quomodo augeantur fœtus.* 535
TITVL. XXXVIII. *Facultas vitalis explicatur.* 537
TITVL. XXXIX. *Facultas Animalis deſcribitur.* 538
TITVL. XL. *Spiritus natura, & proprietates.* 539
TITVL. XLI. *Pathologia, & Æthiologia; vbi de morbis, & eorum cauſis.* 541
TITVL. XLII. *Simoitica; vbi morborum ſigna, & indicationes variæ.* 543
TITVL. XLIII. *Criſis multiplex.* 545
TITVL. XLIV. *Medicina Practica, triplex.* 547
TITVL. XLV. *Diætica, leges alimenti præſcribit.* 549
TITVL. XLVI. *Gymnaſtica, exercitia varia tradit.* 550
TITVL. XLVII. *Therapeutica generalis, remedia præſcribit.* 551
TITVL. XLVIII. *Therapeutica ſpecialis, ſeu Pharmaceutica practica.* 553
TITVL. XLIX. *Chirurgica operationes ſtrictim indicata.* 555
TITVL. L. *Anatomia Practica, totius Medicinæ compendium.* 556

SPECVLAT.

PHILOSOPHIA SECRETA, VERE NATVRALIS.

PHILOSOPHIA SECRETA.

TITVL. LI.	*Chymia, ſeu Spagirica.*	559
TITVL. LII.	*Scientia hujus Principia Generalia.*	561
TITVL. LIII.	*Tria Naturæ, & Artis Principia particularia.*	562
TITVL. LIV.	*Naturæ & Artis Operatio triplex.*	563
TITVL. LV.	Chimia Practica, *ejuſque effectus tres.*	566
TITVL. LVI.	*Lapis Philoſophicus.*	567
TITVL. LVII.	*Canones, ſeu Regulæ Naturę, & Artis generales.*	570

MATHEMATICA.

PROLOQVIVM ad Mathematic.		575 MATHEMATICA.
TITVL. I.	MATHEMATICÆ *Diſciplina diſtributa, ac definitę.*	577
TITVL. II.	Arithmetica *definita, & laudata.*	579
TITVL. III.	*Numerandi, & computandi leges.*	580
TITVL. IV.	*Proportio, & proportionalitas explicantur.*	582
TITVL. V.	*Algebra delibatur.*	585
TITVL. VI.	*Arithmeticę inventa, & appendices.*	589
TITVL. VII.	Muſica *quotuplex, & quibus conſtat.*	591
TITVL. VIII.	*Cantus & Muſica modi varij.*	593
TITVL. IX.	Geometriæ *natura, & officia.*	597
TITVL. X.	*Exempla Geometriæ Practica.*	605

COSMOLOGIA, CÆLI, ET TERRÆ DESCRIPTIO.

TITVL. XI.	Orbis *Cœleſtis delineatur.*	610 COSMOLOGIA.
TITVL. XII.	Aſtronomia, *Corporum Cœleſtium motus explicans.*	613
TITVL. XIII.	*Stellæ, & alia Sedera conſiderantur.*	616
TITVL. XIV.	Aſtrologiæ *conjectura inanes.*	622 ASTROLOGIA.
TITVL. XV.	*Varia Mathematicæ inſtrumenta; Globus, Sphæra, Aſtrolabium, Pixis-Nautica.*	624

GEOGRAPHIA.

TITVL. XVI.	GEOGRAPHIÆ *generalis, munus triplex.*	634 GEOGRAPH.
TITVL. XVII.	*Geographia ſpecialis duplex.*	639
TITVL. XVIII.	EVROPÆ *Regiones Septentrionales, ſeu Orbis Arctous.*	641
TITVL. XIX.	*Germaniæ deſcriptio.*	644
TITVL. XX.	*Hiſpaniæ Regna varia.*	648
TITVL. XXI.	GALLICA *Monarchia proponitur.*	650
TITVL. XXII.	*Gallo-Franciæ Regnum.*	652
TITVL. XXIII.	*Gallia Aquitanica.*	655
TITVL. XXIV.	*Gallia Narbonenſis.*	657
TITVL. XXV.	*Regnum Arelatenſe.*	658
TITVL. XXVI.	*Gallorum Mores, & Imperium.*	659

III. CIRCVL. SPECVLAT.	TITVL. XXVII.	Italiæ *Partes luſtrantur.*	663
	TITVL. XXVIII	*Italia Trans-Padana, Lombardia, &c.*	ibid.
	TITVL. XXIX.	*Latium, Roma, Neapolis, Calabria, &c.*	666
	TITVL. XXX.	*Sclavonia variè diſtincta.*	667
	TITVL. XXXI.	*Græcia Turcica.*	668
	TITVL. XXXII.	Aſiæ *amplitudo.*	669
	TITVL. XXXIII.	*Aſia-Minor Mahumetica.*	673
	TITVL. XXXIV.	*Syriæ delineatio.*	674
	TITVL. XXXV.	*Terræ-Sanctæ deſcriptio.*	676
	TITVL. XXXVI.	*Africa diſtributa.*	680
	TITVL. XXXVII.	*Americæ vtriuſque adumbratio.*	682
HYDROGRAPHIA.	TIT. XXXVII. bis.	HYDROGRAPHIA, *Aquarum omnium deſcriptio.*	684
	TITVL. XXXVIII.	Inſulæ *in vtroque mari potiores recenſentur;* Anglia, *Scotia, Hibernia, &c.*	685
	TITVL. XXXIX.	*Inſulæ Minores; Zelandia, Baleares, Sicilia, Sardinia, Candia, &c.*	688

OPTICA.

OPTICA.	TITVL. XL.	OPTICA, *& illius appendices.*	691
	TITVL. XLI.	*Oculorum, & viſionis natura explicatur.*	693
	TITVL. XLII.	*Opticæ ſpecialis & propriè dictæ, viſio ab oculis directa.*	697
	TITVL. XLIII.	*Catoptrica Speculorum fabricatrix.*	698
	TITVL. XLIV.	*Dioptrica effectus refractationum repræſentat.*	700
PERSPECTIV.	TITVL. XLV.	*Opticę quæſtiones, & Theoremata varia.*	701
PICTVRA.	TITVL. XLVI.	*Perſpectivæ artificia mira, leges, & effectus.*	702
GNOMONICA.	TITVL. XLVII.	*Picturæ additamenta.*	703
ARS LIBER.	TITVL. XLVIII.	*Gnomonica horologia fabricat, & exarat.*	706
ET MECHAN.	TITVL. XLIX.	*Artes Liberales, ac Mechanicæ.*	707

METAPHYSICA.

METAPHYSICA.	*PRÆFACIVNCVLA ad Metaphyc.*		
	TITVL. I.	*Metaphyſicę Tractatus IX.*	715
	TITVL. II.	*Objectum Metaphyſicæ adæquatum.*	716
	TITVL. III.	*Entis diviſio multiplex.*	718
	TITVL. IV.	Iſagoge *Porphyrij quinque Voces, ſeu Vniverſalia tradit.*	719
	TITVL. V.	Cathegoriæ *Ariſtotelis, X. Prædicamenta examinant.*	722
	TITVL. VI.	*Entis in Communi Proprietates, & Attributa.*	727
	TITVL. VII.	*Veritas alterum Entis in communi Attributum.*	728
	TITVL. VIII.	*Bonitas tertium Entis attributum generale.*	739
	TITVL. IX.	*Vulgaris partitio Boni in Honeſtum, Vtile, Iucundum.*	731
	TITVL. X.	*De Subſtantiijs ſeparatis;* DEO, *& Intelligentiis.*	733

SCIENTIA-HVMANA

DIAGRAMMATIS LX. REPRÆSENTATA.

SVBMONITIO ad Lectorem.		pag. 3	
Tabvl. I.	*Synopſis Sapientiæ-Vniverſalis.*	5	
Tabvl. II.	*Tabula Generalis omnium Scientiarum delineatrix.*	6	
Tabvl. III.	Tabvlæ Scientiæ Sermocinatricis.		
	GRAMMATICA. GENERALIS.	7	Grammatica.
Tabvl. IV.	*Voces indeclinabiles.*	8	
Tabvl. V.	*Pronomina.*	9	
Tabvl. VI.	*Verba, & eorum conjugationes.*	10	
Tabvl. VII.	*Nomina, & eorum genera.*	11	
Tabvl. VIII.	*Declinationes quinque.*	12	
Tabvl. IX.	*Syntaxis nominum, & pronominum.*	13	
Tabvl. X.	*Syntaxis verborum, & adverbiorum.*	14	
Tabvl. XI.	*Leges pronunciationis.*	15	
Tabvl. XII.	*Tabula Generalis* Hiſtoriæ Chronologicæ.	16	Historia.
Tabvl. XIII.	POESIS VARIA.	17	
Tabvl. XIV.	*Mythologia-Poetica.*	18	Mytholog.
Tabvl. XV.	*Littera A, B.*	19	
Tabvl. XVI.	*Littera C.*	20	
Tabvl. XVII.	*Littera D, E, F, G.*	21	
Tabvl. XVIII.	*Littera H, I, L.*	22	
Tabvl. XIX.	*Littera M, N, O.*	23	
Tabvl. XX.	*Littera P, R.*	24	
Tabvl. XXI.	*Littera S, T, V.*	25	
Tabvl. XXII.	Scientiæ Ratiocinatricis *Tabula Generales.*	26	
Tabvl. XXIII.	*RHETORICÆ Vulgaris Partitio.*	27	Rhetorica.
Tabvl. XXIV.	*Partes Rhetoricę.*	28	
Tabvl. XXV.	*Artis* Lullij *Magnæ & Parvæ Partitio, & Elucidatio.*	29	
Tabvl. XXVI.	*Artis applicatio, & multiplicatio.*	30	
Tabvl. XXVII.	*Multiplicantur Artis Subjecta IX.*	31	
Tabvl. XXVIII.	*Multiplicantur Artis Quæſtiones & Abſoluta IX.*	32	
Tabvl. XXIX.	*Multiplicatio Artis per Reſpectiva.*	33	
Tabvl. XXX.	*Rhetorica* Chriſtianæ Concionatoriæ.	34	
Tabvl. XXXI.	*ARS TOPICA, ſeu Dialectica.*	35	Dialectica,
Tabvl. XXXII.	Logicæ *officia, & Leges.*	36	Logica.
Tabvl. XXXIII.	*Libri Analitici & Topici.*	37	
Tabvl. XXXIV.	*Artificium Syllogiſmi.*	38	
Tabvl. XXXV.	*Ars Sophiſtica.*	39	
Tabvl. XXXVI.	Tabvla Generalis Scientiæ Specvlativæ.	40	
Tabvl. XXXVII.	*PHYSICÆ Generalis.*	41	Physica.
Tabvl. XXXVIII.	*Phyſica Generalis.*	42	
Tabvl. XXXIX.	*MEDICINÆ Generalis.*	43	Medicina.
Tabvl. XL.	*Medicina.*	44	
Tabvl. XLI.	*Medicinæ.*	45	

TABVL.	TABVL. XLII.	*Medicinæ.*	46
SCIENT. HVM.	TABVL. XLIII.	*Medicinæ.*	47
	TABVL. XLIV.	*Chymiæ Speculativæ.*	48
	TABVL. XLV.	*CHYMIA Practica.*	49
MATHEMATICA.	TABVL. XLVI.	MATHEMATICARVM DISCIPLINARVM *demonſtratio generalis.*	50
	TABVL. XLVII.	*Arithmeticæ ſpecies, & Regulę.*	51
	TABVL. XLVIII.	*Muſicæ partitio.*	52
	TABVL. XLIX.	*Geometria cum annexis.*	53
	TABVL. L.	*Cælorum delineatio.*	54
	TABVL. LI.	*Mundi vtriuſque delineatrix.*	55
	TABVL. LII.	*GEOGRAPHIA Generalis.*	56
	TABVL. LIII.	*Europę delineatio.*	57
	TABVL. LIV.	*Aſię, Africæ, Americæ rudimenta.*	58
	TABVL. LV.	*Congregatio, & diviſio Aquarum in Orbe omnium.*	59
	TABVL. LVI.	*Opticæ, illiuſque Appendices.*	60
	TABVL. LVII.	*Dependentia Optices.*	61
METAPHYSICA.	TABVL. LVIII.	*ARTIVM partitio generalis.*	62
	TABVL. LIX.	*Tabulæ Metaphyſicę.*	63
	TABVL. LX.	*Continuatio Metaphyſicę.*	64



INDEX
RERVM INSIGNIORVM
ALPHABETICVS.

QVAMLIBET *Autorum ſollicitudinem, fato litterarum, prævertunt lapſus Typographię. Pudet certè poſt tantum curæ & temporis à nobis impenſum, Opus iſtud perpurgatum non prodire juxta ſpes & vota.*

CONDONANDVM *tamen aliquid, fateor, difficultatibus in novo conatu abs materiarum diverſitate continuis. Sed nec placet apud alios abacus errorum, qui ab ea prali labilitate irrepunt. Potiores ſuis in ſequenti Indice alphabetis, & per aſteriſcos denotatis, ſatis erit caſtigare. Eos deſigno maximè, quos in Hiſtoria effudit nominum partim varietas, partim diverſitas, abſentiaque tum Correctoris. Ceteros, qui rari admodum occurrent minimique momenti, quiſque in arte ſua & diſciplina non agrè emendabit.*

A

A AARON primus Sacerdos Legis Moſaicæ. pag. 28
Aballardus, Brito Nannetenſis, Philoſophus ſubtilior compoſitionem admittit in divinis. 189. Condemnatur. 141
Abaris Hyperboreus in Græciam venit, ſagitam circumferens magicam. 222
* Ab vnoque *lin. 30. leg.* ab vnoquoque. 54
* Ab vxoratus, *lin. 38. leg.* donatus.
ABBATIÆ variæ, ſuis locis ſubinde, inſeruntur. V. g. Montis-Martyrum S. Antonij, S. Mauri Foſſatenſis, &c. in Archiepiſcopatu Pariſienſi, & ita de reliquis.
* Abimeſech, *lin. 48. leg.* Abimelech. 28
Abiſſimorum Regnum. 681
Abrahami nativitas, vocatio, circumciſio, fides. 28
Abſoluta quid in Arte Lulliana? 374
* Ac Oratorem & coquit *leg. excoquit.* 649
Academia condita à Socrate & Platone. 464.
Academiæ ſuis ſubinde locis inſeruntur. V. g. Pariſienſis in Archiepiſcopatu Pariſienſi, Nannetenſis in Epiſcopatu Nannetenſi, & ita de reliquis.
Accidens quid ſit, quotuplex, &c. In Metaphyſ. 722
Acephali hæretici, dicti aliàs Severiniani, Diacrinomeni, & Hæſitantes. 187
Aceſius DEVM ſolum Apoſtatas poſſe abſolcontendebat. 166
Achaïa, Provincia. 227
Achas Rex Iudæ impius, Ioathamo pio patri ſuccedit. 207
* Acometa, *lin. 5. leg.* Acoemeta, Monachi ſic dicti à vigilando. 35. 59
Actio, paſſio, & motus ſunt idem. 487. In Oratore muta quædam eſt totius corporis eloquentia. 362. Ea quæ multiplicat corpus, non terminatur ad vbi. 492. Vt eſt prædicamentum. *Vide Metaphyſic.* 726 A
Adagia quatenus orationi admiſcenda? 227
Adamus Hominum proto-parens, Eccleſiæ ac Imperij DEI princeps: poſt eum, ceteri Patriarchæ 27. Pænitentia in monte. 688
Adeo datus, *leg.* Adeodatus. *In marg.* 246 *
Adminiſtrationis politicæ leges. 354
Adonis, qui & Adon, Hebræis Thamus. 246
Adventus Meſſiæ. 29
Ædiles Curules Romæ primùm creantur, & è plebe Conſulum alter. 225
Ægidius Romanus, ex Generali Auguſtinianorum Archiepiſcopus Bituricenſis. 181
Ægyptus, vide Africam. Regnum finit in Cleopatra. 321. Tuncque in Provinciam redactum. 228. 256
Æmilianus Maurus forte electus Imperator. 231
Æneas Gazeus Philoſophus Platonicus, Chriſtianus. 374
Æolus Ventorum Deus. 269
Ænigmata, quæ ſibi invicem miſſitabant Reges olim ſapientiſſimi. 460
Æqualitas, & Æqualitatis ratio. 406. 583
Æquipollentiæ propoſitionum. 438
Æquivoca nomina quænam vocantur? Conveniunt ſolùm nomine tenus. 435
Aër ſpiritus vehiculum eſt, p. 398. 371. Medius eſt. 692
Aërius Epiſcopis pares fecit Preſbyteros. 186
Aes Chorinthium, ex incendiis Corinthi. 254
Æræ Diocletiani. Æræ Hiſpaniæ finis. 157
Æſculapius. 269
ÆTATES Hominis diverſæ; puerilis, adoleſcentia, juventus, virilitas, ſenectus, decrepitudo. 500. 549. Ætates mundi variæ. 27.
Ætates tres Ordinis Carmelitarum. 203.

Index Materiarum

A

Ætatum cibus varius. 549
Æternitas Dei participata. 495
Æthiopia, *Vide* Afric. Duplex. 681. Æthiopica Eccleſia. 70. Æthiopicum Imperium ann. 1436. p. 235. Imperium ignobili cuidam adoleſcenti, è familia Davidis committitur. ibid.
Africa; vbi Ægyptus, Alexandria, Memphis, Thebaïs: Lybia duplex, Barbaria Carthago, Algerium, Mauritania, Marocca, Feſſa; Numidia, Guienna, Æthiopia, Congia, Nubia, Nigritæ, &c. 681
Affectus varij quomodo excitandi? 275
* ab Affectis, *leg.* ab effectis ad cauſas med. 19
* Afferat, *lin.* 26. *leg.* aſſerat. 339
Agapas, propter abuſus, poſterior ætas abolevit 166
Agapetæ hæretici, ab Agapa Hiſpania muliere, ſine matrimonio ſpiritaliter conjuncti impudiciſſimè vivebant. 187
Agatocles Tyrannus Rheginenſis. 226
Agere ſequitur eſſe formæ. 484. Agentia naturalia, non moventur à fine, ſed diriguntur à prima cauſa. 484
S. Agatha Siciliæ Patrona. 169
Agathias Hiſtoriam Græcam contexuit. 169. 175
* Agendum, *lin.* 10. *leg.* Agedum. 416
Aggæus, & Zacharias Prophetæ, ſtructuram Templi vrgentes. 208
S. Agnes, vel in ipſo proſtibulo illibata. 169
Agnoitæ hæretici negant Christum, vt hominem, diem Iudicij cognoviſſe. 187
Agnus Dei in Miſſa. 73
Agicultura laudata, & diſtributa. 708
Agrippa primus in Hæreticos ſtylum ſtrinxit. 171
* Ἄμμοι, *leg.* Ἄμμος. 532
Alamundarus, Rex Saracenorum, Syriam invadit: dein ſanctitatem noſtrorum dogmatum admirans, fit Chriſtianus. 74
Alani elogium viſitur Ciſtercij in Clauſtro. 133
Alaricus in pugna à Clodouæo interfectus. 239
* Alberoo, *lin.* 5 *leg.* Alberto. 61
Albertus Miræus magnæ, ooſtro ævo, vir eruditionis. 204
Albinus Flaccus, ex Anglia oriundus, Abbas S. Martini Turonenſis, Præceptor Caroli Magni. 175
Alemania. 643
Alexander M. ab Athenienſibus placatus Thebas diruit. 123. Hieroſolimis in Templo exceptus. 29. Alexander de Hales, Britannus, Magiſter S. Bonaventuræ. 180
* Alexandra matre, *lin.* 44. *leg.* ejus matre. 29
Alexandrinæ Eccleſiæ inſtitutio Præſules, Schiſmata, caſus, &c. 680. & ſeq.
Alexius II. Imperat. Orient. Agnetem, ſeu Annam, Ludovici Franciæ Regis filiam, octennem ſibi deſpondet. 217
Algahria, id eſt campus felix, vel Regio occidua. 648
Algerium olim Iubæ Regnum. 681
Alienatio, tranſlatio eſt termini à propria ſignificatione ad impropriam. 434
Alios alia movent, & delectant. 323
Almaricus Carnutenſis, Doctor Pariſienſis, 189. Almaricus victus ad Burdegalam, à Clodovęo, qui Lutetiam Pariſiorum reverſus, eam Regni ſedem conſtituit. 239
Almarius Fortunatus multa ſcripſit Eccleſiaſtica. 176
Alphabetum apud varios varium, Chriſtianorum in Syria ſingulare. 4
Alphæus fluvius, cujus origo ſymbolum vocatur, fontis Arethuſæ amans. 270
Alphonſus cognomento caſtus. 233. Sapiens. 235. Bonus.
Alpes variis ſubinde nominibus diſtinguuntur. 663
Altaria coronabantur gramine, ſeu verbena è loco ſacro lecta. 278
Alterationes naturales, & violentæ. 498. Alteratio eſt vltima ſpecies motus. 506
Altero, ſub fine, *lin.* 5. *leg.* aliquo. 334 *
Amalaſiuntham, matrem Athalarici, *lin.* 4. *leg.* Amalaſuutham. 35 *
America inventa. 259. Ejus nomen, ſitus, limites, partitio; vbi Mexico, Canada, Virgina: Peruviana, Ophir, & Hevilath, Braſilia, Fretum Magellicanum, &c. 663
Americus Patriarcha Anthioch. pro Latinis, Carmelitas congregat. 61
Amicitia & lis, rerum principia. med. p. 58
Ἄμολγον, *leg.* ἀμολγὸν. 20
Amor divinus. 331 *
Amphion. 270
Amphiſcij. 638
Amphitheatri Konradini examen. 275
Amplexo, *lin.* 7. *leg.* Amplexi. 76
Amplificationes propriæ demonſtrationi. 338 *
Amuratis victoriæ, ann. 1444. 236
An impoſſibilium detur appetitus? 474
Anaches, *lin.* 44. *leg.* Anaes. 27
Analogia quot modis fit? 435. Analogiſmus quid ſit? Med. 14 *
Andegavum. 633
Anatomia. Vide Medicin. 329. 472. 556
Angelorum natura, Ordines, & dotes. *In Lullian.* 394. *In Metaphyſic.* 234
Angliæ ſitus, diviſio, rara, &c. 687. Angliæ Regina victrix in prælio pro morte mariti, an. 1460. p. 236. Anglorum Rex, *lin.* 39. *leg.* Frater. 219. Rex fidei defenſor. 46. Regicidium. 222 *
Anguli varij, *vide* Geometriam. 597. 598
Animalia perfecta, & imperfecta. 396
Animi pondus corpus eſt. 9
Anomala, *leg.* Anomalia. 10
Animus multis intendi non debet. 320 *
Anna Armoricæ Duciſſa, Regi Francor. bis nupta. 249
Annibalis victoria ad Cannas. 226. Se venenat an. 3788. 226
Annonam Eruditis è fiſco concedit Veſpaſianus. 255
Annuli primò geſtati, &c. Ex qua materia? 454
Annunciatio B. V. M. 331
Annus quid, quotuplex, &c. 259. Annus confuſionis. 257. Climacterici. 531. Anni tempora. 549. Magnus Platonis. 617. Anni compu-

Digitized by Google

A

* Computatio. 645. Ann. 322. *Ad margin. leg.* 3306. 253
Antiochena Eccleſiæ origo, ſors varia Chriſtiani illic primùm appellati. 228
Antonij, & Cleopatræ mors. 256
* Anthromorphitæ, lin. 24. *leg.* Anthropomorphitæ. 186
Apollo. 270
Apenninus Mons Italiam interſecans. 663
* Αφεδου, lin. 2. *leg.* αφεδρι. 273
Apocriſarius, *leg.* Apocriſiarius. 315
Apologia duplex; directa, & indirecta. 323
Apologi, emblemata, &c. 335
Apollonius Thianæus. 256
Apuleius. 216
Apthonius. 256
Απαλα ο αιξι, ο εξ αιξος. 481
Aqvæ in Lullian. pag. 398. in Hydrographia, 540. Aquatica variè diſtributa 396. Ad priſtinum frigus quomodo ſe reducit? 502
Aquileia. 664
Ara ignoto Deò. 254
Aram mortuus ante patrem memoratur. 281
Arauſium. 639
Arbor vna omnibus fœcunda. 682
Archimedes tuetur Syracuſas. 226
Archipelagus varijs ſcatens inſulis. 684
Architecturæ leges propoſitæ. 708
Arelate. 638
Arethuſa. 270
Argonautæ. 253
Arij patria, mores, hæreſis. 62. & 186
Arion. 272
Argumenti natura, ſedes, leges: Argumentatio quid, &c. 332. 443
Ariſtæus. 436. 550
Ariſtoteles in Metaphyſic. caſtigatus, ejus Metaphyſica Lutetiæ exuſta. 29
Armenia duplex. 673
Artes & Diſciplinæ 263. Artes liberales & Mechanicæ, in triplici genere, 707. Ars Mnemonica, 360. Ars vbiquè tegenda. 388. Artes communes, 430. Ars in phyſica. 449. Naturæ ſimia, 476. 490. poteſt naturæ opera exequi, applicando activa paſſivis. 476. Artefactorum motus. Ibid.
Arithmetica definitur, ac dividitur, 577. *Med.* 38. Numerorum natura, proprietates, myſteria, 581. Practicæ operationes & regulæ. 581
Algebra, Arithmetica abſtruſior eſt, 585. Ab vtraque Arithmetica, Scripturæ, Menſuræ, Pondera, Monetæ, Numiſmata. 587
Archiepiſcopatus in Gallia quindecim. 81. Alij potiores ſuis nominatim locis reperiuntur; v. g. Toletanus in Hiſpania, Colonienſis in Germania; & ita de reliquis.
Arabia deſerta, felix, petroſa. 675
Arragonia. 641
Arteſia. 655
Aſiæ nomen, ſitus, limites; vbi Tartaria, Zagatai, Chami Imperium, Scythia, India duplex, Sina ſeu China, Perſia, Ormus, Aſſyria, Meſopotamia, Media, Babylonia, Chaldæa, Parthia, &c. 762
Aſia Minor; vbi Turcicum Imperium, Armenia, Pontus-Euxinus, Bythinia, Natolia, Phrygia, Cilicia, &c. 673
Aſtrorum natura, menſuræ, qualitates, aſpectus, &c. pag. 61. 620. Aſtronomiæ & Aſtrologiæ diſcrimen, & effectus. 613. & ſeq. Contra Aſtrologorum conjecturas. 623
Aſtrolabij deſcriptio, partes, vſus, operationes. 630
Aſphalites lacus à Plinio deſcriptus. 635
Aſtures. 674
Αςυ, lin. 20. *leg.* αςυ. 649 *
Atalanta 638
Athanaſij Alexandrini geſta egregia. 272
Athej, & Impij. 289
Atlas. 270
Attractrix facultas. 536
Attilæ internecio. 233
Attingendæ, lin. 1. *adde* donec conſtiterint. 552 *
Avenio emitur. 45
Auſonius. 256
Aurora. 272
Auſtria, &c. 645
Augiæ ſtabulum. 284
Auditorum naturæ diverſæ. 335
Aures cur duæ? 521
Aurelia. 633
Auguſtodunum. 634
Aurea Catena à Cælo in terram. *Med.* 47
Autores profani, 254. Sacri ſeu Scriptores Eccleſiaſtici, 170. & ſeq. Qui de fabulis ſcripſerunt, 268. Quomodo legendi? 63. 318.
Autoritas & Ratio, duæ probationes, *Med.* 49
Autherunt, *leg.* Anthimum. 35 *

B

Babyla lin. 3. *leg.* Bleſilla. 169 *
Bacchus, Bacchantes, Bacchanalia. 353
Bajazethis victoriæ. 235
Balduinus Conſtantinopolitanus Imper. an. 1204. pag. 152
Baleares Inſulæ duæ; Majorica, & Minorica. 661. 688
Balſamum, vbi naſcitur? 207. 229
Barbaria, *vid.* Africam. Nomen ab inconcinno murmure Incolarum. 681
Barbariſmi ſignificatus triplex, & quot modis fit. 7
Baronius 102. Ioan. XVI. Pontificem omittit. 36
Baſinæ Francorum Reginæ ſpectra in nocte nuptiarum. 239
Batavia. 631
Baſilius Cæſarienſis. 206
Bearnia. 637
Beda Venerabilis, ejuſque Diſcipuli. 198
Bellerophon. 274
S. Benigni Diviodunenſis Eccleſia plurimorum tum Magnatum, tum Præſulum ſepulchrum. 128
S. Benedictus, Monachorum pater in oc-

cidente. 197
S. *Bernardus*, Reformator Ciſtercij. 179
Bellıſari caſus an. 561. 212
Bellum Marcicum 228. Libycum. 226. Celtibericum, Punicum, Servile 227. Meſſeniacum 222. Sacrum 42. 225. Bella Epiſcopis vetita. 76
Belſia Superior, & Inferior. 733
Biblia tranſlata in græcum per lxii. 29. diſtincta per capita. 258
Bibracte. 654
Biſcaya. 649
Bigorra. 657
Bituricenſes. 656
Boëmis mithræ vſus permiſſus. 77
Boëthius necatus à Theodorico. 175
B o n i & Bonitatis natura, ſpecies, &c. In Metaphyſic. 730. Lumini comparatur, Ibid. Summum Bonum D e v s eſt 734. Huneſtum, Vtile, Iucundum, Ibid. ad Bonum ſeptem gradus. 732
Boſphorus Thracius, à meatibus boum perviis. 685
Brabantia. 651
Breviarium à Damaſo Pont. M. recognitum. 257
Britannia Inſularum maximæ nomina, figura, ſitus, Reges, &c. cui annexa eſt Scotia, & Hibernia, 686. Britannia Minor ſeu Armorica. 654
Briſgoïa. 646
Briſacum. 646
Bruchardum, lin. 23. *leg.* Burchardum 179
Bulgaros & Romanos, lin. 15. *leg.* & Leonem Græcum Imperatorem. 77
Bulgari Romanæ Eccleſiæ vniti, an. 823. 77
Burdigala. 651
Burgundia. 202
Byſantium nova Roma, an. 324. 64

C

C A d m v s. 275
Caducæum. 292
Calendarium emendatum à Gregor. xiii. Pontif. Max. 46
Caletum recuperatur. 250
Calor eſt vbiquè aliquis. *Med.* 68
Calverianæ Moniales. 203
Camaldulenſes Monachi. 197
Cananeæ oratio. 330
Canariæ Inſulæ. 988
Canonici Regulares, quando & à quo inſtituti? 197
Calamitates variæ, & portenta. 253. & ſeq.
Campi Elyſij 260
Campania in Neapolitan. 253
Campanarum benedictio. 39
Canada. 259
Cantones Helvetiorum confœderati. 647
Cananeam, *leg.* Canaam. 28
Cantus vetus & Gregorianus, *vid.* Muſicam. 38. 591
Caij Imperator. Imago in templo Hieroſolymitano. 224
Capucini inſtituti. 299
Calippus. Anni Calippi. 254
Cardinal. inſtitutio, tituli, purpura, &c. 32. 43. 257. & ſeq. Cardinalis Richelius. 154. Perronius. 144. Rupiſucaldus. 151. Cardinales Canonici in Gallia. 156. Borbonius 157. Ioyeuſæus. Ibid. Mazarinus, 162. Cardinalis incarceratio. 45. Boromæus. 169
Capitulare Toloſanum. 843
C a r m e l i t a r v m Ordo, origo, nomen, privilegia, tituli: Scapulare, Fratres B. V. M. ætas & Regula triplex, Viri ſanctitate & doctrina clari. 203. & ſeq. Reformatio Rhedonis in Armorica. 99. Miſſio in Americam. 79. Mons Carmeli deſcribitur. 674
Carmen conſtat tempore, & pede. Varia verſuum & carminum genera. 262. *Vide* Poëſim & Mytholog.
Carolus de Luxemburgo. 253
Carolomannus Regis filius diaconus, degradatur, an. 873. 151
Carolus Magnus Franciæ Rex, primus Occidentis Imperator, an. 700. 38. 214. Ejus dotes & geſta. 243. Nominationem ad Epiſcopatus à Pontifice oblatam recuſavit.
Carolidarum dynaſtia incipit à Pepino Brevi. 51
Carthago everſa 227
Carthuſienſes inſtituti à Brunone ad Gratianopolim, an. 1086. 198
Caſimirus Rex Poloniæ, fit Monachus, ad Solium revocatur. 134
Caſſiodorus, à ſecretis Regi Theodorico. 175
Caſtor, & Pollux. 275
Categuriæ decem prædicamentis generalibus explicant quid ſit Subſtantia, ſubſiſtentia, perſona, ſuppoſitum: Quantitas, Relatio, Actio, & Paſſio, &c. In Metaphyſic. 722
Cato lin. 36. *leg.* Dac. 642
Cato Vticenſis, ſe necat. 228
Cathaïo. 670
Catholici nomen. 648
Cauſa errorum in ſcientijs, præcipuè duplex. *Med.* 67
Centauri. 277
Centum formæ Lullianæ quid? 320
Cerberus. 275
Cerebrum, Cerebellum, *vid.* Anatomiam.
Cereus Paſchalis. 35
Ceres. 276
Cerviſia. 276
C h r i s t i Myſteria varia 27. & ſeq. 330. & ſeq. Chriſtianorum ſanctitas. 166
Chriſtianus, lin. 17. *leg.* Cracus. 197
Charon. 306
Chaldæa 675. Chaldæi Philoſophiæ, Aſtrorumque obſervationibus addicti. Mundi æternitatem credebant. 672
Chalcographiæ inventio. 258
Charitas. 330. 384
Chimæra. 275

C

Chiron. 277
Chalcondilas. 182
Chymia, vide Philoſoph. Secretam. 559
Chriſtina Suecorum Regina ad fidem convertitur, an. 1656. 80
Chriſtophorus Colombus novum Orbem detexit, an. 1492
Chronologia multiplex explicatur 19. & ſeq. Vnde in ea difficilia. 259
Chryſoſtomi vita, & geſta. 173
Cibus ſuus cuique viventi proprius. 548
* Ciceroni ſimillimus, lin. 43. *adde*, ita maximè Orator evadet. 315
Cineres Virginum balneo admixti, Idololatras excruciant. 168
Ciſtercièſes & Monachi à S. Bernardo. 197
Circe. 277
Circunſtantiæ ſeptem in vnaquaque re. 334
* Cirillus, *leg.* Cyrus Alexandrinus. 91
Citationes Autorum, quatenus orationi immiſcendæ? 51
Circuli majores & minores, vide Sphæra.
Ciſpadanæ vrbes. 263
Clades Curtracenſis, & Cereſiaca. 258
Claudianus, fortè Chriſtianus. 257
Clara-vallis tertia Ciſtercienſis filia ad Albam fluvium. 132
Clerici vitæ communis, inſtituti, 200
Clemens Alexandrinus. 62
Clemens IV. Iuris lumen agnominatus. 43
Clemens Romanus. 170
Climata, quid, & quot? 676
S. Clotildis, an. 514. 269
* Cluniacum, 134. Cluviacenſis, lin. 42. *leg.* Cluniacenſis. 128
Conceptio B. V. M. culta ab Eccleſia Lugdunenſi, contradicente S. Bernardo. 93. 257.
Cænobium Floriacenſe fundatur à Leobodo 96. Agaunenſe, vbi mactata legio Thebana. Ibid.
Cœmeteria extra vrbes. 165. 144
Cæſarius Arelatenſis. 174. Heiſterbachenſis. 180
Cæcilius Sedulius, Scotus. 174
Catoptrica; vbi Specula naturalia, artificialia: regularia, plana, &c. Et quomodo in eis fiat viſio? 698
Ciceronis fata, exilium, &c. 228
Collegia Lutetiæ diverſa. 228
Collatio Catholicorum & Donatiſtarum Carthagin. 73
Color quid, & quotuplex, &c. In Pictur. 708
Comparationes inſulſæ, & ridiculæ vitandæ. 335
Compendia cavenda. *Med.* 15
Congregationes diverſæ, præſertim in Ordine SS. Benedicti, & Bernardi; Cluniacenſis, Caſalina, Fuliacenſis, &c. 121. 197
Conjugium infauſtum Philippi de Sabaudia, poſt abdicatum Epiſcopatum. 132
Constantini victoria, & Converſio, Ejus Imperium tranſlatum Conſtantinopolim. 209. Tres illius filij partiuntur. 210. Alius Tyrannus, tametſi ſacerdos, occiditur. 211
Conventus Monachorum 91. Regulares 152. Vitembergenſis. 192. Conventus Sanctiſſimi Sacramenti Pariſienſis Carmelitarum, an. 1632. 193
Constantinopolitanæ Eccleſiæ Inſtitutio, Præſules, Schiſmata, &c. 68. & ſeq. Capta à Mahumetis, ſub Conſtantino. 217
Cœnomanum. 653
Cœleſyria triplex. 684
Colonia quid ſit? 638
Colloquium in Germania, Catholicorum cum Luteranis. 78
Cometæ. 557
Comitis Toloſani pœnitentia. 243
Comitatus-Liber, la Franche-Comté. 655
Compendij, & Extracti differentia. 16
Congo detectum à navigantibus. 258
Concionatoris dotes, virtutes, Eloquentia, Concionis ſtruendæ modus, &c. *vid.* Rhetoric. Eccleſiaſtic. 310
Concentricj, Excentricj, Epicycli. *vid.* Aſtron. 622
Concluſio ſequitur debiliorem partem. 455
Concurſus Dei. 481
Conſtitutiones Benedictinæ. 44
Connubia Senatorum Romæ cum Plebe. 224.
Conradini carnificina, an. 1267. 235
Cõnſules Romæ 221. Reſtituti. 224
Couſul ſolus. 228
Concilia Oecumenica, & Romana. 548. & ſeq. Cùr numerus eorum incertus? 55. Germanica. 78. Gallica, & alia ſuis nominatim titulis. Concilium Epheſin, an. 428. in margin. *leg.* 431. Chalcedon, an. 341. *leg.* 401. Conciliatorium Zenonis, an. 482. 212
Conſuetudo altera natura. 549
Controverſia de Paſchate, an. 2 66. de Baptiſmo. 71
Continuum ex ſolis indiviſibilibus non conſtat. 498
Cœli natura, qualitates, numerus, ornatus, conſtellationes, &c. 1616. Movens, & quieſcens, &c. in Coſmograph. 507
Cauſarum natura, partitio, comparatio, effectus, &c. in Phyſic. 478. Cauſæ morborum, & ſymptomatum. 541
Corinthus. 669. Corinthij Pritannes. 222. Tyrannus. 223
Cornnbienſem Regem, *leg.* Principem, * Henricj II. Regis Angliæ filium lin. 35. 43.
Corona Christi, 258
Contra declamantes temporaneos, thema poſtulantes. 221. Contra delicatos & Rabulas. 424
Cor vitæ fons, & primum Movens. 502. Syſtole & diaſtole *vid.* Medicin. Cor Annæ Reginæ apud Carmelit. Nannetenſes. 107
Corpus eandem habet materiam cùm reſurgit. 481. Corpus ferratile quid? 504
Corpora diaphana; terra & aqua, quorum aër medius. 692. Corporum ſub-

C lunarium claſſis duplex eſt. Ibid. Medium triplex. Ibid. Corpora perſpicua ſunt cælum, aër, aqua, &c. Ibid. 70
Coloſſenſes qui? 224
Coriolanus ad matris preces, ſolvit obſidionem. 239
Coronam auream dono acceptam ab Imperatore, Clodovæus Romam mittit.
Corſica, inſula maris Mediterranei. 688
* Coſdroa lin. 35. leg. Coſroa. 213
Cosmologia Orbem deſcribit Cæleſtem, & Terrenum. 610. & ſeq.
Corvini victoria de Gallo. 225
Craſſus Templum Hieroſolymitanum expilat. 29
Creta ſeu Candia. 688
Critica pueris inepta. 15
Crux Christi integra perdurat, Hieroſolymis in aëre viſa. Capta à Choſroë 57. & 60. Paſſim præcedit, cùm Antiſtites in apertum exeunt. 681
Cruces in cadavere Yvonis Epiſcopi Rhedonenſis. 99
* Crematum, leg. Cremandum, lin. 15. 155
Crucigeriani approbantur. 199
Curiæ in Franciæ diverſæ; Parlamenti, Rationum, Vectigalium, &c.
Curtius Romæ ſe pro patria devovet. 254
Curetes. 277
Cupido, Deus amorum. 277
Curſus ſtudiorum ordinarius. 318
Cur grave faciliùs deſcendit? 493
Cuilibet ſuus nævus. *Med.* 63
Cyclus Solis, &c. 23
Cyclopes. 277
Cypri Rex Vido Luſignianus. 234. Inſula invaditur à Mahumeranis. 236
Cyrus I. Rex Perſarum. 223
* Cyrillus, leg. Cyrus. lin. 22. 51
* Cylindrus 602. In illius quantitate reperienda, lin. 6. 55. leg. 5. 609.

D

D Dacia. 642
Dædalus. 278
Dania Regnum, an. 1161. 232
Damnatus Epiſcopus, à Papa abſovitur. 642
Darius Medus, an. 3346. 114
* Decorum lin. 39. leg. decoro. 92
Decimæ Saladinæ. 246
Declamationes an in Eloquentia vtiles? 318
Defectio Batavica ab Hiſpanorum dominio. 237
Deffenſores pauperum contra divites, à Concilio Carthagin. conſtituti. 73
Definitiones generaliſſimæ vnde? 371
Definitio quadrupl. 371. per ſynonima. 372. Definitionis fabricatio. 380. Quid ſit? 443. 448. deſcriptiva, conditiones 449. vid. Dialectic. Logic. & Lullian.
Demetrias virgo, ſuo ævo apud omnes celebris. 74
Demoſthenes Græcus Orator. 257
Denarium S. Petri. 76 D
Delphinatus, 658. Delphinus Franciæ Regis primogenitus. 248
Dependentiæ paſſivæ in effectis, ſunt modi. 480
Deportans, Perſeus, ſub fin. leg. Deportante Perſeo. 272 *
Deucalionis diluvium. 253. 278
Διοπτίαν, lin. 12. leg. διοπτείαν. 279 *
Diaduchus. 175
Dialecticæ præcipuus inventor Ariſtoteles, præſertim in Libris VIII. Topicorum. Diſtribuitur per IX. Tractatus, vbi de voce, ſermone, ſigno: de terminis diverſis, de nominibus & verbis; de oratione, propoſitionibus, oppoſitionibus, converſione, æquipollentia, &c. 429. &
ex Diametro, ſphæræ, &c. ſeq. lin. 18. corrige operationem, leg. 154. 513. 189
Dictionum Inventio, & quaſi parturitio. Aliæ indeclinabiles, aliæ declinabiles, &c. Grammat. 6. Dictionum copia, 346. Dictio & ſcriptio ſe invicem juvant in ſtylo perficiendo, 322. Dictionarium novum deberet fabricari duplex, Alphabeticum & Criticum. 13
Διανοήματος, lin. 21. leg. διανοήματος. 734 *
Dies quid ſit, & quotuplex? &c. 2. Critici 545
Dici Lunæ inventio. 24
Didymus cæcus 63. 173
Dictare nocet ſtyli elegantiæ. 320
Differunt Poëta, & Orator. 317
Dictionarium quiſque ſibi apparet. 14
Dictatura, 223. 224
Diœceſon limites determinati. 34
Dyonyſ. Areopagitæ converſio, Apoſtolatus in Gallia, Opera, Martyrium, 89. & 170. Corinthius, 171. Alexandrinus, 172. Exiguus an. 532. 175. Carthuſianus. 182
Diocletianus & Maximianus abdicant imperium. 209
Dio Chryſoſtomus. 256
Diogenes Laërtius. 256
Diomedes. 284
Digeſtionis, & lectionis comparatio. 314
Dy eorum cultus, feſta, ſacrificia, &c. 278
Differentia quid & quotuplex in Metaph. 711. Quomodo veſtiganda? 28
Devs 391. 453. 475. ſummè intelligibilis, 446. Deiſtæ, 192. in Phyſicis, 507. In Metaphyſic. 733. Poteſt producere perfectiora in infinitum, & vim agendi in diſtans inſtrumentaliter alicui communicare. 506
Diſſertatio pro juriſdictione Eccleſiaſti an. 1529. inter Bertrandum & Cunierum. 93
Diſcrimen inter propoſitiones neceſſarias, & contingentes. 436
Diſciplinarum harmonia. *Med.* 68
Diſperſio Apoſtolorum in varias provincias 31
Diſputatio de eminentia Pontificis Max. & Concilij vetita. 45

Diſſidium

D

Diſſimilia nequaquam comparanda. *pag.* 335
Diſperſa in peripheria, in centro vniuntur. 5703
Diſtillatio, diſſolutio, &c. *vid.* Chymiam. 554
Diæta, *vid.* Medicin. 552
Diva Lauretana, 655. Salmurenſis, 98. Lætienſis. 1534
Diverſæ Epiſtolæ in Primitiva Eccleſia mitti ſolitæ, Communicatoriæ, Canonicæ, Circulares, &c. 166
Diverſa Sapientiæ elogia. *Med.* 54
Diverſiſſima indoles in hominibus. 356
Diverſitas in Mundo, nulla contrarietas *Medul.* 59. Diverſitas à materia, vnitas à forma. *Medul.* 47
Diviſio Imperij Orientis, & Occidentis. 257.
Dives, & Lazarus. 330
Diviſio quid ſit? Et ejus conditiones. 436. Dividitur à me Scientia quælibet per IX. Tractatos. Ibid.
Divio Burgundiæ Metropolis. 654
Docendi modus. *Med.* 68
Doctores & Viri eruditi tum in ſeculo tum in Eccleſia, 170. Et in Hiſtoria, Ethica, ac Miſcellan.
Doctrina, & Pietas quantùm Eccleſiæ vtiles. *Med.* 81
Dombæ. 655
Domi ſtudendum, an in Academijs, *Med.* 19
S. Dominicus, 120. Dominicani. 583
Domitianus Imper. XII. 230
Donatus Grammaticus, S. Hieronymi præceptor. 236
Dædalus. 278
Dona Spiritûs-Sancti. 330
Draco legiſlator. 223
Dracones à Sanctis necati. 30
Drogo. 132. 180
Druidæ. 659
Duo Pontifices Romæ, & Avenione. 40. 195. Duo Epiſcopi in vnaquaque civitate Ariana. 75. Duo Scipiones occidût, 226. Duo fratres regnant ſimul in Cappadocia decreto Senatûs Romani. Duo neceſſaria, vt aliquid per ſe motus terminet. 96. Duo Doctorum genera. 370. Duo in Ægypto miracula; Pyramides, & Turres. Duodecim Patriachæ, vnde duodecim Tribus Iſraëliticæ, 28. Duodecim Regna debellavit Ioſue. 677
Durandus, 94. 181. Durantus, 94. 181
Duplex dicendi genos. 350
Duratio triplex. 425
Dynaſtiæ, ſeu Regum in Gallia familiæ tres 238. & ſeq.

E

* Eγκυκλοπαιδία, *leg.* ἐγκυκλοπαιδεία. *Med.* 43. &c. Encyclopædia vera Sapientia eſt vniverſalis. Sua cuique propria, Ibid.
Ecclesia, quid? quotuplex? Ejus natura, proprietates, characteres: Sanctitate, & doctrina pallens. Quid Romana, quid Eccleſiæ Apoſtolicæ, quid Patriarchales quattuor? Gallicanæ ſelecta, *p.* 58. Exteræ paſſim diſperſæ in Africa, Aſia, Germania, Anglia, &c. in Hiſtorica, & ſeq. Eccleſia, *leg.* Eccleſiæ cenſuram, *Med.* 26. Ex. Gallicana Eccleſia Epiſcoli poſtulati, Donatiſtas comprimunt in Africa. 72 *
Eclipſis, an. 3330. & an. 3639. 25. bis
Echteſin, Luc. 42. *leg.* Ectheſim. 213 *
Edicta Gallicè primùm edita, an. 1538. 259
Effectus ſubſtantialis non ab accidentibus, ſed à forma, 481. Teſtes ſunt fidei. 596
Ejuſmodi, &c. *leg.* inter ejuſmodi. *Med.* 40. *
Electio Imperatoris conceſſa Septem-Viris Electoribus, 391. 357. Electio Pontific. Rom. 35. Electorum in Sede Romana, mutua modeſtia. 41
Elias & Eliſæus Monachiſmi cultores. 203. Elias ſimulatus, quidam Scotos Presbyter. 45
Elementa. 398
Eleemoſyna. 331
Elipandi Toletani Præſulis errores. 76
Elenchi. 461
Ellipſis. 598
Eloquentia, *vid. Rhetoric.* Non eſt ſermonis quotidiani, 350. Eloquentiæ veræ partitio, 41. Eloquentiæ Chriſtianæ dignitas, 414. Vera habet admirationem. 358
Emanationes quomodo fiunt? 335
Emblemata quatenus Concionibus inſerenda? 329
Empirici, *vid.* Philoſophiam. Secret. 512
Endymion. 280
Ens definitur, Eſſentia, Exiſtentia, Subſtantia, Accidens, &c. in Metaphyſic. 718. & ſeq.
Eνιαυτος, lin. 50. *leg.* ἐνιαυτός. *
Eνπεχων, lin. 22. 15. *leg.* Eνπεχών. 68 *
Enthymema. 332
Enumeratio partium. 333
Epitheta rara, & rarè adhibenda. 350
Episcopis bella vetita. *pag.* 72. Epiſcopis Dolenſis Archiepiſcop. inſignibus gaudet 100. Epiſcopi aurei, 646. Epiſcopus abdicat, 132. Epiſcopatus tranſlatus Monſpeſſulanum, 123. Graſſam, 128. Divina vltio ob injurias Epiſcopo illatas, 109. Epiſcopus docens Grammaticam redarguitur, an. 124. Meloduni, 541. Alter ob ſtudium Poëſeos nimium, 99. Antea vxoratus, 28. Fit Eremita, 141. Depoſitus, Ibid. & 148. 102. Bethelemicus in Antiſſiodorenſi, 144. Statim Martyr, Ibid. De Cælo fulguratus, 145. Veri elogium, 137. Monachus, 145. 151. Antea Medicus, 155. Occiſus, 117. Incarceratus, 116. Redit ad clauſtrum 162. Teſtes Epiſcopo adhibiti, 14. *Epiſcopatus* in Gallia omnes recenſentur, 85. & ſeq. Alij paſſim ſuis in Sedibus nominantur.
Epiphania, feſtivitas celeberrima, 30

Index Materiarum

E

Epicycli, *vid.* Aſtronom. *pag.* 612
Epithalamium. 333
Epochæ à nobis conſtitutæ, in Hiſtor. 26
Eriſicthon. 280
Eχων ſub fin. *leg.* ἐχομένων. 555
Errores duo in Scientijs præcipui. *Med.* 72.
Erratur in via, Ibid. 66. Et in particularibus. 375
Eſſeni à Plinio pulchrè deſcripti. 67
Eſſentia, quid ſit? Quas habet proprietates, &c. in Metaphyſ. Eſſe reale tria continet, 484. Eſſe & Eſſentia diſtinguntur. 484
Etruria, *vid.* Italiam.
Etymologia, ſeu nominis interpretatio. 335. 335. Ridiculæ vitandæ. 2
Et, lin. 5. *leg.* ex tribus. 538
Eudoxia, Et Hypatia. 216. 256
Euſtathius, Præſul relegatus. 58
Eutyches Calcedone condemnatur, an. 451. 67.
Eutychius convertitur à Gregorio Magno. 67.
Eutychianis clam ſentienti, lin 11. *adde*, favens. 212
Evropæ nomina, termini, partitio, deſcriptio. 640. & ſeq.
Excrementa, *vid.* Medicin. 637
Exempla vnde præſertim Concionatoribus aſſumenda? 333
Exiſtentia, *vid.* Metaphyſic. Exiſtentiæ rei ſtatus triplex. 378
Exterior Eccleſiæ ſanctitas in ornamentis, & Cærimonijs. 165
Expeditio Gallorum, 238. S. Ludovici an. 1299. 45
Exordij Artificium, & leges Rhetoricæ. 328.
Exodus Iſraëlitarum. 28
Extracta & Compendia omnium quæ leguntur, vel audiuntur. 348

F

Fabvlæ & Romantia, 18. Fabularum expoſitio triplex, 208. Partes duæ, 268. Mithologia alphabeticè collecta, 18. Singulorum nomina ſuis locis alphabeticè reperiuntur, v. g. Æſculapius, 269. Adonis, 270. & ita de reliquis.
Facta, *leg.* fata. 52
Faces ſemper accenſæ in omnibus ſacris. 280.
Facultas naturalis, vitalis, animalis: procreatrix, nutrix, auctrix, expultrix; in Medicin. 535. Et ſeq.
Facultas quid, & quotuplex? in Metaph. 28
Faſces defert quas, lin. vlt. *leg.* quos. 230
Falconia, mulier erudita. 174
Fallaciarum in Logica natura, artificium: ſpecies in dictione & extra dictionem, ſolutiones, &c. 434. & ſeq.
Fama & rumor differunt. 336
Favoojus. 259
Fauci, Sylvani, Satyri. 280
Felix cedit Sedi Pontificiæ Romanæ. 34
Feriæ variæ. 21
Feſta Latinorum. *pag.* 279
Figurarum in Eloquentia natura, diverſitas, ornatus, vſus, &c. in Rhetoric. 41. in Arte Lulliana explicatio & vſus, 377. Figura ſuperflua, lin. 6. delenda eſt, 606.
Fides ſcientiæ ſuperaddi debuit, *Med.* 40. Fides & ſcientia mutuo ſe juvant, Ibid. 3. Fidei definitio quadruplex, ex Arte Lulliana. 372
Filij cum Patre in divinis conſubſtantialitas. 48
Finis, vt cauſa eſt phyſica & moralis, natura, proprietates, conditio, cauſalitas, motio, &c. 48. Veteris Teſtamenti, 29. Exarchatus in Italia, 57. Chriſtianæ Religionis falsò expectatus, an. 398. 73. Romani Imperij in occidente, an 475. 211. Dynaſtiæ Carolidarum in Gallia, 244. Suo effectu aliquando nobilior, aliquando ignobilior, 458. Prior in intentione, poſterior in executione, 181. 426
Flumina vbiquè varia, juxta varias Provincias. 688
Fontebraldeoſis, Ordo & Monaſterium Ordinis capot, ao. 1117. 198
Fontes Inveotionis oratoriæ. 328
Flodoardi hiſtoria. 148. & 74
Florus & Iuſtinus, Hiſtorici. 256
Flandria. 652
Flos vbiquè reperiri, oſtenditur per Artem Lullij. *Med.* 68. 652
Formæ phyſicæ natura, proprietates, &c. 472.
Formulæ, *leg.* formulas. 49
Fortuna. 281
Fœtus, *vid.* Medicin.
Foxium. 657
Franciæ ſeu Galliarum ſitus, figura, partitio: Regum à 1. Pharamundo trex dynaſtiæ ſeu familiæ; Eccleſiæ, Epiſcopatus, Officiarij, &c. 650. & ſeq. Reges Chriſtianiſſimi, Eccleſiæ protectores, 37. Conceſſa illis ſub vtraque ſpecie ſacra Synaxis, 45. Strophularum ſanatio. 520
Fraterna amicitia, 375. Fratricidium enorme. 257
Friſlandia, Nova Zembla, Groëſlandia, partes Orbis Arctoi remotiſſimæ. 685
Fulbertus Carnotenſis, 95. 179
Fulgentius Epiſcopus Ruſpenſis in Africa, 174.
Fueillentini, an. 1577. 206
Funebris oratio. 323
Fuit, *leg.* fuere, lin. vltim. 459
Furcas Claudinas, lin. vltim. *leg.* Caudinas. 225
Furiæ. 282
Futurorum prædictio. 619.

G

Gallia *vid.* ſupra Franciam, & 224. Gallica, & Latina Lingua ſimul fermè addiſcenda. 45
Galatia, Galatæ. 70. 338

Digitized by Google

G

* Gallorum. *leg.* Francorum. *pag.* 238
Galaxis. 918
Galenus, 259. Galeni figura in Logicis.
* Gammograph. *leg.* Grammographicæ, *Med.* 33
Gaudentius Brixienſis Epiſcopus 173
Gematria ex vi nominum apud Hebræos. 25.
Genebrardus, Chronologus eruditiſſimus. 126.
Gennadius, Conſtantinopolitanus. 174
Georgius Pachymeres Dionyſij Commentator, ex Max. Ioannes Gerſon Cancellarius Vniverſitatis Pariſienſis. 181
Geneva, 647. Genevenſis Rebellio, 191. 947.
Genſerici irruptio in Italiam, an. 455. 211
Gemina vno die victoria reportata à Philippo II. 146
Genus Vniverſale, in Metaphyſic. 720. Quomodo veſtigandum in Arte-Lulliana, 180. Genera orationis, præcipuè tria. 323
Genius, Genialis. 272
Gerion. 284
Genethliaci, *vid.* Aſtrolog.
GEOMETRIÆ natura, officia, nomen, operationes variæ; in lineis, angulis, corporibus, 597. & ſeq.
Geometrica Inſtrumenta, 610. & ſeq.
Geometræ rari reperiuntur. 577
GEOGRAPHIA, vetus & nova, explicatur.
Germania deſcribitur in Geographica. 643
* Germanum, lin. 55. *leg.* Germaniam. 198
* Gerſonius, ſub fin. pag. *leg.* Ekius. 180
Gigantes, Gigantomachia. 282
Gilbertus Porretanus, Epiſcopus Pictavienſis, ob nimia ſubtilitatem à fidei Regula exerrat. 42
Globus quid, & quotoplex? 224
* Glotthomatia, *leg.* Glottomathia. 2
Gloria diverſis modis accipitur. 402
Gnomonica fabricat horologia mechanica, ſolaria, &c. 706
Godefridus Bollionius Hieroſolym. expugnat, 17. & 234
* Gordianus gravis, lin. 34. *leg.* annis gravis. 231
Gorgones. 233
Gradus triplex in Homine, & in vnoquoque idiomate. 2
GRAMMATICA per IX. Titulos explicatur; vbi de ſermone, lectione, & pronunciatione: de litteris, ſyllabis, partibus orationis: de nomine, verbo, declinationibus, & conjugationibus: de ſyntaxi, dictionum varietate: de linguis ſeu Idiomatis addiſcendis, de Ortographia, *pag* 3. & ſeq. Grammaticæ Gallicæ primus autor, Carolus Magn. 9
Gregorius V. Regem Galliæ excommunicat, *pag.* 39. Gregorius Nazienzenus, 65. 173 Taumaturgus, 172. Nyſſenus, 173. Magnus Pontif. Rom. 37. Turonenſis 175
* GRÆCIÆ nomina, ſitus, partitio, vbi Macedonia, Albania, Achaia, Athenæ, Lepantus, Pharſalus, Iſtmus, Corinthus, &c. *pag.* 668. Græcum Schiſma, an. 867. 93
Grandimontenſis Ordo inſtitutus à S. Stephano, an. 1080. 193
Gratiæ tres ſimul junctæ, *Med.* 205
Gravia, & Levia non moventur à ſe, quaſi ab effectiva, & præcipua cauſa. 505
Guinea. 258
Guelphi, & Gibellini, factiones in Italia, pro Pontifice & Cæſare. 43. 219
Guilelmus Alverus, aliàs Pariſienſis, eruditus, & ſubtilis, 1892. A Sancto amore. 43
Guido Perpinianus, Epiſcopus Carmelita. 205
Guſtavus Rex Sueciæ, occiſus an. 1632. 237
Guienna. 655
Guiſij Bleſis interfecti, an. 1588. 251
Gymnaſia publica perquam vtilia. 15. Gymnaſtica, vid. Medecin.

H

HALCYONES. 283
* Hanc lucem, lin. 33. *leg.* Hinc. 275
Hannonia. 646
Haſſia 646
Hebdomadæ varius ſignificatus. 27
Hebdomades Danielis lxx. 28
Hecate. 283
Helena, an. 326. 169
Heliogabalus. 231
Helle. 300
Helleniſmus. 284
Helleſpontus, vbi Xerxes conſtrato navibus Ponte, ingentem illum exercitum in Græciam traduxit. 685
Henrici Angliæ Regis excommunicatio, an. 1535. 46
Henrici IV. Galliarum Regis abſolutio an. 1596. 47. Catholicam fidem profitetur. 251
Henochi tranſlatio. 167
Henrici, & Cunegundæ Imperator. Caſtum matrimonium. 218
Hermas autor libri, cui titulus Bonus Paſtor. 171
Hermannus Contractus. 179
Hercules, 284. Gallicus. *Med.* 45
Heſperides. 284
Heteroſcij. 638
Helvetia. 249. 649
Hibernia, Inſula plagæ Britannicæ deſcribitur. 686
HIEROSOLYMIS primum Concil. ab Apoſtolis celebratur, *p.* 48. Eccleſiæ Hieroſolymitan. origo, prærogativæ, &c. 56. Ælianopolis dicta, Ibid. A Pompeio expugnata, 29. A Veſpaſiano Tito. A Balduin. A Saladino, an. 188. Quarta pars vrbis Hieroſolymæ, Chriſtianis conceſſa. 57
Hieronymus obijt in Bethleem, an. 420. 171
Hieronymiani. 200

Index Materiarum

H

Hilarij plures. *pag.* 172
Hildebertus Cænomanenſis ac Turonenſis Præſul. 180
Hincmarus, *vid.* Archiepiſcop. Remenſ. 147
Hippoliti membra. *Med.* 45
Hippomenes. 272
HISTORIA Hominibus vtilis, Principibus neceſſaria. Qui eam ſcripſerunt, quæ in eis aduotanda? Multiplex. 18
Tota per res Eccleſiaſticas, politicas, veteres, novas, domeſticas, exteras percurritur, 189. ſeq. Ex Hiſtoricis, ſub fin. pag. *adde* Herodotus. 254
* Hiſtoria tripartita, 79. Hiſtorici per varias ætates. 254
Hiſpaniæ ſitus, figura, nomina, Regna, Gentes; &c. Mauris libera, an. 1,30. 258.
* Hmimo, *leg.* Tmaimo. 30
Hora quid vnde, quotuplex? *pag.* 19. 618. Hora, Concionis ſpatium, 428. Horæ Canonicæ. 20
Holofernes à Iuditha obtruncatur. 208
Homerus natus annos, 104. moritur. 254
HOMINIS fabrica, *pag.* 331. Os & vultus, figura, 341. diviſio multiplex, in Lulliana. 395
Horologium, quid, quotuplex, quomodo fabricatur? &c. in Gnomonic. 706
Hoſtia Billetarum miraculoſa. 247
Horizon quid, & quotuplex? 629
Hugo Capetus, an. 987. 245
Humilitas, exemplum Concionis. 425
Humorum natura, qualitates, diverſitas, proportio, morbi. 525. 556. & ſeq.
Humorum converſio. 75
Hungari Chriſtiani, an. 989. 234
Hydra. 284
Hypatia nobilis matrona, à ſeditioſis lacerata.

I

IACOBVS Amiotus Regiæ ſobolis Educator, Epiſcopus Antiſſiodorus Plutarchi tanſlator. *pag.* 145
Ianiſſarij ab Amuratho inſtituti. 258
Ianus ob prudentiam, 108. 253. Templum Iani ſubinde clauſum. 226. & ſeq.
Iapponia, *pag.* 688. Convertitur, 1585. p. 646. Legatos mittit Romam. 259
Iaſon, & Argonautæ. 37. 685
Iconomachi damnati, 37. 685
Idiomatum, natura, diverſitas, vtilitas, vſus, &c. in Grammatic. 10. & ſeq.
Idolotatria Schytica ex Epiphan. 184. 90
Idea quid, etiam in DEO? verè cauſa eſt. 479
Idus in vnoquoque menſe. 22
Ieremias diſſectus. 208
Iejunium quadrageſimale laudatur, 330
* Hymen, lin. 13. *leg.* 11. ... 532. Igemone, lin. 27. *leg.* Hegemone. 444
Ignatius, Martialis, & Policarpus primi [illegible]
Apoſtolorum diſcipuli. *pag.* 171
Ignis quid, & quotuplex? 490. Ignis è cilice 251. Ignis Græcus. 256
* Illorum, *leg.* Medicorum ſcientia *Med.* 19. ivii, lin. 28. *leg.* ins. 271
IMPERATORIS Electio, an. 1001. *pag.* 157
Imperium orientis, & occidentis, 256. & 257. Imperium Trabeſuntinum. 217
Imperator ſolius orientis. 21
Imperator pedes Papæ oſculatur. 37
Imperatoris conſenſus pro Pontifice eligendo, 39. Imperatoris electio conceſſa Septem-viris Electoribus, an 996. Imperium, 639. Imperium Mahumetis in diverſas provincias, 673. Imperium Chinæ. 671
Imaginatricis vis, & effectus. 533
Imaginativum in Arte-Lulliana definitur, & diſtribuitur. 395
Imago Abagari, 75. Imagines. 165
* *Imitatio* eſt, vel, ex lin. 4. *leg.* & cum illis vel cum laude. 317
Immobile quot modis dicitur? 496
Immortalitas Animæ decreta in Concil. Conſtant. & cur? 54. & 55
Implicita debent explicari. 375
Individuum quid, & quot modis dicitur? In Metaphyſic. 721
Indictio quid ſit? 24. 257
Innocentius II. fugit in Galliam, 41. Innocentius IV. fugit Lugdunum, illicque celebrat Concilium. 43
Interpontificia. 42. & 164
Inventio S. S. Gervaſij, & Prothaſij, an. 387. 73
Inceſtuoſi Hæretici damnantur. 77
Inquiſitio in Germania, in Hiſpania, in Gallia. 78. 222
In altero, lin. vltim. *leg.* in tertio. 133
Inauguratio Navarreor. 119
Indiæ Occidentales repertæ à Chriſtophoro Columbo. 258
Induſium B. V. Mariæ Carnuti, 95
Inceptio, & deſitio rerum duplex, 500
Inferi. 281
Infinitum examinatur, in Phyſicis. 487
Ingeniorum diverſitas, *pag.* 526. Quænam ſcientijs apta, vel inepta? 312
Incarnatio. 24
Ino. 288
In compoſitione Orationis, quattuor obſervanda. 595
Inſomnia, vide ſomnium *in* Medicin. 556
Interceſſio Regis Galliarum pro Thoma Cantuarenſi, an. 1135. 145
Interpretes lxxii. an. 3775. 254
Intellectui ſcientiæ propriæ. 8
Inſtinctus quid? 485
Inſtrumentum generale, calor, & amor, *pag.* 751. Inſtrumenta varia, 399. Inſtrumenta quattuor, 444. Inſtrumenta Muſica, 596. Mathematica. 624
Inſtrumentativum, in Arte-Lulliana. 379
INTELLIGENTIÆ, *vid.* Angeli.
Intemperies duplex, *in* Medicin. 519
* Inteſtina ſecta, lin. 17. *leg.* non facilè reglutinantur. 419

Inſtructio

I

Inſtructio Catholica, compendio expreſſa *M.* pag. 76
Intercrant, lin. 35. *leg.* Interfuerant. 72
Invectiva quot modis fit? 323
Inventio quid ſit? *vid.* Rhetoric. 328
Inviſibilia in ſe, videntur in effectis. 570
Involucra veritatis duo. *Med.* p. 70
Inverecundi, Hæretici ita dicti. 191
Inſulæ paſſim in vtroque Mari variæ, pag. 685. & ſeq. Inſula purgatorij S. Patrici, p. 686. Natans. 687
Iob hiſtoria, & patientia. 189
Ioachimus Abbas. 122. 28
IOANNES Baptiſta, 29. 518. Ioannis de Soliaco lin. 16. *leg.* Ioannem p. 109. Ioannæ Papiſſæ fabula, 38. Ioannes ſub fin. *leg.* Ioanna, p. 149. Ioanne XVIII. Græcos, *leg.* qui Græcos lin. 48. p. 39. Ioannem Papam, *adde*, Hormiſdæ ſucceſſorem lin. 29. p. 55. Ioannem in vinculis, *leg.* qui Benedicto ſucceſſerat, lin. 30. pag. 39. Ioannis Hus vivi-comburium in Concilio Conſtantienſi, 54. Ioannes Eleemoſynarius, 64. Ioannes Scholaſticus, 67. Ioannes Iejunator, 68. Ioannes Evangeliſta, 70. Ioannes Caſſianus, an. 433. *pag.* 111. Ioannes Climacus 175. Ioannes Micrologus 176. Ioannes Curopalates, 179. Ioannes Cypariſſiota, 180. Ioannes Taulerus, 180. Ioannes Scotus, 188. Ioannes Hus, 190. Ioannes Damaſcenus, an. 728. p. 198. Ioannes Soretus Generalis, & Reformator Carmelitarum, 205. & 99. Ioannes à S. Sampſone, Laicus Carmelita, Illuminatus, p. 99. Ioannes Bacoonius, an. 1316. 205. Ioanna Neapolitana, 235. Ioannes ſine terra, 234. Ioannes Grammaticus, 256. Ioannes à Temporibus. p. 257
Ioſaphat Rex in Iudæa curat Religionem, 207
Ionas Propheta in Ninive, ſub Sardanapalo
Ioſephus Iudæus, Antiquitatum Iudaicar. Scriptor, ſtatuâ Romæ aureâ donatur. 256
Ioſue, geſta, & mors. 206
Iphigenia. Ibid.
Ipſius in carcere, lin. 15 *leg.* ipſius juſſu, 233
Iſaac naſcitur. 28
Iiſaurico. *leg* Iſaurico lin. 25. p. 37
Iſidorus Peluſiota, *pag.* 174. Hiſpalenſis 275. per Iſidorum Hiſpal, &c. lio. 16. *leg.* quæ per *Iſidorum Hiſpalenſem, vt ſuprà vidimus, compoſita fuerat, plurimum turbata, &c.* 77
Iſthmia ludi olim celebres, an. 2606. 253
ITALIÆ nomina, figura, ſitus, menſuræ, montes, flumina, partitio, provinciæ, vrbes, & alia ſingularia in Geograph. 663
Iubilæum Iudæum & Chriſtianum, variatâ ſubinde illius tempora, p. 24. 44
Iudæi & Chriſtiani Româ pulſi, 32. Iudæi Galliâ pulſi, *pag.* 237. Iudæi ſubmerſi p. 256. Facinora, 65. 68. 78. 184
Iudithæ victoriæ. 29. 168
Ius Pontificem Max. eligendi, ad Clerum redigitur, p. 39
Iuſtiniani acta, 67. 213. Iuſtinianus Iunior. 265
Iulius Africanus. 172
Iura Eccleſiæ deffenſa à Barræo, contra Ducem Lotaring. p. 173
Iudex pag. 347. Iudex ſignum geſtabat collo ſuſpenſum, varijs ornatum Lapillis, 680
Iudices Iudæos regunt ante Reges. 261
Iudicium vltimum, *pag.* 330. Criticum de Autoribus, 330. Iudiciale genus in oratione triplex, p. 324. Ius Civile, Iuſtitia, Iuriſconſulti, 257
Ivetoti Regnum, an. 555. 140
Iulianus Parabata; an. 360. 228
Iulius Cæſar in Senatu occiſus. 210
Iulius Pollux Vocabularij autor. 256
Iulius Maternus Firmicus, lin. 7. *dele* Maternus, p. 173
Iuniſtus, p. 173
Iuno. 289
Iupiter. 289
Iuvenalis. 255
Iuvencus. 172
Iuvenum & Senum affectus oppoſiti, 323
Ixion. 290
Kalendæ. 22

L

LABYRINTVS mille domos, & regias duodecim perpetuo marmorei parietis ambitu complexus. pag. 680
Lactantius, an. 302. 572
Lacedæmon. 233
Laci tres vicini proprios piſces alentes, p. 686
Laici è Chriſtianis ſancti. 166
Lapides & Gemmæ. 398
Lapis Philoſophorum, *vid.* Philoſophiam Secretam. 583
Lappia. 641
Lapſus Proto Parentum. 27
Latium, nunc Campania di Roma; Caput mundi Roma ipſa, *pag.* 666. Latinus fulmine extinctus, 222. 172. Latinorum Rex vltimus, an. 2650. 125 & 222.
Latio inhæret in mobili, non in corpore circumfuſo, *pag.* 487. Latio & converſio motuum præſtantiſſimi. 507
Latrones puniti, poſtea examinati. 645
Lectio quid docet? *pag.* 3. Veterum, & Recentiorum Poëtarum. p. 307
Legendum vt comeditur, 17
Legati Pontificis Max. *pag.* 35. Legatio Iaponica & Æthiopica, 78. Legati violati, & occiſi. 222. Legati Regis Galliarum, omnium primi etiam in Tridentino. 46
Lemma, *pag.* 578. 605
Lemuvicum, *pag.* 656
LEO Armenus, *pag.* 68. Leo Oſtienſis. 189
Leo Philoſophus, 215. Leo Magnus, plures quotidie Miſſas celebrat. 35
Lethe. 290
Lex Agraria, p. 217. Lex nova non proponebatur niſi fune ad collum, 666. Le-

Index Materiarum

L

Leges Francis primo latæ. 238
Lex à Deo, & tempus quo fuit promulgata. 28
Libanius, pag. 257
Liber Legis recuperatus ab Eſdra, pag. 28.
Libri Gallici. 257
Liberales Artes ſeptem, Med. 39. indicantur, pag. 707
* Liberius, lin. 24. leg. Tiberius. 213
Libertas Eccleſiaſtica, pag. 77. Batavica. 216
Libertini. 291
Libri Sybillini interdicti. 254. Ariſtotel. de interpretatione. 431
Liga Galliam turbat ſub Henrico III. 251
Lilium, pag. 284. 290. Lilia Gallica. 239
Linguâ Gallicâ ſcripti primùm libri. 257
Lis Epiſcopi & Capituli, pag. 141. Prohibent Angli ne litium Romam fiat provocatio. 195
Litteræ humaniores, pag. 2. Syriacæ 78
Litterariæ immunitates. 257
* Liberis, ad margin. adde exceptis Liberis 425
Lignum diù in aqua, deſalitur. 372
Lineæ geometricæ, pag. 597. Perſpectivæ. 702
Litaniæ Majores, 126. 246
* Λιγυρα, lin. 17. leg. λιγυραῖς, 481
Livius, Romanus Hiſtoricus, 316
Lombardia, pars Italiæ; vbi Pedemontium, Mons-ferratum, Liguria ſeu Genua: Parmeſanum, Mutinum, Mediolanum, Brixia, Mantua, Venetia, &c. 673
Loci natura, proprietates, &c. In Phyſicis, pag. 321
Locus cujuſvis elementi eſt ſuperficies concava ſuperioris, 491. Modus concinnandi locos Communes, pag. 347
Locutuleïtas. Med. 72
Logica definitur, diſtinguitur, dividitur, quadruplex per IX. Tractatus; vbi explicantur tres animi operationes, *Methodus* multiplex. Virtutes Intellectus quinque. Natura & proprietates Scientiæ, Definitionis, Syllogiſmi, Argumentationis, Demonſtrationis, Artis Sophiſticæ in duobus Libris Elenchorum. 441. & ſeq.
Longitudo & Latitudo, quomodo, & vnde ſumitur? pag. 625. 630
* Lucianus, lin. 48. leg. Porphirius. 17
Ludovicus Ambaſius ſepultus Laureti, an. 1511. 112
Lugdunenſis & Auguſtodunenſis Eccleſia ſociatæ. 136
Luitprandus Hiſtoricus valdè inſincerus. 176.
Lullius, vid. Rhetoric. Lullian. 180
Lunæ Eclipſis, an. 3752. 226. & 190
Luculli victoria, an 3901. 218
Ludovici Imperator. fortuna varia, 161. Ludovicus, VII. Galliarum Rex à Papa inunctus, 247. Ludovicus Hutinus, p. 247. Ludovicus XIV. natus an. 1637. 25. 252. 590. Remis inauguratus an. 1654.
* Lucullo, lin. 35. leg. Lepido. pag. 221
Lupercalia. 281
Luſatia. 281
Luſitania, vid. Hiſpan. Occupatur à Viriatho, pag. 227
Lotaringio obtingit, an. 1108. 254
Lutetiæ Pariſiorum topographia. 652
* A Lutheranis, lin. 53. leg. ab Heterodoxis 180
Lux; Lumen. Illuminatio, &c. vid. Optic. 697
Lybia duplex. 680
* Λιγεια, lin. 47. leg. λιγεια. 63

M

Macedonia vid. Græc. fit Provincia pag. 221
Machabæi Aſmonei zelo legis, & victorijs clari, 29. 208. Septem fratres cum Matre trucidati ab Antioch. 29
Marchia Anconitana ſeu Picenus ager, Æmilia, & Exarchatus; vbi Ancona, Lauretum, Vmbria, Spoletum, &c. 665
Macrobius Scriptor varius. 257
Madagaſcar, vid. Inſul. 688
Machinæ Militares primùm inventæ. 254
Magiſtri Palatij, ſeu Duces Franciæ. 247
Mahumetes, an. 1630. pag. 233. Mahumetiſmus. 673
Magorum trium corpora Mediolano Coloniam Agripinam tranſlata memorãtur. 258
Mala aurea. 272
Maltota vectigal. 217
Malum quid ſit? quotuplex: quale, vbi vnde? Non poteſt deſiderari, &c. in Mephyſic. pag. 731
Manes, à quo Manichæi, 186. Puniti, 188
Manſiones filiorum Iſraël in deſerto. 28
Manaſſes impius, crudelis, captivus, Regno reſtituitur. 208
Manus elogium, 412
Maria Scotiæ Regina ſub Elizabetha Bolena in Anglia, decollatur an. 1587
Marius. 218
Mars. 291
Marcio, contra quem Tertullianus. 185
Maronitæ. 188
S. Maria ad nives. 34
* Martinum leg. vt Martinum, &c. lin. 44. 35
Marcaſita. 392
Mater filium occidit. 227
Matſoretanum puncta Hebræa, an. 4-8. 256
Martyres, p. 167. Martyrologia, 3. 166. Acta olim in theſauro. 33
Martyrius Præſul Antiochenus, ſuæ Eccleſiæ renunciat Pontificaliter indutus. 17
Matthæi Molæi elogium, qui obijt 3. Iauvar. an. 1656. pag. 259
Matrimonium, pag. 273. Illegitimum diſſolutum. 24
Materia Calicum. 208
Materiæ-Primæ natura, exiſtentia, &c. in Phyſic. p. 468. Non eſt vaga, 470. Non eſt dividua niſi per quantitatem, 474.

Materia & forma ſunt naturæ, pag. 475. Materia & forma ſunt ſibi concauſæ. 481. Minimum eſt in entibus, 446
Magnes ferrum attrahens. pag. 503.
Mahuria Regina Saracenorum, ad fidem convertitur. 72
Majus extremum, & minus, in Logic. 452
Mare duplex; Oceanus, & Mediterraneum: variaque amborum nomina, & Diviſiones. 684
Maximus Tyrius, pag. 25. Taurinenſis. 174
Maxima, & differentiæ Maximæ. 450
Maximum, & minimum. 474
Medicina divina & extraordinaria; localis, perſonalis, hæreditaria, pag. 586. Humanæ origo, objectum: cultura ab Empiricis, Methodicis, Dogmaticis; partitio per IX. Tractatus, 522. Phyſiologia explicat formationem, & ſtructuram corporis humani, adventitia, morborum affectiones, cauſas, ſymptomata, ſigna, criſes, remedia, &c. Quoties Manu operatur Chirurgia eſt, 513. & ſeq. Med. 57. Nefas vitalijs remedijs, quàm vſitatis. 680
Medulla Sapientiæ; vbi Hominis ignorantia, vnde, & quæ remedia? Quare cupidus Scientiarum? pag. 1. Scientia omnis à Deo eſt. Duplex; Humana, & Divina. p. 2. Fides & Scientia mutuò ſe juvant, p. 3. Cognitio in Deo in Angelo, in Homine diverſa. Scientia omnis intra Hominem eſt. An ſit reminiſcentia? p. 4. Rerum cognoſcendarum ordo triplex. Tres in Homine facultates cognoſcitivæ, quibus reſpondent Scientiæ omnes, 657. 8. Methodus quid ſit? pag. 9. Ordo Scientiarum, idem qui & rerum. Dividere tam difficile, quàm vtile. Ordo Naturæ, tribus conſtat: Trina rerum differentia. 10. Ordo Phyſicus, Naturalis, Metaphyſicus. Forma methodi ſynthetica, analytica, mixta. 11. Definitiva, Epilogiſmus, Diſcurſus, Analogiſmus. Inductio, Experientia, 13. Aſcenſus, deſcenſus, circulatio, 4. Methodus claſſica. Noſtra hæc qualis, & quæ ejus vtilitates? Extracta Compendijs multò vtiliora. Theſes, & axiomata, 15. Scientiæ ſe invicem juvant, 16. Compendij, & Extracti differentia amplior, exemplo medicinæ & ſeminis. Duæ Methodi jungendæ, 17. Homo quomodo erudiendus? Scientiæ labor, triplex. 18. Scientiæ varijs ætatibus idoneæ. A[illegible], & [illegible]. Domi ſtudendum, an in Academijs? 16. Scientiæ omnes vnde ortæ? Sectæ Philoſophorum variæ, 20. Artium, & rerum inventores. Scriptura vulgaris, & occulta. 22. Scientiarum diviſio multiplex. pag. 23. Ex Hebræis. pag. 20. Ex S. Ambroſio. 26. Ex Rabbi Moſe. Ex Mundo triplici. Ex Epicuro, & Gaſſendo. 27. Ex Platone pag. 28. Ex Ariſtotele, Simplicio, Averroe, Javellio, Cechinellio, 29. Ex Frambeſario, Craſſoto, Orontio, Cornelio Gemma, Querceto, Sorello, 34 Ex Alberto M. Alexandro Alenſi, Suare, cæteriſque Peripateticis. 35. Ex Complutenſibus, Du-Vallio. 36. Ex Quintiliano. 39. Ex Rhetorica generali. 40. Scientiarum diſtributio melior, ex ipſamet Hominis ſtructura, per novem Circulos. pag. 41. Orbis Naturæ, & Scientiæ. Quid Encyclopedia? Ex Athenæo, Suida, Ariſtotele, Vitruvio, Quintiliano. pag. 43. Scientia, ex me, vnica probatur exemplis. Aurea rerum catena. 45. Vniverſalis Scientia probatur rationibus, ex imitatione naturæ, Ariſtotele, ipſa ſcientiæ natura, alijs exemplis. 49. Deinde autoritatibus Ariſtotelis, D. Thomæ, Aleſij, Alberti M. 50. Platonis, Ficini, Areopagitæ, Leonis Hebræi. Cardinalis Contareni. 51. Triplex Scientiæ vniverſalis fundamentum. 57. Omnia analoga, & vnum: ſimilia & diſſimilia, amica & inimica. In Mundo & Scientijs paſſim diverſitas, contrarietas nulla. 59. Vniverſalis ea Scientia propriè Sapientia & Theologia eſt, p. 53. Quattuor requiſita ad Sapientiam. Quotuplex. 54. Sapientia hîc delineata, conſtat Scientiâ, Eruditione, Eloquentiâ. pag. 55. Scala Naturæ, & Scientiæ Pyramis, p. 61. Errores vnde? 69. Curationes Sapientiæ & Medicinæ, ſimiles. Veritas vbiquè vna. 70. Scholæ publicæ, & ſtudium domeſticum. Contra vanitatem, & paradoxa. 71. Errores præcipui duo, Sophiſtica, & Locutuleitas. Remedia omnia in Homine. Cuique facultati ſua propria diſciplina. 72. Sua cuique Encyclopædia fabricata. Rerum, & Scientiarum concatenatio. Omnia vni-trina. 73. Vtilitates hujus Methodi. Idioma cuique proprium, ſeorſim addiſcendum, p. 74. Methodi exempla duo. I. Religio vera. II. Inſtructio Catholica, 75. Parænesis ad ſtudium Sapientiæ vniverſalis, pag. 78
Meduſa. 292
Memoria pag. 313. Memoriæ commendatio. 360
Meditationis puncta, Concioni poſſunt aptari. 330
Medium In Arte Lulliana, pag. 407. Media in Logicis. Medio, lin. 9. leg. Medij, pag. 345. Medio tutiſſimè itur, 759. media in omnibus reperiuntur, 398. 561. Medium datur inter contraria. 468
Melchiado, lin. 10. leg. melchiade. p. 147
Mathematica laudata, definita, diſtributa, per IX. Tractatus; vbi Arithmetica, Muſica, Geometria, Coſmologia, &c. 575. & ſeq. Med. 33. 38
Mercurius Triſmegiſtus. 292. & 562
Memnonis ſtatua vocalis ad Solis radios. 253
Melania quátuor millia Monachorum ſuſtentat, 63. Peregrinatur cum Rufino. 72
Meletius, Antiochiæ Præſul ſanctiſſimus, 72
Menſis quid, vnde, quotuplex? pag. 21. Quidam menſes ex nomine Imperatorum nuncupati. 630
Menſura loci inacceſſi, & alterius acceſſu fa-

M

ciliſ, *pag.* 632. menſuræ Aſtrorum. 633
Menſuræ variæ ex Arithmetica, Geometrica, Geodeſia. 635
Mel candidum. 652
Methodus gemina addiſcendi cujuſvis Idiomatis. Methodi principia duo, partes tres, materia triplex. *Medull.* 10. & ſeq.
Melchiſedech, an. 1557. 167
Miccius, lin. 11. *leg.* Miccius, 28
Metaphraſtes. 116
Metaphoræ rarò adhibendæ. 351
METAPHYSICA definita, laudata, diſtributa, expoſita per IX. Tractatus, 5. & ſeq.
Meteora. 398
Mediolanum. *pag.* 664
Media, à Medo Iapethi filio. 672
Mercurius planeta nunquam abeſt à Sole, *Med.* 54
Meſopotamia. 675
Memphis ſeu Ariſinoë. 680
Metrica, *vid.* Poët. & Muſic.
Metiri triangula, & cætera corpora. *pag.* 607. 631
Militia Chriſtiana. *pag.* 202. Militaris Diſciplina, apparatus, ſpecies, &c. 710. Militares Ordines vnde? 711. Varij ſubinde inſtituti, ac inſignibus & ſtemnatis diſtincti. 201
Milleſimus Romæ annus, 256
Milliaria quid? 611
Minor Britannia ſeu Armorica, & quæ in ea rara? 257
MIRACVLA plura & prodigia, *vid.* in Hiſtor. Miſcellan. Miraculum S. Genovefæ de ardentibus, an. 1130. 95
Minutius Felix, Chriſtianus Cauſidicus, & Apologiſta. 171
MISSÆ cæremoniæ, *p.* 33. Epiſcopos quotidiè celebrare jubet Concil. Compoſtell. *pag.* 77
Miſſiò duplex, *pag.* 415. Miſſio Diſcipulorum in diverſa Regna, *p.* 31. Miſſionarij Vincentiani. 220
Mithridates Rex Ponti, contra Romanos. 228
Mixtio, *pag.* 410. Mixtum. 430
Miſnia. 646
Moderatio vbiquè, ne quid nimis 323
Modeſtia, *pag.* 359. Electi Pontific. Max. *p.* 40. Regis coram Eccleſiaſticis, 593
Modus quid ſit? *pag.* 439. Modus docendi 443
Modus producendi, 568. Modus menſurandi, *pag.* 635
Moldavia. 642
Momus. 293
Mons Carmelus. 674
Moniferratus. 664
Mors Alexandri M. & ejus Imperij diviſio, an. 3646. *pag.* 225. Mors à lætitia, 46. Mors S. S. Petri & Pauli, 168. Ariſtotelis, 507. Mortis effigies in convivijs, *pag.* 680
Monumentum vetus, 668
MONACHI; eorum Inſtitutio, ſanctitas, doctrina, *pag.* 196. & ſeq. &c. Monachi Schitæ, 187. Sacerdotio admiſſi, 34. Primi Papæ electi, 33. 187. Monaſterium S. Dionyſij in Archiepiſcopatu Pariſienſi, & alia, ſuis ſobinde locis.
Monarchiæ quattuor, 220. & Miſcellan.
Monſtra, *vid.* Medicin.
Montanus laqueo ſe ſuſpendit, an. 173. 185
Monforti in Armorica Anas ſtupenda. 101
Mœotis lacus oſtium, cui nomen Boſphorus Cimmericus. 685
Moravia, 645
Moſcovia, 642
Moſis nativitas, & geſta, *pag.* 28. Alter filius Majemonis, autor More-Nevochin, an. 152. 144
Montes, *vid.* Geograph.
MOTVS quid, quotuplex? Inſidet in ſubjecto. Motus ad locum, & quies in loco corporum. In vacuo, vniformis, &c. *pag.* 487. 491. 493. Motus, ſeu actio externa ſpecificatur à terminis ad quos tendunt, 497. Motûs vnitas numeralis, 497. Motus ad quantitatem, 497. Motus ad qualitatem, ſpecificatur à qualitate ad quam tendit, 497. Motus lationum, non diſtinguitur penes rationes. Non naturalis loci, 497. violentus. *Ibid.* Naturali contrarius, 498. Motuum ſubordinatio, 561. Motus cordis, 502. Motus aliqui extra ſphæram, 503. Motus projectorum, cauſa eſt proiector, 505. Motus perpetuus. *Medul.* 65. Motus naturalis gravium & levium, ad pulſionem reducendus, 505. Motus non naturales, 498. Motus non eſt per ſe ad ſubſtantiam, 496 Non ad relationem, 496. Nec ad actionem & paſſionem, 496
Motus ſucceſſivus, & continuus, 486
Movet finis ſecundùm eſſe reale, 484
Moveri per ſe, & per accidẽs, 507. Movens & motum diſtinguntur, 507. Movens non motum, 567. Motûs ſucceſſio, eſſentialis eſt, 486. Motus ſola accretio realis ad quantitatem, 497. Motus vnius rei, vnus, 496. Motûs violentia, maximè elucet in lationibus, 498. Motus vno, eodemque momento poſſunt eſſe duo ſpecie diſtincti, *pag.* 499
Monialis veſtitura, 329
Monarchiæ quattuor, 220
Muleij filij Marocæ Regis baptiſmus, 78
Multum, non multa, addiſcendum, 417
Mulier non eſt homo per accidens, 533
Multitudo Altarium, 113
Multiplicatio panum, 331. Multiplicatio in figuris Lullianis duplex, 391
Mandi ætates præcipoè ſeptem, *pag.* 25. Creatio per hexamerum, *pag.* 26
Mutatio ſucceſſiva ſemper eſt, *pag.* 496. Accidentaria, *Ibid.* Nominis à Pontif. Max. 338
Munera lin. 24. *leg.* onera. 247
Municipium. 638
Murtia. 649
Muſculi à quibus motus, & actio omnium partium, *vid.* Medicin. *pag.* 523
MVSICA vna & diverſa, *Medul.* 38. Muſicæ

M

ſicæ natura, ſpecies, partitio, compoſitio, effectus, elogia. Inſtrumenta Muſica, &c. *pag.* 591. & ſeq. de Muſica, Ariſtotelis Diſputatio. 595
Muſcis ſoluta obſidio Niſibienſis. 233
Mundus quadruplex, 431. Superior regit inferiorem. 619
Mutinum. 664
Myſteria ſemper latent in omnibus cæremonijs. 279
MYTHOLOGIÆ natura, partitio, explicatio triplex, Compendium ordine alphabetico. *pag.* 298. & ſeq.

N N

NARBONENSIS Galllia. 150. Colonia. 237
* Nabonaſſarus, an. 3220. *leg.* 3306. *pag.* 253
Narciſſus, 293
Narſes receptâ ab Imperatrice injuriâ, Longobardos evocat in Italiam. 293
Narratio, *vid.* Rhetoric. 213
Nationum numerus. LXXII. 10
NATVRÆ ætas, conditio attendi debent, 359. Naturæ nomen, & ſignificatus varia, 475. Natura ad vnum determinatur. Naturæ ordo ſemper agit propter finem, 485. Arti comparátur. 476.
Naturalis facultas, 531. & 540. Natura naturans, & naturata, 561. Naturæ & Artis operationes, 561. Natura vbiquè, 570. Naturæ pax. 561. Naturæ ſcala, & Scientiæ pyramis. *pag.* 60
Neapolitanum Regnum; vbi Campania, Capua, Ortrandum, Aprutium, Calabria, &c. 666
Nefas diſputare de eminentia Pontificis & Concilij. 45
Nemrod primus in Orbe Imperat. 220
Nereus. 295
Neceſſitas duplex. 477
Nemo deſiderat ſui deſtructionem. 485. Nemo ex Iudis coronatus ſacrificat, 672
Negligentia, quædam laudabilis in Oratore, 354
Nemeſis. 294
Neptunus. 294
Nervi, *vid.* Medicin. 523. Nervi optici duo, alijs pluribus nerviculis implexi, derivantur à cerebro, cui oculos appendunt. 664
Neſtorianorum reverſio ad fidem, an. 1552. *pag.* 78
Nicolaus Oreſmus primus ſacra Biblia vertit in Gallicum idioma, 157. Nicolaus Lyranus, 180. Nicolaus Brito, 205. Nicolaus Audetus, *pag.* 205
Nilus à Plinio deſcribitur. 690
Nigritæ, gens admodùm barbara, *p.* 681
Nihil magnum fit citò, *pag.* 319. Nihil in ſtudijs parvum, 320. Nil poteſt mutari in inſtanti, 499. Nihil Phyſicum movetur à ſe ipſo, 501. Nihil ſine nævo & corruptela. 459
Nimia antiquitatis admiratio damnatur. 316
Nimia diligentia corrumpit artem. 340
Ninive à Nino ad Euphratem condita, 253
Niobe. 295
Noëmus, an. 1057. *pag.* 167. Noëmi diluvium. 28
Normania, *pag.* 257. 654. Recuperata, 156.
Northmani Italiæ potiuntur, an. 1041. 234
Nomen, *vid.* Grammatic. & Dialectic. Nominum poteſtas, *Med.* 25. Nominis mutatio à Pontif. Max. 38
Nonagintis, lin. 13. *leg.* nonaginta. 104 *
Notariacon. *Med.* 25
Novum Teſtamentum Syriacum, an. 1555 *pag.* 78
Novitatis pruritus. 316
Non ſemper optimum quod novum, *pag.* 319. Non indulgendum cauſis deſidiæ, 320. Non loquendum tumultuariè, 352. Non recitandum ex codice, 351. Non datur progreſſus infinitus 501. Non datur actio in diſtans. *pag.* 503
Nulla beneficia primis Eccleſiæ ſeculis, *p.* 166
Numa Pompilius, ſecundus Rex Romanorum. 225
Numantini vincuut, Numantia diruta. 227
Numerus, quid, quotuplex, &c. in Arithmetica, *pag.* 45. Numerus aureus. 22
Numi, ſeù Nummi, 254. Numiſmata varia. 817
Numidia. 681
Nutritio, *vid.* Medicin.
Nymphæ. 295

O O

O. E, &c. *leg.* A. E. 1, &c. *Med.* 25 *
Obſervantia CARMELITARVM Rhedonenſis inſtituta, propagata, doctrinâ & ſanctitare conſpicua. *pag.* 99
Objectum quid, & quotuplex? 406. 447
Obſidio Saguntina. 226
OCEANVS, *pag.* 296. Multiplex, *vid.* Mare. 284
Occaſio belli Francos inter & Anglos, 246.
Octuaginta *leg.* octoginta lin. 54. 28 *
OCVLORVM fabrica, excellentia, actio, &c. *vid.* Optic.
Odenari, *leg.* odenati, lin. 4. 232 *
Odium Græcorum in Latinos. 70
O*dumeaur*, lin. 30. *leg.* *idomeneo*, 175
Officium B. V. M. inſtitutum, an. 1080. 135.
Officiarij Regis, & Regni Galliarum præcipui, *pag* 660 *
Olympiades, à Ludis Olympicis, à quibus anni numerati, 253
Omnia genera orationis ſimul ſæpè miſcenda, *pag.* 324. Omnis Eloquentiæ ſpecies ſuo loco idonea, 349. Omnia in omnibus, 411. 576. Omnis error à ſimilitudine, 459. Omnis ſubſtantia creata indi-

Index Materiarum.

get ope accidentium, 484. Omnia in muodo à conſilio, 485. Omnia ſunt analoga & proportionata, *M.* 57. Omnia vnum, vnum omnia. *Med.* 527. Omnia ſimilia & diſſimilia, idem & non idem, 58. Omnia à Deo, & ad Devm, 64. Vnita & diverſa, in ſe invicem commutantur, 65. Omnia in homine, *Med.* 27
Ουρέσιον, lin. 11. *leg.* ὀμφάλιον, *pag.* 256
* Οὐσίαν, *leg.* ὕμνον, 49
Opificio lin. 13. *leg.* orificio. 492
Opima ſpolia. *p.* 239. 225
Oppoſita & contraria, *vid.* Dialectic. 411
Optima ſunt etiam difficilia. 319
Optatus Milevitanus. 573
Optica definitur. Conſiderat objectum, quantitatem lucidam aut illuminatam; medium triplex, oculi fabricam; viſionem, directam, reflexam, refractam. Circa lumen & viſionem quæſtiones & theoremata, 692. & ſeq.
Oratio & Orator, *vid.* Rhetoric. & Logic. Oratores inſigniores. 266
* Oratori futuri lin. *leg.* futuro.
Ornamenta & ſuppellex ſacra. 565
* Ορθωνία, *leg.* ὀρθινία, 8
Orthographia, in Grammatica. Ejus leges non non ſint nimis anxiæ, ſæpè mutatur: ſcribendum & loquendum eodem modo, 16. & 17.
Origenes docet, an. 205. Ejus Diſcipuli 61. 175.
Oriẽs repurgatus, ab hæreſeon reliquijs, 65
* Orientis tenent, ſub fin. *add.* Orientis imperium. 257
Oratoriani Presbyteri in Italia, & Gallia inſtituti. 201
Oreſtes. 296
Organa hydraulica. 243
Organicæ partes, *vid.* Medicin. 556
Orgia. 273
Orion. 296
Orpheus. 296
Ordo agentium, ordo & finium, *p.* 485
Ordo naturæ tribus conſtat, *Med.* 10. Ordo rerum omnium anima eſt, 344. Ordines Regulares diverſi ſubinde inſtituti, 196. Militares S. Michaëlis Sancti-Spiritûs, &c. 205
Otthomanus Aſiæ victor. 235
Ovatio minor triumphus. 223

P

Pacianvs. 573
Papa, ſeu Pontifex Maximus, *vid.* ſelecta Eccleſiæ Romanæ. Ejus ſuprema autoritas, contra duo capita, 32. Papæ triginta tres primi fuere Martyres, 34. Papa Mercurius dictus, ob eloquentiam, 35. Papa ab Hæreſi purgatus, 36. Papa dictus Angelicus, 37. Papa in Gallijs, 38. Papa Electus ſine Cardinalibus, 39. Papa Electus, indignè vexatur, an. 118. 41. Papa nomen non mutat, an. 1571. 46. Papa nonniſi ex Cardinalium Collegio 51. Papa concionatur, 161. Clementis V. inauguratio Lugduni, vbi eliſus dux Armoricæ Ioannes Papæ Vicarius, 36. Papiſſæ Ioannæ fabula vnde? 38. *vid.* Pontif. Max.
Pagani cur appellati Ethnici? 257
Panegyris. 373
Papinianus. 157
Pallas. 227
Palæſtina, vbi Iudæa, Terra-Sancta. 676
Pan, *pag.* 297. Panicus terror. 297
Pantheon. 36
Partitio cujuſlibet Scientiæ ſemper fit, in noſtra Methodo, per III. deinde per IX. Titulos. Partitionis vtilitates. 325
Paleonidorus. 205
Paradoxon. 331
Parcè pulchris vtendum. 342
Parmeſanum. 664
Parabolæ. 335
Pandora. 298
Paris raptor Helenæ. 298
Paſiphaë. 298
Papias Ioannis alterius quàm Apoſtoli diſcipulus. 258
Pantœnus primus Indiarum Apoſtolus. 61. 171
Paſchatis error, circa tempus, 74. 75. Diſputatio cum Aſiaticis, 70
Paſſiones xl. 396
Particularis quid ſit, & quod modis dicitur? 720
Parthi gens ſæculis multis ignota. 672
Paterculus Romanæ hiſtoriæ ſcriptor. 256.
Patriarchæ duodecim. 28
Patres Eccleſiæ per ſæcula recenſiti. 170
Pater filium occidit, 215. Patris in filium crudelitas. 227
Parlamentorum in Gallia Inſtitutio, 661. Parlamentum ſemeſtre. 247
Paulinus Præſul Nolanus inſignis. 178
Pavlvs converſio & prædicatio, 31. Paulus Oroſus, 173. Paulus Emilius, an. 1519. 94. Paulus Diaconus. Paulus Venetus, 181. Paulus Eremita. 196
Pauca, & bona, 334. *Med.* 55
Pauſanias Lacædemonum Hiſtoricus, 598
Pax Atrebatenſis, *p.* 154. Vedaſtina, 598. Vervinienſis, 237. Monaſterienſis *Ibid.* Pacis conditiones recuſatæ. 248
Pedantiſmum exagitat Quintilianus. 18
Pedemontium ad Alpium radices; vbi Taurinum, &c. 663. & ſeq.
Pectus. 325
Pegaſus. 275
Pelops. 298
Penates. 298
Penelope, 229
Pentapolis fulgurata. 28
Pentecoſtes Novæ Legis promulgatio, 24. Maij. 31
Pepinus regnat in Gallia, 37. 242

P

Pericles peſte perit. 224

Perduelles puniri. 242

Perfectio quot modis ſumitur in Lullian. 376. In Metaphyſic. 730

Periodus quid ſit? Ejus quinque partes, & artificium. 354

Peripheria, *vide* globus. 628

PERSECVTIONES Eccleſiæ Duodecim, 168. Hunerici in Affrica, 74. Cordobenſis, 77. Iapponica, an. 1597. 79

Perſeus. 292

Perſia, vid. Aſia. Perſæ bis victi. 224

Perſpicuitas virtus in oratione præcipua. 9

PERSPECTIVÆ artificia per Lineas terræ, horziontis, radiales, &c. 702

Peſtiferis opitulantes, Martyribus annumerati. 257

Petavius & Auzolius in Chronologia antagoniſtæ. 28

Petrarcha Poëta Laureatus. 182

Petronius Arbiter, Autor laſcivus. 255

Petrocorium. 616

PETRVS Apoſtolorum princeps, 31. Cathedræ duæ, *Ibid.* Petrus & Paulus, iterum Romæ, 22. Romæ paſſi eodem die, 168. Petrus *Lombardus*, ex reſignatione Philippi Franciæ Regis filij, Epiſcopus Pariſienſis, Magiſter ſententiarum, 91. 180. Petrus Venerabilis, obijt, an. 1157. 180. 134. Petrus Bertrandus diſputat cum Petro Cunierio, de Libertate Eccleſiaſtica, an. 1329. 190. 336. Petrus Comeſtor, 180. 146. Petrus de *Luxemburgo*, an. 1387. 161. Petrus Chryſologus, 174 Petrus Diaconus, 175. Petrus Damianus, obijt, 1072. 179. Petrus Bleſenſis, 180. Petri Leonis ſchiſma, an. 1138. 294. Petri de Corbario ſchiſma, 1328. 195. Petri de Luna ſchiſma, an. 1599. 195. Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus, Carmelita.

Phaëton. 299

Philo Iudæus, an. 45. 170

Philippus Macedo, 225. Philippi duo Imperat. Chriſtiani reputati, an. 249. 209. 221

Phantaſia, *vid.* Medicin. 513

Phœnicia diviſa in Galilæam ſuperiorem, & inferiorem, 674

Phænomena, *vid.* Meteora & Aſtrolog.

Philoſtratus, Autor variæ eruditonis. 257

PHILOSOPHIA & Philoſophorum Sectæ, 463. Philoſophi hæreticorum patriarchæ, 465. Philoſophia ſubdiviſa *Medull.* 14. *Philoſophia ſecreta* nomen, origo, encomia, definitio, diviſio per ix. Tractatus, 559. Principia tria Mercurius, Sal, Sulphur, 562. Operationes. Solutio, coagulatio, &c. 563. Effectus, Medicinæ variæ, 566. Lapis, 567. Canones generales naturæ, & Artis. 570

• Phodicus, lin. 39. *leg.* prodicus. 184

Photij fortuna, vafrities, ſchiſma, interitus. Initio Ioannem VIII. ſeduxit, ab eo tandem, cognitâ fraude, condemnatur. 69. 176.

PHYSICORVM Ariſtotelis libri Octo, explicantur per ix. Tractatus, *pag.* 46. *Principia* Rerum naturalium tria; Privatio, materia, & forma, 467. Ab eis vnio & compoſitum, 473. *Naturæ* nomina, & ſignificatus varij, 475. Arti comparatur, 476. *Cauſæ* principales, quattuor; effectiva, finalis, materialis, & formalis, 476. Per accidens fortuna, fatum, idea, 478. Caoſalitas, 480. *Motus* natura, 486. *Infinitum* multiplex, 487. Loci natura, diverſæ ſpecies, variæ affectiones, 490. *Vacuum* 492. *Temporis* natura, ſpecies, 494. *Motus* proprietates, 496. Indiviſibilia, & quies, 498. Inceptio, & deſitio rerum, 501. Principium motûs, 501. Motus varij, aquæ, cordis, 502. Magnetis, 503. Gravium, & levium, projectorum, 505. *Primi Motoris* natura, & neceſſitas. 507

Piſcina probaticæ vis ſanandi examinatur 509

Picti in Britannia converſi, 75

Pictavium. 656

PICTVRÆ natura, excellentia, effectus, &c. 703

Planetarum naturæ, dignitates, &c. in Aſtronom. 621

Plagiarij Concionum damnati. 426

Plantæ explicantur in Lullian. 57. 397. & in Mathematic. 708

Plinius Autor Hiſtoriæ naturalis, 255. Plinius Iunior, illius nepos. 256

Plotinus. 257

Plutarchus. 255

Plagæ Mundi quattuor. 635

Plures diſerti, pauci Eloquentes. 314

POETICA commendatur, dividitur, explicatur. Cur Hiſtoriæ ſuccedit? Ejus origo, ſpecies, verſus, pedes, carminum diverſa genera, 261. & ſeq. *Med.* 37. Epiſcopus caſtigatus ob ſtudium Poëtices nimium, 98. Corpus Poëtarum Græcorum, & Latinorum, 255. Poëtæ inſigniores, 254

PONTIFEX Romanus, *vid.* Eccleſ. Roman. 32. & ſeq. Ioannes Pont. M. Conſtantinopolim miſſus. 35. Pontifex Romanus ſolus Oecumenicus, 36. Pontifex Max. Captivus. Pontifex coronas conculcans, 42. Pontifex Maximus carceri deditur, 44. Gregor. xi. Romam repetit, an. 1376. 45. Pontifex Romà fugit Monachum indutus. 45

Politica Scientia quid includit? *Medull.* 5

Polonia Rex primus, an. 702. 233. Poloniæ Leges à Papa approbatæ, 42. Poloni ad fidem converſi, an. 965. 77. Polonis cincinnus & ſtola, 257. Polonia 6[illegible]. Polono duce lin. 1. *leg.* Rolono. 257

Podium certamen poëticum Rhotomagi. 157

Pontiniacum fundatur à Theobaldo Campaniæ Comite, an. 1114. 145

Angelus Politanus. 295

P

Poenitentia, *pag.* 331. 415. Medicinæ comparatur, 331. Publica abrogata à Nectario. 65
* Πολυγλωττων, *leg.* πολυγλωττων, *Med.* 8. & 11.
Polycrates Tyrannus. 223
Polychronius Apamenus, ſcriptor. 174
Poli, *vid.* Sphæram in Aſtronom.
Pompalus filium ſe Regis fingens, ab Antiochenis admittitur. 227
Pomerania. 646
Pompeius necatur. 228
Pontus Euxinus, olim Anaxenus, ſeu inhoſpitalis, 685. Pons, Pontis Euxini, *leg.* Ponti Euxini, lin. 49. 56
* Πολυμαθείαν, lin. 41. *leg.* πολυμαθειαν, 178
Porphyrius Chriſtianitatis eierator & hoſtis, 257
Poteſtas multiplex, in Lullian. 401
Portenta, *vid.* in Miſcellan. paſſim.
Portugallia, 648. an. 1583. 259
Poſſibilitas rerum vnde petenda? 717
Prædeſtinatiani condemnati, 122. 187
* Prædeceſſores, lin. 12. *leg.* Prædeceſſoris. 216
Prædicatorum Ordo, 129
Præmonſtratenſis Ordo. 198
Prædicamenta *vid.* Categor. in Metaphyſica.
Præjudicia inter argumenta extrinſeca locum habent. 336
Prætexta Iuventutis quando deponebatur? 273
Prælium S. Albini in Armorica. 246
Præfecturæ Helveticæ. 647
Practica ſcientia. *Med.* 57
Prætextati Rhotomagenſes cauſa. 97
Pragenſis victoria, an. 1920. 237
Præcognoſcenda de ſubjecto, paſſione, & principijs. 458
Præſagium cladis imminentis. 224
Pragmatica ſanctio abolita ſub Ludovic. XI. 249
Primus Imperator occidentis Carolus M. 221. Primi Conſules Romani, 223. Primus Pro-Conſul triumphat, 225. Primus annus Romanus Imperij, an. 3927. Prima Bibliorum tranſlatio Gallica, 248. Primi verſus heroici, 253. Primum principium indemonſtrabile, 458. Primus Papa in Gallia, 37. Prima Eccleſia S. Ludovico dedicata. 160
Princeps Antiochiæ excommunicatur. 61
Principia demonſtrationis ſimplicia, vel demonſtrationes, 458. Principia ſupponuntur, non probantur, 467. Metallica, 399. Principium quid? 405
Prima-Philoſophia, *Medull.* 51
Priſcianus Merlinus. 356
Privilegia Remis conceſſa, 148. Monachis & Regularibus. 197
Privatum Conſilium. 661
Productio & generatio rerum in natura, pacis opus eſt. 571
* Productum, divide per 38. *leg.* 28. 24
Probatio olim per ferrum ignitum. 646
Procopius Scripturæ Commentator. 175
Prometheus, 300
Pronunciatio, *vid.* Grammatic. *p.* 47. & Rhetoric. 361
Propheta inſigniores, 28. Poſteriores, 29
* Protopontifice, lin. 36. *leg.* Pro-pontifice. 150
Proprium quid, & quotuplex? in Metaphyſic. 722
Proles Regia precibus obtinetur. 246
Proſper Aquitanicus. 174
Proprietates Eſſentiales, & Perſonales. 394
* Prophana, *leg.* profana. 412. 560
Proportio, & proportionalitas, in Mathematic. 583
Propoſitionis definitio, proprietates, &c. in Dialectic. 436
Propontis, ſeu veſtibulum Ponti. 685
Proſerpina, *pag.* 301. Filia Cereris, lin. 18. *adde*, dum flores colligeret. 276
Proto-Martyr S. Stephanus. 168
Prudentius Poëta Chriſtianus. 173
Provinciæ XIV. in Hiſpania. 648
Protheus. 391
Pſalmos Davidicos antiphonatim cani jubet Celeſtinos. 35
* Ptolemeus, 227. 256. Ex Ptolemæo, *dele*, lin. 14. 613
Puella ſuæ pudicitiæ vindex, 241. Aurelianenſis, 96. 157. 248. 258
Puella intacta, 249. 214
Pugna Maratonia ad Termopilas, 224. Ad Naupactum. 47
Pudor ſtimulus eſt ad virtutem, 321
Pulchrum quid ſit, & quotuplex? in Metaph. 730
Purus ornatus pulchrior, 2352. Pulchritudo materia Concionis. 420
Puer filius Dagoberti vnius menſis dum Baptiſatur, reſpondet, Amen. 241
Pyrrhus Romanos vincit. 225
Pythonem, ſub fin. *leg.* Pytho. 307
Pyxis Naútica. 258.

Q

Quatuor tempora, *pag.* 53. Quatuor obſervanda inter legendum, 348. Quatuor Motus violenti, 498. Quatuor humores, 527. Quatuor potiora temperamenta, 124. Quatuor præcipuæ ætates, 531. Quatuor in formatione fœtus, 532. Quatuor, puncta Cardinalia. 628
Quadrata Geometrica. 631
Quadratus & Ariſtides, primi ſcripto Chriſtianam Religionem defendunt. 171
Quadruplex inquiſitio; quid eſt res in ſe, quid eſt in alio: quid habet à ſe, quid habeat ab alio? 382
Qualitates primæ, 492. Qualitates, 514 Qualitates XII. Signorum Zodiaci, 620 Vt eſt prædicamentum, in Metaphyſic. 725
Quarta figura Galeni. 552

Quanti-

Q

alienâ, 1797. 577. in Metaphyſic. 724
* Quin eſt, *leg.* cum & à Deo, 15
Quintilianus egregius Rhetor. 241
Q. Curtius Alexandri geſta conſcripſit. 256.
Quinque noſcenda in vnoquoque ſubjecto. 570.
Quid conferunt accidentia in generatione, quomodo accidens generet aliud accidens, & quomodo extra ſubjectum? 482.
Quies detur-ne in puncto reflexionis? 498
Quinque abſcondita, *Med.* 78. Quinque corpora Platonis, 601
* Quæ, *leg.* quâ, 153
Quomodò Motus & Tempus incipiunt, & deſinunt? Quomodò indiviſibilia rerum ſucceſſivarum, & actiones momentaneæ? *pag.* 500. Quomodò incipiunt quæ creantur: quomodò deſinerent, ſi annihilarentur? 500. Quomodò qualitates ſupernaturales incipiunt? 500. Quomodò deſinunt.

R R

RABANVS Maurus ſui ævi doctiſſimus, 177
Rabbini plures ſeculo tertio, 256
Rabbi Moſes Autor More Nevochin.
Rabies Calviniſtica, 116
Radicum extractio in Algebra, 585
Raimundi-Lullij Ars Magna & Parva, 365 & ſeq.
Ratio & modus hominis erudiandi, *Med.* 18.
* Ratberus, &c. lin. 50. *dele.* 174
* RATIO &c. ſub fin. *leg.* Ratio non vna, nec obſcura. Imaginatio illic viciniori copiâ ſpirituum maximè fervet, in extremis venenum abundantiùs, &c. 534
Refractio quando, & quomodo fiat? 700
REX Romanorum, 38. 247. Rex Norvegiæ, 43. Rex Catholicus, 46. Rex Arianus convertitur, Rex Feſſæ convertitur, an. 1570. 78. Rex occiſus à filia, 223. Rex ſacrificulus, 223. Rex ſe necat, 228. Rex, *leg.* Regis frater, 229. Rex X. *leg.* Rex VII. 224. Rex ob virtutes Electus 234. Rex virtute inſignis, 234. Rex malus, 234. Rex cæcus, 337. Rex *leg.* nex, 248. Rex Henricus III. jugulatur in oppido S. Clodoaldi, 251. Regi demortui vita publicæ cenſuræ ſubjecta, 681. Rex pinguiſſimus, 641. Rex à Ruſticis Chriſtianis, 545. Rex Franciæ, 960. Rex Perſarum vocatus amicus Militum, 672. Rex Arborum, 328. Regis inauguratio, 149. Documenta, 670. 671. Reges ac Duces ſtrenui, 256. Reges diverſi, 257. Reges Galliarum, vocantur Chriſtianiſſimi; per tres familias regunt hanc Monarchiam, 238. & ſeq. Scrophulas ſanant, & cur? 510. Reges & Tyranni celebriores, 254. Regia poteſtas. *pag* 386

R

Regina Saba venit ad Salomonem, 207. Regina Marcomannorum fidem ſuſcipit, 73. Regina Legionis gaudio, ob victoriam extincta, 234
Regij Profeſſores, 94. Regiæ exequiæ, 109. Regia familia, Regis Officiarij, 660
Regnum quid ſit? 639. Regni tutela ſub Carolo VIII. 249. Regnum Samariæ, 207. Caſſius, Romæ Regnum affectans, occiditur, 224. Regnum Gothicum in Italia, 233. Regnum XLIV. filijs diviſum, 224. Regnum Maroco, 235. Regnum & Imperium dividunt tres fratres, filij Ludovici Pij, 243. Regna Chriſtiana in Europa XXVIII. 641. Regium in Gallica ſatellitium triplex. 261
Reformationes in Ordinibus Regularium, diverſæ. 203
Rebellio Pariſienſis, & Ruſtica ſub Rege Ioanne, 248
Receptus Xenophontis, cum exercitu, 224
Reguli Romani fides, & conſtantia. 226
Regiæ diſciplinæ, ſunt præſertim Hiſtorica & Mathematica. 575
Regula trium, aurea, *vid.* Arithmetic.
Regularium Ordines approbati à Concil. Lugdunenſi, 53. Regula S. Columbani vindicatur in Concil. Matiſcon. 34
Rhedonenſes ab Alano, *leg.* factæ ab Alano. 101
Reipublicæ partes tres. 647
Relatio quid, & quotuplex? 403. in Metaphyſic. 725
RELIGIO, 741. Religio Gallorum, 659. Non mutanda, 90. Cujuſque Gentis ſub ordine alphabetico, in Geograph.
Reliquiæ, 663. S. Irenæi, 132. Sancti Ioannis Baptiſtæ, 154
Remenſis Eccleſiæ rara, 147. Remis Arianus converſus à S. Remigio. 147
Remedia triplicis generis, 553. *vid.* Medicin. Remedia Ignorantiæ, *Med.* 1
Remora, & Torpilla. 452. 503
Repræſentationes cautè adhibendæ ab Oratore. 327
Rerum diſtributio, 360. Rerum partitio generaliſſima, 411. Res omnes reperiuntur in ente gemino, &c. Rerum natura. 418
Reſurrectio, 30. 330. 473
Rhedona Minoris Britanniæ Metropolis. 654. 259. 304
Rhodus capta. 201
Rhea. 301
RHETORICA triplex fusè explicata. 310. *Vulgaris* munus eſt docere, delectare, movere. In ea examinatur Oratoris natura, ars, exercitatio: Orationis genera varia, partes quinque; Exordium, Introductio, Confirmatio, Refutatio, Peroratio: Oratoriæ Artis partes; Inventio, Diſpoſitio, Elocutio, Memoria, Pronunciatio. *Lulliana* Ars Magna, & Parva explicata, Multiplicata, Applicata per IX. Subjecta, Interrogata, Abſoluta,

Digitized by Google

Index Materiarum

R

Reſpectiva, *pag.* 367. & ſeq. *Concionatoria*, vbi, evolvuntur Concionatoris dotes præcipuè ſex: Concionis materia, forma, qualitas: Exempla materiæ, & formæ; Concionis diverſa genera, Elocutionis vitia & virtutes, character Concioni proprius, 413. & ſeq. Rhetorica Romæ primo docetur, an. 3897. · 255

Rhotomagum, 654. Conflagrat. 258

* Richardum Cornub. Regem, *leg.* Principem. 43

* Richardo, &c. ſub fin. *dele* vſque ad Richardo Regi, &c. 255

Richelium, 656. Richelij tres. 114

Robertus Sorbonus, à quo dicta Sorbona. 181

Rogationes celebratę. 256

Roma in Latio, 665. Aſylus Epiſcoporum, 34. Roma Interdicta, ob Cardinalem vulneratum, 42. Roma capta, 211. Romæ Rex I. Romulus interficitur, 222. Romæ ſeditio, 228. Romani miſſi ſub jugum, 225. Romani Regis hæredes, 227. Roſtra Romæ, 225. Romana Ancilia, *leg.* Ancylia, 397. *Romaniola*, vbi Bononia, Feriaria, Ravenna. 664 *

Rolo Dux Normanorum baptiſatus. 156

Romulus Romæ fundator. 222

Rothomagenſis Archieſpiſcop. cum Suffraganeis. 158

* Roſtenſis, lin. 40. *leg.* Roffenſis. 182

Rupertus, Abbas Tuitienſis, Scriptor inſignis. 179

Ruſbrochij ſcripta emendanda. 180

Ruffinus & Stilico. 280

Rupella, 659. expugnata à Ludovico XIII. an. 1628

Ruina Amphitheatri quinquaginta hominum millia elidit, 252

Ruſſia Alba. 255

Ruſtici Lutherani negantes tributum ſolvi debere. 670

Rythmus, *vid.* Muſic, & Poës. 161.

S

S

SABBATVM quid ſit, & quotuplex? 27

Saba & Aphraa Monachi magnæ autoritatis. 59

Sacerdotium, & ſacerdotij mutatio. 154

Sacerdos non ſit tutor, 71. Sacerdotes. 279

Sacra Lancea victoriam parit. 61

Sacræ-Scripturæ ſenſus quadruplex pro Concionibus. Quàm neceſſaria Concionatoribus? 46

Sacri Ritus, *vid.* in ſelect. Eccleſ. Roman. & in Miſcellan.

Sacra Græcorum, & feſta. 279

Sabaudia. 658

Sacrificia. 279

Salonij & Sagittarij Epiſcoporum digladatiationes. 97

Salis vectigal, 247. Sal *vid.* Chymiam. 561

Salomonis geſta, *pag.* 106 S

Saül Regum inter Iudæos primus. 226

Samaria capta, & Regnum Iſraëliticum. everſum, 207

Sagacitas ars eſt in Animantibus, *Med.* 39

SANCTITAS. 266. Sancti in veteri & novo Teſtamento, ſexus vtriuſque, in omni gradu & conditione, 163. & ſeq. S. Benedictus, 107. S. Bernardus. 197 S. Thomas Aquinas, 199. Ejus tranſlatio, 120. S. Eliæ feſtum, vt Patriarchæ, 204. S. Dionyſius Areopagita, Galliarum Apoſtolus, 89. Dagoberto viſus 241. S. Ludovicus Rex, 120. 246. Toloſanus, 120. S. Franciſcus de Paula, 249. S. Auguſtini Converſiu; 331. S. Remigius, 147. S. Odilo; 134. S. Irenæus; 131. S. S. Elezarus & Delphina, 116. S. Dominicus, 130. S. Ambroſius, 113. S. Hilarius, 112. S. Martialis, 110. S. Hilarij pictavi Canonici excommunicati, 109. S. Moderanus Epiſcopatui renunciat, 99. S. Maurus vocatur ex Italia in Galliam, an. 561. 98. S Marcellus pœnitentiam agit de Idololatria, 90. S. Patricius Scotiæ Apoſtolus, 74. S. Melania peregrinatur cum Rufino, 72. S. Leo Magn. plures Miſſas quotidie celebrat. 35

Sancta Capella Pariſijs, Bituric. Diviodun. *vid.* illas vrbes.

Sanctes Pagninus, 133

Sanctæ Sedi tributaria Aragonia, & Anglia &c. 42

Sanguis, *vid.* Medicin. Sanguinis circulatio, 557. Sanguis ex hoſtia, an. 1550. 78

Santones, 656

SAPIENTIA duplex, *Med.* 51. 54. Sapientia noſtra hęc eſt Scientia vniverſalis, *Med.* 55. Sapientiæ, & Medicinæ curæ ſimiles, *Med.* 70. Sapientiæ fructus, 78. Sapientis deſcriptio, 79. Sapientiæ excellentiæ, 79. Vera ſapientia, ſapientia Sanctorum: Sapientia tribus conſtat, 81. ad illam parænesis: Sapiens, 445. Sapientes & Philoſophi, 254

Sardici, *leg.* Sardicæ, lin. 45. 48 *

Saraceni Choroſmani. 64

Sardanapalus Aſſyriorum Rex vltimus, 222.

Sardinia, 688

Sarmatia Europæa, 645

Satellitium Regis Galliarum triplex. 661

Saturnus, & Saturnalia. 302

SCIENTIA vniverſalis à DEO, & ad DEVM. Scientiarum generale Syntagma, ſcientiæ partitio multiplex, *pag.* 1. Scientiæ humanæ omnes docendæ, ex ipſamet hominis natura, 2. Scientiarum ſenſitivarum primus circulus *Ibid.* Scientia Logodidaſcala triplex, *Ibid.* Scientia vniverſalis poſſet excogitari, 10. Scientia intra hominem eſt, *Medull.* 4. Scientia reminiſcentia: Scientiæ tribus hominis facultatibus reſpondentes: Scientiæ cuique facultati propriæ, *Med.* 8. Scientiæ omnes ſimul fœderatæ, 41. Se invicem juvant,

S

Med. 16. Scientiæ triplex labor: *Med.* 18. Vnde omnes ortæ? *Med.* 20. Abſoluto ſcientium, *leg* Scientiarum curſu Scientiæ pueris idoneæ, *Med.* 19. Scientiæ variæ dividuntur. *Med.* 23. Scientia tripliciter dicitur *Med.* 35. Scientia ex me vnica, *Med.* 44. Vnde ea vnitas, ordo, orbis? 43. Vniverſalis, *Med.* 50. Scientiæ vniverſalis dimenſiones, *Med.* 6. Scientiarum pantomimi, *Med.* 69. Scientia non eſt arida & ſicca, *Med.* 57. Scientia duo continet, *Med.* 79. Scientia ſacra, 416. Scientia dividitur in ſubalternantem, & ſubalternatam, 476. Scientia vno fermè modo gignitur, pluribus corrumpitur, 448. Scientiæ objectum quintuplex 447. Scientiæ alicujus præcellentia triplex, 448. Scientiæ definitio, 446. Scientiarum omnium adjunmenta, 416. Scientiarum lineæ, *Med.* 62. Scientiarum diſtinctio ab objectis, 463. Scientiæ per parvum, *leg.* ſcientiæ per magnum, 463. Scientiarum & idiomatum rarò iidem et periti, 2. Scientiæ materia neceſſaria, 449

Sclavonia; vbi Stiria, Croatia, Boſina, Dalmatia ſeu Illiricum, Carniola, Carinthia, Poſnia, Mœſia, Pannonia, Servia, Bulgaria, Thracia, 667. Sclavonicum idioma in Sacris permiſſum. 77

SCHISMA quid, & quot extitere in DEI Eccleſia? 162. & ſeq. Semper in hæreſes deſinunt, *Ibid.* Schiſma Petri Cnaphei, 59. Meletianum, 62. Macedonianom, 64. Donatiſtarum, 72. Novatiani, 192. Schiſma Græcorum, 257. &c. Sæculum immune ſchiſmatis, 165.

Scandebergus, in Albania, Turcarum malleus, an. 1447. 236

SCAPVLARE Carmelitarum, 13. Simoni Stok, ingens Virginis favor, 44. 204.

Scævola Sammarthanus. 116

Scipio Africanus. 226

Scotiæ Rex Monachus cum vxore, 233. Scotiæ Cohortes Regis Galliarum, 235. Scotia Angliæ annexa. Albania olim dicta. 687

Schola in Anglia, 256. Scholium quid in Mathematicis? 605. Scholæ quatenus frequentandæ, *Med.* 72. Vtriuſque Litteraturæ à Concilijs inſtitutæ. 163

Scala ſeu manus Muſicæ, 593. Scala Naturæ, ſeu Pyramis Scientiarum. *Med.* 40

Scheletus *vid.* Anatomia.

Scrophulas ſanare privilegium Regis Galliarum, 153. 509

Scythia Europæa. 643

Seculum quid ſignificat, & vnde dicitur? 24

Seditio adverſus Imperatorem. 212

* Sed, *leg.* ſex. 22

SERMO & munus ex vſu. Sermo vnicus quomodo? 10. Sermo quid, & quotuplex? 430

Scribendi genus multiplex, *Med.* 4

Sedes Pontificia Avenion. an. 1305. 44

S

Semi-ariani, 186. ſemi-pelagiani, *pag.* 187

Sennacherib, 222. Ejus exercitus à DEO deletus. 207

Septimana, in Chronologic. 19

Seceſſiones plebis Romæ. 223. & 224

Senſus Communis: Senſus externi, 395. 538. 539. Senſorium quid? 339. ſenſuum actio tripliciter læditur. 542

Separatio puri ab impuro. 571

Septenarius, *vid.* Numerus. 581

Sepherinus, *leg.* Zephyrinus lin. 42. 33 *

Seculum XIIX. in margio. *leg.* XVII. 28 *

Seleuca ad confluentia Tygris, & Euphratis, 675

Sephiro, *leg.* Sephirot. *Med.* 26

Sepulchra Aſſyriorum in melle. 675

Si alienum, ſub fin. *leg.* Si in alienum. 341 *

Signum quid, & quotuplex? 430. Suiipſius. *Ibid.* Signa Zodiaci XII. 517. 630

Sicilia, Inſularum in Mediterraneo maxima; vbi tria promontoria, fretum periculoſum, Mons Æthna, Meſſina, Panormus, Syracuſa, &c. 88

Siciliæ Regnum, 234

Sidonius Apollinaris. 110

Sigillum Epiſcopi notatu digoum. 115

Silentium in ſacris. 279

Sileſia. 646

Senonum. 655

Similitudo difficilis, 315. Cum matre major, etiam in nepotibos. 524

Simon Stylites vivit in columna. Iunior illic fulmine extinctus, 196. Hæretici Simoniaci, 188. Simoniam pœnitentia eluit Ioan. XIX. Simon Magus hæreticus tempore Apoſtolorom. 184

Sextus Empiricos Scepticorum aſſecla, 256.

Sexus Maſculinus, & Fœmininos, *vid.* Medicin. 43

Συγχυσεις; lin. 31. *leg.* Συνεκτικὴ, 541 *

Societas IESV inſtituta, an. 1535. 201. Viros extulit doctiſſimos, 183

Solœciſmus quid, & quot modis fit? 8

Solon Legiſlator Athenienſis. 223

Solis eclipſis, an. 3376. 223. Sol triplex 225. Sol, 304. Sol materia Concionis, 419

Solinus, & Ælianus Scriptores rerum naturalium. 256

Solùm appetitur eſſe per ſe, 485. Sola opinionum diverſitas eſt vbiquè, contrarietas nulla. *Med.* 60

Somni natura, cauſæ, differentiæ, effectus, inſomnia, &c. *vid.* Medicin. 550

Sozimus, *leg.* Zozimus, lin. 3. 935 *

Sorbona extructa, an. 1253. 48. 258

Somaſchi, Clerici Regulares, *vid.* Monaſtic. 48. 258

Σιφευς, leg. Σιφεῖς, *Med.* 63. Σιφου, lin. 15. leg. Σιφοι, 464. Sophiſtica & loculeitas ſcientiarum ſtrumæ, *Med.* 72. *vid.* Logic. 459 *

SPECVLA varia, & qoomodo fiat in eis viſio, *vid.* Catoptric. 698

Species quid, & quot modis dicitor? In Metaphyſic. 721

Index Materiarum

S

Spifanius Epiſcopus Nivernenſis defecit ad Calviniſtas, & gladio perit. *pag.* 146
Spolia opima 224. De Alarico. 239
Sphæra, ejuſque deſcriptio, explicatio, conſtitutio triplex. 258. 597. 608. 626
Sphinx, 304
* Stade, *leg.* 4. tſade. 26
* Statuæ, &c. lin. 1. *leg.* in Bethelem Adonidi, In Calvario Veneri, in loco Reſurrectionis Iovi Statuæ erectæ juſſu Adriani Imperatoris, vt periret, &c. 169
* Statim, *leg.* Is ſtatim. 230
* Staturarario, *leg.* Stauratio lin. 14. 115
Stemmatum ſcientia heroïca, varia emblemata, 712
Styx & Acheron. 306
Studia tralatitia, *Med.* 68. Studiom privatum, *Ibid.* Studia Hieroglyphica, 6729. Studia ſtolida, inania, impia. 572
Stropha vaferrima Photij Conſtantinopolitan. 69
* Sub quo, &c. lin. 35. *leg.* Subquo eſſe poteſt, ſub mioor. 474
Subſcriptio mala Liberij Papæ. 33
Subtiliſſima poſſunt fieri moralia in Concionibus. 419
Sugerius Abbas S. Dionyſij ad Lutetiam, & Regni adminiſter. 89
Summi Pontifices dùo, ex Canonicis Æduenſi, & Laudunenſi. 162
Supplicationes Divioduni duæ, cum incantationibus, 139
Suppellex ſacra, vaſa, & veſtes. 565
Suprema Sedes à nemine judicatur. 193
Somma D. Thomæ fit Græca. 199
Summæ Orationum & Concionum multùm proficiunt, 322. Summa Guillelmi. 92
Suetonius Scriptor vitæ X I I. Imperatorum. 256
Superficies non eſt idem formaliter cum corpore, nec linea cum ſupeficie, nec punctum cum linea. 498
Symbolum fidei conditum ab Apoſtolis, 31. Nicænum in miſſa jubetur recitari. 33
Sybaris everſa, 223. 257
Syllogiſmus quid, quotuplex, eius Regulæ, &c. in Logic. 230
Syriæ nomina, ſitus, partitio, &c. vbi Phænicia, Galilæa, *Carmelus Mons*, Cœleſyria, Iordanis, Aſphalites, Meſopotamia, Seleucia, &c. 675.

T

T

Tabulæ Scientiarum, indices, & Programmata, 23. & ſeq.
Tabula Smaragdina, 572. Tabula Pythagorica, 582. Tabula generalis Mundi triplicis, 347. Tabulę Coſmologicæ, Geographicæ, & ſimil. in Mathematicis.
Tacitus Imperator, 232
Tacitus Hiſtoricus, 256
Talmud evulgatum, an. 188. 256
Tartarus. 305
Tamberlanus. 235. 258
Τάξις, lin. 27. *leg.* ψυχὴ τῶν κόσμων. *Med.* 10. 642.
Tartari domiti, & fidei ſubditi, 78. Tartarorum primus Cham, 235. Tartaria, 670
Taraſius magnæ autoritatis & nominis, contra Iconoclaſt. 98
Tarquinij fuga. 213
Turcę, *vid.* Mahumet. 234. 673
Taurica Cherſoneſus. 643
Teleſphorus ex Anachoreta Pontif. Max. 33.
Tempus explicatur, 491. Variè diſtributum, 17. Tempus Paſchatis turbatum. 71
Tempeſtas prælium impedit in Gallia, 240
Tertia Capetiorum familia in Regno Francico, 245. Tertia plebis Romanæ ſeceſſio. 226
Teſtimonia, & Citationum farrago in Concionibus importuna. 319
Tethis. 337
Theſeus. 386
Terra, 398, Terræ globus rotundus, ejus menſuræ, 634. Terræ motus, 60. 255. 257. Territorium, 638
Terra-Sancta, pars Paleſtinæ; vbi Iudæa, *Hieroſolyma*, Samaria, Galilæa, Paleſtina, & Gentium: Capernaum, Nazareth, Ptolemaïs. 67
Tertullianus, an. 171. 185
Templum Iovis Capitolini, 223. Templi Epheſini conflagratio, an. 1618. 254. Templa, & Eccleſiæ ioter Chriſtianos variæ, 165. Templa Zeoon nulla admittebat. Vnde orta? 278
Templarij extincti. 247
Terminus in Logica quid, & qootuplex? 33. In Arte Lullij, eorum conjugatio, & declinatio, 411. Terminus internus, & externus magnitudinis: internus, & externus parvitatis, 474. Terminus lationis, eſt vbi, 487. Termini novem in vnaquaque diſciplina, juxta noſtram Methodum, 6
Terminalia feſta, 306
Temperamentum, exploratur tactu & ratione, 528. & ſeq.
Temperies. 532
Tenebrę vbiquè. 58
Theodoſius Imperator, 210. 214. Ejus pęnitentia. 73
Thebaïs, ſeu Ægyptus ſoperior, 688
Theodoſ. Mop. &c. lin. 35. *leg.* Theodori. Mopſveſtini. 52 *
Theodoretus, 174
Tereſia à Ieſu, 205, Tereſianę Carmelitiſſę. 203
Theodoricus, Rex Gothor. in Italia. 212
Θεωρίαι, *leg.* θεωρητικαί, *Med.* 37. & 40 *
Thomiris Cyrum vincit. 223
Thucitidis Hiſtoria. 224
Theſauri S. Dionyſij in pauperes erogati, 242
Theologia quadruplex ſubdiviſa, 360. *Med.* 34. 38
Theomaotia, Rabinorum Theologia, *M.* 20

Themuræ,

T

Themurat ſeu Notariacum, in nominibus *Med.* pag. 21
Theoretica Scientia triplex in Phyſicis. 462.
Theutonici Milites deſinunt in ducatum Pruſſiæ. 201
Theatini inſtituti. 201
Theſeus. 306
Thomas Vvaldenſis, Vviclefo-Maſtix, 157. à Kempis, 107. 205. 306
Tibia vilis, & eam inflare Sapienſe indigum. 1596
Theotico *leg.* Theoctiſto. 61
Titanes. 306
Tithon. 306
Tityus. 307
Tingitana jacet inter Atlantem montem & Oceanum Atlanticum, formâ ferè triangulari. 681
Tirolum. 664
Toloſa vrbs Metropolis. 657
Tormentorum bellicorum inventio, an. 144. 285. Tormenta in reos. 336
Topicorum Libri V I I I. 429
Tonus quid? quotuplex? *vid.* Muſic. 592
Torquatus Rom. Gallum vincit, 225
Tot Liberos, quot ſunt in anno dies, tulit vno partu Comitiſſa Batava, 651
Totus, linea 20. *leg.* Toto. 193
Traditores appellati, qui Sacra Volumina tradebant Ethnicis. 71
Traductione linguarum, ſemper aliquid deperit. 14
Tragœdiæ & Comediæ partes, *vid.* Poëtic. 330
Traſamundi, Regis Ariani, in Africa perſecutio. 74
Tranſpadanæ Vrbes. 663
Tranſlatio Sancti Auguſtini, 76. Sedis Roman. 101. 128. Epiſcopatu, 155
Tranſſubſtantiationis nomen fixum in Conc. Lateranenſ. 53
Trajanus Imperator xiv. 230
Tranſitus Imperij Romani ad Chriſtianos. 208
T r e s ſcientes, *Med.* 37. 41. Tres facultates, *Med.* 41. 531. Tres regulæ pro dormitione, 551. Tres in homine ſimiliter cognoſcitivæ facultates, *Med.* 6. Tres affectus præcipui, 41. Tres hominis operationes, 430. Tres Mundi, Tres itidem ſcientiæ, *Med.* 27. Tres ordines rerum cognoſcendarum *Med.* 8. Tres ſimul Antipapæ, an. 1044. 194
Trina Campanarum pulſatio in die, 258
Tria in qualibet ſcientia, *Med.* 71. Tria dicendi genera, 312. Tria Ingenium Oratoris perficiunt, 313. Tria requirit argumentatio, 459. Tria in omni mutatione, 467. Tria probantur principia in fieri, 498. Tres contraria, 426. Tria alunt, 547. Tria rerum involucra, 557. Tria in fermento, 565. Tria in mixto, 581. Tria Lilia Galliæ, 258. Tria in ſonis, 592. Tria cuncta immuntant, *Med.* Tria ſcibilia, *Med.* 40. Trina rerum differentia, *Med.* pag. 10
Trinacria appellatur Sicilia, à tribus promontorijs; Pachino, Lilibæo, & Peloro. 685
Trimphans Romæ Æmilius eodem die moritur, 117. Triumphi quattuor continui. 118
Trium-viratus. 118
Triplex operatio ſensûs, 396. Triplex ſcientia Naturalis. 446. Triplex eſt diviſio, quia triplex totum, 449. Triplex medium, 457. Triplex materia, 568. Triplex principium actionum, 482. Triplex gradus tendentium in finem, 585. Triplex motûs continuitas, 486. Triplex diſtinctio inter moventia, & mota, 507. Triplex eſt motus, 615. Triplex ex Ambroſio ſapientia, *Med.* 16
Triplex Philoſophia, *Med.* 18. Triplex ſcientiæ modus, ex Ariſtotele, *Med.* 29. Triplex Sapientiæ definitio *Med.* 53. Triplex Scientiæ Vniverſalis fundamentum, *Med.* 57. Triplex contemplatio, *Med.* 66. Tripliciter res movetur. 496
Triangulorum natura, ſpecies, &c. in Mathematic. 900. 608
Tricaſſium. 655
Tribuni Plebis, 113. Tribuni Militum, 116
Tullius Rex Romæ fulminatur. 123
Tumultus Lutetiæ ſub Rege Ioanne, 248. ſub Ludovico XIV. 252
Turris Babel an. Mund. 1931. 253
Turingia. 646
Turonia Galliæ hortus. 653
Tunetum, ſeu Vvandalia. 681
Tuſcia, ſeu Hetruria, nunc Toſcana; vbi Florentia, Piſæ, Senæ, Luca, Libornum, &c. 665
Turcarum origo, nomina, irruptiones, Religio, tyrannis, &c. 673
Typhon. 307
Typus fidei Conſtantij. 68
Tyrus, 253. Obſeſſa. 123
Tyrannus, 255. ab vxore necatus. 125

V

V a c v a t i o n e s variæ à medicina, 552
Valentia, & Aragonia in Hiſpan. 649
Valerius Maximus, Scriptor Rom. 155
Valetudo bona frugalitate comparatur. 520
Valtelina. 647
Valentis fratre, lin. 13. *dele*, vel pone Valentiniani. 65
Vallis-caulium, Scholarium *vid.* Monaſtic. 738. 140. 150
Varietas Idiomatum, vnde tanta? Quænam cuique addiſcenda, & in quo gradu? In Grammatic. 10
Variæ Legationes Romam, an. 1595. 79
Variæ Miſſiones in vtroque Orbe, 79
Variæ Congregationes ſubortæ. 204
Variæ Turcicæ ditionis Provinciæ. 673

V

Varij morbi, varia medicamina, *pag.* 566
Vaivoda apud Polonos idem quod princeps, & gubernator. 642
Vaſcones ex Hiſpania in Aquitaniam advenæ. 241
Verba quid ſint, illorum ſpecies, quomodo formantur? &c. 5. Verba pauca Latina. 13. Verba eloquentiæ idonea. 350
Vellos aureum, 287
Venenum in calice Pontifici propinatum, 40.
Venetia, & Veneti. 201
Venus triplex. 307
Venti, *vid.* Æolum in Mythologic. 378
Verſio Græca *Bibliorum* per LXXII. 29
Vertebræ lumborum quindecim lin. 11. *leg.* ſex. 516
Veſuvius Mons igni-vomus, vbi mors Plinij Avunculi, relata à Plinio nepote. 666
Veſpaſianus, 229
Veſperæ Siculæ, an. 1282. 235
Verſus juxta pedes diverſi, *vid.* Poëtic. 262
Veſta. 308
VERVM & falſum, 436. *vid.* Logic. & Metaphyſic. 728. Veritas vna, 405. Veritas vna, & latens, 561. Veritas rerum, & cognitionis, 436. Veritatis tenebræ *Med.* 67. Veritas vna formalis. *Med.* 48
Vetus-Teſtamentum quid contineet? 170
Veterinaria Medicina curat cetera, extra hominem, Viventia. 513
VITA, *vid.* Medicin. Vita publica, 30. Vita Patrum, 296. Vitæ, & ſtudiorum curſus ac tenor, 314. Vita in concordia, mors in diſſidio. 515
Vicarius Papæ. 36
Viſitator nominatus à Papa, an. 535. 126
Viſitatio B. Mariæ, die ſecunda Iulij. 153
Viſitalinæ Moniales à B. E. Saleſio inſtitutæ, 202
Victoria inſignis, an. 1223. 42. Miraculoſa, 211. Philippica, & Actiaca. 218. Naupacteoſis, an. 1571. 236. 259. Victoria à deſperatis, 240. Godefridi Bullonij, an. 1099. 57. Contra Alaricom auguria, 239. Victoria, Mulier Trevirenſis, exercituũ mater agnominatur. 232
Vincentios Bellovacenſis, 151. 180. Lirinenſis, 174. Ferrerius. 181
Vincentiani Miſſionarij. 201
Virgo MARIA. 202. 235. 257
Virgines, & Monachi, 296. Virgines, & Vidoæ. 169
Viri Docti. 205
Virtus in Arte Lullian. 405. Diſtinguitur à poteſtate. 402
Videndum quid deceat, & quid expediat, 314.
Vini natura, vires, vſus. 548
Vienna in Auſtria. 645
Viperam, *leg.* Aſpidem. 328
Vis formatrix. 514
VISIO quomodo fit? *vid.* Optic. 695
Viſio Ezechielis. *Med.* 45
Viventia perfecta, imperfecta, Zoophita, &c. 396
Vlyſſes. 307
Vltimis diris devovet, *leg.* eum devovet lin. 41. 36
Vliſponenſem, *leg.* Vliſiponam, lin. 1. 78
Vlpianus, & Papinianus Iuriſconſulti eximij. 257
Vmbra quid ſit, & quotoplex? &c. 697. Et in Pictura. 705
Vnde occultæ amicitiæ, & odia? *Med.* 59. Vnde humana ignorantia, & ſciendi cupido? *Med.* 1. Vnde obſcuritas in oratione? 356. Vnde Gothi Ariani? 72. Vnde oriuntur errores in Scientijs? *Med.* 66
Vnio Dinenſis Epiſcopatus cum Valentiniano, an. 1293. 730. *Vnitatis* natura, & excellentia explicatur in Metaphyſic. 918. & 727. Vnum quid in eloquentia premendum. 345
Vnitas, 405. Vnitas Scientiarum. 446
Vnitas generica, & ſpecifica. 446
Vnitas Scientiæ Vniverſalis, eſt analoga, *Med.* 50
VNIVERSVM quid? *Med.* 10. *Vniverſalia* in Iſagoge Porphyrij explicantur, 719. & ſeq. Vnius Scientiæ Vniverſalis neceſſitas, *Med.* 49. Vnica in omnibus veritas, ſaltem analogica, 436
Volatilia diverſi generis. 327
Vocabularium Criticum. 13
Votum Paupertatis ab Vrban. I. inter Cœnobitas firmatur, 196
VOX, 340. 432. Vocis perfectiones, & vitia, 361. Vocum triplex conſideratio. 431
Vr Chaldæorum vrbs, 675
Vrbs Leonina Romæ. 638
Vrſulinæ puellis erudiendis inſtitutæ. 202
Vſum, lin 12. *leg.* vſu, 64. Vſus legitimus, 341. Vſus, & conſuetudo. 9
Vſuardus Martyrologium compingit. 175
Vulcanus. 308
Vulgi opinio quid momenti habet inter argumenta extrinſeca? 336
Vvalachia. 642
Vveſtphalia, &c. 651
Vxoratæ ſanctæ, 269, Vxor Zoë, lin. 30. *leg.* Soror, 216. Vxorem, lin. 43. *adde* Regi Polono. 128

X

Xerxis expeditio in Græciam. 224

Z

ZAmri Rex Iſraël comburitur 207
Zagataï in Aſia. 670
Zenobia victrix in Oriente, victa ab Aureliano ducta in triumphum. 323
Zelus ardens Concionatorem decet. 415
Zelandia in mari Germanico, Friſia, &c. 688
Ziſca, à quo Taboritæ in Boëmia. 190
Zonaras hiſtoriæ Scriptor ſchiſmaticus. 179
Zoë, & Michaël Imperator. Græci. 216
Zodiacus. 628
Zoophyta. 396.

FINIS.

PERORATIO AD CHRISTVM EVCHARISTICA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ENIM-VERO in iſta Humanæ-Scientiæ meta gratias tibi, OPTIME IESV, ſi minùs quas debeo, ſaltem quas poſſum, agere non tam gratitudinis munus eſt, quàm debitum à juſtitia officium. Tu enim mens, ſermo, doctrina Patris; in quo abſconditi ſunt theſauri omnes Sapientiæ, & Scientiæ DEI. Tu Divinitate tranſcendens ac ſupereſſentialis Mens, Virtuſque diviniſſima. Tu Orbis Doctor, Hominum Præceptor, Chriſtianorum Magiſter vnus, & ſolus. Neque alia tibi ſchola, quàm ſinus Genitoris tui. Æterna nimirum nativitas tua, eruditio tua eſt. Inde omni-ſcius, vnde & DEVS.

Ὑπεραρχιάτης νοῦς, ὑπερκειμένη δύναμις, &c. Πατρικὸν φῶς, τὸ ὂν τὸ ἀληθινόν. Dionyſ. Cæleſt. Hierarch. c. 8. Coloſſ. 2.

HINC in plenitudine temporis, Mortales inter apparere voluiſti *Verbum Caro factum*; erudiens nos in omni diſciplina, & Scientia ſalutis. Ab eo ſcilicet divinæ Incarnationis Myſterio, cunctæ res conditæ in longè ſublimiorem gradum, & ſtatum evectæ fuerunt, quia tibi vnitæ. Non aliter Veritates omnes, quæ Naturæ ſunt appendices: ſimulque Scientiæ, Artes, & Diſciplinæ omnes tibi porro adhærent, nec-non inſtitutæ à te Religioni per omnia famulantur.

Iſa. 30. & 55. Iſa. 55. Luc. 5. 8. 9. &c. Ioan 7. Galat 4. Ioan 1. Tit. 2. Luc. 2.

Exinde poſtquam noſtræ carnis ſpolium indutus, facere cœpiſti, & docere, non alia nobis veritas quàm tua doctrina: nulla nobis deinceps Fidei *Encyclopædia*, quàm vita tua. Habemus te Chriſtianæ-Catholicæ Fidei autorem juxtà & conſummatorem. Habemus te noſtræ à Baptiſmo, quo primùm illuminamur, divinæ Infantiæ cæleſtem Pædagogum, ac verè παιδαγωγόν. Quid enim ignorat qui te ſcit, & in te omnia?

Actor. 1. Hebr. 12. Πάσης ἱεραρχίας ἀρχή τε καὶ τελείωσις. Eccleſ. Hierar. c. 1. Clem. Alexand. lib. tres.

GRAMMATICAM tui vnctio Spiritûs nos docet, in Gratiæ elementis. *Hiſtoriam-Chronologicam* in geſtis Sacri vtriuſque Teſtamen-

1. Ioan. 2.

ti. *Poëticam*, in Hymnis & Canticis; quibus ore, & mente pſalli-
1. Cor. 14. Tertull. mus tibi cætibus diurnis, nocturnis, antelucanis.

Matth. 5. Divinam RHETORICAM nos doces, in Oratione quotidiana. *Dialecticam*, in tuorum Operum, tuarumque Scripturarum explanatione. *Logicam* in vita ſanctiſſima, quam claudit mors oculis tuis Pſal. 115. pretioſa.

Rom. 1. Docet deinde tua PHYSICA, ex iſtis quæ cernuntur viſibiliter, te inviſibilem contemplari ac ſuſtinere. *Medicina*, vitæ per peccatum ſideratæ ſanitatem. *Chymia-Spagirica*, abs cæteris impuriſſimis Apoc. 3. defæcari: & vel noſtras egeſtates pauperrimas, in aurum tuæ Charitatis obrizum ſimul & ignitum demutare. Nec deeſt in MATHE- Matth. 25. MATICIS *Arithmetica*, tua in nobis dona, velut talenta, multiplicans. *Muſica*, Hominis mores harmonicè componens. *Geometria*, Sapient. 11. vitæ totius partes & officia appendens in menſura, numero, & Philipp. 1. pondere. *Aſtrologia*, per quam noſtra converſatio evadit cæleſtis. *Geographia*, rerum extra te omnium anguſtias dimetiens ac demon- Rom. 8. ſtrans. ARTES *Liberales*, quibus in filios, & hæredes Patris tui, tibique cohæredes adoptamur. Sed & *Mechanicæ*, quæ Famulis tuis Matth. 10. per varia Pietatis opera, eaque etiam ſpecie tenus interdum viliſſi- Matth. 20. ma, mercedem ex conventione denarij diurni promerentur.

METAPHYSICA tandem vera, tota tua eſt. Illa ſcilicet per quam longè ſupra animalis ſcientiæ chóragiâ, ſupraque carnis Auguſt. lib. 5. Confeſſ. ſordes, & illecebras mente excedimus tibi; tecumque felici adhæſione vnum ſpiritum induimus, per ſupereminentem Scientiæ Charitatem.

VNIVERSA ſcilicet hæc Scientiarum paratura, ſi à te avellitur, quid aliud eſt, mi IESV, quàm vanitas vaniſſima?] *Infelix nempe Homo qui iſta ſcit omnia, te autem neſcit: beatus autem qui te ſcit, etiamſi illa neſciat. Qui verò te & illa novit, non propter illud beatior: ſed propter te ſolum beatus eſt, ſi cognoſcens te ſicut* DEVM *glorificat, & gratias agat, & non evaneſcat in cogitationibus ſuis.*]

O me igitur miſerum! niſi à te fluat, & in te refluat quidquid in hunc *Contextum Humanæ-Scientiæ*, pro mea tenuitate & tua largitate, congeſſi. Tu amantiſſime Servator (placet enim iden- 1. Reg. 3. tidem repetere) Tu DEVS, Scientiarum dominus; cui & ipſos meos labores tantillos præparaſſe, aut certè tantiſper collabo- Pſal. 110. raſſe, etiam munus tuum eſt. A te introitus, in te exitus hujus Opel- Apoc. 1. & vlt. læ omnis. Tu mihi porro A & Ω, tu principium & finis. Novum nempe Molimen à te dudum incœpi, ſæpiùs interruptum per te reſumpſi: nunc tandem, propter te abſolvi. Itáque in te deſino, qui nihil volo niſi te.

Auguſt. 1 Confeſſ. c. 15. ERGO [*Dominus meus, &* DEVS *meus; tibi modò, & æternùm ſerviat quidquid olim vtile didici. Tibi ſerviat quod nunc loquor, & ſcribo.*] Non inanis, tu ſcis ô Summe Καρδιογνώστης, humanæ laudis pruritu, non fluxæ & caducæ exiſtimationis cupidine: ſed in tuam laudem, & proximorum ſalutem. Agnoſco, IESV PRÆCEPTOR, ſi tecum Ioan. 7. & poſt te loqui non eſt nefas, hanc meam doctrinam non eſſe meam,

ſed

ſed tuam. Si quid enim in iſta qualicumque Lucubratione ſanum &
rectum, profiteor rivulos eſſe à te fonte Sapientiæ inexhauſto: ſcin- Eccli. 1.
tillulas à te vero Sole, qui illuminas omnem Hominem venientem Ioan. 1.
in hunc mundum. Si quid verò in immenſo labore erratum, tene-
bras meas, cæcitatem, ignorantiam palam & ingenuè deprecor.
Eradant Servi tui, Eccleſiæ Sponſæ tuæ Sacerdotes, quorum labia Malach. 2.
cuſtodiunt Scientiam, quod meum eſt. Quod tuum ſupererit in-
noxium, ſanum, purum probent: iſtiſque ſegmentis & plagulis
tuam fidem, tuam Religionem, tuam Eccleſiam exornent; ſed te
imprimis ſuper omnia credant, cognoſcant, colant, ament.

ECCE igitur [Domine DEVS meus & omnia, quæ tua ſunt, tibi *1. Paralipom. vltim.*
offero: & quæ de manu tua recepi, do,] dico, dedico. STVDIVM,
inquam, iſtud qualecumque SAPIENTIÆ-VNIVERSALIS, Aris Tertull. paſſim.
tuis voveo, æternum religioſæ ſervitutis meæ *μνημόσυνον*. Ac me, li-
cet omnium notarum Peccatorem, poſt ſeculi Litteraturam, ad Di-
viniora, THEOLOGIÆ ſcilicet CHRISTIANÆ CONTEXTVM,
deinceps accingens, totum tuæ Majeſtati DEVOVEO.

Roma Vittorio Emanuele

LICENTIÆ, APPROBATIONES, & Privilegia

Licentia Superiorum.

IVXTA varias ſubinde Licentias tam à Reuerendiſſimis Ordinis Generalibus, quàm à Prædeceſſoribus noſtris reſpectivè conceſſas R. admodùm P. LEONI, &c. ſuas omnes Lucubrationes tum Latino, tum Gallico Idiomate conſcriptas typis mandandi; noſtram quoque Licentiam vltrò impertimus, nominatim pro CONTEXTV SCIENTIÆ HVMANÆ ET DIVINÆ, &c. Poſtquam Opus recognoverint è noſtris in Theologia Lectores duo, cæteraque fuerint ritè obſervata. Datum in Carmelo Sanctiſſimi Sacramenti Lutetiæ Pariſiorum, Kalend. Ianuar. an. 1657.

Fr. MATHIAS à S. IOANNE, Provincialis Carmelitarum Turoniæ.

Fr. BASILIVS à S. IOANNE, Aſſiſtens.

Approbatio Ordinis.

NOS infrà ſcripti Lectores in Theologia Carmelitarum Provinciæ Turonenſis Reformatæ, CONTEXTVM SCIENTIÆ HVMANÆ ET DIVINÆ R. admodùm P. LEONIS, &c. Opus novi molim[in]is laborioſiſſimum perinde & emendatiſſimum, publica luce dignum vtiquè judicamus. Datum Lutet. Pariſi. Idibus Maij, an. 1657.

Fr. RENATVS à S. ALBERTO, Definitor, & Lector.

Fr. BERNARDVS à S. ANNA, Prior Guildonenſis, & Lector.

Approbatio Doctorum in Theologia.

NOS infrà ſcripti Doctores Sacræ Theologiæ in alma Facultate Pariſienſi, teſtamur Opus reuera Novum, & abſolutum, quod inſcribitur STVDIVM SAPIENTIÆ VNIVERSALIS, *Compoſitum à R. P.* LEONE *Ordinis Carmelitarum bis Exprovinciali, Commiſſario Generali, Viſitatore Apoſtolico, nec-non Concionatore Regis Chriſtianiſſimi Ordinario,* & eximio; omnia habere non ſolùm Orthodoxa: ſed tanta Scientiarum omnium Eruditione, Methodi novitate, ſtyli demum perſpicuitate & nitore concinnata; vt Studioſis omnibus non poſſit non eſſe commendatiſſimum, vtpote vtiliſſimum. Datum Aurel. & Pariſ. die decima Novembris, an. 1649.

Fr. NICOLAVS CHASTEAV C.

Fr. YVO PINSART, Magiſter, & Prior Conventus FF. Prædicatorum S. Iacobi.

SVMMA PRIVILEGII
Regis Galliarum Chriſtianiſſimi
LVDOVICI XIV.

PRIVILEGIO Chriſtianiſſimi Francorum Regis Ludovici XIV. ſæpè ac ſæpiùs iterato & confirmato, cautum eſt ; ne quis Typographus, Bibliopola, aliuſ-ve in tota Regni ditione, intra decennium à die primæ, pro vno quoque Volumine, editionis computandum, OPERA à R.P. LEONE *Carmelitarum bis in Provincia Turonenſi Reformata Exprovinciali, Commiſſario Generali, Viſitatore Apoſtolico, nec-non Concionatore noſtro Ordinario*, ſeu Latinè ſeu Gallicè compoſita ab eo illa fuerint ; imprimat, diſtrahar, divendat ſeparatim, conjunctim-ve, abſque nutu & conſenſu, tabulis expreſſo, ipſiuſmet præfati Autoris. Idque ſub mulctis & pœnis, in originali diplomate exaratis. Datum Lutet. Pariſior. Kalend. Mart. ann. M. DC. LV. Signatum, ROBERT. Relatum & perſcriptum in Supremo Senatu Pariſienſi, poſtridie Kalend. Iun. Signatum, GVYET.

Tranſport du ſuſdit Privilege.

L'AVTEVR à tranſporté ſon Privilege, cy-deſſus mentionné, à IAQVES QVESNEL, & ANTOINE PASDELOVP, Marchans Libraires de Paris, aus conditions accordées entr'eus reſpectivement ; pour ce premier Tome de L'ETVDE DE LA SAGESSE VNIVERSELE, intitulé, *Contextus Scientiæ Humanæ.*

Achevé d'imprimer pour la premiere fois, le 29. du mois de Decembre 1657.

Les Exemplaires ont eſté fournis.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté.

Digitized by Google

A

REGI SÆCVLORVM,

IMMORTALI, INVISIBILI,

SOLI DEO;

HONOR ET GLORIA,
IN SÆCVLA
SÆCVLORVM.

1. Timoth. 1.

Ω

F. L.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google